

8744



# QVÆSTIONES REGVLARES, ET CANONICÆ, IN QVIBVS VTRIVSQVE iuris, & priuilegiorum Regularium & Apostolicarum constitutionum nouæ, & veteres difficultates dispersæ, & confusæ miro ordine scholastico per quæstiones, & articulos elucidantur; prælatis Ecclesiasticis, & Regularibus, necnon iudicibus cuiuscunque tribunalis, & vtriusq; iuris peritis, & quibuscunq; Ecclesiasticis & regularibus maximè necessariæ.

*AVTORE P. F. EMANVELE RODERICO Lusitano, sacræ Theologiæ Lectore, Prouinciæ Sancti Iacobi Regularis obseruantiæ D. P. N. Francisci.*

## TOMVS PRIMVS,

REVERENDISSIMO P. F. MATTHAEO DE Burgos ordinis fratrum Minorum Regularis obseruantiæ Commissario Generali Cismontano dedicatus.

*Hu accesserunt indices tres. Quorum primus huius primi tomi articulos ostendit. Secundus constitutionum Pontificalium, & iuris Canonici, & Concilij Tridentini, & iuris Ciuilis decreta multipliciter declarata propenit. Tertius rerum notabilium sententias insinuat.*

16
165



*CVM PRIVILEGIO.*

SALMANTICÆ.

Ex officina Ioannis Ferdinandi.

Anno. M. D. XCVIII.



# EL REY.

POR quanto por parte de vos fray Manuel Rodriguez lector de Theologia de la Prouincia de Sanctiago de la regular obseruancia de Sant Francisco, nos fue fecha relacion que vos auiades cõpuesto vn libro intitulado, *Quæstiones regulares, & explicatio priuilegiorũ Regularibus concessorum*, el qual con licencia de vuestros superiores queriades hazer imprimir, y nos pedistes y supplicastes vos mãdassemos dar licencia para lo poder hazer, con priuilegio por tiempo de quinze años, durante los quales no lo pudiesse hazer otra persona alguna, sin tener para ello poder y licencia vuestra, ò como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, y como por su mandado se hizieron las diligencias que la pragmatica por nos fecha sobre la impression de los libros dispone. Fue acordado que deuiamos mãdar dar esta nuestra cedula en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien. Por lo qual por vos hazer bien y merced, vos damos licencia y facultad para que por tiempo de diez años primeros siguientes, que corren y se cuentan desde el dia de la fecha della, vos o la persona que vuestro poder vuiere, y no otra alguna, podays imprimir el dicho libro que de suso se haze mencion, por el original que en el nuestro Consejo se vio, que va rubricado e firmado al fin del, de Christoual Nuñez de Leon nuestro escriuano de Camara, de los que en el residen: con que antes que se venda, lo traygays ante ellos, juntamente con el original, para que se vea si la dicha impression esta conforme a el, ò traygays fe en publica forma en como por Corrector nombrado por nuestro mandado, se vio y corregio la dicha impresion por el original. Y mandamos al impressor que imprimiere el dicho libro, no imprima el principio e primer pliego, ni entregue mas de vn solo libro con el original al autor ò persona à cuya costa se imprimiere, y no otro alguno para effecto de la dicha correction y tassa, hasta que primero el dicho libro este corregido y tassado por los del nuestro Consejo, y estando assi, y no de otra manera, pueda imprimir el dicho principio y primer pliego, en el qual seguidamente ponga esta nuestra licencia y priuilegio, y la approbacion, tassa, y erratas, so pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha pragmatica y leyes de nuestros Reynos. Y mandamos que durante el dicho tiempo, persona alguna sin vuestra licencia no le pueda imprimir, ni vender, so pena que el que lo imprimiere aya perdido y pierda todos y qualesquier libros, moldes, y aparejos que del dicho libro tuuiere, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis por cada vez que lo contrario hiziere. La qual dicha pena sea la tercia parte para la nuestra Camara; y la otra tercia parte, para el juez que lo sentenciare; y la otra tercia parte para la persona que lo denunciare. Y mandamos à los del nuestro Consejo, Presidentes, y Oydores de las nuestras audiencias, Alcaydes, Alguaziles de la nuestra casa, Corte, y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Assistente, Gouernadores, Alcaldes mayores, y ordinarios, y otros juezes y justicias qualesquier de todas las ciudades, villas, y lugares de los nuestros Reynos y señorios, assi a los que agora son, como a los que seran de aqui adelãte, que vos guarden y cumplan esta nuestra cedula y merced, que assi os hazemos: y cõtra su tenor y forma, y de lo en ella contenido no vayan ni passen, ni consientan yr ni passar en manera alguna, so pena de la nuestra merced, y de diez mil marauedis para la nuestra Camara. Dada en Madrid à veynte y cinco dias del mes de Enero de mil y quinientos y nouenta y ocho años.

YO EL PRINCIPE.

*Por mandado del Rey nuestro señor,*
*Su Alteza en su nombre.*

Don Luys de Salazar.

# CENSVRA.

QVAESTIONVM *Regularium tomum primum autore Doctißimo Patre Emanuele Rodriguez Minorita ex commißione clauſtri Salmanticenſis Academiæ, cui Regius ſenatus examinandũ tradiderat diligenter perlegi: nihilque in eo aut Catholicæ doctrinæ aut bonis moribus contrarium reperi; quinimo digniſsimum iudicaui, qui typis mandetur, in lucemque ad omnium vtilitatem prodeat, tum propter exactam curam, quam ſuper inueſtigandis priuilegijs, quibus religioſi ex Apoſtolicæ Sedis indulto gaudent, auctor poſuit, tum propter facilem, & dilucidam methodum, qua in decidendis grauiſsimis quæſtionibus, quæ in hac materia paſsim occurrũt, vtitur. Salmanticæ in conuentu Sancti Auguſtini, decimo octauo Nouembris, Ann. 1597.*

Magiſter Fr. Ioannes
de Gueuara.

---

# CENSVRA.

LIBRVM, qui inſcribitur, Quæſtiones regulares ab admodum reuerendo Patre Fr. Emanuele Rodriguez compoſitum ex cõmiſsione huius almæ Salmanticenſis Academiæ, cuius examinatio à ſupremo Cõſilio fuit demandata, qua potui diligentia perlegi. In quo quæ ad vtrumq; ius pertinent quæſtiones docte & dilucide explicantur, nihilque in eis inuenio, quod pias aures offendat. Quinimo multa erudite explicantur, quæ & regularibus & ſecularibus vſui, & vniuerſæ Reipub. Chriſtianæ decori & ornamento eſſe poſſunt. Quapropter dignum opus iudico, vt ad communem vtilitatem in publicum edatur. Dat. Salmanticæ, die 15. menſ. Nouemb. Ann. 1597.

*Doctor Gabriel*
*Henriquez.*

FRA-

# Licentia Commissarij Generalis.

FRATER Matthæus de Burgos ordinis Seraphici patris nostri Francisci, Cismontanæ familiæ Commissarius Generalis & seruus. Quæstiones regulares, quas benemeritus pater frater Emanuel Rodriguez nostræ Sãcti Iacobi prouinciæ alumnus, per multosque annos sacræ Theologiæ Lector tam docte, quam accurate scripsit, & nostra licẽtia per quosdam patres (sicuti omni confidentia dignos, sic scientia & doctrina pollentes) examinatas & approbatas, Regali supremoque præsentauit Consilio: cuius iam obtinet consensum vt typis mandentur, itidem & nos per has præsentes literas concedimus. Datis in nostro Sancti Francisci Vallisoletani conuentu pridie Kalendas Martij, Anno 1598.

Fr. Matthæus, qui supra
manu propria.

# CENSVRA.

OPVS quæstionum Canonicarum, & Regularium editum à Reuerendo admodum Patre Fratre Emanuele Roderico Sacræ Theologiæ professore, iussu & mandato Reuerendissimi Patris nostri Fratris Matthæi de Burgos Commissarij Generalis Cismontani, legi, vidi, & attente consideraui, in quo nihil reperi contra fidem Catholicam, nec contra Sanctorum Patrum doctrinam, nec contra bonos mores. Quin potiùs omnia grauissimorum Doctorum autoritate, validissimis, & efficacissimis rationibus in eo tradita sunt. Quapropter si prælo mandentur, censeo summam ex eo vtilitatem, & iuuamen professores sacrarum Religionum ad earum regimen, suorum morum compositionem, & conscientiæ serenitatem esse capturos. In cuius rei fidem propria manu subscripsi in nostro conuentu Diui Francisci Salmanticensi, die decima octaua Maij, Anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo nonagesimo septimo.

*Frater Ferdinandus de Campo.*

ORDI-

# ORDINIS MINORVM REGVLARIS OBSERVANTIÆ

digniſsimo Commiſſario Generali Ciſmontano P. F. Matthæo de Burgos, ſuus Frater Emanuel Rodericus eiuſdem ordinis profeſſor, ac ſacræ Theologiæ in Prouincia Sancti Iacobi prælector.

Ad Rom. 1. Ad Ro. 15. Exod. 28.



VLTIFARIAM *multiſque modis, præſul ſapientiſsime, olim Deus loquutus fuit in Prophetis, vt ſacra monumenta nobis ſcriptum reliquerunt. Et cum ſecundum Apoſtolum omnia, quæ ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſint; vt per patientiam, & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus: inter alia, quæ nobis diuinæ paginæ pro noſtra conſolatione commendata reliquerunt, præcipuum fuit ſolicitudo, & vigilantia Prælatorum circa ea, quæ ad paſcendas, & gubernandas oues ipſis à Deo Optimo Maximo commiſſas ſummo opere conducit; quod Spiritus ſanctus non ſolum verbis, ſed etiam parabolis, & nouis figuris ſignificauit. Videmus enim ipſum per veſtimenta Aaron Sacerdotis, & Prælati miris contextam figuris, ſecreta diuina repræſentare. Ad quorum contexturam ait ad Moyſem: Sumes duos lapides onychinos, & ſculpes in eis nomina filiorum Iſrael: ſex nomina in lapide vno, & ſex reliqua in altero iuxta ordinem natiuitatis eorum. Opere ſculptoris & cælatura gemmarij ſculpes eos, nominibus filiorum Iſrael incluſos auro atque circundatos: & pones in vtroque latere ſuperhumeralis memoriale filijs Iſrael. Portabitque Aaron nomina eorum coram Domino ſuper vtrumque humerum ob recordationem. In quibus verbis maxima arcana continentur. Noluit enim Spiritus ſanctus, vt nomina filiorum Iſrael portarentur ab eius Pontifice, & Sacerdote Aaron, ſcripta atramento in aliqua papyro, ſed, vt in lapide ſtylo ferreo ſculperentur: vt ſic animaduerterent prælati nomina ouium ſuarum, ita apud ipſos eſſe ſcripta, vt nullo modo ab eorum memoria deleri poſsint. Et ita voluit Deus Optimus Maximus, vt ſuper humeros & ſuper pectus portarentur, vt quocunque ſe verterent prælati, ſemper ante oculos eorum, ouium ſuarum nomina præſentarentur: & ſic ſolicitudo in ipſarum regimine nunquam obliuioni daretur. Oculis autem conſpexi, præſul ampliſsime, tuam in ſubditorum regimine vigilantiam, & ſolicitu-*

dinem non vulgarem, qua semper desiderio desideras eorũ spirituali profectui consulere. Quo æstuatus cum primum Regnum Lusitanũ ingredereris (in quo ego tunc temporis infirmitate maxima laborabã) me per tuas literas es consolatus, mihi tuorum subditorum minori præcipiens, vt quam primum ab infirmitate surgerem, & ad itinerandũ conualerem, te pastorem quærerem, vt priuilegiorum Apostolicorum explicationem meis humeris imponeres. Quã ego difficilem prouinciã, virtute obedientiæ fretus suscepi, qua anhelans non solum priuilegia decreui explanare, sed etiã quidquid secundũ ius Canonicum, & Ciuile, & cõstitutiones Apostolicas statũ monasticũ cõcernit dispositione scholastica per quæstiones, & articulos elucidare decreui.

Aristot. Consideraui enim id, quod multis ante retrò annis Philosophorum princeps Aristoteles in Meteororum libris fatetur. Quæ tractãtur, inquit, opiniones eas fere omnes

Eccles. 1. à superioribus ante fuisse agitatas. Id etiam Sapiens satis insinuauit dicens: Nihil nouum sub sole esse: adeò iam sine autore loquitur nemo. Et qui nunc scribunt non aliud, quam ex libris, vt aiunt, libros faciunt. Nam vel dispersa colligere, vel collecta magis explicando diffundere, totum scribendi negotium est. Sed vtrùm eorum sit magis proficuũ pro cuiuscunq; ingenio cẽseatur. Et cum natiuum hominis ingenium sit naturam ipsam æmulari, quæ vel cupida nouitatis, vel primæ materiæ nimiũ tenax res omnes nouis ac miris subinde modis facit, renouãs induit, & velut ludens in orbe terrarum dum nihil non ipsa conuertit, & ex alys formis transfert alias nouis aliquid semper agere videtur. Ita ego intime perspiciens priuilegiorũ, & constitutionũ Apostolicarum congeriem satis diffusam, ne dicã confusam, me ipsum ad Deũ Optimum Maximũ conuerti, vt eius sapientissimus Spiritus super has aquas graderetur; quo ego adiutus, & eius lumine superfusus hoc confusum chaos nouis quibusdã formis illustrarẽ & ea, quæ à sanctis Patribus pro Regularibus sunt ordinata, & ab scriptoribus sunt diffusa, & satis dispersa, & negligentia aliquorũ quasi sepulta methodo scholastico clarissima reddere; veritates occultas resolutione clara ante oculos omniũ proponendo, vt cũ debitor sim omnibus etiã omnibus in hoc opere essem iucundus. Quæ causa fuit, vt relicto cultiori scribendi genere, quod fortasse nõ omnino illepide sequi potuissemus, eo potius voluerimus vti, quod vulgo scholasticũ appellãt. Vtiq; ne dũ in rebus ipsis rationẽ communis vtilitatis in primis habendã curauimus, id minus dicẽdi genere præstaremus, si non eiusmodi accõmodaremus, quale in vulgus iam olim probatũ est, & quo res Theologicæ tradi fere consueruũt. Is enim stylus vti Gerson grauissimus autor ait, ad illustrandam veritatẽ acrior, clarior, & aptior est: nam & syncera veritas phaleras nescit, neq; verborum ornatũ: id enim nõ negotij, sed otij magis est. Quare non verborũ fastu ambitiose ornata, sed sermonis syncera & cauta simplicitate honesta veritas & diuina sapiẽtia constat: simul & aperienda & suadẽda est: id quod se ita feciſſe prædicator gentiũ ad Corinth. Apostolicè gloriatur. Ego

Ad Corint. 1. Timot. & 2. cap. inquit, veni ad vos fratres, nõ in sapiẽtia verbi, nõ in sublimitate sermonis, aut sapiẽtiæ annũcians vobis Christũ. Sermo meus & prædicatio mea nõ in persuasilibus humanæ

manæ sapiẽtiæ verbis, &c. Proinde eo etiã scribẽdi genere quã plurimæ fidei, & morũ veritates, antiquorũ quoq; Doctorũ vera sensa, & dogmata in eorũ libris, & scripturis sanctis inclusa per scholasticos Doctores, itẽ sacros, videlicet Damascenũ, Magistrũ sentẽtiarũ, Albertũ Magnũ. D. Thomã, Sanctũ Bonauenturã, Henriquũ, Scotũ, & alios eiusmodi sine numero, nouissime tandẽ reserata, & magis illucidata sunt. Adeo vt iam impletum sentias propheticũ illud Danielis: Pertransibunt, ait, tempora, & multiplex erit scientia. Diuini nãq; consilij dispẽsatione post antiquos illos Doctores sanctos Scholastici prodierũt, qui sine ornatu & cãdore verborũ, quibus vel curiositas, vel incauta simplicitas hominũ facile capitur per distinctas quæstiones, & dubiorũ decisiones, & argumentorũ respõsiones cõtra hæreticorũ philosophantiũ fallacias, atq; sophismata plano sermone clarè procedẽtes, per præcisas verborũ formas, normasq; loquẽdi in rebus fidei, & morũ, tutissimã nobis Theologicã veritatẽ reddiderũt. Quæ cũ ita se quidẽ explorate habeãt, reliquũ est, vt antiquæ nos tandẽ cõsuetudini accõmodantes, hoc nostrũ primũ tomũ nõ nisi præexcellenti quodam patrocinio munitũ emitteremus in lucẽ. Morale est enim, vt qui præclara disciplinarũ studia suis laboribus illustrare, aut locupletare conãtur, si quid in gratiã rei literariæ ediderint illustriori cuipiã viro nũcupare, quo veloperi suo immortalẽ quãdã stabilitatẽ adquirãt, vel maleuolorũ inuidiã supprimãt, vel antiquorũ scriptorũ consuetudinẽ imitẽtur. Id ego (cum hisce diebus hũc primum tomũ, quẽ ex vastis Iurisprudẽtium scriptis, priuilegijs & cõstitutionibus Apostolicis in gratiã regulariũ fuissem euulgaturus) mecũ ipse recogitans, nihil prius habui, quã vulgatã hãc tot illustriũ scriptorũ cõsuetudinẽ colere; quæ alioquin à Christiana illa modestia, quam magnopere Christus Dñs cõmendauit, nõ est aliena. Dũ enim nostros fœtus litterarios alterius autoritate cõmittimus, nobis ipsis quodãmodo diffidimus: dũ autẽ nulli dicamus, nullius mortaliũ suffragio egere nos insinuamus. Principũ gratiã in hoc opere, cũ sit Regulariũ venari nõ libuit: libuit tamẽ, Ornatissime præsul, nostræ religionis caput te qualicunq; hoc munusculo colere, nẽpe qui litteris, & prudẽtia rerum gerendarum, atq; religione (quæ omnia vix in vno aut altero cohærẽt) semper iustus, atq; integerrimꝰ, neq; vnquã minus, sed quotidie magis habẽs ab omnibus inuẽtus, à Regibus & pceribus ecclesiæ & prælatis Regularibus probatus es, qui religionẽ quoq; nostrã Seraphici Patris nostri eius alumnus tuis dotibus decorasti: qui magno semper animo in omnes eruditos viros propẽsissimus fuisti. Omnia enim hæc, & alia vicissim recognoscẽs tanquã animi nostri indicium, tibi obsequia nostra præstare decreui: vt sic hoc nostrum primum tomum, imo vero iam prorsus tuum tuo nomini nuncupatum, tu, Reuerẽdissime præsul, vt qui maxime omnium omnibus facilis es, grato animo accipias. Quod si tuo nomini fuerit affixum, maximã sibi apud omnes gratiã cõciliabit, autori etiã suo, & nostræ religioni non parum accedet ornamenti. Vale Pater Reuerendissime in Christo, vale, ex tuo cœnobio Sancti Francisci Salmanticensi, die quarta mensis Aprilis, anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo octauo. Danie. 12.

AD LE-

# AD LECTOREM.

Prouer. 26. LEGITVR in Prouerbijs Regis Sapientiſsimi: *Quod ſicut qui mittit lapides in aceruum Mercurij: ita qui tribuit inſipienti honorem.* Et quidem in Hebræo ita eſt: *Sicut, qui mittit lapidem in palma fundæ: ſic, qui inſipienti honorem tribuit.* Quibus verbis *Spiritus ſanctus* ſignificare voluit vim prorſus eandem, quæ lapidi fit, honori fieri, inferriq; cum periculo pari ad iuſtitiam. Enim vero lapis, cum ab imo centri eruitur, fundæque imponitur in ſublime iaciendus, ſæpe caſu decidens in particulas diuiſus, minutatim laceratur: ita quoque periclitari nonnunquam ſolet honor, cum centro ſuo, quod eſt virtus, de mouetur, alioq; transfertur, vbi ſoliditate caret, id eſt, in hominem, nullius frugis à virtute alienum tumoris & inſolentiæ plenum. Contingit enim ſæpe ſæpius, eum, qui titulo honoris abutitur, altiuſq; rerum inanium cogitatione effertur, ex alto fædè actũ in præceps diminutum, debilitatumq; de ſtatu dignitatis deijci. Mihi vero, poſt abſolutam, confectamq; expoſitionem Bullæ indulgentiarum quam *Cruzadam vocant*, ſummamq; caſuum ad conſcientiam pertinẽtium, cum à *ſuperioribus meis*, tum etiam à grauiſsimis hominibus huius regni doctiſsimis factum, collocatumq; beneficium eſt; & is honor habitus, qui primorum gentium literatis, alijſq; opinione virtutum ſingulari præſtantibus, & deberi, & haberi ſolet. Igitur ego, cum illo haud dignum me eſſe intuerer, cum, quòd litetarum, tum, quòd virtutis inanis eſſem, *Diuinam maieſtatem precatus ſum*, nollet, vt huius tã nominis, quã honoris prærogatiua in me contra naturam, aut vi coacta eſſet; vti lapis eſſe ſolet, cum fundę impoſitus in ſublime mittitur. Itaq; mecum cum attentius perpenderem myſterioſam illam Regis Aſſyrij ſtatuã,

Daniel. 2. cuius caput erat ex auro cõfectum, brachia, & pectus ex argẽto, proximum ex ære, ferroq;, pedes denique ex argilla, cum inquam, perpẽderem, cauſamque reperiſſem, ob quam corruerit, fuiſſe pedum, quibus ſtabiliebatur, imbecillitatẽ, defectumq;, intellexi honorem iſtũ, ſi pedibus ex luto confectis, id eſt, humilitate, nõ ſtaret, ac niteretur, defecturum facile, eiuſque caſum cum dedecore futurũ. At vero erit non nemo, qui dicat, cum de humilitate agam, quare tantum, ac tam difficile opus apprehenderim, ſi difficultatem videbam, qui tam profundum, ac tã immenſum pelagus tentauerim, vbi tot Syrtes, tot ſcopuli, tot loca vadoſa, id eſt, tot regularium ordinũ priuilegia, in quibus

bus non minus periculum, quam in mari inæquali discrimen aditur. Qui demum, quæ spectant ad monasticum statum, decidere potuerim: siquidem huic mari adeo periculoso enauigando, superando que, & sacræ Theologiæ, & vtriusq; iuris adminiculo opus erat? Quę quod ijs ab hinc multos iã annos studuerim, nõ ita mihi sunt in prõptu, vt tot difficultatibus expediendis necesse erat. Expono enim cõ stitutiones Apostolicas, & leges peculiares, quæ sunt occulta priuilegia, de quibus (quod sciam) ad hoc æui nemo ex professo quidquam litteris vnquam commisit? Cui respõdeo, me hoc opus vnquam nõ modo cõplexurum, sed ne tentaturum quidẽ, nisi obedientia cui parere debeo, mihi illud imperaret. Et quidem id si auderem superioris iniussu, temeritatis nonsolum crimẽ subirem: sed etiam iure dici posset, hunc honorem in me violenter & contra naturam consistere; tamen quidquid sit, parui. Cæterum, quia hæc materies tota difficultatum, & obscuritatum plena est, & ad eam exponendam distinctè omnium sciẽtiarum, quarum supra memini, notitia opus erat, & ingenij ope, & quod in multis mihi defectum iri præuidi, manum adieci, meque totum ad imitationem, & methodum composui, quam Scholastici in scribendo tenuerũt: vt doctrinæ defectum, qui forsan in hoc scribendi genere se se, ostẽdet claritas, distinctio, & dispositio operis suppleret. Tamen religiosos Regularium ordinum viros admonitos volo, si quid illis ex antiquis priuilegijs derogo, facere non aliter posse. Idque duplici de causa. Primum quidem, quod qui libros scribunt, debent, cum in alijs, tum præsertim in rebus ad mores spectantibus, veritati adhærere, atque omnino insistere, quod ni faciant, vndequaque in autoritate periculum. Alterum est, quod Episcopis ac Prætorijs tribunalibus non mediocrem potestatis eius partem, quam ius commune illis impertitur eripio. Quod si quod eorum est secundum ius, & ad libram priuilegiorum, quibus regularium hominum ordines Sedis Apostolicæ beneficio affecti sunt, eis non dedero, iure optimo me repudiare, & crimine suspecti, atque iniqui scriptoris insimulare possent: ad hæc iudicij mei, si vocarer incalculos, futilis & inanis omnis futura esset fides. Cæterum lectorem oro, atque obtestor, vt hunc qualiscunque sit huius tam difficilis operis, laborem suscipiat, idque ea animi moderatione, atque temperantia, qua illud confectũ est, perlegat: vt lumine cælitus immisso præeunte altius inspiciat, & interius in profundum penetret, omnesque difficultates intelligat, quas cum hoc primo volumine tum alijs etiam, quę Deo iuuante propediem in lucem dabo com

plector

plector. Errores autem peto, vt boni consulat, meque admoneat, vt si quid minus caute scripsi eius hortatu cautior redditus emẽdem. Cum enim ordinis Minorum minimus sim, litteratorum quoque omnium à quibus edoceri volo, minimus nõ haberi solum, sed etiam esse sentio. Vale.

## ERRATA.

PAgina 18. columna 1. linea 21. portum & scalam, lege potum, & escam. pag. 38. col. 1. lin. 36. secum, leg. secundum. pag. 64. colum. 2. lin. 17. Ex. leg. Et. pag. 67. colum. 2. lin. 3. clausulam, leg. clausula. pag. 89. colum. 1. lin. 10. obligari, le. obligare. pag. 96. col. 1. li. 30. prauissima, leg. grauissimas. pag. 101. colum. 2. li 29. vieundi, leg. viuendi. pag. 103. co. 2. li. 20. Apostolicis. leg. Apostolici. pag. 115. co. 2. lin. 11. maturam, leg. naturam. pag. 118. co. 1. li. 8. mõte, leg. mente. pag. 126. co. 1. li. 19. statutæ, leg. statuæ. pag. 132. co. 1. li. antep. non admittitur, leg. admittitur. pag. 150. co. 1. li. 4. sine, le. siue. pag. 165. co. 1. li. 11. sublatum, le. sublatam, pag. 179. co. 2. li. 41. prædictis, leg. præditis, pag. 194. co. 2. lin. 6. quæ, leg. qua, pag. 210. co. 2. li. 29. habite, leg habenti, pag. 215. co. 2. li. 21. dictes, leg. dictæ, pag. 218. co. 2. li. 25. vtantur, leg. vtatur, pag. 221. col. 2. lin. antep. quid. leg. quod, pag. 289. co. 2. li. 40. patitur, le. petitur, pag. 297. co. 1. li. 23. deuolendo, le. deuoluendo, pag. 351. co. 2. li. 4. Regi. le. Regis, pag. 359. col. 2. lin, 42. teneri, leg. tenere, pag. 363. co. 2. li. 16. decendentium, leg. decedentium, pag. 370. co. 2. li. 4. priores, leg. prioris, pag. 376. co. 2. li. 24. reciandum, le. recitandum, pag. 377. co. 2. lin. 3. diunis, leg. diuinis, pag. 380. co. 2. lin. 15. repetionem, le. repetitionem, pag. 387. col. 1. li. 31. receflarijs, le. necessarijs, pag. 402. co. 1. lin. 1. debit, leg. debito, pag. 413. col. 2. li. 24. mensurarum, leg. mensuram. pag. 449. co. 2. li. 6. excemmunicationis, leg. excommunicatione, pa. 453. co. 1. li. 17. quæ, le. quem. pag. 457. co. 2. li. antep. geneli, le. generali. pag. 462. col. 1. li. 13. diuinam, leg. diuinum, pag. 479. co. 2. li. 37. culparum, leg. culpatum, pag. 488. co. 2. li. 3. priuilegum, leg. priuilegiorum, pag. 511. co 2. li. 20. debent, leg. debet. pag. 515. co. 2. lin. 49. frontem, leg. fontem, pag. 526. co. 2. li. 35. corrigati, leg. corrigiati, pag. 527. col. 1. li. 32. indiijs accidendalibus, le. indijs occidẽtalibus, pa. 533. co. 2. li. 35. conceptiones, le. conceptionis, pa. 543. co. 1. li. 3. secundo, leg. tomo secundo, pag. 544. co. 2. lin. 10. partipes, leg. participes, pag. 547. co. 2. li. 5. ne, leg. non. pag. 559. col. 2. lin. 45. iterim, leg. iterum, pag. 562. co. 2. li. 29. cerum, leg. certum, pag. 563. co. 2. li. 3. confiteni, leg. confitendi, pag. 571. co. 2. lin. 36. parochus, leg. parochis, pag. 572. col. 2. lin. 37. vltramarinus, leg. vltramarinis, pag. 578. co. 1. lin. 36. inferiorum, le g. inferiores, pag. 581. co. 1. lin. 26. adonus, leg. idoneus, pag. 585. co. 1. li. 23. melieres, leg. melioris, pag. 620. co. 1. li. 9. nominari possunt, leg. nominari. pag. 625. co. 1. lin. 47. em puer, leg. quem per, pag. 629. co. 2 lin. 2. Ad leg. An, pag. 638. col. 1. lin. 20. quibus, le. quibusuis, pa. 641 co. 1. li. 14. scholarium, leg. scholarum, pag. 660. co. 2, li. vlt. lita, leg. ita, pag. 665. co. 1. lib. 6. fratrum, leg. fratrem.

¶Con estas erratas esta correcto este libro conforme a su original. En testimonio de lo qual lo firme. En Salamanca a diez dias de Abril, año 1598.

El Corrector, &c. *Manuel Correá De Montenegro.*

QVÆ-

# QVAESTIONES REGVLARES, AVTORE F. Emanuele Roderico Lusitano Sacræ Theologiæ Lectore Prouinciæ Sancti Iacobi, Regularis obseruantiæ. B. P. Francisci Alumno.

## TOMVS PRIMVS.

## QVÆSTIO PRIMA. De religione in communi in sex articulos diuisa.

*Circa quam quæruntur sex.*

1 *Vnde habuerint originem religiones.*
2 *Quæ requirantur modò ad hoc, quòd votum religionis sit solenne.*
3 *Vtrùm Canonici regulares sint verè monachi.*
4 *Vtrùm personæ Societatis Iesu sint propriè religiosæ.*
5 *Vtrùm liceat disputare, an Societatis institutum sit vere religiosum.*
6 *Vtrùm professi in ordinibus militaribus sint religiosi.*

### ARTICVLVS PRIMVS, *Vnde habuerint originem religiones.*

RESPONDEO Dicendo, quod religionis institutum etiam in lege veteri fuit designatum, prout affirmat D. [a] Thomas dicens per Nazaræos in lege veteri sanctificare solitos significari qui ad perfectionis apicē aspirāt. Ex quo is etiam docte argumentatur, ad perfectionis statum necessarium esse votum. Et in lege noua non ab homine nec per hominem fluxit: sed ab ipso filio Dei, in quo sunt omnes thesauri sapiētiæ & sciētiæ Dei. Qui inter reliqua salutis documenta hanc quoq; viuendi formulam, quo homines diligentiùs & accuratiùs ad vitam æternam anhelarent, vita & exemplo suo & prædicatione præsignauit in illis verbis Matthæi. [b] Vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me: & habebis thesaurum in cælo. Quæ verba protulit Christus Dominus adolescenti quærenti, quid faceret, vt vitam æternam consequi mereretur. Quibus verbis, prout refert Diuus Augustinus, normam religionis nobis tradidit: vbi perfectio religionis Christianæ discitur. Et tempore Apostolorum cœpit religio multitudine credentium propagari: ipsorū enim cor erat vnum, & anima vna: neque quisquam eorū quæ possidebat aliquid secum esse dicebat; sed erant illis omnia communia. Quotquot enim possessores agrorum, aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum, quæ vendebant & ponebāt ante pedes Apostolorum. Atque in hoc ipso aliquod votū & solennem aliquam promissionem intercessisse declarant viri illustres; & in primis Diuus [c] Hieronymus declarans illud Petri, [d] in obiurgationem Ananiæ: Cur tentauit Sathanas cor tuum, mentiri te Spiritui Sancto,

a D. Tho 2.2 q. 186. art. 6.

b B. Matth. 19. Marci. 10. Lucæ. 18.

c D. Hiero. ad Ephe. 8.

d Acto. 5. c.

Sancto,& fraudare de precio agri? Nō es mē titus hominibus,sed Deo. Nam si eam libertatem ex deuotione tātum& alacritate libe ræ voluntatis exhibuisset nulla interposita obligatione nec ille in Spiritum Sanctum mentitus diceretur:nec certe tam graue suppliciū meritus esset. Recte igitur de sæculo illo Hieronymus [a] ait. Talis, inquit, primo credentium fuit Ecclesia,quales nunc monachos esse videmus. Hoc etiā probat autoritate D. [b] Dionysij de cælesti Hierarchia Hieronymus Plati. inquit enim Diuus Dionysius. Diuini præceptores nostri Sanctis eos nominibus appellare consuerant,alij cultorum,alij Monachorum à puro Dei famulatu & cultu, indiuiduaque; & singulari vita: quippequæ eos vnum faciet Sanctis rerum diuinarum coniunctionibus ad diuinam vnionem Deoq; gratam perfectionem adipiscendam. Et pergit deinde Diuus Dionysius cæremonias ac ritus,qui monachis consecrandis adhiberi solebant explicare, & statim post Apostolos aliquos fuisse clericos religiosos probat eleganter Medina. [c]

a Hiero: de scriptorib Ecclesia. in sirone.

b Diony. de Eccles. Hierar. c. 10. Plati de bono statu religios lib. 2 c. 21

c Medi. li. 2 de sacro hom. continent ca. 35

## *ARTICVLVS SECVNDVS.*

### *Quæ requirantur modo ad hoc quod votum religionis sit solenne.*

3 REspondeo dicendo, quod hanc litem nobis clare diffiniuit [d] Bonifacius Octauus; cuius verba sunt: Illud religionis votum est solenne, quantum ad dirimendum matrimonium post contractum quod solēnizatum fuerit per professionē expressam, vel tacitam factam alicui de religionibus per sedem apostolicam approbatis. Hactenus Bonifacius. Exhis verbis collige duo copulatiuè requiri ad hoc,quod religionis votum sit solenne. Primum est quod fiat professio expressa vel tacita. Alterū est, quod profitens voueat certam regulam,seu religionem à Sede Apostolica approbatam. Exponamus singula. Ad votum solenne prērequiritur professio & cum professio requirat susceptionem habitus, & annum probationis, necessario prærequiritur ad huiusmodi voti solennitatem,quod emittens professionem susceperit illius religionis vestem à superioribus eiusdem religionis:quibus & non alijs cōmissa est facultas vestes religionis concedendi. Præterea & id necessarium est ad validitatem professionis,quod illa fiat in manu potentis profitentem incorporare huic religioni:alias professio irrita est & nulla. Ad hoc enim,quod aliquis sit alicuius religionis religiosus necesse est vt ab eo qui habet facultatē incorporādi religiosum in tali religione recipiatur:& sic nec Episcopus nec prælatus alicuius religionis possunt dare ip sam professionem, verbi gratia,nouitio professionem in religione fratrum minorum. Ita tenet Antonius [e] de Butrio & Abbas Syluester & cōmunis:& latius dicemus infra in quæstione de nouitijs. Requiritur præterea ad hoc,quod religionis votum sit solēne,quod professionem emittens voueat certam regulam,seu religionem, quod innuens Bonifacius inquit,quod professio fiat alicui de religionibus,quasi dicat, certæ & determinatę religioni. Si quis enim in manibus prefecti regularium voueret in genere religionē, hoc ad votum solenne non sufficeret,sed requiritur quod certam aliquam religionem seu certam aliquam regulam in particulari voueat. Ad idem est Concilium [f] Tridentinū dicens; Regulares omnes tam viri,quam mulieres vitam instituant ad regulæ,quam professi sunt,principatū. Quod & hac ratione fit manifestum: Religiosi in iure cōmuni vocātur regulares: ergo astringūtur alicui certæ regulæ,à qua sumant hanc denominationem: alias non potius dicerentur regulares quam certi clerici, qui nullam regulam professi sunt. Hāc doctrinam docet Diuus Thomas. [g] dicens,quod votum sit solenne in professione certę regulæ. Requirit præterea Bonifacius ad hoc, quod religionis votum sit solenne, quod regula seu religio,quam quis vouet & profitetur sit per Sedem Apostolicam approbata. Quare siquis religionē aliquam aut regulam à Sede Apostolica nō approbatā profiteretur, huiusmodi votum non esset solenne, sed simplex duntaxat. Hoc etiam confirmatur ex Concilio [h] generali Lugdunensi;& Gregorius nonus sua decretali ratificat,& Ioānes vigesimus secūdus in quadam extrauagāti notum facit. & hāc doctrinam docēt [i] Caietanus, Paludanus & Syluester,& tenet Panormitanus & cōmunis,& tradit doctissimus Nauarrus. Hinc est quod votum eorum, qui nullam profitētur regulam ab Ecclesia approbatam,quāuis in congregatione viuant & tria vota emittāt, nō est solenne religionis votum:& per cōsequens illam profitentes non erunt regulares

d ca. vnico de voto & voti redēptione lib. 6

e Butrius & Abb. in ca. correctū de regularibus Syluester ver. religi. 8. n. 14

f Con. Trid. sess. 25. c. 1 de regularibus.

g D. Tho. 2. 2. q 88. art. 7 h capit. vltim. de religiosis domibus lib. 6. ex trauaganti sanctæ Romanæ vniuersalis ecclesiæ de religiosis domibus.

i Cai. 2. 2. q. 88. art. 7. Palud. 4. d. 38. q 2. ar. 8. Syluest. ver: religio. 3. §. 1 Panor. cum comm. in regula de regularibus Nauar. in c: cui portio: 12. q. 1. n. 10

res. Quod exemplis aliquibus comprobat & declarat Nauarrus. [a] Imo dico, si aliquod esset collegium hominum vel mulierum in congregatione viuentium, triaque substantialia vota, obedientiam, scilicet, paupertatē, & castitatem post annum probationis elapsum profitentium sub obedientia fratrum alicuius religionis, à quibus habitum sucipiunt, & in quorum manibus professionem emittunt, induanturque vestibus eiusdem coloris cum habitu fratrū dictæ religionis; si nullum modum viuendi approbatum à Sede Apostolica seruant, talis congregatio est illicita, & prohibita iure [b] ciuili dicente omnia collegia esse illicita, nisi contrarium probetur, & nisi facultate regia instituantur, & sic in iure ciuili hæc verba proponuntur. Nisi ex senatus consulti vel Cæsaris autoritate collegium coierint, tale collegium celebratur cōtra senatus cōsulta & mandata & constitutiones : & ideò disoluendum est. Hæc ibi. Et confirmatur ex quadam lege partitarum, [c] vbi id ipsum disponitur & glossa Gregoriana ibidem, vt solet, doctissime prosequitur. Et etiam si tales congregati in eo collegio ad modum religionis titulo viuant, ex quo videtur pium & laudandum, ad huc tamen esse illicitum affirmandum censeo, cum non sit eius modus viuendi ab ecclesia approbatus, quod verba concilij Lugdunensis [d] satis probant. Ait enim in hunc modum : Ne nimia religionis diuersitas in ecclesia Dei confusionem inducat, firmiter prohibemus, ne quis de cætero nouam religionem inueniat; Sed quicunque ad religionē conuerti voluerit, vnam de approbatis assumat. Similiter qui voluerit religiosam domum de nouo fundare regulam & institutionem accipiat de approbatis. Et ideò Gregorius [e] nonus in sua Decretali & Ioānes vigesimus secundus in sua extrauagāti clarissime innuunt. Neque isti religiosi possunt dici tertij ordinis seraphici nostri patris Frācisci; prout probabimus infra in quę stione de tertiarijs, cum non seruent institutum istorum fratrum. Denique necessarium est vt collegium sit licitum, quod modus eius viuendi ab Ecclesia sit approbatus. Et hoc confirmatur ex quadam constitutione Sixti Quarti, quæ habetur in compendio, sic statuens, Fratres prædicatores, & Minores recipientes seu admittentes ad priuilegia, seu immunitates suorum ordinum quoscunque vtriusque sexus laicos prætextu ordinis tertij, seu alterius modi viuendi, nisi dicti tertij ordinis habitum gestauerint, & professionem solitam emiserint, & in congregatione viuāt, sint excommunicati, non obstantibus quibuscunque. Hæc ibi. Et obserua, quòd licet hęc bulla in quantum excommunicat recipientes ad ordinem tertium eos, qui non viuunt in congregatione derogata sit per Leonem X. eius successorem, qui dat facultatem recipiē di eas mulieres, quæ emisso voto castitatis in proprijs domibus degunt, vt habetur in supplemento in bulla, [f] quæ incipit: nuper sacro Lateranensi Concilio: attamen in quā tum Sixtus IIII. excommunicat recipientes ad ordinem tertium eos, qui solitam professionem non emiserint, non est reuocata, sed manet in sua vi. Quare hæc censura comprehendit prælatos ordinum prædicatorū, & minorum recipientes ad ordinem tertiū collegas, de quibus est nostra disputatio: quando quidem professionem in tertio ordine solitam non emittunt, siquidem nullā tertiam regulam, Leonis, aut Pauli, neq; viuendi modum Nicolai promittunt. Ex quo sequitur prædictum collegium illicitum esse ac reprobatum.

a Nau. in c. non dicaris 2. q. 1. n. 13.

b L. 1. iuncta glos. in verbo illici. collegia. ff. de colleg. illicitis.

c L. 3. ff. de cod. nō

d L. 4. tit. 3. prō. vbi Gregor. in verbo cōtra de ver. & in v. contra volū tad.

e Con. Lug. c. fin. de religiosis domibus.

f dict. c. vnico de extrauag. sanctæ Rom. ac vniuersalis ecclesiæ.

## *ARTICVLVS TERTIVS.*

### *Vtrùm canonici regulares sint vere monachi.*

REspondeo dicendo, quod Panormitanus [g] ait, quod in pœnalibus & exorbitantibus appellatione monachi nō venit Canonicus regularis. Quod cōfirmat D. Thomas [h] dicens, canonicos regulares quatenus tales clericos esse dicēdos. Et probat eo quod regulam, quam vouēt, appellatur regula clericorum, vt videre est apud D. Augustinum : & ita appellat eam Gratianus. [i] Et hoc confirmatur ex quadam sentētia litis Canonicorum regularium ordinis D. Augustini, congregationis Lateranensis aduersus monachos Sancti Benedicti congregationis Casinensis, alias Sanctæ Iustinæ de Padua pro præcedentia data à Pio Quarto, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, in bulla, quæ incipit: Sedis Apostolicæ circunspecta. Vbi Pius Quartus facit sæpe sæpius distinctionem inter Canonicos Regulares, & ipsos monachos dicens ipsos canonicos regulares esse de illis clericis à Sācto Augustino refor-

g Habet. in comp. verb. tertij fratres §. 10.

h Fel. 18. cō cession. q. 1

i Panor. in c. quòd Dei timorem de statu monachorum. n. 2

k Tho. 2. 2. q. 189. art. 8. &. 2.

l Grat. indescript. capitis si quādo 86. d.

m Habet. in sum. consil. Pont. pagi. 454.

matis, imo à Sanctis Apostolis institutis, prout à parte ipsorum fuit allegatũ. Vnde [a] Nauarrus hac ratione & alijs iuribus à se allegatis, distinctionẽ facit inter monachos & canonicos Regulares; Sicut facit distinctionem rubrica de statu monachorum, & canonicorum Regularium. Et cum lex pænalis non debeat excedere proprium casum, prout habetur in iure, videtur dicendum, quod saltem lex pænalis loquens de monachis non debet extendi ad canonicos regulares. Verum est tamen, quod quando est eadem ratio de canonico, & de monacho, cũ in hoc secundum ius antiquum reperiantur exæquati, fit extẽsio etiam exorbitantium & pænalium, vt resoluit Dominicus [b]. Et sic ius vetans monachis postulare, comprehendit etiam [c] Canonicos regulares, prout in alio iure [d] decernitur. Et ratio est, quia causa, qua vetatur monachus postulare, fundatur in abrenuntiatione temporalium, quæ ratio æquè militat in canonico regulari, eo quod perinde renuntiat temporalibus per tria vota solennia ac monachus & quoad hanc renuntiationem iure antiquo reperiũtur æquales, vt colligitur ex regula Diui Augustini & Diui Benedicti. Ex quo infertur esse verè religiosos regulam determinatam, & à Sede Apostolica confirmatam profitentes, prout in quæstione sequenti, agẽdo de religionum origine clarius patebit.

a Nau. in. c. statuimus. 19. q. 3.

b c. pæna. de pænitẽ. d. 1. interpretatione. ff. de pæu:

c Domin. in c. 1. de temp. ordinãdorũ lib. 6. in 6. fallentia.

d c. Mona. 2 16. q. 1. c. 2. de postulat.

## ARTICVLVS QVARTVS.

### *Vtrùm personæ Societatis Iesu sint propriè religiosæ.*

1 RESpondeo dicendo, quod Gregorius [e] Decimus tertius motu proprio certaque scientia ac de Apostolicæ plenitudine potestatis, declarando statuit ac decernit non solum eos, qui in coadiutorum formatorum, siue spiritualium siue temporalium Societatis gradus & ministeria admittuntur, sed & alios omnes, qui in ea biennio probationis peracto tria, castitatis, paupertatis & obediẽtiæ vota publica scilicet simplicia emiserint, emittentve in futurũ, verè & propriè religiosos fuisse & esse, & vbicunq; semper ab omnibus cẽseri & nominari debere, non secus atque ipsos tũ Societatis, tũ quorumuis aliorum regularium ordinum professos. Ex quo nota, quòd hi religiosi sunt in duplici gradu. Primo enim sunt coadiutores formati cum voto simplici obediendi in manibus prælati, per quod non possunt profiteri in alia religione (excepta Cartusiensi) votum verò paupertatis illos facit bonorum incapaces. Voto autem simplici continentiæ, quantum ad perpetuum vsum ita efficiuntur incapaces ad contrahendum matrimonium, prout determinauit Gregorius Tertiusdecimus, & infra in quæstione de matrimonio dicemus. In secundo gradu sunt quidã in hac perfectionis schola, qui tã quã scholares approbati coarctãtur; quorũ vota prælatus non acceptat, nisi implicitè: & hos etiam diffinit esse veros religiosos: nam datur professio implicita, & tacita etiã post Concilium Tridentinum, vt infra in quæstione de religione, quoad professionem late agemus. Et sic oportet Scholarem acceptari implicitè per prouincialem, qui ipsum admittit post scrutinium probationis biennij. Differt tamen scholaris à coadiutore formato in paupertate, quia scholaris cũ 2 licentia prælati potest ad tempus retinere dominium bonorum, sed sine vsu & administratione, in quo differt à monachis & ab Episcopis, qui possunt habere administrationem & vsum non tamen dominium. Et propter hanc rationem videbatur ipsos scholares saltim post biennium probationis non esse regulares; nã capacitas dominij & paupertatis secundum ius [f] est contra essentiã status regularis. Et sic Innocentius Papa negat Summum Pontificem posse disponere cum monacho & regulari, vt habeat dominium & proprietatem. Cui obiectioni respondetur, non esse inconueniens concedere quod religiosus, & monachus possit habere dominium & proprietatem cum autoritate Papæ. Quidam enim doctissimi etiam concedunt, monachum factum Episcopum non obstante monachatu de licentia Papæ, dominiũ posse retinere. Hæc solutio quodam simili declaratur, & confirmatur. Sicut enim quando coniuges consummato matrimonio profitentur religionem, manet vinculum & potestas penes coniugem, sed quantum ad vsum & operationes suas se transferunt in religionem, & hoc sufficit, vt sint verè religiosi, licèt maneãt cum dominio & proprietate mutua suorum corporum, siquidem manet vinculum matrimonij indissolubile: ita in proposito hi, qui profitentur voto simplici in religione Societatis, licet maneãt cum proprietate & dominio

e Habet. in comp. societatis ver. religiosus.

f c. cũ admonasteriũ. de regularibus

minio suarum rerum quoad potestatem, sunt vere religiosi, cum maneant sine vsu & administratione ipsarum. Et quando Innocentius negauit, hoc Papam potuisse facere loquebatur de monacho professo simpliciter & absolute: qui iã abdicauerat proprietatem & dominium omnium rerum, & per traditionem fuit effectus religiosus. At hic loquimur de his, qui voto simplici sunt astricti secundum constitutiones ipsius religionis Societatis Iesu, quibus ad tempus hæc proprietas & dominium conceditur, vt ipsa religio secundum modum viuendi ipsius melius possit conseruari. Denique nonne videmus quod à religione propter sua delicta expulsi manẽt monachi, & religiosi, iuxta ea quæ infra dicemus in quæstione de expulsione [a] à religione. Quo non obstante, tenet doctissimus Soto, quod non manẽt obligati voto paupertatis, quod nos etiam in dicta quæstione defendemus. Quid igitur mirũ si patres non expulsi à religione, sed in ea vt filij fructificantes, sint verè religiosi etiã si non profiteantur paupertatem, quoad proprietatem & dominiũ, sed tantũ quoad vsum & administrationem, ita disponente Papa, qui plenariam autoritatem habet ad limitãdum huiusmodi paupertatem. Et hoc confirmatur. Nam viri doctissimi tenent, prout nos inferius defẽdemus, milites, verbi gratia, Diui Iacobi esse verè religiosos. Nam licet castitas sit de essentia religionis, sicut paupertas, tamen asserunt supra dicti viri docti pro conseruatione ordinum militariũ sufficere castitatem coniugalem. Ita disponente Papa, qui habet plenariam autoritatẽ ad huiusmodi castitatem limitandum, propter conseruationem ipsarum militiarum. Nec etiam ijs obstat, quod status religionis sit stabilis & constans: & Papa secundum multorum opinionem non possit dispẽsare vt religiosus ducat vxorem propter votum perpetuæ cõtinentiæ, quod emisit, per quod Deo se perpetuo sacrauit; & videmus quod supradicti religiosi si dimittãtur à religione & soluãtur ab obligatione ipsius religionis secundũ eius cõstitutiones à Sede Apostolica approbatas, si ducunt vxores valet matrimoniũ; nõverò quãdo ipsi religiosi ante quã dimittantur ducunt sibi vxores. Nam respõdetur statum religionis esse constantem & stabilem, si loquamur de religiosis profitentibus in religionibus, vbi fit professio irreuocabilis ex vtraq; parte. At hæc sacra religio ex autoritate Apostolica hoc habet, vt professio in ea facta sit reuocabilis ex parte prælatorum dimittẽtium suos religiosos. Vel aliter dic, quod satis est, vt status religionis sit stabilis & cõstans ex parte profitẽtium ad hoc, vt sit vere religiosus. Licet enim ex parte prælatorum sit reuocabilis hoc non intenditur per se, sed per accidens ab ipsa religione, suppositis demeritis professorum. Et hoc in fauorem religionis fuit à Sede Apostolica concessum. Et quando Gregorius Tertiusdecimus diffinit esse religiosos intelligit religiosos reuocabiliter. Quod clare innuit siquidem non irritat matrimonium eorum postquam sunt remissi à religione. Et Papa habet à Christo Domino infallibilem potestatem approbandi nouam religionem salua religionis substantia, prout defendit Concilium Constantiense damnans contrarium in errore vltimo Vvicleph, & tenet Diuus [b] Thomas, & est communis omnium Theologorum, prout patet ex late traditis à Cano, Ibañes, & Bellarmino. Et diffiniendo supradictos esse vere religiosos saluat substantiam religionis, cum antequam dimittantur contrahere matrimonium prohibeantur, & eorum matrimonium sit irritum & inane.

Sed, vt clarius pateat constitutio Papalis Gregoriana, qua diffinit ipsos esse verè religiosos, & si contrahant, esse nullum matrimonium, nolo subticere quandam difficultatem, quæ viros doctissimos aliquando torsit. Et est, quomodo Papa potest efficere, vt votum simplex castitatis dirimat matrimonium futurum, cum hoc iure diuino tantum voto solenni tribuatur. Cui difficultati primo facillimo negotio respondemus, quod effectus voti solennis, vt dirimat matrimonium futurum est de iure pontificio, prout tenent multi iuris periti & Theologi, inter quos est [c] Caietanus, & noster Medina Franciscanus, vir eruditissimus: qui fatentur etiam in voto simplici fieri traditionem quandam, sed solennitatem professionis esse de iure Ecclesiastico, & in hanc partem se inclinant multi ex Thomistis allegati ab Henriquez. Et ideo nimirum si Papa cuius statuto factum est, vt votum solenne dirimat matrimonium, alio eiusdem statuto efficiat, vt votum simplex dirimat etiam matrimonium, in quo sit aliqualis traditio, maximè in votis simplicibus, quæ emittuntur in Societa-

a Sot. lib. 7. de iust. q. 7. ar. 1.

b D. Thom. opusc. 19 contra impugnatio. religionum c. 4 puncto. 5. Cano. li. 5 de locis. c. 5 Iban. 2. 2. q. 1. ar. 10. dub. 8. Bellarmi. lib. 2. de monach. c. 4.

c Caiet. 2. 2. q. 88. arti. 7. Medi. lib. 5. de sacrorũ hominum cont. cõtro uer. 7. d Henriq. 2 som. lib. 10. de mat. c. 5. n. 7. liter. N

te Iesu, quæ fiunt in manu prælati. Vnde illi, qui negant in voto simplici fieri traditionem, loquuntur de illo, qui in sæculo existens, tale votum emisit, vbi nullus autoritate Christi ac Papæ acceptat. At in religione Societatis Iesu acceptantur saltē implicite dicta vota simplicia a prælatis autoritate Christi & Papæ suas religiosas constitutiones confirmantis. Vnde nimirum si hæc vota simplicia ita foueantur à summo pontifice vt efficiant emittentem verè religiosum, & incapacem ad contrahendum matrimonium, siquidem in ipsis interuenit vera & realis traditio: præsertim cum ipse Papa moderetur eum statum & capacitatem ad contrahendum vt non sit ipsa incapacitas perpetua, sed tantum duret quandiu durat ipsa actualis & realis traditio, quæ potest dissolui auctoritate prælatorum iusta interueniente causa. Et quod solennitas, quæ fit per traditionem voto solenni sit de iure positiuo, probatur. Nam antiquitus verè erant religiosi tempore Apostolorum, & illo tempore non solum paupertatem & continentiā, sed etiam obedientiam profitebātur, vt ex Philone & alijs concludit doctissimus & eruditissimus Hieronymus Plati. & [a] fere omnes votis insuper obligantur, ita vt ab illo statu deficere, illicitum plane ac nefariū esset. Verum est tamen, quod adhuc non tāta inerat monasticis hisce votis autoritas, ac hæc quā nostri Theologi & iuris periti, appellt, Solēnitas, imo etiam in initio nec expresse quidem, vt verisimilius est, ac publicè vota emittebantur. Sed ea professio ex generali omnium sensu & consensu, ita erat religioso statui annexa, vt etiam si voce nulla facta esset promissio, tamē intelligeretur simul cum statu suscepta eius professionis obligatio, modo quo nunc castitatis votum in sacris ordinibus accipiendis includitur, idq; ex quodā [b] Basilij loco intelligi potest, vbi ait eos, qui se ad monachorū ordinē ad dicerent Cælibatum admittere censuisse. Itaq; hoc etiam tandiu seruatum est, quādiu prisca illa pietas ac verecundia satis fuit ad homines in officio continēdos. Posteà tamē commodius visum est, quod etiam Basilius ibidem decernit expressam castitatis promissionem adijcere. Et primum quidem adhuc eo modo, vt siquis rupto voto matrimonium iniret, peccaret quidem, sed tamen matrimonium ratum validumque esset, declarant hoc veterum patrum sententiæ. Cyprianus [c] in epistola ad Pomponium, Hieronymus [d] ad Demetriadem: vbi ita de Monialibus loquuntur, vt si se continere non possent, quod professæ erant, eas potius ad nubendum hortentur: quod iam nec peccatum quidem fecissent, accedēte legitima Episcopi dispensatione: id quidem ab Epiphanio [d] quoque consuli videmus. Augustinus [e] etiam insuper quosdam aperte confutat, qui harum coniugium esse negabant. Quod si Innocentius [f] primus Pontifex, qui horum ætate vixit & concilia etiam quædam huiusmodi coniugia dirimi iubent, id pœnæ cuiusdam loco constituunt: quod sine dubio poterant vt thorus separetur: non quia ipsum cōnubij vinculum non valuisset, id enim nusquam dicit. Atque hanc ipsam pœnam constat illo quidem tempore non ab Ecclesia generaliter receptam esse. [g] Itaq; & Leo Decimus, qui post Innocentium fuit annis paulo plus quam viginti, etiam si peccatum id esse doceat, non tamen de nuptijs rescindendis mentionem vllam fecit. Et Gelasius, [h] qui anno quadringentesimo nonagesimo secundo, eandem sedem tenuit, has quidem moniales ad propositum vnde exciderunt adhortatur, non tamen compellit, neque matrimonium infirmat. Quin Gregorius ipse, quo nullus anteà Pontifex seuerior in hoc genere fuerat, cum crebris [i] decretis & epistolis eos, qui coniugium contraxissent, se iungi & in monasterium retrudi iubeat, nihil tamen dicit, quod coniugium non valuisse intelligatur. Imò vero quod valuisse existimauerit, ex eo etiam intelligitur, quod homilia [k] quadā narrat de Gordiana amita, quæ se postquam vna cum duabus sororibus dedicasset mortuis illis oblita (vt ipse ait) Dominici timoris, oblita pudoris ac reuerentiæ, oblita consecrationis maritum acceperat, & cum eo deinceps vixerat. Quare primus omnium quod literis extet Innocentius Secundus, cum Romana Synodo generali anno nimirum humanæ salutis millesimo centesimo trigesimo nono, hoc constituit, vt religiosis omnino matrimonium omne interdiceret: idque ita vt si contraherent nullam vim haberet. Ex his omnibus ita concludendum est religiosa vota eam quidem vim habuisse semper, vt matrimonium illicitum efficerent, illam autem vim vt etiam irritum ac nullum efficerent propter eorum solennitatem temporis

progres

a Plati.li.1. de bono status reli.c.21.

b Basilius.5 epist.2.ad Amfil. can. 14.

c Cyp.lib.1 epist.11.

d Hierony. epist.8.

d Hæres.61. contra Apostolos.

e Augu. de bono viduitatis.c.11.& 12.

f Con.Tol. 27.q.1.ca.viduas char. c.de filia.

g Epist.5 c.14.

h 27,q.1, de viduis,

i Referūtur 27,41.

k Homi,38 in Euange:

progressu & quasi gradatim iure pontificio fuisse introductam. Ex ea quidem re magnũ constat ornatum, dignitatẽ ac stabilitatem, religiosis institutis adiunctam, vt non modo veteribus illis nihilo inferiora sint, sed quod ad eorum quidẽ formam aliquid etiã hoc tempore melius & præstantius habere. Et istud aliud non à iure diuino, sed à pontificio emanauisse. Vnde propter decorem ipsius religionis Societatis Iesu ordinauit Gregorius Tertiusdecimus, his nouissimis temporibus, vt vota substantialia religionis licet simplicia, efficiant inhabiles ad contrahendum personas ipsius Societatis antequã à Societate dimittantur.

## ARTICVLVS QVINTVS.

### Vtrùm sit licitum disputare, an Societatis institutum sit vere religiosorũ.

a Habet. in summ. cõst. ponti. pagi. 785. cõst. tit. 42.

REspondeo dicendo, quod [a] Gregorius Tertiusdecimus, anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo quarto, octauo calendas Iulij Pontificatus sui anno decimotertio, *Præcepit in virtute Sanctæ obedientiæ necnon inhabilitatis ad quæuis officia & beneficia sæcularia, & quorumuis ordinum regularia eo ipso absque alia declaratione incurrendis, quarum absolutionem ipsi & Sedi Apostolicæ reseruat, nequis cuiuscũq; status, gradus & præeminẽtiæ existat dictæ Societatis cõstitutiones, & institutiones vel etiã præsentes, aut quæuis earũ vel supradictorum omnium articulorum (quod supra enumerauit ipse Gregorius) vel aliud quid supradicta concernens quouis disputandi, vel etiam veritatis indagandæ quæsito colore directè vel indirectè impugnare, vel eis contradicere audeat.* Hæc Gregorius. Ex quibus verbis colligitur, minimè licere disputare, & in dubium adducere, vtrùm constitutiones Societatis & eius constituta & decreta pontificalia circa ea contineant veritatem: quod aliquibus durum nimis visum fuit. Nam licet viris doctis Theologis, aut in iure canonico peritis præsertim laurea Licentiatus aut Doctoratus insignitis, explicare dubium sensum bullæ, aut priuilegij Apostolici, iuxta ea, quæ tradidit Castillo [b] & Didacus Perez, & late dicemus infra. Sed hi mentem Pontificis minime penetrant, quæ fuit, vt multis iurgijs parum ad ædificationem pertinentibus, imò scandalosis obuiaret, sicut etiam in primordijs ordinum prædicatorum & minorum ordinauit Alexander Quartus, Pontifex maximus contra quendam Guillermum de Sancto Amatore & alios vniuersitatis Parisiensis, statum harum sacrarum religionum damnantes, vt patet ex bulla ipsius Domini Alexandri data Anagine Decimoseptimo calendas Decembris pontificatus sui anno secundo: quę incipit. Dei venerabilibus fratribus vniuersis Archiepiscopis, &c. Quibus literis Apostolicis præcluditur via linguis mordacibus cõtra ipsas religiones dolosè agẽtes & habetur Parisijs, authentica cum alijs bullis, quæ ibi habentur & congeruntur, in quodam libello, cuius titulus est: declaratio & defensorium priuilegiorum fratrum mendicãtium. Simile etiam legimus fecisse his temporibus Pium Quintum, Pontificem maximum, in Bulla [c] quæ incipit super speculum Domini data Romæ anno Dñi millesimo quingẽtesimo septuagesimo, pridie calendas Decẽbris, in qua adducens autoritatem Apostoli, arguentis aliquorum audaciam aliquas quæstiones ventilantes & verborũ pugnas concitantes. Ex quibus oriuntur inuidię, & contentiones cæteraq; vitiorum monstra, tumultus excitantes. *Statuit & ordinauit atq; per Apostolica scripta mãdauit quatenus nemo cuiusquam ordinis, gradus, conditionis, vel dignitatis existat popularibus concionibus, vel vbicunque promiscua virorum vel mulierũ multitudo conuenire solet de immaculata Virginis Mariæ conceptione disputare rationibus vel Doctorum autoritate asserendo propriam sententiam, & contrariã refellẽdo, aut impugnãdo, vel de hac ipsa quæstione cuiusuis pietatis, aut necessitatis prætextu vulgari sermone scribe-*

b Cast. in l. 1. Taur. fol. 15. Perez in præem. ordin. 99.

c Habet. in sum. consti. pont. pagi. 639.

*re, vel dictare præsumant: & qui contra fecerit suspensionis pœnã à diuinis absq; noua declaratione ipsofacto incurrat, si modo fuerit in sacris constitutus, & quocunq; præterea gradu siue dignitate, vel administratione fungatur, illis omnibus sit ipso iure priuatus, & ad eadẽ vel similia munera obtinẽda perpetuæ inhabilitatis censuræ ipso etiam facto sit obnoxius.*

Vides quomodo Pius Quintus ad sedãdas lites & contentiones aliquorum omni disputatione in Concionibus, vel in libris vulgari sermone scriptis de immaculata Virginis Conceptione viam meritò percludit. Et sic non est mirum quod Gregorius Tertius decimus viã percludat disputationi de his, quæ pertinent ad statum religionis Societatis Iesu, vt verborum pugnas ac quæstiones reprimat: ex quibus oriuntur inuidiæ, & cõtentiones ceteraq; vitiorum monstra. Et sic videmus Imperatorem Iustinianum de regimine & tranquillitate reipublicæ satis bene meritum propter eius prudentissimas constitutiones, quadam lege [a] prohibere, ne de ministerijs fidei fiat disputatio non syncera intentione, vt melius intelligantur. Sed dicent aliqui, quod sicut non vetatur disputatio Sanctissimæ Trinitatis syncera intentione ventilata, ita non debet vetari disputatio de statutis Societatis syncera intẽtione.

a l.3,c.sum-Trinitate& fide cathol.

a

Ad quod respondeo negando consequentiam. Nam disputatio de sanctissima Trinitate, & mysterijs fidei est necessaria Ecclesiæ, & vtilissima ad conuincendos & redarguendos hæreticos & infideles; at disputatio de concernentibus ad Societatem, supposito quod sunt à Sede apostolica approbata etiã si fiat sincera mente non est necessaria, nec vtilis, imò parit discordias, inuidias incitat, inimicitias gignit in animis eorum, qui vt homines possunt præsumere talem disputationem non sinceram, sed sinistra intentione ab aliquibus proponi. Et aduertẽdum, quod non prohibetur omnis disputatio de concernentibus ad Societatem Iesu, sed tantum illa, quæ proponũtur ad ipsam impugnãdũ vel contradicendum, etiam si hoc fiat ad indagandam veritatẽ. Non autem prohibetur disputatio, qua nec impugnatur, nec contradicitur ipsa sacra religio, sed confirmatur, & roboratur, vt patet ex bulla Gregorij Tertij decimi, vbi impugnare vel eis contradicere audeant. Vnde ego articulo superiori disputans de ipsa sacra religione, & statu solum rationibus & iuribus ipsam à contrariorum argumentis defendere sum conatus.

## ARTICVLVS VI.

### *Vtrum professi in ordinibus Militaribus sint religiosi.*

REspondeo dicendo, quod vt certa ab incertis secernamus, dicendum est, quod profitentes regulam D. Ioannis qui Cõmendatores de Malta nuncupantur non dubium est, quod omnes etiam militares seculares sint verè religiosi gaudereque priuilegio Canonis & fori, & etiam per eorum professionem dirimi matrimonium ratum non consummatum; & alia quæ ad verè religiosos pertinent, ipsis etiam pertinere. Hanc opinionem tenẽt Corduba, [b] Nauarrus & Aragon. Et hanc opinionem docet Sotus in libro septimo de iustitia & Iure, quæstione quinta articulo tertio, versiculo ex his ergo militum. Verum tamen est, quod in quarto distinctione vigesima septima, quæstione prima, articulo quarto, versiculo, quocirca, dicit quod non auderet affirmare dirimi matrimonium ratũ per ingressum religionis sancti Ioannis, si sermo fiat de militibus sæcularibus huius ordinis, quem sequitur Sarmiento. [c] Nihilominus tamen quanuis hi milites seculares ordinis D. Ioãnis sint verè religiosi tria vota substãtialia emittentes, vt cõstat ex libro constitutionum dictorũ militũ, cui titulus est stabilimenta militum sacri ordinis S. Ioannis Baptistę, Hierosolymitani, præsertim ex proœmio & exordio & ex bulla Innocentij Pontificis, habent tamen ex pontificio priuilegio, vt non comprehendantur sub iure aliorũ religiosorũ, quantum ad odia & rigores, prout aduertit Aragõ. [d] Et sic in Concilio [e] Tridentino excipiuntur ne teneantur contribuere pro seminario.

b Cord.in sum.q. 148. & 178, in fi: Nauar.in regul.li.3, cõsi.21.pa.242, & tit: de cõuersio.coniugatorum, conc.1,pag, 296, Arag.2 2.q.88,ar.11, ad vltu.pag. 1039, col.1. in princip.

c Sarm. de reddit.4,p. c.1:n. 13. & in defens.1. pa.monit, 56,n.1.

d Arag.vbi sup.

e Con.Tri: sess.23,ca.18. de reforma· fSot.li.7,de iust.q.5, ar. 3,vers.3. argum.pa.640 col. 2, & in 4,d.27, q.1, ar.4,v.tunc fit pagi.116, col.2.

De alijs autem militaribus ordinibus etiã certũ est, quod si loquamur de monialibus cruciatis, & de clericis cruciatis in dictis ordinibus professis, qui intra septa monasterij vitam degunt, vere quidẽ religiosi sunt, prout concedit Soto, [f] Aragon, & communis. Punctus autem difficultatis in hoc consistit

sistit,an milites prædictorum ordinum, qui possunt matrimonio copulari, cum tantũ promiserint in sua professione castitatem coniugalem,sint verè religiosi. De quo est duplex opinio, vna iuris peritorum affirmantium esse vere religiosos siquidem vouent tria vota substantialia. Et loquendo de militibus S.Iacobi,hanc opinionem eleganter defendit Fortunius [a] Garcia.Loquẽdo autem de militibus Calatrauæ eam defendit Burgos de Paz adducens statuta harum religionum. Loquendo autem de his omnibus religionibus in communi,hanc ipsam opinionem defendit doctissimus & pijssimus Nauarrus [b] in multis singularis suæ doctrinæ locis,& eam ipsam innuit doctissimus eius contemporaneus Couarruuias.

Secunda opinio est Theologorum dicentium,milites harum religionum non esse verè religiosos, cum vxorem ducere possint. Hanc opinionem tenet [c] Soto,tenet Aragon, tenet Molina, ex multis defendit Sarmiento, & si attentè legatur, tenet eam Couarruuias, & pertinaciter defendit Nata, addens quod milites Sancti Ioannis sint verè regulares. Et eorum præcipuum fundamentum est autoritas Doctoris Diui Thomæ, qui arguens quod continentia ad perfectionem religionis non requiritur, eo quod aliqui sunt religiosi, qui vxoribus vtuntur, sicut sunt milites istarum militiarum, Respondet, illos viuendi modos vbi est matrimonialis vsus non esse, simpliciter & absolutè loquendo, religiones, sed secundum quid,in quantum scilicet aliqua participant, quæ ad statum religionis pertinent, & perconsequens professores istarum militiarum non esse simpliciter & absolute religiosos,sed secundum quid, in quantum,scilicet,aliqua participant,quæ ad statum religionis pertinent.

In hac igitur opinionum varietate ego simul Theologus & inter iuris consultos enutritus, puto hos milites esse verè religiosos, non absolutè & simpliciter,sed religiosos militares.Licet enim milites de Alcãtara & milites de Calatraua profiteantur regulã Diui Benedicti, & Cisterciẽsis ordinis, non profitentur eam in ordine ad obseruantias monachales,sed in ordine ad obseruãtias militares. Et ità appellantur à summis Pontificibus professi ordinum militarium,volentibus in hoc nobis significare,quod licet ipsi profiteantur regulam monachorum, non tamen ipsam profitentur cum onere obseruandi constitutiones monachales,& obseruantias monasticas,sed in ordine ad finem, ad quem eorum professio tẽdit, scilicet,ad militiam, & ad pugnandũ cõtra infideles cũ onere obseruandi constitutiones suorum ordinum & obseruãtias regulares militares. Et sic milites D.Iacobi promittunt paupertatem ordinatam ad istum finem,prout in constitutionibus ipsius ordinis declaratur. Et si non essẽt regulares paupertatis professores ad quid Pius.V.omnia priuilegia testandi professoribus ordinũ militarium concessa reuocauit?Et qua ratione Papa hæc priuilegia posset dare & tollere professoribus prædictis,si non essent vere professi paupertatem?Et quomodo regia potestas ferret,vt tot illustrissimi & nobiles viri alioqui laici penderẽt à manu Papæ quoad dispositionẽ bonorum temporaliũ in suis regnis sitorũ, cum nõ patiatur vel minimũ agricolã laicũ suorum regnorum pẽdere ab eo etiã quoad dispositionem vnius præsulis secularis? Vnde commendatarij militarium sunt velut de positarij perpetui ad modum,quo traditur in iure ciuili de comẽdatarijs & depositarijs loquente. Non enim eorum cõmendæ sunt verè tituli beneficiorum;tituli enim beneficiorum ipsorum ordinum sunt apud alios, qui in ipsis ordinibus rectores appellantur. Nam commendatarij vtuntur tantummodo fructibus & emolumentis temporalibus autoritate suorum maiorum magistrorum prout tradit doctissimè Auendanus. [g] Et sic clarissimi ingenij vir Gregorius [h] Lopez hãc partem suo claro ingenio demonstrat, dicens hos cõmẽdatarios esse religiosos,quia isti ordines ad militandum sunt religiones quædam permissæ & iustæ. Sicut enim ordines monachales sunt ordines iuste à Sede Apostolica approbati,ministerio ecclesiasti co deputati; ita prædicti ordines sunt iustè ordinati propter defensionem fidei, & ad diuini cultus,& publicæ salutis conseruationem maxime necessarij. Et sic ecclesia ab Spiritu Sancto edocta pacem non solum spiritualem,sed etiam temporalem ad diuinas laudes celebrandas à Deo optimo & maximo precatur,orãs.Deus,à quo sancta desideria & recta cõsilia,& iusta sunt opera,da seruis tuis illã,quã non potest pacẽ mũdus dare,vt corda nostra mãdatis tuis dedita& hos

a Fortun.in cons. præsti to præmil.tibus S.Iaco. 2.p.v.præterea, Burgos constitut.13 per totum, b Nauar. in tract. de reddit.bus,q.1. mon.55.art. n.5, & q. 3, mon.27,n.1 & in præp. apologię in §.15.& lib.3 de reg.pag, 96,& libr.4, n.18,pa.166, cons. 23,pa. 243,& lib.1, titul. de his quæ vi metusue causa cons.3.nu.6 tit.de spon. cons.13,pa. 373,&Cou. de spon.c.2 p.1,c.3,§.1, col.1, c Sot.vbi supra,in,4, d. 27,q.1,art.4 pag. 116, & li.7. de iust. 93,ar.3,ad.3 pagina. 640. Arag: vbi sup.pa.1036 col.2, Med. de iust.&iure,141,colu. 771,Sarmiẽ. de reddit. 4 p.ca.1.n.13, & in defẽs. de reddit.1, p.mon. 56, Couar. vbi sup.Nata.li. 3.cons. 508, & cons.509, d D.Tho.2, 2,q.186,art. 4.ad.3,

e ca.1,tit.de la regla y establimientos de la caualleria de la orden de Sanctiago,

f l. comẽdare de v.sig.l. Lucius.ff.de positi,

g Auenda. de exequen dismandat. prin.2.p.ca. 26.

h Lopez in l.1.tit.7.p.1 sentent. de ordi.

tium sublata formidine tempora sint tua protectione tranquilla. Et ordo militiæ Sancti Iacobi fuit approbatus autoritate Alexãdri Tertij, ad supplicationẽ honorabilis viri Petri de FuenEncalada primi magistri dicti ordinis, quod requiritur vt professores ipsius sint verè religiosi iuxta tradita in iure canonico. Vnde [a] magister ipsius ordinis tanquam persona ecclesiastica per electionẽ assumebatur, prout dicitur in iure, & cum in professione sua promittunt obedientiam dicti milites promittunt etiam castitatem coniugalem in ordine ad conseruationem ordinum militarium. [b] Licet enim de essentia religionis sit votum castitatis, summus tamen pontifex maxima sua prudentia ordinauit, vt in isto ordine militari sufficeret ad eius perfectionem castitas cõiugalis ne propagatio virorum nobilium deficeret, sine quibus militia conseruari non potest. De alijs vero ordinibus Calatrauæ & Alcantaræ non est tanta dubitatio, cum sint ordinis Cistertiẽsis professores ab antiquis canonibus approbati, & promittunt obedientiam & viuũt sine proprio, & si quid retinẽt & possident hoc est ex voluntate prælati. Et ante modernam concessionem Pauli Tertij non ducebant vxores, imò promittebant continentiam. Vnde si ex dispensatione fuit cõcessum eis, vt nuberent in posterum reliquis in suo statu permanentibus, non videtur ex hoc ita mutatus eorum status, quin ecclesiasticę & religiosæ personæ censeãtur. Nam quod in fauorem alicuius est introductum, non debet in eius damnum retorqueri iuxta id, quod in iure habetur. [c] Et cũ isto modo Papa approbat hos ordines militares, sicut approbauit ordinem fratrum & Sororum Tertij ordinis non promittentium castitatem & continentiam prout tradit Petrus de Perosino. [d] Imo Hostiensis in summa de regulatibus dixit vxorem habentes & nullam aliã cognoscentes castè viuere. Deniq; hi omnes milites verè religiosi sunt militares, obedientiam, paupertatem & castitatem promittentes in ordine ad militiam, cuius professores existũt. Et sic quãdo D. Thomas dixit quod cũ vsu matrimoniali non esset simpliciter & absolutè religio, verũ quidem dicit: & sic nos non vocamus religiones militares simpliciter religiones, sed religiones militares, & in hoc allucinati sunt Theologi non potentes intelligere, quomodo illa dicatur vera religio, vbi eius professores vxores habere minime prohibentur, non considerantes quod vera & absoluta religio minime cum vxoribus compati possit. At religio cum additamento militaris, cum vxorum vsu compati potest, prout autoritate Apostolica ordinatum est, & in quantum talis vera religio est, sicut in simili tali casu sunt allucinati peritissimi Theologi, non potentes percipere quomodo secundum Scotum peccator possit de congruo mereri primam gratiam, cum secundum fidem prima gratia non cadat sub merito: non considerantes, quod Scotus non dicit, peccatorem posse mereri primam gratiam absolutè, sed posse eam mereri cum adiumento de congruo, quod non est meritum absolutè, sed meritum de congruo & in quantum tale bene meritum est. Denique non potest negari hæc veritas attentis Bullis Summorum Pontificum, præcipue quadam Alexandri Papæ, quæ incipit, Dei venerabilibus fratribus: quæ habetur authentica in conuentu de Vcles ordinis militaris D. Iacobi. Vtrum autem per ingressum harum religionum soluatur matrimonium ratum, in quæstione de matrimonio ventilabitur. De qua in secundo huius nostri operis Deo ducente agetur.

a c.fi. de relig. domib⁹ c.1. de voto lib. 6.

b c.1. de electio.ca.congrega.16.q. fin.

c L.quod fauore. C. de leg.

d Perosinus in tracta.de 4.Episcopa.

## QVÆSTIO SECVNDA.

### De ordinibus Mendicantibus & eorum origine in nouem articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæruntur nouem.*

1 QVi sint ordines mendicantes.
2 Vnde habuerit exordium ordo prædicatorum.
3 A quo habuerit originem religio fratrum minorum.
4 Vnde traxerit originem ordo Eremitarũ S. Augustini.
5 Vnde habuerit originem ordo Carmelitarum.
6 Vnde habuit originem religio Seruorum Beatæ Mariæ.
7 Vnde habuit originem religio Minimorum.

8 Vnde

8 *Vnde habuit originem religio Sancti Hieronymi Ieſuatorum.*

9 *Vnde habuit principium religio Societatis Ieſu.*

## *ARTICVLVS PRIMVS.*

### *Qui ſint ordines mendicantes.*

REſpondeo dicendo, quod licet omnes religiones, quæ viuunt ex eleemoſynis, ſecũdum etymologiam vocabuli, poſsint dici mendicantes, prout probat Iulius Clarus [a] & Antonius Gabriel; illi tamen, qui hoc nomen abinitio ſibi vendicauerunt ſunt quatuor, ſcilicet, ordo prædicatorum, Beati Franciſci, Eremitarum Diui Auguſtini, & Carmelitarum, qui propriè & principaliter mendicantes appellantur, & ſi aliqui eorum in communi bona ſtabilia poſsideant, prout innuit Pius Quintus in quadam conſtitutione de præcedentia fratrum prædicatorum reſpectu aliorum mendicantium, & declarauit in alia conſtitutione, quæ incipit; Et Romanus Pontifex. [b] Verum eſt tamen, quod ordo Seruorum Beatæ Mariæ inter ordines mendicantes poſtea fuit enumeratus ordo, Minimorum & ordo Societatis Ieſu prout tradunt Paraſelus [c] & Nauarrus.

Quantum ad ordinem Seruorum Beatæ Marię & Minimorum habemus expreſſam conſtitutionem [d] Pij Quinti. Vbi Pius Quintus poſtquam dixerat ordines Beati Dominici & Beati Franciſci atque Eremitarum Sancti Auguſtini nec non Carmelitarum eſſe ordines mendicantes, affirmat ſe ordinem Seruorum Beatæ Mariæ in eorum *numerũ aggregaſſe*, & *Statuit omnia priuilegia mendicantibus conceſſa ad præfatum minimorum ordinem de nouo extendi & ampliari ipſumque verè mendicantẽ eſſe & ſub mendicantium ordinibus eſſe & comprehendi debere, nec non omnia & ſingula Concilij Tridentini decreta pro mendicantibus ordinibus declarata & modificata etiam pro ordine Minimorum huiuſmodi eſſe declaranda & modificanda diſtrictius in virtute ſanctæ obedientiæ, ac alijs arbitrio ſuo iniungendis pœnis inhibendo quibuſuis locorum ordinarijs ac alijs quibuſcunque ne eoſdem fratres ordinis Minimorum contra eorum conceſſa priuilegia moleſtare, inquietare vel perturbare audeant, vel præſumant.* Hæc Pius Quintus in dicta conſtitutione, [e] qui ſimiliter in alia conſtitutione declarauit ordinem Societatis Ieſu eiuſque perſonas mendicantes eſſe, prout habetur in compendio priuilegiorum Societatis. Et idem Summus Pontifex in alia conſtitutione, data Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo piſcatoris die decimonono Nouembris milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo Pontificatus ſui anno ſecundo congregationem Sancti Hieronymi Ieſuatorum inter ordines mendicantium comprehendi voluit motuproprio & de plenitudine poteſtatis concedens dicto *Ordini omnia & ſingula priuilegia, immunitates, exẽptiones, facultates, gratias, indulta & alias gratias per ſuos prædeceſſores & per eandem Sedem Apoſtolicam quomodolibet mendicantibus ordinibus conceſſa eorum omnium ac deſuper, & tam ſub plumbo, quam in forma breuis confectarum literarum tenore, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus pro expreſsis & inſertis habentes ad ipſam congregationem Ieſuatorum, illiuſque fratres, domos, & Eccleſias, & loca quæcunq; de nouo quoad ea quæ eorũ regulæ & modo viuẽdi nõrepugnãt tantum autoritate Apoſtolica extendit & ampliauit, ipſoſque verè mendicãtes & ſub mendicantiũ ordinibus eſſe & cõprehendi debere, necnon omnia & ſingula Concilij Tridentini decreta pro men-*

a Iulius Clarus verb. teſtamẽ. q. 24. & Anton. Gabriel 1. tom. pag. 234.

b Habetur in conſt. Pij 5. lib. conſt. ap ſt. pag. 56. in impreſſ. Lugd. 1584.

c Paraſel. in ſuo comp: fol. 117. Nau in ca. ſtatui. 14. q. 3. no. 13. iv fin.

d Habetur inter conſtitutiones Apoſtolorũ conſt. 1

e Habetur comp. verb ſocietat. §. 1 Habetur in eadem lũma conſt. Pont. pag. 568. in cip. Rom. Pontifi. priuilegia.

*mendicantibus huiusmodi declarata & modificata etiam pro congregatione huiusmodi eiusque fratribus declarauit, & modificauit.* Et hoc ipsum confirmauit Gregorius [a] Tertiusdecimus. In quadam constitutione data Romæ apud Sãctum Petrum sub annulo piscatoris die primo Februarij millesimo quingentesimo septuagesimo octauo, Põtificatus sui anno sexto. Et istam religionem inter mendicantes cõnumerari late probat Antonius [b] Corsetus & asserit Viualdus [c] in suo Candelabro aureo ipsos fratres Bononicę habere prædictam bullam Pij Quinti autenticam.

a Habet. in sũma const. Pontifi. pag 734. in cipit specta qui in castitatis

b Corr. tract. de eisdẽ.

c Viualdus ti. de absolutione. n. 20 pag. 138. col 2. i. p.

## ARTICVLVS SECVNDVS.

### *Vnde habuerit exordium ordo prædicatorum.*

REspondeo dicendo, quod ordo prædicatorũ, siue Sãcti Dñici ab ipso sanctissimo Patriarcha originẽ duxit, qui ortus in his Hispaniæ partibus in oppido Calagorræ diæcesis Oxamen. ex illustri Guzmanorum familia patre Felice & Ioãna matre natus, fuitq; eius regula confirmata ab Honorio III. primo anno sui Pontificatus, & anno sexto Federici Secundi Imperatoris, & nostræ salutis anno millesimo ducentesimo decimo sexto, regnante in Hispanijs Catholico Rege Alfonso Nono, qui victoriã illam celeberrimam en las Nauas de Tolosa contra Sarracenos obtinuit, prout asserit Hieronymus [d] Roman in libro, cuius titulus est, respublicas del mũdo, Hispano sermone. Qui feruentissimus B. Dñicus ex hac vita ad Dñum migrauit anno Dñi millesimo ducentesimo vigesimo tertio, fuitq; postea à Gregorio Nono, in Sanctorum numero collocatus. Estq; iste ordo diuisus in conuentuales & obseruantes. Qui sanctissimus pater de mandato Dñi Papæ moniales colligendas & reformandas accepit, ipsisq; domũ quã cum fratribus incolebat apud Sanctũ Sixtum reliquit, susceptis de liberalitate Sũmi Pontificis domo & Ecclesia sanctę Sabinæ, prout in historia ipsius latius continetur digesta per fratrem Ferdinandũ del Castillo istius ordinis patrẽ benemeritũ, in quo ordine patres tã literis, quam sanctitate illustres semper extiterunt. Ad quã in suis principijs statim assumptus est Reginaldus Aurelianensis decanus; quẽ post duos alios Sũmos Pontifices, scilicet, Benedictũ secundum & Innocentiũ Dñs his nouissimis tẽporibus illustrauit cũ fratrem Michaelẽ D. Dominici instituta professum, Sũmũ Põtificẽ omniũ suffragijs coronauit die natalitio suo, sexto decimo calendas Ianuarij in festo Sãcti Antonij incũte eius vita anno sexagesimo secundo, qui voluit vocari Pius Quintus illustris religione, zelo, & sanctitate, vt eius acta probat. Non est tamẽ silendus quidam pater frater Ioannes Verulensis huius sacri ordinis, de quo sic in Dominicanis natalibus legimus. Cũ annis viginti ordinẽ totum gubernasset, & eũ quidẽ orbe iã ferme toto diffusum pedibus abijsset. Et in ijs Cardinalium Comitijs quæ inter Nicolaum tertium, & Martinũ Secundũ, millesimo ducentesimo octuagesimo anno Dñi habita sunt. Hunc omniũ suffragijs absentẽ elegerunt, sed tamen prius quã eius renunciũ acciperet mortuũ esse refert Hieronymus Plati [e] in suo libro de bono statu religiosi.

d Hierony: Roman. li. 6 de rep. Christiana c. 23

e Hieron. Plati lib. 2. de bono statu religios. c. 28. pag. 363.

## ARTICVLVS TERTIVS.

### *A quo habuit originem religio fratrum Minorum.*

REspondeo dicendo, quod fratrum Minorum ordo alias D. Francisci traxit originem ab ipso Seraphico patre, & patriarcha Francisco, qui ortus fuit in Ciuitate Asis eiusq; primæ regulæ confirmationem habuit ab Innocentio Tertio, anno Domini millesimo ducẽtesimo duodecimo, & regulæ secundæ ab Honorio Tertio, anno octauo sui Pontificatus, & nostræ salutis circiter millesimo ducentesimo vigesimo quarto. Ex huius Ordinis sodalitio viri percelebres exorti sunt, qui & sanctitate & vitæ integritate cum doctrinæ excellentia coruscarunt, multique hodie vita, laude regulæ commendantur: ita vt nulla vel frequentior vel amplior monastica professio ipsis minoribus in Ecclesia habeatur. Ab hoc ordine quatuor ad regendam Petri nauem assumpti sunt, Nicolaus Quartus, qui & Hieronymus Asculanus Alexander V. qui & Petrus Cietensis, Sixtus IIII. qui & Franciscus de Ruuere Sauonensis, & Sixtus V. qui & Felix Peretus ex oppido Mõtalt, cuius memoria & opera illustria patent ex libro Italo sermone scripto, vbi multa memoria

moria digna istius Pontificis referuntur,& refert etiam pater Hieronymus [a] Roman quadraginta duos patres huius ordinis Cardinales fuisse creatos. Qui addit quod fortè non sunt in Hispania quatuor Ecclesię,quarum regimen episcopali dignitate non habuerint fratres Minores. Qui minorũ ordo magis ac magis in tanta multitudine creuit, vt in tempore Calixti Tertij Papæ anno Dñi millesimo quadringentẽsimo quinquagesimo quinto regnante Imperatore Federico Quarto se Ecclesiæ Dei obligauerit dare triginta millia fratrum ad pugnandũ cõtra infideles,remanentibus totidem ad cultum diuinum peragẽdum. Et sic prædictus ordo Minorum vocatus, reperitur nunc in plures partes ob varias illius reformationes diuisus,videlicet in conuentuales,in fratres de Obseruantia,in Conuentuales reformatos & reliquos, & in fratres Amadeos, & Clarenos sub ordine fratrum Minorum vnitos à Pio Quinto, prout patet ex quadã huius Pontificis bulla,quæ habetur in Summa constitutionum Pontificaliũ data [b] Romæ anno incarnationis Dñi millesimo quingentesimo septuagesimo septimo, decimo calẽdas Februarij Põtificatus eius anno tertio.Qui fratres Amadei,scilicet, & alij iam à dicta vnione defecerunt. Reformatio fratrum de obseruantia exijt à fratribus conuentualibus & cœpit anno Domini circiter millesimo quadringẽtesimo decimo quarto iuxta Concilij Constantiensis decretum. Sed & formam & ordinem dedit, post modum Beatus Bernardinus de Senis, vir magnæ sanctitatis,& gratiæ, & feruoris in prædicando sub Eugenio Quarto,Sũmo Põtifice,anno Domini circiter millesimo quadringentesimo trigesimo, ac sub eodem à vita decessit,fuitq; à Nicolao Quinto in Sãctorum catalogum relatus anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo;cuius reformationis asseclæ fratres de obseruantia dicti sunt.De quibus fratribus de obseruantia exijt congregatio Capucinorum cœpta à quodã deuotissimo fratre Matthęo de Barechio ac fratre Ludouico Athenalia,eiusq; fratre,patria Foro Semproniano in Marcia Anchonitana,tempore Clemẽtis Septimi,à quo obtinuit habitum portare cum Capicio & alijs illũ concedere anno Domini millesimo quinquagesimo vigesimo sexto, & sui Pontificatus anno tertio. Et postea tertio fere anno cæpit hæc eadem reformatio in partibus Calabriæ à sanctissimis alijs quibusdam viris.Fuitque iste ordo non solum ab ipso Clemente,sed ab alijs subsequentibus Summis Põtificibus ac præcipue à Paulo tertio confirmatus pluribusque gratijs atque indultis refertus. Necnon Sacra Tridentina [c] Synodus nomine religionis inter alios illum insigniuit. Et hic ordo Minorum hoc habet peculiare, vt tres habeat patres generales.Primus est Generalis de obseruantia, qui est legitimus successor patris nostri Francisci, imo eius sigillum continet. Generalis totius ordinis, de quo agemus in quæstione de ministro generali: Secundus est generalis patrum conuentualium. Tertius est generalis Capucinorum. Et sic possum dicere de ista alma religione illud quod canit Propheta [d] de Ecclesia Dei catholica. Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumamicta varietate.Est enim hæc familia Minorũ vestita sanguine martyrum, sanctitate Doctorum, & Confessorum & Sanctarũ Virginũ cãdore. Ipse enim pater noster Franciscus cõstituit ordinem Monialiũ Sanctæ Claræ & tertiũ ordinem de pœnitentia; ex quibus ordinibus numerosa candidatarum virginũ& confessorum turma ad cęlos euolauit,plurimos enim confessores ordinis de pœnitentia sedes Apostolica canonizauit. Est etiam circumamicta varietatibus familiarũ supra dictarum,quę ipsam præ cæteris religionibus maximè decorant. Quod non considerans quidam,licet doctissimus & religiosissimus pater nostrę religionis quãdã epistolã scripsit ad Sanctitatẽ Pij Quinti;supplicãs à Sede Apostolica, quędã forma perscriberetur viuẽdi,per quã siquidem est vna nõ esset tã multiformis nostrorũ norma. Quidã enim (vt ipse aiebat)nũcupabãtur Obseruãtes alij Conuentuales,alij Capucini,quidam Amadæi,nonnulli Clareni,alij Alcantãristæ, alij Paschalitæ. Quidam vsq; adeò incedunt pãnosi vt nefas arbitrentur,si sanis atque integris cooperiantur vestibus.Alij omnino discalciati ac propè nudi ambulant: illi vilissimo,isti precioso induuntur pãno.Quidã nũ quã nõ equitantes, alij inexpiabile sacrilegium existimãt, si vel graui & vrgẽti causa etiã per quã minimo loci & tẽporis spatio asellũ quendã ascenderint. Quidã tanto in deserto paupertatis & contemplationis zelo laborãt,vt in suis prouincijs omittãt literarũ studia.Alij vsq; adeò multiplicãt & li-

brorum

[a] Rom.dela rep. Christiana.ca.20

[b] Incipit B. Christi Saluatoris&habetur in sũma,constit. Pontificaliũ pag. 568.

[c] Con. Trid. sess. de reg. c.3.

[d] psa.44.

brorum codices, & studiorū genera, vt præ nimio scientiarū amore paupertatis & orationis obliuiscātur. Scinditur incertum studia in contraria vulgus. Quibus narratis exclamat ipse pater dicens. Hæccinè est religio B. Francisci? Tanto ne schismate voluit suos diuidi? Tot instituit viuēdi formas? Absit vt Christi signiferum tāti dissidij autorē arbitremur. Vnus enim est Deus, vna fides, vnū baptisma, vnus inquam, Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, vna prorsus D. Francisci regula, vna viuendi forma ab ipso met quondam suis omnibus instituta. Hæc ille pater. Sed miror certe doctissimū & religiosissimum patrem in hæc prorupisse verba. Fateor enim vnam & eandem esse fidem, vnū baptisma, vnūq; Deum, & vnam tandē patris nostri Francisci regulā. Sed sicut sub vna fide & vno baptismo apparet Dei multiformis gratia ad decorem, & conseruationem Ecclesiæ militantis diuidens singulis prout vult secūdum mensuram donationis Christi, propter quod dicit. Ascendēs in altū captiuā duxit captiuitatē, dedit dona hominibus. Et quosdam quidē dedit Apostolos, quosdā autē Prophetas, alios autē Euāgelistas, alios autē pastores, & Doctores ad cōsummationē Sanctorū in opus ministerij in ædificationē corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei agnitionis filij Dei, in virū perfectum, in mensurā ætatis plenitudinis Christi, prout ait Apostolus scribens ad Ephesios. [a] Ita vna prorsus D. Francisci regula est & vnus pastor signifer Domini nostri Iesu Christi, qui datus est mundo, & instituit regulam vt peccatores saluos faceret. Et ita de eo canit Ecclesia, nō sibi soli viuere sed alijs proficere vult. Sed multiformis gratia Dei suā amplissimā religionē non cessat quotidie fætu nouæ prolis multiplicare, quosdā enim dat Obseruantes quosdā Cōuentuales, quosdam Capucinos, Clarenos, quosdā Alcantaristas, quosdā pas chalitas, quosdā Repetiatis vestibus cooper tos, alios Excalciatos, alios nō vili panno in dutos, quosdā semper equitantes, alios semper pedestres, quosdā in deserto in pauper tate habitātes, quosdā librorū codices multiplicantes, & literarū studia sectantes ad consummationē Sāctorū in opus ministerij huius religionis in ædificationē corporis Christi, quod est Ecclesia. Ita enim ædificant Ecclesiā Dei boni Cōuentuales & Obseruātes vestibus suis honestis induti, librorū codices in lucē proferentes, & literarū studia sectantes, & necessitate vrgente semper equitantes, cōtra hæreses disputātes, peccatores prædicationibus suis à peccato abstrahētes, confessionibus auricularibus insistētes, agonizātibus in articulo mortis auxiliātes, & in suis infirmitatibus cōsolantes ipsos opportune inuisendo; sicut ædificant boni Capucini Amadei, Clareni, Alcātaristæ, Paschalitę, nunquā equitantes & alij vniuersa studia literarū dānātes zelo sancto paupertatis semper addicti, orationi & contēplationi & laudibus diuinis insistendo vitā solitariā in desertis domibus agendo. Hæc est religio D. Frāciscī patris nostri, & nō est hoc schisma, sed vnio, nō cōfusio, sed gloria huius religionis, gaudiū lætitiaq; huius Hierusalē & honorificētia populi nostri. Et ita ducēte Deo debet procedere quasi aurora consurgēs, donec occurramus in vnitatē fidei & agnitionis filij Dei, in virū perfectū, & mensurā ętatis plenitudinis Christi. Etenim tūc nō erimus sicut paruuli fluctuantes, neq; his varietatibus circūferemur: Sed erimus in illis Angelorum sedibus alijs excellētioribus & perfectioribus varietatibus circūamicti. Nunc nostra religio ingemiscit, & parturit istos nouos fætus perfectionis, & sic de ea canit Ecclesia per excellētiā: Deus, qui Ecclesiam tuam fætu nouæ prolis amplificas: quod de nulla alia religione decātat. Licet enim aliæ religiones prole quotidie amplificētur, nullæ tamē earū abinitio & quotidie prole noua amplificatur, sicut nostrā abinitio, & modo & quotidie videmus propagari: & sicut spōsam ornatā de thalamo suo his nouis fætibus præparatā procedere exultantē, tunc autē nō ingemiscet, nec parturiet: sed lætabitur, lætabūda videns Deū, & semen longę uū. Aduertat tamē curiosus lector, ne me arguat de peccato, quasi nostrū institutū, trāsgrediens in supradictis narrādis morā fecerim. Nā cū in his tractatibus sim de conuentualibus obseruantibus, discalciatis, Capucinis & de alijs verba facturus, operę pretium esse duxi in mediū adducere quomodo omnes hi sub instituto & regula patris nostri Francisci militant, sacram nostram religionem non deformando, sed mirifico varietatis ordine informando.

a Ad Eph 4

## *ARTICVLVS QVARTVS.*

### *Vnde traxit originem ordo Eremitarum Sancti Augustini.*

Respon-

RESpondeo dicendò, quòd ordo Eremitarum Sancti Augustini initium habuit ab ipsomet hæreticorum malleo Augustino, & postea Africanis ruinis à Vvandalis factis à quodam Sanctissimo Guilelmo Guasconiæ duce facto huius ordinis Eremita in Gallia fuit reparatus anno Domini circiter millesimo centesimo quinquagesimo septimo. Vnde fratres Gulielmitæ multo tempore fuerunt vocati, ac post modum per quendam Ioannem bonum in tota Italia ac præcipuè in Lombardia fuit reformatus, & ab Alexandro Quarto, Summo Pontifice sub vno nomine eodemque habitu à Sancto Augustino Eremitano, instituto & regula coadunatus, sicut hucusque iam perseuerat; extatque hic ordo diuisus in conuentuales & obseruantes, & vna quæq; familia habet maximam in orbe latitudinem. Et de ea præclara dicit Frater Hieronymus [a] Roman huius instituti professus.

a Rom. li. 6. d rep. Christiana. c. 6.

## ARTICVLVS QVINTVS.
### *Vnde habuit originẽ religio Carmelitarũ.*

RESpondeo dicendo, quod ordo Carmelitarũ habuit originem in oriẽte, & nomen à monte Carmelo duxit: in quo primi ipsius ordinis professores suam habitationem habuerunt, sicut Chartusiani, Cistercienses, Præmonstratenses nomen acceperunt à locis, in quibus eorum caput est institutum. Annus in quo cœpit ignoratur. Attamen inuenio, quod illi sanctissimi patres, qui in monte Carmelo Ecclesiam quandam ad honorem Deigenitricis Beatissimæ Mariæ, quam sibi patronam & protectricẽ elegerant, condiderunt vsque ad annum à Virginis partu quadringentesimum duodecimum perseuerauerunt; quo tempore Ioannes quidã doctissimus ac sanctissimus Græcus Patriarcha quadragesimus quartus Hierosolymitanus, qui fuerat ante prior huius Ordinis in monte Carmelo, primo regulam quandam eis obseruãdam perscripsit. Deinde anno circiter millesimo centesimo decimo, Albertus quidam Patriarcha similiter Hierosolymitanus aliam eis dedit regulam, quæ hucusque semper postmodum est obseruata: fuitque confirmata ab Honorio tertio, in primo sui Pontificatus anno: ac vt eum quo nunc vtũtur habitu possent aspor tare concessit Honorius Quartus, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo septimo. Et vt possent carnes comedere eis in præfata regula prohibitum concessere Eugenius Quartus, millesimo quadringẽtesimo trigesimo primo anno, & Pius Secundus, anno Domini millesimo quadringẽtesimo quinquagesimo nono. Et Sixtus quartus, anno millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto. Deinde à Magistro fratre Ioan. Sereth fuit ordo reformatus, ac perinde in duas partes, remansit diuisus in Conuentuales, scilicet, & Obseruantes.

Aduertendum tamen, quod in partibus Hispaniarum quidam huius religionis fratres zelo obseruãtiæ prioris regulæ & instituti postpositis quibuscunq; corporis commodis, dũmodo Christo lucrifacerent, cũ lĩ cẽtia sui prioris Generalis aliquot fratrum & monialiũ monasteria, in quibus primitiua regula prædicta cũ omni obseruantia & rigore retineretur (sub obedientia tamẽ Prouincialis) fundare & ędificare cœperũt: quorũ & quarũ numerus ita fauente Deo propagatus est, vt ad instantiã Philippi Secũdi in uictissimi Hispaniarũ Regis & prædictorũ protectoris Gregorius Tertius decimus, Romæ apud Sãctũ Petrũ, sub annulo Piscatoris die vigesima septima Iunij, anno Dñi millesimo quinquagesimo octuagesimo septimo, sui Pontificatus anno tertio, prædictorum fratrum & monialiũ discalciatorũ tranquillitati indemnitati, eorumque instituto propagationi & profectui cõsulere cupiẽs, *Ipsos discalciatos fratres & moniales primitiuã regulã in huiusmodi Hispaniarũ regnis obseruãtes eorũq; domos, cõuentus monasteria, & loca nũc & pro tempore existẽtia à prouincijs fratrũ & monialiũ eius ordinis B. Mariæ de mõte Carmelo regulã per Eugeniũ Quartũ mitigatã profitẽtiũ penitus, & omnino in perpetuũ Apostolica autoritate seiũxit, separauit & dismembrauit, ipsosque discalciatos ab omni & quacunque iurisdictione, visitatione, correctione, & superioritate, prioribus, Prouincialibus, & alijs prælatis, & superioribus*

*rioribus mitigatis in ipsos discalciatos competente perpetuo exemit, & liberauit: & ipsam omnem iurisdictionem ad vnum de ipsa familia discalciatorum idoneum & canonicè ab ipsis fratribus electum deuoluit. Statuit tamẽ, vt dictæ prouinciæ discalciatorum fratres perpetuo eidem priori Generali parere & obedire, & ipsum, cum ad eorum monasteria, domos & loca diuerteret, vt pro visitatione huiusmodi, aut alias accedere contigerit cum omni humilitate reuerentia & benignitate accipere & pertractare, prout decet, teneãtur & debeant. Statuit etiam, quod ipse prior prouincialis, postquam fuerit electus ex dictis fratribus discalciatis plenam, & liberam habeat facultatem suũ exercẽdi officiũ absq; alia confirmatione: quã tamẽ à priori totius ordinis generali maxime petere tenetur.*

Sixtus tamen Quintus Romæ apud sanctum Marcum *Sub annulo piscatoris die vigesima Iulij, anno Domini milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo, Pontificatus ſui anno tertio eorum prædictorum fratrum discalciatorum profectui ſimiliter conſulere volens, ipſis conceſſit in capitulo legitimè congregato vnum vicarium generalem de corpore eorumdem discalciatorum eligendum, qui in eo capitulo poſsit ipſos in diuerſas prouincias diſtinguere. Qui vt extiterit electus eo ipſo ordinaria ſui officij exercere tantum modo poſsit; grauiora verò vel atrocia non niſi poſtquam à priore generali confirmatus, aut probatus fuerit, gerere aut exequi valeat.* Poſtea vero Gregorius Quartus decimus Romæ apud Sãctũ Petrũ ſub annulo piſcatoris die vigeſima quinta Aprilis anno Dñi milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, Pontificatus ſui anno primo ſupradicta confirmauit, & alia pro regimine prædictarum prouiciarum addidit. *Nunc vero Clemens Octauus etiã ipſius ordinis profectui cõſulẽs ipſum vicariũ generalem ipſius ordinis discalciatorũ generalem ipſius ordinis nuncupari præcipit, & immediatè ſub Apoſtolica protectione, ſubiectione, gubernatione, & obedientia recepit, & ſubjecit, & quod nullam à priori generali ordinis Mitigatorum habet dependentiam.* Et alia quam plurima his fratribus cõceſsit, de quibus infra ſuis locis nobis peragendum erit. Hic eſt ſtatus iſtorum patrum.

## ARTICVLVS SEXTVS.

### Vnde originem habuerit ordo Seruorum Beatæ Mariæ.

REſpondeo dicendo, quod ordo Seruorum Beatæ Mariæ (vt eorum narrant monumenta) à ſeptem nobiliſsimis viris Florentinis in monte Senerio prope Florentiam ex Beatæ Mariæ Virginis monitu fundationem mirabiliter cepit ac mirabilius propagari celeberrimo anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo tertio, ſub Gregorio Nono, virgineoq; monitu hunc quem ferunt habitum ac regulam Diui Auguſtini obſeruare cœperunt, & ab Alexandro Quarto, poſtea ordo iſte confirmatus ac inter Quatuor mendicantes connumeratus fuit, anno ſalutis circiter milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quinto. Poſtmodum vero à quodam patre Nicolao Peneſiano, tunc totius ordinis generale, fuit iſte ordo in duas partes diuiſus: & alij Conuentuales, alij Obſeruantes nuncupantur. Hoc quoque nomine Seruorum Beatæ Mariæ ex voce quadam puerorum infantum, & lactentium miraculoſa edita inſignitos dimanaſſe fertur. Quidam enim pueri videntes aliquos ex ſupradictis ſeptem eleemoſynam per ciuitatem quæritantes exclamare clariſsima voce cœperunt: En ſerui Beatæ Mariæ Virginis veniunt, date eleemoſynam. Quod nomen adeò præualuit vt ita in poſterum ſemper fuerint vocati.

AR-

## ARTICVLVS VII.

### *Vnde habuit originem ordo Minimorum.*

RESpõdeo dicẽdo, quòd Minimorũ ordinis caput & fundator inclytus fuit Sãctus Franciscus à Paula anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo. Qui ob multitudinem tam virorum, quam mulierum ex omnibus partibus ad ſe confluentium regulas tres inſtituit, vnam pro fratribus, aliam pro monialibus, & tertiam pro Matelatis, quæ confirmatæ & approbatæ fuerunt à Sixto Quarto, Innocentio octauo, & Alexandro Quinto. Qui ſanctiſsimus Patriarcha ſanctitate, & miraculis plenus migrauit ad Dominum anno ſalutis milleſimo quinquageſimo ſeptimo, & à Leone Decimo, in Sanctorum Catalogo fuit ſcriptus anno milleſimo quingenteſimo decimo nono. Qui ordo, prout diximus in ſuperioribus inter mendicantes cõputatur.

## ARTICVLVS VIII.

### *Vnde habuerit initium congregatio Sancti Hieronymi Ieſuatorum.*

REſpondeo dicendo, quod ordinis Sancti Hieronymi Ieſuatorum ſeu clericorum Apoſtolicorum congregationis Beatus Ioannes Columbinus autor fuit, nobilis inter Senarum ciues ab anno ſalutis noſtræ circiter milleſimo tecẽteſimo quinquageſimo quinto, eo modo vt hiſtoriæ dicunt; qui ex hac luce ſolutis corporis vinculis in cæleſtem patriam euolauit anno Domini milleſimo trecẽteſimo ſexageſimo ſexto, ſub Vrbano Quinto, Summo Pontifice. Fuitque ipſe Vrbanus huius ordinis approbator habituſque conceſſor anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo ſeptimo. Qui ordo ſub Diui Auguſtini patrocinio militat, & ſub obſeruantia cuiuſdam regulæ ſibi à quodam eorum fratre, & poſtmodum Epiſcopo Ferrarienſi functo, vitæ ſanctitate celeberrimo perſcripta. Regũtur q; fratres huius ordinis à generali. Ob frequentiã quã huius nominis ſanctiſsimi Ieſus in ore gerebant Ieſuitæ vocantur, & dicũtur S. Hieronymi, nõ quod ab eo is ordo fuerit inſtitutus, ſed quia eius religioſi non multo poſt religionem huiuſmodi vnanimi conſenſu & voluntate ſanctũ Doctorẽ ſibi patronum & protectorẽ elegerunt. Cui rei illud magno teſtimonio eſſe videtur, quod monaſteria & eccleſias ſuas magna ex parte Diuo Hieronymo dedicarunt. Quod nomen à Sancto Doctore ductũ, vt in perpetuũ haberent, Alexander VI. anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſecundo, ad Pontificatũ aſſumptus conceſsit, ſanciens, ne in poſterũ ſimpliciter Ieſuitæ, ſed adiuncto, fratres Ieſuitæ S. Hieronymi dicerentur. Ferunt tunicam albam & cappam cinerculi colorem ſeu ſinopedis referẽtem abſque capucio, cuius loco tegumentum manicæ ſimile portant trium votorum profeſsionem completo probationis anno aliorum religioſorum ex inſtituto S. Auguſtini viuentium more emittunt. Exercentur in viſitatione infirmorum, & diuerſa alia officia atque opera manualia, ad vitandum otium. Hanc autem congregationẽ Pius V. apud Sanctum Petrum ſub annulo piſcatoris die decima ſeptima Nouembris anno Dñi milleſimo quingẽteſimo ſexageſimo ſeptimo, Pontificatus ſui anno ſecundo in ea bulla incipienti, Romanus Pontifex, inter mendicantes connumerauit. Et Gregorius XIII. apud Sanctum Petrum ſub annulo piſcatoris, prima die Februarij, anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo octauo, Pontificatus ſui anno ſexto in bulla incipienti, ſpectatus qui in caſtitatis, omnia huius religionis priuilegia per ſuos prædeceſſores conceſſa confirmauit, & de nouo conceſsit.

## ARTICVLVS IX.

### *Vnde habuerit initiũ religio Societatis Ieſu,.*

REſpõdeo dicẽdo, quod fluctibus varijs, & ſumma tẽporũ tyrãnide agitatã eccleſiã ſpõſam chariſsimã Chriſtus nunquã deſerit, ſed miris ſolatur donis, innumeris illuſtrat gratijs, ac fauoribus, nullo turbine, nullis procellis, nulla hæreticorum acie turris hæc fortiſsima, in qua lapis lapidi fide ac charitate firmiſsimè cohæret atq; cõiungitur, concuti potuit. Suſcitata fuit ab inferis illa turpiſsima beſtia Martinus Lutherus, qui ſuis infeſtis hæreſibus ac erroribus reginã hãc ſtãtẽ à dextris Dei in veſtitu deaurato circumamictam varietatibus fœdare ac denigrare nixus eſt, auertens fideles à pœnitentia, & à frequentia ſacramen-

torum, affirmans homines pœnitentes Christi passionem infamare, quasi ipsius satisfactioni aliquid defeciſſet, auertens etiam fideles à Summi Pontificis Romani obedientia, qui præest ecclesiæ Dei, quæ est columna & firmamentum veritatis. At ille omnipotens sermo Dei à regalibus sedibus veniens, istam suam clarissimam sponsam visitans suscitauit à Cælis Ignatium Loyolam Hispanum Cantabrensem genere illustrem, sed virtutibus & literis illustriorem cum sanctissimis socijs suis Petro Fabro Francisco Xauier, Iacobo Laynez, Claudio Hayo, Ioanne Coderio, Alfonso Salmironio, Simone Roderico Lusitano, Nicolao de Bobadilla, Paschalio Broet. Qui acerrimus dux cum suis sodalibus zelo omnes feruentissimo æstuantes contra Lutherum omnesque eius sequaces castra posuerunt, pœnitẽtiam prædicantes, dicentes, regnum Dei non esse potum & escam, sicut impij Lutherani existimabant, sed iustitiam & pacem, & gaudium in Spiritu Sancto: quæ iustitia, quæ pax & quod gaudium frequentia sacramentorum consequitur. Qui enim in hoc seruit Christo placet Deo & probatus est hominibus, ait Apostolus Paulus. A quo strenuo duce habuit originem ordo Societatis Iesu tanquam à suo capite & fundatore, vt testatur Gregorius Tertius decimus, in sua constitutione incipiente. Ascendente Domino. Qui iunctis illis secum strenuissimis Christi Iesu commilitonibus Italiam venit, vbi sanctissima opera per ipsos in augmentum sanctissimæ fidei animarumque salutem Deus in dies operando cõstituerunt, congregationem istam non Ignatij, sed Societatem Iesu Christi appellari, adeò, vt inde Iesuiti veniant appellati. Quã Paulus Tertius Farnesius Summus Pontifex, anno à virgineo partu millesimo quingentesimo quadragesimo quinto, confirmauit multisque eam postmodum priuilegijs locupletauit, vt etiam Iulius Tertius, Gregorius Decimustertius, in constitutione centesima vigesima, ascendente Domino, alijque subsequentes Summi Pontifices fecerunt. Hactenus de ordinibus mendicantibus.

## QVÆSTIO TERTIA.

### De origine ordinum non mendicantium, in decem & septem articulos diuisa.

¶ *Circa quã decem & septẽ quærũtur.*

1 *A Quo habuerit originem ordo Canonicorum regularium.*

2 *A quo habuit exordium ordo Sancti Benedicti.*

3 *A quo incœpit congregatio Montis Olineti.*

4 *A quo habuit initium congregatio Vallis Vmbrosæ.*

5 *A quo cœpit congregatio Cistercien-sium.*

6 *A quo habuit exordium Congregatio Camaldulensium.*

7 *A quo habuit originem ordo Cælestinorum.*

8 *A quo habuit initium ordo Carthusiensium.*

9 *A quo habuit exordium congregatio Eremitarum Sancti Hieronymi ẽ Pisa.*

10 *A quo cœpit congregatio Eremitarum Sancti Hieronymi in Hispania.*

11 *A quo habuit originem ordo fratrum Crucigerorum.*

12 *A quo cœpit religio Sanctissimæ Trinitatis.*

13 *A quo habuit principium congregatio Sãctæ Mariæ de la Merced.*

14 *A quo habuit exordium congregatio Clericorum regularium, qui vocantur Theatini.*

15 *A quo habuit initium congregatio clericorum ministrantium infirmis.*

16 *A quo habuit originem congregatio aliorum clericorum regularium.*

17 *A quo habuit principium congregatio S. Georgij in Algala.*

AR-

## ARTICVLVS I.

### *A quo habuit originem ordo Canonicorum regularium.*

REspondeo dicendo, quod Canonici regulares Ordinis Sancti Augustini dicti Lateranenses ab Apostolis primum vt narrāt historiæ, traxerunt originē, prout tradit Hieronymus Plati [a] sed poiteà à Beato Augustino fuit talis congregatio regulariter ordinata, cum quibus Canonicis ipse factus presbyter à Valerio secundum regulam ab Apostolis traditam aliquandiu vixit. Qui cū post aliqua tēporū spatia varias habuisset à laudabilibus viris reformationes secundumque illas varia sortiti sunt nomina, inter alia prima fuit ista congregatio Lateranensis, quæ tamen fuit reformata in templo Sanctæ Mariæ Frigionariæ prope ciuitatem Lucæ anno. 1407. a quodam clerico nobilissimo Romano nomine Bartholomæo illustrissimæ familiæ Colomnæ, vna cum quodam eius socio nomine Iacobo de Auogradi, vtriusque iuris doctore excellentissimo: sed prius per 800. annos vsq; ad Bonifacium VIII. fuerūt in Ecclesia Lateranensi à Gelasio discipulo prius Diui Augustini semper viuentes, ex qua ecclesia licet in posterū plures essent electi ac iterū regressi, tandem sub Sixto Quarto Summo Pontifice omnimodam ipsius possessionem amiserunt: non tamen titulum & priuilegia, vt ipse idem Pontifex eis concessit vna cum monasterio Sanctæ Mariæ pacis, in quo ad huc vsque Romæ perseuerant.

a Hiero. Plati li. 2. de bono statu reli. gc. 23. pa. 332.

Sed est notandum, quod alij sunt Canonici regulares congregationis Sancti Saluatoris, qui initium habuerunt in quadam Canonica vocata Sancta Maria Reni apud flumen Reno, & prope ad duo milliaria Ciuitatis Romæ sita, in qua quidam canonici cohabitabant secundum regulam Diui Augustini viuentes: fuitque talis ordo ibi ab Innocentio II. confirmatus anno Domini 1136. & in hac canonica perseuerauerunt vsque ad annum. 1850. postmodum à militibus Ioannis Visconti in obsidione Bononiæ deuastata se intra ciuitatem in canonica sancti Saluatoris transtulerunt, inqua vsque ad annū 1418. perseuerauerūt, qui post modum vniti cū quodam patre Stephano Senensi, & socij ex ordine Eremitarum Lecetti, & à Gregorio XII. & à Martino V. cō firmati habituq; canonico induti circa annū Dñi millesimū quadringētesimū decimū octauū, nomē sumpserunt canonicorum S. Saluatorij. Deniq; eorum verum principiū, & origo non est à Sancto Donato de Scopeto prope Florentiam sito, & nunc iam diruto, vt innuit D. [b] Antoninus dicens, quod hæc congregatio dicitur Scopetinorum. Nā licèt ipsi canonici quarto loco ibi habuerint habitationem, habitatio tamen ipsorum secundo loco in canonica S. Saluatoris secundū prædictā historiam fuit. Et sic magis proprie ab ea sumit denominationem. Aduertit tamen Hieronymus [c] Roman cum Abbate Ioachimo, quod hi canonici non sunt de numero eorū, quorū memoriā faciūt Pōtificū iura: supradicti enim instituti sunt per D. Hilarium, & per Apostolos & per Episcopos eorum successores, & per D. Augustinū reformati, & ad antiquum statum canonicorum ecclesiarum cathredalium restituti. Illi autem, quos ius canonicum Regulares canonicos vocat suam originem minus antiquā habent, scilicet à quodam sancto Episcopo Leonis Frāciæ Arnulpho vocato, anno Domini millesimo centesimo decimo septimo, quibus regulam D. Augustini tradit & multa monasteria in Italia, & in Gallia ædificauit, zelo reformandi clerum. Qui modus viuendi cum omnino non esset monasticus, neq; omnino esset clericalis, fuit diuersis titulis ipsius rigor signatus, & à Papa Benedicto XII. anno millesimo trecentesimo quadragesimo secundo multis gratijs & priuilegijs ampliatus. Cui congregationi, vt eius exemptionibus fruerentur, fuerunt vnita quædam in Hispania monasteria; vt monasteria Sancti Ilidori Legionensis, qui fuit primus monachorum D. Benedicti, & Sanctæ Crucis Conimbricensis, vbi adhuc sunt constitutiones & regulæ, per quas dicebant officium diuinum secundum stylum S. Arnulphi. Et in Italia & Gallia sunt maximè reformati, & habent Generales & prouinciales, in Lusitania verò reformatissimi, & communiter Canonici regulares D. Augustini nuncupātur; non quia eorum religio constituta fuerit à D. Augustino, sed propter regulam illis à D. Augustino traditam. Et iuxta supradicta debet intelligi extrauagans Martini Quarti in capite, viam ambitiose, de transeuntibus ad religionem. Vtrùm autem supradicti sint religiosi, dictum est in quæstione prima proœmiali.

b D. Anto. p. suæ histo riæ tit. 15.

c Romā lib. 6. de repub: christ. ca. 4. &. c. 16.

## ARTICVLVS II.

### A quo habuerit originem ordo Diui Benedicti.

REspondeo dicendo, quod ordo Sancti Benedicti, prout ait Cassaneus, fuit primus ordo monachorum pro Christo institutus ab eo in sequendo vitam antiquorum monachorum. Sed ante eum fuit Basilius, qui fuit in Oriente, Benedictus in Occidente, vt refert Antonius Florentinus. Hic autem ordo vocatur Montis Casini, ac Sanctæ Iustinæ ab ipso sanctissimo Patriarcha in Subiaco primo, ac in Monte Casino, postmodum sumpsit primordia anno Dñi circiter trecentesimo trigesimo, fuitque postmodum reformatus ab Odone in abbatia Lunæ sanctæ Iustinæ ciuitatis Paduæ anno millesimo quadringētesimo decimo. Qui quidem Benedictus à Domino tot tantosque habuit ramos, vt breui temporis cursu totum fere statutis temporibus eorum sanctitate & disciplina illustrarint orbem. Et inter alios fuerunt congregationes, & ordines montis Oliueti, Vallis vmbrosæ Cistertiensium, Carthusiensium, Cælestinorum, Camaldulensium Sancti Hieronymi, & fratrum militiæ Iesu Christi reformatorum Regni Portugaliæ. Et de hac religione sacra mirabilia tradit Pater Ioannes de Castaniza in celebri Sancti Romoaldi historia.

## ARTICVLVS III.

### A quo habuit originem congregatio Montis Oliueti.

REspondeo dicendo, Montis Oliueti congregationem quendam Bernardum Ptolomeum cum duobus alijs socijs Senensibus fundare cœpisse, in Monte Oliueto propè ipsam ciuitatem Senarum, anno Domini millesimo trecentesimo decimo nono, sub Ioanne vigesimo secundo Sūmo Pontifice: cuius iussu Guido Petramala Episcopus ciuitatis Aretij visione prius Beatæ Dei genitricis Mariæ præhabita, & habitum, quem nunc ferunt dedit, & regulam Sancti Benedicti obseruandam præscripsit.

## ARTICVLVS IIII.

### A quo habuit originem congregatio Valisumbrosæ.

REspondeo dicendo, quod congregatio Vallisumbrosæ exordium habuit à Ioanne Galberto nobili viro Florentino in quadam parte montis Apennini, vocata Vallisumbrosa, prope Florentiam ad duo milliaria, circa annum Domini millesimū quadragesimū vel secundum alios millesimū sexagesimū, qui Ioannes miraculis clarus decessit, à vita anno nostræ salutis. 1073 tempore Gregorij, ac postmodum ab ipsomet siue à Calixto Secundo Pontifice fuit in sanctorum numero collatus, vt ait Antonius [a] Florentinus, quod iam quasi defecit ex toto dicta religio ex defectu fratrum, quod idem probat Cassaneus.

a Flor. in. 2. p. suarū historiarū. tit. 15. c. 23. §. 2. Cassan. vbi sup. consideratione. 57.

## ARTICVLVS V.

### Vnde habuit originem ordo Cistertiensium.

REspondeo dicendo, quod Antonius Florentinus ait, hunc præclarissimum ordinem habuisse originem à quodā Abbate Stephano, anno Domini millesimo nonagesimo octauo. Alij dicūt fuisse autorem Robertum Abbatem Abbatiæ Molis Mensis, quæ congregatio à quodam monasterio primitus ædificato in quodam loco Cistertio dicto, tale nomen sumpsit: & post paruum temporis interuallum à Diuo Bernardo Clarauallensi Abbate sua doctrina ac morū sanctitate adeo fuit illustratus & sanctis institutis imbutus, vt merito eius fundator posit appellari: qui migrauit ad Dominum anno salutis nostræ millesimo cētesimo quingētesimo quarto, siue millesimo centesimo nonagesimo quarto, sub Eugenio Tertio Summo Pontifice. Et hæc cōgregatio D. Benedicti regulā obseruat, quā Gregorius XIII. in bulla quadam incipiente, superna dispositione data Romę apud Sāctū Petrū sub annulo piscatoris die duodecimo Iunij anno Dñi millesimo quingētesimo septuagesimo quarto, Pontificatus sui anno tertio miris institutis reformandam curauit eiusq; priuilegia, & gratias merito confirmauit, & ampliauit. Et idē Gregorius [c] XIII. in bulla incipiēte: Vniuersi Dñici, data Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dñicę millesi-

b Habet. in sum. const. pontif. pag. 810.

c Habet. in sum. const. pontif. pag. 816.

milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo no no, decimo quinto calendas Martij pontificatus ſui anno octauo pro quiete & reformatione eiuſdem ordinis, omnes moniales eiuſdem ordinis exemit. Et ſubiecit eas iuriſdictioni ordinariorum. Quibus ſingulis in virtute ſanctæ obedientiæ mandauit, vt hoc munus quam primum ſuſcipiant, omnique ſtudio & vigilantia in eo ſe exercere procurent. Abbatibus verò ac diffinitoribus monachis, & alijs patribus vniuerſis ſub excommunicationis ſententia ipſo facto incurrenda, à qua, niſi à Romano Pontifice (excepto in mortis articulo) abſolui nequeant, præcepit atque interdixit, ne per ſe vel per alios ad prædictarum monialium viſitationem ſe intromittere audeant: de quo agemus in quæſtione de monialibus.

## ARTICVLVS VI.

### A quo habuit originem congregatio Camaldulenſium.

REſpondeo dicendo, quod congregatio Camaldulenſium fuit inſtituta à Beato Romoaldo viro magnæ ſanctitatis & ſanctimoniæ à Ciuitate Rauenna oriundo. Et fuit inſtituta anno Domini milleſimo trigeſimo, & ſic ante ordinem Vallis vmbroſæ & Ciſtertienſis, prout narrat Antonius Florētinus,[a] & Caſſaneus. Quæ congregatio ex famoſiſsimo illo conuentu Camaldulí in territorio Ciuitatis Aretij prouinciæ Thuſciæ ab ipſo Beato Romoaldo ędificato, nomen accepit, Camaldulenſis, & regulam Sācti Benedicti obſeruant. Qui Romoaldus multis miraculis clarus fuit anno à Virgineo partu milleſimo, atque ætate annorū centum & viginti ex hac luce diſceſsit, in Valle Caſtri Marchiæ Anconitanæ.

a Florē. vbi ſu. 2. p. tit. 15 ca. 15. Caſſaneus. 4. p. cathalogi gloriæ mundi conſideratione. 54.

## ARTICVLVS VII.

### Vnde habuit originem ordo Cæleſtinorum.

REſpondeo dicēdo, quod iſtius ordinis eſt notabilis conuentus in ciuitate Pariſienſi, & in multis alijs locis Galliæ: & iſti ſunt obſeruantes ſub regula B. Benedicti degentes, prout ait Florentinus: vbi dicit, quod talis ordo habuit originem, & nomē à ſanctiſsimo Petro de Morrone, qui fuit Papa Cęleſtinus Quintus creatus anno Dñi milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſexto. Qui renunciauit papatum. Et habuit initium in quodam monte prope Ciuitatem Sulmonam vocato Mogella. Confirmationem illius obtinuit à Gregorio Decimo, ac è vita diſceſsit poſt papatus renuntiationem, anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſexto, ſub Bonifacio Octauo Summo Pontifice, & in Sanctorum numerum fuit collocatus à Clemente Quinto anno Decimo ſeptimo à ſuo feliciſsimo tranſitu, vt patet ex eius bulla incipiente, Qui fecit magna, & inſcrutabilia, & habetur in ſumma conſtitutionum Pontificalium pagina quadrageſima quinta.

## ARTICVLVS VIII.

### A quo habuit originem ordo Chartuſienſium.

REſpondeo dicendo, quod licet ordo Chartuſiēſium nō ſit ſub regula beati Benedicti, neq; aliquarum quatuor regularum ab eccleſia approbatarum, ſed habet ſua ſtatuta pro regula, habetur tamen ab eccleſia in magna veneratione, prout teſtatur Florentinus [b] & eſt venerabilis religio, quę vſq; ad preſentem diem ſeruat rigorem ſuarum obſeruantiarum, pro vt ait idē Florentinus. Et aliqua in eius laudem addu xit [c] Caſſaneus. Fuit autem autor huius ordinis Diuus Brunus Alemanus nobilis ciuitatis Agrippæ ſiue Coloniæ cum aliquibus alijs eius ſocijs in quodam loco nominato Certoſa, in territorio Grabonæ ſito anno Domini milleſimo octuageſimo quarto, tępore Victoris tertij ſummi Pōtificis, a quo loco Certoſa Certuſiani poſt modum nuncupati fuere. Qui ſanctiſsimus Brunus ædificata poſtmodum ampliſsima illa abbatia in prouincia Calabria in Squilanenſi territorio migrauit ad Dñm anno milleſimo centeſimo primo, in cathedra Petri ſedente Paſchali Secundo, & anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo à Papa Leone Decimo in ſanctorum numerum fuit adſcriptus.

b Flor. 3. p. tit. 16. c. 1. §. 6.

c Floren. in ſuo libr. hiſtoriali. 2. p. tit. 15. ca. 22. §. 2. Caſſan. vbi ſup. conſiderat. 62.

## ARTICVLVS IX.

### A quo habuerit originem congregatio Eremitarum S. Hieronymi è Piſa.

REſpondeo dicendo, quod congregatio Sancti Hieronymi è Piſa originem habuit à

buit à Beato Petro de Pisa nobilissimæ prosapię de Gambacorta, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo. Quæ congregatio Eremitarum vocatur Sancti Hieronymi, tum ob incredibilem deuotionem, quã semper in suo pectore gestauit erga hunc Sanctum Doctorem Ecclesiæ Hieronymũ, tum etiam, vt hoc nomine insigniti illius vestigia sectarentur, cuius discipuli esse conarentur.

## ARTICVLVS X.

### A quo habuit originem cõgregatio Eremitarum Sancti Hieronymi Hispaniarum.

REspondeo dicendo, congregationis Eremitarum Sancti Hieronymi Hispaniarum fundatorem seu potius reformatorem fuisse doctissimum quendam Lupum de Olmeto Hispanum, qui in vrbe in Ecclesia Sancti Alexij in monte Auentino sita à Summo Fontifice obtinuit facultatem huiusmodi congregationẽ faciendi, seu potius reformandi, fratribusque eiusdem ordinis quandam regulam ab operibus Sancti Hieronymi collectam obseruandam tradidit. Vel, vt aliqui alij volunt, congregatio ista habuit principium ab Eusebio Cremonensi glorioſissimi Hieronymi discipulo, cuius creduntur vestigia sequi Monachi de Guadalupe in Hispania. Sed potest esse, quod isti essent reformati à supradicto Lupo, & diuisi ab ista congregatione. Decessit ex hac vita Lupus anno millesimo quatercentesimo trigesimo tertio, anno tertio Eugenij Quarti, sepultusque est in dicta Ecclesia Sancti Alexij. Hæc ab aliquibus dicuntur. Sed Pater Hieronymus [a] Roman Hispanus, sexto libro de Republica Christiana dixit, hunc ordinem habuisse originem à socijs cuiusdam Sancti viri fratris Thomæ, cuius reuelationis causa discipuli eius in Hispaniam venerunt anno Domini circiter millesimum tercentesimum septuagesimum, & in quodam deserto vocato Lupiana in Regno Toleti habitationem elegerunt, vbi vitam tam austeram fecerunt, vt multi illustres eorum exemplo moti eorum vitam solitariam, & pœnitentiam fuerint aggressi. Qui diuino spiritu ducti à Gregorio Vndecimo approbationem petierunt vitæ suæ. Qui repræsentans patrem illum luminum filios suos benigne recipiens eorum institutum approbauit, desumptum ex regula Eremitarum Diui Augustini, in die Diui Lucę, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo quinto & eos vocari voluit, fratres D. Hieronymi. Quorum institutum à dicto patre Petro de Olmeto eiusdem ordinis Alumno tempore Martini Quinti, & Eugenij Quarti fuit maxime perturbatum: Sed tandem re ad Sedem Apostolicam deducta, dicti discipuli fratris Thomæ contra dictum fratrem de Olmeto obtinuerunt, vt suam congregationem haberent distinctam à congregatione Italiæ. Quæ quidem congregatio multa monasteria habet in Hispanijs, in quibus viri illustres sanguine, literis, & sanctitate extiterunt. Inter quos fuit ille pater Fernandianes, qui relicto Archiepiscopatu Toletano voluit veterascere in testamento suo, vt eius historia narrat.

[a] Rom. lib. 6. c. 27.

## ARTICVLVS XI.

### A quo habuit originem ordo fratrum Crucigerorum.

REspondeo dicendo, quod ordo fratrũ crucigerorum à Sidiaco Episcopo Hierosolymitano (qui fuit ille Iudas, qui crucem Domini nostri Sanctissimæ Reginæ Helenæ præmonstrauit) originem sumpsit, anno Domini tercentesimo sexagesimo quinto, vt duæ bullæ Alexandri Tertij, & Alexandri Sexti, testimonium ferunt, vel (vt Chronica Martiniana & Sabella aiunt) à Cleto Secundo post Diuum Petrum Summo Pontifice. Et licet ordo iste pluries fuisset ob ingruentia bella penitus fere deuastatus, & iterum atque iterum vigoratus, & reualidatus. Pius tamen Secũdus Summus Pontifex in Concilio Mantuæ celebrato anno millesimo quatercentesimo sexagesimo ordinauit, vt fratres illius habitu colore cærulei azurini induti peragerent (cum alio per prius colore eorum vestimentum esset.) Et confirmauit etiam vt semper præ manibus crucem gestarent. Ex quo idem in anteriori pectoris parte semper, & Crucem argenteam & habitum talis coloris deferre consueuerunt. At postmodũ

à Pio

à Pio Quinto fuit iſte ordo approbatus, eorumque priuilegia confirmata,ac plura alia conceſſa, vt in eorum bulla patet. Et huius congregationis adeſt in Hiſpania Ordo Hoſpitalium Sancti Antonij crucigerorũ cum ſtola. Nolo in præſentiarum agere de ordine humiliatorum,qui cœpit anno Domini milleſimo decimo ſeptimo,& cum proceſſu temporis fuerit multipliciter variatus vltimus eorum viuẽdi modus fuit approbatus anno Domini milleſimo ducenteſimo. Et per Innocentium Tertium confirmatus, cũ inſtitutis ſumptis de regula Sancti Benedicti, prout narrat Antonius Florentinus. Qui ordo à Pio Quinto Pontifice maximo fuit omnino extinctus,vt patet ex eius bulla incipiente.Quemadmodum ſolicitus,data Romæ apud Diuum Petrum anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, idibus Februarij Pontificatus ſui anno ſexto.

## ARTICVLVS XII.

### *A quo habuit initium religio Sanctiſſimæ Trinitatis.*

REſpondeo dicendo, quod religio Sanctiſsimæ Trinitatis ordinis captiuorum , ſi à primordijs ipſius exordiamur,initium habuit in regno Galliæ in temporibus Papæ Anaſtaſij Quarti,& Adriani Quarti.Ille enim , qui occaſionem dedit, vt hæc religio inſtitueretur fuit quidem Vvillielmus dux Aquitaniæ,& Comes de Pictauia.Qui zelo redemptionis captiuorum accenſus,aliquas confradias ad huiuſmodi piũ miniſterium inſtituit. Sed poſteà quidam eius ſocius Ioannes Marencis Romam petijt, & ab Innocentio Tertio approbationẽ huius inſtituti obtinuit,prout refert pater Hieronymus [a] Roman.Et ſic in ſepulchro,vbi fuit appoſitus dictus pater,ſcilicet, in Eccleſia Diui Thomæ Demori Romæ in monte Celio, vbi fratres huius ordinis habitant,reperiuntur infra ſcriptæ literæ:Anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo nonageſimo ſeptimo pontificatus vero Domini Innocentij Tertij anno primo,decimoquinto calendas Ianuarij, inſtitutus eſt nutu Dei ordo Sanctiſsimæ Trinitatis , & Captiuorum,à fratre Ioanne ſub propria regula ſibi ab Apoſtolica Sede cõceſſa. Sepultus eſt idem frater Ioannes in hoc loco anno Domini milleſimo ducenteſimo decimo tertio , Menſe Decembris, vigeſima prima die,è quibus & fundatoribus , & temporis fundationis eius habetur cognitio. Et ab hac religione in regnis Luſitaniæ anno Dñi milleſimo quatercẽteſimo nonageſimo octauo proceſsit illa illuſtris cõfratria Sãctæ Miſericordiæ quæ in illis regnis & prouincijs maxime floret,cum maxime exerceatur in omnibus operibus pietatis & ab illuſtrioribus illorũ regnorum proceris cum maxima deuotione gubernatur . Fuit enim inſtituta in quadam capella Eccleſiæ cathedralis ciuitatis Vliſiponenſis à quodam patre Michaele de Contreras ordinis Sanctiſsimæ Trinitatis viro virtute illuſtri & in ſacra Theologia Magiſtro patre à confeſsionibus reginę Dominæ Leonoræ. Et primi huius illuſtris confratriæ confratres fuerunt Dominus Emanuel Rex Portugaliæ & Regina eius chariſsima coniux,& Domina Beatrix mater eius cum ſorore ipſius Dñi Emanuelis Domina Leonor Regina , quod illuſtriſsimum principium præclariſsimum iſtius pijſſimi operis exitum clariſsime præſignauit. Et in teſtimonium quod hæc illuſtriſsima confratria à dicto patre fuerit inſtituta in vexillo deuotiſsimo huius confratriæ ipſe pater depingitur cum tribus literis in ſimbijs eius habitus . Quæ literæ ſunt iſtæ. F. M. I. quæ ſignificant frater Michael inſtitutor. Hæc adduxi in honorem iſtius patris : inſtituit enim rem memoria dignam, vt omnibus illorum regnorum incolis experientia patet.

[a] Romã li.6 de la repub. Chriſt.c.18

## ARTICVLVS XIII.

### *A quo habuit initium congregatio Sanctæ Mariæ de Mercede.*

REſpondeo dicendo, quod huius ordinis inſtitutum fuit reuelatum catholico illi Regi Aragoniæ Domino Iaymi acerrimo Eccleſiæ contra Mauros propugnatori:fuit etiam reuelatum eadem hora fratri Raymũdo de Penafort,ordinis prædicatorum in ſacra TheologiaMagiſtro, patri à confeſsionibus ipſius inuictiſsimi Regis , fuit etiam reuelatũ eadem met hora cui dã deuoto & nobili viro Petro Nolaſco,qui fuit primus pater iſtius inſtituti , prout refert

a Romã. d. libr. 6. de la Republica Christiana, c. 22.

fert pater Hieronymus Roman. [a] Et sic initium habuit in ciuitate Barchinoniæ in Hispania anno Domini milleſimo ducenteſimo decimo octauo. Et fuit confirmata autoritate Apoſtolica tempore Clementis Quarti Summi Pontificis anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quarto. Quæ redimendi captiuos è Turcarum manibus officium gerit & induuntur habitu albo cũ cappa ad ſimilitudinem Carmelitarum. Sed in pectore à parte dextra ſcutum deferunt cum cruce alba in campo rubeo in parte ſuperiori poſita, & in parte inferiori cum Aragoniæ regni inſignijs. Emittunt tria vota eſſentialia: vltra quæ emittunt aliud, videlicet, quod quicunq; eorum ierit inter infideles pro redemptione captiuorum, ibi debet remanere obſes pro liberatione captiui, ſi timeatur poſſe in fide periclitari. Propter quod votum inſigne habet huiuſmodi religio priuilegium à Martino Quinto conceſſum, prout ſuo loco diximus.

## ARTICVLVS XIIII.

### *Vnde habuit originem congregatio clericorum regularium.*

REſpondeo dicendo, quod congregatio clericorum regularium qui vocantur Theatini, originem habuit à Domino Petro Garrapha illuſtri Domino Neapolitano, qui Epiſcopus à Iulio Secundo creatus poſtmodum epiſcopatum renuntiauit ac cum tribus alijs nobiliſsimis viris voto ſolẽni emiſſo obſeruandi tria illa, quæ alij religioſi vouere ſolent ante principis Apoſtolorum altare in Eccleſia eiuſdem Romæ, anno noſtræ ſalutis milleſimo quingẽteſimo vigeſimo octauo, tempore Clementis Septimi Theatinis patribus initium dedit, qui ab ipſo Epiſcopo Theatino Theatini ſunt appellati. Verum quia hæc congregatio principiata fuit à Paulo Tertio Cardinali, tunc temporis, & poſt mortem Marcelli electo Summo Pontifice & Paulo Tertio appellato, ideo à multis etiam Paulini ſunt vocati, ſed vniuerſalius Theatini. Et ſic in Hiſpania per errorem religioſi Societatis Ieſu Theatini appellantur.

## ARTICVLVS XV.

### *A quo habuit initium congregatio clericorum Miniſtrantium infirmis.*

REſpondeo dicendo, quod congregatio clericorum Miniſtrantium infirmis hiſce noſtris temporibus ſumpſit exordium à Patre Camillo Decelis Theatinenſis Doctoris anno à Virgineo partu circiter milleſimo quingenteſimo octuageſimo quarto, cum quibus dam ſocijs, ſcilicet, Patre Franciſco Propheta, Patre Bernardino Norſino, Patre Cortio Glodij, & Patre Blaſio de Opertis huius congregationis obtinuerunt approbationem à Sixto Quinto Sũmo Pontifice, anno primo ſui pontificatus, & noſtræ ſalutis milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, vt in eius Bulla apparet. Ac poſtmodum à Gregorio Decimo quarto, anno Domini milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo, fuit innumeris decorata gratijs, indultis, ac priuilegijs vt in bulla illius incipiente, qui pro gregis Dominici fuſius eſt videre.

## ARTICVLVS XVI.

### *Vnde habuit originem congregatio Clericorum regularium.*

REſpondeo dicendo, quod congregatio Clericorum regularium initium habuit in ciuitate Neapoli ab Auguſtino Ordono Ianuenſi cum aliquibus eius ſocijs, videlicet Ioanne Franciſco & Fabritio illuſtriſsimæ familiæ Caracciolorũ ſub Sixto Quinto Pontifice maximo, anno Domini milleſimo quingenteſimo octuageſimo nono, fuitque poſtmodum confirmata à Gregorio Decimoquarto, & à Clemente Octauo, ac priuilegia fratrum Theatinorum fuerunt ei conceſſa, ac perconſequens omnia eorum mendicationum per viam participationis.

## ARTICVLVS XVII.

### *A quo habuit originem congregatio S. Cregorij in Algaba.*

REſpondeo dicendo, quod Venetijs anno Domini milleſimo quadringẽteſimo fuit incepta hæc congregatio à quodam Gabriele Condulmerio viro admodum

modum illustri qui fuit filius cuiusdam sororis Gregorij Papæ ad reformationem clericorum ad similitudinem Canonicorum regularium Diui Augustini, & in regno Lusitano habuit initium à quodam Deuotissimo viro Ioamu Vlisiponensis ciuitatis Medico eruditissimo,& postea Episcopo Lamecensi,tempore Regis Portugalię Ioannis primi huius nominis. Et fundatio huius ordinis in Regno Lusitano incepit in Monasterio quodam ordinis Diui Benedicti siti prope oppidum de Barcelos diocesis Bracharē sis vocato Sant Saluador Deuila deFrades, prout refert pater Hieronymus [a] Roman. Quæ religio in summa obseruantia viget in dicto regno.Et ex ipsa exijt EugeniusQuartus,quam plurimis priuilegijs & reditibus per totam Italiā ampliauit,& cœpit tempore Bonifacij octaui,annoDomini millesimo quadringētesimo quadragesimo quarto,trigesima dieOctobris,vt patet ex bulla ipsius Pontificis,hanc religionem approbantis.Et in Regno Portugaliæ Loyos nuncupātur.

a Romā lib. de la repub. Christ.c.30

## QVÆSTIO QVARTA.
## De origine conuentualitatis, & obseruantiæ in tres articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæruntur tria.*

1 *Quo habuerit originem conuentualitas religionis P. N. Francisci.*

2 *De origine obseruantiæ prædicti ordinis.*

3 *Vnde cœperit conuentualitas in alijs religionibus.*

### ARTICVLVS 1.
### *A quo habuit originem conuentualitas religionis Patris nostri Francisci.*

REspondeo dicendo, religionem Diui nostri patris Francisci, licet supra diximus fuisse institutam ab ipso patre, nunc ab illo æterno principio tanquam à suovero conditore emanatam esse dico affirmando eam esse de iure diuino,sicut doctissimus quidam nostrę religionis pater frater Ioannes de Bobadilla Pater benemeritus prouinciæ Castellæ sacrę nostræ religionis obseruantiæ,genere,literis ac religione illustris,publicè prędicauit in regioCęnobioToletano Sācti Ioannis Regum anno Dñi millesimo quingētesimo octuagesimo secundo in festo seraphici patris nostri Frāciscī corā numerosa doctissimorum hominū multitudine.Quod in hunc modum doctissimus ille pater probauit.Primo , nā certum est apud Theologos,quos refert doctissimus Corduba,qui de specialibus reuelationibus dixerūt vim ac diuinū robur eas habere , modo sint approbatæ ad obligādum sub lethalis noxę obligatione. Imo plures & præstantissimi theologi de quorū numero est noster Vega, & Catherinus intrepide affirmāt speciales Sanctorum reuelationes approbatas deuincere ad credendū sub pœna hęresis.At vero non est dubitandum seraphicū patrem nostrum Franciscum expressam habuisse Dei reuelationem de Minorum religione instituenda,cum non semel,sed ter Christus cruci affixus eidem diuo in voce delapsa prædixerit,Francisce,vade repara domum meam: nā tota,vt cernis labitur. Quibus verbis palā ostēditur diuinū prędeptū seraphico viro impositū fuisse nō de vouēda,sed de instituēda Minorū religione , vt ecclesiā peccatorū pondere pressam,& iam propemodum labētem assiduis virtutū excitamentis instauraret. Cuius rei certior factus per seraphicum patrem Innocētius summus pontifex institutum fratrum Minorum vocis oraculo approbauit,pontificatus sui anno decimo tertio Christi verę Domini millesimo ducentesimo nono. Et postea literis apostolicis fuit opprobatum ab Honorio secundo prout in superioribus dictum est.Cum ergo ex dictis constet seraphicū patrem autēticam reuelationem diuinam habuisse, & prędeptum ex pressum à Christo Domino impositum,& à sede apostolica approbatum; vt ex diuo Bonauentura,& ecclesiastico officio colligitur. Vnde probabiliter colligere possumus nostram sacram religionem iure diuino esse institutam . Neque desunt summorum pontificū testimonia pro hac asserenda veritate. Nam Nicolaus [b] Tertius pōtifex maximus de seraphica fratrum Minorum religione verba faciens in hæc dulciora super mel & fauū prorumpit verba.Hæc est apud Deum & pa-

b Nicol. caerit de ver. signi. lib.6,

& patrem mũda & immaculata religio,quæ descendens à patre luminum per eius filium exemplariter & verbaliter Apostolis tradita & demum per Spiritum Sanctum Francisco inspirata,quasi totius in se continet testimonium Trinitatis. In quibus verbis nostra assertio magnopere comprobatur. Cum totius Sanctissimæ Trinitatis testimonio sit autẽtica.Et idem docet Clemens [a] quintus iuxta concilium Viennense dicens,hanc religionem esse vitæ cælestis formam.Eãdem veritatẽ testatur Leo decimus in bulla vnionis,quæ incipit.Ita vos. Inqua aperte hanc Minimorum religionẽ esse vineam ab æterno Patre plantatam. Obidq; dixit summus Pontifex,quod merito istam religionẽ suam appellat· Ergo si Deus peculiari ratione istã religionem vocat suam,non immerito colligimus iure diuino ab eo esse cõditã, & cõstitutã. Ac proinde nulla potestas est in terra quæ hoc sacrum & diuinum institutum possit licitè conuellere& extirpare.Et sic regula huius sacræ religionis indicat nobis hãc probabilem veritatẽ.Omnia enim ad perfectiorem vitam spectantia plenariè in duodecim ipsius capitulis comprehenduntur.Et sic merito in primo capite vocatur vita.Sicut enim vita naturalis in anima & corpore consistit, in quo non omnia membra sunt æqualia,sed seruant inter se mirum quẽdam ordinem:ita Minorum religio vita ipsius regulæ confortatur & augmentatur.in cuius corpore non omnia membra sunt æqualia. Quosdã enim voluit seraphicus pater esse laycos ministerio corporali addictos, de quorum numero multi sancti in nostra religione abinitio extiterunt, extant,& Deo fauente extabunt. Alios vero clericos diuino cultui consecratos,inter quos,quosdam voluit esse presbyteros sacris cõfessionibus deputatos,alios vero voluit esse verbi Dei cõcionatores:vt colligitur ex septimo capite & nono regulæ ipsius patris.Verum licet varia sint hominum genera in hoc sacratissimo cælesti seminario omnes tamen inter se mirum ordinem seruant. Quapropter numerosa hominum copia ad hanc religionem tanquam ad vitã concurrunt. Et cum esset semen & granum cadens in terram ministerio patris luminum qui hanc religionem instituit,ita fuit multiplicata, vt licet in primitiuis eius temporibus fuerit ista religio recollectio in altissima & arctissima paupertate vitã agens,& eius professores huius paupertatis obseruantissimi habitarent exigua & paupercula monasteria; per spatium tamen viginti annorum ità fuit per vniuersum orbem propagata, vt patres istius ordinis intelligerent statum primitiuũ recollectorum non esse satis commodum ad cultum diuinum,& literarũ exercitia , quibus potuissent ecclesiam & animarum salutem adiuuare;neq; exiguitatem monasteriorum esse capacem ob tantorum fratrum habitationem,neq; arctissimam regulæ paupertatem esse sufficientem ad ipsorum sustentationẽ à summis Pontificibus dispensationem impetrauerunt,vt diuitias proprias in communi & in claustro viuẽtes possidere potuissent, & ita apostolico diplomate factũ est, vt anno Domini millesimo trecẽtesimo octuagesimo nulla esset domus quæ diuitias & prædia non possideret.Et ideo his temporibus ampla ædificia magnificasq; domos huius religionis professores ædificare curarunt: in quibus amplissima claustra erigebãtur,quorum ratione forsan Claustrales vulgariter appellati sunt. Nam primitiua fratrum habitacula loca tantum appellabãtur.Et tempore Innocentij quarti nomine conuentualitatis sunt insigniti.Ipse enim per bullã autẽticam in sacro conuẽtu Asisij vsq; hodie seruatam statuit,vt ecclesia fratrum minorum,& domus conuentus appellarentur,à quo tempore minores conuẽtuales vocati sunt huius religionis fratres. Antea enim domus fratrum Mendicantium non habebãt nomen proprium,sicut domus monachorũ, quæ propriè vocantur monasteria,vt dicit Syluester. [b] Et ideò mendicantium & aliorum regularium habitationes cœperunt vocari conuentus,prout constat ex quadam Clementina. [c] Qua propter voluit Innocentius,vt domus fratrum Minorum appellarentur quia iam claustra & ędificia magnifica habebant, à quo cõuentuales in nostro ordine sunt vocati, per quod nomen distinguebantur ab his,qui reformationem affectabant, qui fratres de familia vocabantur. Conuentualium autem minorum fratrum status in Hispania cœpit reformari ad instantiam Regum Catholicorum Fernandi & Elisabetis:Sed instante Philippo huius nominis secundo Rege Hispaniarum omninoextinctus fuit in vniuersa Hispania hic status iussu Pij Quinti, & opere Cardinalis Spinosæ legati Apostolici ad hanc extinctionem agendam.In Italia vero status conuentualium Minorum non fuit extin-

a Clem.exiui. de verb. signifi.

b Syl.verb. conuentus.

c Clem. ca. de rebus ecclesiæ non alienandis.

extinctus per Pium Quintum, quia ineo magistri præstantissimi sacræ Theologiæ semper fuerunt, & sunt, sed tantum fuit reformatus. Ex quo his temporibus Felix Petrus frater minor conuentualis felix ecclesiæ caput in lucem prodijt, qui in similitudinem Sixti quarti de eodem ordine minorum assumpti quintus voluit appellari.

## ARTICVLVS II.

### *De origine fratrum Minorum obseruantiæ.*

REspondeo dicendo, quod cum religio fratrum minorum, & eius regula sit quædam diuina plantatio, non potuit ipsa diuina maiestas pati, vt ipse conuentualis status contra regulam & viuendi normam patris nostri Francisci indutus, ita perseueraret, vt in eo sigillum totius ordinis contineretur, & generalis ipsius couentualitatis patrem nostrum Franciscum repræsentaret, cuius ipse minime fuit institutor & autor. Et sic diuino numine patrocinante obseruatium fratrum status fuit procreatus, qui ante quam obseruantes appellarentur fratres de familia vocabantur. Et cum Deus humilia eligat, vt fortia quęq; confundat & cum de stercore erigat pauperē, collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui, erexit cornu salutis suę, in domo Frācisci pueri sui fratrem Paulū Defrincis laycum diuino spiritu afflatum : qui literas à Generali ministro obtinuit quarum facultate couentum Burlianum in Italia traxit ductis secum quibusdam fratribus, cum quibus vitam pauperem, prout in regula pręcipitur duxit. Statimq; nouem oratoria siue eremitoria illi adhęserunt, in quibus rigidæ paupertatis amatores libenter habitant, quibus idē frater Paulus præfectus est primus vicarius, & prelatus anno Dñi millesimo trecētesimo octuagesimo. Postmodū frater Petrus de Villacrucis Minorum obseruantiam in Hispaniam duxit. Cuius initium factū legimus in conuentu vulgo Salzeda in prouincia Castellę collocato. Ex quo regularis obseruantia in alios plures conuentus nempe in Arroyo, Aguilera, Pennafiel, fuit deriuata. Cum ergo in Italia, Hispania, Gallia, & vbique terrarum mirum in modum esset fratrum de familia status propagatus, cautum fuit in Concilio Constantiensi, vt ex ipsis Minoribus reformatis, qui fratres de familia vocabantur, eligerentur vicarij prouinciales, qui omnibus reformatis religiosis prę essent ea lege, & conditione, vt vicarij prouinciales fratres minores regulares obseruātiæ vocarentur, dumodo in omnibus subderentur ministris prouincialibus conuentualium. Verum Eugenius Quartus Apostolico diplomate cauit, vt fratres regulares obseruantiæ eligere possent vicarium generalem in comitijs generalibus, & vicarios prouinciales in capitulis prouincialibus, qui nimirum vicarij in nullo subderentur ministris conuentualibus, nisi quoad vicariatus confirmationem. Quare virtute Eugenianæ Beatus Bernardinus fuit primus vicarius generalis, quem regularis obseruantia habuit. Et in hac forma vitæ regularis obseruantiæ vixit vsque ad annum millesimū quingentesimū decimū septimū. In quo Romę factum est quoddam capitulum generalissimum ad quod simul obseruātes & cōuētuales cōcurrerent, in quo vniuersalis religionis nostrę reformatio concluſa est, in quadam Bulla vnionis sequentia sancita sunt. Primū, quòd ordinis sigillū adimeretur conuentualibus, & omnino obseruantibus traderetur. Secundum quod supremus obseruantiæ prælatus vocaretur minister generalis, vt regula disponit, conuentualium verò magister generalis nuncuparetur. Tertium, quod præfecti prouinciarum obseruantium vocarentur secundum regulā ministri prouincialis. Quartum quod minister generalis esset sexennius, & prouincialis triennius. Quintum, quod forma tenenda ad statuta pro reformatione facienda sit huiusmodi. Primo quod deputentur aliqui viri religiosi & docti, qui de statutis faciendis deliberent. Et quod ea quæ obseruanda deliberauerint cō missarijs generalibus præsentent. Secundo cautum est, vt in singulis obseruantiæ prouincijs sint certæ quædam domus huic statui maxime accommodatæ vocatæ recollecta pleno iure ministris obseruantibus subditæ.

## ARTICVLVS III.

### *Vnde cœperit conuentualitas in alijs religionibus.*

REspondeo dicendo, religiones obseruātissimas & antiquissimas Diui Benedicti, & Augustini in maximo vitæ rigore fuisse

re fuisse fundatas, sed successu temporis eo deuenerunt, vt à prædicto rigore maximè deficerent, & reformatione maxime indigerent. Cui indigentiæ ille pater luminum, à quo bona cuncta procedunt subuenire dignatus est, ordini S. Benedicti per quēdā patrē vocatum Odon fundatorē congregationis Cluniacensis, à quo obseruātia habuit principium, cui alij illustrissimi & sanctissim viri successerunt: Ordini autem Diui Augustini etiam fuit datus quidam illustrissimus vir Dux de Guiena & Comes Pictauiensis, qui Sanctus Vvilelmus vocatur, à quo habuit principium obseruantia in hac religione, cui preclarissimi alij viri sancti adhęserūt, prout refert pater Hieronymus Roman [a]. Sed postea anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo octauo propter vniuersalem in toto orbe pestilentiā, & famem tanta multitudo hominum perijt, vt remanerent monasteria deserta; & fratres in eis remanētes ita erant liberi, & eorum religio ita erat dissoluta, vt reformari minime posset. Vnde principum Christianorum ministerio, & summorum pontificum fauore factum est, vt relaxati ab his qui obseruantiam regularem sectabantur diuiderentur, & diuersa ab obseruantibus & claustralibus esset familia. Et primi qui caput sibi obseruātię constituerūt fuerunt fratres religiosi Diui Benedicti. Nā anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo dominus Ioannes Rex primus Castellæ monasterium Vallisoleti illis fundauit quod totius obseruantiæ est caput. Et tempore Domini Regis Ioannis secundi cæpit obseruantia in ordine Diui Augustini à quodam cōsiliario ipsius regis Licētiato Alarcō nuncupato, qui huius sanctissimæ religionis habitū assumpsit. Cuius religionis, vt verus filius obseruātiam maxime fuit prosequutus remanentibus alijs huius instituti fratribus in sua relaxatione, qui vulgò per ironiā vocati sunt claustrales à claustris, ac si in claustro idest, in clausura viuerent, prout Hieronymus Roman ait. [b] Sed verius puto ab ampliſsimis claustris suorum monasteriorum vulgus hoc illis tribuisse nomen.

[a] Romā de repu. Christiana. c. 3.

[b] Rom. vbi sup.

## QVÆSTIO QVINTA.

### De ordinibus militaribus, quoad eorum numerum & principium in sex articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæruntur sex.*

1 *Quis fuerit Templariorū ordo & de eorum fine.*
2 *Quæ fuit origo ordinis militaris Diui Ioannis Baptistæ.*
3 *Vnde habuit originem ordo militaris de Calatraua.*
4 *A quo habuit originem religio militaris de Alcantara.*
5 *A quo habuit principium ordo militiæ sancti Iacobi.*
6 *Vnde habuit originem ordo de Auis in Regno Lusitano.*

### ARTICVLVS 1.

*Quis fuit ordo Templariorum, & de eorum fine.*

REspondeo dicendo, quod Petrus Gregorius religionem hanc ab incunabulis deduxit, & per varios casus per tot discrimina rerum tādem deuenit ad Balduinum Regem, sub quo Christiani repetierunt Hierosolymam anno Domini millesimo centesimo decimo octauo. Cum quo quidam nobiles viri ex equestri ordine Christi se seruituti adiecerūt, & se mancipauerunt. Et more Canonicorum regularium in castitate & obedientia, & sine proprio velle perpetuo se viuere professi sunt. Inter quos præcipui fuerunt Vgo de Paganis & Ganfredus de Sancto Almadero. Prima autem eorum professio, & opus, quod à Patriarcha Hierosolymitano in remissionem peccatorum fuit iniunctum, vt vias & itinera maxime ad salutem peregrinorum proficiscentium ad inuisendum loca sacra Hierosolymis contra latronum insidias conseruarent. Nouē annis post eorum institutionem in habitu fue-

fuerunt seculari,& vestibus vti eleemosynis elargitis. Nono autē anno concilio in Frā cia apud Cletas habito institutus, & adsignatus est illis habitus albus ex mandato Honorij Papæ, & Stephani Hierosolymitani Patriarchæ. Cæpitque augeri eorum numerus, & tempore Eugenij Papæ cœperunt cruces panni rubei in pallijs seu amicu lis seu chlamydibus albis assumere, tam equites, quam eorum fratres inferiores prout refert Gulielmus [a] seruis, & Paulus Æmilius. Qui fratres militię templi fuerunt appellati,& eorū ordo ita per vniuersum orbē creuit,vt ad tātas opes beneficijs &libera litatibus principū peruenirēt,vt regias tādē opes excederēt. Qui incrassati, impinguati dilatati, ita dereliquerūt Deū factorem suū, & à Deo salutari suo recesserunt,vt eorum ordo fuerit funditus extinctus;& hi omnes teterrima sententia damnati, & quotquot comprehendi potuerunt necati. Et quod cū Sarracenis iuncti in Christianum nomen cō spirassent,vt refert Platina in Clemētis quarti vita. Quam causam huius atrocissimi supplicij puto maiorem,quam alias enumeratas & adductas ab auctore Historuo Gagino.

a Guil. in vita Philippi Pulchri. lib. 7.

## ARTICVLVS II.

### Quæ fuit ordinis Militaris origo Sancti Ioannis Baptistæ.

REspondeo dicendo,quod anno Domini millesimo nonagesimo nono cum Hierosolyma à Christianis recepta fuisset, ducente Gothfredo, Hierosolymis erant Christiani Latino nomine,qui ab Agarenis qui ibi imperabant, impetrauerunt,vt sibi liceret habere domicilia iuxta sepulchrum Domini nostri Iesu Christi, vbi cœnobium Dei genitricis construxerunt, quod Latinorum dicatum ad excipiēdos Christianos hospites Latinos,cui adiūctum est alterum cœnobium Diuæ Magdalenæ ad excipiendas fœminas præparatum. At crescente peregrinorum numero ita,vt in cœnobijs recipi non possent, postea ædificata est hospitalis domus,quam Diui Ioannis Baptistę titulo, Deo dicarunt:& ipsi datus est quidam præfectus, vt tradit Polydorus [b] Virgilius.& huius hospitalis ministerio viri pij nobiles se deuouerunt,qui peregrinos tutarentur,& à latronū seu Agarenorum incursu defenderent. Horum professio est votum solenne paupertatis,& abdicationis propriorū, castitatis,& obedientiæ prout habetur in instit utis [c] hospitalis Hierosolymitani. Ob votū paupertatis nihil proprij habere possunt. Vnde commendas,quas accipiunt, cōmendarum non habent proprietatem;sed tantū percipiunt alimenta quandiu viuunt, eorumque habēt administrationem,reddituri morientes quę apud illos reperiuntur,societati. Vnde propria beneficia eorum perceptaria non sunt ex sententia Rebuffi,licet dissentiat impius Molineus. Pari modo eorum priores,& commendatarij sunt tantum administratores bonorum ordinis,vt ipsorum institutis continetur. Et proinde cōmendantur illis bona,non ab Episcopo,vt beneficia, sed ab Archimagistro ordinis ob votum castitatis. Affines sunt ecclesiasticis personis: neque vxorē ducere possunt. Propter quod Alexander tertius vocat illos fratres Sancti Ioannis, & præfectum eorum priorem. Et Innocentius Tertius vocat eos,fratres hospitalis Sancti Ioannis. Et in hoc ordine sunt religiosi milites pugnantes contra infideles: sunt etiam ecclesiasticę personæ, cultui diuino consecratæ: & sunt priores ex monasterio monialium cruce signatorum, vt patet ex eorum institutis. Et etiam præest omnibus Archimagister, qui primus omniū fuit quidam Gerardus,qui cum socijs crucem cādidam in nigro panno affixit. Horum militum priuilegia multa sunt,qualia scribit certa annalia hospitalis Ioannes Vigesimus secundus Summus Pontifex in quadam extrauaganti. Et isti milites dicti sunt Ioannitæ,& hospitalarij Hierosolymitani,ab hospitali,vt dixi, Diui Ioannis. Dicuntur etiam equites Rhodienses,eo quod illam possiderent insulam,habentes ibi propugnaculum perpetuum contra Turcas,& modo dicuntur Maltenses, seu Militenses ab insula, in quam se receperunt, postquam Solymanus duodecimus Otomanæ familiæ Tyrannus, cum Agarenorum ingenti vi post semestrē obsidionem die Natiuitatis Domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo illis Rhodum ademit, vt scribit frater Thomas Guischardus Rhodius in oratione,quam de expugnatione apud Clemētem Septimum Summum Pontificē habuit,prout tradit Petrus Gregorius. Et Gregorius XIII. anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo,die vigesima tertia Martij pontificatus sui anno octauo priuilegia huius religionis

b Poly. li. 7 de inuentoribus rerū cap. 5.

c Capi. 2. in fi. hospital.

nis confirmauit, ac rata, & grata habuit, ac quatenus opus sit probauit, & de nouo concessit motu proprio, & ex certa scientia.

## ARTICVLVS III.

### Vnde habuit originem ordo militaris de Calatraua.

REspondeo dicendo, quod Sancius huius nominis tertius Rex Leonis & Castellæ cognomento Desideratus, filius Alfõsi octaui filij Raymundi Berengarij Comitis Tolosani instituit militũ sacrorũ ordinem de Calatraua, vbi cœnobium Templariorum fuerat, prout tradit Franciscus Traph. [a] Et fuit confirmatus ab Alexandro tertio. Principium eius anno Dñi millesimo centesimo quinquagesimo octauo, prout refert Hieronymus Roman [b] cepit.

a lib. 1. de regib. Hispan. sanct. 3.

b Hiero. Romã. lib. 7. de la rep. christiana. c. 8.

## ARTICVLVS IIII.

### A quo originem habuit religio militaris de Alcantara.

REspondeo dicendo, quod religio militaris de Alcantara, prout cõstat ex priuilegio concesso ordini, anno Domini millesimo centesimo septuagesimo quarto, fuit principiata à Domino Gomezio Hernandez tempore Ferdinandi II. Regis Leonis, & vocabatur eius institutio del Pereyro, quæ fuit approbata ab Alexandro tertio anno millesimo centesimo octuagesimo tertio, & à Lucio tertio. Postea autem anno Domini millesimo ducentesimo quinto fuit approbata ab Innocentio III I. prout traditur in cõstitutionibus eiusdẽ ordinis in principio paragrapho secundo. Dicitur del Pereyro prouinciæ Regni Legionis, quæ nunc est in prouincia Lusitania iuxta fluuiũ Coa vicinũ Ciuitaten. diœcesi, quæ postea fuit translata in Alcantaram, parto oppido & Castello ab Alfonso Rege Legionensi, & Galiciæ anno Domino millesimo ducentesimo tertio contra Mauros, qui ipsum occupauerant.

## ARTICVLVS V.

### Vnde habuit originem ordo militiæ Sancti Iacobi.

REspondeo dicendo, quod ordo militiæ Sancti Iacobi institutus fuit in Hispania tempore Regis Ramiri primi huius nominis Hispaniæ Regis, qui vicit manu exigua ingentes Sarracenorũ copias, ope Dei & auxilio Beati Iacobi, qui visus est in eo prælio equo candido vexillo niueo & in eo cruce rubea conspicuus, & pugnãs, prout tradit Franciscus Teraph, & Ioannes Vaseus. Huic ordini & magister & commendatarius constituti sunt. Et ad hoc tempus refert constitutionem quoque Ioannes Vaseus: quan uis frater Alfonsus Venerus huius principium refert ad annum Domini millesimum centesimum sexagesimum. Vide patrem Hieronymum Roman opiniones circa propositam quæstionem proponentem. Et in hac religione sunt in triplici differentia personæ. Quædam enim diuino cultui sunt destinatę, quæ freyres communiter vocantur, in communitate, & regulariter viuentes, quorum caput est conuentus de Vcles. Aliæ sunt Moniales, aliæ verò sunt milites.

## ARTICVLVS VI.

### Vnde habuit originem ordo de Auis in Regno Lusitano.

REspondeo dicendo, quod ordo militaris de Auis in Regno Portugaliæ habuit originem tẽpore Domini Alfonsi Henrici Regis primi Lusitaniæ, anno Domini millesimo centesimo quadragesimo septimo, quo tempore militia noua fuit appellata. Posteà autem anno Domini millesimo centesimo septuagesimo sexto, Ordo Euorę fuit nuncupatus ab illustrissima illius Regni Ciuitate, vbi Dominus Rex conuentum militibus huius ordinis ædificauit, & in Ecclesia Sancti Michaelis diuina officia celebrant. Posteà autem propter subiectionem, quam præstiterunt huius milites ordini de Calatraua, ordo etiam Calatrauæ in illo regno nuncupatus est. Vnde in porta principali oppidi de Auis in quodam lapide, hæc memoria scribitur: Ferdinandus Magister Dei

Dei gratia Calatrauensis in Portugalia cum suo conuentu plantauit Auis in festiuitate Assumptionis Beatæ Mariæ Æra millesima ducentesima sexagesima prima. Nunc ordo de Auis in illo regno communiter nuncupatur, quia ab Ebora ad illud oppidum fuit translatus tempore Domini Alfonsi Regis Portugalię primi, virtute cuiusdam priuilegij concessi ab ipsomet Rege anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo primo, prout tradit pater Hieronymus Roman. Seruant huius ordinis alumni regulā Diui Benedicti iussu Innocentij tertij: qui anno quarto sui pontificatus ipsum ordinem literis apostolicis cōfirmauit. Quarum literarū tenor habetur in dicto conuentu de Auis Vbi etiam habetur confirmatio, & communicatio priuilegiorū concessa per Gregoriū decimum quartum, anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo, pontificatus sui anno quarto. Quas bullas sub sigillo autentico ego ipse vidi, de quibus agam infra in quęstione de communicatione priuilegiorum. Sed in fine huius libri subijciam quendam doctissimum tractatum, quem ad me misit Reuerēdissimus, & de literis maxime meritus Dominus Franciscus de Auelar prior Maior huius sacri ordinis.

## QVÆSTIO SEXTA.

### De statutis, & ordinationibus, & priuilegijs apostolicis, quibus hęc religionum Monarchia conseruatur in decem & septem articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæruntur quindecim.*

1 *Votuplex sit statutum Apostolicum regularibus directum.*

2 *Vtrùm omnia, quæ in iure canonico statuuntur obligent.*

3 *Vtrùm ad hoc vt istæ leges canonicæ obligent regulares, necesse sit quod publicentur.*

4 *Vtrûm constitutio liget eos, ad quorum notitiam venerint ante lapsum duorum mẽsium à promulgatione eius.*

5 *Vtrùm constitutio Pontificia irritatoria obliget statim postquam Romæ promulgatur, ita vt statim actus contrarius irritetur.*

6 *Vtrùm ad hoc, vt lex canonica habeat vim legis sit expectandus populi consensus.*

7 *Vtrùm liceat supplicare Papæ, vt suas constitutiones reuocet.*

8 *Vtrùm Reges & Principes, & suorum tribunalium Consiliarij possint detinere literarum Apostolicarum executionem, sine timore alicuius censuræ.*

9 *Vtrùm suspensio literarum apostolicarum possit fieri sine aliqua iusta causa supplicatione interposita.*

10 *An constitutio non recepta liget.*

11 *Quando dicetur constitutio non recepta, vt non habeat vim legis.*

12 *Per quot actus contrarios legis obligatio sciente principe euacuetur.*

13 *Quando lex pœnalis obliget ad peccatum mortale.*

14 *Vtrùm regulares legibus ciuilibus obligentur.*

15 *Vtrûm leges pœnales obligent in conscientia.*

16 *Vtrùm obligent leges pœnales ante latam sententiam.*

17 *Vtrùm constitutio dicatur respicere præterita vel futura.*

## ARTICVLVS 1.

### *Quotuplex sit statutum apostolicum regularibus directum.*

REspondeo dicendo, quod Summi Pontifices considerantes quantum prosint ecclesiæ religionum reformatio & ampliatio, nō cessat eas diuersis pro temporum necessitate constitutionibus stabilire, & priuilegijs corroborare. Et sunt ipsæ in differentia multiplici. Quædam enim continentur in corpore iuris Canonici, & in Concilio Tridentino, quæ vniuersos religiosos obligant. Aliæ autem sunt in eodem speciali-

liter

liter statuta pro religione particulari, quæ nimirū continetur in libro Decretalium, in Clementinis & in extrauagantibus. Aliæ verò sunt, quæ extra ius commune vagantur. Hæ verò partim continentur in libro, monumenta ordinis nuncupato: partim habentur in summa constitutionum Pontificaliū. Aliæ verò habentur in proprijs motibus & constitutionibus, quæ in nullo volumine inseruntur: sunt tamen solenniter promulgatæ. Quarum aliquæ sunt promulgatæ in comitijs generalibus regularium: aliæ sunt in diffinitionibus, seu tabulis comitiorum generalium. Aliæ etiam sunt rescripta particularia, quæ à sede Apostolica, aut ab habente autoritatem sedis Apostolicę mittuntur. De quibus omnibus, quas potui diligēter cōgerere, agā in hoc opere, diuino lumine adiutus. Necnon agā etiā de viuæ vocis oraculis ab ipsis summis pontificibus datis regularibus, & de declarationibus Cardinalium pro regularibus à sua Sanctitate deputatorum,

## ARTICVLVS II.

### *Vtrum omnia, quæ in iure Canonico Statuuntur obligent.*

REspondeo dicendo, quod lex Canonica quæ fuit facta à summis pontificibus consistit in tribus voluminibus, videlicet in volumine decretaliū, in volumine sexto, & in volumine Clemētinarum. Ista enim tria volumina cōtinēt leges canonicas pōtificales autenticas & approbatas, quæ pro legibus habentur, & pro legibus indubie seruantur, cum sint cōditæ ab habente potestatem legem condendi. Connumeratur etiam inter leges canonicas, & liber Decretorum, qui liber non fuit conditus à summo Pontifice neq; ab habente potestatem legis condendę, & fuit compilatus per quendam magistrum Gratianum, qui fuit religiosus ordinis Prædicatorum & sacræ Theologiæ magister, vt testatur Archiepiscopus Florentinus. [a] Qui Gratianus ex sanctorum patrū dictis compilauit dictum opus, & volumen decretorum. Appellaturq; liber decretorū, quia ex decretis sanctorum patrum fuit cōpilatus. Neq; reperitur quod fuerit approbatus per Sūmos Pōtifices. Vnde nō potest dici autenticus, vt ait Abbas [b] in prooemio Decretaliū, Ioannes Andreas, & Antonius de Butrio. Licet aliqui dicant, quod fuit approbatus ab Eugenio Papa. Hoc tamen non constat prout aduertit Maranta. Verumtamen est aduertendum, quod in libro decretorum reperiuntur quatuor species autoritatum. Prima species est autoritas sanctorū patrum, prout plurima omnia ferè capitula ibi existentia sunt extracta à dictis Sanctorum. Secunda species est autoritas ipsiusmet Gratiani autoris, vt quando ipsemet loquitur, sine autoritate sanctorū. Tertia species est autoritas cuiusdam Paleæ; vt quando in rubrica alicuius capituli decretorum stat scriptum Palea. Quarta species est autoritas iuris consultorum & imperatorum sæcularium: quoniam sunt multæ leges Ciuiles insertæ & canonicæ in decretis. Quoad primam speciem, scilicet, de autoritate sanctorum patrum, verum est, quod ex diurna approbatione censetur autenticus liber, & illa decreta sanctorum allegantur ad decisionem causarum, vt intelligunt [c] Abbas & Felinus: non vero quoad tres alias autoritates secundum eosdem ibi, & Archidiaconum. [d] Nam autoritas Gratiani non reperitur approbata, neque est autentica, nec etiam autoritas Paleæ. Nam Palea fuit quidam discipulus Gratiani, qui sua authoritate inseruit nonnulla capitula in decretis, quæ nullam faciunt fidem, vt dicit Ioannes Andreas Salycetus & Imola, & Antonius Cor. cum non fuerit facta ab homine habente potestatem. Sicut etiam dicta & solutiones Gratiani reprehenduntur in aliquibus, vt non bene loquentes, secūdum Archidiaconum. Ex quo patet, quod eius dicta non sunt autentica; sed velut dicta Innocentij in suo opere glossarum, quod composuit super decretalibus. Cuius Innocentij dicta non sunt autentica; quia ipse noluit vt haberenturvt textus, sed vt glossæ; licet prę cęteris sint magnæ autoritatis, vt testatur Felinus. Quoad quartam partem, scilicet, de legibus ciuilibus, insertis in decretis minimè sunt approbatæ, vt per hoc seruentur de iure Canonico, ex quo Gratianus, qui eas inseruit non habuit talem autoritatem. Et sic dictæ leges remanēt Ciuiles, prout antea erant: & perinde habētur ac si inibi non essent insutæ: & sic non seruantur vt Canones, vt dixit Abbas & Andreas de Isoreca & tradit Maranta. Ex quibus concluditur quid sit dicendum de contentis in voluminibus Decretalium Sexti, Clementinarum & Decretorum concernē

tibus

a Florē. 3. p. Chron. tit. 17. c. 6.

b Abb. in prooe. decretorū in. cap. rex pacific⁹ col. 5. And. & Anto. de But. in. ca. 2. de rescript. Marant. de ordine iud. 3. p. princip. n. 34.

c Abb. in. c. 1. col. fin. de rescript. ibi Feli. col. 23. vers. liber decreti.

d Archidia. in c. qui nesciat. 9. dist.

tibus statum religiosorum. Colligitur etiam quantam autoritatem continent vniuersa, quæ in iure Canonico continentur ad comprobationē multorū, quæ in eo opere Deo duce per ipsa decreta decidentur. Et aduerte, quod eandem autoritatem habent bullæ suæ Sanctitatis positæ in summa cōstitutionū Pontificalium, & aliæ, quæ sunt legitimè publicatæ, cū dimanent à Principe habente autoritatem condendi leges, vt est Papa, iuxta ea quæ à iure notantur, & patet ex his, quæ traduntur à Syluestro. [a]

a Sylu. ver. Papa. n. 14.

## ARTICVLVS III.

### Vtrùm ad hoc, quod istæ leges Canonicæ obligent, necesse sit quod sint solenniter promulgatæ.

REspondeo dicendo, quod non statim post promulgationē in curia obligat constitutio. Nam intra duos menses non ligat, prout dicitur in iure, [b] etiam si ad notitiā eorū, quos obligat deuenerit, prout contra Glossam [c] & Felin. tradit Nauar. Et licet liget non tamen peccant ignorantiam inculpabilem de illis habentes, si eas ignoranter transgrediantur iuxta tradita à Diuo Bonauentura, [d] & resoluta à Castro, & à Couarruuias. Dixi, inculpabilem. Nam si fuerit culpabilis ratione negligentiæ peccabūt, prout cum communi tenet Diuus Thomas. [e] Adeo hoc est verum, vt etiam quando statutum vel præceptum Ecclesiasticum iuris communis, aut summi Pontificis, aut Concilij generalis imponit regularibus, & alijs pœnam excommunicationis, non incurrant in eam excommunicationem ignoranter talem constitutionem & præceptum transgredientes, etiam si constitutio sit Papalis prout tenet Nauarrus, [f] Couarruuias, Soto, Corduba, & Castro contra alios, id sine fundamento sufficiente negantes. Quæ est communis omnium Theologorum sententia, & puto verissimam, quæ summe à regularibus est notanda. Nam multas constitutiones referam in hoc volumine, quibus ipso facto à summis pontificibus legantur, quorum ipsi habent ignorantiam non crassam, neq; supinam: & ideo non est cur eorū conscientias timoratas alligemus. Et aduerte quod ad vincēdam ignorantiam non requiritur vera scientia, quæ nascitur ex intuitiua alicuius quinque sensuum: nec sufficit quædam auditio, & relatio; sed requiritur talis quæ inducat vel inducere debeat fidem, & credulitatem in audiente, iuxta ea, quæ tradit Nauarrus. [g] Et non videtur requiri, vt per præsules vel alios prælatos in suis territorijs publicentur; quoniam secundum stylum, & consuetudinem curiæ sufficit promulgatio & publicatio in curia facta.

b Auth. vt factæ nouæ constitu. in rub. & in nigro. c. noui. de sent. excommu.

c Glo. in. c. 2. v. hacten' de rebus eccles. nō alienan. Feli. in c. cognoscētes. nu. 7. de cōst it.

d D. Bonauen. in. 2. d. 22. art. 2. q. 2. ad. 4. Castr. de legibus pœn. lib. 2. c. 14. Coua. in reg. possess. 2. p. §. 7. n. 7.

e D. Tho. 1. 2. q. 76. ar. 2.

f Nau. c. 27. n. 16. Coua. in. cap. alma mater. 1. p. § 1. n. 8. Soto in. 4. d. 22. q. 1. ar. 2. nō lōge à fi. Cor. libr. 2. q. 27. Castr. libr. 2 de potest. leg. pœn. c. 14. post medium.

g Nau. li. 1. cons. tit. de constit. consi. 1. à n. 9.

## ARTICVLVS IIII.

### Vtrum constitutio liget illos, ad quorum notitiam venerit ante lapsum duorum mensium à promulgatione eiusdem.

REspondeo dicendo, quod solo iure scripto attento princeps non videtur ligare ante lapsum duorum mensium, etiam scientes eam factam & promulgatam vt videtur tenere glossa [h] & Antonius. Quā opinionem contra Panormitanum Imolam & Felinū cum Decio sequitur [i] Nauarrus. Tū, quia autentica [k] tam in rubro, quam in nigro expressa habet illam post duos menses, & non ante valituram, & consequenter ante illos duos menses eam non ligaturam. Tum, quia & si bona pars causæ quare datur dilatio duorum mensium, sit ne ignorantes obligentur; tamen non est sola quia etiā datur ne alios liget, antequam alios, & vt omnes incipiat eodem tempore ligare, & vt tollatur confusio, rixa & imparitas subditorum, dum alij ante alios ligantur. Tum etiam, quia sicut scientia legis donec promulgetur non ligat, ita pari fere ratione scientia promulgatæ legis donec labatur tempus constitutum ad ligandum non debet ligare. Dixi, attento iure scripto, nam quanuis hæc pars solo iure scripto attento, verior videatur: de consuetudine tamen & stylo ait Nauarrus, [l] quod videtur in vrbe seruari, vt transgredientes legem Papæ publicatam etiam ante duos mēses elapsos puniantur, non solum, qui confitentur vel probantur scisse illius promulgationem, sed etiam qui non probant iuste illam ignorasse presupponendo, quod præsumūtur scire. Quę cōsuetudo & stylus ait Nauarrus quod forte restringi posset ad forum tantum exterius, & ad vrbiculas. Hęc dicūtur à Nauarro. Et licet Hieronymus à Sorbo contrariū

h Glo. vlti. in data Sexti Antonini in. c. si quando de cōsti.

i Naua. lib. 1. cōst. 1. n. 17

k Authē. vt factæ nouæ constit. collat. 5.

l Naua. vbi sup.

contra Nauarrũ tenuerit, explicãs constitutionẽ Clementis VIII. de largitione munerũ dicẽs in foro cõsciẽtiæ supradictos peccare, affirmans opinionem Abbatis & Felini esse communem, & eam tenere doctissimum Sotum; [a] at Soto realiter non tenet hanc opinionem, imo ait, quod si lex constituat [f] post duos menses facta publicatione incipere valere significat, quod licèt tempore promulgationis obliget nihilominus vsque ad duos menses posse se quisquam ignorantia protegere, tunc intelligendum est, quantũ ad forũ exterius ipsam legẽ minime ante lapsum duorũ mensiũ obligare. Et quã tũ ad forum cõscientiæ dicendum est, ipsos obligare, si ante ipsos elapsos earũ notitiam sufficientẽ haberent: data enim scientia necessario continuo excusatione nudãtur. At ait Soto, si incipere valere post duos menses idẽ est, quod vigorem tunc præcepti obtinere, fit, vt neq; ante elapsos dictos menses sciẽtes obligentur, & istã glossam [f] posteriorem ad dicta verba ego reputo magis consonam æquitati, & menti legislatoris, illa proferentis iuxta rationes traditas à Nauarro. [b] Et nõ debuit dictus pater Asorbo tenere dictã opinionẽ in casu dictæ cõstitutionis Clemẽtis VIII. cũ ipse Sũmus Pontifex expresse declarauerit, quod in partibus vltramontanis obligaret post lapsum duorũ mensium, in partibus vero cismontanis post lapsum quatuor mensiũ. Nã quando in lege tẽpus appositum est, intra quod debeat seu incipit ligare, tẽpore statuto standum est, iuxta id quod dicit in iure: [c] quia in incertis non in claris est opus coniecturis, prout in eodẽ iure notat. [d] De hac autẽ cõstitutione quid sẽtiã infra in quẽstione de donationibus dicã.

a Soto.lib.1 de iust.& iure.q.1. art.4. pa.10.col.2.

b Naua.vbi sup.

c c.cum singula de præbendis. d l cõtinuus ff.de verbo. oblig.

## ARTICVLVS V.

*Vtrùm constitutio pontificia irritatoria obliget statim postquã Romæ est promulgata, ita vt actum in contrarium sit irritum.*

REspondeo dicendo, certũ esse, quod ille, qui agit contra legem Romæ promulgatam, si eã inuincibiliter ignorat, nõ peccat. Dubiũ autẽ magnũ est, vtrum factũ per dictã legem irritatam teneat. Et vt omnia patefiant operæ pretium esse duxi, quoddã exemplũ proponere, quod est huiusmodi. Conciliũ Tridentinũ matrimonia clãdestina irritauit. Si quis autem post eius promulgationem inuincibiliter ignorando clandestine contraxerit, certũ est quod non peccabit contra legẽ. Quod autẽ vertitur in dubiũ est, vtrùm facta promulgatione Romæ, vel Tridenti dictũ matrimonium fuerit nullũ nec ne? Circa quod opinio est Panormitani [e] quod sufficit legẽ Romæ promulgari, vt obliget totũ orbem, taliterq; omnes contractus statim sunt irriti. Hoc tamen negat Soto [f] sequẽs Caietanum dicens, quod quandiu lex non promulgatur nobis, non obligat neq; cõtractus rescinduntur, nisi ex tempore, quo nobis est promulgata. Probatur, quia alias non opus esset, vt lex Romæ semel promulgata in alijs prouincijs promulgaretur. Videmus autẽ leges Pontificũ in qualibet diæcesi promulgari. Ergo signũ est quod illa lex nõ antea censebatur nobis sufficienter promulgata. Et cõfirmatur. Nã Conciliũ Tridentinũ matrimonia clandestina irritans decernit, vt huiusmodi decretum in vna quaq; parrochia suũ robur post triginta dies habere incipiat à die primę publicationis in eadem parrochia factæ numerandos. Et certe si contrariũ daretur, multa scãdala sequerentur; nã multi Conciliũ Tridẽtinũ [g] inuincibiliter ignorãtes possent contrahere, & cõsummare matrimoniũ, quibus esset licitũ decedere si matrimoniũ irritum iudicatur, quod maximũ scandalũ in republica generaret. Quod insuper probatur. Nã leges Papæ multo grauiores, quã Ciuiles reputãtur, sed leges ciuiles in qualibet ciuitate publicantur, ergo à fortiori leges Papæ, præsertim alicuius actus irritatoriæ: vbi enim maius viget periculum, ibi cautius est agendũ. Verũ est tamen, quod Papa potest irritare omnes contractus à tẽpore legis latæ Romæ. Et ideò si lex dicat ex tũc omnia irritamus, vel ex tunc inhabiles reddimus, ab illa hora omnes contractus irritantur, & sunt inualidi. Quod ex iure [h] clarissime colligitur, vbi Papa dicit, ꝙ quicũq; duas prębẽdas habuerit, ex tunc nõ faciat fructus alterius earũ. Tenet ergo clericus à tẽpore latæ legis omnes fructus perceptos restituere. Vnde notãter Sixtus V. in quadã sua constitutione data Romæ apud S. Petrũ anno incarnationis Dñicæ millesimo quingentesimo octuagesimo tertio, Sexto calendas Decembris, Pontificatus sui anno tertio prohibẽs nouitios ad religiones recipi, sine forma in ipsa cõstitutione ab eo facta in hęc prorũpit verba dicens. Et si qui eorũ cõtra nostrã præsentem constitutionem temere admittẽtur, tã susceptionem habitus, quã professionem

e Panor. in c. nouit extra de sent. excomm. & in.c.cognoscẽtes extra de const.

f Soto lib.1. de iust. q.1. ar.4. Caie.2. 2.q.4.ar.4.

g Con.Trid. sess.24.c.1.in fin.de reformat.

h c. cum singula.d rep.

nem

nē,& inde secuta ex nunc prout ex tunc pa ri modo irritamus,& annullamus,viribus& effectu carere decernimus.Ratione quorum verborū cum Consilio omniū doctissimorū virorū professiones multę factę statim post datā dictæ constitutionis, fuerunt nullæ de claratæ,& ab ipsis nulliter professis fuit facta de nouo solennis professio iuxta formā dictæ cōstitutionis.Alij autē nolētesprofessionē reiterare ad vomitū redierūt, & in mū do existētes matrimoniū cōtraxerūt.Quod in aliquibus generauit scandalum,quod cer te non paterentur doctissimi viri,si dicta cō stitutio solū dictas professiones irritaret,sine illo addito ex nunc irritamus : scādalum enim in dubio leges non permittunt.

## ARTICVLVS VI.

*Vtrùm ad hoc, vt lex canonica habeat vim legis sit expectandus populi consensus.*

RESpondeo dicendo,quod Papa,& quicunque Princeps habens autoritatem condendi leges,potest compellere subditos ad earum obseruationem , suppositio, quod ipsę sint iustæ & rationabiles.Hoc clarissime in iure [a] probatur , prout ibi notat Archidiaconus.Et hanc opinionē tenet Hostiensis,Antonius de Butrio & Imola, Burgos de Paz & Syluester. Vnde non est expectādus populi assensus advim legis,prout tenet Felinus , [b] & per multa fundamenta tenet Burgos de Paz contra Guillermū Benedictum.A qua opinione non discedit doctissimus Couarruuias. Licet enim ipse Couarruuias allegetur pro opinione Guillermi, aperte tamen se explicat dicens , quod lex non dicitur recepta quando per aliquos actus contrarios impugnatur,sciente & consentiēte Principe.Et ita sentit Couarruuias, quod nihil operatur inuoluntas populi de per se absq; Principis voluntate. Et hæc opinio probatur:nā si contrariū esset verū indi recte maneret penes populū potestas condē di leges, quæ soli Principi cōpetit nunc,& à tēpore quo ei suū imperiū & potestatē contulit Populus , prout colligitur ex iure . [c] Quod à fortiori procedit in constitutionibus,& legibus Papalibus,cum ipse Papa nō à populo,sed ab ipso Christo Domino habeat huiusmodi potestatem.

a c.de vulg. 23.q.5. vers. 6.Archidi. Hosti.Butr. & Imol. in c.1.d treug. & pace.Burgos de Paz in proœ. ll. Taur.n. 299 Sylu.in iū ma ve r. lex n.6.

b Feli.in. c. cognoscentes.nu.7. de consti. Bur. vbi sup.nu. 289.Cou. li. 2.varia. c.16 n.6.

c§.sed quod principi placuit. in stit. de iure natu rali gent.

## ARTICVLVS VII.

*Vtrùm liceat supplicare Papam, vt suas constitutiones reuocet.*

RESpōdeo dicēdo,nō esse dubiū suā sanctitatē posse suplicari, vt suas cōstitutiones aut reuocet,aut moderetur pro ut notatur in iure.[d] Imo& mala informatio ne facta potest & clericus supplicare secūdū Seluā. [e] Et tunc secundū ipsum supplicatur ad Papā ipsum bene informando . Secundū glossā in pragmaticis [f] sanctionibus,vbi inquit quod Papa supplicatus de reuocatione aut moderatione alicuius rescripti particularis,peccaret;si talem supplicationem nō admitteret. Et hæc supplicatio habet effectū, vt Papa bene informatus mutet sententiam in melius iuxta ea, quæ in iure canonico traduntur.Quod autem vertitur indubium est,an talis supplicatio habeat effectum,suspensiuum,ita quod obediendo literis apostolicis , earum executionem suspendentes, supposita supplicatione non remaneant excommunicati. De qua difficultate agūt Hostiensis,[g] Abbas,Palacius Rubius,Driedo,& doctissimus Couarruuias. Ad quod dico primo,quod executio rescriptorum,& literarum particularium interposita supplicatione potest suspendi,obediendo tamen reuerenter ipsis literis apostolicis , allegando cū debita humilitate causas & circunstātias, propter quas nō possunt cōmode executioni mandari. Et hoc probatur in iure , [h] vbi Papa dicit:Patiēter sustinebimus, si allegando dictas causas,& circunstantias dictæ literæ minime executioni mādentur,& sic secūda iussio ipsius Papæ est expectanda,prout dicit tex. [i] iuncta glossa:sumēs inde argumē tū contra miseros prælatos,qui timent in tā tū literas Dñi Papæ , vt non audeant reclamare;quod facere non debent quādo rationabiles & iusta causa id suadeat. Quā glossā Felinus, [k] Baldus & Innocētius sequuntur. Vnde alia celebris glossa [l] dicit,q nō debēt timere,sed veritatē sequi,quia sic placebunt Deo & Papę.Nō enim dicitur cōtra mandatū Regis,nec Papæ venisse , qui pro maiore vtilitate,& honore Papę,aut Regis nō facit id,quod in aliquo rescripto,aut literis particularibus ipsi imponitur faciendum, prout pulchre notāt [m] Baldus & Alexāder.Et hoc cōfirmatur: nā executio præcepti superioris differri potest quotiescūq; maius dānū timetur ex executione, quam ex dilatione: quod fit vsq; dum apparet de vera precepti iustitia,prout tenēt Nauarrus,Soto, & Couarruuias.Et ita debēt esse cauti iudices , vt semper obediāt superiorū præceptis ea exe

d c.cū ex literis d in integrū resti. c. pastoralis de appel.authē.quę supplicatio. C. de precibus imperator. offerētibus. e 2.to.tit.de fratribus appel.v. foro. pa.42.in paru.

f Selua de benefi. 5.p. q.8.n.10.versi.19

g Hostiē.in d.c.pastoralis & ibi Abb.§.verū Palat. Rub. de benef.vacat.incur.§. 12.in fin-

h c. significasti. de rescrip.

i Tex.iūcta glo.in auth. demandat. Principis.§ si quis aūt collat.3.

k Felin.Bal. & Innocēt. in c.si quando.

l Glos.in. l. puniri si cōtra ius, vel vtilitatē publicam.

m Bal. in.l. fi.C. de negot. gest. Alexan. cō sil.106.

cutioni mãdantes, nisi contineãt peccatum, aut errorẽ intolerabilem, & quod in eorum executione si opus fuerit supersedeant supplicatione interposita, & prout negotij qualitas exegerit, causas, & motiua super sedendi referãt, prout notat doctissimus & in practica versatissimus Auiles,[a] quod ipsum docuerunt non minus docti Rodericus Xuarez & Rebuffus. Ex quibus deueniendo ad practicã infertur primo, quod si Generales & Prouinciales receperint literas à Dño Papa, vel ab aliquo Apostolicæ sedis legato; super aliquo negotio peragendo possunt supersedere, ipsarũ literarũ executionẽ suspẽdendo, informando Dñm Papam, vel eius legatũ de causis, ratione quarũ talis executio non potest statim fieri: etiam si in ipsis literis mandatum cũ excommunicatione latæ sententiæ contineatur, prout dicit Ancharranus.[b] Infertur secundo, Quod Prouinciales, & Guardiani literas à suis superioribus recipientes, quibus aliquid sub eadem pœna præcipitur faciendum, possunt iusta interueniente causa, id ipsum facere dilatando ipsarum literarum executionem, donec ipsi superiores informati respondeant, quid super ea re sit agendum.

Dico secũdo, quod loquendo de literis Apostolicis, quæ nõ sunt particularia rescripta super aliquo particulari negotio à sede apostolica emanata, sed sunt leges generales ad conseruationẽ reipublicæ Ecclesiasticę, vel regularis disciplinæ, in cõmuni, licet de ipsis possit fieri supplicatio, vt reuocẽtur aut moderẽtur, nõ tamẽ possunt inferiores à Papa, quibus tales literę diriguntur talem executionẽ earũ suspendere, etiã interposita supplicatione, expectando Dñi Papæ secundã iussionẽ. Nam à lege vel ordinatione edita, ab eo, qui habet potestatẽ ipsam condendi, sicut non potest appellari prout dicitur in iure,[c] vbi notant Doctores, & notat etiã Decius, ita supplicatiõe interposita nõ potest earũ legum executio suspendi. Nam suspensio executionis effectus est in hoc casu ipsius appellationis & grauamẽ legis vniuersalis non est grauamẽ, vt tenet Baldus:[d] quia legi omnes obedire debent, prout notatur in iure,[e] & ab omnibus debẽt custodiri prout dicitur in iure.[f] Et sic ab eis nõ licet appellare, prout tenet Rebuffus[g] cũ cõmuni, & per cõsequens non licet ipsius legis executionẽ suspẽdere interposita supplicatione: nã hoc re vera appellatio est. Et cõfirmatur. Nã secundũ legem iudicandum est, etiã si dura videatur, iuxta id quod in iure[h] notatur, & vbi est certa pœna à lege vel cõsuetudine statuta, non potest ea per iudicẽ remitti, neq; augeri prout traditur in iure,[i] & docẽt cõmuniter Doctores, & tradit Glossa optima. Facti enim quæstio in arbitrio est iudicãtis: pœnæ vero prosecutio nõ eius volũtati mãdatur, sed legis authoritate reseruatur, vt docent iura[k] & tradit Sebastianus Medicis.

Sed, vt hæc quotidiana & maxime necessaria clariora fiãt, est inquirendũ, quæ sit ratio differentiæ; quare suspenditur executio rescripti interposita supplicatione, & nõ legis ea interposita. Pro huius dubitationis responsione est aduertendũ primo, quod rescriptum est omne illud, quod Princeps scribit nõ faciens ius generale, sed speciale in negotijs, & in personis, in quibus, & inter quas promulgatũ est, siue tribuat ius, siue exercitiũ iuris alicui cõpetentis, prout cõmuniter in iure[l] notatur. At lex & cõstitutio faciũt ius generale respectu personarũ, & locorũ, & negotiorũ, pro quibus ipsæ leges proponũtur. Et sic dicitur cõmuniter, quod lex ad bonũ cõmune ordinatur, vt ostendit & probat D.[m] Thomas. Licet enim præcipiat, aut prohibeat operationes, quæ sunt in particularib[9], illa tamẽ particularia referũt ad bonũ cõmune, nõ quidẽ cõmunitate generis, vel speciei, sed cõmunitate causæ finalis, secũdũ quod bonũ cõmune dicitur finis cõmunis. Vnde sufficit, quod regimẽ legis cõmunis sit definitũ ad bonũ cõmune totius generis, licet sit quibusdã cõueniẽs, quibusdã verò discõueniens, prout tradit Bartolomęus Medina.[o] Hoc iactato fundamẽto ad dubitationẽ facillimo negotio respõdet, scilicet, quod ideo interposita supplicatione alicuius rescripti executio ipsius suspẽditur, quia præceptũ in tali rescripto facit ius quoddã particulare secundum ea, quæ ex parte impetrantis proponuntur, in quo potest esse error propter malam informationem; & ideo nimirum si velit Summus Pontifex, vt non statim executioni mandetur, sed expectetur secunda ipsius iussio, post aliam informationem sibi traditam. At lex cum communi bono consulat, & sit lata iuxta dictamen rationis iustitiæ, vult Summus Pontifex, vt etiam si aliqui ex ea grauatos se esse cognoscant, ne suspendatur eius executio, etiam supplicatione interposita. Non enim,

a Auil. in c. 1, de los Corregidores n. 23. Xuar. alle. 2. versi. 1. n. 1. potest negari Rebuf 2. to cõsti. Franciæ. tit. de rescriptis ar. 1. gl. 5.

b Ancharr. cons. 253.

cl. si. res vbi Bart. col 2. ff. de appel. recip. tex. & ibi DD. in cap. quia nos de appel. Decius in c. consuluit. 3. eod. titu.

d Bal in ca. ad nostram col. d' appe. e §. eripiat in auth. vt omnes obediãt iudici. prouincial. col. 7. fl. leges. C. de leg. Rebuf. in. l. fœuola respondit. §. si qua pœna. ff. de verbo. significa.

h l. prospexit ff. qui & a qq.

i l. 1. §. 1. ff. ad senatus consult. turpil. c. de causis & ibi Doctor. cõmu. de offi. de legat. tradic glo. in ca. licet v. pœna de pœnis. Medicis in c. erit acutũ lex. 41. d. n. 74.

l l. si operũ c. de pœn.

m D. Th. 1. 2 q. 90. ar. 2 n l. 1. & cõst.

o Med. 1. 2. q. 96 ar. 3.

enim,vt ait Medina, [a] debet legislator suam legem positiuam mutare secundum diuersitatem variationis singulorum hominum & tẽporũ. Sicut peritus medicus,qui medicinã præparat ac variat prout opus est vnicuiq; singulari,secundũ dispositionẽ cõplexionis ipsius in statu, quẽ habet:sed necessariũ est, vt regimẽ legis cõmunis sit definitũ ad commune bonũ totius generis,licet sit quibusdã cõueniens,quibusdã vero nequaquam. Proinde oportet Rectores,& legislatores esse sapientes atq; prudentes,& tales esse qui tãtũ illuminationis sint assecuti,quãtum sufficit non solũ ad regendos se ipsos solos,sed quãtũ sufficit ad dirigẽdũ & regẽdũ alios, vt cõsiderẽt quid in cõdẽda lege,aut in dãdo prẽcepto liceat,deceat,& expediat,vtilitati,aut directioni eorum, quibus lex, aut præceptum imponitur, ne incidant in damnationem,quam comminatur Esaias, [b] dicens,vẽ qui condunt leges iniquas.

[a] Medi. vbi sup.

[b] Esai.c.10.

Ex his infertur,quod si quãdo Sũmus Põfex aliquam legem pro regularibus constituat(sicut fuit illa constitutio D.Clementis de largitione munerum ) possunt regulares sentientes se esse multum grauatos suam Sãctitatem supplicare, vt eam dignetur sua benignitate moderare;non tamen interposita dicta supplicatione possunt eius executionem suspendere. Vnde tali legi ex contemptu cõtrariantes,mortaliter peccabũt, & minime pœnas ipsius fugiẽt. Et supradicta sunt maxime obseruanda. Hæc enim non penetrantes vidi aliquos doctos toto cælo aberrare affirmantes legem Domini Papæ non esse executioni mandandam supplicatione interposita,donec secunda iussio suæ Sanctitatis superueniat.

## ARTICVLVS VIII.

### *Vtrùm Reges & Principes & suorum tribunalium Consiliarij possint detinere literarum Apostolicarum executionem,sine timore excommunicationis Bullæ Cœnæ Domini.*

REspondeo dicendo, quod sæpe vidi ad consiliũ supremũ sæculares religiosos concurrere Regis nostri Philippi,dicẽtes se esse grauatos quibusdã literis apostolicis,quibus ipsis aliquid circa electionẽ, vel aliã huiusmodi rẽ particularẽ sub grauibus pœnis præcipiebatur: & ipsum consiliũ regale præcipere,ne ipsę literæ executioni mãdẽtur eas omni modo detinẽdo. Quod videtur esse prohibitũ sub excõmunicatione, in Bulla Cœnę Dni. Sed contrariũ est dicẽdũ, nullus enim iudex Ecclesiasticus iudicat eos esse excõmunicatos,nec Sanctitas Dñi Papæsciens eos ita procedere declarat esse excõmunicatos,neq; populus Christianus eos vt tales euitat. Ita tenent Theologi & cõmuniter Canonistæ dicẽtes Reges & boni communis procuratores,& Reipũblicæ,cuius ipsi sunt Reges tutores ac defensores,possunt, intelligẽtes ita conuenire ad conseruationẽ boni regiminis regni sui remouere omnia impedimẽta,quibus pax tranquillitas,& dictũ bonũ regimen potest perturbari. Etiam si in aliquo literarũ Apostolicarum executio impediatur,rescribentes cum reuerentia sanctitati Dñi Papę,ipsum certiorem facientes eorũ,quæ in regno suo talẽ executionẽ impediunt,vt referendo multos resoluit Vualdus [c] in suo aureo candelabro. Quod cõfirmatur ex is,quæ Nauarro, [d] & Corduba tradũt. Et tandẽ hanc opinionẽ tenent Doctissimus Couarruuias,& Driedo. [e] Qui distinguit,quod aliud est potestatem sæcularẽ absolutè mãdare, aut cõstituere ne quisquã pareat literis apostolicis,iustitiam, aut gratiã cõcernẽtibus,aliud vero potestatẽ sæcularẽ mandare,& constituere vt sine suo beneplacito& examine nemo pareat huiusmodi literis,neq; executioni easdẽ mandet. Primũ quidẽ improbat vt patet: secundũ verò admittit dicẽdo,quodvidetur posse fieri absq; contẽptu potestatis Ecclesiasticę,& absq; iniuria,& odio,& grauamine seu prẽiudicio Ecclesiasticæ libertatis,& sanctæ sedis Apostolicę,vel literarũ eiusdẽ. Potest enim cõtingere,quod Princeps quispiã, aut ex priuilegio seu cõmissione Papæ hoc faciat, aut ex causa rationabili. Et sic debet fieri dicta suspẽsio sine fraude,& dolo,& nõ causa tantũmodo impediendi executionẽ literarum. Et regulares ad tribunal seculare recurrentes, vt prædictam excõmunicationem euadant,debent idipsum facere sine fraude, & dolo & non causa tantummodo impediendi executionem literarum Apostolicarum: videant ne sibi mentiatur iniquitas,laborẽ & grauamen fingentes in papalibus præceptis,& ne circa hoc præcipitãter se gerant. Ponã in articulo sequẽte aliquas causas,ratione quarũ possunt suspẽdere executionẽ literarũ apostolicarum interposita supplicatione,aut re-

[c] Vuald.in candelabro aureo. 2. p. de bulla Cænæ Domin. à n.22.

[d] Nau.c.27 n.69 Cord. in sum.q.35

[e] Dried. de libertate Christ.lib.1 ar.4.pag.181 Couarr. in pract. qq.q. 35.n.4.

currere ad supremum Consilium regale, vt ipsæ detineantur, vsque quo videatur, vtrũ preces veritati nitantur.

## ARTICVLVS IX.

### *Vtrùm suspensio literarum apostolicarũ possit fieri, sine aliqua iusta causa, supplicatione interposita.*

REspondeo dicendo, certissimum esse apud omnes, literas apostolicas sine iusta causa, minime posse detineri, ne executioni mandentur, vt ex supradictis satis patet. Causæ autem istius detentionis sunt variæ, quæ arbitrio boni & docti & pij viri relinquuntur; sicut relinquuntur omnia, quæ in iure non habent expressam determinationem: nam arbiter est qui habet aliquid determinare ex bono & æquo extra iudicium iuxta ea, quæ notantur in iure. [a] Sed non possum subticere vnam principalem causam, propter quam huiusmodi detentio & suspensio potest optimo iure fieri: & est quando literæ apostolicæ sine causa tollunt ius tertij, non enim Papa potest sine causa tollere ius tertio quæsitum, prout concludunt Andreas [b] Ilerna, & Palacios Rubios, & Rebuffus, & faciunt tradita per doctissimum Soto. Papa enim in dubio nemini vult præiudicare, neque præiudiciũ facere, prout tradit [c] Baldus. & sic priuilegio Episcopi nõ videtur derogari per rescriptum Papæ secundum Decium. [d] Adeo, quod si aliqua verba reperiantur in rescriptis apostolicis, per quæ ius tertio videatur auferri, debent illa superflua censeri secundum Gomeziũ: [e] etiam si motu proprio concessa sint: & etiã si ex certa scientia concedantur, secum Abbatem. [f] Imo si aliquo casu contigerit Papam ius tollere, præsumitur hoc per circumuentionem & importunitatem fecisse, secũdum Gomezium, [g] & Casiodorum, & Rebuffum, enumerantem ea, quæ per importunitatem censentur concessa. Vnde dicunt, quod si per specialem gratiam vni factam, & per rescriptum alicui Papa videretur præiudicare censeri debet non fuisse bene informatum, secundum eundem Gomeziũ. [h] Ex quo ad singularia deueniendo infertur, quod si à Papa impetraretur rescriptũ, vt eligatur Prouincialis in religione, verbi gratia, Patris N. Francisci vocatis ad electionem ipsius Guardianis & Patribus eiusdem Prouinciæ (sicut ego vidi in facti contingentia) tale rescriptum subreptitium debet iudicari, & contra voluntatem concedentis impetratum, & per importunitatem & circumuentionem, & subreptionem, & per consequens non necessario esse statim executioni mandandum; etiam si imponat præceptum cum excommunicatione ipso facto. Et Papa debet informari supplicatione interposita continente inconuenientia & obstacula, quæ eius adimplemẽtum iure & iuridice impediunt. Quod probatur nã tale rescriptum tollit ius in nostra religione quę situm conuenientibus qui habent ius mittendi discretos habentes in ipsa electione vocem actiuam & passiuam prout in ordinationibus generalibus Toletanis [k] continetur cuius cõstitutionis verba sunt: statui tur præterea vt in quocũq; conuentu vnus discretus eligatur ad Capitulum Prouincia le transmittendus, qui simul cum Guardiano illius loci omnium fratrum ibidem commorantium voces & vota referret ad omnia, quæ in capitulo prouinciale sunt per agenda. Quod ius ipsorum conuentuum Papa non præsumitur auferre, cum ipsis sit quæsitum rationabiliter authoritate constitutionis generalis editæ, aut authoritate Apostolica propter regulã iuris, qua dicitur, id, quod omnes tangit ab omnibus approbari debere. Vnde simile rescriptum cũ debita reuerentia & obedientia ipsi prælati non necessario debent statim executioni mandare. Sed potest sua Sanctitas supplicatione interposita informari de præiudicio iuris quæsiti, & suspendi, donec secunda suæ sanctitatis aut sedis Apostolicę iussio accipiatur: vt optime in simili casu docet doctissimus Caietanus, [i] quem sequuntur grauissimi Patres Simancas, & Victoria. Nec supradictis obstat quod in prædicta Bulla dicatur, quod dicta electio fiat à prædictis Patribus, non obstantibus ordinationibus etiam. Nam respondetur, quod nulla plenitudo verborum appositorum in rescriptis tollit ius quæsitum tertio, nisi aliud expresse appareat, prout tradit Felinus. [k]



a ca. nisi essen. d præb.
b Ilerna in c.2.v. flumina.n.4. quæ sunt regalia in vsib. fœud. Rubios in trac. de benefic. vaca. in curia. § 4. cum sequent. Rebuf. in praxi. benef. in reg. de non tollẽdo ius quæsi. glo. 6 n. 13. & 14. & denotat. q. 21. nu. 62. Soto. lib. 3. de iust. q. 6. ar. 3. col. penul. pa. 244.
c Bald. in. l. aut pactum in fin. C. de vsuris.
d Decius cons. 69. nu. 25 & 26.
e Gom. de iure quæsit. q. 1. in prin. fol. 27. in. c. 1. n. 20
f Iud. Gom. d. q. in prin. 1 in princi. Cassiod. in reg. de tollen. ius decis. 39. n. 5. Rebuf. 2. to. const. Franciæ titul. de rescript. n. 2. glo. 3.
h Gom. vbi sup. pag. 3:

k Ord. Tol. titul. de discret. abolit. pag. 16.

i Caiet. 1. to mo. tract. 8. Tho. tit. de authoritat. Pap. & cõc. c. 27. vers. ad 2. rationem Simanc. de iust. cathol. tit. 48. n. 34. & 35. Victo. in relect. de potestate. Pap. & cõc. 22. propos.
k Felin. in capi. veniens de test.

## ARTICVLVS X.

### An constitutio non recepta liget.

REspondeo dicendo, quod non. Nam leges confirmantur cum moribus vtentium approbantur, prout ait D. Augustinus. Et sic dicitur in iure [a] Ciuili, quod ipsę leges nulla alia ex causa nos tenēt, quā pro iudicio populi receptę sunt. Et sit ait Nauarrus, [b] quod lex ante quam recipiatur, saltem per maiorem partem ciuitatis, cuius pars est, transgressorem non ligat: quoniam promulgata videtur cum conditione si recipiatur saltem per maiorem partem, vt singulariter dixit Dominicus [c] per recentiores receptus: & profundius Doctissimus Felinus. [d] Et hoc probant prædicti Patres; nam præsumitur legislatorem ferre illam sub cōditione, si fuerit recepta & in hoc nullam inuenio difficultatem. Difficultas autem eius dubij versatur in eo solum, vtrum primi nō recipientes peccent? Ad quod respondeo, quod sic, nisi aliqua rationabili, & iusta causa excusentur, siquidem omnes tenētur prę positis suis obedire: & non est in potestate subditorum leges à superioribus latas recipere, vt dictum est supra. Quod pręcipue habet locum in legibus latis à Domino Papa: qui non ab hominibus, sed à Deo habet suā iurisdictionem. Dixi, nisi rationabilis & iusta causa. Et rationabilis & iusta causa erit, quando aliqui volentes seruare legem, & cōstitutionem, vident suos maiores, aut maiorem partem illorum, quibus fuit imposita, eam nō seruare, neq; cœpisse seruare, prout tenet Diuus Thomas, [e] & Archidiaconus. Cum enim lex respiciat vtilitatem communem, non videtur eius lator vnum velle vel alterum ligare ad seruandum quod alij con subditi non seruant, prout ait doctissimus Nauarrus. [f] Vnde attendant maximè regulares an eorū superiores, aut maior pars suæ religionis seruent Papales institutiones. Nam si ab his non seruātur, non est cur scrupulis agitentur, si eas similiter non seruant, volentes ipsas improperatione animi seruare. Vnde constitutio Sixti [g] Quinti, interdicēs nequis regularis alterius prouinciæ, intra aliquod monasterium, domū, vel locum alienæ prouinciæ, etiam tāquam hospes & ad modicum tempus recipi possit, nisi à superiore loci, vbi residebat, & à quo discessit, licentiam expressam in rescriptis exhibuerit, vel nisi satis cognitus sit. Et addit sanctissimus Pontifex. Id obseruari volumus non solum in religiosis de vna ad aliā prouinciam, sed in his quoque qui proficiscuntur de vno in aliud eiusdem prouinciæ monasterium, tam sui, quam alterius ordinis. Constitutio illa Sixti Quinti, si non seruatur à maiori parte superiorum alicuius religionis, non est cur alij superiores faciant conscientiam de ipsius transgressione, cum ex dictis iustam habeant causam non obseruandi eam. Infertur etiam quod constitutio Clementis Octaui de largitione munerum minime debet torquere conscientiam regularium illam transgredientium si vidēt suos superiores & maiorem suæ religionis partē ab ipsius tramite discedere, cum eorum trāsgressio in iusta & rationabili causa fundetur. De quo latius in quæstione de largitionibus, infra dicetur.

a Habet. in §. leges. 4. d.

b l. de. qq. ff. de ll. Nau. in. c. 23 n. 41.

c Dñic. in d §. legis vbi dd. & in c. de const. d Feli. in. c. 1. de treug. & pace, à n. 12. vers. intelle. 4. & in n. 13. consideratio. 2.

e D. Tho. 1. 2. q. 96. ar. 6 & 2. 2. q. 147 art. 3. Archi. in. ca. vtinā 76. dist.

f Nau. lib. 1. cons. tit. de const. cons. 1. n. 23.

g Habet. in const. 2. moderatoria. 1 consti. de il legitimis,

## ARTICVLVS XI.

### Quando dicetur constitutio nō recepta, vt non habeat vim ligandi.

REspondeo dicendo, quod renuente populo legis receptionem, sciente Principe & tacente, per aliquos actus contrarios remanet lex inermis, prout ait glossa, [h] affirmans Episcopos quosdam non teneri de transgressione canonis, qui moribus vtētium receptus non est. Et eandem opinionem tenet consimilis Glossa. [i] Et tunc dicitur legem non esse receptam quando excluditur per aliquos actus contrarios, Principe sciente. Dicitur etiam non esse receptam quando eo ignorante per decennium lex negligitur & omittitur secundum Felinum contra Abbatem, qui existimabat spatium quadraginta annorum esse necessariū. Quam opinionē Felini, vt magis veram & communem libenter recipiunt Dueñas [k] & Couarruuias. Hæc autem conclusio ampliatur, primo, vt habeat locū siue sit lex siue statutum, siue Decretalis, siue extrauagans Sūmi Pontificis: quæ nisi vsu receptæ sint nemo eas seruare tenetur secundum Sabinū. [l] Et est communis opinio inter cōmunes opiniones relata. Secundo ampliatur etiā, si lex de nouo emergens deroget omni contrariæ consuetudini: non enim habet locū tua dispositio, si à principio non fuit recepta. Quia licet

h Glo. in. c. 1. de treug. & pace.

i Glo. in l. rem nouam §. Patro. C. de iudicijs.

k Dueñ. de regu. 79. ampli. 5. Couar. li. 2. var. c. 16 n. 6.

l Sabin. in l. si filius. n. 7. ff. de liberis & posth. 3. tom. communi. opin. fol. 561. colum. 1.

licet sit verum, quod non valet consuetudo contra legem consuetudinem derogantem, vt tenet Abbas [a] Antonius de Butrio, & Bartolus. Debet tamen intelligi dicta clausula derogatoria consuetudinis respectu præteritæ cõsuetudinis antecedentis ipsius legis promulgationem, non autem de consuetudine futura ipsam subsequenti. Nam corruente aliqua dispositione per contrariã consuetudinem, corruunt etiam clausulæ in ipsa dispositione insertæ, vt ait notabilis Glossã [b] quam Iason & Dueñas sequuntur. Et aduertendum quod in dubio præsumuntur leges, constitutiones, & statuta esse vsu recepta. Vnde qui eam in suum fauorem allegat habet intentionem pro se fundatam, & ille contra quem allegantur debet probare ipsa minime esse recepta secundum Bartolum [c] quem sequitur Rolandus à Valle.

a Abb.in.c. fin.de cõsu. n.22.&But. ibi in repe. n.53.Bar.in l.de qq.n.4. ff.de.ll.

b Glos.in.l. si patronus. §. patronũ verb.Fabiana ff.si quid in fraudẽ patroni.Iason in.l.certacõ dictio. n.6. ff. si certum petatur. Due.l. reg. 144.limit.2.

c Bart.in.l. illa.n.5.ff d verb.oblig. Valle libr. cons. cons. 90.nu.53.& 54.

## ARTICVLVS XII.

### *Per quot actus contrarios legis obligatio sciente principe euacuatur.*

REspondeo dicendo, quod secundum Abbatem, [d] sufficit bin us, aut trinus actus contrarius sciente legislatore, vt lex non habeat vim. Quæ doctrina fuit etiã Bartoli, [e] quam sequitur Cassaneus. Et cõ firmatur. Nam ad inducendam consuetudinem binus actus sufficit, & frequentia actus contingit quando bis fit, nam quod bis fit, frequenter fit, iuxta Glossam [f] singularem quam post alios sequitur Humada, addens non esse necessarium, quod isti actus sint iudiciales. Et est summo opere notandũ, quod non est necessarium istos actus fieri in præsentia Principis legislatoris, vt ipsi legem infringant. Nam sicuti consuetudo potest induci, & valet inscio & ignorante Principe legislatore, prout tenet Abbas, [g] Barbatius & communis secundum Michaelem, & tenet etiam Auendañus, inquiens, quod scientia Regis non exigitur ad introducendam consuetudinem; quia si rationabilis est, seruanda est, & habet voluntatem & approbationem ipsius Regis tacitam: & sic non est necessarium, quod prædicti actus fiãt sciẽte Principe & legislatore. Satis enim est, quod fiãt sciẽtibus auditoribus regijs, & ipsius principis correctoribus: prout tenet [h] Burgos de Paz. Et ita videmus nõ argui à Theologis de peccato mortali eos, qui faciunt aliqua contra extrauagantes aliquas apostoli cas, propterea quod per contrarios actus nõ sunt receptæ, qui actus non fiunt sciente Papa, sed sciẽtibus Nũtijs Apostolicis, & locorum Ordinarijs, & superioribus, quibus incumbit hæc executioni mandare, & ipsi nullo modo dictis actibus contradicunt. Vnde infertur, non peccare mortaliter neque incidere in excommunicationem Rectores & Magistratus consentientes, Tauros agitari contra constitutionem Domini Papæ Pij Quinti datam Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo, septimo calendas Nouembris pontificatus sui anno secundo. Quæ constitutio licet à Gregorio Decimotertio anno Dñi millesimo quingẽtesimo septuagesimo quinto, vigesimaquinta die Augusti, fuerit quantum ad seculares moderata, permittendo ipsorum taurorum agitationem, dummodo non fiat in die festo, & dummodo etiam Rectores & Magistratus, curent diligenter, vt ita fiat prædicta agitatio ne aliquod homicidium contingat, ipsos tamen Magistratus & Rectores docti & periti Theologi de peccato mortali non arguunt, tauros agitari consentientes non adhibita maiori diligẽtia ad euitãda homicidia, quam adhibebatur ante ipsarum constitutionum promulgationem & receptionẽ. Et vt constat ex Gregorij Tertij decimi cõstitutione multo maior diligentia ab ipso Summo Pontifice desideratur. Et ratio est, quia in sua constitutione Pius Quintus vniuersis venerabilibus Patribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, alijsque locorum Ordinarijs in virtute sanctæ obedientiæ, sub obtestatione Diuini Iudicij, & interminatione maledictionis æternæ præcepit, quatenus in ciuitatibus & diœcesibus proprijs, præsentes suas literas publicari faciant, & præmissa etiam sub pœnis & censuris Ecclesiasticis obseruare procurent. Quod præceptum in sua constitutione innouat Gregorius XIII. quod non videmus ab ipsis obseruari. Imo ipsis scientibus & consentientibus tauri sine vlla moderatione agitantur. His tamẽ addendum est, quod lex non tollitur per non vsum, si casus in quo ipsa executioni mandetur, intra decennium non aduenit. Nã si nullus talis inciderit casus, nõ propterea minus recepta dicitur, nec propterea in dissuetudinẽ abijt prout tradit Marcus Antonius Cuquus. [i]

d Abb.in.c. de treug.& pace.

e Bart.in.l. de.qq.n.10 ff.de ll. Cas. in consuet. Burg.rubr. 1.§.4.fol.116 n.54.

f Glo.in.rubri.C. quæ sit lõga cõsuetudo Humada in scolijs ad.ll. part.in.l.30 tit.1.glos.3. n.3.

g Abb.in.c. fi.de consu. nu.13.& ibi Barba.n.71. Mich. Tho. comm. opi. fol.14. Auẽ. li.1.de execq. mãda.Prin. 1.p.c.8.n.3.

h Bur.in.l.1 Taur.n.232 & 233.

i Cuquus lib.1. maio. instit. tit.3. in fin.

AR-

## ARTICVLVS XIII.

### *Quando lex positiua obliget ad peccatũ mortale.*

REspondeo dicendo, quod suppositio ipsam legem esse iustam, rationabilem, & vsu hominum receptam post eius solemnem promulgationem si præponatur per verba preceptiua, vt constet de legislatoris mente, quod vult ad peccatum mortale obligare, ad ipsum sine dubio obligabit, si in materia graui frãgi cõtigerit. [a] Ita glossa, quam dicit communem Barbatius, & Matiensis, Antonius Gomez & Couarruuias. Et hanc doctrinam approbat D. Thomas & omnes communiter Theologi. Et doctissimus Alfonsus de Castro. Sed prædicta conclusio nimis vniuersalis est. non enim ex ea possumus colligere quando lex canonica, aut ciuilis obliget ad peccatum mortale. Cũ iuxta supradicta hoc pendeat à voluntate legislatoris, an scilicet, vel voluerit trãsgressores ad mortale obligare: ideo operæ pretium erit legislatoris mentem inuestigare, & conijcere ex verbis constitutionis ab eo latæ. Et quanuis non sint semper per legem fixa & decreta omnia verba, quæ indicent ipsum ad culpam mortalem obligare velle, aliqua tamen ex iure colligi possunt, quę in presenti articulo explicare decreui. Qua propter dico, quod si de mente conditoris legis constat, quod vult ad mortale obligare in claris non est opus coniecturis, prout in iure notatur. Si verò non constet ad verba recurrendum est, quæ aliquãdo sunt preceptiua, aliquando inhibitoria, aliquando mandatoria, aliquando consultoria, & si ex his mens legislatoris haberi non potest, recurrendum ad materiam & pœnas ibi impositas. Vnde Soto [c] assignat hanc regulam. Omnis lex, quæ absolute fertur, idest, quæ contrarium non explicat, obligat ad peccatum mortale, vel veniale secundum materiam prohibitam. Quod vt clarius elucescat, dico primo quod omnis lex preceptiua canonica, siue ciuilis, ideò in foro conscientiæ obligat, quia præceptum est commonitio superioris, vel legis ad aliquid faciendũ vel omittendum, de necessarijs ad salutem, secundum Diuum Thomam, [d] quam refert Syluester. Et verba quæ indicant legem esse præceptiuam & conditoris mentem efficacem ad transgressores de peccato mortali damnandos, sunt hęc, præcipio, mando, iubeo, prohibeo, inhibeo, veto, interdico. Verba autem æquipollentia præcepto (de quibus idem est iudicium) sunt, debeant, teneantur, necessario, necesse est, non licet, nõ potest. Vel si alicui verbo ex omnibus supradictis adderentur sequentia verba, in virtute sanctæ obedientiæ, aut sub interminatione gehennæ secundum Castro [e] reprobantem Abbatem dicentem, quod omne illud quod per verbum imperatiuum ponitur æquipollet præcepto. Et [f] Nauarrus addit quod ista verba, teneantur, obligentur, & alia, obligamus vetamus, inhibemus, mandamus, interdicimus, & præcipimus, ex se, & ex sua natura primitiua & originali in lege posita non indicant esse mentem legislatoris transgressores ad peccatum mortale obligandi: verè tamen obligant ex communi vsu Conciliorum, & Doctorum, qui indicant legislatoris mentem esse transgressores ad peccatum mortale obligãdi, iuxta canonicas sanctiones, nisi clausula aliqua ibi inserta aliud significaret. Et sic limitat Nauarrus [g] prædictam conclusionem ad sanctiones canonicas, ita, quod non procedat in dispositione legum ciuilium: Contra quẽ communis schola opponitur, neque ab ea est recedendum secundum Antonium Gomez, & Matiençó & alios patres superius allegatos.

Secundo dico: Quamuis regulariter prędicta sint vera, aliquando tamen dicta verba impropriantur. Nam eo verbo quo frequẽter vti solent omnes ad designandum obligationem ad culpam mortalem, aliqui vsi sunt ad solam venialem manifestandam, alij vero è contrario, ad mortalis culpæ obligationem. Hoc ex aliquibus iuribus constat notatis à Castro, [h] & Siluestro dicentibus quod hoc verbũ, mando aliquãdo ponitur precarie. Nam quidam Canon ait, Episcopũ mandare Papæ quod significat precari. Et è conuerso verbũ, rogo ponitur præceptiue vt in alio Canone continetur. Vnde singulariter dixerunt Panormitanus & Geminianus ex Ioannis Andreæ doctrina; quod lex humana positiua iusta, etiam si non loquatur per verba præceptiua, trãsgressores ad culpam mortalem obligat si cõstet materiam esse præceptiuã, puta de necessarijs ad justitiam & charitatẽ, vel ab diuinam reuerentiam. Vnde infero intellectum ad quandam

[a] Glo. in. c. qui in eccles. de constit. Bar. in. l. filius n. 8. de test. Matien. lib. 5. cõpel lationũ li. 2 tit. 2. glos. 3. nu. 8. Anto. Gom. in. l. 3 tauri. nu. 13. D. Tho. 1. 2. q. 96. Castr. lib. 1. de l. pœnal. c. 5. fol. 44. docum en. 4.

[b] l. Contin. ff. de verb: obligat.

[c] Sot. lib. 1. de iust. q. 6. ar. 5.

[d] D. Tho. 2. 2. q 44. art. 1. Syluest. v. Præceptum

[e] Cast. in. d. c. 5. n. 46. colum. 1.

[f] Nau. in manua. c. 23. n. 50. & 52.

[g] Naua. vbi sup. n. 54. & 55. & 64.

[h] Castr. vbi supr. fol. 45. col 2. in fi. Syluest. vbi sup. n. 2.

[i] c. mandatis. 292.

[k] c. rogo. 11. q. 3.

[l] Panor. in c. clerici de vita. Gemini. in. ca. 2nimarum periculis de const. lib. 6. in c. aduersus de inmunitat. Eccle.

dam decretalem Innocentij tertij, vbi dicitur quod clerici non debent contribuere pro necessitatibus, vel ciuitatū vtilitatibus seu aliorū locorū etiā vbi laicorū nō suppetūt facultates. Addit enim ibi Sūmus Pontifex; propter imprudentiam tamen quorūdā Romanus Pontifex prius consulatur. Hoc enim verbum consulatur, licet secundum suam primitiuam naturam præceptum minime imponat, grauitas tamen materiæ quę est immunitas ecclesiastica (de qua in dicta decretali) præceptiuum esse iudicatur.

Tertio dico, Quod si lex loquatur perverba consultiua, aduertendum est duplex esse consilium, vnum perfectionis, alium honestatis, dequibus loquūtur glossa,[a] & Innocē tius. Et leges loquentes per prædicta verba non obligant ad peccatum mortale, prout testantur Abbas [b] & Felinus, nisi aliquis se adstringat Consilijs per votum, vel veniat contra legem consilij ex contemptu, prout ait Felinus [c] communiter receptus; vel quā do lex continet consilij reuerentiam. Consilij autem reuerentia est, quando materia quæ consulitur est necessaria, aut propter reuerentiam eius cui tale consilium imponi tur vtitur lex verbo consultiuo, non præcep tiuo, secundum Antonium de [d] Butrio, Imolam, & Felinum.

a Glo. in c. 1 de constit. Innocen. in ca. 5. de vita 1. tom.

b Abb. in. d. c. 1. n. 4. vbi Felin. n. 20.

c Felin. vbi sup. n. 22.

d But. Imo. in. d. ca. 1. & Felin. ibi n. 23.

Quarto dico, Quod si neq; ex legis verbis, & canonis neq; ex materia cōstat de mēte legislatoris, velle obligare transgressores ad culpam mortalem recurrēdum est ad pę nas constitutionum, quia imponitur pęna excomunicationis latæsententiæ, vel ferē dæ, videtur legem esse præceptiuam, & sic obligare ad culpam mortalem, cum nemo excōmunicetur, nisi pro tali culpa. Ita tenet Siluester, [e] Idem quoq; erit si lex pęnas corporaliter imponat, puta decapitatione, vel mutilatione membri. De quo melius locutus est Castro dicens, quod si verba talia sunt, quod præceptum aperte non indicent neq; æquipolleant verbis præceptiuis, qualia sunt, decernimus, statuimus, ordinamus, volumus, sancimus, tunc diligenter aduertendum est, si pæna aliqua ibi contra trā gressores statuitur, quæ si talis est, quæ nisi pro peccato mortali infligi potest exilla pę na adiuncta, conijcitur intentionem legislatoris fuisse transgressorem ad mortalem culpam obligare. Et pænæ hoc significantes sunt, excommunicatio, degradatio priuatio ecclesiasticæ sepulturæ, mors, carcer perpetuus, omnium bonorū confiscatio, infamia, non autem irregularitas, suspensio, & interdictum. Hæc enim sine peccato mortali infliguntur iuxta id, quod dicitur in iure. [f]

e Syluest. in sum. verb. præcep. n. 3

Quinto dico, quod ecclesiasticos præceptiuos canones negare (si materia est debita & ipsi sunt vsu recepti) obligare ad peccatū mortale hæreticum est: at negare legibus ciuilibus istam authoritatem vt possint obligare ad peccatum temerarium omnino iudicatur, prout resoluit doctissimus Soto. [g] Ex his colligere possunt Regulares quando sub pæna peccati mortalis teneantur obseruare ecclesiasticas sanctiones: dixi ecclesiasticas sanctiones; nam ad leges imperiales, vtrū sint obligati in articulo iequēti vētilabitur.

f c. fi ciuitas c. fi sent. de sen. excom. lib. 6.

g Sot. libr. 1 d. q. 6. ar. 4.

## ARTICVLVS XIIII.

### *Vtrùm regulares legibus ciuilibus obligentur.*

REspondeo dicendo, hanc quæstionem de ecclesiasticis loquendo, resoluere doctissime Victoriam, & Soto; qui cō cludunt, quod licet clerici ex priuilegio exi mantur à legibus ciuilibus, non eximuntur tamen legibus, quæ ordinantur ad bonum cōmune, quæ non dedecēt ecclesiasticos, vt quod certo tempore à venatione abstineāt, & quod non vendant triticum vltra taxatū pretium, cęterum non tenētur seruare leges quæ in odio ecclesiasticorum fuerunt institutæ. Deniq; ecclesiastici, & regulares, leges ciuiles seruare tenētur, quarum transgressio contrariatur charitati, aut iustitiæ. Verbi gratia, est in Hispania penuria tritici, præcipit lex ne deferatur extra Regnum triticū. Hæc lex obligat ad mortale seculares, Ecclesiasticos, & regulares. Nam contrarium facere est in graue detrimētum reipublicæ, aut proximi. Præcipit lex ne vendatur triticum vltra taxam ab ipsa lege iuste impositam. Hæc lex obligat ad mortale Seculares, Ecclesiasticos & regulares. Nam contrarium fieri, est peccatū cōtra iustitiam. Licet enim Ecclesiastici & regulares à iurisdictione ciuili eximantur, non tamen eximuntur ab obligatione, ad quam secundum ius naturale & diuinum tenentur, nihilque possunt contra charitatem & iustitiam facere, quod ipsis ciuilibus legibus fieri vetatur.

AR-

## ARTICVLVS XV.

### Vtrùm leges pœnales obligent in conscientia.

REspondeo dicendo, quod de hac quæstione agunt summistæ qui varie distingunt. Sed secundum Diuum [a] Thomam absolute dicendum videtur, quod omnis lex pœnalis ad culpam obliget, cum omnis pœna & supplicium, si proprie loquendum est, culpæ correspondeat. Vnde eo ipso, quod legislator in transgressores pœnas statuit, demonstrat euidenter ad culpā obligare. Vnde Clementis octaui constitutio (si vsu comprobata est) delargitione munerum regularibus prohibita perquam grauissime pœnæ Temporales regulares ipsius transgressores incurrunt, obligat sine dubio ad culpam mortalem. Quod adeo est verum, vt dicendum sit necessario cessante culpa mortali ipsis pœnis Regulares transgressores minime affici. Quod autem versatur in dubio est, vtrum ante latam sententiam teneantur legis pœnalis transgressores pœnas ipsas subire. De quo in sequenti articulo dicetur.

a D.Th.1.2. q.87.ar.7.& 2.2.q.108. ar.4.

## ARTICVLVS XVI.

### Vtrum legum pœnalium transgressores ante latam sententiam pœnas ipsas subire teneantur.

REspondeo dicendo, circa hoc duas cōtrarias versari opiniones. Prima est quorundam iuris peritorum, quam noster doctissimus Castro [b] defendit.

b Castr.li.2 de iust.hær. punit.c.6.

Alia sententia dicit, quod transgressores legum pœnaliū puniūtur quidem, sed ad pœnam subeundam, non tenentur ante Iudicis condemnationem. Hanc sententiam tenet D. [c] Thomas. Proquarum opinionum varietate & resolutione difficultatis est notandum, quod vniuersæ pœnæ, quæ legibus decernuntur, ad tria genera reduci possunt. Primum genus est earum pœnarum, quę nullam actionem requirunt, neque exparte iudicis, neque exparte ministri, neque exparte delinquentis, sed consistūt in priuatione, vt excomunicatio, irregularitas, & vocis actiuæ & passiuæ priuatio. Secundum genus illarum est, inquibus actio delinquentis miscetur passioni. Tertium genus illorum est inquibus actio requiritur exequentis Iustitiam, sed ex parte delinquētis tantum passio requiritur, vt pœna mortis vel membrorum abscisionis. Hoc supposito dico primo, trās gressores legum pœnalium (quæ dicunt ipso iure, vel ipso facto) ante iudicis sententiam pœnas incurrunt delinquēdo, si sint eorum quæ in priuatione consistunt. Cuiusmodi sunt excomunicatio, irregularitas, inhabilitas ad beneficia & vocis actiuæ, & passiuæ priuatio. Hæc conclusio ab omnibus tanquam certa conceditur, vt constat ex Ecclesiæ traditione. Et ratio huius est: nam dictæ pœnæ in priuatione consistunt, & quātum ad priuationem vocis passiuę in iure diffinitū est. De voce vero actiua dubitat Soto. [d] Qui videtur docere, quod priuatio vocis actiuæ non incurritur ante iudicis declarationem, à quo dissentit Medina. [e] Cum priuatio vocis actiuę pœna sit priuatiua: priuatus enim voce actiua, est priuatus iure dandi vocem capitulariter, vt satis colligitur ex quadam Glossa [f] & ex traditis à Cardinale & Bonifacio, tum vero quoniam excommunicatio secundum omnes cōtinuo incurritur ante iudicis declarationem, & excommunicatio priuationem includit vocis actiuæ & passiuæ. Nec obstat, quod si talis delinquens priuaretur ipso facto voce actiua vix vlla esset valida electio, quod perniciosissimum esset republicę & cōscientijs, hoc enim in conueniens in priuatione vocis passiuæ etiam militat. Aduerte tamen, quod, vt prædicta sint vera requiritur primo quod dicat lex, ipso iure vel ipso facto, nam leges pœnales cum sint odiosæ in mitiorem partem sunt interpretandę. Propter quod si dicat, sub sententia excommunicationis, intelligendum est ferendæ, nō latæ. Secundo requiritur, quod actus ratione cuius talis pœna incurritur sit perfectus. Vnde cōstitutiones, quæ sub pœnis prędictis ipso facto prohibent regularibus aliquid facere, non habent locum, nisi id quod prohibetur perfectè fiat: & non sufficit quod fieri intentetur vnde non incurrit in pœnas constitutionis Pij Quinti religiosus qui in electione suffragatorem subornauit, si suffragator subornationi minime consensit, sicut qui mittit sagitam in clericum non remanet excommunicatus si ictum errauit, de quo infra in quæstione de electione.

c D.Th.2.2 q.62.art.3. Sot.lib.1.de iust.q.6.ar.6

d c.cū singulæ de præbē dis.lib.6.

e Soto vbi sup.

f Medin.2.2 q.96. artic.4 pa. 888. col. 1.

g Glo.verb. inhibre.in clem.1. de treg. Card. & Bonif.in ca. vtij. qui de ætate & qualitate.

Dico

Dico secundo, quod transgressores legum pœnalium ante Iudicis sententiam, nō tenētur subire eas pœnas quę in actione & passione consistunt. Hanc conclusionem satis copiosè demōstrat Sotus [a] nam infligere pœnam pro delicto est officium Iudicis & magistratus: ergo non est obligatio ad subeundam pœnam ante Iudicis condēnationem; & leges debent esse tolerabiles, & quæomni modo à subditis obseruari valeant. Nam leges difficiles & quæ vix obseruari possunt, non solum sunt inutiles, sed pernicioſæ, & iniquæ in laqueum animarū, propter quod D. Thomas [b] inter conditiones legis iustę constituit hanc præcipuam, quod, scilicet, tolerabilis sit. Sed prorsus est intolerabile quod homo, qui commisit crimē in occulto ante quam deferatur ad iudicium, & ante quam à Iudice condemnetur, ipse se condēnet ad iacturam omnium bonorum, ad iacturam officij, vel prælationis. Nam priuare aliquem bonis proprijs ad Iudicis condemnationem spectat. Vnde constitutiones Apostolicæ priuantes regulares ab officijs & prælationibus, quæ posident ipso facto & sine alia declaratione debēt piè & vere interpretari, vt intelligātur, quod omittant ipso facto ipsas prælationes sine aliqua sententia declaratoria ipsius pœnæ, non tamen sine sententia declaratoria ipsius criminis, propter quod ipsa pœna & priuatio prælationis & officij imponitur, vt tenet Siluester [c] si dicas, ergo si factum est publicum, nō est necessaria Iudicis declaratio; Respondetur, quod etiam si factum sit publicum, etiā erit necessaria iudicis declaratio condēnatoria, perquam delinquens teneatur statim ipsum officium & prelationem renuntiare: nam publicitas facti, non efficit vt ipse reus pęnę sibi illatę sit executor. Imo dicunt viri doctissimi, quod lex pœnalis, dicens quem ipso iure remanere priuatum suo officio aut beneficio sine alia declaratione, debet intelligi, quod solum loquitur in foro exteriori, & non in foro animæ interiori. Regulariter enim loquendo, omnes leges pœnales rigorosæ ipsa verba addentes debent modificari quod nō obligent in foro conscientiæ ad dicta officia, vel beneficia relinquenda: vt ita eorum rigor aliqua lenitate moderetur, pro ut allegando multos resoluit Enriquez [d] Quæ à religiosis maxime sunt notanda, vt ab importunitate scrupulorū liberētur sūpta ex rigorosis aliquarū cōstitutionūverbis.

a Soto vbi sup.

D. Th. 2, 2. q. 96. ar. 4.

c Sylu. ver. pœna n. 28

d Enri. 2. to. li. 13. c. 16. n. 3

## ARTICVLVS XVII.

*Vtrum constitutio dicatur respicere præterita, vel futura.*

REspondeo dicendo, quod regulariter lequendo constitutio tantum respicit futura, prout dicitur in iure; [e] & Panormitanus. Quod est verum nisi in ea nomina tim de præteritis caueatur iuxta id, quod in iure [f] notatur. Adde tamen singulare dictum Panormitani [g] dicentis, quod constitutio iuris antiqui declaratoria, addens nouam pœnam, non extenditur respectu pœnæ adpræterita: & sic respectu illius pœnę censetur constitutio noua. Quod optimè probat ibi, nam licet ante constitutionem cuiusdam cōcilij simonia committeretur in receptione monialium pretio dato; tamen pœna ibi non erat sic constituta, scilicet, quod moniales committentes simoniam in earum receptione de monasterio repelleren tur in arctiori ad agendum pœnitentiam detrudendæ. Quæ pœnæ non extenduntur ad moniales ante dictam constitutionem persimoniam receptas. Vnde licet constitutio Clementis octaui de largitione munerum, regularibus prohibeat id, quod per antiquos canones erat regularibus prohibitum prout doctissime demōstrat doctus admodum & ingeniosus pater Franciscus à Sosa, meus quondam charissimus condiscipulus in repetitione, quam edidit super dictam constitutionem. Ea tamen constitutio est noua quo admodum, quo concedit regularibus ipsis prędictam largitionem, & quoad pœnas in ea contentas, contra eius transgressores. Et per consequens nō respicit largitiones præteritas, in quibus modus in ea datus, & præscriptus non fuit obseruatus. Et addidit Panormitanus, [h] quod vbi constitutio est declaratoria iuris naturalis extenditur ad præterita, quia ibi declarat, & nihil de nouo inducit, iuxta id quod in iure [i] habetur: vbi potius ligat constitutio antiqua, quam noua declaratoria.

e c. cognoscētes de cōstit. & Pan. f c. fin. eod. tit.

g Panor. in c. quoniam simonia. ca. de simonia.

h Panor. in di. c. fi.

i l. hære. palam. ff. de testamentis.

(.2.)

QVÆ-

# QVÆSTIO SEPTIMA.

## De priuilegijs in communi, qui bus religiones conſeruantur in ſeptem articulos diuiſa.

¶ *Circa quam quæruntur ſeptem.*

1 *Quo dicatur,& quid ſit priuilegium.*
2 *Quotuplex ſit priuilegium.*
3 *Vtrûm appellatione priuilegij veniat conſuetudo immemorialis.*
4 *Quid ſignificat hoc nomen,mare magnum.*
5 *Vtrûm priuilegium neceſſario debeat dari in ſcriptis.*
6 *Vtrûm priuilegium ad hoc vt valeat neceſſarium ſit quod promulgetur.*

## ARTICVLVS 1.

### *A quo dicatur,& quid ſit priuilegium.*

REſpondeo , quod priuilegium quia priuatorũ lex eſt,priuilegium nuncupatur;quaſi quia in priuatum fertur prout dicitur in iure; [a] & ſic dicitur ſingulare ius contra commune indultum. Verũtamẽ eſt quod aliquando indulgetur alicui id quod de iure communi conceditur: de quo in iuribus [b] aliqui caſus dantur. Ad quod reſpondetur ibi ea indulgeri,non quia ſunt contra, aut præter ius commune, ſed quia ea quę generaliter,dicuntur,neglecta videntur eſſe,niſi ſpecialiter notẽtur vt dicunt iura. , Ideo per priuilegia , quandoque renouantur , magis enim timentur quæ ſpecialiter cauentur, quam quæ generaliter indulgentur, prout dicunt canones.[d] Et nota quod hęc diffinitio habet ſuum genus,ſcilicet,verbum illud,ius,habet ſuam differentiã ſcilicet,illud verbum ſingulare. Non enim eſt ius commune,ſed ius ſingulare; quod notat illud verbum contra ius commune. Nã priuilegium ſemper contra ius commune aliquid operatur,iuxta id,quod cõmuniter in legibus notatur, [e] & tradit Sebaſtianus Medicis . [f] Cui eſt addendum ad prędictorum intelligentiam, quod licet non tribuat aliquod ius, aut præter ius commune, ſufficit,vt ſit verum priuilegium,vt clarius & facilius tribuat ius,quam illud quod ius commune concedebat. Et ſic priuilegia ius commune continentia hocvltra ius commune operantur. [g] Et hac ratione regulares à ſede apoſtolica impetrauerũt multa priuilegia,de quibus in ſequentibus dicetur.Quę licet nihil aliud concedant, quam id, quod iure ipſo communi poterant facere,hæc tamen priuilegia operantur,vt facilius & clarius ius habeant,& ſic prouideatur ipſorum conſcientijs timoratis , & litibus quę ſuper eorum dubia oriri poſunt, finis facilius detur,quod volunt ſummi Pontifices maxime in cauſis regularium obſeruari.Et pro complemento aduerte,quod facultas & priuilegium in quantum gratia ſignificat conceſſionem gratioſe factam contra,vel præter ius commune, prout colligitur ex iure,& tradunt Abbas [h] & Barbatia.

a c.priuil.3. d.c.nõ exẽplo.23.q.3.

b cap. & ſi Chriſtus. §. fin.de iur.iurand.cap.in cauſis de procurat.

c l.itẽ apud §.ait prætor ff.de iniurd c.quis neſciat.1.d. caquãquã.20. diſt.

e l.fin.C. de in offi. teſt.

l.de eius. ff. de vſur.

f Medicis de diffinit. 2.p.§.17.

g ca. gratia de reſcript. libr.6.clem. grãde. eod. tit. Abb. in ca.1.n.1. de cõmodat

h Barbat.in tract. eiuſd. tit.in princ.

## ARTICVLVS II.

### *Quotuplex ſit priuilegium.*

REſpondeo dicendo, priuilegia concedi ſolere,vel perſonæ , vel rei vel loci intuitu.Conceſſum perſonæ eſt perſonale,& eam non tranſgreditur, niſi eadem ratio militet,vt pluribus exemplis demõſtrat Decius, [i] & Marcus Antonius Cuquus.Et hoc priuilegium perſonale perſonam ſequitur iuxta id,quod in iure [k] habetur. Quando autem priuilegiũ datur ratione alicuius rei vel loci perpetuum eſt, & tandiu durat, quamdiu etiam durat res vel locus. Si tamen priuilegium perſonale ratione certæ rei vel loci datum fuerit ad aliam rem , aliũ vel locum non prorogabitur,prout elegan ter tradit Ruinus. [l] Vnde quando concedi tur exemptio alicui monaſterio,& eius monachis conuerſis & perpetuo oblatis non extenditur ad Monachos cõuerſos & oblatos aliorum monaſteriorum. Et ſic monaſterium Pariſienſe Sancti Patris noſtri Frãciſci;& eius fratres cum exempti ſint in aliquibus à iuriſdictione patris Prouincialis, pro-

i Deci.in.c. ſanè. de priuile. & in.d. ſeranios. C. qui tẽpora facere poſſunt Cuquus libr.1. mar.inſt.tit. 6. per totũ.

k c. priuile. deregu.iur. lib.6.

l Ruin.lib.2 conſi. conſ. 28.n.2.

prouinciæ, in qua situm est, & immediate sit subiectum generali & Commissario generali Cismontano nostræ sacræ religionis obseruantiæ, sequitur quod dicti monachi dum ibi morantur gaudent dicta immunitate, nam si ad alia monasteria transferantur dicta immunitate minime gaudent. Aduertendum tamen, quod priuilegium personale, & reale, aliud est generale, aliud speciale, generale est, quando plures complectitur articulos vel quando pluribus rebus conceditur, prout dicunt iura. [a] Vt priuilegium quod conceditur toti religioni. Speciale vero est, quod vni familiæ vel vni religioni, aut monasterio conceditur, quod alteri familiæ vel monasterio secundum ius minime communicatur, nisi aliquod sit speciale priuilegium per quod talis communicatio fieri possit: de quo dicemus late in quæstione de communicatione priuiligiorum. Et eodem modo est philosophandum de priuilegio personali. Quoddam enim est, generale, quod pluribus personis super pluribus articulis conceditur; speciale vero quod vni tantum personæ in aliquo tantum conceditur. Ex dictis colligitur, quod priuilegiati debent se continere intra limites suorum priuilegiorum, nec vlteruis ea prætendere debent, vt dicūt canones. Ideoq; in priuilegijs non fit extensio de causa ad causam nec de persona ad personam etiam ex identitate rationis vt dicunt iura, [b] & notant canonistæ & Bartolus & scribentes, tradunt Cardinalis & Thomas Grammaticus.

a c. veniunt de præscrip. c. ex tuorū de filijs presbiteror.

b c. priuile. de reg. iur. in. 6. notatur in. cle. 1 de sensib. Bart. & scribentes in l. 1. ff. de cōst. Prin. Card. in Clem. 1. q. 6. de test. Gram. decisio. 28. n. 31 c cap. super quibusdam §. præterea de verb. significat. l. hoc iure. §. duct⁹ aquæ. ff. de aqua. quoti. c. hoc quippe. 3. q. 6. Decius cōs. 496. col. 15. d in. d. §. ductus aquæ.

## ARTICVLVS III.

### *Vtrùm appellatione priuilegij veniat consuetudo immemorialis.*

REspondeo dicendo, quod appellatione priuilegij venit etiam eius temporis cursus, cuius initij nulla extat memoria. Talis enim temporis præscriptio priuilegij illius potestatem habere dicitur quod à Principe ex certa scientia cōcessum fuit, & pro solenni priuilegio æstimari solet iuxta notata in varijs iuribus [c] & tradit Decius. Quāuis enim inficiari quis possit huiusmodi priuilegiū fuisse fictum, lex [d] dicat constituti loco haberi verbo cum proprio vtens veri tamen priuilegij eius potestatem habet, & certe in quibuscumque casibus dispositio etiam ficta negotia comprehendere solet. Hoc pariter includit priuilegium, siue id fictum, siue tacitum, siue præsumptū appelletur prout ait Graueta [e] quā uis Socinus nullo discrimine censeat priuilegij appellatione hoc prędictum tēpore memoriam excedente quæsitam.

e Graue. de antiq. temp. ses. 4. in. ca. absolutis. n. 10. Socin. cō sil. 260 aut. fin. vers. nec obstat. lib. 2

## ARTICVLVS IIII.

### *Quid significat hoc nomen, Mare magnum.*

REspondeo dicendo, quod Mare magnū dicitur, & est vna compilatio multorū priuilegiorum ibi mistim confuseq; cōtentorum: prædictum autē mare magnum seu compilationem priuilegiorum fecerunt diuersi summi Pontifices pro diuersis religionibus, & pro diuersis temporibus colligendo priuilegia prædecessorum & addendo sua. Ideo quoad nos fratres Minores Alexander Quartus, Innocentius & Clemens Quartus, Honorius Quartus, Bonifacius Octauus, & Eugenius Quartus, fecerunt singuli suum mare magnum. Sed tandem Sixtus [f] Quartus colligendo omnia prædictorum Pontificum, & insuper addens plura fecit mare magnum fratrum minorum, quod incipit, regimini vniuersalis ecclesiæ. Mare magnum ordinis prædicatorum fecit Gregorius Vndecimus, Eugenius Quartus, & tandem Sixtus [g] Quartus: & incipit: In nomine Domini. Mare magnum Augustinis fecit Innocentius Quartus, Eugenius quartus, Nicolaus Tertius, & tandem Sixtus Quartus, in priuilegio, dum fructus vberes. [h] Mare magnum Carmelitarum fecit idem Sixtus Quartus in priuilegio, [i] dum attenta. Et isti sunt quatuor ordines mendicantes. Post hoc à tempore Sixti quarti, additus est ordo Minimorum, quorum Minimorum mare magnum fecit Sixtus Quartus; & tādem Iulius II. in priuilegio [k] dū ad sacrū.

f Habet. in ord. mon. 1. impres. fol. 55. & in. 2. fol. 140.

g Habet. in mon. in. 2. impres. fol. 135. & in suppl. fo. 131

h Hab. supple. fol. 132.

i In. 1. impr. fol. 76.

k Habet. in supplemen.

## ARTICVLVS V.

### *Vtrùm priuilegium necessario debeat dari in scriptis.*

REspondeo dicendo, quod cum priuilegium sit lex priuata, sicut à iuris peritis ventilatur, vtrum ad essentiam legis sit

gis sit necessaria scriptura: ita etiam à nobis quæritur, vtrum priuilegium ad sui validitatem sit necessariũ, quod in scriptis edatur. Et ita sicut legistæ tenent scripturam necessariò ad validitatem legis requiri, Canonistæ autem contrarium arbitrantur, prout refert Sebastianus [a] Medices: ita similiter duę sunt contrariæ opiniones circa quęsitũ in hoc articulo. Vera tamẽ opinio est, quod scriptura seu bullatio non est de essentia priuilegij apostolici prout tenent Innocentius [b] Archidiaconus, & Ioannes Andreas. Tamen quia sine bullis non potest etiam apud peritissimos priuilegium probari, & ideo requiritur, vt priuilegium in scriptis edatur non ad essentiam ipsius, sed ad probationem, difficulter enim per testes probari potest. Vnde Leo [c] decimus concessit fratribus minoribus, quod nõ sint maioris efficaciæ & valoris viuę vocis oracula, quã si per bullã aut breue ad perpetuam rei memoriam essent concessa. Et hoc tantum est in foro conscientiæ. Et idem Leo [d] decimus cõcessit, quod fratres minores regularis obseruantiæ secura conscientia possent vti omnibus concessis a sede apostolica & Romanis Pontificibus, siue per bullas, aut breuia, aut viuę vocis oracula, prout in libris ordinis reperiuntur, ac si omnia specifice fuissẽt tunc expressa aut pro maiori conscientiarũ securitate omnia denuo concesit. Notanda sunt verba, pro maiori conscientiarum securitate. Nam secundun ius viuę vocis oracula sufficit, quod probentur, etiam si scriptura de tali gratia minime habeatur. At pro maiori fratrum securitate, qui aliquando timore concutiuntur, vbi non est materia timoris hoc impetratum & concessum est, à sede apostolica. Ex quibus infertur, quod si interim Papa moriatur, ante expeditionem bullarum, gratia ab ipso concessa non expirat, sed debet per successorẽ expediri, faciẽdo mentionem de gratia prædecessoris: prout post alios tenent Baldus [e] Antonius Peregrinus, Gigas & Carolus Tapia, Ideo autẽ summus Pontifex voluit prædicta vocis oracula valere in foro cõscientię tantũ quia licet ipsa valeant tamen videtur ipsis vti nõ posse. Nam opinio est Baldi, [f] Quod si Papa verbo aliquem pronunciat episcopum vel Abbatem, quod statim sit episcopus vel Abbas, licet recipi non debeat pro prælato, nisi gratiam probet per literas apostolicas, alias tam recipientes, quam se ingerentes in currunt graues pęnas, vt patet per extrauagantem [g] Bonifacij octaui, quæ incipit: iniunctæ. Quod iustissimę statutum fuit. Nã si viuæ vocis oraculis daretur regulariter eadem fides, quæ literis apostolicis datur, magnæ fraudes & doli possent in his contingere, sicut contigit tempore Sixti Quarti, [h] Pontificis maximi propter quod omnes facultates & gratias à se factas reuocauit, nisi ex speciali licentia, & certa scientia etiam ipsius Summi Pontificis fuerint emanata; de qua licentia constat, cum signatura ipsius desuper manu sua conscriptum, aut literis suis expressum fuerit. Addens quod contra facientes excommunicationem ipso facto incurrant, à qua à nemine præter quã à Romano Pontifice possint absolui, nisi in mortis articulo fuerint constituti. His addẽdum fore duxi pro complemẽto, quod omnia priuilegia facta ordinibus mendicantibus, & illis, qui suis gaudent priuilegijs per se siue per communicationem, siue sint facta in forma breuis, siue per supplicationes expedita, in quibus placuit, vt signatura sola sufficeret, eandem omnino vim & efficaciam habent, tam in iudicio, quam extra iudicium, ac haberent si plũbeo sigillo essent consignata. Ita concessit Iulius Secundus, pro Eremitis Sancti Augustini, vt in eorum priuilegijs [i] continetur. Idque constat, ex alia Leonis concessione facta pro eisdem Eremitis, vt in eisdẽ priuilegijs [k] enarratur.

a Medic. de leg. & statu. 3. p. q. 11.

b Innoc. in constitutus c. d rescrip. Archid. & Ioan. And. in procem. Sexti.

c Suppl. fo. 18. cõcess. 161

d In suppl. fol. 58. concess. 161.

e Bald. in l. falsus. C. de fur. Pereg. d iure fis. li. 5 tit. 2. n. 12. & 13. Gigas de pens. q. 34. Tapia in. c. 1. de consti. in pr. art. 13. & 14.

f Bald. in. l. si qua per nu. 5. C. de Episc. & clericis & in. l. humanũ in fin. C. de. ll.

g Extraua. iniustæ de electione.

h Extraua. &si domi. gregis de sent. excõm

i Fol. 242. pag. 2.

k Fol. 47. pagi. 1.

## *ARTICVLVS VI.*

### *Vtrùm priuilegium ad hoc, vt valeat sit necessarium, vt promulgetur.*

REspõdeo dicendo, quod quãdo statutũ in fauorẽ priuilegiati mirum priuilegium continet, nec respiciens præiudicium alterius sufficit sola scientia priuilegiati ad hoc, videlicet, vt omnem effectum suum operetur: statutum enim priuilegiatiuum ligat etiam ignorantes ex mente Bartoli. [l] Statim enim quod cõceditur effectus suos operatur, iuxta id, quod dicitur in iure. Aduertendum tamen est, quod quanuis dixi statim priuilegium etiam ligare ignorantes, hoc procedit, vt priuilegiato statim ius quæsitum esse dicatur, prout tenent cõmuniter Doctores. [m] Sed vt omnem suum effectum producat non ligat ante notitiam eius, in cuius fauorem est impetratum. Ita tenet [n] Cardinalis, & est opinio Bartoli.

l Barto. in. l. omnes populi. q. 1. 5. par. principalis. n. 37. ff. de iusti. & iure.

m l. penult. C. de decurion. lib. 10.

n Cardi. in procem. clement. c. 1. de concess. præben. in. 6. Bar. & communis. in. l. pen. C. de decurion. lib. 10.

Exem

exemplum est in legatario, cui absenti ius quęsitum est statim vt ex legato legatario ius quæsitum esse dicatur, sed non cum effectu, prout tenet Bartolus, [a] & communis. Supra dicta omnia tenet Abbas, [b] & Iasō dicit esse communem legistarum, & canonistarum: & tenet Aretinus. Verum est tamen quod quando quis perse vel per alium obtinet priuilegium, ne ab ordinario possit excommunicari, sicut communiter habent regulares, videtur quod statim bullato priuilegio incipiat suos habere effectus, etiam si ille, in cuius fauorē fuit datū ignoret ipsum, si Papa in priuilegio dixerit præsenti perse vel nūtio, prohibemus omnes, nequis eū ex cōmunicet: nā tūc iā cōcurrit volūtas Papæ concedentis & priuilegiati per nuntium suū tale ius acceptātis. Ita tenet Siluester. Vnde [c] supra dicta communis opinio intelligitur, quando nec perse nec per nuntium aliquis impetrat priuilegium, sed Papa proprio motu vel ad instantiam alterius ipsum concedit, tunc enim, nisi appareat de contraria voluntate concedentis, priuilegiatus non gaudebit beneficio, nisi postquam ad eum peruenerit.

a Bart. in. l. à titio. ff. de furt.

b Abb. in. c. cognoscentes de const. n. 7. Iason in c. fin. de cōsti. princip. Aretin. in l. qui habent. de acquirenda possess.

c Sylue. tit. priuile. n. 14

## QVÆSTIO OCTAVA.

### De priuilegijs, quoad suam confirmationem, innouationem, & vsum in. 16. articulos diuisa.

¶ *Circa quam decem & sex quærūtur.*

1 *Vtrùm Papæ confirmauerint priuilegia regularium.*

2 *Vtrùm possimus modo vti priuilegijs, quæ non sunt in vsu.*

3 *Vtrùm Sixtus Quintus subticens illa verba, quatenus sunt in vsu aliquid noui concesserit.*

4 *Vtrùm priuilegium perditum per non vsum, quoad religionem cui directè est concessum perdatur, etiam quoad alias religiones, quibus per extensionem est communicatum.*

5 *Vtrùm lex & priuilegium, quæ imponunt pœnam ipso facto possint derogari per cōtrariam consuetudinem.*

6 *Vtrùm priuilegia contra decreta sacri Concilij Tridentini sint derogata.*

7 *Quæ priuilegia derogentur per Concilium Tridentinum.*

8 *Vtrùm priuilegia, quæ sunt contra sacros Canones alios à decretis, & canonibus Cōcilij Tridentini sint abrogata.*

9 *Vtrùm priuilegia regularium sint in foro conscientiæ valida, etiam si sint contra Concilium Tridentinum.*

10 *Vtrùm Pontifices à Clemente VII. confirmauerint priuilegia regularium in foro exteriori, etiam si sint contra Concilium Lateranense.*

11 *Vtrùm clausula generalis non obstantium tollat legem iuratam.*

12 *Quomodo intelligenda sit illa clausula, contradictores quoslibet, & rebelles etiam per censuras compescendo.*

13 *Quomodo intelligenda sit illa clausula, omni appellatione remota.*

14 *Quomodo intelligenda sit illa clausula, inuocato etiam ad hoc auxilio brachij secularis.*

15 *Quomodo sit intelligenda illa clausula, supplentes omnem defectum.*

16 *Vtrùm exemplar deductum ab originali priuilegio valeat non vocata parte, cui interest.*

## ARTICVLVS I.

### *Vtrùm Papæ confirmauerint priuilegia regularium.*

REspondeo dicendo, quod quantum ad fratres mendicantes, rem ab incunabulis (vt ita dixerim) educendo, inuenio quod Sixtus [d] Quartus, confirmauit omnia priuilegia ab eodem, vel à prædecessoribus suis concessa ordini fratrum minorum, & præsertim contēta in bulla eiusdem, quæ incipit: Regimini vniuersalis Ecclesiæ non obstantibus quibuscunque literis postmodum ordinatis à sua Sanctitate, præsertim, illis,

d in mon. 2. impres. fol. 68. cōcess. 127

illis quæ incipit. Super curam gregis Domini. Et idem [a] Sixtus quartus omnia priuilegia à sua Sanctitate vel à suis prædecessoribus ordini minorum concessa, confirmauit, exceptis indulgentijs Generalibus quoad visitantes loca fratrum, vel sororum, prout dicetur in titulo de indulgentijs. *Idem Sixtus quartus in mari magno motu proprio & ex certa scientia authoritate apostolica approbauit & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decreuit omnia & singula priuilegia per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores suos ordini fratrum minorum, & illius domibus & professoribus (in genere sub quacumque verborum forma) concessa ac pro potiori cautela omnia & singula prædicta de nouo concessit, & induxit.* Et Leo [c] decimus concessit. *Quod fratres minores regularis obseruantiæ secura conscientia possint vti omnibus eis concessis à sede apostolica, & Romanis Pontificibus, siue per bullas, siue per breuia vel viuæ vocis oracula, prout in libris ordinis reperiuntur, ac si omnia specifice fuissent præfato Romano Pontifici expressa. Et pro maiori conscientiarum securitate omnia præfata priuilegia denouo concessit. Et idem Leo X. postquã in Concilio Lateranensi moderauit & reuocauit in aliquibus priuilegia fratrum mendicãtiũ declarauit, quod omnia & singula prædictorũ fratrũ mendicantiũ priuilegia qualitercumque eis concessa permanserunt, & permaneant in suo robore, exceptis illis, in quibus fuerunt moderata & reuocata, & ad abundantiorem cautelam priuilegia prædicta cũ dictis modificationibus motu proprio innouauit ac districtè præcepit, & ecclesiarum prælatis mandauit, vt religiosos præfatos superalijs priuilegijs non modificatis molestare non præsumãt, sed sua eis iura & priuilegia inuiolabiliter obseruent.* Vtrũ autẽ idem Sũmus Põtifex eadẽ priuilegia postea reualidauerit, etiã si essẽt cõtra Cõciliũ Lateranẽse, dicetur infra, [e] *Et Clemens VII. motu proprio, & ex certa scientia omnia & singula priuilegia immunitates, exẽptiones indulgẽtias, peccatorum remissiones, & gratias, & omnia & singula indulta ordini fratrũ minorũ regularis obseruantiæ ac tertio à pœnitentia nuncupato, ordinibus illorũque fratribus, monialibus, sororibus & vtriusque sexus personis, ac monasterijs domibus ecclesijs, & locis, quibuscũque etiam permodum extensionis, seu cõmunicationis, & alias quomodo libet perquoscunque Romanos Pontifices prædecessores suos, ac peripsum & sedẽ apostolicã approbauit, ac innouauit, & perpetuæ firmitatis robur obtinere & inuiolabiliter obseruari debere decreuit,* Prout latius dicemus in quæstione de cõmunicatione priuilegiorũ. Deinde Paulus Papa IIII. anno Dñi millesimo quingẽtesimo quinquagesimo nono, die decima Maij põtificat⁹ sui anno quarto, *Eidem priuilegia ex certa scientia, & de plenitudine potestatis approbauit, & perpetuã roboris firmitatẽ obtinere & firmiter obseruari voluit.* Postea autem Pius IIII. Romę apud S. Marcum sub annulo piscatoris die vigesima septima Aprilis anno Dñi millesimo quingẽtesimo sexagesimo primo, Põtificatus sui anno secundo, in bulla, quæ incipit. *Excellentis Sedis Apostolicæ prouisione, quam ego vidi sub sigillo authentico ex certa scientia, & de plenitudine potestatis confirmauit & innouauit, & de nouo concessit fratrum Minorum regularis obseruantiæ S. Clarę, ac tertio de pœnitentium*

[a] In 1. impr. & in 2. fol. 64. & fol. 68. concess. 137.

[b] In mon. in 1. impr. fol. 59. & fo. 142 m. 2. concess. 342.

[c] In supple. fol 58. concess. 191.

[d] In supple. fol. 27. concess. 88. Habetur in const. 17. ipsius Leonis in bullarijs.

[e] Inf. art. 10.

*tentiũ nuncupato ordinibus, illorumque superioribus fratribus monialibus & sororibus ac vtriusq; sexus personis, ac monasterijs, & domibus & ecclesijs & locis quibuscunque dictorũ ordinũ nunc, & pro tempore existentibus omnia & singula priuilegia immunitates & exẽptiones etiã ab inquisitoribus, libertates, prærogatiuas, fauores, conseruatorias declarationes, facultates, dispensationes, gratias, cõcessiones, indulgentias, & indulta spiritualia & tẽporalia, etiã per modũ communicationis, & extensionis inter se, & cũ alijs ordinibus mẽdicantibus & nõ mendicantibus in genere vel in specie, etiã per solã signaturã, etiam viuæ vocis oraculo, aut alias per alios suos prædecessores & per se & per sedẽ Apostolicam, & per Imperatores, Reges, & alios Principes subquacunq; forma & expressione verborũ concessa, ac etiã iteratis vicibus approbata, necnon cũ omnibus & singulis in eis contentis clausulis, decretis, & declarationibus, singulas de super confectas literas & in eis contẽta, ac si de verbo ad verbum insererentur.* Idem etiam Pius Quartus postea anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, decimo tertio calendas Martij in quadam Bulla in principis Apostolorum sede publicata Romæ in dicto anno die vigesima quarta Mensis Februarij, Pontificatus dicti Pij Quarti anno sexto. *Motu proprio & ex certa sciẽtia, ac de plenitudine potestatis oĩa, & singula priuilegia, exẽptiones, immunitates, facultates, dispẽsatiões cõsecratorias, indulta cõfessionaria, maremagnũ, & alias gratias cõcessas, tã cathedralibus etiam Metropolitanis, quã Collegiatis ecclesijs, monasterijs, conuẽtibus & alijs religiosis etiã fratrũ mendicantium domibus & ordinibus, hospitalibus, militijs, eorũq; capitulis, & conuentibus, ac vniuersitatibus etiã studiorũ generaliũ collegijs, tã secularibus, quam ecclesiasticis, confraternitatibus, societatibus, & tam principis Apostolorum de vrbe, quam alijs fabricis Sanctæ Cruciatæ alijsque pijs locis & operibus, necnon* Patriarchis Archiepiscopis, Episcopis, prælatis Abbatibus, & Abbatijs, Prioribus præpositis & alijs ecclesiasticis, tam secularibus, *quam diuersorũ ordinum & militiarũ regularibus, ac etiam laicis cuiuscunq; dignitatis, & status, & gradus & excellentiæ, etiã Ducali, Regia, & Imperiali dignitate fulgentibus vtriusque sexus personis in his omnibus, & singulis, in quibus illa statutis & decretis Concilij Tridentini cõtrariantur, ipso iure, reuocata cassata & annullata, ac ad ipsius Concilij terminos atque limites reducta sint, & esse censeantur.* Nec quid quam aduersus ipsa decreta & statuta, *quo minus vbique & apud omnes, obseruentur in aliquo suffragari posse, sed ea perinde haberi & reputari debere, ac si nunquam emanassent authoritate Apostolica declarauit, ac etiã statuit & ordinauit.* Hæc Pius Quartus. Verum est tamen, quod in his omnibus, quæ non contrariantur dicto Concilio priuilegia regularium approbantur & confirmantur ab eodem Concilio sessione trigesimaquinta de regularibus capite vigesimo in fine, vbi dicitur, in cęteris omnibus præfatorũ ordinũ priuilegia & facultates, quæ ipsorũ personas, loca & iura concernũt firma sint & illæsa. Deinde Pius V. die vigesima septima Aprilis pontificatus sui anno secũdo ex certa scientia, & de plenitudine potestatis eadem priuilegia confirmauit, & innouauit

uauit atq; perpetuam roboris firmitatē obtinere & firmiter obseruari precepit. In qua constitutione multa contra Concilium Tridentinum regularibus concessit, quorū aliqua contra terminos ipsius Concilij concessa, postea reuocauit Gregorius XIII. pōtificatus sui anno primo, in quadam constitutione ab ipso edita, & Romæ publicata, prout colligitur ex Nauarro [a] in suo enchiridione. Ait enim ipse, quod tenorē huius constitutionis ponet in fine enchiridionis si publicetur. Vnde cum ipse ponat dictā cōstitutionem eius promissionem adimplēs, clare colligitur quod fuit publicata, & sic habet vim legis, *In qua sanctissimus Pater statuit de prædictis literis Pij V. & de alijs omnibus literis & constitutionibus, quæ ab eodem prædecessore eisdem de rebus pro quarumcunque regularium etiam mendicantium ordinibus & congregationibus, quomodolibet emanauerint ac omnibus & quibuscunque in eis contentis, eam de inceps, dispositionem atque decisionem pro subiecta materia futuram esse quæ siue ex iure veteri, siue ex sacri Concilij Tridentini decretis, siue alijs, quæ ante dictarum literarum & constitutionum editionem erat, ac si ipsa non emanassent futura fuisset. Ad quam dispositionem & decisionem suumque pristinum statutum illa omnia reduxi.* Hæc Gregorius Decimustertius. Vnde ipse sanctissimus Pater hunc ordinem sequens secundum hanc limitationem confirmauit & de nouo concessit, anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo quinto, die vigesima prima Maij, & pontificatus sui anno tertio, prædicta priuilegia & facultates, quatenus sunt in vsu & decretis sacri Concilij, & sacris canonibus non contradicunt. Et Sixtus Quintus ex ordine Minorum assumptus die tertia Octobris, anno Domini millesimo quingēteſimo octuagesimo septimo, *Pontificatus sui anno tertio confirmauit & innouauit eadem priuilegia, facultates & gratias perpetuamque roboris firmitatem obtinere & firmiter obseruari voluit, in his omnibus in quibus decretis Concilij non aduersantur subticens illa verba, scilicet, quatenus sunt in vsu.*

a Nauar. in man. c. 21. n. 6.

Non solum ordinem Minorum & Mendicantium, sed etiam alios ordines miris Sūmi Pontifices decorauerūt priuilegijs: Pius [b] enim quartus, Iulij decima quarta die anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, Pontificatus sui anno primo, *Omnia & singula priuilegia, indulta & indulgentias cæteraque gratias spirituales & temporales congregationis Cisterciensis illius superioribus & personis tā in genere, quā in specie per quoscunque Romanos Pontifices quomodolibet concessa indistincte confirmauit.* Quod ipsum fecit Sixtus Quintus anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo sexto, die vigesima quinta Iulij sub annullo piscatoris, Pontificatus sui anno secundo, *Quatenus sunt in vsu, & Concilij Tridentini decretis non aduersantur, cum extensione & communicatione quorumcunque, quomodolibet quibusuis alijs ordinibus concessorū & cōcedēdorū. Imo ipsemet Pontifex maximus antiqua priuilegia totius ordinis Cisterciensis cōfirmata à Gregorio XIII. in forma breuis confirmauit, anno Dñi millesimo quingēteſimo octuagesimo sexto, quatenus sunt in vsu & prædictis decretis Cōcilij nō aduersantur.* Et Gregorius XIII. anno Dñi millesimo quingentesimo septuagesimo octauo Pōtificatus sui anno sexto, prima die Februarij confirmās priuilegia, congregationis S. Hieronymi Ieſua torumait: *Priuilegiorum facultatum exēptionum immunitatum, indultorum & cuiusuis generis indulgentiarum per quoscunque Romanos Pontifices eius prædecessores.*

b Habet. in comp. ordi. Cister. titu. confirmat. priuil. §. 1.

Hab. in eod. com. §. 2.

d Habe. in. comp. §. 3.

*Quibus etiam specialibus rationibus concessorum tenores pro expressis habẽs omnia & singula priuilegia, facultates & gratias, exemptiones & immunitates, libertates indulgentias atque peccatorum remissiones: circa tamen clausulam porrigendi manus adiutrices & concessiones etiam per ipsam congregationem sufficiente ad id facultate suffultam ad dictæ congregationis aggregatos, infraternatos nuncupatos, extensa atque indulta prædicta quomodocũque & qualitercunque concessa & approbata, quatenus sunt in vsu & sacris canonibus & Cõcilio Tridẽtino nõ sunt cõtraria ex certa sciẽtia denuo in perpetuum, apostolica authoritate tenore præsentium approbauit, & confirmauit, illisque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur addidit.* Hæc Gregorius Decimustertius Pontifex maximus. Inuenio etiam Gregorium Decimumtertiũ, prout habetur in cõpendio, [a] *Religiosæ Societatis Iesu motu proprio certaque scientia ac de plenitudine potestatis Apostolicæ approbare atque confirmare omnia priuilegia Societatis, facultates exemptiones, immunitates gratias & indulta tam per suos prædecessores, quam à se concessa.* Et non ponitur à Collectore ibi, illa limitatio solita poni à Summis Pontificibus, scilicet, dummodo decretis sacri Concilij non aduersentur, nescio an in priuilegio originali ponatur: quia ad manus meas non potuit peruenire: sicut non potuerunt peruenire priuilegia originalia huius sacræ religionis: & propterea ea tantum proponam, sicut proponuntur ab eorum Collectore. Existimo tamen quod forte illam limitationem adiecit prædictus Pontifex, sicut etiam eam apponunt alij Summi Pontifices in confirmationibus priuilegiorum aliorum religionũ. Nec ego post Pium V. inueni aliquem Pontificum confirmasse absolutè priuilegia regulariũ.

a Habet. in comp. societat. tit. priuileg. § 2.

Imo tã limitatus fuit Gregorius XIII. in huiusmodi confirmationibus, vt in Bulla, quã edidit pro confirmatione ordinis clericorũ regulariũ, qui vocantur ministri infirmorũ, licet eis communicauerit omnia priuilegia exemptiones & immunitates, & fauores omnium aliorum ordinum mendicantium & non mendicantium, & Societatis Iesu: dicat tamen ibi, quæ tamen sunt in vsu nec sub vllis reuocationibus comprehensa nec decretis ipsius Concilij nec ipsius congregationis regularibus institutis contraria. Solum inueni post Concilium Tridentinũ quandã amplissimã concessionẽ factam à Sixto V. [b] anno Dñi millesimo quingentesimo octuagesimo septimo, septimo calendas Decembris Põtificatus sui anno tertio.

b Habetur sub sigillo authenti. in lib. congregat. S. Benedicti regni Portugaliæ.

*Congregationi Sancti Benedicti regni Portugaliæ ac omnibus & singulis illius Monasterijs, Prioribus & alijs regularibus locis tam præsentibus, quam futuris eorum Generali, & alijs Abbatibus Diffinitoribus, Visitatoribus & superioribus monachis religiosis, nouitijs, conuersis & cæteris personis nunc & pro tẽpore existentibus, vt omnibus priuilegijs, temporalibus & spiritualibus concessis S. Hieronymi Sancti Bernardi & alijs Cistercienſis ordinis, necnon Cassinensis, & Vallisoleti dicti ordinis Sancti Benedicti congregationibus huiusmodi, per vniuersum orbem constitutis, etiam per modum communicationis, & extensionis, quibus illa & illi quomodo libet vtuntur, potiũtur & gaudent, ac vti, potiri & gaudere possunt, & poterunt. Non obstantibus constitutionibus seu reuocationibus, ac alijs præmissis, & sua de non edendis indulgẽtijs ad instar, & alijs Cancelariæ Apostolicæ regulis, alijsque apostolicis, necnõ in vniuersalibus Prouincialibus & Synodalibus Concilijs editis specialibus, & ge-*

*& generalibus, constitutionibus, ordinationibus:* Prout plenius refertur hæc concessio infra in quæstione de communicatione priuilegiorũ, per quæ verba ibi in vniuersalibus iunctis verbo infra Concilijs videtur posse concedi, quod in hoc indulto continetur quid maximum, scilicet, quod potest vti dicta congregatio priuilegijs & indultis, etiam si sint contra Concilium Tridentinum. Conceditur enim ipsi congregationi communicatio priuilegiorum dictorum ordinum, non obstantibus Conciliorum omnium generaliũ constitutionibus. Sedrem oculatius penetrando nihil tale in dicta concessione continetur: solũ enim cõceditur dictę cõgregationi cõmunicatio priuilegiorũ dictorum ordinũ, sicut dicti ordines vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri & gaudere possunt, & poterunt, nõ obstãtibus cõstitutionibus Cõciliorũ etiã generaliũ & Cõciliũ Tridentinum nec aliud Concilium generale, quod ego viderim obstat, quo minus posset regularibus concedi communicatio priuilegiorum aliorum ordinum eo modo, quo alij ordines gaudent, potiuntur, & gaudere possunt & potiri poterunt. Ipsis autem post Concilium Tridentinum suorum priuilegiorum vsus non absolute conceditur, nisi quatenus ipsius Concilij decretis non contradicunt, prout patet.

Hic est igitur status priuilegiorum. Restat igitur nunc explicare circa supradicta aliqua difficilia, quæ in sequentibus articulis resoluentur.

## ARTICVLVS II.

### *Vtrùm possimus modo vti priuilegijs, quæ non sunt in vsu.*

REspondeo dicẽdo, quod hic articulus proponitur ad elucidanda, & explicãda verba posita in confirmationibus priuilegiorum, de quibus mentionem fecimus in articulo superiori, in quantum Gregorius Decimustertius in eis confirmat priuilegia regularium, quatenus sunt in vsu. Ad cuius clausulæ explicationem est notandum, quod in ea tangitur quædam quæstio. Vtrum priuilegium tollatur per non vsum, an per vsum contrarium: verbi gratia, priuilegiatus, vt decimas non soluat, & soluit sicut alij. Et exemptus conuentus coram ordinario respondet non allegans priuilegium, an perdantur ista priuilegia. De qua quæstione agit Panormitanus. [a] Et breuiter concludendo, quantum ad nostrum propositum vnica distinctione huic difficultati satis fiet, aut enim priuilegium fuit concessum personæ priuatæ, aut fuit concessum communitati, vel Ecclesiæ. Si fuit concessum personæ priuatæ perditur per vnicam contrauentionem, scilicet, si directe obuiauit illi, prout probatur in iure: [b] secus si non directè. Vnde priuilegiatus, ne subeat aliqua munera publica vel honores spõte acceptãs vnum non præiudicat sibi in alijs, nec etiam in illo, si denuo eligatur iuxta quandam legem [c] expressam, nisi acceptauerit decuriatum, quia ex illo officio assumitur ad alia officia. Ideoque acceptando illud videtur sibi præiudicare prout tenet Sylvester. [d] Si vero priuilegium fuit concessum communitati, sicut conceduntur priuilegia regularium, tunc non perditur, nisi legitimo tempore prescribatur. Et licet Alexander [e] Tertius determinauerit, quod fieret prescriptio spatio triginta annorum. Innocentius [f] tamen Tertius postea determinauit, quod in minore quam quadraginta annorum spatio minime talis præscriptio contra dicta priuilegia contingat. Et ratio differentiæ inter priuilegium concessum priuatæ personæ & concessum communitati est. Nam singulares personæ non possunt per contrauentionem renuntiare priuilegio facto communitati, quia per contrauentionem perditur priuilegium, ex tacita renuntiatione, quam tacitam renunciationem validam in priuato quælibet directa contrauentio inducit, argumento aliquorum canonum. [g] Sed in priuilegio facto religioni, sicut regulares non possunt expresse renuntiare priuilegio religioni concesso, ita nec tacitè, prout notatur in iure: [h] & sic solum perditur per præscriptionem dicti temporis. Aduerte insuper quod Eugenius Quartus anno Domini millesimo quatercentesimo trigesimo quarto, septimo calendas Martij Pontificatus sui anno quarto, *cõcessit ordini S. Benedicti Vallisoleti ex certa scientia & motu proprio, quod contra præfata con-*

a Panor. in c. cum accessissent de const.

b c. cũ accessissent.

c l. voluntarie. C. de excusat. tut.

d Sylvest. v. priuil. n. 3

e c. 5. de terra de priui.

f c. accedentit. de priui.

g c. cũ renũtiat. 33. q. 1.

h Notat. in d. c. accedẽtibus.

*gregationis monasteria, loca personas, & bona aliqua non currat præscriptio, nisi post lapsum sexaginta annorum. Quod quidem indultum, tam in casibus, rebus & bonis præteritis, quam futuris potestate & scientia similibus extendi & locum habere omnino voluit.*

Hoc priuilegium habetur authenticum in libro [a] priuilegiorum dicti ordinis impressi Romæ ex Typographia Titi & Pauli dianis anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo nono. Quo indulto fruuntur etiam ordines mendicantes, & alij communicantes in priuilegijs. Ex quo priuilegio colligitur clare quod contra priuilegia dictæ congregationis non currit præscriptio, nisi post lapsum sexaginta annorum. Ait enim quod contra monasteria, loca, personas & bona ipsius non currat præscriptio, nisi post dictum terminum elapsum. Priuilegia enim sunt quædam iura & actiones concernentes monasteria, loca, personas, & bona præfata. Nam, vt ait Vlpianus, [b] æque bonis annumeratur, & si quid est in actionibus petitionibus prosecutionibus: nam hæc omnia in bonis esse videntur. Hoc igitur constituto, quod priuilegia concessa religionibus non præscribuntur, nisi post quadragesimum annum elapsum secundum ius commune, aut post sexagesimum elapsum secundum dictum priuilegium, quia toto illo tempore non vsi sunt regulares dictis priuilegijs; imo contrauentum est illis, videtur dicendum, quod quando Gregorius Decimustertius, in confirmationibus factis pro priuilegijs regularium dicens se illa confirmare quatenus sunt in vsu, debet intelligi, quod ea non confirmat si per contrarium vsum contra ea fuerit præscriptum tempore legitimo. Et sic vt clarius loquar, vult dicere, quod tantum vult confirmare priuilegia regularium, quæ valent non autem illa, quæ per contrarium vsum sunt sublata. Quod confirmatur primo. Nam prout ait Alexander [c] Tertius Papa confirmando communiter in dubio intelligitur confirmare illud, quod actu valet. Per confirmationem enim non creatur ius nouum, prout sacri Canones [d] expresse decidunt & notat glossa quædam singularis. Licet enim aliquando aliquis confirmat illud, quod est ipso iure nullum, quo casu videtur potius dare, quam confirmare, prout contingit in aliquibus casibus notatis à iure peritis, [e] & quandoque quis confirmat illud quod non est ipso iure nullum, sed est imperfectum, vt quando superior confirmat electionem, quo casu non videtur dare, qui confirmat, sed videtur imperfectum perficere, prout dicitur in iure, [f] & notat Bartol. & scribentes. At loquendo de confirmatione communi, id est, loquendo in dubio nunquam legislator videtur confirmare quando ab ipso petitur confirmatio legis, aut priuilegij, nisi legem aut priuilegium, quod actu valet. Secundo confirmatur. Nam Gregorius Decimustertius, non solum confirmat dicta priuilegia, sed etiam innouat & de nouo concedit, & innouatio priuilegiorum, prout determinat Innocentius [g] Tertius, nouum ius non tribuit, sed antiquum conseruat. Quod ipsum etiam determinat Honorius Tertius. Vnde Iulius [h] Secundus declarauit, quod per confirmationem priuilegiorum fratrum minorum per Sixtum Quartum factam ac eorūdem priuilegiorum nouam cōcessionem per hæc verba (de nouo concedimus) solummodo esse confirmata priuilegia dicto ordini concessa, & non alias reuocata. Circa quam Iulij Secundi declarationem aduertit Collector, [i] quod prædicta declaratio creditur sic facta fuisse absolute & generaliter propter defectum relationis. Quia multi famosi Doctores vniuersitatis Salmanticæ declarauerunt & determinauerunt, quod quandocunque aliqua priuilegia conceduntur de nouo cum sequenti clausula, non obstantibus reuocationibus Apostolicis, prout in bulla aurea continetur, intelliguntur viuificata, & de nouo concessa etiam illa, quæ fuerunt reuocata. Nam aliter nihil operantur prædicta verba: cum tamen verba in literis Apostolicis posita debeant aliquid operari. Et hanc opinionem collectoris approbat Corduba, [k] & eam tenet Panormitanus post Ioannem de Lignano, & diffuse id probat Summa Roselæ. Quod quidem libenter fateor, sic concludendo ex dictis, quod per confirmationem & innouationem priuilegiorum in dubio solum

a Habet. in lib. pag. 38. cum seqq.

b l. bonorū 49. ff. de ver. signifi. c. de quarta de præscript. auth. quas actiones. C. de sacro. eccles.

c c. quia diuersitatē de cōcess. præb. & c. cum dilecta de cōfir. vtil. vel in vtil. cap. 1. & quasi per totum notat glo. in. d. ca. quia diuersitatem. v. forma cōmuni

e l. adoptio. ff. de adopt. l. legata in util. ff. de legat. 1.

f In auth. de defenso. ciuit. §. interim colu. 3. notat Bart. in. l. & quia ff. de iurisdi. omn. iud.

g c. ex part. ex. de priui. h In mon. 1. imp. fol. 43. & fol. 126. in 2. impr. concess. 277.

i Collect. in com. mend. tit. priuileg. fratrū. §. 15.

k Cor. in addit. ad cōp. Panor. in. c. cum super de cau. pos. & propri. Rosela titu. absolutio. 1. § 122. & 123.

solum confirmantur, & innouantur ea quæ actu valent, nisi aliud exprimat confirmans & innouans, prout exprimit, quando addit illam clausulam. Non obstantibus reuocationibus apostolicis. Vnde cum Gregorius Decimus tertius confirmauerit priuilegia regularium quatenus sunt in vsu videtur, loquendo iuridice determinare, quod confirmat ea quæ sunt in viridi obseruantia, & valent, non autem ea, quæ per contrarium vsum sunt abrogata. Quod fuit necessarium addere. Nam confirmatio ex certa scientia (prout infra dicetur) de qua vsus est Gregorius Decimus tertius, confirmat etiam abrogata, & per contrarium vsum cassata.

Sed dices: Ad quid igitur seruiunt illa verba addita post confirmationem, scilicet, (de nouo concedimus) si Papa per illa nihil noui concedit? Quid operantur dicta verba, innouamus, aut de nouo concedimus? Ad quod respondeo breuiter, quod maximum quid operantur. Nam si priuilegia non sunt in vsu spatio viginti aut triginta annorum interueniente post spatium elapsum ipsorum innouatione incipiunt de nouo dicta priuilegia, ac si in ipso instanti innouationis essent de nouo concessa. Et sic, vt præscriptio legitima quadraginta annorum, aut sexaginta tollerentur, esset necessarium, vt hoc temporis spatium curreret ab instanti innouationis, nec aliquid ad dictam præscriptionem proficeret spatium illud viginti aut triginta annorum elapsum, ante dictam innouationem. Ita sentit doctissimus Corduba. [a]

a Cordu. in addit. ad comp. tit. absolu. quoad seculares. a. vers. quoad §. 15.

## ARTICVLVS III.

### *Vtrùm Sixtus Quintus subticens illa verba, quatenus sunt in vsu aliquid noui conceßerit.*

REspondeo dicendo, videri ex dictis sequi, quod Sixtus Quintus in dicta confirmatione priuilegiorum ordinis Minorum, & Sanctæ Claræ & tertij ordinis de pœnitentia subticens verba illa (*quatenus sunt in vsu*) nihil noui nobis concesit. Nã in dubio nunquam Summi Pontifices videntur confirmare, nisi illud, quod actu valet. Et per cõsequens, licet confirment priuilegia, absolutè debent iuridice interpretari, id est quatenus sunt in vsu, & non sunt per contrarium vsum abrogata, & sublata. Hoc tamen non obstante quid magnum nobis concesit, dicta verba (*quatenus sunt in vsu*) subticendo. Et ita vt quid magnum fuit à patre nostro reuerendissimo fratre Francisco à Tolosa tunc Generale nunc autem Episcopo Tycensi impetratum, vt ego audiui à patribus grauissimis nostræ religionis. Nam cõfirmatio supradicta fuit facta ex certa sciẽtia, vt patet ex verbis ibi, *Dicta authoritate apostolica tenore præsentium ex certa scientia, in his omnibus, in quibus decretis Concilij Tridentini non aduersantur, approbamus, confirmamus ac innouamus, perpetuamque roboris firmitatem obtinere & firmiter obseruari.* Hæc Sixtus Quintus. Confirmatio autem secundum Doctores [b] est duplex, ex certa scientia, & in forma communi. Tũc autem dicitur confirmari ex certa scientia, quando in confirmatione inseritur totus tenor rei cõfirmatę, verbi gratia, quando vtitur istis verbis, ex certa scientia vel de plenitudine potestatis iuxta Glossam [c] Panormitanum, Decium & Felinum, & Aymon Graueta. Dicitur etiam cõfirmatio ex certa scientia, quando Papa cõfirmat id, quod videt, prout habetur in iure, [d] & tradit Innocentius. Tunc autem dicitur confirmare in forma communi, quando simpliciter confirmat, aliter non instructus de negotio. Hoc enim casu verba intelligi debent propriè conditionaliter: quia Papa præsumitur ignorare quę in facto cõsistunt, iuxta id, quod tradunt Canones. [e] Et confirmatio ex certa scientia secundũ Glossam [f] singularem tria operatur. Primum, quod talis res fit firmioris authoritatis. Secũdũ, quia si illa res est minus valida fit valida. Tertium quia propter authoritatem cõfirmantis nullus inferior potest de illa cognoscere. Quando autẽ cõfirmatio est facta in forma cõmuni, parũ, aut nihil operatur. Imò ex hoc non tollitur cognitio iudicis inferioris, nec talis cõfirmatio creat aliquod ius nouũ, vt supra dictũ est. Vnde si impetratẽ est, quia solet magis timeri, quod specialiter prohibetur quã quod generaliter. Ex quibus Baptista [g] de Salis

b DD. in. c. ex frequen. de cõstitut. in. c. quia diuersitatẽ de concess. præbend. & de confir. vtili per totum.
c Glos. in. c. ad hæc vbi Panor. nu. 7 Dec. nu. 14 de rescript. Feli. in. c. nõ nulli col. 15 eod. tit. Decius in. l. testamen. n. 13 C. de malit. test. Grau. consil. 182 n. 18.
d c. venerabilis de confir. vtil. Innocen. in. c. 1. de trãslac. e ca. fin. de const. lib. 6.
f Glo. in. ca. quia diuersitatem.
g Salis in sũma ver. absolutio fol. 9. col. 2.

Salis, infert decisionem notabilis quæstionis de priuilegijs ordinis Minorum. Nã fœlicis recordationis Bonifacius Papa VIII. concessit quædam priuilegia, quæ dictos fratres eximebant à solutione quartę Canonicæ portionis debitæ ecclesiæ parrochiali, ratione sepulturæ. Quæ priuilegia per Clementinam, [a] dudum fuerunt reuocata. Sed post dictam Clemẽtinam eadem priuilegia ab Eugenio Papa IIII. prius examinata & approbata fuerunt ex certa scientia, & similiter à Iulio II. Et à Leone X. quæsitum fuit, an dicta confirmatio Eugenij faciat valere dicta priuilegia concessa per Bonifacium VIII. & respondit dictus author, quod valet dicta confirmatio. Pro quo allegat duo decreta, [b] in quibus sedes apostolica determinat, quod quãdo Papa confirmat aliquid ex certa scientia validat nullum vel inualidum. Imo talis confirmatio habet vim innouationis dando nouam vim illi, quod alias nullam habebat. Et hanc doctrinam tenet Panormitanus, [c] post Ioannem de Ligniano, & tenet etiam Glossa & diffusè probat Summa Roselæ, & Collector priuilegiorum mendicantium. Et idem est quando confirmat cum clausula de plenitudine potestatis. Nam tunc ea vti censetur, quando actus non valet de potestate ordinaria, prout tenet Paulus Castrensis [d] Alexander, Decius, Alciatus, Dueñas, Menochius. Quod intelligitur cum Princeps, non arbitrabatur, se id posse facere ex potestate ordinaria, vt explicat Graueta, [e] quem sequitur Menochius. Ex quibus infertur quod cum Pius Quartus, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo primo Pontificatus sui anno secundo, prout dictum est supra, confirmauerit & innouauerit priuilegia fratrum minorum de obseruantia & Sanctæ Claræ & tertij ordinis de pœnitentia ex certa scientia, ac de plenitudine potestatis, vt constat ex bulla articulo superiori allegata. Quod non solum confirmauit & innouauit ea quæ actu valebant, & erant in viridi obseruantia, sed etiam illa quæ per contrarium vsum erant abrogata. Vnde licet à Sixto Quinto, anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo septimo, non fuissent ex certa scientia confirmata: nondum tamen per contrarium vsum erant abrogata, nam ab anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo primo, vsque ad annum millesimum quingentesimum octuagesimum septimum, currunt viginti octo anni, quo temporis spatio non potuit contra dicta priuilegia currere præscriptio. Et sic priuilegia horum regularium per contrarium vsum non sunt abrogata. Et licet essent abrogata aliquorum abrogatio minime probari potest: cuiusmodi sunt priuilegia & facultates concedentia authoritatem absoluendi à reseruatis, dispensandi in censuris, irregularitatibus, commutandi vota & iuramenta, necnon in ipsis dispensandi. Hæc enim in secreto sigillo confessionis vsui mandantur. Et nescio quomodo de ipsis posset aliquis, licet curiosus inuestigator dicere cum veritate, quod non sunt in viridi obseruantia? Nam etiam si ipse non vsus fuerit eis à multis retro temporibus, alij tamẽ regulares, sui & alterius ordinis, his sæpe sæpius fortassis vsi sunt, quæro quis potest scire, quod non est in vsu concessio illa notabilis Martini Quinti, qua concedit quod Prior Monasterij Sancti Benedicti Vallisoleti in foro conscientiæ possit dispensare super irregularitate contracta à Monachis ex homicidio voluntario occulto? De quo dicitur infra in quæstione de dispensatione. Debent ne prælati facere istam dispensationẽ in medio monasterij, aut in plateis, vbi non vsus huius facultatis possit sciri & probari, Non certè sed in occulto, vbi à nemine non dico sciatur, sed nec somnietur. Præterea, casus iste rarissimè in religionibus aliquibus contingit; & fortasse sunt aliquæ religiones, in quibus post centum annorum spatium elapsum, huiusmodi casus contingit; & sic per totum illud tempus nunquam fuit talis concessio in vsu. Et non possumus propter hoc dicere, quod ea sit quoad ipsas religiones sublata. Nam vt ex non vsu sublata aliqua lex, aut priuilegum dicatur, oportet casum euenisse, quod lex vel priuilegium disponit. Nam si nullus vnquam talis inciderit casus, non propterea minus recepta dicetur. Nec præterea in desuetudinem abijsse creditur, quanuis executionem sortitum non sit prout tradit eleganter Marcus [f] Antonius.

a Clem. du dũde sepul.

b c. 1. de trãsact. c. quoties d̃ pact.

c Pano. post ligna. c. cũ super d̃ causa pos. gl. c. cũ accessissent decõst. Rosela. tit. absolu. 1. §. 122. & §. 123 Collect. comp. Mẽd. tit. confi. in fi. fol. 43.

d Cast. in l. ex imperfecto. C. de testa. Alexan. in l. quamquã n. 5. Decius in l. in testam. n. 2. C. de milit. testa. Alcia. de præscri. reg. 3. præsump. 2. n. 6. Dueñ. reg. 43. n. 5. vers. 2. ratio. Menoch. cõsil. 2. n. 38.

e Grabe. de antiq. tẽpo. 2. p. 1. n. 47. Meno. in responsi. cau. ferra. resp. 2. n. 147

f Cucus li. 1. maior. instit. tit. 3. in fin.

AR-

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrùm priuilegium perditum per non vsum quoad religionem, cui directè est concessum, perdatur etiam quoad alias religiones quibus per extensionem est communicatum.*

a Collect. in cõp. mend. titu. absol. quoad secu lares secũdo §. 19.

REspondeo dicendo, quod [a] Collector priuilegiorum mendicantium tangit istam difficultatem, agens de quodam priuilegio Carmelitarum concesso ab Vrbano Quarto, ipsis patribus Carmelitis, vt de licentia prælatorum ecclesiæ possint audire confessiones omnium Christi fidelium causa deuotionis ad eos recurrentium, nisi talia commisissent, propter quæ esset sedes apostolica merito consulenda. Dubitat igitur, Vtrum apud Carmelitanos, quibus directe facta est hæc concessio, habeatur in vsu vt sic tam illi; quam cæteri mendicantes virtute communicationis, seu extensionis priuilegiorum possint vti illa? Et ait quod super hoc consuluit ipse generalem priorum præfati ordinis Carmelitani. Qui respondit, quod absq; dubio in partibus Italiæ & Franciæ, vbi vigebat illius ordo, habebatur præfata concessio in vsu. Licet forte in Hispania propter paucitatem monasteriorũ prædicti ordinis, vbi huiusmodi dubitatio insurrexit non haberetur in vsu. Ac per consequens videtur, quod non obstante supradicta hæsitatione possint mendicantes vti hac concessione, cui similis non reperitur in priuilegijs mendicantium. Hæc collector. Ex quibus verbis, prout colligit Corduba [b] videtur collector innuere, quod non possint regulares vti dicta gratia Vrbani Quarti concessa Carmelitis, si ipsis Carmelitæ non vtuntur illa, cum priuilegium perdatur per nonvsum vel per vsum contrarium. At doctissimus Corduba his non obstantibus contrarium tenet, ex sententia cuiusdam valde docti patris, quem ipse non allegat. Nam cum hoc indultum fuerit cõcessum ordini Carmelitarũ & per communicationem ordini minorum & per consequens alijs ordinibus mendicantibus communicatur exequo ac si ipsis fuisset specialiter concessum, non perditur nisi legitimo tempore præscribatur, quod est spacium quadraginta annorum secundum ius commune & secundum priuilegium Eugenij quarti sexaginta annorum, prout dictum est in superioribus. Et ad hoc vt talis præscriptio cõtingat oportet habere scientiam priuilegij & voluntatem non vtendi illo ad hoc vt per non vsum perdatur prout probant aliqua decreta. [c] Vbi notant Doctores. Et quamuis contra regularium priuilegia gratias & exemptiones immunitates & indulta per vnum aut plures actus ex negligentia vel ignorantia per quoscumque ventũ fuerit contrariumq; sit obseruatum nullum tamen præiudicium illis generari potest, sed omnia in suo robore & firmitate permanent prout concessit Leo decimus congregationi [d] Camaldulẽsi & Iulius secundus congregationi [e] Sancti Oliueti, & Eugenius quartus congregationi Sãctæ Iustinæ [f] Circa quod priuilegium aduertit collector [g] priuilegiorum ordinis Cisterciensis quod præscriptio quadragenaria regulariter etiã cõtra ignorantes currit secũdum Abbatem [h] quo temporis spatio secundum ius commune præscribuntur priuilegia vt probatũ est supra: & in hoc consistit vis huius priuilegij vt contra ea non præscribatur si propter ignorantiam eorum eis minime fuerit vsum, non dico per quadraginta annos continuos sed etiam per sexaginta. At in vsu priuilegij de quo hic agitur cessant omnia ista cum per ignorantiam eo non fuerint vsi, hic que quoad fratres minores & alios mendicãtes non est perditum prædictum priuilegiũ per nõ vsum Carmelitarum. Facit etiam ad hoc quod dicit Innocentius [i] quod, scilicet, particulares canonici bene possunt sibi præiudicare perdendo priuilegium per vnicam contrauentionem, sed ecclesiæ præiudicare non possunt quin ea possit allegare non esse sibi sublatum suum priuilegiũ quod fuit perditum quoad particularem personam: & Panormitanus [k] etiam dicit quod si vnus vtitur & non alter priuilegio multis concessis non præiudicat non vtens vtẽti, de quo etiã agit Syluester [l] concordans cum his. Ergo licet aliqui fratres seu conuentus seu Prouinciæ ex voluntate, seu etiam (quod minus) ex ignorantia vsi non essent tali priuilegio vel cõtra illud fecissent non possent toti ordini seu alijs præiudicare. Defecit etiam in hoc casu præscriptio quia hoc priuilegiũ per cõmunicationẽ & nouã concessionem factum est iam ordinis minorum per plures Summos Pontifices vt patet ex cõfirmationibus priuilegiorum Ordinis Minorũ factis per Clemen-

b Cord. in addit. ad dictum. §. 19.

c c. si de terra in verbo detrahere noluisti.

d Congre. Camal. n. 73

e Congre. S. Oliuer. priuil. 3. fol. 90.

f Cong. S. Iusti. priui. 49. fol. 102. priuil. 50. fol. 191. & priuil. 52. fol. 205.

g Col. Cist. tit. priui. §. 2

h Abb. in c. vigilantiade præscri. per tium & l. fi. in fin. C. de præscrip. long. tẽpo.

i Innocẽ. in d. c. accedẽtibus.

k Pano. d. c. cũ accessis sent. in fi.

l Syl. tit. priui. nu. 11

mentem septimum Paulum quartum, Pium quartum, Pium Quintum Gregorium decimum tertium & Sixtum Quintum. Ex quibus patet quod priuilegia Carmelitarum & aliorum ordinum fuerunt facta noue dicto ordini minorum & sic contra ea non potest allegari præscriptio qua solent præscribi priuilegia ordinibus concessa vt patet ex dictis.

## ARTICVLVS V.

### *Vtrum lex & priuilegium quod imponit pœnam ipso facto possit derogari per contrariam consuetudinem.*

REspondeo dicēdo, quod Panormitanus dicit [a] quod lex & priuilegium pœnale imponēs pœnam ipso facto & ipso iure potest derogari per contrariam consuetudinem & reprehendit Hostiensem [b] qui contrarium docet. At Doctissimus Castro opinionem [c] Panormitani omnino refellit hoc ductus fundamento: nam pœna excommunicationis imposita ipso iure contra imponentes manus violentas in clericum quācumque aut quomodo poterit contra illam incipere consuetudo cum nulla iudicis aut prælati negligentia possit impedire quin contra illam legem delinquens statim post delictum commissum incidat in excōmunicationem? nam vt dicunt Canones [d] excommunicatio trahit secum executionē & hanc rationem multis confirmat Castro & infert illos qui sine vlla Papæ dispensatione ingrediuntur intra portas domus alicuius monasterij sororū Sanctæ Claræ aut ordinis prędicatorum esse ipso facto excommunicatos quamuis propter monasterij deformationem & desolationem & superioris prælati negligentiam & dissimulationē moniales ipsę multis suę domus portas aperire & liberam introeundi facultatem cōcedere consueuerint: nam introitus ad huiusmodi monialium domus est sub excommunicationis ipso facto incurrenda pœna apostolica authoritate interdictus nec illis potest vllo pacto suffragari lōgæua mulierum sine licētia apostolica intrantium consuetudo cum ipso facto excommunicatio ipsis infligatur. Aduerte tamen quod quando id quod per legem pręcipitur positiuam per contrariam consuetudinem est abrogatum etiam ex communicatio ipso iure lata contra transgressores ipsius legis est nulla, sublata enim obligatione principali ipsius legis tollitur etiam obligatio pœnæ tali legi appositæ: & sic videmus multas excommunicationes hodie non ligare quæ in extrauagantibus proponuntur: & ratio est quia obligationes eorum quæ in talibus extrauagantibus prę cipiuntur per contrariam consuetudinem cessauerunt: ita doctissimus Castro. Et sic cessat hodie excommunicatio quæ in vltimo concilio Lateranensi sub Leone decimo sessione nona lata est contra eos qui imprimūt aut imprimi faciunt librum aliquem sine pręuia legitima ordinarij examinatione, sufficit enim in his Hispaniarum regnis iuxta pragmaticas sanctiones, priuilegium regale.

a Panor. in c.1. de treu. & pace.
b Hostiē. in d.c.1.
c Cast. lib.2 de leg. pęn. c.11. fol.216.
d c. pastora. §. verum de sen. excom.

## ARTICVLVS VI.

### *Vtrum priuilegia contra decreta sacra Concilij Tridentini sint abrogata.*

REspondeo dicendo, quod vt constat ex superioribus prout in sua bulla statuit Pius quartus omnia priuilegia cōtra concilium Tridentinum sunt abrogata & idem summi Pontifices scilicet Gregorius Decimus tertius & Sixtus quintus noluerunt ea confirmare in quantum sunt contra concilij Tridentini decreta prout dictum est late in superioribus & hæc veritas explicatione eget: videmus enim multa decerni à Cōcilio Tridentino contra priuilegia regularium quæ tamen à viris Doctissimis reputantur non derogare prædicta priuilegia in vno enim eodem met capite videmus determinare diuersa. Vnum absolute sine derogātione priuilegiorum, alterum vero cum derogatione expressa eorum, quod patet in sessione trigesima tertia de reformatione capite octauo vbi duo statuuntur. Primum est quod sacri ordines statutis à iure temporibus ac in cathedrali ecclesia vocatis præsentibusque ad id ecclesiæ canonicis publice celebrantur & respectu huius non derogat priuilegia. Secundum est vnusquisque autem à proprio Episcopo ordinetur: quod si aliquis ab alio promoueri petat nullatenus, id ei etiam cuiusuis generalis aut specialis rescripti vel priuilegij prætextu etiam statutis temporibus permittatur. Vides quomodo respectu istius secundi derogantur priuilegia,&

gia,& sic vidi ego firmatum à viris doctissimis iuris peritis & Theologis & Ecclesiasticis & regularibus huius vniuersitatis Salmāticensis quod religiosi modo post Conciliū Tridentinum possunt ordinari extra tempora virtute suorum priuilegiorum. Et quidam reuerendissimi Episcopi visa ipsorum sententia, ordinauerunt aliquos extra tempora de quo infra in secundo thomo in quęstione de ordinibus latius dicetur, vnde existimo quod solum illa decreta Concilij Tridentini derogantia expresse priuilegia regularium sunt illa de quibus loquitur Gregorius Decimustertius, in confirmatione priuilegiorum regularium: non autem alia decreta in fine quorum minime dicitur nō obstantibus priuilegijs in cōtrarium. Vnde quando dicunt Gregorius Decimustertius & Sixtus Quintus, quod confirmant priuilegia regularium quatenus decretis Concilij Tridentini non aduersantur sunt glossandi videlicet quatenus decretis sacri Concilij Tridentinij irritantibus expressa prædicta priuilegia per non obstantias priuilegiorum ibi appositas non sunt contraria. Nec contra hoc obstat decretum [a] Concilij Tridentini cuius verba sic se habent.

a sess.25.d̄ regul.c.22.

*Hæc omnia & singula in superioribus decretis contenta obseruari sancta synodus præcipit in omnibus cœnobijs ac monasterijs, collegijs ac domibus quorumcumque monachorum, ac regularium necnon quarumcunque sanctimonialium virginum ac viduarum etiam si illa sub gubernio militiarum etiam Hierosolymitarum viuant & quocunque nomine appellentur sub quacumque regula vel constitutionibus & sub custodia vel gubernatione & c. non obstantibus eorum & singulorum priuilegijs sub quibuscunque formis verborum conceptis ac mare magnū appellatis etiā in fundatione obtētis necnō cōstitutionibus & regulis etiā iuratis atq; etiā consuetudinibus vel præscriptionibus etiam immemorabilibus.* Respondeo, enim quod in dicto capite vigesimo secundo solum reuocantur priuilegia, quæ sunt contra illud quod decretatum est in sessione vigesima quinta de regularibus: & non priuilegia quę sunt contra decreta aliarū sessionū dicti concilij: & sic dicit concilium hæc omnia & singula in superioribus decretis contenta &c. Nota quod dicit in superioribus decretis & non dicit in superioribus sessionibus: vnde clare innuere voluit quod decreta contenta in dicta sessione vigesima quinta de regularibus abseruantur omnino contra priuilegia regularium etiam si in aliquo eorum nō fiat derogatio expressa priuilegiorum regularium, at contenta in alijs sessionibus nō præcipit Concilium obseruari contra ipsorum priuilegiorum tenorem si expresse in his non reuocantur.

Vnde infertur primo quod decretum [b] Concilij Tridentini ordinans quod non liceat regularibus imprimere libros de rebus sacris sine approbatione ordinarij & licentia suorum superiorum cum non deroget expresse priuilegia regularium si aliquod esset priuilegium contrarium religiosis concessum ipso optimo iure possent vti: at ego nullū tale priuilegiū inueni. Infertur secundo quod Concilium [c] Tridentinum quatenus præcipit quod in monasterijs monachorū vbi cōmodè fieri potest etiam lectio sacræ scripturæ habeatur cum non deroget expresse priuilegia in contrarium si aliquod esset tale priuilegium possent eo vti regulares & eo casu nō possent compellere episcopi locorum in hoc negligentes Abbates, & sedis apostolicæ legati cum eorum priuilegia quantum ad hoc non derogētur: sed ego nullum ad hoc inueni priuilegium.

b Sess.4. de vsu sacrorū librorum.

c Ses.5.de reform.c.1.

Tertio infertur quod Concilium [d] Tridentinū inquantum statuit quod qui in subdiaconatus ordine saltem nō sit, vocē in capitularibus actibus non habeat, cum non deroget expresse priuilegia regularium possunt ipsi regulares si ad id aliquod habent vocem habere in capitularibus actibus etiā si subdiaconi non sint, & ita declarauit optime Cardinalium congregatio super Concilium Tridentinum anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo tertio Patri fratri Gaspari Paraselo Minimorum generalissimo quod dictum Cōcilium non contrariatur constitutionibus regularium si in aliquo ordine etiam non in sacris constituti de consuetudine aut constitutione ad actus ca-

d Ses.22. de reform.c.4.

capitulares admittuntur. Quæ consuetudo viget in dicta religione prout in libro [a] suorum priuilegiorum refertur. Quibus addo quod si in aliqua religione esset priuilegium quo tales ad actus capitulares possint admitti priuilegium adhuc vigeret.

a v. Concil.

Quarto infertur quod Concilium [b] Tridentinum quatenus ponit qualitates ordinandorum & ordines non esse suscipiendos nisi transactis interstitijs cum non deroget quantum adhoc expresse priuilegia regularium possunt vti regulares priuilegijs si quæ quantū ad hoc habent, nisi obstaret eis Bulla Sixti quinti contra male promotos promulgata de qua infra dicemus [c]. Hęc sunt loca Concilij Tridentini in quibus ego non inuenio quod ipsum Concilium obliget ad obseruantiam eorum quæ ibi præcipiuntur cum derogatione priuilegiorum regularium expressa. Quod est necessarium: nam sicut priuilegia inserta in corpore iuris non derogantur sub generali derogatione (prout allegando multos concludit Hēriquez) [d] ita si de priuilegis regularium non fit specialis mentio. Et inductis decretis non solum non derogantur expresse priuilegia regularium sed neque etiam alia ecclesiasticorum de nullis enim priuilegijs ibi aliquod verbum fit.

b Con. Trid. sess. 2. de reform. c. 11.

c 2. tomo. q. de ordinib.

d Enriq. 1. to. lib. 7. c. 28 n. 9. litera. y & c. 31. n. 5. lib. 5.

Sed, contra supra dicta obstat Bulla Pij quarti in superioribus relata reuocatoria priuilegiorum, exemptionum, immunitatū facultatum conseruatoriarum indultorum confessionalium maris magni & aliarum quarumcunque gratiarum quibusque locis & personis concessarum in his in quibus statutis & decretis sacri Concilij Tridentini contrariatur. Ex cuius Bullę generalitate videtur colligi quod non solum ab ipso summo Pontifice reuocantur & annullantur & cassantur priuilegia quæ in decretis sacri Concilij expresse reuocantur sed etiam omnia alia quæ sunt cōtraria decretis ipsius Cōcilij etiam si in ipsis decretis eorum expressa non fiat derogatio sed qui hoc sentiunt generalitatem tantum legum & constitutionem in superficie contemplantur & ad mentem legislatoris minime se conuertunt. Vnde prosolutione est notandum quod in dubio Principis mens semper præsumitur fuisse talis qualis de iure esse debet prout notant Baldus [e] Alexander & Iason: vnde dicta Bulla Pij quarti reuocans priuilegia quæ sunt cōtra decreta Concilij Tridentini est regulanda secūdum ipsa decreta & intelligēda restringēda & extēdēda ad terminos illorū decretorū & cōsequēter restringēda ad ea tantum quæ per illa prohibita sunt & illicita reuocando priuilegia in cōtrarium, Et non est extendenda ad illa quæ non sunt per illa prohibita neque illicita cum derogatione priuilegiorum. Tum quia causa finalis dictæ Bullæ fuit obseruantia dictorum decretorū, cui obseruantiæ est locus quoad ea quæ in ipsis decretis speciāliter non reuocantur, cum enim non reuocetur priuilegia videntur innuere quod obseruentur nisi aliquod priuilegium in contrarium allegetur & ita cessante causa finali cessat dispositio prout habetur in iure. [f] Tum etiam quia constitutio quæ fit ad roborandum aliam cuiusmodi est Bulla Pij quarti quæ fuit facta in robur & obseruationem decretorum Concilij, vt patet ex eius verbis ibi, *Nos quibus in primis cordi est tam sancta & Ecclesiæ Dei saluberrima decreta suos vt par est effectus vbiq; consequi & ab omnibus obediēter obseruari, &c.* Debet intelligi secundum eam & cōcludenda terminis eius iuxta id quod habetur in iure [g] & clare sentit glossa, Quam dicit singularem Cardinalis addens quod easdem limitationes & extēsiones quas recipit corrobarata debet recipere corroborans quem sequitur doctissimus Felinus. Nā secundum ius [h] referens se ad aliquid intelligitur secūdum illud ad quod refertur, & sic hæc Bulla cum se referat ad decreta Concilij Tridentini secundum illorum decretorum terminos debet explicari. Quę prout patet ex superioribus nō derogāt priuilegia. Et ideo videtur velle quod ipsa maneāt in suo vigore.

e Bald. in. l. ex fact. in notabil. 4. & ibi Alexan. ff. de vulg. & pupill. Iason in. l. benefi. cium. nu. 35. ff. de leg.

f l. adigere §. quanuis. ff. de cura patr. c. cessāte de appel.

g Authen. cōstitutio. quæ innouat. §. inde. ver. in illis coll. 3. Glos. & Cardina. ibi in. c. statutum. v. consuetudne de elect. Fel. in. c. 1. de iure iur. n. 5.

h l. in testa. ff. de condi. & demonst.

## ARTICVLVS VII.

### *Quæ priuilegia derogentur per Concilium Tridentinum.*

REspondeo dicendo, quod sicut dictum est in articulo superiori non omnia decreta Concilij Tridentini sunt seruanda contra tenorem nostrorum priuilegiorum, sed solum illa quæ decernunt obseruandum quod in ipsis statuitur, non obstantibus quibuscumque priuilegijs, nunc autem restat ea omnia loca in præsentiarum breuiter & summarie enumerare vt religiosis magis pateant.

Primū

Primum omnium decretum est quod habetur sessione quinta: de reformatione capite secūdo, vbi dicitur quod si prędicator aliquis (quod absit) errores aliquot aut scandala seminauerit in populo etiam si in monasterio sui vel alterius ordinis prædicet episcopus ei prædicationem interdicat & contra eum secundum iuris dispositionem aut loci consuetudinem procedat etiam quacumque stante exemptione. Quod patet: nam ait decretum quod episcopus auctoritate apostolica & tamquam sedis apostolicę delegatus procedat. Quæ verba clare indicant reuocari quodcumque priuilegium in contrarium siquidem Episcopo datur facultas vt procedat tamquam apostolicæ sedis delegatus qui in prouincia suæ delegationis potest omnia quæ potest ipse Papa delegans prout tradit Siluester [a] post alios & ita quotiescumque in decretis Conciliorum dicitur quod ordinarij tamquam sedis apostolicæ delegati ibi statuta executioni mandent, signum est certissimum, ibi derogari quodcumque priuilegium in contrarium datum ante ipsa decreta.

a Sylu. ver. delegatus nu. 22.

Secundum decretum est quod habetur in eadem sessione & capite quod scilicet regulares cuiuscumque ordinis in suis monasterijs etiā prædicare non audeant nisi de licētia sui superioris prius se Episcopo presentauerint & ab eo benedictionē petierint ante quā prædicare incipiāt in ecclesijs vero quę suorū ordinū nō sunt vltra suorū superiorū ordinum licētiam, licētiā ordinariorum habere tenentur, sine qua in ecclesijs quę suorum ordinum non sunt nullo modo prædicare possunt: imo neque in ecclesijs ordinū Episcopo contradicente: prout in sessione vigesima quarta capite quarto de reformatione ordinatur, quod infra secundo tomo in quęstione de prædicatoribus quomodo sit intelligendum ventilabitur.

Tertium decretum est: nam in sessione decima quarta capite vndecimo ordinatur quod regulares de vno ordine ad alium trāslati sub sui superioris obedientia maneant.

Quartū decretū est nam in sessione vigesima secūda in decreto de obseruādis & euitādis in celebratione missæ ordinatur quod cuiuscumque generis mercedum conditiones & quidquid pro missis nouis datur ordinarij omnino prohibeant & ne cuiuis vago aut ignoto sacerdoti missas celebrari liceat, neque in priuatis domibus sed in ecclesijs aut oratorijs per ipsos ordinarios deputandis & visitandis & debitis horis missa celebretur.

Quintum decretum habetur sessione vigesimatertia capite vigesimo, vbi ordinatur quod Abbatibus atque alijs quibuscunque quantumuis exemptis non liceat in posterum intra fines alterius diœcesis vel subditis alterius, sed solum suis regularibus tonsuram & minores ordines conferre.

Sextum decretum habetur in eadem sessione capite vigesimoquinto, vbi ordinatur quod nullus etiam regularis ante vigesimū secundum annum ad subdiaconatus ordinem & ante vigesimum tertium ad diaconatum & ante vigesimum quintū ætatis suæ annum ad presbyteratus ordinem promoueatur, nec hoc sine diligenti Episcopi examine fiat priuilegijs quibuscunque quoad hoc penitus exclusis.

Octauum decretum habetur in eadem sessione capite decimotertio, vbi dicitur quod nemini etiam regulari duo sacri ordines eodem die conferantur priuilegijs quibuscunque non obstantibus, nec promoti ad sacrum subdiaconatus ordinem si per annum saltem in eo non sint cursati ad altiorem gradum nisi aliud Episcopo videatur ascendere permittantur.

Nonum decretum habetur in eadem sessione capite decimoquinto, vbi ordinatur quod nullus etiam regularis potest secularium confessiones audire nec ad id idoneus reputari nisi aut parochiale beneficiū aut ab Episcopo per examen si illi videbitur esse necessarium aut alias idoneus reputetur & approbationem obtineat priuilegijs & consuetudinibus non obstantibus.

Decimo est notandum, quod omnia decreta posita in sessione vigesimaquinta de regularibus obseruanda sunt priuilegijs quibuscunque non obstantibus prout prępcipitur in capite vigesimo secundo eius sessionis quæ non hic adduco, ne fastidiosus sim lectoribus & quia in suis materijs particularibus digesta ponentur Deo duce in his tractatibus.

Vndecimum decretum habetur in sessione vigesimaquinta de reformatione capite vndecimo vbi statuitur de locationibus bonorum Ecclesiæ anticipatis & solutionibus non faciendis.

Duodecimum decretum habetur in eadem sessione capite decimotertio, vbi statuitur de quar-

de quarta funerali soluenda cathedralibus & parrochialibus ecclesijs cum conditione ibi posita.

Hæc recipiat lector: aduertat tamē quod in suis proprijs locis omnia hic breuiter cō tenta prout decet explicabuntur Deo duce.

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrùm priuilegia quæ sunt contra sacros canones alios à decretis & canonibus Concilij Tridentini sint reuocata.*

REspondeo dicendo, quod hic articulus ponitur ad dilucidāda quædā verba posita in confirmatione priuilegiorū ordinis minorum data à Gregorio XIII. *Dicit enim se ex certa scientia & de plenitudine potestatis cōfirmare omnia priuilegia dicti ordinis quatenus sunt in vsu & decretis Concilij Tridentini & sacris Canonibus non contradicunt.* Quæ verba maximam perse ferunt difficultatem per hæc enim verba ibi, sacris canonibus nō contradicunt videtur summus Pontifex nolle confirmare multa priuilegia regularium aut vt melius dicam fere omnia priuilegia regularium cum fere omnia sacris canonibus contradicant: & perconsequens videtur quod hæc confirmatio sit parui momenti. Frater Hieronymus [a] à Sorbo Capucinus sē tiens hanc difficultatem eam soluit in hunc modum dicens esse intelligendum de sacris canonibus & decretis Concilij Tridentini cum clare pateat concilium ipsum & canonibus & decretis constare: & ait quod illud operatur illa copula) & (coniungendo canones cum decretis Concilij Tridentini. Ideo male ipsi sentire videntur qui aiunt sub illa particula canonibus intelligi decreta & decretalia summorum Pontificum & sub illis decretis Concilij Tridentini ea quæ sunt in eodem Concilio Tridentino. Et quod perinde nulla aut paruissima remanerent mendicantium priuilegia. Et ita equidem esset si hæc illorum valeret opinio. Et nihil summus Pontifex concederet. Quod confirmatur: nam si summus Pontifex secundum eorum opinionem vellet priuilegia supradicta confirmare diceret, quatenus sunt in vsu & sacris canonibus summorum Pontificum & decretis sacri Concilij Tridentini non cōtrariātur. Quidquid tamē sit, illa verba (sacris canonibus) fuerūt sublata à Sixto quinto in confirmatione priuilegiorum nostri ordinis minorum, & ordinis Cistercienſis. & à Gregorio quarto decimo in confirmatione priuilegiorum ordinis Cistercienſis, priuilegia societatis absolute sunt sine aliqua limitatione & restrictione à Gregorio decimo quarto confirmata secūdum quod in compēdio priuilegiorum dicti ordinis refertur; quorum priuilegiorum ordines mendicantes habent communicationem vt infra in quæstione de communicatione priuilegiorum dicetur.

[a] In comp. mend. 2. pa. tit. priuileg. fratrum. pag. 329.

## ARTICVLVS IX.

*Vtrùm priuilegia regularium reuocata per Cōcilium Tridentinum sint valida in foro conscientiæ.*

REspondeo dicēdo, quod Leo decimus in Concilio Lateranēsi edidit quamdā bullam super moderationem priuilegiorum per sedem apostolicam fratribus mendicantibus & alijs religiosis cōcessorū: sed postea idem Leo decimus reualidauit & in pristinum statum restituit omnia priuilegia fratrū minorū obseruantię viuæ vocis oraculo, quod habetur in regiſtro ordinis facto tempore reuerendissimi patris Fratris Frāciſci Licheti ministri generalis ex cuius persona sic ibidem habetur. Anno Domini millesimo quingentesimo decimo nono in vigilia visitationis Beatæ Mariæ Virginis dum essem in presentia & conspectu sanctissimi Domini nostri, Domini Leonis Papæ decimi ipse Pontifex liberaliter cōfirmauit omnia priuilegia ordinis in foro conscientię tantum, ita quod in foro conscientiæ eisdem vti possumus sicut ante Concilium Lateranense vltimatè celebratum. Non obstantibus quibuscumque in dicto Concilio ordinatis, & determinatis aliter vel in contrariū disponentibus. Hæc in regiſtro ordinis habentur in actis præfati reuerendissimi P. fratris Francisci Licheti generalis ministri. Alia adducit in confirmationem huius rei collector [b] priuilegiorum mendicantium

[b] Colle. tit. Concil. §. 7

sed

Sed quia ego inferius debeo probare iam dicta priuilegia etiam in foro exteriori esse confirmata etiam si sint contra dictum Cõcilium: ideo ea relinquo,& similiter in eodẽ foro conscientię sunt nostra priuilegia confirmata etiamsi sint contra Concilium Tridentinũ per viuę vocis oraculum Pij quinti Pontificis maximi,quod refert pater frater Alfonsus de Veracruz in suo speculo coniugatorum in fine.Cuius tenor sequitur.Põtifex Pius quintus anno millesimo quingentesimo sexagesimo septimo decimo tertio die mensis Martij viuæ vocis oraculo. *Supplicanti ministro generali Minorita rum fratri Aloisio de Puteo, cuius supplicationis tenor est. Supplicatur Sanctissimo Domino* Pio *Papæ Quinto, vt sua sanctitas dignetur confirmare & concedere omnia priuilegia, & quascunque gratias etiam viuæ vocis oraculo cõcessas per bonæ memoriæ* Paulum *Papam Quartum, & alios Romanos pontifices prædecessores Sanctitatis suæ cum singulis clausulis & decretis & derogationibus in eis contentis fratribus ordinis minorum regularis obseruantiæ, ita vt illis gaudere & vti possint, toties quoties opus fuerit, & eis videbitur. Ex quo ad illa eis quæ sunt restricta seu derogata per Concilium Tridentinum etiã vti possint in foro conscientiæ tantum.* Et Pontifex dixit, fiat. Et hæc concessio refertur in compendio [a] societatis.Nec ista concessio fuit reuocata per Gregoriũ Tertiumdecimum, qui primo sui Pontificatus anno reuocauit omnia concessa per Pium Quintum ordinibus mendicantibus contra decreta Concilij Tridentini, iuxta in superioribus dicta. Nam respõdeo quod Gregorius Tertiusdecimus,solum reuocauit concessa à Pio Quinto,in foro exteriori ad euitandas lites & discordias,quæ inter ecclesiasticos & regulares ratione illorum priuilegiorum fuerunt post Concilium Tridentinum exorta. Et ita non reuocauit viuę vocis oracula, quæ in foro conscientiæ tantũ erant concessa,cum ex eis non oriantur discordiæ quæ dictæ reuocationis Gregorij Tertijdecimi causa finalis fuerunt. Quod clarè colliget qui attente legerit constitutionem, Gregorij Tertij decimi, in qua nullam Summus Pontifex facit mentionẽ viuæ vocis oraculi alicuius.Sed tantum literarum Apostolicarum, & has tolum reuocat in quantum contrariantur decretis Cõcilij Tridentini.

[a] Comp. societ. tit. Cõcilium.

## ARTICVLVS X.

### *Vtrũ Pontifices à Clemente VII. confirmauerint priuilegia regularium in foro exteriori etiam si essent contra Concilium Lateranense.*

REspondeo dicendo,quod nemini dubiũ est Leonẽ X. confirmasse in foro conscientiæ dicta priuilegia in foro conscientiæ prout dictum est in articulo superiori. Quod autem dubitatur est, vtrum idem Leo [b] decimus in foro exteriori fecerit eandem confirmationem & collector priuilegiorum mendicantium affirmat quod sic sequendo quendam virum insignẽ & doctissimum super hoc cõsultum & bene informatum virtute cuiusdam breuis concessi ab ipso Leone [c] decimo fratribus prædicatoribus post præfatũ Cõcilium vbi fecit eis amplissimam communicationem omnium priuilegiorum concessorum & concedendorum alijs fratribus mendicantibus, & proprio motu illa de nouo concessit cum magnis non obstantijs dicens. *Non obstãtibus quibuscũq; literis apostolicis suspẽsionibus reuocationibus, & restrictionibus siue cõstitutionibus ordinationibus, necnõ in prouincialibus synodalibus Cõcilijs editis specialibus & generalibus &c.*

[b] Colle. tit. Concil. §. 7. dicit quod.

[c] In suppl. fol. 69. concel. 219.

Nam cum secundum iura verba posita in literis apostolicis debeant aliquid operari sequitur quòd per præfatum verbum ibi generalibus est derogatum Concilio Lateranensi quoad ea quæ tangunt reuocationem priuilegiorum dictorũ fratrum, aliter enim nihil penitus operarẽtur dicta verba. Allegat autem pro hac parte Collector quandã bullam Clementis Septimi, datam Romæ apud D.Petrum, sub annulo piscatoris die trigesima Maij anno Domini millesimo quin-

quingentesimo vigesimo quinto Pontific. sui anno secundo. In qua concedit religioni minorum Sanctæ Claræ & tertij ordinis de pœnitentia omnia priuilegia & facultates concessa & concedenda alijs religionibus Mendicantibus & non mendicantibus de qua in quæstione de communicatione priuilegiorum. Sed ego non inuenio in ea Bulla concedi supradicta non obstantibus Concilijs generalibus. Ideo ad aliam Bullam me conuerto vbi hæc specialiter approbatur opinio. Quam vidi & habeo sub sigillo authentico & est Bulla Pauli Pap. Quarti, data Romæ anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo nono die decima mensis Martij pontificatus eiusdem Domini nostri Pauli Papæ anno quarto. *Vbi confirmãtur & de nouo concedũtur ex certa scientia & de plenitudine potestatis priuilegia dictorum ordinum. Non obstantibus alijs Apostolicis ac Prouincialibus, Capitularibus generalibus & specialibus constitutionibus & ordinationibus etiam in vltimo generali Concilio Lateranensi celebrato, & alijs Concilijs editis, &c.* Concilium autem Generale Lateranense vltimum fuit celebratum sub Leone Decimo, quæ bulla est summe notanda quoad hoc: non enim ego vidi aliam ita expresse nostram opinionem approbantem. Dixi ita expresse nam confirmationes priuilegiorum datæ à Gregorio Tertiodecimo, & à Sixto Quinto, quas in superioribus allegauimus hoc ipsum videtur innuere. Quatenus dicunt quod confirmant & innouant dicta priuilegia dummodo decretis sacri Concilij Tridentini non sint contraria, nam hæc exceptio non erat necessarium quòd apponeretur. Nam posita clausula generali non obstantibus quibusque constitutionibus, & priuilegijs non extenditur ad ius commune imo nec ad priuilegia in corpore iuris inserta secundum glossas [a] multas probatas à Cyno. Imo in specie tenet Baldus [b] quòd per generalem clausulam non obstantium nunquam intelligitur derogatum Concilij generalis constitutionibus, quia pro facienda derogatione eorum oportet quòd de illis fiat mentio specialis secundum Archidiaconum. [c] Et ratio est quia id quod multorum cõsensu fit maiori authoritate dicitur corroborari, & ideo vt tollatur maiori reuocatione opus est prout tradunt leges [d] ciuiles & canonicæ & notat Federicus de Senis, tradũt Alexander, Decius, & Antonius de Padilla. Vn de cum Gregorius XIII. & Sixtus in clausula non obstantium suarum confirmationum, non expresserunt edita in Concilijs generalibus non fuit necesse talem exceptionem apponere videlicet dummodo decretis Concilij Tridentini non sint contraria. Et cum verba posita in literis apostolicis secundum iura debeant aliquid operari, dicendum est quòd dicta exceptio decretorum Concilij Tridentini fuit apposita ad firmandum regulam incontrarium. Ex sic voluerunt Summi Pontifices asserere quòd etiam si alia essent decreta alterius Concilij generalis (vt fuit Concilium Lateranense sub Leone X.) non obstarent quo minus ea priuilegia omne suum robur & firmitatem haberent. Quod patet nam confirmatio generalis priuilegiorum licet non se extendat ad illa quę contra ius sunt: verum est tamen quod si confirmat generaliter excipiens vnum quod est contra ius, talis exceptio operatur vt Papa censeatur cõfirmare omnia alia priuilegia quæ sunt cõtra ius. Ita Baldus [e] Iason Ruynus quos sequitur Mandosius.

a Glo. in l. 2. § legatis. ff. de iudic. & in Auth. qua in prouinc. C. vbi de crimi. agi oportet tradit Cin. in l. 1. C. quãdo inter pupillũ & iud.
b Bald. in l. humanũ. C. de leg.
c Anch. in c. 1. de cõst. in 6.
d l. dubium C. de repu. ca. prudẽtiã de offi. delegat. Federi. cõsil. 2. 6. & cõsil. 47. vbi latè Alexã. cons. 122. n. 9. li. 4. Deci. in Rubric. de cons. 2. lect. n. 38. & in c. prudẽtiã 3. notar. n. 18. de offi. deleg. Padilla in l. 1. vniuersi. n. 17. de rescrip. e Bal. in c. 1 n. 2. col. 2. in princi. per quos fiat inuest. idẽ in l. 1. in fi. ff. de ferijs Iason in l. fin. ante fin. ff. quodquisq; iur. Ruinus consi. 100. colu. 6. post princip. volum. 3. Mandosius in regul. cancellar. 13. q. 8. n. 5.
f Glo. in ca. cũ non deceat vers. effectus de elect. lib. 6. Cassan. in cõsuet. Burgund. Rub. 13. § 8. nu. 12 Couarru. in Rub. ď. test. 2. p. num. 19 Mandos. de signat. gratiæ fol. 52. col. 2. vers. conceditur clausul. hæc

## ARTICVLVS II.

### *Vtrùm clausula generalis non obstantiũ tollat legem iuratam.*

REspondeo dicendo, quod clausula generalis non obstantium non est sufficiẽs ad tollendã legem iuratam vt docet Glossa [f] & post alios tenet Cassaneus & Couarruuias & alij quos refert & sequitur Quintilianus Mandosius. Et ideo Paulus Quartus in confirmatione priuilegiorũ ordinis Minorum confirmat ea, non obstãtibus statutis & consuetudinibus, etiam iuramento confirmatione apostolica roboratis. Quod ipsum fecit Sixtus V. in confirmatione eorundem priuilegiorum, si enim ea confirmarent non obstantibus statutis, non extenderetur ea non obstantia ad statuta iurata secundum supradictos patres.

AR-

## ARTICVLVS. XII.

### *Quomodo intelligenda sit illa clausula posita in bullis & in confirmationibus priuilegiorum regularium, scilicet contradictores quoslibet & rebelles etiam per quascumque censuras, & pœnas ecclesiasticas. &c.*

a glos. in c. pro illorum ver. cõtradictores, de præb. & in l. si seruũ. §. hæc verba ff de acqui. hæred. v. abstinet. Panor. in ca. audita de resti. spo. Corse. in singula. v. molestia. Fel. in c. causã quæ col. 2. & seq. ver. nõ obst. de rescript. Nau. in c. cũ cõtingat. in 7. cau. nullitatis. n. 3. de rescrip.

RESpondeo dicendo, quod Paulus III. & Sixtus V. in dictis confirmationibus & alij summi Pontifices solent apponere clausulam positam in articulo quæstionis vel aliam similem nõ permittentes eos ab aliquo molestari. Quæ clausula debet intelligi de contradictore qui de facto solum contradicit, non autem de iure iuxta glossam [a] ab omnibus laudatã & à multis putatam singularem in Iure Canonico, cui in iure Ciuili videtur alia similis, quæ multis decisionibus similibus illustratur à Panormitano, Corseto & Felino, & ab alijs quos refert & sequitur Nauarrus. Et quando summi Pontifices addunt, quod sciant contemptores, & inobedientes se incursuros indignationem Petri & Pauli non intelligant contra ipsos per talia verba sententiam excommunicationis fulminari tantũ enim pœnam arbitrariam prædicta verba designãt prout tradunt Alciatus [b] Rebuffus Restaurus Bartholomæus Belamera & Menochius.

b Alcia. in c. quod ted. n. 16. de offi. ordin Reb. in praxi. benef. ti. declaratio nouæ prouis. ad fin. Restau. in tracta. de imperat. q. 110. n. 38. ca su principi reseruato. Belamer. in tract. de charit. subsid. q. 44. Menoch. li. 2. de arbitr. cẽt. 4. cas. 365.

## ARTICVLVS. XIII.

### *Quomodo intelligenda sit illa clausula, omni appellatione post posita.*

RESpondeo dicendo, quod in omnibus confirmationibus Apostolicis priuilegiorum regularium solet apponi, quod indices delegati procedant ad executionẽ ipsorum priuilegiorum omni appellatione remota, quod etiam in conseruatorijs solet literis apponi, & sic istam clausulam ponũt Paulus Quartus & Pius Quartus & Pius Quintus & Gregorius Decimus tertius in confirmatione & innouatione priuilegiorum fratrum, de quibus fecimus mentionẽ. Pro cuius clausulæ explicatione aduerteq hanc clausulã à sentẽtia definitiua & interlocutoria solus Princeps in rescriptis solet apponere vt in iure c probatur & tradunt Canonistæ. Causam autẽ appellationis ab interlocutoria cũ supra dicta clausula, etiã inferior à Principe solet cõmittere. Vt probatur in iure d. vbi notat Glossa & tenet Imola.

c l. 1. §. fin. ff à quibus. appel. Canonistæ in c. pastoral. & in c. sup quæstionum. §. porro &. §. si vero domino de offi. delega. d l. fi. cũ ibi not. à glos. C. de sẽt. interlocu. omniiudi. Imola in d. l. 1. §. finali. e Bal. in l. 2. C. de appel.

Et aduerte quod legatus à latere nõ potest cõmittere causã appellatione remota nisi expresse hoc sibi sit concessum secundũ e Bald. Hic autem videmus Principẽ non recognoscentem superiorem qui est summus Pontifex cõmittere causas motas super priuilegia regulariũ certis iudicibus vt procedant contra rebelles & cõtradictores quoslibet etiam per quascunq; (de quibus eis vi debitur) cẽsuras & pœnas ecclesiasticas, ac alia opportuna Iuris remedia appellatione postposita. Et dubiũ est, an hoc intelligatur de appellatione legitima, an de friuola appellatione. Pro cuius rei explicatione est notandum, quod appellatio friuola dicitur illa, quę imponitur sine legitima causa, vt quãdo quis appellat vbi non est grauatus iniustè, & in hoc casu idem est dicere friuolam, quod vanam & inanem, & sine iusta causa interpositam, quæ nullum poterit sortiri Iuris effectum, ita declarat [f] Geminianus. Hoc supposito quidam dicunt solum tolli appellationes friuolas, prout refert author & tractatus clausularum, sed contrarium est tenendum in nostro casu. Primo quia Sixtus Quintus in sua confirmatione non dicit, quod procedant iudices in huiusmodi causis appellatione remota. *Sed dicit, quod procedant appellatione quacumque postposita.* Quibus verbis satis indicat omnem remouere appellationem. Secundo quia in tantum lex odio habet appellationes friuolas, quod non solum introduxerit pœnas contra appellantes, verumetiam censetur fieri iniuria iudici à quo, quando friuolè appellatur. Adeo quod potest iudex agere actione in iuriarum, prout tenet Glossa [h] singularis quam sequuntur Geminianus, & Felinus & est alia Glossa expresse hanc tenens opinionem. Vnde cum secundum Iura talis appellatio remoueatur non est credendum, quod summi Pontifices volentes religionibus aliquod priuilegium concedere, quod scilicet ad executionem suorum priuilegiorum procedatur appellatione remota, solum voluerint remouere appellationem friuo

f Gemin. in c. cũ appellationib. col. 2. vers. quæro quid importet de appellatio. g tract. clausul. pagi. 18.

h glo. in l. fi in glo. fi C. quod prouo nõ est necess Gemin. vbi su. colu. 2. & Feli. in. ca. 2 col. 1. de appel. glo. 2 in c. siquis præ post. dist. 50.

friuolā à iure valde remotā. Eorum igitur intentio est apponēdo dictā clausulā in dictis priuilegijs remouere omnē appellationem legitimā, scilicet, & friuolā. Ex prædictis igitur patet, q̄ iudex delegatus cum dicta clausula, nō tenetur deferre appellationi si non est facta in casu expresso in iure, & sic potest procedere ad executionem sentētiæ nō obstante appellatione, nisi facta fuerit inhibitio, vel nisi ex certa scientia Papa cōmisserit appellationem. Licet tamen iudex non teneatur deferre appellationi, tamen si pars appellauerit ex tali causa, quæ si esset vera deberet legitima reputari, quanuis non sit scripta in iure licèt iudex non detulerit tali appellationi, poterit tamen pars adire Principem super tali appellatione, qui potest illā admittere si sibi visum fuerit prout tenet Imola [a] & in iure probatur. Qui ait etiam quòd ad Principem poterit supplicari, sicut à sententia præfecti prætorij non appellatur sed supplicatur prout habetur in iure. [b] Ex quibus infertur quòd licet appellatione pēdente nihil possit innouari vt habetur in toto titulo. ff. nihil innouari appellatione pendente. Hoc tamen fallit si est cōmissa causa appellatione remota, nam hoc casu non obstante appellatione poterit per iudicem à quo appellatum est innouari & sententia executioni mandari secundum Innocentium, [c] & Hostiensem.

a Imola. vbi sup. d. c. pastoralis.

b l. 1. C. de sent. præfec. præt. Autēt. quæ supplicat. C. d̄ precib. imper. offerend.

c Innocent. & Hosti. in c. pastoralis de offi. delegat.

## *ARTICVLVS XIIII.*

### *Quid sibi vult clausula posita in confirmationibus priuilegiorum, inuocato etiā ad hoc auxilio brachij secularis.*

REspondeo dicendo, quòd hæc clausula ponitur in confirmationibus priuilegiorum datis à Pontificibus in superioribus articulis citatis, pro cuius clausulæ explicatione nota quòd delegatus à Papa id delegare potest secundum Imola, [d] receptum ibi à communi, cuius verba sunt, si hoc ordinarius potest vt patet in iure, multo fortius delegatus qui est maior illo in causa sibi delegata prout dicunt Canones. [e] Et licet quandoque in referipto adijciatur clausula inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis, illud est ad superabundantem cautelam, sicut de stylo curiæ interdum exprimuntur clausulæ, quæ suapte natura insunt. Hæc Imola quem ad hoc adducit Nauarrus [f] sequens, & illustrans hanc doctrinam. Ex quo sequitur quod in dictis priuilegiorum confirmationibus fuit dicta clausula apposita ad superabundantem cautelam. Aduerte etiam pro explicatione huius clausulæ, quòd iudices seculares difficillime & ægre ferunt officium suum inuocatum impartiri, ita vt eis videatur facere quid injustum, & sui officij alienum, ac vniuersam regalem & iurisdictionem prorsus destrucre. Qui quidem scandalizantur per sæpè atque irascuntur valde, quando vident ecclesiasticum iudicem sub excommunicationis interminatione eos compellere vt suum exhibeant auxilium. Dicentes ipsum non esse illis superiorem, & sic iure non posse eos excommunicare. Non considerantes ipsos ad id præstandum ab eo compelli posse. Prout habetur in iure. [g] Et tradunt communiter scribentes maximè Abbas, & Iason. Imo ex sententia Menochij [h] iudices seculares qui hoc auxilium ecclesiastico iudici præstare negligunt eius arbitrio puniendi sunt. Verum est tamen quòd praxis solummodo admittit vt inobedientes excommunicatione plectantur, donec mandatis Ecclesiæ paruerint prout tradit Aualos. [i] Vnde quando Summi Pontifices dicunt in dicta confirmatione priuilegiorum quòd iudices ab ipsis delegati pro eorum executione possunt procedere si opus fuerit inuocato ad hoc auxilio seculari: clare innuunt ipsos iudices ecclesiasticos ibi delegatos posse compellere opportunis remedijs iudices seculares ad suum auxilium præstandum. Si enim ipsis hæc compulsio non concederetur ad nihilum talis concessio ipsis præberetur. Quod adeò verum est quòd aliqui iudices seculares ita sint duri in præstando huiusmodi auxilium quòd acta processus ab eis examinanda fore proclamant, & vsque dum eis exhibetur obedire recusant: Quod licet in causis mixti fori eis concedatur iuxta tradita per Doctores. [k] Et tradit post alios Rodin. Crederem tamen profecto contrarium sustineri posse in causis ecclesiasticis prout ait Aualos. [l] Nam si secularis iudex ecclesiastico auxilium suum non debet impendere, nisi examinato processu ac iu-

d Imol. in. c. significasti. n. 3. de offi. delegat.

e c. 1. de offi. ordi. c. sanè el. 2. de offi. delegat.

f Nau. in. ca. cum contingat. 1. reme. n. 1. de reser.

g c. 2. de maled. tradunt scribentes maximè Abbas in. c. 2. n. 2. de offi. ordin. Iason in. l. à Diuo Pio. §. sentētiam Romæ nu. 16. de re iud.

h Menoch. de arbit. lib. 2. cas. 452. n. 41

i Aualos in direct. iudi. eccles. 2. p. c. 13. n. 32.

k DD. in. c. 1 de offi. ord. Rodin. in tract. de maiest. princi. vers. sed. & per legitimos tramites. n. 85.

l Aualos vbi sup. 2. p. c. 13. n. 13.

ac iustitiæ causa prius discussa. Quid igitur operatur communis opinio Doctorum asserentium quòd ecclesiasticus iudex cēsuris queat secularem iudicem cōpellere ad exhibendum auxiliū. Profecto nihil, si quidem in manu cuiuslibet iudicis secularis erit non obedire censuris ecclesiæ. Ac ex causa qualibet dicere processum minime esse iusti ficatum. Quod par in parē facere solet, non tamen inferior aduersus superiorem. Quod etiam comprobari videtur ex eo quia si inter seculares & ecclesiasticum iudicem controuertitur super iurisdictionis competentia, ac præoccupatione ecclesiasticus tamquā superior cognoscere ac iudicare habet an sua sit iurisdictio. Vt eleganter resoluit Couarruuias. [a] Igitur si eadē quæstio inter metipsos suboriatur iudices super causæ & processus iustificatione ecclesiasticam sententiam præualere iustius erit. Et ex eo potissimum id fieri debet quia in similibus controuersijs si sæcularis iudex iniustè ab ecclesiastico fuerit compulsus, eam vim & iniustitiam eius superiores per viam (vt aiunt de la fuerça) dimoueri possunt. Ex quibus patet quomodo iudex ecclesiasticus delegatus ad executionem eorum quæ per priuilegia conceduntur regularibus, potest inuocare auxilium brachij secularis iusta ad id causa suadente.

a Couar. in pract. qu. c. 33. n. 1. vers. quibus & suffragatur.

## ARTICVLVS XV.

### *Quomodo sit intelligenda clausula posita in confirmationibus priuilegiorū scilicet supplentes omnem defectum.*

REspondeo dicendo, quod Sixtus V. in dicta confirmatione priuilegiorū, ad hoc vt ipsa debitū & desideratum effectū sortiantur, addit clausulam sequentem. Supplentes omnes & singulos iuris, *& facti, ac solennitatum etiam iuris & de necessitate, aut alias quomodolibet requisitarum forsan omissarum, & alios quoscunque defectus si qui forsitan interuenerint in eisdem priuilegijs.* Quæ etiam clausula ponitur à Paulo IIII. in sua cōfirmatione licèt nō tā ampla. *Ait enim supplentes omnes iuris & facti defectus si qui forsitan inte ruenerint in eisdem priuilegijs.* Circa quam clausulam est primo notandum q̄ clausulam supplēs omnē defectū non tollit defectus substantiales secundū Hostiensem [b] & alios, quos sequitur Speculator & Parisius. Quando tamen clausula supplet omnē defectū de plenitudine potestatis, in literis apostolicis aut in rescriptis supplet omnes defectus prēter defectū partis supplicantis, quia illum nō videtur tollere: ideo si supplicās esset spurius excōmunicatus vel bigamus, talis clausula nō tollit istū defectum, at si defectus procedunt ex solennitate iuris positiui omissæ, bene tollūtur virtute dictæ clausulæ prout tenet Speculator. [c] Qui ait q̄ non tollit defectus naturales vel ex causa naturali descēdentes ita vt id quod conceditur alicui per rescriptum aut priuilegiū in quo dicta clausula cōtinetur ipsi adiudicetur etiā si sit mēte captus, aut furiosus. Et ita tenent Innocētius [d] & Felinus & est cōmunis doctrina Hostiēsis. Hæc autē ad nostrum propositū applicando dico q̄ tam ample ponitur hæc clausula posita à Sixto V. vt dicam in ea ex certa scientia & deplenitudine potestatis suppleri nō solū defectus iuris positiui indatis priuilegiorū inuētos, sed etiā defectū partis impetrātis. [e] Ita etiam si ipsa pars impetrans esset aliqua excōmunicatione ligata, quapropter priuilegiū ab ea impetratū super alio articulo quā excōmunicationis vel appellationis non valeat sicut nō valet rescriptū ab excōmunicato impetratū prout dicetur in iure. Priuilegia tamē minorum confirmātur ita à Sixto V. vt etiā si ab excōmunicatis essent impetrata valerent, supplet enim ipse de plenitudine potestatis ex certa scientia & motu proprio in eis omnes & singulos iuris & facti, ac solennitatū etiā iuris, & de necessitate aut alias quomodolibet requisitarū forsan omissarum, & alios quoscūq; defectus si fortè interuenerint in eisdem priuilegijs, &c. Et sic voluit Sixtus V. confirmare etiā inualida priuilegia & de nouo ipsa concedere quod clarè indicauerat supra confirmando & innouando ea de plenitudine potestatis, & ex certa scientia & motu proprio. Verum tamen est q̄ non supplet defectū naturalē ex parte impetrātis, scilicet, dolū in impetratione, nā ratione doli sunt literæ impetratæ subreptitiæ. Et hac de causa Leo X. vt habetur in registro

b Hostiē. & alij cōmuniter in c. 1. de trāslact. Speculator in tit. de legat. §. nūc ostēndendum vers. 14. Parisius consi. 5. n. 16. vol. 4

c Speculat. tit. delegat. §. nunc ostēdendū vers. 18.

d Speculat. vbi sup. n. 4 Innoc. in c. suscitatus in fi. de rescript. quem seq. Feli. ibi n. 4. Hostiē. vbi sup.

e c. ipso iure de rescrip. lib. 6.

In supple. fol. 91.

ordinis facto tempore reuerendissimi Ministri generalis Fratris Francisci de Lycheto concessit anno Dñi 1519. in vigilia visitationis B. Mariæ viuæ vocis oraculo, ꝙ omnibus priuilegijs, & indultis & concessionibus in vtroq; foro impetratis per fratrem Ioannē de Costa Cōmissarium quondam vltramontanum quæ habetur in supplemento, quod liceat fratribus minoribus vti securè quāuis fuerint impetratę indebitè absque causa legitima, vel quo vis alio modo indebito etiā malitiosè & mendaciter, dolosè, & huiusmodi. Quæ omnia Dñs Papa habuit pro sufficienter expressis, & suppleuit quoscunq; defectus in tali impetratione factos, & tāquā si debitè & legitimè impetrata fuissent dictis fratribus minoribus licitè vti concessit eisdem.

## ARTICVLVS XVI.

*Vtrûm exemplar deductum ab originali priuilegio valeat non citata parte cui interest.*

REspondeo dicendo, quòd Panormitanus [a] tenet vnum valde notabile & singulare ꝙ contra petentem innouationē alicuius priuilegij seu instrumenti potest is, de cuius prejudicio agitur se opponere & impedire innouationem si probet de suo iure, quia cū hoc tēdat in prejudiciū alterius nūquā debet innouari priuilegiū siue instrumētū nisi citato illo cuius interest. Et si nō apparet de interesse alicuius debet fieri edictū generale, vt quicūq; putauerit sua interesse cōpareat ad contradicendū. Ait tamen Panormitanus [b] ꝙ quando probatio priuilegij fit per eū qui potest de nouo illud cōcedere, nō est necesse citare aliquem ad cōtradicēdum ipsi innouationi, nisi hoc velit facere ad cautelā sicut cōmuniter fit in curia, non solū in innouationibus priuilegiorū, sed etiā quādo fit trāssūptio alicuius priuilegij, secus autē si innouatio fit per inferiorē, quia non valet tūc trāssumptio seu innouatio nisi citata parte, seu præmisso edicto generali. Quare autē requiratur huiusmodi citatio respondet Panormitanus [c] quia in hac innouatione seu trāsumptione seu exēplificatione subest magnū periculū & non minus quam quando testes examinantur. Imo maius cū instrumentū & priuilegiū possit esse falsum latenter, & iudex & notarius de facili nō perpenderent, cū non sint de materia informati. Ideo debet vocari is, cui? interest vt se opponat, si velit, alias exēplar nō valebit vt Doctores cōmuniter [d] dicunt Canonistæ. Et Couarruuias & Legistæ maximè Bartolus & Doctores de Rota. Prout aduertit Baptista de Salis. Dicens quòd in hoc multi errant facientes solum exēplari dicta priuilegia per notariū authoritate iudicis. Et plus dicit Innocentius [e] ꝙ etiam si sit instrumentum quod alium specialiter non tangat vt priuilegium vel indulgentia quibus non est peculiaris aduersarius qui se illis opponat, debent tamen per edictum solenniter citari quos interesse potest, alias non valebit exemplatio nisi fieret per illum qui illud concessit. Vtcunq; tamen sit de iure nos habemus priuilegium concessum per Leonem X. [f] statuentem, *Quod trāssumptis quarūlibet literarum apostolicarū fratribus minoribus regularis obseruantiæ concessarū manu notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius curiæ Ecclesiasticæ, vel personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, in iudicio vel extra, quæ ipsis literis originalibus adhiberetur, si originaliter exhibitæ vel ostensæ forent. Non obstantibus quibuscunq; incontrarium facientibus.* Et sic in literis datis à Clemente V. vsque ad Clementem VIII. iā hæc clausula in eisdē solet cōmuniter apponi. Dicentes ipsi Summi Pontifices. Volumus autem quod præsentium transsumptis etiā impressis manunotarij publici subscriptis & sigillo personæ in dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur quæ adhiberetur originalibus literis si essent exhibitę & ostēsę, hęc clausula ponitur à Sixto V. in confirmatione priuilegiorū sæpè allegata. Quod ipsum Paulus IIII. in cōfirmatione priuilegiorū superius allegata concesserat minoribus. Et alij Pontifices plurimi concessere. Et quam magnū sit indultum ex dictis patet si quidē nullā ad ipsius exēplificationis robur & validitatē requirit citationē, aut generale edictum, ab Innocētio & ab alijs secundū terminos iuris cōmunis desideratū. Imo Iulius II. [g] pro prio motu ac de plenitudine suæ potestatis voluit

a Panor. in c. cū olim el primero de priuil.

b Panor. in c. ex parte

c Panor. in c. Alberi. extra de testi.

d Canonist. in d.c. Albricus. leg. Couar. li. prac. qq. c. 2. vers. fin. legistæ & Barto. in Authent. si quis C. de edent. Bapt. de Salis in sum. v. priui leg. fol. 199. col. 1.

e Innocē in d.c. Alberi.

f Habet. in lib. ord. italico impres. so Venetijs in fi. 2. p.

g In mon. 2 impres. fol. 267. concessio. 698. Et supl. fol. 76. concess. 229.

*voluit & statuit, ac decreuit vt quæcunque concessio Apostolica facta ordini fratrũ Augustinensium vel eiusdem ordinis generali siue directè aut per cõmunicationem priuilegiorũ aliorũ ordinũ eandem omnino vim atq; efficaciã perpetuo habeat tam in iudicio quã extra iudiciũ ac si plũbeo sigillo obsignata esset. Et hoc intelligi voluit, tam de his quæ in forma breuis, quã de his quæ per supplicationes expedita sunt, in quibus placuit vt sola signatura sufficeret. Et idem* [a] *Iulius Secũdus proprio motu, & ex certa scientia ac de plenitudine suæ potestatis decreuit, & mandauit vt quæcunq; priuilegia dicto ordini Augustinẽsium, vel eiusdem ordinis generali, vtcunq; concessa, siue ipsa exẽplaria, siue eorum transsumpta ostẽdantur Prælati alicuius aut publici notarij manu signata, aut etiam generalis dicti ordinis sigillo firmata, eandem omnino vim habeãt, & illis fides adhibeatur, acsi plumbi sigillum haberent.* Quam cõcessionem nõ video reuocatam: licèt enim Sũmi Põtifices modo dicãt, quod vt credatur trãssumptis est necessarium, quod sint subscripta manu publici notarij, & sigillo alicuius persõnæ in dignitate constitutæ munita: nõ reuocant tamẽ priuilegia, hæc non copulatiuè, sed disiunctiuè requirentia. Et his cõsequens est quædam notabilis cõcessio facta à [b] Leo. X. Pontifice maximo, *Qui Sũmus Pontifex statuit & ordinauit, ac decreuit*, quod in quibuscunq; causis per fratres minores obseruantiæ vel cõtra eos in Romana curia, vel extra eã pro tẽpore motis, ad quarum prosecutionẽ & defensionẽ aliqua clausula, vel clausulis ex cõtentis in literis Apostolicis Mare magnũ nuncupatis & alijs quibuscunq; in posterũ postmodũ concedẽdis, indiguerint huius modi fratres mãdata citationes, & inhibitiones, quæ earũ vigore fieri cõtigerint, etiã illarũ nõ inserto tenore, sed solũ effectu clausulæ deputationis, seu cõcessionis, & iurisdictionis huiusmodi, vna cũ clausula rei super qua agitur ex ipsis literis originalibus, aut earum transsumpto authẽtico, de mãdato iudicis coram quo fuerint productæ per notariũ publicum fideliter extractis, perinde eos quos concernent arctent, & processus earũ vigore pro tempore habiti valeant, & eo prætextu, q̃ non inserto tenore delegationis facti fuerint de inualiditate impugnari nequeant, dũmodò in primo actu coram ipso mãdante vel citãte, antequam ad vlteriora procedatur ipsæ literæ originales aut earũ trãssumptum authenticũ exhibeatur. Quodq; clausulæ huiusmodi extractæ vt præfertur, & nõ totus ipsarum literarũ tenor apud acta registrari, & q̃ ipsi iudices etiam delegati Apostolici iuxta clausulæ, vel clausularũ sic corã eis pro tempore productarũ cõtinentiam aut tenorẽ iudicare & diffinire debeant, acsi ipsæ literæ originales, seu earũ trãssumptũ authenticum producta & registrata forent. Et quod præmissis in aliquo per quemcũq; etiam ministris, & alijs fratribus dicti ordinis concedendo nisi eis, & pro tẽpore existẽtibus generalibus, aut suis Cõmissarijs Romanis curiam sequẽtibus vocatis & auditis, & in eisdem contineatur Romanum Pontificẽ pro tempore existentem eosdem desuper vocasse, & adueniss̃e, derogari non possit nec derogatum censeatur.

[a] In 2. impres. fo. 268. concess. 698. & concess. 230. in suppl. fo. 67.

[b] Habetur in lib. ordi. Italico impresso Venetijs in fine 2. partis.

# QVÆSTIO IX.

## De priuilegijs quoad ipsorũ cessationẽ & reuocationẽ, in decem articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæruntur vndecim.*

1 *Vtrũ priuilegia & rescripta Papæ eo mortuo expirent.*

2 *Vtrùm generalis ordinum capitula Generalia, & Prouincialia possint restringere seu tollere à Guardianis, & à fratribus vsum priuilegiorũ Apostolicorũ.*

3 *An priuilegia reuocatione tollantur.*

4 *An priuilegium tempore tollatur.*

5 *An leges derogantes consuetudinem derogent etiam futuram, & immemorialẽ.*

6 *Quomodo intelligitur illa clausula posita in priuilegijs, quod non censeantur reuocata nisi de eis specialis fiat mentio.*
7 *Vtrùm non obstantiæ priuilegiorũ deroget omnia priuilegia quibus opponuntur.*
8 *Vtrùm possimus vti nostris priuilegijs non reuocatis contra inferiores à Papa.*
9 *Vtrùm sublatis priuilegijs alicuius monasterij aut religionis censeantur sublata priuilegia ad instar.*
10 *Vtrùm perdatur priuilegium regularium viuendo ipsis irregulariter.*
11 *Vtrum priuilegiatus possit vti suo priuilegio contra pariter priuilegiatum.*

## ARTICVLVS I.

### *Vtrùm priuilegium Papæ, & eius rescripta expirent mortuo Papa.*

REspondeo dicẽdo, ꝙ aut Papa, Episcopus aut princeps concedit quæda nomine personæ, aut nomine dignitatis: quo suppolito dico primo, quod quãdo ordinarius vt Papa vel Episcopus cõcedit alteri ordinariam iurisdictionẽ, hæc non expirat morte concedentis prout tradit Sylueſter [a] cum Federico, & Antonius Gabriel. Ex quo infertur quod mortuo generali religionis Societatis Iesu non expirat potestas prouincialium, & rectorum in ea Societate, vbi omnes hi patres à patre generali eliguntur cum conſilio patrũ: expirat tamen potestas delegati vt visitatores. Quando vero Papa concedit gratiã nomine personæ (vt cum dicit ad nostræ voluntatis beneplacitum,) expirat mortuo eo prout tradunt Antonius Gabriel, [b] & Couarruuias, similiter mãdatum expirat morte mandãtis vt edictum Episcopi & excõmunicatio ab homine expirat cum autore iuxta tradita à Nauarro [c]. Quando vero Papa cõcedit gratiam nomine dignitatis, & officij non expirat cum Papa, vt si dicat, ad beneplacitũ Romani Pontificis, aut Sedis Apostolicę. Prout tenent autores allegati, & Nauarrus [d] & Didacus Perez, quia hæc res tanquã fauor amplianda est. Vnde infertur, quod Bullæ quæ dantur in fauorem religionis Christianæ, & personarũ ad quas diriguntur nõ expirant mortuo Papa. Sicut gratia eligendi confessorẽ nõ expirat mortuo Papa prout tenent Sylueſt [e]. Paludan. Soto, Nauar. & Corduba. Sicut etiam mortuo Papa nõ expirat indulgentia ab illo data. Sicut etiã literæ dimissoriæ nõ expirant morte vel trãslatione Episcopi concedentis, secundũ sententiã Cardinalis [f] recepti prout tradit Perez. Quãdo verò Papa cõmittit hoc modo Episcopo in illius fauorẽ, vt vnũ vel plura beneficia ad Sedẽ Apostolicã pertinentia ꝙuidere possit quibus maluerit, nec Papa designat personã, hæc gratia non expirat morte Papæ, quia facta est Episcopo iã acceptãti: cæterũ si cõmittat Episcopo vt tale beneficiũ ꝙuideat Petro, tũc re integra expirat gratia mortuo papa, quia ea gratia nõ fit Episcopo, sed Petro, in Petro autem non dũ sortita est illũ effectũ. Prout probatur expresse in iure [g], vbi Ancharranus & Anton. Gabriel, sed Episcopus nõ cõmittit gratiã, sed executionẽ gratiæ, quãuis cũ aliqua li cognitione causæ nõ expirat officiũ executoris morte mãdantis. Vt si episcopo cõmittat Papa vt verificata informatione dispenset nomine Papæ inter quosdã consanguineos, vel in voto religionis: ita Sylues. [h] Armilla, Anton. Gabr. Et probatur in iure. Si quis autẽ dicat hanc dispensationẽ, non tã cõmitti Episcopo vt executori, quã vt iudici delegato: Tunc dicendũ est, ꝙ re non integra potest illã perducere ad plenũ effectũ ꝙut aduertit Anto. Gabriel [i], & sic Gregor. Tertius decimus in literis commissionis directis cuidã Cõmissario generali Cruciatę, quẽ de nouo creauit cõcedit eidem vt finito etiam tẽpore Bullæ Cruciatæ possit ipse Cõmissarius causas intra tempus Bullæ inchoatas perducere ad finem.

a Sylu: ver. gratia. §. 2. Gabr. cõm. opin. tit. de præbend. cõcl. 1. fo. 1576. §. 12.

b Gabr. d. §. 20. Couar. lib. 3. var. c. 15.

c Nau. c. 27. n. 2. & 47.

d Nauar. de redd. q. 3. monit. 8. & in §. in Leuit. notab. 3 Perez in l. 2. tit. 2. lib. 2. ordin.

e Sylu. v. cõfessor. nu. 3. Palud. in 4. d. 17. q. 3. Soto in 4. d. 18 q. 4. ar. 3. Nauar. in Hisp. c. 27. n. 264. Cord. lib. 5. qq. q. 36.

f Cardin. in c. fi. de elec. q. 5. Perez vbi s. pagi. 199.

g Cap. si cui de præben. in 6. vbi Ancharan. Gabriel. vbi supra §. 5. 7. & 15.

h Sylu. ver. gratia §. 2. Armil. §. 5. Gab. vbi supra §. 3. & 8 c. super gratia de offic. delegat: in 6.

i Gabr. vbi sup. §. 35. & 41.

## ARTICVLVS II.

### *Vtrũ generales ordinũ, Capitula generalia, & prouincialia possint restringere, vel tollere à Guardianis vel alijs fratribus vsum priuilegiorum Apostolicorum.*

REspondo dicendo, ꝙ oẽs superiores prę lati, & capitula habẽtia autoritatẽ Apostolicã specialẽ possunt limitare & omnino tollere vsum prædictorũ priuilegiorũ à Guardianis & fratribus, vt planè constat. Atq; adeò reseruationes factę in ordine nostro minorũ in cõstitutionibus Barchinonẽsibus antiquis Mohanis, & Toletanis circa istam

ca istã controuersiã sunt validæ, quia quid quid in his Capitulis generalibus actũ est, cõstat fuisse autoritate Apostolica factũ & confirmatum, quod simili modo est concedendũ loquẽdo de cõstitutionibus quę fiũt circa hoc quæsitum in alijs capitulis generalibus aliarum religionũ. Verum est tamẽ quod prelati generales & prouinciales qui non habẽt authoritatem Apostolicam nõ possunt tollere à Guardianis, neq; à reliquis fratribus vsum priuilegiorũ Apostolicorum, cũ certũ sit nõ posse minores tollere neq; abrogare quod à maioribus gestũ est, nisi in casu quo Guardiani & reliqui abuterẽtur priuilegijs, nã tũc suspẽdere possẽt prædicta priuilegia. Priuilegiũ enim meretur amittere qui male accepta vtitur potestate. Ita tenẽt doctissimi viri. At ego nũquã potui huic sentẽtiæ acquiescere. Nã regula illa magistralis quę habet quod inferior non potest tollere quod à superiore cõcessum est intelligitur quãdo ipse inferior tollit tale priuilegiũ cõcessum contra volũtatem illius cui cõcessum est, at quãdo is qui habet priuilegiũ repudiat illud, absque dubio potest dicti priuilegij vsus tolli per inferiorẽ, nã priuilegiũ vt habet regula iuridica nõ confertur in inuitum. Hinc sequitur quod cũ in capitulis Prouincialibus & Generalibus cõtineatur interpretatiua volũtas totius prouinciæ, & ordinis totius cui cõcessa sunt priuilegia sine autoritate Apostolica possũt tolli & abrogari, & hoc vsu & consuetudine probatur, multa nãq; capitula Prouincialia statuere vt officia ꝓpria sanctorum ordinis non dicerentur in suis festiuitatibus, quanuis sint priuilegia concessa ad ea officia recitanda.

[a] Habetur in suple. fo. 94. concess. 296.

Et aduertendũ quod circa hoc est cõcessio [a] Leonis X. Põtificis Maximi qui cõcessit ꝙ generalis fratrũ minorũ in suo capitulo generali, & quilibet prouincialis in suo capitulo prouinciali (de cõsensu eiusdẽ capituli, vel maioris partis) declarare possit & valeat vtrũ ab vsu alicuius concessionis viuæ vocis oraculo factæ abstinere debeat, ac si cõcessio huiusmodi per sanctitatẽ suã suspensa vel reuocata fuisset. Quæ concessio omnẽ tollit ambiguitatẽ. Aduertẽdum etiã quod Gregor. Tertius decimus die tertia Maij, anno Dñi millesimo quingentesimo septuagesimoquinto, decreuit ne personæ societatis absque expressa superiorum eorum dem licentia vti liceat facultatibus in iubileis, bullis Cruciatæ, confessionalibus, aut alijs quibuscunque Apostolicis indultis quomodocunque hactenus concessis, & in posterum concedendis. Declarat præterea posse superiorem dum huiusmodi licentiam cõcedit, limitare eam ad vsum vnius, aut alterius facultatis, & prohibere vsum reliquarum, etiam eadẽ bulla aut indulto contentarum. Ita refertur in Compendio [b] Societatis. Verum est tamen, ꝙ non possunt dicti prælati virtute horũ indultorum tollere aliquid quod sit contra vsum Sacrorum canonum, quia quæ de iure statuta sunt habent robur obligandi ad culpam aut pœnam secundum ipsius iuris dispositionem, quæ obligatio totaliter à prelatis tolli non potest. Cum secundum iura ciuilia, & sacros Canones inferior licet possit dispensare in lege superioris iusta interueniente causa in casibus particularibus, non tamen potest tollere obligationem inditam à superiori etiam in casibus particularibus, si à superiori ad id non habet autoritatem.

[b] Compẽd. Soci. ti. gratiarum vsus §. 2.

## ARTICVLVS III.

### *Vtrùm priuilegium reuocatione tollatur.*

REspondeo dicendo, ꝙ licet in principe inconstantia reprobatur, quia in principe tãquam in fonte iustitia debet esse cõstans volũtas, & principibus conuenit illud verbũ, semel locutus est Deus, & quod scripsi scripsi. Ideò princeps debet habere vnũ calamũ, & vnam linguã, & nõ plures, quia scriptum est. Quæ procedũt de labijs meis non faciã irrita. Vnde debet esse immobilis sicut lapis angularis, & sicut polus in cœlo. Prout ait Bald. [d]. Et ideò quando princeps reuocat quod fecit etiã motu ꝓprio dicitur circunuentus, adeò vt cõtrarium probari nõ possit: iuxta ea quæ tradit Decius [e] de reuocatione cõcessionis principis. At quãuis hoc in principe desideretur, cum sit homo sicut alij homines nõ erit ab eo alienum mutare suas leges & cõstitutiones pro qualitate tẽporum: propter quod, tot vt videmus habet cõsilia regalia, & tot comitia quotidie celebrantur, in quibus de statu totius regni diligẽter scrutatur: secundum quod examen sæpè sæpius antiquæ, & nouæ leges variantur. Vnde ipsis

[d] Bald. cõsi. 279. pridiè enim volu. 3.

[e] Decius in reg. nemo potest mutare de reg. iur.

a l. nonnun quã in prin cip. vbi glo. C. de collat. bonor. Marian. in ca. si diligẽti, de foro compe tẽ. Cagnol. in l. nemo potest mutare. n. 5. ff. de reg. iur. Emili. cõs. 130. n. 4. Bald. in l. nõ videtur C. de in integ. restitu. b 3. de anim. c Bald. in l. vn. n. 5. C. d his qui ant. apert. tabul. Barbac. cõsi. 102. & cõsil. 13. in fin. volum. 1. Gom. in §. omniũ. n. 29. instit. de act. Curt. in l. admonẽ nu. 221. ff. de iureiurã. d Corras. in tracta. com. opin. li. 1. ti. 6. n. 25. e Alex. cõsi. 216. volu. 2. col. 4. vers. 2. no. Fel. in c. quæ in Eccleſiarũ, de cõst. vers. 5. declaratio. f Decius in d. ca. quæ in Eccleſiarũ. vers. præter ea ad finẽ. & in c. nouit. d iudic. in 4. chart. vers. ic y cõclusiõ. g c. veniens de rescr. gl. in sum. 25. q 2. in fi. Abb. in c. 1. de res

non solũ est sapiẽtissimum & laudabile, sed etiam necessarium mutare propositum in melius, vt ait Iurisconsultus [a] Papinianus. Et tradunt Marianus Cagnolus & Baldus post Emilium. Et rationes huius doctrinæ aliquæ à doctoribus tradũtur. Quarum præcipua & philosophica est quia pro hoc statu iuxta dictum [b] Philosophi oportet intelligentem phãtasmata speculari, & propter diuersitatem phantasmatum, quæ indies in hominibus generãtur diuersæ intelligẽtiæ gignũtur, à quibus variatio resultat. Et hanc rationẽ adducunt [c] Baldus Barbacia, Gomez, & Curtius. Deniq; qui non vult præcipitanter agere oportet aliquando variare, cum bonus quandoque dormitet Homerus. Vt notat ample [d] Corrasius. Vnde si oportet principem mutare suas leges pro varietate temporum, quæ nũquam sine magna deliberatione eduntur, cur non affirmabimus, posse sua priuilegia reuocare, quæ non tanta cum deliberatione cõceduntur? Et quod Princeps possit suum mutare priuilegium tenet [e] Alexander, & Felinus pro indubitatoːimo est in ipso speciale quod etiam sine causa posset illud reuocare. Prout resoluit doctissimè [f] Decius. Veruntamen est, quod debet constare de voluntate principis volentis reuocare. Et clausula non obstante hoc operatur. Pro cuius rei intelligentia est notandum, quod tolli tur priuilegium contrario priuilegio posteriori de priori mentionem faciente, quod si huiusmodi mentionẽ nullam fecerit, quanuis posterius sit ac speciale non ideò tamen priori generali derogare censetur, ratione cuius alicui est iam ius quæsitum. Prout tradit in [g] iure, & notant glossa, Abbas, Decius, Felinus, Ripa, & Curtius Iunior. Imò si illud ius ad rem adeò altè radices egisset, vt verosimile non sit Summum Põtificem illud auferre voluisse, idem quod de iure in re erit iudicandum.

Et nota, quod non tantum prioris priuilegij, sed etiam clausulæ derogatoriæ, si quæ ei insit mentionem facere debet priuilegiũ secundum vt valeat. In tantum quod si duplex derogatoria clausula adsit, vtriusque mentio fieri debet: prout tradit [h] Ruinus. Et sic patet, quare Sixtus Quintus Pontifex maximus, & alij Summi Pontifices in confirmatione priuilegiorum regularium: in clausula, Non obstantibus &c. nõ solum mentionem fecerunt de clausulis derogatorijs, sed etiam de clausulis derogatoriarũ derogatorijs. Verum est tamen quod si posterius priuilegium legis formam, nomenque habeat, potest antiquius quanuis derogatoria clausula munitum auferre. Prout tradunt i Calderinus & Felinus. Non tamen credas ad legis formam dici concessum priuilegium si clausula illa consueta clausum fuerit.

Videlicet nulli ergo hominũ liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire.

Sed vt supra dicta clariora fiant, & omnibus huius articuli difficultatibus plenius satis fiat oportet inuestigare. An quando princeps concedit secundum priuilegium videatur derogare primo? Et an vnum priuilegium deroget alteri? Ad quod dico primo, quod si vnum est speciale, & aliud generale, speciale derogat generali, si generale contineat ius ad rem, secus si contineat ius in re, prout tradit Abbas [k]. Nec refert an generale præcedat, vel sequatur, prout in iure [l] notatur. Si vero vtrumque est generale, vel vtrumque est speciale tunc secundum Abbatem si vtrumque est clausum in corpore iuris, secundum tollit primum. Ratio est secundum eum, quia ita iudicamus de priuilegio in iure incluso, q̃ de iure ipso iuxta quandam glossam [m], & Felinum, & clarum est, quod ius secundũ non faciens mentionem de præcedenti iure tenet iuxta ea quæ notantur in iure. [n]

Ex hac decisione Abbatis, quæ probatur ab omnibus, pondera, quod non solum princeps præsumitur habere iura communia & generalia in scrutinio pectoris sui, sed etiam iura particularia, & decisiones particulares, insertas tamen in iure. Quod est bene notandum ad intelligendum & limitandum o ius definiens, quod particulares decisiones non censetur habere in scrutinio sui pectoris:

Secundo dico, quod si primum priuilegium tantum est inclusum in corpore iuris & secundum non, secundum priuilegium tenet, & primum censetur derogatum dũ modo de eo fiat mentio, quia secundũ Abbatem, ex quo primum est clausum in corpore iuris dicitur esse ius, & sic secundum priuilegium contra illud ius debet facere mentionẽ de illo iure, iuxta quandam glossam [p]. At q Bossius cum communi tenet contra Abbatem. Videlicet, quod secundũ non

cri: & in d.c veniẽs. Decius cõsil. 147. Feli. & Ruper. in d c. 1. Curcius cõsi. 1. n. 50. cũ seq. de rescriptis.

h Ruin. cõsi 128. n. 8. lib. 1

i Calder. cõsi. 15. sub Rubric. de priuil. Feli. in c accedentes de priui.

k Abb. in c. i. col. 3. d rescriptis.

l c. Abb. de rescri. notatur. in regu. gener. de regu. iur. in. 6.

m Glo. in c. vt cir. §. 1. in v. corporali ibi. itẽ priuilegiũ de electio. li. 6. Felin. in d. c. 7 8. col. circa princi.

n c. 2. de cõstitu. libr. 6.

o d. c. 1.

p Glo. in d. c. 1. v. noſcatur.

q. Bosi. in pract. crim. tit. de principe. & priuil. n. 316.

non clàusum in corpore iuris tollit primũ licet de eo non faciat mentionem. Et ratio est quia postquam princeps vult secundũ esse priuilegium, quia ipsum appellat priuilegium, vel ipsum designat sigillo priuilegiorum,& cum dicatur priuilegium,quia priuat legem, certè apparet quod vult tollere legem contrariam, & per consequens aliud priuilegium contrarium in corpore iuris insertum. Ita declarat Baldus [a] quem cæteri communiter sequuntur.

[a] Bald. in l. item lapilli colu.2.ff. de rer.diuis.

Nec obstat quod ab Abbate in contrarium adducitur: nam respondetur quod quando priuilegium est insertum in corpore iuris censetur ius, & ideò aliud secundum priuilegium debet valere, etiam nõ facta de eo mẽtione cum sit conclusio communis quod priuilegium valet licet non faciat mentionem de iure contra quod emanat,vt probat quædam glossa [b], de qua latè Felinus.

[b] Glos.in d. c.1.v. noscatur ad finẽ. Felin. in ca. nonnulli 2. fallent.2. regul. de rescript.

Sed contra hanc opinionem communẽ contra Abbatem, adest nobis glossa [c]. At dic quod nos loquimur quando contra primum priuilegium insertum emanat aliud priuilegium. At opinio dictæ glossæ non loquitur in alia concessione priuilegij, sed in dispositione reuocatoria & derogatoria tantum. Et ratio diuersitatis est, nam si secunda concessio est priuilegium debemus dicere,quod sit priuatiua legis, vnde debet tollere primum cum ad hoc sit concessum. Sed dispositio derogatoria non est cõcessa vt tollat ius, imò est concessa vt redigat nos ad ius commune.Et sic nimirùm si non tollat illud priuilegium insertũ, nisi de eo faciat mentionem.Ex quibus satis apparet quod si primum priuilegium nõ esset clausum in corpore iuris dispositio derogatoria tolleret illud licet de eo non faceret mẽtionem specialem. Et ideò nõ iuridicè fuit loquutus [d] Alexander, qui tenet oppositum dicens quod generalis abolitio primi priuilegij, quod non est insertum in iure, non tollit illud, nisi de eo faciat specialem mentionem.Hoc enim solum de priuilegio clauso in iure est concedendum iuxta notata in iure. [e] Vnde nunquam dispositio generalis trahitur ad casum particularem in corpore iuris insertum iuxta notata per Iasonem f.

[c] Gloss. in Auth. qua in prouincia C.vb.de crim. agi. oportet.

[d] Alex. cõs. vltim.4.volum. in fin.

[e] l.3. iunct. gloss. C. de silentiar. & decurion'.

[f] Iason.in l. 1.col.3.ff.solut.mat.

Adest etiam contra dictam doctrinam: nam, licet princeps qui habet notitiam primi priuilegij videatur illud tollere, non tamẽ sic de facili videtur tollere ius tertij, quod quidem resultat ex primo priuilegio iuxta quandam legem [g]. Sed respondetur hoc procedere in dubio, nos autem loquimur in casu claro,quando scilicet princeps scit illud priuilegium, & consequenter scit etiam quod ex eo acquisitum est ius priuilegiato, & ideo si per secundum priuilegium tollat primum consequenter tollit etiam ius resultans ex tali priuilegio. Ex quo infertur ampliatio quædam notabilis ad doctrinam Baldi superius notatã, quod scilicet non solum vbi fit secundum priuilegium tollitur primum, sed etiam tollitur ius tertij.

[g] l.nec auus C. de emancipat. libero.

Tertio dico secundum Abbatem [h],quod vbi sunt duo priuilegia non clausa in corpore iuris, licèt sint contraria, vnum non tollit aliud, siue ambo sint specialia, siue generalia, imo attenditur primum prout colligitur ex quadam Decretali [i],quod intellige etiam si impetrentur hæc duo ab eodem siue à diuersis, quia hoc casu etiam secundum non tollit primum, nisi de eo esset mentio facta.Prout in eadem decretali continetur.Item, intellige quod secundum priuilegium non tollit primum etiamsi primum sit generale & contineat ius. Prout tradunt latè [k] Felinus,& Decius.

[h] Abbat. in d.c.1.

[i] c. veniens de rescript.

[k] Feli.&Decius in d.c. 1.

## ARTICVLVS IIII.

### An priuilegium tempore tollatur.

REspondeo dicendo primo, quòd priuilegium concessum ad tempus cessat elapso tempore iuxta quandã legem [l] loquentem de securitate cõcessa debitori, vt non possit conueniri infra certum tempus, sentit enim clarè quod cessat elapso tempore, cum alias illa securitas non concederetur.Ita probat Abbas [m] & communiter scribentes. Et sic expirat ipso iure sine alia declaratione, iuxta quandam Decretalem, [n] vbi notat Baldus. Et ideò relegati ad tempus possunt finito tẽpore redire domum sine licentia principis secũdum Baldum [o] communiter receptum, & Franciscum de Cremona multa ad hoc accumulantem. Secundo dico, quòd priuilegium concessum ex certa causa expressa, vel tacita, cessat cessante causa: iuxta quandam Decretalem [p] determinantem,quod priuilegium decimandi concessum

[l] Quoties C. de prec. imperat.offer.

[m] Abbas in c.cum accessissent vlti. col. de constit.

[n] c. de causis de offic. deleg. vbi notat Bald.

[o] Bald.in c. ex literis de constit. Cremo. singul. 47. consulimus heri.

[p] Ca. suggestum de decimis.

cessum monachis certi ordinis fuit retractatum, quia postea multum creuerunt monasteria illius ordinis, & ratio quare à principio fuerat ipsum dictum priuilegium cõcessum (scilicet, paruum præiudicium quod sequebatur illis, cõtra quos decimabatur) iam cessauerat propter multitudinem monasteriorum. Et hanc sententiam tenet cum communi Panormitanus. [a]

Tertio dico quod priuilegium consistens in facto tollitur per non vsum decem annorum iuxta quandam legem, [b] & non solum procedit in priuilegio concesso priuato, vt in ea lege notatur, & tenet Baldus, [c] verumetiam si concessum sit ciuitati prout tenent Bartolus [d] & communiter Doctores. At contra ecclesiam non præscribitur secũdum ius commune nisi spatio quadraginta annorum iuxta ea quæ iam sunt tacta in superioribus, vbi allegauimus priuilegium Benedictinis concessum, quo eorum bona & iura non minori quam sexaginta annorum spatio præscribũtur, & infra in quæstione de præscriptione aliam referam concessionem, quæ non minori, quam centum annorum dicta regularium bona præscribuntur.

Quarto dico, quod quando priuilegium conceditur in liberam voluntatem alicuius est perpetuum. Ita Doctores [e] communiter. Sed hoc declaratione indiget. Pro quo est aduertendum, quod aut hæc libera voluntas respicit tempus, aut ipsum priuilegium: si respicit tempus procedit limitatio alias secus. Exemplis hoc illustratur. Concedimus tibi tale priuilegium quando volueris, vel quandocumq; tibi libebit non est dubium quin priuilegium sit perpetuum, quia ita ostendũt verba. Et hoc est de mẽte Principis: sed si dicatur, si volueris, priuilegiũ propter hoc non erit perpetuum, quia solum exprimitur quod tacite inest, & hoc secundum [f] ius nihil operatur. Et idem est si dicatur, ad libitum voluntatis tuæ, ac si dicatur si volueris, non enim tale verbum respicit tempus, sed ipsum priuilegium.

Quinto dico, quod priuilegium in non faciendo tollitur vnico actu contraueniedo: censetur enim renuntiare priuilegio iuxta id quod in Iuribus [g] notatur. Quod procedit nisi fiat protestatio in contrarium, iuxta doctrinam Bartoli [h] communiter receptam. Intelligitur etiam quando quis contraueniret directò, alias secus secundum Panormitanũ [i]. Et dicitur contrauenire directo quando est concessum vnum priuilegium tantum, & quis venit contra illud faciendo actum contrarium priuilegio, vt dicitur in iure [k] Sed si esset concessum priuilegium generale alicui vt esset exemptus ab omnibus oneribus, vel etiam à tribus, vel quatuor tantum, certe in his casibus cõtraueniendo quoad vnum, non censeretur quis contrauenire directo, & ideo propter hoc non amitteret alia sua priuilegia. Pro quo est textus expressus, [l] quod etiã procedit in priuilegio habente actum momentaneum, vt quando alicui ecclesiæ conceditur, vt non habeat primicerium, & postea Canonici contrauenerint, aliquem videlicet in primicerium eligendo, prout in Iurem notatur. At in priuilegio habente actum successiuum non procedit. Putà si habeo priuilegium nõ soluendi collectas, vel alias, exactiones. Quod vt vides habet actum successiuum semel soluendo etiam sine protestatione nõ fit mihi præiudiciũ, secũdum [n] Bartolũ, quẽ sequitur Alexander in multis suorum Consiliorum locis quæ allegat Bossius. Qui aduertit quod siue priuilegiũ consistat in faciendo siue non, nunquam perditur quando potest capi alia coniectura quam renuntiationis priuilegij secundum Glossam [o] communiter receptam.

a Panor. in d. c. cũ accessissent.
b l. 1. de nũdinis.
c l. omnes populi. ff. de iurisd. omn. iudicum.
d Bart. in d. l. 1. dd. in l. fin. 2. de cõstit. princi. & in d. c. cũ accessissent.
e DD. in locis allegatis
f l. 3. ff. de legat. 1.
g l. interemptorẽ & vẽditorem C. de pact. d. c. cũ accessiss.
h Bart in l. 1 C. de his qui spõ. mususcepe.
i Pano. in d. c. cũ accessi.
k d. c. cũ accessi.
l l. voluntarie. C. de excusat. tuto.
m d. c. cũ accessi.
n Bart. in d. l. fin. infr. de cõsti. princ. Alex. cõsil. 193. Ex themate volumi. 2. Bossi. in pra. crim. tit. de princ. & priui. eius n. 320.
o glos. in c. pro illorũ d. præbend. & DD. cõmunit. vbi sup.

## ARTICVLVS. V.

### *Vtrùm leges derogantes consuetudinem derogent etiam futuram, & etiam immemorialem.*

RESpondeo dicendo, hoc dubium quantum ad primam partem iam in superioribus quæstione sexta nõ ex proposito esse tractatum. Nunc autem libuit in præsentiarũ (cum videatur esse proprius locus) ipsum discutere. Et prout late constat ex traditis a Baldo [p] Nouelo, aut lex in aliqua materia expresse derogat præteritæ consuetudini, & etiam futuræ, & tunc sine dubio non valet consuetudo postea emanãs, aut simpliciter derogat non faciendo mentionem de præterita vel futura consuetudine. Putà, Non obstante aliqua consuetudine in contrarium, & tunc ex quo loquitur ita indefinite debet intelligi derogatũ etiam futuræ, nisi cõsuetudo de nouo esset introducta ex noua causa a principio non cogi-

p Nouel. de dote 6. par. princ. priui. 21. n. 18. & 19 volum. 6. in tract. diuer. docto. folio 168. in antiq.

cogitata propter varietatem temporum, vel ex præterita, quæ erat verisimiliter incognita ipsi Legumlatori. Et idem est dicẽ dum etiamsi lex in hac specie deroget expresse futuræ consuetudini, quia ad nouã causam habentem rationabilem prouisionem nouiter factam se non extendit talis clausula generalis derogatoria, de qua si fuisset cogitatũ nõ fuisset sic generaliter derogatũ argumẽto cuiusdã legis. [a] Intelligitur enim rebus sic stãtibus & se habẽtibus iuxta aliã legem. [b] Aut fuit facta mentio de præterita consuetudine eam abrogante, & tunc aut fuit expressum de irrationabilitate dictæ consuetudinis, & videtur reproba ta etiam futura cõsuetudo in contrarium, secus si dicta ratio non subesset, vel propter varietatem temporum, vel alio modo, quia tunc valeret consuetudo postea contraria. Et hanc conclusionem vt communẽ, quatuor adiectis conclusionibus, & ex plurium Doctorum authoritate ponunt, & sequuntur Couarruuias, [c] & nouissime alios multos allegans doctissimus Gutierrez, & iuxta hæc sunt intelligenda dicta in quæstione sexta superius allegata.

a l.si hominẽ.ff.mãda. b l.quod seruus.ff.de cõdit.ob caus. c Coua.li.3. var.ca.13.n. 14. Gutie. li. 3.pract.q.32 d Glossa in Auth.vt de cætero nõ fiãt cõmut. ver. præscriptio. Boeri. decis. 39. n. 12. Fel in rubri.de præs. n.18. Otalo. de nobili.3. p.c.7.nu.11. Cou.vbisu. nu.5. Tiraq. de retract. cõuent.§.1. glos.2.n.25. Menes. in l. 2.n.29. C.de seruit.& aq. Auẽda.resp 16.n.1. Mieres de maio. 4.p.q.20. n. 50. Velaz. in l.6.tau. glos 11.n.9.

Et aduertendum, quod immemorialis cõsuetudo siue præscriptio nunquam à lege censetur excluſa, etiamsi omnis consuetudo excludatur, nisi specialiter ipsa rejiciatur, iuxta Glossam [d] singularẽ: quã sequuntur Boerius, Felinus, Otalora, Couarruuias Tiraquelus, Menesius, Auendañus, Mieres, & Velazquez.

## ARTICVLVS VI.

### *Quomodo intelligitur illa clausula posita in aliquibus priuilegijs, scilicet, quod nõ censeantur reuocata, nisi de eis fiat mentio de verbo ad verbum.*

REspondeo dicendo, quod hoc dubium proponitur, quia in aliquibus & pluribus concessionibus, de quibus infra, & in Marimagno minorum, & in alijs priuilegijs continetur quod non intelligantur reuocata nisi de eis fiat mentio de verbo ad verbum. Verbi gratia, conceditur nobis vt non teneamur ad procurationem legatorum etiamsi in literis eorundem dicatur, vt tam exempti, quam non exempti teneantur ad hoc onus, nisi de hoc indulto nobis concesso fiat mentio de verbo ad verbum. Postea Papa concedit legato vt possit exigere procurationem à quibuscumque personis etiam exemptis, quamuis alia habeãt priuilegia, quod de eis fit facienda mentio de verbo ad verbum, quæ voluit in literis legatis haberi pro expressis, quæritur nunc, vtrum per has literas legatorum fit derogatum priuilegio nostro, & sic de similibus.

Et licet super hoc multi multa dicerent, tamen semper maior, & solemnior pars doctorum tenuit priuilegio nostro derogatum esse, & Felinus [e] copiose tractans hanc quæstionem, & ibi adducens omnes super ea scribentes concludit, quod si hoc habet stylus Curiæ sine dubio derogatum esse priori priuilegio. Et quod hoc habeat stylus Curiæ est plusquã manifestum, cum in nullis reuocationibus literæ priores inserantur, nisi aliquando ad abundantiorem cautelam, ac propterea non debent opinari fratres quod sua priuilegia sunt immobilia, sicut si essent ligatæ manus Pontificum, vt non possent derogare concessa à se, vel à suis prædecessoribus, nisi illa insererẽtur, cum esset impossibile omnia scire cum sint innumerabilia & peculiaria.

e Feli. in cã. nõnulli. de rescrip.

Vnde Sixtus V. & alij summi Pontifices eius prædecessores in clausulis non obstãti bus. &c. positis in suis priuilegijs aut constitutionibus dicunt ibi. *Decreta obseruanda esse nõ obstantibus quibuscumq; etiã si in eis caueatur expresse, quod illis nullatenus, aut nõ vsi sub certo modo & forma derogari posse tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inseri forent præsentibus pro sufficiẽter expressis, & insertis habentes motu proprio, scientia & autoritate similibus derogamus.* Hæc Sixtus V. in confirmatione priuilegiorũ ordinum minorum de obseruantia,

Ex quibus colligitur quomodo sit intelligendum priuilegium concessum fratribus prædicatoribus ab Eugenio [f] IIII. & Benedictis ab eodem Eugenio. IIII. & Leone X. scilicet, q̃ nullæ literæ seu priuilegia Apostolica quibusuis personis, & quibusuis collegijs

f Hab. in cõ pẽ. Societ. titu. priuileg. §.8. & in cõ pẽ. Cistertij eod. verb. § 7.

legijs, vniuersitatibus, seu cõuentibus concessa contra tenorẽ priuilegiorũ mendicãtium & Benedictinorũ, & eorũ qui per viã cõmunicationis gaudẽt priuilegijs eorum præiudicãt dictis religionibus eiusq; domibus, locis, aut personis, nisi in eis cũ expressione dictorum ordinum, & illorum religiosorum, ac illorum domibus, ac eis concessis priuilegijs, nec de generali cuiuslibet dictorum ordinũ qui pro tempore erunt specialiter, ac expressè ac de verbo ad verbum mentio facta fuerit.

Et aduertendum quod facta reuocatione generali priuilegiorum non censentur reuocata priuilegia regularium, cum priuilegia regularibus propter merita concedantur, vt ait [a] Mãdosius, & priuilegia propter merita nunquam in dubio reuocẽtur, licet in reuocationibus verba generalia, & gemi nata apponantur, prout tradunt [b] Mandosius, & Bursatus.

[a] Mãdos. regul. Cãcel. 13.q.8.nu.6.
[b] Mãdos. in reg. Cãcel. 11. de reuocat. q. 13.n. 6. & seq. & Burs. tom. 2. cons. 138. nu. 77.

## ARTICVLVS VII.

### *Vtrùm nõ obstantiæ positæ in dictis confirmationibus, & in Bullis derogent in totũ priuilegia quibus apponũtur.*

REspõdeo dicendo, aduertendum esse an Bullæ cõcedentes priuilegia derogent in partẽ vel in totũ prioribus priuilegijs, in alijs bullis cõcessis? Nã licet habeant secundas Bullas magnas non obstantias, & amplas generalitates, nõ derogant nisi illis cõtra quæ sunt, verbi gratia. Ego habeo priuilegiũ vt in partes Hierosolymitanas possim transire, posteà prohibetur quod in illas partes vllus transeat non obstantibus quibuscunq; priuilegijs concessis ordinibus, vel personis, &c. etiamsi de eis eorũq; totis tenoribus, &c. nũquid nõ potero proficisci ad Cõpostellam cũ habeam aliud priuilegium hoc mihi concedens? Si diceretur quod non, quia omnibus priuilegijs est derogatũ, absurdum certè cõcederetur. Ideò dicta clausula est explicanda iuxta terminos cõcessionis scilicet, quod omnibus priuilegijs sit derogatũ quoad transeũdum in Hierusalem. Vnde infertur quod licet in Bulla Cruciatæ fiat suspensio generalis omnium priuilegiorum, illa tamen generalis suspẽsio debet restringi ad ea priuilegia solum quæ sunt eadem cum priuilegijs concessis in dicta Bulla Cruciatæ. Vt priuilegium temporis interdicti celebrandi. Et priuilegium eligendi confessorem; & priuilegium indulgentiarũ. Hæc enim impediunt expeditionem. Et ideò in dicta Bulla Cruciatæ suspenduntur, non autem priuilegia super alias materias vel in Bullis Cruciatæ non cõtenta. Quia absurdũ esset quod suspenderet illud quod mihi non potest præbere, quia non habet. De quo dicemus latè infrà in quæstione de Bulla Cruciatæ. Hęc doctrina à simili confirmatur nã priuilegiũ conceditur secundũ qualitatẽ personarum, & sic priuilegium testãdi concessum militi videtur ei concessum quasi militi, ideò iure militari testari potest argumẽto eiusdẽ legis [c], cũ autem Pagano conceditur facere testamentũ videtur concessum quasi Pagano, vt iure cõmuni testari possit secundum glossam [d] singularẽ: nam sermo debet intelligi secundũ conditionem personæ ad quã dirigitur. Prout colligitur ex iure [e] tenent Bartol. & Dinus, & similiter non obstantia generalis debet intelligi, & limitari secundũ naturã priuilegiorum, ad quorum bonam executionẽ apponitur dicta clausula. Et sic tenent cõmuniter doctores, quod tũc non obstãtia generalis non extenditur ad aliquod priuilegium, quando aliunde habetur quod ad ipsum non extenditur. Vt probat lex optima [f] quã ibi notat Bartolus & reputat singularem Angelus in summa Angelica, & Syluestrina.

[c] l. ex militari. §. sed vtrum. ff. de milit. test.
[d] Glos. in l. si quãdo. ff. de inoffic. test.
[e] l. plenũ. §. æquitas. ff. de vsu fruc. Bart. in d. l. ex milit. Dinus in cap. quæ à iure de reg. iur. in 6.
[f] l. omnes in vers. spiritualiter, & nominatim C. de præsc. 30. ann. vbi Bald. & Angelica verbo, excommunicat. 5. cas. 31. glos. verbo. emptio. q. 11.

## ARTICVLVS VIII.

### *Vtrũ possimus vti priuilegijs nostris non reuocatis contra inferiores à Papa.*

REspondeo dicendo, q̃ non obstante contradictione quorumcunq; prælatorum secularium priuilegijs nobis quomodolibet cõcessis vti possumus. Et ipsi nisi desistiterint, excõmunicationis pænã incurrunt, quidquid per eos in cõtrarium factum fuerit irritum est, & inane. Ita concessit Iulius Secundus cõgregationi [g] montis Oliueti. Imò quicunq; contra concessionis huiusmodi tenorem ire ausi fuerint tam quam excommunicati publicari possunt. Et si clerici sunt dignitatibus beneficijs Ecclesiasticis priuandi veniunt, ita vt à quocunque impetrari valeant. Prout concessit Leo decimus Augustinianis. Et refertur in Compendio Societatis [h] Iesu. Vnde clausula posita in confirmationibus dicto-

[g] Congreg. mont. Oliuet. priuil. 32. fol. 97.
[h] Comp. Societ. §. 10.

dictorũ priuilegiorũ, *videlicet cõtradictores quoslibet & rebelles etiã per quascũq; (de quibus eis videbitur) censuras pœnas Ecclesiasticas & alia opportuna iuris remedia appellatione postposita compescendo*, Debet ampliari vt etiam per remedium priuilegiorũ declarando eos esse excommunicatos cõpellantur ad obedientiam illis præstandam. Et si fuerint ecclesiastici dignitatibus & beneficijs ecclesiasticis possunt priuari. Non tamen possunt declarare ipsos esse priuatos, nec inhabiles ad alia beneficia obtinenda cum tales pœnæ in dictis priuilegijs minime animaduertantur, & priuilegiati debeant se continere intra limites suorum priuilegiorum pœnalium. Non enim vlterius ea protendere possunt prout dicitur in iure. [a] Ideoque in priuilegijs non fit extensio de causa ad causam neque de persona ad personam ex identitate rationis. Prout aiunt iura, [b] & tradunt Cardinalis Thomas Grammaticus, Bartolus & scribentes. Animaduertendum tamen quod non possunt declarare dictos contradictores & inobedientes esse violatores Ecclesiasticæ libertatis infringendo priuilegia concernentia regulares, tunc enim violatur ecclesiastica libertas quando violatur priuilegium super generalem libertatem ecclesiæ quoad omnes ecclesiasticos. Prout tradit eleganter Syluester.[c] Quando autem franguntur priuilegia concernentia statum religiosum non læditur libertas generalis clericorum sed tantum libertas & immunitas monachalis & priuilegia supradicta. Prout concludit Syluester.[d] Loquens de priuilegio quodam exemptionis ordinis Cistercienſis. Aduerte etiã quod iudices non possunt punire contradictores & inobedientes ipsis priuilegijs quãdo hoc faciunt moti aliqua magna & quasi extrema necessitate id postulãte. Vt si vellẽt magistratus compellere regulares ad solutionem alicuius collectæ, tempore alicuius maximę necessitatis, priuilegia enim non habent locum in tempore necessitatis, ratione cuius Summa iuris præcepta infringi solent & non humana solum, sed etiam diuina limitari. Prout notatur in sacris canonibus & constat ex late traditis à Romano & Azeuedo.

a c. Capella extra de priuil.
b c. priuil. de reg. iuris in. 6. Clem. 1 de censibus Card. in Clemen. 1. q. 6. de test. Grãma. in decis. 28. n. 31. Bartol. & scribẽtes in l. 1. ff. de constit. principum.
c Syluest. v. immunitas. 2. n. 2.
d c. discipulos d. cõcer. d. 5. Rom n. 9. in l. si vero §. si vero. 2. Galene. 54. ff. solut. matri. Azeued. lib. 1. nouæ compil. tit. 3 li. 11. pag. 54 col. 1.

## ARTICVLVS IX.

*Vtrùm sublatis priuilegijs alicuius monasterij aut religionis censeantur sublata priuilegia ad instar.*

REspondeo dicendo, quod sublatis priuilegijs alicuius ecclesiæ Hospitalis ordinis vel societatis non censentur sublata priuilegia concessa alijs ad instar earum. Sicut priuilegia concessa Academiæ Complutensi ad instar priuilegiorũ Academiæ Salmanticensis, si Salmanticẽsis perdat sua non perdit ea Academia Cõplutensis. Ita Baldus receptus. Et ratio est quoniam huiusmodi priuilegia non pendent ab alijs quoad conseruationem sed quoad productionem, sunt enim iam facta propria earũ religionum aut societatũ quibus ad instar sunt cõcessa. Vnde infertur quod licet Pius Quintus, Pontifex maximus extinxerit ordinẽ humiliatorũ eius tamen ordinis priuilegia concessa per viã cõmunicationis alijs religionibus non pereunt quantum ad dictas religiones quibus concessa sunt & sunt facta propria licet sint extincta quantũ ad dictum ordinem humiliatorum. Extincta enim re extinguitur priuilegium tali rei cõcessum. (Prout notatur in iure,[e]) quando, scilicet, propter eius culpam destruitur sicut propter culpam religiosorum humiliatorum fuit eorũ religio totaliter extincta.

e De consec. d. n. c. placuit 16. q. 7.

## ARTICVLVS X.

*Vtrùm perdatur priuilegium regularium non viuẽdo ipsis regulariter.*

REspondeo dicendo, quod secundum Baldum [f] illud prouerbium, si nomine priueris neque rem habere mereris, est verum si nomen significat substantiam vel qualitatem necessariã inesse alicui subiecto quod clarè indicant iura. [g] Secus si significat solum simplicem denominationem iuxta eadem iura. [h] Vnde si Scholares Salmãticenses suis domibus cõmorantes, negotijs secularibus insistentes, nunquam intrãt Scholas neq; student, imo morãtur in schola non causa studendi, sed causa ludendi, consumendique ad libitum sine ratione bona ecclesiæ, non possunt gaudere Eugeniana quæ concedit fructus beneficij in absentia causa studendi, & illos percipientes non sunt in conscientia securi. Prout

f Bal. de vas sal. milit. qui arma bellica deponit.
g l. Lucius ff. de fidei comis. l. tale pactũ §. fin. ff. de pact.
h l. si cognatio. ff. de rebus dubijs.

a Per.in l.8. ti 2.li.1. ordinament.

vt aduertit Perez, a dicens,hoc esse perpetuo tenendum.Et se pluries de hoc fuisse consultum.Qui casus est frequens . Quod dictat ratio,nam priuilegium cessat cessante causa priuilegij.Prout tradit Sylvester b Et sic videmus , quod qui sunt de collegio alicuius artis artem illam non exercentes, non gaudent priuilegio eiusdem artis.Pro ut notant c Bartolus,& iura indicant. Ex quibus videtur dicendum , quod non possunt religiosi dissoluti & effrænati vti priuilegijs suis in maximū præiudiciū particulariū contra quos summi Pontifices ipsis concedūt maxima priuilegia. Videlicet,q̄ nōpossint cōpelli ad solutionē aliquarū collectarū impositarū in aliqua maxima necessitate.Cum enim ipsi ab earum solutione eximuntur alij pauperes grauantur.Quod autem in foro conscientiæ in periculo versentur , patet ex superioribus , cum cessante causa priuilegij cesset etiam priuilegium, hoc tamen in foro conscientiæ solum intelligo posse teneri,at in foro exteriori minime tenendum iudico . Nam in foro saltem exteriori regula, cessante causa cessat effectus,intelligitur quando causa cessat in cō muni,secus si ex accidenti cessat in persona particulari argumento aliquorum iurium . d Et post Archidiaconum tradit Aretinus,Curtius , Innocentius Couarruuias, Victoria & Soto. Vnde priuilegia generaliter concessa mulieribus propter liberos vigebunt in ea muliere quæ ex accidenti liberos non procreat, quia eius respectu ratio videtur cessare in particulari , quod vtique non facit cessare legis dispositionē. Pro quo faciunt aliqua iura,quæ ad id expendit Baldus e & Bolognetus. Vnde religiosus licet irreligiose viuat in foro exteriori non perdit priuilegium religiosis concessum,quia licet in eo cesset ratio priuilegiorum regularium , non cessat tamen in communi.

b Syl.ti. priuileg.q.10.

c Barto,in l Sēper. ff.de iure immunitat.c. generaliter.§, negotiatores.16.q.1. d l.nā ad ea ff,de legat. l.si a fratre iunctis , ibi notat,p Cas trēl.C. qui testa . facit post Aretin in l.2.col.2. in prin.ff.de vulgaribus Curtius Iunior in.l.posthum.n.42. C.cōtra tabul.Couar. in c,cū esses de testa.n.9 &2.p,& spō. sob,§.9.n.8 Vict.de potest.ciuil.n. 22.pagi.94. Sot.li.4.de iust.q.5.ar.3 col.3 e l,assiduus ver,& ideo C.quipotio in pig. hab. & ibi Bald. n.2. Bolog. in l.1.ff.solu. mat.

## *ARTICVLVS. II.*

### *Vtrum priuilegiatus vti possit suo priuilegio contra pariter priuilegiatum.*

f Authēt.de Sācti. episcopis.§.sed hac præsenti l. verū.§. vlt. cū l.sequēti, ff. de minoribus.

REspondeo, dicendo,quod priuilegium habens non vtitur priuilegio contra habentem idem priuilegium. Vt dicunt iura. f Vnde priuilegium quod Canones concesserunt ecclesijs aut monasterijs videtur quod obici non debet aduersus ecclesiam aliam,aut monasterium quod simile habet priuilegium.

Nihilominus tamē respondetur,quod vbi duo idem habent priuilegium , & contendunt de aliquo,is quidem præfertur alteri, qui priuilegium actu habet, & practice in ea re & specie de qua agitur.Prout notat Bartol. g per textum ibi . Et tradit Ioannes Parladorius . Nam qui reipublicæ causa abfuerit etiam aduersus eum qui pariter abfuerit restituendus est , si quod damnum patiatur,vterq; priuilegium habet , ex quo restitutionem si læsus fuerit petere potest,& tamen qui modo indiget auxilio restitutionis ad reparationem damni priuilegium habet in specie de qua agitur,& in exercito quia læditur , alter vero cum læsus in eadē causa non fuerit in præsentiarum, id priuilegium minime habet.Ita tenet Abbas h & alij quos refert , & sequitur Couarruuias.

g l. vlt. ff. quib.excausis.mai. vbi Bart. Parla. li.1.rerum quotid.c.17 n.28.

Ex quo infertur, quod in specie præscriptionis ecclesia,aut monasterium quæ rem alterius monasterij vel ecclesiæ præscribit non habet in præscribenda illa re,neque in præscribendis rebus alicuius priuilegium aliquod,ecclesia vero & monasterium contra quod præscribitur priuilegium habet, vt minori spatio secundum ius commune, quadraginta annorum,aut secundum priuilegium Eugenij Quarti in superioribus allegatum sexaginta , aut secundum aliud priuilegium de quo in secundo tomo , in quæstione de præscriptionibus centum , eius bona & res minime vsucapiantur. Vnde hic non videtur priuilegiorum concursus,quia tantum vnius ecclesiæ vel monasterij priuilegium huic negotio conuenit , & hunc modum dicendi approbat Couarruuias d contra Decium.

h Abb.in c. super spoliato.de ordi. cogni.& in ca.ad aures de rescript. Coua.in regula possessor.2.p.§.2. n.4.

Cou: vbi s.

Infertur secundo,quod in specie ædificationis intra certas cannas secundū priuilegia de quibus agemus in quæstione de ædificijs in eodem secundo tomo,si vnum monasterium velit iuxta aliud ædificari intra terminum dictarum cannarum tantū dicetur habere priuilegium monasterium illud quod patitur damnum,& læsionem ex dicta ædificatione,& sic iuridice potest illam impedire contra aliud monasterium volēs ædificari.Non enim in hoc agit priuilegiatum monasterium contra pariter priuilegia-

giatum, solum enim in hac specie proposita monalterium constructū est priuilegiatum habens ius ad impediendam ędificationem alterius monalterij intra cannas. Regula igitur, scilicet, quod priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum habet locum quando ex parte vtriusque concurrit duplex, scilicet, priuilegium. Verbi gratia, Dux cum suis militibus habet priuilegium regale, quo possunt compellere populum, vt ipse cū suis militibus recipiatur, non potest vti hoc priuilegio contra illos qui recipiunt in suis domibus fratres minores regularis obseruantiæ, qui habent priuilegium à Regibus Hispaniarum confirmatum per Regem nostrum Philippum secundum huius nominis, vt non teneantur, nec possint cogi in suis domibus predictos milites recipere. Alio illustratur hoc (vt clarius fiat) exemplo. Rex Philippus habet priuilegium à sua Sanctitate concessum vt possit petere & exigere subsidium ab ecclesiasticis iuxta tenorem dicti priuilegij, petit ipsum ab ecclesiastico habente priuilegium vt ad id soluendum minimè compellatur, non potest hoc casu Rex dicto priuilegio vti contra hunc, siquidem est pariter priuilegiatus.

# QVÆSTIO DECIMA, De statutis factis in religionibus in 9. articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæruntur nouem.*

1 *Quid sit statutum, & à quo possit fieri.*
2 *Vtrùm generales & prouinciales imponentes præcepta circa res graues debeant ea ordinare cum consilio patrum.*
3 *Vtrùm capitulum generale alicuius religionis possit statuere autoritate ordinaria ne recipiantur ad suum ordinem qui fuerint infideles, vel qui descendunt ex his.*
4 *Vtrùm Capitulum generalis capituli repræsentatiuum possit tollere facta in Capitulo generali autoritate Papæ.*
5 *Vtrum aliqua persona possit procurare priuilegium contra statuta regularium.*
6 *Vtrùm statuta religionum obligent ad pœnam.*
7 *Vtrùm monales teneantur ad statuta facta in capitulis generalibus, aut Prouincialibus.*
8 *Vtrùm statuta facta præter regulam B. Francisci obligent ad culpam.*
9 *Vtrùm Papa confirmando statuta regularium prætendat remouere eos per illa, ab stricta obseruantia quam habent.*

## ARTICVLVS. I.

### *Quid sit Statutum & à quo possit fieri.*

REspondeo dicendo, quod statutum ab statuendo dictum est ius ab homine positum, vel dispositio, de qua ius producitur, prout notatur in toto titulo, Instituta de iure naturali gentium & Ciuili: & ipsum statutum potest facere Capitulum generale quoad totum ordinem & prouinciale quoad totam Prouinciam prout colligitur ex traditis, in iure. [a] Verum est tamen quod non possunt illud facere sine cōsensu generalis aut prouincialis sicut nullum statutum potest facere Ecclesia cathedralis sine consensu Epi copi, vt dicunt Canones. [b] Et ratio est quia generalis est caput totius ordinis & Prouincialis caput totius Prouinciæ, & sine capite nihil est faciendum. Secundum Innocentium [c] & cō munem. Et vt valeat vt statuttum debet fieri per maiorem partem Capituli, secundum Innocentium, [d] Bartolum, & communem quando ipsum in vtilitatem & bonum sit religionis. Vt fiunt omnia statuta regularia. Dixi vt valeat vt statutum, nam vt valeat vt præceptum potest à solo Generali aut Prouinciali fieri, & vt statutum valet etiam post mortem Generalis, aut Prouincialis, nisi expresse reuoceturvt ait Panormitanus [e] & probat Decretum quoddam expressum. Vnde secundum Federicum [f] etiā statutum factum à Capitulo sede vacante durat creato nouo Episcopo, nisi expresse reuocetur per Episcopum creatum. Vt tamen præceptum morte præcipientis finitur.

a c. cū accessissent extra de const. ca. ex literis extra eod.
b ca vt consuetudinis de consuet. c. nouit de his quæ fiūt à Prælatis.
c Innoc. in c. cum accessissent.
d Innoc. in c. 2. de noui operis nūt. Bar. in l. omnes populi ff. de iust. & iur.
e Pan. in c. à nobis el. 1 de sent. ex com. & fi. de offi. deleg.
f Federicus consil. 16.

AR-

## ARTICVLVS II.

### Vtrùm Generales & Prouinciales imponentes præcepta circa res graues debeant ea ordinare cũ cõsiliopatrũ.

REspondeo dicendo, quod quemadmodum omnipotens Deus in quo est absolutissima potestas dicitur tunc ordinario modo operari quando per causas secundas tanquam per instrumenta sua consueta res suauiter disponit: & vsus ordinariæ potestatis in Papa, nihil aliud censetur, quam id exercere quod Canones decreta, & constitutiones iuris declararunt. Quod Innocentius Tertius Papa varijs in [a] locis declarauit, sic quando prælati regulares volunt aliquid disponere aut ordinare sequẽdo eorum potestatem ordinariam ea debẽt facere cum assensu & Consilio Patrum Ordinis, vt non extraordinariè procedant, & vt suas actiones iuxta leges iam constitutas consuetumque morem exerceant, in hisque ex solito legum cursu vna cum dictis Patribus progrediantur. Hinc legimus in multis constitutionibus [b] quæ passim occurrunt eas Summum Pontificem de consilio & assensu Patrum factas fuisse, & ceremoniale Romanæ Curiæ hoc præcipit: quod quidem non sine magna ratione olim dicitur ita statutum, nam cum hæc de quibus agit Summus Pontifex ardua appellentur quæ ostendunt res esse valde difficiles & implicatas obscuritate, & in quibus etiam ipse intellectus Papæ iustam habet causam sub sistendi, merito censetur alio præsidio indigere. Quandoquidem eiusmodi sunt quæ non arte neque certa constãt demonstratione, & facti plerunque controuersiam patiuntur. In quo tunc propter multiplices fortuitasque circunstantias, tum fallaces attestationes sæpe veritas inuoluitur. Prout sacri Canones [c] proclamant. Vnde cum ipsi prælati regulares à fortiori cum humana circundati sint infirmitate, interdum labi possint, ideo in arduis multa cautione, vigilantia & solicitudine opus habent. Quæ quidem ab vno tantum præstari nequeunt. Et ideo statuit Leo Decimus, [d] quod Capitulum generalissimum celebratum Romæ (quando, scilicet, facta est vnio fratrum Minorum obseruantiæ & omnium aliorum reformatorum eiusdem Ordinis) tenetur deputare nõnullos fratres ex diuersis religionibus seu nationibus assumptos ex probatioribus & doctioribus, ac magis expertis fratribus. Qui omnia & singula (quæ pro manutenentia reformationis, & vera regulæ obseruantia accommoda iudicarint) in vnum recolligerent ac postea per totũ Capitulum generale ac per maiorem partem eiusdem approbarentur. Et tandem Apostolicæ confirmationis patrocinio munirentur, & sic factum fuit & ordinatum à Reuerendissimo Patre nostro Francisco de Gonzaga totius nostri Ordinis generali, nunc autem Archiepiscopo Mantuano & legato à latere sanctissimi Domini nostri Clementis Octaui in partibus Galliarum in Capitulo generali intermedio celebrato Toleti in celeberrimo nostri Ordinis Conuentu Sancti Ioannis Regum anno Domini millesimo quingẽtesimo octuagesimo quinto. Et ratio prædictæ concessionis Leoninæ fuit, nam cum pertinentia ad reformationẽ sint ardua doctrina, scientia & experientia opus est ad ea omnia peragenda.

a c. cũ dilecti de dolo & contum. c. cũ nobis olim in fin. de elect.

b c. ad apost. de re iud. li. 6. c. 1. de schisma in. 6. colim. pleriq; de elect. c. 1 de renunt. in. 6. & in. ca. cũ inter. de consuet. Cerem. fol. 132. & 133. & 195.

c ca. cũ à nobis el. 2. de sen. excom. c. ex literis de in integ. rest.

d In supple. fol. 30. concess. 107.

## ARTICVLVS III.

### Vtrùm Capitulum generale alicuius religionis possit statuere autoritate ordinaria ne recipiantur ad suum Ordinem qui fuerunt infideles, vel qui descendunt ex eis.

REspondeo dicendo, quod doctissimus Nauarrus [e] tenet, quod nullus inferior à Papa potest aliquid contra ius Canonicum statuere prout idem ius Canonicum [f] docet. Et præfatum statutum videtur esse contra præfatum ius. Tum quia iure communi Canonico omnes Christiani regulariter sunt apti ad intrandum & profitendum religionem à Sede Apostolica approbatam si non obstet eis aliquod impedimentum Canonicum. Adeo quod etiam pueri possunt ad eam recipi secundum Diuum Thomam [g] & etiam Presbyteri Curati secundum eundem. [h] At descensio aut generatio, qua quis descendit ex infidelibus non est impedimentum Canonicum ad intrandum & profitẽdum religionem. Nullo enim iure id cauetur, imo iure diuino, vn de ius

e Nau. lib. 5. consil. tit. de regul. consi. 26. n. 4. &. 5. & 8.

f cap. super his de maio. & obed.

g D. Th. 2. 2 q. 189. ar. 5.

h Idem. D. Th. vbi sup. ar. 7.

de ius Canonicũ habet originem prout idẽ
a c. qualiter & quãdo de accusat. ius Canonicum [a] concludit & expresse id concedit. Nã Alexander Tertius declarauit non debuisse quem à Canonicatu repelli eo quod fuisset Iudæus. Imò vt ibi aiunt glossa & Doctores comendari potiùs debuit, & laudari. Sed placuit hic tenorem huius decretalis proponere ad huius opinionis comprobationem, qui est huiusmodi. Eam te & infra. Dudum, siquidem ante tuam promotionem literæ à nobis (si bene meminimus) emanarunt, quibus Decano & Ecclesiæ tibi commissæ (te adhuc in eodem Capitulo existente) mandatum dedimus & præceptum vt M. (qui de gente Iudæorũ originem duxit & diuina gratia fidem Christi susceperit) in Canonicũ reciperent, & præbendam sibi conferre deberent, & infra. Ipsi verò (quia donatio præbendarum ad te spectabat) præceptum nostrum executioni non poterunt mandare. Cum itaque præscriptus M. te super hoc ex parte nostra requireret respondisti quod nullum inde mandatum receperas, & sic eum à te infecto negotio remisisti. Quod nullatenus fecisse deberes, si data literarum diligentius attendisses cum tempore quo literæ ipsæ datæ fuerunt de Capitulo ipso esses sicut eras Archidiaconus & Canonicus eiusdem Ecclesiæ, neque esses adhuc in Episcopum consecratus, & infra. Pro eo vero quod Iudæus extiterit ipsum dedignari non debes. Hæc Alexander Tertius.

b Naua. vbi sup. n. 8. Per hanc decretalem & alia multa ab eo allegata ait Nauarrus [b] se firmiter credere. Quod antehac quasi dubitabat, nempe nulla Capitula quamuis generalia alicuius Ordinis posse statuere vt professio trium votorum substantialium non valeat facta si communi iure Canonico (sublato de medio illo statuto) esset valitura: sicut nec valeret statutum alicuius synodi vel Concilij Prouincialis vel nationalis etiam omnium ecclesiasticorum ipsius episcopatus prouinciæ vel nationis quo absque authoritate Papæ statueretur, vt certi generis Personæ essent inhabiles ad contrahendum matrimonium si iure Canonico communi essent habiles. Adeo quidem quod matrimoniũ inter eos contractum valeret nõ obstante talis synodi vel Concilij statuto. Verum est tamen
c Glo. in c. 1 de postul. prælat. v. de cætero. quod id & aliud simile statutum facientes non peccant aliquando cum errare circa ius debitum humanum non sit peccatum iuxta glossam [c] communiter receptam. Ex quibus verbis colligitur Nauarrum non tenere simpliciter quod tale statutum expellens ab ingressu religionum descendentes ex genere supradicto esse inualidum: sed tãtum tenere quod statutum expellens & inhabilitans ab huiusmodi ingressu sit inualidum, quod certe fatemur. Impedimentum enim huiusmodi Canonicum inhabilitans aliquos ad id quod secundum ius Canonicum habiles erant summa authoritate summi Pontificis effici debet: vnde secundum ipsum Nauarrum potest dici statutũ ipsum & legem valere si per ipsam non inhabilitentur tales ad professionem emittẽdam, si ad eam efficiendam iustę causę in tercedãt; nam si odio tantum generis fiat, non possum nõ ipsum cõdẽnare sicut condẽnat doctissimus [d] Corduba, cum statutũ iniquum non habeat rationem statuti & legis quæ debet esset iusta, & ita prædictum statutum defendit Caietanus [e] quod probat. nam in meris liberis & gratiosis vbi nõ est acceptatio personarum si fiat sine scandalo & sine specie mali potest quis expellere hos & admittere illos: verbi gratia, ad matrimonium possum ex solo genere velle hunc & nolle alterum similiter propter solam patriam & nationem vt infra dicetur: similiter ad famulatitium & ad sodalitium ad officia siue mechanica siue libera vt ad docendũ filios siue alendũ, patet quia nemini fit iniuria & facit quis de suo quod vult prout apud Matthęũ [f] omnibus cõceditur. Et videmus quod sacræ literæ [g] nõ reprehẽdunt Rebecã quod dixerit marito suo Iacob, tædet me vitæ meæ propter filias Heth. Si acceperit Iacob stirpẽ huius terræ nolo viuere, & super hęc verba ait Chrysostomus, scis quomodo vitã meã amicauerint vxores Esau, & quomodo propter illorũ malitiam in omnes filias Chet, male afficior, & propter illas omnẽ illã gentẽ exosam habeo. Sed restat videre vt hæc ratio cõcludat, quomodo admissio ad habitũ religionũ fit mere gratuitũ, videtur enim ad rationẽ debiti pertinere. Ad quod respõdeo quod actus recipiẽdi ad religionis statum vt à prelatis religionum egreditur & terminat ad aliquẽ indeterminate licet habeat rationẽ debiti (quoniã religiones institutæ sunt non solum propter presentes, sed etiã propter futuros) vt tamẽ terminatur ad hãc vel illã conditionẽ personarũ, vel hanc aut illam personam caret debiti ratione nisi necessitas aliqua debiti rationem indu-

d Cord. li. 1 qq. q. 54.

e Cai. tom. 2 q. 6.

f Matth. 20.

g Genes. 27.

h Chrysost. homil. 54. super Genes.

a Ouand. in 4. d. 13. prop. 48. & 49.

cat, prout, aduertit Ouandus. [a] Quæ opinio videtur mihi continere veritatem si bono zelo & non odio generis tale statutum fiat. Et videant statuentes ne sibi mentiatur iniquitas, nam si odio generis id fecerint, sine dubio peccabunt, sicut peccauit ille Episcopus qui noluit in sua Ecclesia admittere ad præbēdam illum qui fuerat Iudæus odio tantum generis ad id faciendū motus, vt patet ex verbis Alexandri III. facti casum decidentis, in hæc verba in fine prorumpētis. Pro eo verò quod Iudæus extiterit ipsum dedignari non debes notanda enim sunt, quod Iudæus extiterit: nullam enim præsupponit Sūmus Pontifex causam indignationis in eo Episcopo nisi solū illū admittēdū fuisse Iudęū. Et secundum hanc glossam debent intelligi & concordari Otalora [b] & Simancas dicentes tale statutum valere & Didacus Perez de ipsius iustitia maximè hæsitans. Vtrum autem aliquod statutum Apostolicum sit in ordine Minorum inhabilitans descendentes ex genere maculato ad professionem admittendam tractabitur in quæstione de Abbatibus quo ad genus.

b Otalo. de nobili. 2. p. 3 p. princ. c. 7. n. 26. de inst. carho. tit. 47 n. 84. Perez in l. 9. tit. 1. lib. 1. ordin. colu. 54. in med & latius in l. 1. tit. 1. lib. 4. col. 1316.

## ARTICVLVS IIII.

### *Vtrùm Capitulum generalis Capituli repræsentatiuum possit tollere facta in Capitulo generali authoritate Papæ.*

REspondeo dicendo, quod Capitulum repræsentatiuū Capituli generalis, non potest tollere facta in Capitulo generali auhoritate Papæ quia facta illa sunt facta Papæ & inferior non potest tollere facta superioris: & consequenter statuta facta in Capitulis generalibus authoritate Apostolica virtute priuilegij ad id habiti non potest tollere Capitulum generale: is enim qui facit aliquid authoritate Papæ non poterit illud tollere authoritate sua inferiori per iura quæ ad hoc citat Felinus, [c] ita tenet Nauarrus. Vnde generales volentes celebrare Congregationem generalem habentem vim Capituli generalis, aut volentes celebrare Capitulum generale vt possint immutare statuta facta authoritate Apostolica in alio Capitulo generale debent procurare authoritatem Apostolicam ad id efficiendum. Hæc tamen opinio Nauarri est intelligenda quando statuta concernunt fauorem potius aliorum vel bonum publicum, quam mere ipsos statuentes, tunc enim non possunt recedere sine obtenta licentia Apostolica, non autem quando statuta principaliter concernunt fauorem statuentium nam tunc libere possunt recedere vt volunt Bartolus, [d] & ratio est quia tunc confirmatio Papæ habet vim cuiusdam Priuilegij ipsis facti cui possunt statuentes (vt priuilegio) renuntiatiare.

c Felin. in. c. cū accessissent de cōst. n. 9. Nau. li. 1 consil. tit. de cōst. consi. 8

d Bart. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure.

## ARTICVLVS V.

### *Vtrùm aliqua persona possit procurare priuilegium contra statuta regularium.*

REspondeo dicendo, quod nulla persona regularis, priuilegium aliquod contra communia suæ religionis postulare audeat aut obtentum obtinere vt concessit Vrbanus Quartus, Præmonstratensibus, si quæ verò impetrabuntur huiusmodi à Sede Apostolica vel eius legatis sub quacunque forma & expressione verborum irrita sunt & inania, sicut concessit Clemens Septimus Abbati & Conuentui Cistertij Cabilonensis diæcesis, & hoc idem habetur latius per literas Leonis Decimi pro Eremitis Sancti Augustini iuxta quas si quæ priuilegia à nostris fuerint impetrata contra regulam & constitutiones aut mores religionis Minorum nullius momenti, ac pro infectis habenda sunt etiam si à Sede Apostolica sint concessa, nisi eisdem Leonis Decimi literis de verbo ad verbum, consentiente minorum religione sit derogatum prout habetur [e] in priuilegijs dicti Ordinis. Circa vltimam clausulam huius priuilegij aduertendum est, quod etiam si de verbo ad verbum literæ Leonis Decimi non referantur neque derogentur, nihilominus Summi Pontifices possunt dictum priuilegium derogare prout satis dictum est in superioribus. Ex dictis infertur quod concessio Pij Quinti, qua non tenentur fratres Minores ad omnia in regula contenta de qua agemus infra in quæstione de paupertate, non videtur valida si fuit obtēta à Patre fratre Ioāne de Aguilera tūc Cōmissario Romano sine licētia Ministri generalis aut Cōmissarij generalis nostræ sacræ religionis, de quo infra agemus

e Habet. in priuil. dicti ordinis. fol. 47. pag. 1. & apud Colle ctorē Cōp. Societatis tit. priuil. §. 3 & in Comp. Cistercien. § 7.

agemus in dicta quæstione. Et hoc confirmatur ex concessione Alexandri [a] Sexti de qua ibi.

a Habet. in comp.mēd. tit.priui. fra tr̄ū. §.14.

## ARTICVLVS. VI.

### Vtrùm statuta religionum obligent ad pœnam.

REspondeo dicendo, quod videtur maximam habere difficultatem statuta religionum obligantia ad pœnam & non ad culpam sicut continetur in statutis Ordinis prædicatorum vbi expressè dicitur: Nolumus obligare ad culpam sed ad pœnam quod videtur non benè cohærere, nam vbi est pœna necesse est vt & culpa adsit: cui dubitationi respondet Soto [b] dicens tales non esse propriè & legitimè pœnas: quæ sunt quasi conuentiones & pacta quia monachi tali volunt se voto adstringere vt si hæc fecerint illa patiantur: dicuntur autem non ineptè pœnæ quia propter res vetitas exiguntur, ac rependuntur, sicut quando qui se adstringit vt quoties iuramento fuerit abusus, tantum perdat. Aduertendum tamen quod Diuus Thomas [c] disserens de obedientia religiosorum quantę sit virtutis & potestatis ad obligandum subditos tandem in responsione ad primum argumentum hęc verba profert. In aliqua tamen religione, scilicet, Ordinis prædicatorum transgressio talis vel omissio ex suo genere non obligat ad culpam mortalem, vel venialem sed solum ad pœnam taxatam sustinendam, quia per hunc modum ad talia obseruanda obligantur. Hæc D. Thomas, circa quæ verba Caietanus [d] mouet aliqua dubia, quorum tertium est an reus transgrediens incurrat in culpam si non sustineat pœnam & respondet quod vbi tale statutum vniuersale est de non obligando ad culpam sicut esse dicitur in statutis fratrum Prædicatorum ibi dicit nullam esse culpam quanuis non sustineat reus pœnam quæ per statuta fuerat illi præcepta, sicut non peccat inquit ille, violādo silentium, ita etiam non peccat omittendo pœnam quæ propter violatum silentium est in statutis expressa. Quam sententiam reprobat Castro [e] nam in Ordine fratrum Minorum habetur statutum generale quo admonentur subditi vt intelligant nullum sui Ordinis statutum obligare ad culpam aliquam mortalem vel venialem. Hoc tamen statuto non obstante re ipsa intelligimus aliquam esse in aliquibus statutis pœnalibus obligationem ad culpam saltem venialem si reus omittat eam subire pœnam quæ est per statutum decreta reprehenditur à Prælato & alia insuper grauior illi propter talem pœnæ omissionem infligitur à prælatis pœna & credit idem contingere in ordine Prædicatorū & in quocunque alio Ordine qui bonis moribus (vt ille regitur) gubernatur. Hæc autem iustè fieri non possent si nullam esse crederent in tali omissione culpam saltem venialem, non enim est æquum vt quis sine culpa sua vel aliena reprehendatur & pœnam insuper sustineat. Hæc tamen ratio doctissimi Castro salua pace tanti meæ religionis & Prouinciæ viri non obstat vt ab opinione Caietani & communi recedamus cum enim religiosi sint in statu perfectionis, in quo solenni voto se in omnibus obseruantijs regularibus obedire prælatis obstrinxerint, nimirum si ab ipsis prælatis corrigantur, nulla culpa etiam veniali occurrente vt ita mortificati corpore spiritu viuant.

b Soto.lib.1 de iust.q.6. ar.5.in.fin.

c D.Th.2.2. q.186.ar.9.

d Caiet. super D.Tho. ibi.

e Castro li. 2.de potesta te.cap.8.fol. 168.

## ARTICVLVS VII.

### Vtrùm moniales teneantur ad statuta facta in Capitulis generalibus seu Prouincialibus.

REspondeo dicendo, quod Leo [f] Decimus motu proprio & ex certa scientia & de potestatis plenitudine ac sub excommunicationis sententia præcepit monialibus Sanctæ Claræ ac vniuersis & singulis alijs sub cura fratrum Minorum pro tempore degentibus quatenus ipsæ (iuxta regulares in hactenus celebratis, & in posterum celebrandis Capitulis generalibus seu prouincialibus editas & factas constitutiones ac desuper ab earum Prouinciali seu alijs superioribus traditam formam) obedire teneantur, & in earum assumpta professione altissimo famulatū impendere debent. Et idem Leo decimus [g] cō firmauit & approbauit statutum factum in Capitulo generali Lugdunensi, quo cauetur quod de cætero moniales Sanctæ

f suppl. fol. 40. concef. 128.

g suppl. fol. 37. cōcef. 123

Claræ tam de prima quam de secunda regula, quæ vrbanistæ appellantur, quam quæcunque aliæ religiosæ quæ per fratres Ordinum Minorum reguntur, nullos habeant visitatores, nec confessores per eos electos, sed à ministris Prouincialibus in suis prouincijs respectiuè cum suis Capitulis Prouincialibus eis in visitatores, & confessores datos, & assignatos. Ipsique visitatores & confessores à suis ministris prouincialibus sic dati à Prouinciali adiunctis secum aliquibus discretis Capituli præcedentis etiam extra tempus Capituli exigentibus legitimis causis iudicari, & ab officijs prædictis absolui possunt, debeantque ipsi visitatores, confessores ac alij fratres dictis monialibus seruientes prę latis Ordinis sicut cæteri fratres per omnia esse subjecti, ita tamen quod Moniales ipsæ, cum eis placuerit in visitatorem seu confessorem, nominare possent aliquem fratrem quem minister Prouincialis cum suo Capitulo (si eis placuerit) instituere possint. Non obstantibus quibuscunque indultis & priuilegijs Apostolicis in contrarium dictis monialibus visitatoribus & confessoribus à Sede Apostolica præsertim Monasterio de Tordesillas & Palentiæ concessis. Mandauit etiam in virtute sanctæ obedientiæ sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, à qua non nisi à Romano Pontifice præter quam in mortis articulo constituti absolui possint, ac iniunxit omnibus & singulis fratribus & religiosis, ac monialibus sub cura fratrum dicti Ordinis degentibus, tam qui ante statutum huiusmodi erāt sub obedientia Ministrorum prouincialiū quā visitatorum, seu cuiusuis alterius, etiam Sedi Apostolicæ mediatè seu immediatè subiectis quatenus præmissa omnia in dicto statuto contenta firmiter & inuiolabiliter obseruent. Decreuit insuper irritum & inane quidquid secus à quocunque qua vis autoritate fieri seu attentari contigerit.

## ARTICVLVS VIII.

### *Vtrùm statuta facta præter regulam Beati Franciſci obligent ad culpam.*

a fol. 22. & fol. 106. concess. 229.

REspondeo dicendo, quod Sixtus [a] Quartus, decimo Kalendas Aprilis Pontificatus sui anno decimo statuit ac decreuit quod ministri custodes & Guardiani, & fratres dicti Ordinis præsentes, & qui pro tempore fuerint ex statutis seu consuetudinibus vel declarationibus dicti Ordinis præter regulam quomodolibet & à quibuscunque editis etiam confirmatione Apostolica, vel qua vis firmitate alia roboratis illis contra faciendo nulla Ecclesiastica censura, nulloque mortalis peccati vinculo ligari valeant nec censuras & pœnas seu mortale peccatum huiusmodi incurrant, nisi tales essent casus vel excessus qui diuina lege seu præcepto Romanæ Ecclesiæ merito inducerent ad mortale censuras & pœnas taliter latas harum serie reuocans & annullans illasque ad vim commutationis pœnarum Comminatoriarum vel ferendarum seu Corporales & temporales pœnas prædictas per generalem ministrum Custodes, Guardianos, & alios Prælatos ipsius Ordinis ferendas & infligendas reducentes: quodque ministri, Custodes, Guardiani, & alij ipsius Ordinis Prælati prædicti corporales & temporales seu alias pœnas pro non obseruatione dictorum statutorum secundum qualitatem personarum locorum & temporum, & alias prout videbitur saluti animarum fratrum eorundem in Domino expedire, ferre, & promulgare, ac delinquentes ab illis absoluere valeant. Circà quam Sixti Quarti, ordinationem est aduertendum & notandum primò, secundum Collectorem [b] priuilegiorum mendicantium, quod illud quod ait de declarationibus intelligitur de factis per fratres & per Papam approbatis, non autem de declarationibus Regulæ à Summis Pontificibus factis: præsertim Nicolao Tertio, & Clemente Quinto, quæ existunt in corpore iuris, licet aliqui & male aliter senserint. Et sic secundum hanc opinionem præcepta & pœnæ si quæ sunt in declarationibus Nicolai Tertij, & Clementis Quinti, & Ioannis Vigesimisecundi, vltra seu præter obligatoria regulæ nostræ benè nos obligant, & sunt in suo vigore, nec reuocantur per priuilegium præfatum quia de illis neque loquitur, neque intelligitur præfatum priuilegium. Sed contrariam opinionem tenet doctissimus Corduba [c] dicens hanc tenuisse Patrem satis doctum quod, scilicet, non solum reuocantur obligationes nobis specialiter indictæ per statuta & declarationes vltra seu præter

b Collector tit. statut. ordin. §. 1.

c Cordu. in additio. ad comp. in. d. tit. statut. ordia.

ter regulam additas intra ordinē, seu à fratribus seu capitulis nostri ordinis, sed etiam à Papa, vel ecclesia, seu à quibuscumque alijs. Et fundamentum præcipuum huius opinionis est, nam secundum Doctores a communiter priuilegia recipiunt interpretationem à supplicatis. Ita tenent Felinus, Iason, & Decius. Vnde videamus, quid supplicatum fuerit Sanctitati Domini Sixti Quarti? tenor supplicationis est. Sanè pro parte dilectorum filiorum ministri generalis, & vniuersorum fratrum ordinis minorum nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet multis fratribus dicti ordinis durum & difficile sit regulam Beati Franciſci tenere ad suarum salutem animarum sufficere videatur, regulam ipsam laudabiliter obseruare. Nihilominus quia nonnulli Romani Pontifices prædecessores nostri, & alij, ac etiam generalis & fratres ipsius ordinis feruore deuotionis accensi vltra regulam nonnulla statuta & ordinationes siue constitutiones, per quæ aliqua eisdem fratribus prohibentur, &c. Ecce quomodo in supplicatione non solum fit mentio de statutis factis à dictis fratribus, sed etiam de factis à Summis Pontificibus, & ex supradictis hoc priuilegium ex supplicatione debet intelligi, quod non loquitur limitate, sed generaliter de statutis, & declarationibus factis à fratribus ordinis, & à Summis Pontificibus. Quod etiam ex eadem Bulla in non obstantia patet ibi, non obstantibus statutis, ordinationibus & declarationibus præmissis, quibus quoad hęc expresse derogamus. Nec huic opinioni obstant multa verba istius bullæ ibi, statutis, seu consuetudinibus, seu declarationibus dicti ordinis, per quæ verba sola Collector suam opinionem fundabat. Ad quæ respondeo, quod intelliguntur de statutis, ordinationibus, & declarationibus factis pro ordine fratrum Minorum tantum: solum enim hæc reuocantur, non autem reuocantur obligationes ad culpam seu pœnam indictæ per statuta, seu declarationes Papales, seu ecclesiasticas editas generaliter pro omnibus Christianis, seu pro omnibus religiosis, quales sunt multæ prohibitiones & censuræ inflictæ à iure, seu per extrauagantes generaliter quoad omnes Christianos, seu quoad omnes religiosos tantum quia istæ non reuocantur per prædictum priuilegium, vt patet. Nam hoc esset absurdum quod clare innuitur in eodem priuilegio Sixti Quarti vbi expresse dicitur, nisi tales essent casus & excessus, qui diuina lege aut præcepto Romanæ Ecclesiæ merito inducerent ad mortale. Hæc ibi, quæ verba ibi, aut præcepto Romanæ Ecclesiæ debent intelligi de præcepto obligante omnes fideles, aut omnes regulares, quod patet ex verbis præcedentibus ibi, qui diuina lege, quæ innuunt ad eundem modum obligare præceptum Ecclesiæ in hoc casu quo obligat diuina lex. Ex quibus patet, quod solum reuocantur statuta & declarationes edita à quibuscunque etiam à Papa vel ecclesia specialiter pro nobis fratribus Minoribus, in quantum nos obligant ad culpam, seu ad pœnas aliquas, vltra id quod in nostra regula continetur, non autem statuta aut declarationes generaliter edita à Papa vel ecclesia pro omnibus Christianis, seu pro omnibus religiosis, quanuis ibi de nobis fratribus Minoribus specialiter fiat mentio, aut ibi quoad nos tantum aliquid statuatur specialiter: quia tale non reuocatur per prædictum priuilegium, ex quo tale statutum non est specialiter pro nobis editum, sed generaliter pro omnibus religiosis aut Christianis vt dictum est. Et quanuis aliquis dixerit, quod etiam statuta & declarationes Papæ generaliter edita quoad omnes religiosos & Christianos reuocantur quoad nos fratres Minores, nec obligamur per ea ad culpam, seu ad censuras aliquas: hoc tamen vt probatum est, non est verum, prout affirmat e Corduba, cuius opinionē ego libenter amplector, tum quia continet veritatem, tum etiam quia religiosorum arctissimam regulam profitentium animarum dispendijs libenter obuiat, tum quod omnes summopere prętendere debemus fragilitati humanæ compati, quod non facit Collector in explicationibus, quas ad reliqua priuilegia concernentia nostram regulam adducit, alia via diuersa progrediēs zelo scilicet obseruantię dictę regulæ, quē ego in hoc non sequor, licet enim debeam esse zelator regulæ respectu eorū qui eam ad literam cū omnibus suis declarationibus volūt obseruare, respectu tamen

a c. inter dilectos. §. cæterū, & ibi. Felin. de fide instrum. Iaſ. in l. gallus. §. id credēdū. n. 10. ff. de libe. & posth. Dec. cōſi. 10. n. 8. & cōſ. 61 col. 2. & cōſi 403. no. 15. Iaſ. in l. cauſas. n. 5. C. de tranſact.

e Cor. vbiſ.

men eorum, qui non simili spiritu aguntur zelator sum suarum animarum: & sic omnibus modis possibilibus eos à varijs obligationibus & præceptis liberabo, vt iugum Christi Domini suaue magis suaue ipsis reddatur. Et licet mihi aliqui zelatores dicant quod per suam viam euitantur multæ relaxationes & peccata: ipsis tamen respondeo, quod hæc causa non est sufficiens ad ponendum præceptum vbi re vera nullum est. Vnde melius multo est dicere clarè veritatem affirmando nullum esse præceptum licet ex tali dicto aliqua relaxatio oriatur, quam dicere esse præceptum vbi re vera nullum est: non enim vult Deus quod sua Ecclesia quæ est columna & fundamentum veritatis mendacijs præsertim in spiritualibus regatur prout traditur in iure, [a] & tractant D. Thomas & Couarruuias.

a c. qui scandalizauerit extra de regul. iur. D. Th. 2. 2. q. 43 art. 7. ad. 2. Cou. in regul. peccatū 1. p. n. 4. versi. 1.

Aduertendum etiam cum Collectore superius allegato quod non obstante præfata Ordinatione seu concessione tenentur fratres Minores ad statuta quæ postea authoritate Apostolica facta reperiuntur ac de cætero fient quia Pontifices præcedentes nequeunt ligare manus succedentium præsertim verò tenentur ad statuta generalia virtute mandati Leonis Decimi, de quo supra mentionem fecimus.

## ARTICVLVS IX.

### An Papa confirmando statuta regularium, prætendat remouere eos per illa ab stricta obseruantia quam habent.

REspondeo dicendo, quod Summi Pontifices sanctitatis & reformationis semper amatores fauorem beneuolum semper sunt impartiti, formam & vitam recollectam anhelantibus. Nolo autem hãc rem comprobare testimonijs antiquis, & factis Summorum Pontificum sed testimonijs & factis modernis volo illam demonstrare: nam Pius Quintus [b] anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo nonnulla ad obseruantiam & regimen Ordinis seruorum Beatæ Mariæ ordinauit reformauit etiam conuentuales Ordines Minorum. Et Gregorius [c] Decimustertius anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo octauo, confirmauit, & declarauit regulam, & regimen fratrum discalciatorum Prouinciæ Sancti Ioseph, in Regnis Hispaniarum, Ordinis Minorum Sancti Francisci de obseruantia. Ac sub pœna excommunicationis latæ sententiæ inhibuit superioribus & Prælatis ipsorum de obseruantia nè eos circa eorum viuendi modum molestare aut in eis aliquid innouare præsumant custodiam Sancti Gregorij in Indijs Philippinis incorporauit eidem Prouinciæ Sancti Ioseph. Ac ipsos discalciatos sub iurisdictione Ministri generalis totius Ordinis tantum remanere iussit, adeo vt ipse generalis per se ipsum vel alium seu alios eiusdem Ordinis discalciatorum, tantum possit ipsos fratres discalciatos corrigere, visitare ac in eos iurisdictionem exercere. Per quod tamen non priuant Commissarium generalem Cismontanũ sua in dictos fratres iurisdictione, habet enim eandem in suis partibus quam habet ipse generalis prout in quæstione de Commissario generali dicemus. Et idem Gregorius XIII. anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo nõnulla ordinauit de institutione & regula gratijsq; & priuilegijs fratrum & monialiũ discalciatorum primitiuã Regulam ordinis B. Mariæ de mõte Carmelo in Regnis Hispaniarũ obseruantiũ & de officio Prioris Prouincialis Hispaniarũ & Prioris generalis totius ordinis prout latè dictũ est in superioribus. [d] Deniq; semper Sũmi Põtifices reformationẽ regulariũ miris fauoribus prosequuti sunt cõstitutiones statuẽtes quibus à sua reformatione minime prolaberentur. Et hoc idẽ Cõcilia generalia religionis Christianæ semper effecerunt. Vnde Concilium Tridentinum multa pro regularibus in communi statuens tãdem determinat [e] quod regulares sub strictioribus statutis viuentes, ab ipsis non intendit remouere. Ex quibus omnibus concludendum est quòd quando Summi Pontifices ad efficienda statuta regularia in Comitijs generalibus suam impartiuntur autoritatẽ, non ipsam concedunt vt per ea regulares sub strictiori vita agentes à suis institutis remoueantur. Nec confirmantes dicta statuta, ea quæ à talibus institutis abstrahunt confirmare censendi sunt. Confirmatio enim generalis statutorum non extenditur ad statuta iniusta vel inutilia, neque ad illa quæ sunt iuri contraria, vel quæ possunt aliquod nouum ius inducere

b Habet. in bullario bulla. 103. incipit postquã nos Deo. c In constit. ad hoc nos Deus. 91.

d 5. q. 2. arti.

e Con. Trid. sess. 25. de regul. c. 17.

cum

cum talis confirmatio intelligatur per obreptionem impetrata. Quod etiam procedit quando talis confirmatio fuisset facta cum clausula ex certa scientia, quoniam nō est vero simile principem voluisse talia statuta injusta confirmare prout affirmant multi Doctores allegati per Rolandum à Valle, [a] & Marianum, & Socinum Iuniorem Auiles & Gutierrez. Vnde in constitutionibus generalibus Toletanis nostræ sacræ religionis de obseruantia postquam multa pro fratribus piè & salubriter sunt instituta autoritate Apostolica additur, [b] quòd per ea non tolluntur statuta aliquarum prouinciarum sub arctiori disciplinavitam agentium.

a Valle consil. 29 à. n. 32 vsq; ad nu. 36. Marian. consil. 32. n. 43. li. 9. Auil. c. 17. præto. n. 4. Gutier. de iuramēt. confir. 1. p. c. 38. n. 6.

b Ordinat. Tolet.

# QVÆSTIO XI.

## De sacris canonibus, priuilegijs & statutis quoad eorum explicationem in nouem articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæruntur nouem.*

1 *Vtrùm declaratio sacrorū canonum & priuilegiorum pertineat ad principem solum.*

2 *Vtrùm declarationes congregationis Cardinalium obligent in foro interiori, & exteriori.*

3 *Vtrùm liceat iuris peritis ius canonicum & priuilegia declarare.*

4 *Vtrùm præferendus sit Theologus canonistis in interpretationibus dubiorum, quæ tangunt forum conscientiæ.*

5 *Vtrùm prælati religionum habeant facultatē ad iura & priuilegia interpretanda.*

6 *Quomodo decreta & priuilegia sint explicanda.*

7 *An leges & priuilegia secundum consuetudinem interpretentur.*

8 *Quid requiratur ad hoc vt sit rationabilis consuetudo ad interpretandum legem.*

9 *Vtrùm priuilegium Principis sit amplè interpretandum.*

## ARTICVLVS. 1.

### *Vtrùm declaratio sacrorum Canonum & priuilegiorum pertineat ad Principem solum.*

REspondeo dicendo, quòd Panormitanus [c] distinguendo determinat hanc quæstionem dicens, quòd aut dubium est super potestate, videlicet si potuit declarare, & hic nulli inferiori à Principe licet, quod multis sacris Canonibus [d] confirmat, & de hac interpretatione intelligūtur cōstitutiones pontificales dicentes quod nemini liceat, aliter interpretari: loquūtur enim de iudiciali definitione, & interpretatione, hanc enim Summi Pontifices sibi reseruāt. Aut dubium est super validitate & surreptione, & sic potest inferior iudex secūdum communiter Doctores. Aut dubium est circa verba solum, & tunc si casus est clarus, & decisibilis de facili tunc potest inferior cognoscere ad prēiudicium partium secundum communiter Doctores, quia inferior interpretatur legem superioris in prēiudiciū partium vt notat Innocentius [e] & probant decreta, si vero casus est dubius tunc ad Principem est recurrendum, si eius prēsentia de facili potest haberi argumēto multarum [f] legum & decretalium, quod si de facili non potest adiri princeps propter lōgam distantiam sic poterit interpretari per rationem naturalem & verosimilem, vt facit Iurisconsultus, [g] de quo in inferioribus latius agemus. Aut dubium versatur circa intentionem principis, & decidi non potest sine magno dubio, quo casu interpretatio est solius Principis. Vnde cum multa dubia circa Concilium Tridentinum exorta non potuerint decidi sine magna difficultate ad sedem Apostolicam fuit sæpe sæpius recursum, vt dignaretur suam intentionem manifestare. Quod fecit Pius V. vt cōstat ex multis declarationibus ab eo latis super impedimēta matrimonij, & Summi Pontifices propter multitudinem dubiorum constituerūt congregationē Cardinalium ad huiusmodi decreta & dubia explicanda, vt constat ex duabus concessionibus datis à Sixto V. Pōtifice maximo. Vna est vniuersalis pro secularibus & ecclesiasticis. Altera tantum pro regularibus: quarum tenores hic referam, cē sui enim id esse necessarium ad multa in inferioribus decidenda.

c Panor. in ca. cū venissent de iudicijs.

d c. 1. de trās lat. prælat. 17 q. 4 §. qui autē, & 9. q. 3. c. cūcta per mundum.

e Innoc. in c. cū speciali de appel. ca. inter alia de sen. excōm. f l. ex facto. §. 1. ff. de vsu ga. & pupil. d. c. cum venissent. & d. cap. inter alia.

g In. d. l. facto §. 1.

## Congregatio octaua.

Pro interpretatione & executione Concilij Tridentini.

1. Corin. 1. 2. Corin. 4.

*DEo autem patri misericordiarum gratias agentes, qui in œcumenico Concilio Tridentino Spiritus Sancti lumine diffuso catholicam veritatem omnibus patefecit, hæreses nostrorum temporum confutauit, mores & disciplinam restituit, eiusdemque Concilij decreta ab omnibus obseruari volentes: Cum ad singularem Romani Pontificis authoritatem tantummodo spectet generalia Concilia indicere confirmare interpretari, & vt vbique locorũ seruentur curare & præcipere, eorum quidem decretorum, quæ ad fidei dogmata pertinent interpretationem nobis ipsis reseruamus. Cardinalibus vero præfectis interpretationi & executioni Concilij Tridentini, si quando in his quæ de morum reformatione, disciplina, ac moderatione, & ecclesiasticis iudicijs aliisque huiusmodi statuta sunt dubietas, aut difficultates emerserint interpretandi facultatem (nobis tamen consultis) impartimur, &c.*

Habentur in Bullario Sixti V.

## Congregatio vndecima.

Pro consultationibus regularium.

*NEc sane minus de regularium ordinibus soliciti sumus, qui Ecclesiæ Dei magnum adiumentum & ornamentum omni tempore præstiterũt, imo vero summo opere cupientes eorum salutaria studia, progressusque ad pietatem promouere, qui è fluctibus seculi in portum regularis vitæ confugerunt, ob eam causam, vt remotis impedimentis, & inanibus contentionibus amputatis sub suaui religionis jugo, & suorum institutorum obseruantia quiete viuant, gratumque altissimo famulatum exhibeant quinque alios Cardinales eligimus quibus facultatẽ cõcedimus, vt regularium claustraliũ, mẽdicãtiũ, nõ mẽdicãtium, hospitaliorũ & militarium, possidentiũ & non possidentium, cuiusuis demum ordines sint controuersijs dubitationibus consultationibus propositis respondeant, causas verò, quas inter ipsos religiosos oriri contigerit, iuxta quarũcunque religionum instituta, eorumque dispositione aut interpretatione comprehendantur, eas ad eandem congregationem Concilij remittant. Audiant itidem, ac decidant prædicti Cardinales causas & controuersias inter prædictos ordines vertẽtes, siue in vniuersum seu ratione particularium locorum, dummodo formam iudiciariam non requirant, &c. sub nomine autem regularium etiam moniales cuiuscunque sint regulæ & obseruantiæ comprehendi volumus. Hæc quantum ad nostrum propositum continentur in dictis commissionibus.* Nunc videndum est quam vim & authoritatem habeant horum patrum Ecclesiæ declarationes, virtute istarum Commissionum apostolicarum.

## ARTICVLVS II.

*Vtrùm declarationes congregationis Cardinalium obligent in foro interiori & exteriori.*

REspondeo dicendo, quod quidam vir doctissimus nostræ religionis sequendo sententiam doctissimorum virorũ (Prout

(Prout ipse ait) dicit; Nonnulla fuerunt decreta ab hac illustrissima congregatione impetrata ad regulares spectantia, quæ vtrum obligent consulendus est Summus Pontifex, & illud est inuiolabiliter obseruandum quod ab eo iudicialiter sub literis authēticis fuerit declaratum. Interim tamen à viris doctissimis firmatum fuit huiusmodi declarationes, quæ ad instantiam quorundam fiūt non obligari in foro interiori neque exteriori. Atque adeo inferunt neminem esse damnandum in iudicio propter has declarationes Cardinalium, si opposita sententia idoneo & iuridico fulcita sit fundamento. Huius rei ratio hæc est quia prædictæ interpretationes non habent vim legis, quia non sunt solenniter promulgatæ, nam promulgatio est de intrinseca ratione legis iuxta ea quæ in superioribus [a] latè dicta sunt. Nec etiam huiusmodi declarationes habent etiam vim sententiæ definitiuæ, cum omnes sciant quòd parte non audita sint definitæ. Sed ait hic doctissimus vir, inutilis ergo est huius congregationis institutio, si quæ ab ea definita sunt nullum habent obligandi robur in foro interiori, neque in exteriori? Negatur omnino obiectio: nam maturo Consilio à sanctissimis Summis Pontificibus Gregorio Tertiodecimo, & Sixto Quinto hæc congregatio instituta est. Ad tollendos, scilicet, frequentes scrupulos, quos quotidie oriri videmus circa ea quæ in Concilio Tridentino definita sunt. Atque adeo istæ declarationes potius sunt doctorales quam iudiciales, cum nulla sit promulgata lex: quæ iubeat has declarationes suscipiendas esse, tamquam leges certas & infallibiles. Nam sicut dubia omnia absolui possunt doctrinaliter à iurisperitis & Theologis, imo à Christi Vicario id sæpè factum legimus: ita Summus Pontifex certos quosdam sacri Concilij interpretes esse voluit, quorum responsa doctrinalia essent interim, quo à Summo Pontifice declaratio iudicialis totius Concilij Tridentini conditur & promulgatur. Quæ nimirum iuridica declaratio ita necessaria existimari debet, vt nihil magis opportunum esse videatur ad veram intelligentiam, & executionem ipsius Concilij Tridentini. Atque adeo sub literis authenticis essent solenniter promulgandæ. Hæc vir ille doctissimus.

[a] Sup. q. 6. art. 3.

Quæ licèt vera appareant, in aliquibus tamen examinatione opus habent. Et ita dico primo quod dictæ declarationes si authenticæ sigillo ipsius congregationis, aut alio iuridico habeantur, in iudicio & extra iudicium sunt obligatoriæ, & secundum eas Authenticas sæpè in tribunalibus fuit iudicatum. Et ego scio secundum quandam Cardinalium declarationem fuisse quendam ætatis solum decem & sex annorum admissum ad quandam dignitatem in Ecclesia collegiata in diœcesi Burgensi. Declarauerunt enim illustrissimi Cardinales quòd Concilium [b] Tridentinum requirens vigesimum secundum ætatis annum ad huiusmodi admissionem loquitur de dignitatibus & canonicatibus Ecclesiarum cathedralium, non autem collegiatarum, vt patet ex litera eiusdem Concilij, & probat Quintilianus [c] Mandosius. Dicere autem quòd vt declarationes obligent in foro conscientiæ, & in foro exteriori est necessarium, quòd promulgentur, non videtur continere veritatem. Licet enim leges vt obligent sit necessarium quòd publicentur. Vt tamen declarationes legum iam publicatarum & receptarum obligent non est necessarium quòd publicentur. Sufficit enim quòd ipsæ leges sint promulgatæ & receptæ, ad hoc quod earum declarationes à Principe vel ab habente potestatem ab ipso Principe datæ obligent eodem modo, quo ipsæ leges obligant. Constat autem declarationes Cardinalium esse datas ab ipsis authoritate Apostolica habita ab ipso Summo Pontifice. Vt constat ex verbis primæ commissionis Sixti Quinti superius allegatæ. Ibi interpretandi facultatem (nobis tamen consultis) impartimur. Nec mihi videtur verum quod dicit prædictus pater, scilicet, quod in dictis verbis solum conceditur dictis patribus interpretatio doctrinalis. Nam declaratio ab eis lata censeri debet non sicut declaratio doctrinalis lata à Doctoribus & iurisperitis, sed sicut declaratio lata à viris habentibus facultatem ad declarandum ab ipso legislatore. Imo & ab ipso legislatore cum ipsi eo inconsulto minime possint ipsum Concilium declarare, vt patet ex litera ipsius commissionis, ibi, nobis tamen consultis. Nec

[b] Con. Tri. sess. 24. de refor. c. 12.

[c] Quintilia. Mando. con sil. 20. à n. 12

his obstat quod dicebat prædictus pater q̃ nulla est promulgata lex quæ iubeat has declarationes suscipiendas esse tanquam legescertas & infallibiles. Nã huic obiectioni respondeo concedendo nullam esse specialem legem hoc expresse iubentem. At concesso quod hi illustrissimi patres proferant supradictas declarationes cõmissione Papali, eadem lege qua obligamur recipere declarationem Papalem tanquam veram, cũ ad Legislatorem pertineat vera suarum legum intelligẽtia. Prout dicitur in [a] Iure eadẽmet obligamur recipere declarationes istorum patrum tanquã veras, & vere mentem ipsius Legislatoris attingentes. Ex quibus patet, quod tales declarationes authenticæ dicendæ sunt declarationes definitiuæ quæ vt tales imponunt necessitatem, & inscriptis rediguntur sicut declarationes ipsius Principis Legislatoris, secundũ ea quæ tradũt Canones [b] & leges quæ ius faciunt quoad omnes, prout ijdẽmet Canones [c] profitentur: dixi authenticæ, si enim authenticæ non sint non obligamur ad eas recipiendas, & in hoc casu vera erit opinio dicti doctissimi patris.

a c.1. de iur. calum.

b c. inter alia de sent. excom. 2. q. 1. §. ex his omnibus. l. vlt. C. de legib.

c c. fi. de cõstitut.

## ARTICVLVS. III.

### Vtrum liceat Doctoribus ius Canonicũ & priuilegia declarare.

REspondeo dicendo, quod verus sensus Concilij Tridentini & aliorum Canonum à Papa esset petendus, vel à congregatione Cardinalium deputatorum. Attamen ipsum possunt interpretari in tribunalibus iudices, & in Academijs lectores pro communi vtilitate, iuxta tradita in eodem Concilio [d] Tridentino quod in praxi videmus obseruari. Et videmus quod legum Regni interpretatio reseruatur Regi, aut Regio senatui, quas tamen interpretantur Iurisperiti prout tradunt Perez [e] & Castillo, & per æquitatem siue epicheiam temperant legum rigorem iuxta intentionem præsumptam Legumlatorum, vt tradũt Perez, [f] Couarruuias, Caietanus cum Diuo Thoma, Nauarro, Soto, & Ferdinandus à Mendõca. Alioquin multa sine quibus Respublica gubernari non potest, penderẽt in ancipiti, si sub generali prohibitione prohiberentur iudices & Doctores Academiarum interpretari Concilia & priuilegia iuxta plenum verborum sensum. Vnde licet Papa reseruauerit sibi interpretationem regulæ Beati Patris nostri Francisci, prout patet ex quadam Clementina, [g] viri tamen docti apud nos & seculares ipsam interpretantur, cum opus est, prout aduertit Cordu ba [h] in expositione ipsius regulæ. Ex his sequitur circa Concilĩ Tridentinum, quod cum sit facta specialis prohibitio necessario seruanda (vt constat ex bulla confirmationis eiusdem Concilij facta à Pio Quarto quæ incipit, benedictus, & est inserta in fine ipsiusmet Concilij Tridentini) in qua *Prælatis præcipitur sub pœna interdicti & reliquis omnibus sub pœna excõmunicationis latæ sententiæ, ne cõmentarios glossas annotationes, scholia, vllumue interpretationis genus super ipsius Cõcilij decretis quoquomodo edere aut statuere audeant etiã prætextu maioris corroborationis aut executionis ipsius Cõcilij.* Ipsa tamen specialis prohibitio non prohibet ne aliquis ad iuuandam memoriam & suam eruditionem, & specialem institutionem annotationes vel cõmentarios faciant, sed ne fiant ad edendum vel publicandum prædicta commentaria, & scholia. Veluti si quis ad hunc finem libros imprimeret, vel codicem componeret, eo animo, vt eius copia ad omnium manus peruenire posset. Aduertendum etiam est, quod non prohibetur aduocatis in dicto loco qui litem aliquam defendentes ortam ex dubia intelligentia alicuius decreti prædicti Concilij scribunt & componunt causæ patrocinium ad persuadendum Iudicum animos, idemq; dicendum de viris literatis, qui verbo & scripto respõdent doctrinaliter & doctoraliter specialibus dubijs quæsitis circa intelligentiam alicuius decreti à se dandam, vt quoties fit, eorum sententia tuta est. Neque etiam prohibentur autores librorum qui incidenter interpretantur aliqua decreta eiusdem Concilij ab eis allegata. Vt facit doctissimus Nauarrus sæpe, & alij plures. Vt Medina, Cordoua Menochius & Vega, quia hoc nõ est edere aliquod genus comentarij super ipsius Concilij decretis. Has igitur omnes exceptiones ad dictum præceptum Pij Quarti in

d Cõc. Trid. sess. 25. de refor. c. 2.

e Per. in proœmio. ordi. reg. q. 2. Castillo. in l. 1. tau fo. 15.

f Perez in d q. 2. Couar. in regu. possessor. 2. p. §. 6. n. 2. Caie. & D. Th. 1. 2 q 97 & 2. 2. q 60. arti. 5. & ex professo q. 120. Sot. li 1. de iust. q 7 art. 3. & li. 3. q. 4. ar. 5. Mẽdõca. li 1. di spu. iur. c. 3.

g Clemẽ. ex iui. de verb signi.

h Cor. in introduct. q. 5 &. 6.

ti in dicta Bulla licitas esse vniuersalis consuetudo iam declarauit. Addendum tamen supradictis quod possunt huiusmodi Doctores leges & iura interpretari, sed non leges aut iura condere, id enim necessario censendum est, de interpretibus iuris humani, quod de Sacræ Scripturæ interpretibus censet Augustinus in Epistola decima nona quæ est ad Hieronymum sic inquiens. Ego solis ex scripturarum libris qui iam Canonici appellantur, didici hunc timorem honoremque deferre vt nullum eorum scribendo erraſſe, audeam credere. Et aliquibus interpositis subdit: alios autem ita lego vt quantalibet sanctitate, quanta vè doctrina polleant non ideò verum putem, quia ipsi ita censuerunt, sed quia mihi per alios authores, vel canonicas vel probabiles rationes quod à vero non abhorreat persuadere potuerunt. Hæc Augustinus. Et in Epistola ad Fortunatum iterum ait. Nec quorum libet disputationes quanuis catholicorum & laudatorum hominum veluti scripturas Canonicas habere debemus vt nobis non liceat salua honorificentia quæ illis debetur hominibus aliquid in eorum scripturis improbare atque respicere si forte inuenerimus quod aliter senserint, quàm veritas habet diuino adiutorio ab alijs intellecta vel à nobis. Talis ego sum in scripturis aliorum quales volo esse intellectores meorum. Hæc Augustinus. Si Sacræ Scripturæ & iuris diuini interpretes quanuis sanctissimi viri sint non possunt (vt Augustinus ait) nos cogere, vt suam sententiam tanquam pro lege recipiamus, multo minus iuris humani interpretes qui non tanta sanctitate pollent poterunt nobis præfigere leges aut latas abrogare: possunt quidem (vt dixi) iura interpretari. Sed eorum interpretatio eatenus recipienda est, quatenus illa textui consentire videbitur.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrùm præferendus sit Theologus Canonistis in interpretatione dubiorum quæ tangunt forum conscientiæ.*

REspondeo dicendo, quòd Theologi præferuntur iurisperitis in interpretatione dubiorum, quæ tangunt forum conscientiæ, quia ad Theologos pertinet fons legum & examen, prout Diuus [a] Thomas, & Soto, tractantes de legibus satis indicant, pertinet enim ad eos de lege diuina positiua quæ est de fide explicita, & Sacramentis, iudicare & de omnibus casibus & contractibus vt pertinent ad forum conscientiæ aut peccatum, & de charitate & iustitia erga proximos de reformatione, &c. Id vero colligunt non tantum per lumen naturæ & Philosophiam moralem quæ est ancilla Theologiæ. Sed etiam per lumen infusum fidei, per dona Spiritus Sancti, & Sanctorum exempla ab hoc enim fonte Pontifices sua decreta & Canones deriuant, prout tradunt Cassaneus, [b] Cano, & Palatius: atque ita dicunt viri docti quod Theologi pro Episcopatu & parochiali Ecclesia præferendi sunt Canonistis. Debet tamen Theologus pro interpretatione prædictorum dubiorum esse instructus in Canonū & legum peritia prout resoluūt Perez, [c] Palatius, & Cassaneus, quia ex solo discursu rationis Theologus scire non potest quod circa varios casus disponant iura pro foro etiam conscientiæ, quorum decreta pendent semper à libera Principis voluntate, & præter lectionem librorum qui sunt magistri muti debent consulere vtriusque iurisperitos quibus auditis Theologus tanquam superior iudex adhibeat moderamen pro foro conscientiæ. Ita Henriquez. [d]

[a] D. Th. 2. 2. q. 50 Soto. li. 2. de iust.

[b] Cassan. de gloria mundi p. 10. consid. 10. Cano de locis Palatius in princ. lib. de contractib.

[c] Perez in præc. ordi q. 2. Palat. vbi sup. Cassan. vbi sup. conside. 25.

[d] Henri. homil. lib. 7. de indulg. c. 29 n. 4. litera. v

## ARTICVLVS. V.

*Vtrùm Prælati religionum habeant facultatem ad iura & priuilegia interpretanda.*

REspondeo dicendo, quod iudicialis definitio seu interpretatio priuilegiorum Sedis Apostolicæ reseruatur Summo Pontifici, vt iura [e] decernunt, non tamen prohibetur doctrinalis, seu magistralis declaratio quam non solum Prælati religionum sed etiam quicumque literati secundum naturalem rationem & iuris fundamenta præstare possunt priuilegijs, & legibus quibuscunque non solum respondendo particularibus quæsi-

[e] c. cum venissent de iudic.

quæsitis, sed etiam publica commentaria edendo, si tamen prælati religionum in dubijs emergentibus circa priuilegia Apostolica & Canones declarationes iudiciales in scriptis vel alias facerent prohibendo sub aliqua pœna nè subditi possint vti alia interpretatione, peccarent quidem & sua declaratio esset nulla, quia talis declaratio Papæ reseruatur. Verum si ex alicuius legis Apostolicæ, vel priuilegij promulgatione dubia occurrunt inter subditos, & præcipuè si ea dubia spectent ad totam communitatem poterunt quidem Prælati doctrinalem quandam interpretationem concedere, & ad eius obseruantiã subditos exhortari & admonere iterum quod ad Summum Pontificem recurritur, quia in hoc nulla inuenitur prohibitio, imo est bona gubernatio. Et sic Innocentius Octauus fecit fratribus Ordinis Prædicatorum congregationis Hispaniæ super gratijs & priui legijs tam Ordini, quam Congregationi prædictæ concesis. *Idem Dominus Innocentius pro securitate conscientiarum prædictorum fratrum concessit facultatem vicario generali dictæ congregationis pro tempore existenti cum aliqua persona in dignitate constituta & duobus alijs iuris consultis interpretandi huiusmodi dubia & quod fratres dictæ congregationis secure possint stare declarationibus per eosdem faciendis.* *Imo Leo* [a] *Decimus concessit quod in rebus dubijs & scrupulosis conscientias fratrum Minorum subditorum tangentibus generales & Prouinciales seu custodes cum consilio aliquorum Patrum (si res magnæ importantiæ fuerint) possint authoritate suæ Sanctitatis determinare in scrupulis & rebus huiusmodi atque eorum determinationi subditi secura conscientia possunt & debeant stare.* Et idem Leo Decimus [b] amplians prædictam concesionem, *Concessit quod fratres qui sunt nimis scrupulosi possint in omnibus dubijs suam conscientiam tangentibus secura conscientia stare determinationi sui guardiani, vel cuiuscunque alterius Prælati.* Et aduerte quod hoc conceditur etiam Vicarijs & Presidentibus loco ipsorum Guardianorum guardianis absentibus: licet enim ipsi non sint Prælati, & concesio supradicta solum Prelatis concedatur vt constat ex eius verbis ibi, sui Guardiani vel cuiuscunque alterius Prælati: hoc tamen priuilegium fundatur in fauore publico animarum & priuilegia fundata in fauore publico vel pia causa & fauorabili recipiunt quidem extensionem de vna persona ad aliam personam ex paritate rationis vt post alios tenet doctissimus Petrus Barbosa primarius Conimbricensis Academiæ, & supremi Consilij Portugaliæ Consiliarius. Et in hoc casu est in vicarijs absentibus suis Prælatis eadem ratio alioquin conscientijs fratrum non satis prouidetur. Aduertant tamen Prælati quod si dubia sint circa leges & priuilegia & literas Apostolicas circa incursionem alicuius pœnæ & res deuenta fuerit ad iudicium, poterit Prælatus sequi opinionem quæ sibi verior apparuerit in infligenda pœna, vel ab ea releuando & tunc sententia erit valida, quia sententia lata contra ius dubium non est nulla, sed valida vt docent scribentes [c] multis iuribus ad hoc suffragantibus.

Circa supradictam concesionem Leonis Decimi est notandum primo quod habet locum quando res est dubia, si enim clara est, non est necessaria Prælati declaratio sicut secundum ius, in claris non est opus coniecturis. Vnde subditus obligatur, ad faciendum id, quòd per regulam sibi clarè præcipitur non obstante declaratione contraria ipsius Prælati, in hoc enim non tenetur illi obedire, nisi ipse Prælatus præcipiat aliquid dispensando iuste & iuridice in præcepto regulæ aut Canonis, contra quod præcipit aliquid faciendum prout in quæstione de dispensatione dicetur. Ad maiorem autem explicationem dictæ concesionis Leonis Decimi est aduertendum secundo quod declaratio Prælati quando aliquis casus particularis dubius contigit, est optima ad timoratas

a Habet. in supple. fol. 59. cõcef. 172

b Suppl. fol. 93. cõcef. 287

c Panor. in c. 1. de sent. & iud. n. 9.

tas subditorum conscientias quietandas & vt talis maximè à Theologis commendatur: propter quam causam debet religiosus declarationi acquiescere captiuando suum intellectum in obsequium ipsius declaratio nis iuxta tradita à Diuo [a] Thoma, Caietano, & Nauarro, qui ait male & imprudenter agere Prælatos qui dubitantibus eorum subditis an teneantur ieiunare hoc suis conscientijs remittunt, debent enim vt patres compati infirmitatibus suis prout ait Syluester. [b] Et Caietanus [c] laudat maximè subditos sequentes in rebus dubijs declarationem sui Prælati intelligentes ipsum vt sapientem Prælatum minimè errare posse in his, quæ ad eorum salutem necessaria sunt & ipsum posse in tali casu dispensare etiam si declaratio eius in eo casu locum non habeat. Circa hoc aliqua docte adducit Corduba. [d] Et eandem doctrinam docet Nicolaus Tertius in sua Clementina [e] exijt & clarius Ioannes [f] Vigesimus secundus in extrauaganti quorundam quorum vestigia secutus Diuus Bernardinus primus Vicarius generalis obseruantiæ in quadam Epistola quam ad fratres de familia scribit vt Vicarius generalis ipsorum, hanc doctrinam præ oculis eorum semper habendam testatur vt corda ipsorum mandatis Dei & regulæ suæ sint (prout decet) dedita, & constitutiones generales religionum à Sede Apostolica approbatæ hoc sæpe sæpius proclamant.

a D. Th. 1. 2. q. 96. in corpo. art. & ad 2. & 2. 2. q. 147. ar. 4. vbi Caiet. Nau. c. 21. n. 22.

Sylu. ver. obedientia. 9.

c Caiet. ver. ieiunium. §. quoad. 3.

d Cord sup. reg. B Francisci. c. 10. q. 2. in. 3. pũcto e Clem. exijt. §. insuper neq; vtensilia.

f extraua g. quorũdam ar. 1. & 2.

## *ARTICVLVS VI.*

### *Quomodo decreta & priuilegia sint explicanda.*

REspondeo dicendo, maximè necessariam esse declarationem legum & priuilegiorum, nam vt ait Diuus Gregorius [g] ille qui solum considerat literam Sacræ Scripturæ, & per consequens legum & priuilegiorum quæ à diuina Theologia dimanant, & sensum eorum minimè perscrutatur, magis confusionem quam doctrinam adeptus erit, sæpè enim literæ verba videntur contrariari, quæ contrarietatis apparentia ideo Deus sua altissima prouidentia permittit, vt lectorem ad diligentissime indagandam veritatem alliciat, quod ipsum declarat optimo exemplo Diuus Chrysostomus: [h] & sic ait iuris consultus Celsus [i] scire leges non est verba eorum tenere, sed vim aut potestatem quod alijs efficacioribus verbis proponit Paulus [k] iuris consultus, dicens non oportere ius ciuile calumniari, neque verba captari, sed qua mente quid dicitur animaduertere, conuenire. Cum igitur legum & priuilegiorum vera intelligentia maxime sit necessaria operæ pretium esse duxi in hoc loco aliquas regulas proponere collectas maximo meo labore ex varijs locis.

Prima regula maxime necessaria ad intellectum legum, Canonum, & priuilegiorum est, quod proœmia ipsorum causam continent finalem prout lex [l] quædam nobis testificatur, vbi notant Bartolus, Baldus, Angelus, & Imola, nam ex verbis proœmij colligitur mens disponentis secundum Panormitanum, [m] & Imolam, sicut ex præfationibus, probatur intentio contrahentium, vt dicunt iura, [n] & ex præfationibus statutorum probatur mens statuentium secundum Bartolum. [o] Ad proœmium enim semper recurrimus, quo disponentis voluntatem conficiamus, secundum iura [p] & ibi notat Bartolus. Et hæc sententia est notanda & consideranda, est enim maxime necessaria ad intelligentiam legum, Canonum, statutorum, & priuilegiorum ad quam non aduertentes vidi doctissimos in intelligentia multorum hallucinare male ea explicantes considerando decisionem sine discursu ad intentionem legislatorum quæ ex proœmijs & præfationibus indagatur.

Secunda regula non minus scitu digna & necessaria ad interpretationem priuilegiorum & gratiarum & concessionum est quod ipsa recipiunt interpretationem à supplicatis cum mente enim supplicantis præsumitur se conformare concedens prout quædam decretalis [q] nos docet vbi notat Felinus & tenet Iason, & Decius.

Tertia regula est quod verba legum, Canonum, & priuilegiorum debent intelligi secundum id ad quod principaliter proferuntur à legislatore ait enim iuris consultus Vlpianus [r] illa verba prætoris in principio legis posita, ne quid in flumine ripa

g Greg. li. 4. moral. c. 1.

h Chrysost. homil. 35. in Ioannem.

i l. scire. li. ff. de legibus.

k l. pen. ff. ad exhiben.

l l. fin. ff. de hæred. instit. vbi Bart. n. 3. Bald. Angel. & Imol.

m Panor. in c. aduersus. n. 2 de immunit. eccles. Imol. in. d. l. fin.

n l. titia. §. idẽ respõdit ff. de verbo. obliga. l. itẽ quia. §. fin. ff. de pact.

o Bart. in. l. ambitiosa. col. pen. de decret. ab ordi. faciend.

p l. 1. in prin. & ibi Bart. ff. ad Senat. consul. macedon. & in l. cum hi in prin. ff. de transact.

q c. inter dilectos. §. cæteri & ibi Feli. col. 4. de fid. inst. Iaso. in. l. Gallus. §. idem credendum ff. de lib. & posth. & in l. cas. n. 5. C. de transact. Deci. consi. 10 n. 8. & cõsi. 6. col. 2. & consi. 403. n. 15.

r l. 1. §. nõ autem. ff. de flumin.

ripauè fiat quo ſtatio nauigio deteriùs fiat de flumine nauigabili eſſe, intelligēda, quoniam ad id principaliter proferūtur, & verba poſita ad vnum finem ad illum finē ſunt interpretanda, vt ait quidam Canon, [a] & intelligentia verborū ex cauſis eſt aſſumenda dicendi, vt ait Diuus Hilarius [b], & actus agentium non operatur vltra eorum intentionem, ſecundum Philoſophos, quod etiam docent nos Iuriſconſulti, quæ regula eſt magiſtralis, & ſummè notanda, & per eam defendunt doctiſsimi Theologi [d] Concilium [e] Tridentinum dicens, nos iuſtificari per gratiam & charitatem diffuſam ab Spiritu Sancto in cordibus noſtris non definire nos iuſtificari per habitus infuſos in animabus noſtris inhærentes cum illa verba non ponantur in illo decretó ad hoc definiendum, ſed principaliter ad definiendum contra Lutherum nos non iuſtificari ab extrinſeco per non imputationem peccati, ſed ab intrinſeco per renouationem quandam interiorem.

a cap. fin. de verb. ſig.
b ca. intelligentia eo. ti.
c l. non omnes, ff. de rebus cred. l. in agris, ff. d acquir. rerū dom.
d Med. in 2. q. 112.
e Cōc. Trid. ſeſ. 6. c. 4, de ſacr. pœnit.

Quarta regula eſt, quod vna ſcriptura declaratur non ſolum per aliam partem eius ſed etiam per alias omnino ab ea ſeparatas, quod grauiſſimus autor Auguſtinus [f] in hæc verba docet: Cum verba Scripturæ apertius in vno loco ponuntur, ibi diſcendum eſt, quomodo in locis intelligantur obſcuris, & ſuper Geneſim ad literam docet, quod cum Scripturas legimus id eligamus, quod certo apparuerit eum conceſsiſſe, quem legimus. Si autem dubitatur id certe quod circunſtantiam Scripturæ non impedit & cum ſana fide concordat. Et [g] alibi in hæc verba prorum pit dicens: Cum ambiguitas occurrit con textus ipſe ſermonis à præcedentibus & ſubſequentibus partibus, quæ ambiguitatem illam in medio poſuerunt eſſe conſulendum vt videamus cui nam ſententiæ de pluribus quæ ſe oſtendunt ferat ſuffragium. Quibus conſonat illud quod tradit Cicero libro ſecundo de inuentione, vbi tractat de controuerſia quæ in ſcriptis agitur, & ibi ait, ſi ipſa ſeparata ex ſe verba conſiderentur omnia, aut pleraque videbuntur ambigua. Sed videamus quid de hac re ſentiant Iuriſconſulti, ſiquidem ſua in hoc opere res agitur. Et in primis Vlpianus [h] ait alteram partem, alternatiuæ per alteram interpretari. Iulianus dicit [i] ad ſummam numorum legatorum conijciendam ea quæ præcedunt, vel quæ ſequuntur ſcripta eſſe attendenda. Vlpianus [k] itidem agens de interpretanda clauſula prima inſerta Senatusconſulto eam interpretatur per tertiam clauſulam in eodem ſenatusconſulto longe poſitam. Et idem Vlpianus [l] ait interpretationem verborum quæ in teſtamentis inueniuntur obſcura fieri poſſe ex vicinis ſcripturis. Ex verbis enim prolatis in vna ſcriptura ſumitur interpretatio quid ſenſerit quis in alia. Quod Sceuola [m] Iuriſconſultus ſentit quatenus ſignificat per verba teſtamenti alicuius declarari poſſe, quid ipſe in inſtrumento donationis ſenſerit: Quod ibidem annotauit Bartolus, quem ſequitur Alexander; per quam regulam multa pulchra determinat [n] Decius in varijs conſilijs ab eo datis. Vnde rectè dixit Ioannes Croperus Archidiaconus Colonienſis. Nulla alia ratione ad eorum quæ à quopiam obſcure dicta ſunt, ad certiorem magiſq; propriam & germanam poteſt intelligentiam & notitiam peruenire, quam vt ea quæ antecedunt & ſequuntur verba expendantur. Et vt alia omittamus Cæleſtinus Papa [o] ait, vtriuſque iuris argumenta nos docere ea quæ in principio ad medium & ad finem & in principium referuntur: id quod his verbis ſic ſummat Baldus [p] dicens: Per media declarantur extrema & per vnum extremum declaratur aliud.

f Aug. lib. 3, de doctrin. Chr. c. 26. & ſup Geneſ. ad lit. c, vlt.
g idē. D. Aug. li. de doctri. Chr. c. 2
h in l. 1. ff. de reb. dub.
i l. ſi ſeruus §. finali ff. de poſtlim. reu.
k l. verū. ff. de petit. hæredit.
l l. hædes pa lā. §. ſi quid ſub fin. ff. de teſtam.
m l. vxoris, §. fin. ff. de legi. 3. vbi Bar to. Alex. cōſ 69. volum. 6
n Dec. cōſil. 15. nu. 3. cōſ. 270. nu. 2. & cōſ. 41. n. 4. Croper. de verit. corp. & ſanguin. Chr. pa. 103.
o ca. ſecūdo requiris de appellat.
p Bal. in d. c ſecūdo requiris,

Quinta regula maxime neceſſaria ad explicationem decretorum eſt, quod voluntas Legiſlatoris declaratur à veriſimili ſicut voluntas hominis à veriſimili indagatur, prout traditur in iure. q Nam qui arguit à veriſimili arguit à ratione naturali, cum ſimilitudo ſit cognata naturæ, vt ait Baldus, r & pro lege habetur, vt tradit Oldradus ſ, quos refert & ſequitur Craueta referens eum qui habet veroſimile pro ſe habere caſum legis pro ſe. Vnde verba generalia conſtitutionum ad veroſimilia extenduntur de quo vide late t Euerardum & Tiraquellum.

q l. nō eſt veroſimile ff. de eo quod metus cauſa, l. cū res ff. de legat. 1.
r Bal. cōſ. 180 n. 3. volu. 3.
ſ Oldra. cōſ 13. Crauet. cōſ. 292. n. 6.
t Euerar. in ſcrip. loc. c. 5. Tiraq. in præfa. leg. ſi vnquam n. 37. & ſeq. v l. hoc modo, ff. de cōd & demōſtr.

Sexta regula ad interpretationem decretorum vtiliſsima eſt conſiderare an ipſa decreta & ſtatuta ſint fauorabilia, vt ſicut fauorabilia ampliētur, ſecundum ſententiam cuiuſdam Iuriſconſulti, v an vero ſint odioſa &

sa & perconsequens restringenda iuxta regulam vulgarem. Difficillimum tamen est concludere quando lex sit fauorabilis, an odiosa iuris enim periti in hoc variant, aliqui enim iudicant legem esse fauorabilem, quam alij odiosissimam prædicant iudicantes de ea secundum id quod sibi magis arridet suum vnusquisque interesse prętendens: hoc clarè videtur in lege Regni quæ concedit propinquiori cognato vt rem suorum progenitorum sibi pro pretio quo venditur possit applicare. Quidam enim hanc legem fauorabilem appellant cum sit in fauorem progenierum. Alij vero odiosam esse iudicant: siquidem est contra ius commune in præiudicium aliorum emptorum vt refert Tiraquellus. [a] Eadem controuersia inuenitur in legatis & fideicommissis quæ fiunt in testamentis & vltimis voluntatibus, quidam enim Doctores affirmant esse fauorabilia. Alij verò contraria via gradientes odiosa esse prædicant, de qua re latè agit Mantica, [b] qui decem pro vna parte, & alias decem pro alia rationes proponit. Et tandem videns difficultatem, rem indecisam relinquit. Eadem quæstio versatur circa statuta excludentia à successione, quidam enim dicunt esse odiosa, alij è contra fauorabilia prout innuit Imperator Iustinianus [c] & tradit Sarmiento. Et eadem reperitur controuersia in institutione maioratus quam quidam fauorabilem, alij odiosam esse dicunt, prout refert Tiraquellus. [d] Et eadem controuersia versabitur etiam in præceptis Papalibus & in constitutionibus expeditis in fauorem religionum iuxta tradita in iure [e] dicunt enim quod cum hęc obligent aliquando vltra terminos iuris communis tanquam odiosa censeri debent, & sic dicunt obligationem votorum religiosorum strictè esse interpretandam cum præter ius commune sit constituta, iuxta ea quæ in iure [f] notantur. Verum est tamen quod alij Doctores diuersa via gradientes dicunt quod in legibus & constitutionibus principalius quod intenditur, debet cõsiderari, & quod vt lex fauorabilis dicatur, sufficit quod principalius intendat aliquem fauorem, licet consecutiuè in alicuius præiudicium redundet, prout notat glossa [g] singularis secundum Nauarrum de quo latè Felinus. Et secundum hanc sententiam dicunt Canonem excommunicantem percussorẽ clerici esse fauorabilem legem, licet enim pœnalis respectu delinquentis sit respectu tamen Ecclesiæ fauorabilis est, & ipse Canon fauorem Ecclesiæ principaliter intendit. Sed hęc doctrina non vsquequaque certa est, si enim secundum eam regula vniuersalis constitueretur, maxima esset perplexitas in iudicando quid magis aut minus principalius Canon intenderet, & facile secundum vniuscuiusque iudicium lex odiosa fauorabilis, & è contra fauorabilis odiosa iudicaretur. Et circa hoc ego regulam certam ex Doctoribus minime possum colligere. Nec doctissimus Sarmiento [h] de hac re nouissime agens eam constituit. Vnde pro solutione dico primo quod cùm vltimæ testatorum voluntates quædam sint leges prout dicitur in iure, [i] & quædam à Doctoribus reputentur odiosæ, verbi gratia, quando aliquis exhæredatur & hæreditate priuatur, quædam verò fauorabiles iudicantur, quando, scilicet, aliquem ad successionem hæreditatis legatorum aut fideicommissorum admittunt secundum leges communes imperiales & regales. Ita leges quæ infligunt pœnam & priuant, odiosę debent iudicari, licet enim sint fauorabiles respectu autoris, respectu tamen rei odiosæ sunt, & ius commune magis fauet reis, quam actoribus. Vnde Canon excommunicans percussorem clerici, odiosus debet iudicari. Licet enim faueat actori, scilicet, Ecclesiæ, reum tamen punit, cui ius maxime fauet; & è contra leges aliquid concedentes fauorabiles debent dici cum ius commune beneficia principis fauorabilia proclament. Secundo dico quod secundum ius leges antiquæ & communes debent conseruari, correctio enim legum euitari debet prout dicitur in iure, [k] & sic dicunt communiter Doctores quod lex contra regulas iuris debet intelligi, vt quanto minus fieri possit corrigat ius commune prout infra dicetur, debemus consequenter iudicare leges correctorias & exorbitantes esse odiosas, & strictè interpretandas & intelligendas & solum locum habere in eo casu in quo loquũtur, prout probatur in iure, [l] & tradũt Tiraquellus & Samiento. Vnde lex correctoria & exorbitans sufficit quod in aliquo operetur, non enim credendum est legislatorem velle leges per tot annos obseruatas vnico tollere verbo prout tradunt Decius

a Tiraq. de retra. linag. in præfat. n. 62.

b Mant. de coniect. li. 7

c l. maximũ vitium. C. de liber. præter Sarmiẽ. lib. 1. select. c. 12. n. 3.

d Tiraq. de primogen. q. 4.

e l. sunt personę ff. de relig. & sumpfu.

f l. quod cõtra. ff. de legat. Regula quæ à iure. commun. de reg. iuris g Glo. in. c. sciant cũcti de elect. Nauarr. cons. 32. de regul. Felin. in. ca. nõ dubium de elect.

h Sarm. lib. 1. Select. c. 12

i Auth. vt cũ de appel. §. disponat.

k Regu. qui à iure communi. de regul. iur. li. 6.

l l. quod vero. ff. de leg. Tiraq. in tract. linag. in præfat. n. 62. Sarmiẽ. vbi sup. n. 5.

a Dec.in c.1 col.5.in fin. de referi. & ibi Rip.n.42 Calderin.ti. de donat.cõ fi.vlti. verſ. ſufficitenim Iaſon in l. ſi quis poſthumo §.fiiũ.

Decius a Ripa Calderinus, Iaſon & Cornelius. Ex quibus infertur, quod quando ali quod dubium ortum fuerit inter religioſos ſuper obſeruationes ſuæ regulæ debet conſiderari, vtrum tale dubium concernat obligationem trium votorum, quæ ſecundum ius commune ſunt eſſentialia religioni, an vero concernat alia præcepta vltra tria dicta vota, quæ in aliquibus religionibus exprefſe præcipiuntur adimplenda, namſi verſatur circa obſeruationem trium votorum late & fauorabiliter eſt interpretandum, ſicut illud quod conſequitur ſecundum ius comune late & fauorabiliter interpretatur ſi vero verſatur circa alia præcepta, ſtrictè interpretandum venit, ſicut ea quæ à limitibus iuris communis recedunt ſtrictè explicantur, ita vt ſolum locum habeant in caſu in quo loquũtur. Ex hoc infertur, quod cõſtitutiones & extrauagãtes quæ præcipiũt executioni mandari ea quæ ſecundum ius commune præcipiuntur addendo aliquas pœnas & cenſuras odioſa debent iudicari cum reſpectu dictarum pœnarum & cenſurarum à terminis iuris communis egrediantur ſicut priuilegia, licet in quantum beneficia ſint, amplè ſint interpretanda, prout infra dicemus: in quantum tamen à terminis iuris communis egrediuntur, & contra contemptores, & inobedientes prauiſsimapœnas infligũt ſtrictè interpretãda ſunt.

bl.nõ dubiũ C,de legib.

Septima regula eſt, quod ita debet fieri interpretatio legis, quod ipſa lex minimè inutilis reddatur, prout dicitur in iure. b

c l. ſcire oportet 1. de tut.& curat. d Bal.conſi. 254. Tiraq. cõnub.glo1. 5.n.115. el.4.§.penul ff.ad ſenatu cõſultũ Macedo.

Qui enim contra faciunt licet amplectãtur verba legis, contra voluntatem tamen legiſlatoris inſurgunt, quod in iure c prohibetur. Denique vt ſit bona interpretatio legis debet eſſe vtilis & nõ ridicula, prout tenẽt d Baldus, & Tiraquelus, adeo quod etiam ſi lex odioſa ſit, & vt odioſa ſtrictè ſit interpretanda, debet tamen ampliari, ne inutilis & ridicula reddatur, prout Iulianus e iuriſconſultus in quodã caſu Senatuſconſulti Macedoniani nobis docet. Et ita lex pœnalis licet ſtrictè ſit interpretãda, ne tamẽ inutilis reddatur ampliãda eſt, nã ne fiat fraus legi etiam in odioſa materia, verba propriè intelligere debemus, & legem ampliare, vt ipſius mens ſeruetur, prout tradit Sarmiento f allegans multos alios. Et aduertendum quod in interpretatione legum pœnalium ſemper preſumitur pro illa parte per quam

f Sarm. vbi ſup.num.7.

pœna euitatur, prout dicitur in g iure, & tradit Cumanus, quod tamen non procedit quando caſus eſt clarus, putà quia ſi proprietas verborum importaret pœnam, tũc enim ſtaremus proprietati, vt dicunt iura h & notant moderni. Confirmatur ex doctrina Abbatis i dicentis, quod licet in dubio prævaleat illa interpretatio legis, quæ eſt benignior, tamen plurimum debet attẽdi proprietas verborum ſecũdum gloſſam & Decium. Vnde debet in pœnalibus fieri lata interpretatio, quatenus verba concedunt, tradit optime Alciatus. k Et ibi cõſtat de expreſſa, & ſubintellecta mente diſponentis tunc licita eſt extenſio, non ſolũ in fauorabilibus ſed etiam in correctorijs & odioſis, vt pluribus citatis docet Molina. l

g l.proximè ff.ð his quæ in teſt.delẽ. Cuma. cõſi. 134.col.vlti. h l.cum lege vbi Aret. ff. de reg.iur.l. ſemper in obſcuris col vlt.ff.de reg iuris.

i Abb.in c.1 de cõſt. glo. in l nõ poſſunt.ff.de leg.Deci.in d.c.1.col.penul.verſu.3. concl.

k Alciat. de præſum.3.p præſum.vlt. à n.7.

l Molina.de primog.c.5 n.5.

Octaua regula & maxime neceſſaria ad interpretationem ſtatutorum & eorũ quæ ad regulares pertinent quod in legibus, & ſtatutis monaſticam vitam & obſeruantiã agentibus non debet fieri ita rigoroſa interpretatio vt apices iuris ſeruentur: ſed debẽt ampliari de bono & æquo. Multæ enim leges iubent vt in aliquibus caſibus non procedatur ſecundum apices iuris ſed de bono & æquo, & quidam Iuriſconſultus m ait q̃ ſæpeſæpius pernicioſe erratur allegata ſolum autoritate ſcientiæ iuris, qui vult dicere, quod non debent iudices iudicare neque caſus determinare ſecundum rigorem iuris, ſed ſecundum æquitatem naturalem, quam Iuriſconſultus bonum & æquum appellat. Pro quorum terminorum intelligentia eſt aduertendum, quod iſti termini rigor & apex, iuris etiam ſi opponantur iſtis terminis bonum & æquum, non inde debet inferri rigorem & apices iuris eſſe mala, & iniuſta, iuſtiſsima enim ſunt, vbi ſecundũ ius oſeruari debent. Multi enim ſunt caſus in quibus ſecundum rigorem & apices iuris debent iudices iudicare & in quibus ſi procederent ſecundum rigorem, & apices iuris & non de bono & æquo iniuriam iuſtitiæ maximam facerent, & apices iuris cũ ſuo rigore iubentur obſeruari ad euitandas hominum calumnias. Sicut enim videmus homines inimicos habentem cautè viuere armis armatũincedere, qui ceſſante neceſsitate ipſa arma deponit: ita iura conſiderantia calumnias hominum multarum ſolemnitatum fuerũt inuentatricia, quibus velut armis & munitionibus dictis calumnijs obuiarent

m l. ſi ſeruũ §. ſequitur ff.de ver.ob.

uiarent, vt videmus in solennitate testamentorum contrarium & similiū, quæ solennitates apices iuris nuncupantur, quos iubet ipsum ius obseruare, vbi necessitas postulat, quas solennitates præcipit deponi in alijs casibus, iubēdo vt de bono & æquo & de plano secundum naturā, & ius gentium in his procedatur, & sic videmus quod in testamento ad pias causas iubet deponi solēnitatem septē testium dicens quod in hoc casu sufficit, vt procedatur secundum naturam & ius diuinum secundum quod in ore duorum vel trium stat omne verbum: & hoc est procedere, de bono & æquo id est secundum æquitatem & non secundum rigorem iuris prout declarat optime quidam Iurisconsultus. [a] Hæc est differentia: æquitas enim procedit secundum simplex ius gentium. Rigor autem & apices iuris solemnitates & cęremonias iuris positiui, significant additas dicto iuri gentium. Hoc ergo modo debent interpretari quæstiones & dubia statui monastico conducentia, in his enim rigor & apices iuris deponi debent: oportet enim religiosos procedere de bono & æquo secundum æquitatem naturalem.

Ex quo infertur decisio cuiusdam casus: fuit enim apud regulares visitatus quidam prælatus quod non fuerit canonice confirmatus, & quod non obstante sua mala confirmatione officium prælatiæ exercuit, causa autem istius malę confirmationis afferebatur ex eo quod postquam fuit canonicè electus præsidens electioni noluit electum confirmare propter quod grauamen ad superiorem fuit statim appellatum: & interposita appellatione ipse præsidens mutata sententia ipsum confirmauit, quæ cōfirmatio nulla videbatur, cū pendēte appellatione nihil sit innouandū, & certè secundū iuris rigorem & apices iuris, ita videtur affirmandū, quod scilicet ipsa cōfirmatio sit nulla, quia pendente appellatione & remissione causæ ad superiorem inferior circa eam nullā habet ad definiendū potestatē prout expresse asserit Constatinus Imperator [b]. At secundum æquitatem & procedēdo de bono & æquo, vt debēt procedere religiosi, dicta confirmatio videtur sustinenda, cū dictus præsidens adhuc suam habeat commissionē & partes ab appellatione & deuolutione causæ ad superiorem desistant.

Aduertant tamen prælati regulares quo modo de bono & æquo secundū æquitatē in causis monasticis se habent nā vt bene dixit Baldus [c] Baldus non debent ipsi procedere de bono & æquo secundum suā imaginationem & ad libitum, sed prudenter secūdum terminos iuris, & ita ipse Baldus [d] alibi dixit sapienter, quod humanæ æquitates in se vim statuti minimè habent, nisi aliquo statuto & consuetudine legitimè per scripta sint munitæ, quod dictū summe notandū dicit Tiraquellus [e], & ita debēt interpretari ea quæ pertinent ad regulares non secūdum apices iuris, sed de bono & æquo non ad libitum & beneplacitum, cuiuscunque, sed iuridicè secundum terminos iuris naturalis & gentium.

Nona regula vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus nisi autoritate alterius legis, iuxta late tradita à [f] Bartolo, Paulo Castrensi, & Iasone, nam constitutio generalis per aliā specialem limitatur prout tradit Bartolus [g], quem sequitur Barbatia in quodam consilio inserto inter consilia Alexandri.

Decima regula est, quod priuilegia concessa regularibus dubietate aliqua laborantia orta ex verborū ambiguitate, & ex iurisperitorū interpretatione in fauorem regulariū intelligenda sunt prout concessit Leo. X. [h] congregationi Camaldūlensi, & Iulius I. congregationi i montis Oliueti, vt refertur in compendio Societatis Iesu, [k] & congregationi Sancti Iustinæ, vt refertur in compendio monachorum Sancti Benedicti Hispaniæ [l], quæ regula summe à regularibus notanda est ad multorum dubiorum decisionem, de qua infra latius agemus.

Regula vndecima est quod lex non includit illud, ad quod mens, & ratio autoris eius non se extendit prout dicitur in iure [m], & tradunt Panormitanus, & Felinus, & in dubio mens principis sem per præsumitur fuisse talis, qualis de iure esse debet prout notat Baldus [n], Alexander, & Iason.

Regula duodecima. Verba legis sunt intelligenda secundum subiectam materiam, prout dicitur à iure [o]: Proponamus exemplum vt patefiat regula maximè necessaria ad multorum cognitionem, statuit Clemens octauus vt informationes illorum, qui volunt ingredi religionem fiant à quatuor patribus ex antiquioribus corā

[a] l. bona fides ff. de possess.

[b] l. i. C. de relationib.

[c] Bald. in rubric. C. de constit. pecun.

[d] Bald. in c. 1. §. quia vi-dim. de his qui feud. dare possess.

[e] Tiraqu. de retr. linag. §. 35. glos. 2. nu. vlt.

[f] Barto. in l. vnica circa prin. C. quorum leg. Castr. in l. sciēdū in princ. n. 5. ff. qui satis dar. cogān. Iaso. in l. tritic. n. 6 ff. de verbo. oblig.

[g] Bart. in l. quæsitum §. fin. nu. 12. ff. de fid. instr. Barbatia consi. 123. n. 11. volu. 4.

[h] Num. 10.

[i] Priuil. 31. fol. 72.

[k] Comp. Societ. v. priuilegia. §. 4.

[l] Comp. Benedict. nu. 49.

[m] l. cum pater §. dolo ff. delegat. 2. Panorm. in c. Suggestū, & c. meminimus de appel. & in ca. fin. de rupt. fid. in c. tua de iure iur.

[n] Bal. in l. ex facto, in 1. princ. nota. 4. & ibi Alexan. de vul. & pupil. Iason in l. beneficium. n. 35. ff. de legib.

[o] cap. intelligentia. de verb. signif.

Notario, & non declarat, an Notarius debeat esse Regius, an vero Apostolicus, an Notarius ex fratribus religionum, & cum secundum dictam regulam verba debent intelligi secundum subiectam materiam, dicendū est, quod sufficit ad hoc adesse notarium ipsorum ordinum creatum à generalibus, vel prouincialibus ipsarum, prout in religionibus fieri consueuit, & consuetum est à Pio V. ordini Prædicatorum prout infra in quæstione de notarijs latius dicemus.

Decima tertia regula est quod quādo proprietas verborum repugnat, & voluntas Legislatoris non potest declarari secundum dispositionem legis, nisi per improprietatē verbis secundum proprietatem debemus stare. Vnde determinatur in iure [a] Canonico & ciuili, quod cessante ordine necessitatis & charitatis, si quis instituit Titium patrem & eius filios nō cēsentur vocati ordine successiuo secundum dispositionem legum, sed veniunt simul propter naturam copulæ, quæ omnes eodem tempore vocat argumento aliquarum legum, [b] alias dicta copula impropriaretur. Et ita etiā affirmāt [c] Paulus de Castro & Socinus, quod fallit quando esset alia coniectura, quæ corroboraret hanc præsumptionem ortam ex proprietate sermonis. Vt contingit quādo necessarius ordo naturæ & sanguinis suaderet aliud, quā quod verba improprientur.

a c. Rainun. ca. Rainald. de testam. doct. in l. gaius. §. 1. ff. de vulg.

b l. si duobus ff. de legat. 1. l. 1. §. 15 ita. C. de caduc. tollend.

c Cast. & Soci. inl. in his ff. de cōd. & demonst.

Decima quarta regula est quod argumentum à simili in legibus pœnalibus nō valet, nam pœnæ legum interpretatione molien dæ sunt potius quam nimis exasperandæ, atque ideo proprium casum nō excedunt. Ita tenet glossa & probatur in ure. Causam autem quare argumentum á simili, aut ab identitate rationis non valet in lege pœnali cū tamē in alijs legibus valeat, glossa illa nō exprimit. Castro [d] tamē de lege pœnali eā assignat dicens quod aliæ leges adeo pendent ex ratione, vt ratio legis dicatur esse mens illius. Vnde dicit Panormitanus, [e] & docet Baldus, legem non esse aliud, quam rationem eius & hinc euenire necesse est, vt vbicumq; illa eadem inueniatur ratio, ibi etiā eadem habeatur lex. Pœnalis autē lex nō omnino pendet ex ratione, sed etiā pendet ex sola Legislatoris voluntate, quatenus certam aliquam pœnam decernit: nam licet ex recta ratione procedat quod crimen puniatur, nulla tamen ratio cogit, vt tale crimen tali pœna puniatur. Sed hoc ex sola legislatoris voluntate pendet, quæ etsi aliquam habuerit congruentem rationem, non tamen necessario cogentem vt talis pœna potius quam alia statuatur, propter quod lex pœnalis non est extendenda vltra casum per legem expressum, etiamsi sit per argumentum à simili, aut à contrario sensu, nisi forte talis extensio possit per alias iuris regulas probari. Ita Castro contra Abbatem contrarium tenentem.

d Castro. de leg. pœn. li. 1 ca. 17. fo. 58.

e Panor. in l. fin. de rescrip. Bald. in l. non dubiū C. de legib.

Decima quinta regula est, quod Papa rescribendo cum iure communi, atque ratione magis quam fieri potest se conformare præsumendus est, iuxta dictum [f] Baldi, approbatum à Ruino, Decio, & Parisio. Verum est tamen, quod concedendo priuilegium taliter debet interpretari, vt aliquid dispositioni iuris cōmunis addat vt ita superfluū nō reddatur, prout dicunt iura [g], & notant Hostiensis, Abbas & Baldus, & Ancharranus priuilegium enim in fauorem alicuius religionis concessum debet augeri, ita vt præter ea quæ de iure ipsi competebant aliquid assequatur, vel si dubium fuerit, an sibi aliquid competat tollendo tale dubium id confirmet, prout tradit Mandosius. [h]

Hæ regulæ sufficiant omittendo alias multas de quibus in his tractatibus mentionē faciemus.

f Bald. in l. ex facto ff de vulg. & pupil. Ruin. consi. 60. à n 5. Deci. cōsi. 64 col. pen. n. 7. Parisius cōsi. 11. li. 1. n 127.

g l. si quādo C. de inoffic. test c. pastoralis respon. 1. de appel. c in his vbi Hostiē. v. cōfirmat. & Abb. not. 2. de priuil. Bald. in Auth. habita 4. not. C. ne filius pro patre. Anchar. cōsi. 186. col. 2.

h Mādos. in 17. q, reg. 3. Cancel. n. 5.

## ARTICVLVS VII.

### *An leges & priuilegia secundum consuetudinem interpretentur.*

REspondeo dicendo, quod vt aduertit quidam Iurisconsultus [i] omnes respublicæ politicè viuentes non solum habent leges scriptas, sed etiam consuetudines quas omnino obseruant, & in suis actibus secundum illas diriguntur. Vnde non reprobata fuit in sacra Scriptura [k] consuetudo prius maritandi filias maioris ætatis quam minoris. Ex quo procedit, quod ius Ciuile [l] & Doctores communiter tractant copiosè de consuetudine, & de eius vi sentientes, esse maximè necessariam ad Reipublicæ politicum regimen, & Canones [m] etiam de ea multa tradunt, intelligentes, esse maxime necessi-

i l. omnes populi ff. de iust. & iure.

k Genes. 29. n. 1.

l l. quibus ff. de legib. vbi doctores.

m c. cōsuetudo. 1. d.

necessariam & vtilem, ad gubernationem hierarchiæ Ecclesiasticæ. Et Theologi quãtum ad forum conscientiæ etiam de ea aliqua vtilissima in lucem proferunt, & non minorem vim habet in gubernatione monachali, videmus enim in sacra religione Beati Patris nostri Francisci fuisse maximè dubitatum, inter Patres Ordinis an præcepta regulæ ad peccatum mortale obligarent, & tandem hoc fuit declaratum, in cõcilio Generali Viẽnensi, [a] quod in omnibus casibus, in quibus regula fratrũ Minorũ ponit hoc verbum teneantur, obligantur fratres ad peccatum mortale quod probat ipsum concilium ex sola consuedine ipsius ordinis, ita interpretante, ex quo Caietanus, [b] & Sylvester deducunt quandam regulam generalem quod consuetudo interpretatur an præceptum obliget ad peccatum mortale, nec ne & sic principalis effectus ipsius consuetudinis est interpretari legem, quando nobis non constat de suo vero sensu, sed in dubio versatur, & hoc est illud, quod communiter dicunt iurisperiti consuetudinem esse optimam legũ interpretem, adeò vt affirment non solum esse interpretem legis humanæ, sed etiam diuinę prout aduertit Nauarrus [c]. Vnde videmus quod ante Concilium Tridentinũ poterant Sacerdotes secundũ consuetudinem antiquam eligere in confessorem quẽ libet sacerdotem etiam ab Ordinario non approbatum: quæ consuetudo hoc modo interpretabatur præceptum diuinum confessionis, quæ etiam consuetudo in multis interpretatur ieiunij præceptum vt asserit Diuus Thomas [d], referens Diuum Hieronymum dicentem, quod in ieiunijs seruetur vniuscuiusque prouinciæ cõsuetudo & traditiones maiorũ. Nec mirũ est habere vim cõsuetudinem, si quidem nullo existente præcepto ieiunandi sub pœna peccati mortalis in aliquibus casibus consuetudo explicauit sub ea pœna obligare vt affirmant idem Caietanus [e] & Nauarrus: imo interpretatur præceptum ieiunij aliquando non obligare prout aduertit Caietanus [f], quid adhuc egemus testibus ad hanc veritatem comprobandam, si quidem videmus in Regnis Castellæ esse consuetudinem introductam cõtra ius, vt omnes in Sabbathis possint manducare intestina, & vltimas extremitates animalium: & hoc à nemine condemnari.

[a] Clement. exiuit §. itẽ ordo de verbor. signif.

[b] Caiet. 2.2. q. 186. art. 9. ad 2. Solet. verb. præceptum. nu. 2.

[c] Nau. c. 27. nu. 186.

[d] D. Thom. 2.2. q. 147. artic. 4. Hiero. relatus in c. Vnitam 17. distinct.

[e] Caiet. 2.2. q. 187. art. 3. Naua. ca. 21. num. 11.

[f] Caiet. 2.2. q. 147. ar. 8.

## ARTICVLVS VIII.

### *Quid requiritur ad hoc vt sit rationabilis consuetudo ad explicandam legem.*

REspondeo dicendo, quod quando cõsuetudo est contra legem, vt supra dictam vim & alias iuridicas habeat necessarium est, quod ipsa consuetudo habeat inferius positas conditiones. Prima quod sit rationabilis. Secunda quod sit legitimè præscripta: cum enim consuetudo legi comparetur, vt iusta iudicetur, eadem met conditiones, quas habet lex, habere tenetur; lex autem debet esse iusta, & ab habẽte autoritatem edita, prout in iure [g] & ab omnibus notatur. Sed ad huius rei maiorem explicationem videndũ est, quando ipsa consuetudo erit iusta & rationabilis, quod difficillimè ab authoribus explicatur; cũ enim consuetudo sæpè sæpius sit contra legem, & interpretetur ipsam contra tenorẽ: difficillime intelligitur quomodo posset fieri quod per actus à principio illicitos, per quos consuetudo fuit introducta possit consuetudo iusta & rationabilis generari, cum arbor mala, malos fructus faciat dicente hoc summa veritate. Ad resolutionem huius difficultatis dico primo, quod consuetudo quæ est contra legem naturalem, & diuinam, non potest esse rationabilis, & per consequens non est valida ad dictam explicationem: hoc est certissimum apud omnes Theologos, & Canonistas, & tenent Diuus Thomas, [h] & Caietanus. Et ratio est, quia ius naturale primæuum & diuinum sunt immutabilia, & sic non potest consuetudo alterare substantiam sacramentorum prout dicunt multi Canones. Secundo dico, quod si consuetudo est contra ius humanum bene potest esse rationabilis, & ratio est, quia licet à principio fuerit iniusta & irrationabilis, temporis successu potest esse tolerabilis, sicut vna lex iusta successu temporis per aliam corrigitur. Verum tamen est, quod contrauenientes legi iustæ ante eius legitimam præscriptionem peccabunt; ipsa enim legitima præscriptio eam rationabilem facit: sicut legitima

[g] c. erit autem lex 4. d.

[h] D. Thom. 1.2. q. 97 art. 3. ad 1. Caietan. in §. dignitate cũ cap. sequ. 8. distinct.

[i] Cap. super ea de cognatio. spiritu. cap. trina de consecr. d. 4. ca. vitiosus de celebrat. missa.

præscriptio rē non eius domino applicat, quod est rationabile, ne dominia rerū sint in incerto, ita respondet difficultati propositæ Caietanus * quod in quæstione de consuetudine latius explicabitur. Quando vero consuetudo non est contra legem sed est solū declaratiua legis, verbi gratia quā do in aliqua quæstione sunt pro vtraq; parte concludētes iuris rationes æqualiter, tunc consuetudo vnam approbans dicetur esse declaratiua, & ius certum videtur constituere secundū a Panormitanum. Et talis consuetudo declaratiua non tam valebit ratione consuetudinis, quam virtute legis sic interpretatæ per cōsuetudinē, prout tenet Socinus. b Neq; exigitur quod hæc consuetudo declaratiua sit præscripta cum non aduersetur, legi sed illam declarat, & ideo sufficit eam declarationem aliquo tēpore fuisse obseruatam, prout tenent Aretinus Socinus c & Aymon, quos sequitur doctissimus Lusitanus Barbosa.

* Cai.2.2.q. 97.ar.3.

a Panor. in c.cum dilectus, n.7. de constitu.

b Socci.cōs. 148.n.2.li.1.

c Areti.cōs. 11.nu.5.post med. Socin. cons.115. n. 8.li.1. Aymō cōs.201.n.12

Barbos.in l. post dotē, ff. solut.matri. n.48.

## ARTICVLVS IX.

### *Verùm priuilegium Principis sit ample interpretandum.*

RESPŌDEO dicendo, quod duplex est priuilegium primum in quo datur actualis dispensatio per quam quis eximitur à lege communi, vt Bulla Cruciata concedit laicis esum ouorum etiā in Quadragesima secundo datur potentia dispensandi aliquibus. Quo supposito dico primo, quod aliquando priuilegium nihil videtur concedere præter ius commune, & tamen confert ad tollendos scrupulos, vbi fuerunt variæ autorum sententiæ. Secundo dico, conandum esse ita interpretari priuilegium vt aliquid operetur præter ius commune iuxta id quod dicitur in iure, & tradūt Silueſter d & Nauarrus. Tertio dico, quod si priuilegium continet actualem dispēsationem legis cōmunis dato aliquo quod operetur, est in alijs strictè interpretandū, iuxta id quod traditur in iure, e & dicunt Silueſter & Nauarrus. Vt si dispensentur ad ordines absolute intelligitur ad minores tantum. Item dispensatus tempore interdicti vt interſit diuinis non potest recipere communionem, nec interesse diuinis tempore cessationis, prout tradunt f Nauarrus, & communis. Quarto dico, quod dispensatio in lege priuata, vel consuetudine priuata quæ est contra ius commune est ample interpretanda, quia reduxit hominem in ius commune, quod est fauorabile, prout tradit Silueſter g cum Ioanne Andrea. Similiter concessio indulgentiarum est ample interpretanda etiam de non iniunctis pœnitentijs, quia nihil habet contra ius commune, ita Silueſter & Corduba h cum communi. Quinto dico, quod quando priuilegium continet potestatem dispēsandi, commutandi vel absoluendi est ample interpretandum, cum sit fauor vel beneficiū Principis, ita Silueſter, & Nauarrus i & Couarruuias. Verum tamen est quod si hæc ampliatio cedat in præiudicium tertij, debet restringi, prout tenet Silueſter k & communis. Sexto dico, quod hæc facultas dispensandi commutandi & absoluendi potest extendi ad similes casus, vbi subest eadem vel maior ratio, ita Didacus Perez. l Vnde beneficiarius qui profitetur Canones fruitur prouentibus beneficij in absentia, sicut conceditur Theologis cum scientia Canonum maxime sit necessaria ad Ecclesiasticæ hierarchiæ regimen sicut est necessaria Theologia, prout dicunt communiter Doctores, & explico in nostra Summa, & est praxis valde ordinaria, & doctrinam huius dicti confirmant exempla tradita à Nauarro m & Sarmiento. Et sic Doctores communiter dicunt, quod bullæ concedentes commutationem votorum extendi possunt ad similia iuramenta commutanda, dū modo non vergant in præiudicium tertij. Similiter si Episcopo concedat Papa gratiam testandi potest facere codicillum, aut donare causa mortis. Prout tradunt Nauarrus n & Quintilianus Mandosius. Vnde infertur, quod regulares quibus sedes Apostolica concedit licentiam testandi possunt facere codicillos, & causa mortis donare.

Nec his obstat, quod priuilegia non recipiunt extensionem ex similitudine rationis neque ex maioritate rationis, iuxta tradita in iure o & tradunt Rolandus, Berosius, & p Baldus. Nam respondetur, q hoc regulariter est verum, at non procedit in priuilegijs causæ fauorabili concessis, sicut sunt priuilegia, quæ doti conceduntur. Et ratio est, quia in dote agitur de vtilitate publica, saltim secundario, quia ex dote sequitur matrimonium, & ex ipso

d c.in his ff priuil. Silu. verb.priuil. §.3.n.1.& 4. Nau.in apolog.de reddit.bus.q.3. mēb.6.nu 3

e c.porro ff priui. Silue. & Nau.vbi. f Nau.c. 27. nota.178. & 189.

g Silu. vbi. §.3. cōl.2.

h Silu.verb indulgētia. §.3. Cord.li 5.q.q.9. cō c.1.4.ad 2.

i Nau.in relectdefimo. n.3. Silu.verbo dispēsatio §.5. Cou. in 4.2.p.c.8. §.8.n.6.

k Sil.ver.priuileg.§.3.v. 4.

l Per in prologo.ordin. q.2.

m Nau.c.22. no.74. Sarm. li.select.c.12 n.7.

n Nau.de reddit.q.3.monitu.10. Mādos.in praxi signat. grat. titu licentia

o l.si pupillo rū §.si prætor.ff.ad reb: eorū. Rolā. cōs.81.n.17. lib.1.

p Bero.in c. 1.not.70. de probat. Bal. in cap. inter cætera.n. 10 de rescript.

ipso operatur proles & interest Reipublicæ quod hominibus liberis repleatur, vnde quando lex etiam exorbitans fundatur in publica vtilitate secundario tanquam fauorabilis recipit extensionem ex similitudine rationis, vnde receptū est quod priuilegia, & iura exorbitantia agentia de pia causa & fauorabili recipiūt extensionem ex similitudine rationis, nam tunc ex materia subiecta constat non abhorrere mentem legislatoris ab exorbitātibus, & ideo ea lex & priuilegium etiam exorbitans facile admittit extensionem à similitudine rationis, & priuilegia religionibus cōcessa in satis pia causa fundantur. Ita doctissimus Barbosa [a] multa allegando.

[a] Barbos. in l. 1. 1. par. ff. solut. matr. num. 19. & 20.

# QVÆSTIO XII.

## De Abbatibus & Abbatissis, quo ad eorū essentiam & differentiam, in sex articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæruntur sex.*

1 *VID sit Abbas.*
2 *Quid sit Abbatissa.*
3 *Vtrùm Abbates, & Abbatissæ sint benedicti, & an eorum benedictio possit reiterari.*
4 *Vtrùm Abbates non benedicti habeant eadem priuilegia quæ habent benedicti.*
5 *Quot sint prælatorum species.*
6 *Vtrùm Guardiani, & eorum Vicarij sint Prælati.*

PRo inductione notandū quod licèt prælati fratrum Minorum aliorumq; mendicantium Abbates minimè appellētur, at sub nomine Abbatum in hac quæstione comprehenduntur omnes Prælati Regulares diuersis nominibus nuncupati, de quibus omnibus in hoc tractatu agere oportet, cum omnes communicationem omniū fere priuilegiorum habeant.

### ARTICVLVS I.

### *Quid sit Abbas.*

REspondeo dicendo, quòd Hebræi vocāt patrem Ab (cui nomini Chaldæi & Syri suo more addunt in fine literarū A.) Vnde factum est prout tradit Aluarus Pelagius [b], & Petrus Gregor. hoc nomen Aba, & deriuatum est nomen Abbas, quod nomen ex Anachoritis primum cœpit frequentari in Christiana religione: scribunt namque Sozomenus [c], & D. Hieronymus, & alij Hilarionem Anachoritam in saltibus Thebaidos Syriæ primum floruisse Monachum, ac plures vicundi formulam accipientes eremi cultum in cætum trāstulerunt, vixit & Diuus Antonius in Thebaica regione AEgypti & inibi condidit monasterium: hunc innumeri postea secuti sunt, qui suos iudices præpositos & prælatos nomine proprio Abbates dixerunt: fuit hoc nomen primum tributū Monachis prælatis solitarijs venerationis causa ab his qui se tāquam filios suos edoceri & haberi nouerāt, postea tamen in ambitionē apud quosdam degenerauit, vt quondā etiam factum est fastidita superbia eorum qui volebant vocari Rabbi, in quos inuehitur, & detestatur D. Hieronymus [d] in hęc notanda verba prorumpens: cum autem Abbater Hebræo sermone Syroque dicatur; & Dominus noster in Euangelio [e] præcipiat nullum Patrem vocādum nisi Deum, nescio qua licentia vocamus hoc nomen, alios vel vocari nos acquiescamus. Et nota quod Diuus Hieronymus loquitur de his qui nulla cura aliorum donati, nullis præpositi se ita nominari desiderant: vnde transiuit hoc nomen in dignitatem, & præpositura monachorum, quod idcirco ab his quàm à præpositis aliarum religionum vsurpari iure sine stultitia, vel gloriola nequit prout tradit quædam celebris [f] Glossa. Denique præpositus Monachorum dicitur Abbas in alijs autem ordinibus diuersis nominibus nuncupantur, vt puta præpositi, Rectores, Ministri, Vicarij, Guardiani, & Priores, de quibus omnibus in hac quæstione agemus.

[b] Pelag. de planct. Eccles. lib. 2. c. 23. Greg. li. 15. syntag. iuris. 2. p. ca. 13. nu. 1.
[c] Sozomen. lib. 5. ca. 10. Hierony. in vit. Hilar.
[d] Hieron. in epist. ad Gal. cap. 4.
[e] Matt. c. 23.
[f] Glos. in c. tuam, verb. non ascendat de ætate & qualitate.

### ARTICVLVS II.

### *Quid sit Abbatissa.*

REspondeo dicēdo, quòd Abbatissa est præposita monialiū, & sic ea fere omnia, quæ competunt Abbatibus, locū habent in Abbatissis, nā & nō minorem

quam Abbates habent administrationem, iuxta Baldum [a] Abbatē, Iasonem, & alios, quos refert & sequitur Marcus Antonius Cuquus. Nec administratione in suas moniales caret, nec potestate cōferendorū beneficiorum & dignitatum quæ suo monasterio cōpetunt. Et Sot. [b] cū cōmuni Theologorum, eas prælatas omnino negat, dicēs quod mulier non potest in dignitate cōstituti cui sit spiritualis iurisdictio annexa. Vnde oritur, q̄ Abbatissæ & aliæ matres sanctimonialibus præfectæ ratione officij potestatem non habent imponendi præcepta spiritualia, sicut religiosorum prælati, sed tantum ciuilia, sicut matres familias, de quo infra dicemus in quæstione de Abbatibus & Abbatissis quoad sexum & ætatem.

a Bal. in c. 1. in prin. col. 6. qui feudū dare possūt. Abb. in c. 2. in pri. de his quæ fiunt à præla. Ias. in d. titul. qui feudū dare n. 6. Cuq. li. 3. maiorū in stit. tit. 3. de Abbati. iuxta finem.

b Sot. in 4. d 20. q. 1. ar. 4. pag. 881. & d 25. q. 1. ar. 2.

## ARTICVLVS. III.

### Vtrùm benedictio Abbatis & Abbatissæ sit reiterabilis.

REspondeo dicendo, quod Abbates & Abbatissæ aliqui sunt benedicti, & aliqui non, & illi qui benedicuntur non possunt rebenedici, prout tenet glossa [c] cōmunis tamen Doctorum quā sequitur Bonifacius hanc opinionem clarius & indubitanter tenet vnde Abbas benedictus ad secundam Abbatissiam promotus non debet rebenedici, quia benedictio eius non est reiterabilis. Nam hoc beneficium Abbatissiæ, quæ longe est minor & simplicior benedictione Abbatis est iterabilis, vt ipsemet Bonifacius [d] qui fuit auditor Rotæ cōcludit: Sed quidquid sit de benedictione Abbatissæ, quam tenuit iterabilem Felinus [e] benedictionem tamen Abbatis credo non esse iterabilem, tū quia longe plus accedit ad ordinem imprimentem characterem quā benedictio Abbatissæ: tum quia multa sacramentalia quæ non imprimūt characterem, non sunt iterabilia, vt benedictio nuptialis, & pœnitentia solemnis, prout dicūt Canones. [f] Vnde si Abbas nō potest probare benedictionem factam, & eius probatio est necessaria quoad forum exterius ait Nauarrus [g] quod non debet dicere se esse benedictū sed dubitare de prima benedictione, & ita sumere secundam benedictionē cum illa cōditione quæ solet apponi quādo baptizatur aliquis de quo dubitatur, an sit baptizatus, scilicet, si es benedictus nō te benedico si autē non es benedictus benedico te, & si ei opponatur, quomodo possit dubitare cū ipsemet sciat se esse benedictum, & sic non possit dubitare nisi mentiatur? potest excusari à mendacio, intelligendo in mēte sua, q̄ ad faciendam fidem in foro exteriori dubitat iuxta ea que tradit idēmet Nauarrus. [h] Aduerte tamē, quod Abbatissæ triennales non sunt solitæ benedici, prout tradit Nauarrus. [i] Vnde iura quæ ordināt Abbatissam electā & cōfirmatā perdere Abbatissiā si intra annum non benedicatur, de Abbatissis perpetuis sunt intelligenda.

c glo. in c. attēdentes. §. statuimus. verb. benedicitur ā statumonach.

d Bonifa. in d. § statuim. no. 20.

e Fe. in c. meminimus n. 5. de accusa.

f c. 1. & 3. de secūd. nup. c. quāquā 50 dist.

g Naua. li. 1. cōsi. ti. de sacram. cōs. 2.

h Nau. in c. humanæ aures. 22. q. 5. i Nau. li. 3. cō si. tit. de stat. mon.

## ARTICVLVS. IIII.

### Vtrùm Abbates non benedicti habeant eadem priuilegia quæ habent benedicti.

REspondeo dicēdo, quod licet munus benedictionis Abbatibus non impendatur omnibus tamen & singulis honoribus, præeminentijs, priuilegijs, prærogatiuis, iuribus & insignijs Abbatialibus benedictis cōpetentibus fungi possunt, prout concedit Eugenius [k] Quartus, & Iulius Secundus, & concessum est congregationi [l] Montis Oliueti, & concessit idē Eugenius [m] IIII. Congregationi Sāctæ Iustinæ seu montis Cassini, & Leo Decimus congregationi Camaldulensi, & refertur in compendio priuilegiorum ordinis Cisterciensis, atque ita eisdem concessum est, vt minores ordines prout de iure & in forma Concilij Tridentini ipsis conceditur Abbatibus benedictis suis subditis liberè conferre valeāt de quo infra in quæstione de benedictionibus & in quæstione de ordinibus latius dicetur.

k Eug. priui. 6. n. 14. & Iu 2. priui. 19. n. 7.

l Congreg. mont. oliue. priuil. 31. fo 76.

m Eug. in li. 4. priui. Sanctæ Iustinæ. priui. 50. fo. 190. & priui. 51. fo. 205. & Leo Decim. congregat. Camal. n. 34 h. ber. n cōpē. Rot. titu. Abbas. §. 4.

## ARTICVLVS. V.

### Quæ sint regularium prælatorū species.

REspōdeo dicēdo, multiplices esse apud regulares prælatorum species, alij nāq; sunt prelati cōuentuales, vt sunt Guardiani, Priores, Præpositi, Rectores Ministri & Abbates particularū monasteriorū, alij sunt prælati Prouinciales qui præsunt prouincijs, alij verò generales qui ordinibus in totū preficiūtur. In ordine vero fratrū Minorum est aliud genus prelatorū, q̄ Custos appellatur, cuius autoritas quoad iurisdictionē est episcopalis. Custodia nāq; est ve

lut

lut diœceſis certis limitibus cõcluſa in qua ſunt plures cõuentus cum ſuis Guardianis qui nimirum omnes cuſtodi ſubdũtur qui eſt Prælatus ordinarius ſecũdum regulam Seraphici patris noſtri Franciſci, atq; ideò ſicut Epiſcopus poteſt facere ſynodum ex Archipresbyteris & parrochis: ſic cuſtos poteſt celebrare capitulum cuſtodiale ex Guardianis ſuæ cuſtodiæ. Prouinciales vero in ordine Minorum habent poteſtatem iuriſdictionis ad modum Archiepiſcoporũ, nam ſicut Archiepiſcopi præſunt prouinciæ, in qua ſunt plures Epiſcopi ſubditi quodammodo Metropolitano Archiepiſcopo: ſic eodẽ modo prouinciales miniſtri præſunt Prouinciæ propriè dictæ, in qua ſunt plures cuſtodes iuriſdictionem Epiſcopalem habentes, & diœceſim vel cuſtodiã, qui ſunt cuſtodes ſunt ſubditi prædictis prouincialibus. Ac tandem ſicut Archiepiſcopus ſic etiam miniſter prouincialis de iure poteſt ad capitulum Prouinciale conuocare omnes cuſtodes & prælatos ſuæ prouinciæ, atq; adeo miniſtri prouinciales ordinis ſacri Minorum ſunt magis propriè & vere prælati Prouinciales quã reliqui aliarum religionum, in quibus nõ ſunt iſtæ cuſtodiæ. Generales verò miniſtri huius ſacri ordinis habent autoritatẽ iuriſdictionis admodum Patriarcharum vel primatũ, nam ſicut Primas qui ſolo nomine differt à Patriarcha (vt Anacletus [a] dixit in decreto) præeſt nationi, in qua ſunt plures Epiſcopi qui ſunt prælati prouinciales: ita miniſter generalis præeſt omni nationi & ordini, in qua ſunt plures prouinciales miniſtri, & plures cuſtodes quos omnes poteſt cogere & conuocare ad capitulum generale totius ordinis fratrum Minorum. Quare Seraphicus pater noſter Franciſcus ab Eccleſia merito vocatur Patriarcha pauperũ non ſolum quia inter omnes pauperes Euãgelicos præter Apoſtolos, & diſcipulos Domini primatum obtinuit, ſed quia fuit primus generalis miniſter Seraphici ordinis habens iuriſdictionem Patriarchalẽ ſuper omnes fratres Minores exiſtentes per omnes mũdi nationes. Ex dictis colligitur, quòd Minorũ proprijſsimè inſtitutus eſt ad inſtar Eccleſiæ Catholicæ Romanæ, nã ſicut tota Hierarchia Eccleſiaſtica cõſtat ex parrochialibus Archipresbyteris Epiſcopis, Archiepiſcopis, Patriarchis & Primatibus, qui omnes Summo Pontifici ſubduntur: ita Hierarchia Minorũ conſtat ex confeſſoribus qui ſunt velut presbyteri, parrochiales, & ex Guardianis qui ſunt velut Archipresbyteri, & ex cuſtodibus, qui ſunt vt Epiſcopi, & prouincialibus, qui ſunt velut Archiepiſcopi, & ex generalibus qui ſunt veluti primates & Patriarchæ, qui omnes ſummo Pontifici Romano ſubduntur non ſolum ex iure diuino vt reliqui Chriſtiani, ſed etiam ex ſpeciali noſtræ regulæ inſtituto tenentur omnes profeſſores illius ſemper ſubditi & ſubiecti eſſe pedibus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ.

[a] Cap. prouinciæ. 99. diſt. n. ct.

## *ARTICVLVS VI.*

### *Vtrùm Guardiani, & eorum vicarij ſint Prælati.*

REſpondeo dicendo, Guardianos & cæteros conuentuum præfectos eſſe vere prælatos habẽtes dignitatem Eccleſiaſticã, & ſic poſſunt eligi iudices Apoſtolicis. Nam in ordine Mendicantiũ Miniſter generalis & Prior prouincialis & conuentualis etiamſi non eligantur per diffinitoriũ authoritate Apoſtolica, ſunt vere prælati vt colligitur ex iure [b] non autem vicarius prioris, qui non habet iuriſdictionem ordinariam, ſed priore mortuo vel amoto ſuperior videtur prælatus, & idẽ videtur dicendũ de vicario conuentus quando fit Priore mortuo vel amoto, vt ait Sylueſter [c]. Nota tamen quod mortuo Guardiano, ſtatim expirat eius vicarij iuriſdictio prout in quæſtione de vicarijs latius dicemus, & ideo ſtatim vicarius tenetur ad prouincialẽ per literas recurrere vt prouideat: interim tamẽ nullam habet vicarius autoritatẽ, nec in foro exteriori, nec in foro conſcientiæ, ſed tantum præſidebit ne tumultus fiat in conuentu, quod nimirum munus præſidendi habent vicarij in noſtra religione ex vſu & cõſuetudine, non tamen, quouſq; prouincialis reſpondeat, poterit vicarius abſoluere à reſeruatis, vel tenere capitulũm, vel profeſsionem dare, quod ego intelligo verum niſi ipſi vicarij in tabula capitulari à Prouinciali, & definitoribus inſtituantur, licet enim per talem inſtitutionẽ non efficiantur prælati, ſed tantum ſint vicarij ſuorũ Guardianorũ, ea tamẽ inſtitutio efficiet vt mortuis Guardianis ipſi officio vicariorũ fungãtur ex preſumpta voluntate

[b] Gloſ. exiuit de verb. ſignif.

[c] Sylu. verbo, Prælatus. n. 2.

patrũ ipsos expresse instituentiũ, nam quẽ admodũ morte domini extinguitur iurisdictio auditorũ prout aduersus Auendañum probat [a] Couarruuias, nisi princeps speciali ter, hos auditores siue vicarios constituerit, nam cum tunc ab ipso principe videantur iurisdictionem habere morte dominorum eorum non extinguitur neq; expirat iurisdictio prout tenet Guido, [b] Franciscus Marcus, & doctissimus Petrus Barbosa. Ita licet mortuis Guardianis expiret suorum vicariorum iurisdictio secundum ius, hoc tamen non habet locum, quando ipsi vicarij sunt instituti à prouinciali, & definitoribus, ab ipso enim tunc habent iurisdictionem. Aduerte etiam quod vicarij sunt prelati in conuentibus qui propter paucitatem fratrum nomine Guardianatus minimè appellantur, sed nomẽ vicarię illis tribuitur, & de hoc latiùs in quæstione de vicarijs, nobis agendum erit.

[a] Couar. in præf. q. 4. n. 4.

[b] Guid. decis. 234. Marcus decisio. 780. nu. 5. 1. p. Barbosa in l. quia tale ff. solut. matrim. n. 94.

# QVÆSTIO XIII.

## De Abbatibus, & Abbatissis quo ad qualitatem legitimationis, in viginti quatuor articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæstionem viginti quatuor quæruntur.*

1 *VTI sunt filij legitimi, & illegitimi.*

2 *Vtrùm filij militum ordinis D. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ nõ habiti ex matrimonio sint sacrilegi.*

3 *Vtrùm per ingressum religionis tollatur illegitimatio quoad ordines.*

4 *Quis ingressus religionis tollat ipso iure irregularitatem illegitimationis quoad ordines.*

5 *Vtrùm per ingressum religionis approbatæ omnis illegitimitatis irregularitas tollatur etiã quoad prælationes & dignitates.*

6 *Quis possit dispensare cum religiosis illegitimis ad prælationem.*

7 *Vtrùm filius alicuius religiosi possit dispensari, vt sit prælatus in religione, in qua ipsius pater habuit prælationem.*

8 *Vtrùm genitus ex cõcubina, post cuius professionẽ in religione approbata pater eius matrem in vxorem duxit, indigeat dispensatione, vt possit esse prælatus.*

9 *Vtrùm ista dispensatio possit fieri à dictis patribus in congregatione intermedia.*

10 *Vtrùm illegitimus dispẽsatus in seculo, vt beneficiũ curatum obtinere possit postea religiosus effectus indigeat noua dispensatione vt possit esse prælatus regularis.*

11 *Vtrùm dispensatus in religione possit habere beneficium curatum.*

12 *Vtrũ illegitimus factus canonicus Regularis Ecclesiæ Cathedralis possit esse Archidiaconus eiusdem sine dispẽsatione Papæ.*

13 *Vtrùm illegitimus per professionem religionis legitimatus possit esse vicarius vel prouisor alicuius episcopi sine dispẽsatione*

14 *Vtrùm dispensatio illegitimorum requirat causam.*

15 *Quæ causæ requirantur ad huiusmodi dispensationem.*

16 *Vtrùm electo illegitimo in prælatum dispensatio facta censeatur.*

17 *Vtrùm ad hoc vt valeat dispensatio sufficiat petere dispensationem illegitimorũ in genere.*

18 *Vtrùm religiosus illegitimus possit esse definitor sine dispensatione.*

19 *Vtrùm illegitimi possint eligi discreti ad Capitulum Generale, aut Prouinciale.*

20 *Vtrùm religiosus illegitimus possit esse sine dispensatione magister nouitiorum, confessor monialiũ, & vicarius conuentus.*

21 *Vtrũ moniales illegitimæ possint esse Abbatissæ sine dispensatione.*

22 *Quis possit cum monialibus illegitimis dispensare, vt sint Abbatissæ.*

23 *Vtrùm prælati regulares possint cum familiaribus illegitimis monasteriorum dispensare, vt habere possint beneficium curatum aut simplex.*

24 *Vtrùm ista dispensatio debeat fieri à dictis patribus cum generali, prouinciali, aut inter medio Capitulo.*

ART.

## ARTICVLVS I.

### *Qui sint legitimi filij & illegitimi.*

REspõdeo dicendo, q̃ legitimi dicuntur, qui à legitimo matrimonio geniti sunt deinde qui ex matrimonio in facie Ecclesiæ cum bona fide saltem ex parte alterius coniugis celebrato sunt geniti, esto matrimonium propter occultum impedimentum fuerit nullum, vt constat ex iure a Canonico, & Partitarum, & tenet constãter Molina, Emanuel Acosta, & communis Doctorũ sententia. Immerito ergo doctissimus Soto asserere trepidauit vt filij essent legitimi, sufficere fidem bonam alterius tãtũ coniugis, nã ex iuribus citatis id suffice re aperte colligitur. Quãdo autẽ in aliquibus euentibus bona fides in foro exteriori præsumenda sit aut non, disputat Couarruuias, b optime autem cum multis alijs quos citat aduertit Emanuel Acosta, c filium genitum ex matrimonio in facie ecclesiæ ex parte alterius tantum cõiugis bona fide celebrato esse legitimum etiam comparatione cõiugis qui impedimẽti erat cõscius id-q; ad succedẽdum nõsolum ab inteſtato, sed etiã ex testamento cũ omnibus prærogatiuis filij legitimi. Aduertendũ tamen est q̃ non quæcumque ignorantia efficit, vt ilta proles sit illegitima sed tantum ignorantia facti & non iuris. Vnde affines & consanguinei, qui sine dispensatione bona fide cõtrahunt matrimonium scientes se esse affines aut consanguineos ignorantes tamen affinitatem & consanguinitatem esse impedimentum minime faciunt suam prolem legitimam, prout vltra supradictos patres aduertunt Sarmiento d & Paleotus. In numerum etiam legitimorum veniunt filij nati ex soluto & soluta, qui tempore conceptionis poterant contrahere, si postea inter eos matrimonium contrahatur. Quod procedit etiam si pater in medio tempore aliã duxerit vxorem & ea mortua accepit dictã solutam ex qua concepit filios in vxorem, prout tenet Bartolus e. Dixi qui tempore conceptionis poterant contrahere, nam si non poterant contrahere propter aliquod impedimentum dirimens non legitimabũtur dicti filij, si postea sublato impedimento inter eos matrimonium contrahatur, prout resoluunt f Couarruuias, Sarmiento & Molina. Et est notandum, quod hæc legitimatio per subsequens matrimonium cõtracta habet locum, etiamsi matrimonium fiat cum concubina in articulo mortis ad hunc effectum vt filij nati ex ea reddantur legitimi, & sint capaces magnæ hæreditatis etiam maioratus, prout resoluunt Couarruuias g & Molina, Sarmiento, & Menchaca. Quod procedit etiamsi in hoc articulo contrahat matrimonium homo ita senex & decrepitus vt videatur impossibile ipsum posse generare, prout resoluit h Rojas, & affirmat, hanc esse opinionem magis communẽ Couarruuias. Expositi etiam legitimi censentur, secundum opinionem doctissimorum virorum quam tenent Paleotus i & Menochius, à qua non recedit omnino Salzedo. Vnde non videntur indigere legitimatione & dispensatione vt ad sacros ordines promoueantur, nec etiam facti regulares videntur indigere dispensatione, vt ad prælationes regulares admittantur. Cum tamen circa hoc sit varietas opinionum consultius erit vt minime ad prælationes regulares admittantur, nisi cum eis prius secundum terminos priuilegiorum regularium dispensetur. Quantum autem ad eos qui sunt illegitimi tria genera distinguit Innocentius k Tertius videlicet naturales spurios, nothos, & manceres. Naturales filij de iure Canonico illi soli dicebantur qui ex vnica concubina domi retenta gignuntur, inter quem & quam tempore cõceptionis, aut natiuitatis filij nullum erat impedimentum ad legitime contrahendum, vt constat ex Iure. l Nothi dicuntur qui ex soluto & soluta inter quos potest contrahi matrimonium procreati sunt. Sed aduerte, quod hi nascuntur ex matre domi non retenta, & in hoc differunt à filijs naturalibus ac ea de causa pater huiusmodi filiorum non est adeo certus sicut pater filiorum naturalium, quocirca necesse est vt pater recognoscat eos vt suos, alioquin non reputabũtur illius, nisi id aliunde probetur sufficienter, vt aperte colligitur ex legibus Hispaniarum m. Sed relictis multis alijs traditis circa hoc à Couarruuias, n quantum ad nostrum institutum est aduertẽdum quod de Iure Canonico vniuersi hi omnes filij reputantur naturales qui geniti sunt ex parentibus inter quos tempore conceptionis aut natiuitatis talium filiorum nullum erat impedimentum ad contrahendum. Prout

a c. ex tenore qui filij sint legitimi c. 2. eod. tit. l. 1. tit. 13. parti. 4. Moli. de primoge. li. 3. c. num. 12. Acost. inc. si pater. 1. p. ver. vxor n. 2. fo. 31. Sot. in 4. d. 41. ar. 4. ante 2, cõclu.

b Couar. in epitho. 4. p. 2 c. 8 §. 1.

c Acost. vbi su.

d Sarm. li. 1. Selec. c. 6. Paleo. d̃ noth. c. 10. n. 4.

e Barto. in l. cũ mihi de cẽ solut. matrim.

f Cou. vbi s. §. 2. n. 30. Sarmi. vbi su. n 8. Moli. vbi su. li. 1. c. 1. n. 6.

g Cou. vbi s. nu. 10. Moli. vbi su. li. 2. c 51. no. 26. Sarm. vbi su c. 9. n. 9. Mẽcha. li. 3. con trou freq. c. 4 n. 4.

h Ro. in epit c. 2. n. 20. & 22. Cou. vbi su. c. 8. §. 2. n 10.

i Pale. vbi s. c. 63. n. 3. Menoc. de arbitri. li. 2. cẽtu. 4, causa. 396. Salz. in practi. crim. ca. 14. pag. 35.

k Inno. 3. in c. nisi cũ pridẽ. §. personæ d̃ renũt.

l authẽ. quibus mod. naturales efficiantur. § si quis autẽ de functus, l. i. titu. 15. p. 4.

m l. 11. tauri.

n Cou. vbi su. §. 4. n. 6.

iam dictum est in superioribus, & tradunt Antonius Gomez [a], & pater Molina. Qui asserit in ordinationibus Lusitanis id ipsum esse decisum. Et vltra supradictas species illegitimorum aliæ adduntur, verbi gratia incestuosi, qui nati sunt ex affinibus, vel consanguineis, & alijs inter quos contracta est spiritualis, vel legalis cognatio. Alij vero dicūtur sacrilegi, illi scilicet, qui nati sunt ab eis, qui votum solemne castitatis emiserint. Vtrum autem filij illegitimi militū ordinū Sancti Iacobi & Calatrauæ, sint sacrilegi, artic. sequenti disputabitur.

[a] Anto. Gomez in l. 11 Taur. n. 91. Molin. 22. disput. 66. col. 934. li. 4. tit. 71. in princ.

## ARTICVLVS II.

### *An filij illegitimi militum Alcantarensiū, & Sancti Iacobi de la espada, nec non Calatrauæ sint sacrilegi.*

REspondeo dicēdo, quòd filios prædictorum militum habitos absque matrimonio ex muliere soluta dicunt quidam (inter quos est Gutierrez [b] in suis practicis quæstionibus) esse naturales. Nam cum hi milites libere possint hodie matrimonium contrahere absque dispensatione speciali, vt satis continetur in Bullis, & constitutionibus Apostolicis super hoc latis, præcipue Pauli III. Quæ habentur in definitionibus prædictorum ordinum, consequens est vt hi filij anteà ab eis suscepti ex muliere soluta, cum qua si velint possint tunc temporis contrahere, matrimonium sunt naturales si à patre cognoscantur, vt tales iuxta terminos legis [c] Tauri. Quam ait prædictus doctus vir esse ad hoc expressam attentis & præsuppositis dictis bullis.

[b] Gutier. in suis pract. lib. 3. q. 91. pag. 246.

[c] l. 11. Taur.

Sed contra supradicta obstat. Nam præ dictæ bullæ tantum cōcedunt prædictis militibus facultatem contrahendi matrimonium, & quod filij eorum in figura matrimonij habiti sunt legitimi, eisque succedūt, & sic minimè loquuntur in filijs ab eis habitis absque matrimonio; & debent seruare castitatē coniugalem, ergo casus hic tam quā omissus remanere debet sub dispositione iuris communis: nempe quod non sunt naturales, sed sacrilegi.

Huic obiectioni respondet Gutierrez, q̄ ex quo hi milites hodie libere possunt cōtrahere matrimonium ex hac facultate, & libertate oritur, atque dependet naturalitas filiorum ante susceptorum, sicque non est casus omissus, sed potius præuisus per eam. Nam ad hoc vt sint filij naturales non requiritur vt parentes eorum realiter contrahant matrimonium, tunc enim erunt naturales, & legitimi, nec quod post natiuitatem eorum parentes illud contrahant, quia tunc per subsequens matrimonium efficerentur legitimi prout ordinatur in iure. [d] Sed tantum desideratur quod possint si velint illud contrahere absque dispensatione. Hæc Gutierrez.

[d] c. tua qui filij sunt legit.

At licet hæc opinio aliquando mihi placuerit, modo vero attentius considerata mihi minime placere potest. Fateor enim hos milites modo absq; dispensatione posse cōtrahere, si quidem cum eis iā est à sede Apostolica dispensatum, at non est cum eis dispensatum, vt non seruent castitatem coniugalem, ad quam seruandam ratione voti solemnis astringuntur. Quæ castitas coniugalis in hoc consistit, vt neque ante matrimonium contractum, nec post ipsum contractum possint accedere ad non suam, sine eo quod mortaliter peccent transgrediendo textum præceptum decalogi, & votū solemne castitatis coniugalis. Vnde secundum omnes cognoscendo aliquam nō suā tenentur confiteri prædictam circunstantiam scilicet, quod votum solemne castitatis coniugalis in religione approbata emiserint, cum hæc circunstantia mutet speciem peccati, ita vt sacrilegiū cōmittant vt doctissimus Ayala testatur in libello quem super ordinem Diui Iacobi edidit, Quo supposito clare infertur, quod si cōmittunt sacrilegium filij ab eis procreati non naturales, sed sacrilegi sunt censendi.

Nec his obstat quod communiter dicitur, & pro contraria parte adducitur quod nati ex his qui tempore conceptionis aut natiuitatis possunt contrahere sunt naturales. Nam respondetur quod hoc intelligitur quando possunt contrahere, & non tenētur aliquo solemni voto castitatis coniugalis, quo obligantur non accedere ad non suam. Et hic intellectus patet ex dicta lege Tauri, ibi. *Saluo si fueren los hijos de clerigos frayles, o freyles,* in hoc enim clarè statuit, quod non sunt filij naturales à supradictis procreati. Nec obstat quod in collectione noua legum [d] huius regni, vbi trāscribitur tenor dictæ legis nouæ, sublata fue-

[d] l. 7. titu. 8. lib. 5. nouæ compil.

fuerunt illa verba, *o freyles*, & tantum pronuntur cætera, nempe, *Los hijos de los clerigos, o frayles, o de monjas*: non verò dicitur, *de los hijos de los freyles*. Quod põderat Gutierrez pro sua opinione. Ait enim quod ideò sublata fuerunt dicta verba, quia cum hodie per dispensationem papalem possint contrahere, iam eorum filij illegitimi non sacrilegi reputãtur. Sed certe ego in ea sum opinione, vt putem dicta verba ideò sublata fuisse, quia ibi non erat necessarium quod apponerentur, statuente enim ea lege, quod filij religiosorum sint sacrilegi consequenter statuerat, quod filij horum militum sint etiam sacrilegi cum tales milites sint verè religiosi prout probauimus supra [a]. Et patet ex bulla Alexandri Papæ, pro religione Sancti Iacobi despata, data, cuius tenor sequitur.

[a] Sup. hoc tom. q. 1. artic. 6.

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabilibus fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, & dilectis filijs Abbatibus & vniuerso clero, & populo, ad quos literæ istæ peruenerint salutem & Apostolicam benedictionem. Versus Hispaniam contra gentem nefariam Paganorum surrexerunt de nouo viri Deum timentes, & zelantes legem Domini, videlicet, Fratres Sancti Iacobi, qui pro defensione fidei Christianæ se ipsos extremis periculis exponunt, & fines Christianitatis ab incursibus Paganorum induti lorica fidei, & multiplici succincti virtute tuentur. Horum vtique propositum in Domino digna gratiarum prosequimur actione, & ei à quo omne bonum procedit adscribimus. Quod temporibus nostris surrexit in partibus illis religio, quæ Deo grata est, sicut indubitanter credimus, & accepta Christianitati necessaria plurimum cũ hi qui religionem ipsam assumũt, ad hoc specialiter, & præcipuè studio totius solicitudinis elaborant, vt inimicos Crucis Christi eo adiuuãte confundant, & fines Christianitatis versus Hispaniam ab eorum incursibus protegant, & defendant. Vnde cũ expediat vniuersis qui nomine Christiano censentur, tam fortes athletas Christi propter Deum feruenti charitate deligere, & signum quod gestãt in pectore reuereri, per quod ad tuitionem fidei nostræ se ostẽdunt semper armatos. Rogamus vniuersitatem vestram, monemus, & hortamur in Domino, atque in remissionem vestrorum peccatorum iniungimus, quatenus si quando aliquos prædictorum fratrum vos videre contigerit, eos pro charitate Christi, & reuerentia Beati Iacobi, cuius milites se esse fatentur curetis benignè recipere, & eis humanitatis, & charitatis affectum propter Christum humiliter exhibere. Vobis quoque auctoritate qua fungimur arctius inhibeamus ne quis vestrũ eos in personis vel rebus offendere audeat, quia cum nos eos & eorum domus considerato religionis ordine quem sumpserunt sub Beati Petri, & nostra protectione pro nostri officij debito suscepimus, propter diuinam offensam in contemptum Romanæ Ecclesiæ cederat si quid molestiæ, vel grauaminis à quolibet indebitè paterentur. Dat. Ferentis iij. nonas Augusti.

Ex qua bulla, ibi, religio, & ibi considerato religionis ordine quem sumpserunt clarè colligitur hos milites religiosos esse, & ita gaudent milites Diui Iacobi priuilegio capituli [b] si quis suadẽte, tamquam personæ Ecclesiasticæ: & constat ex variis bullis huic ordini, & alijs concessis, & tenent Nauarrus [c] & Syluester, & Iacobus de Graffijs.

[b] Ca. si quis suadẽte 17. q. 4.

[c] Nauar. de reddit. n. 55 & 56. & in propug. nu. 15. Graff. li. 2. decis. aurearum. nu. 33.

Ex his etiam colligitur quod filij horum militum habiti ante matrimonium contractum ex copula cum aliqua soluta, cum qua poterant etiam si de facto contrahunt, non videntur legitimari per subsequens matrimonium cum dicta soluta contractum, solum enim illi filij legitimantur per subsequens matrimonium qui sunt filij naturales, at hi sunt sacrilegi contra votum solemne castitatis coniugalis habiti. Nam vt dictum est articulo superiori filij adulterini & incestuosi minime per subsequens matrimoniũ legitimantur prout resoluunt Couarruuias [d] Sarmiento, & Molina. Verum est tamen quod diuersa est ratio adulterinorum, & incestuosorum, quia hi habiti sunt ab his, qui non poterant contrahere propter impedimentum dirimens, at filij dictorum militum præsupponitur fuisse habitos à mulieribus cum quibus poterat matrimonium iniri.

[d] Couar. in 4. p. 2. c. 8. §. 2. nu. 30. Sarmien. lib. 1. select. ca. 6. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 1.

ART

## ARTICVLVS III.

### *Vtrùm per ingressum religionis tollatur illegitimatio quoad ordines.*

REspondeo dicendo, quòd licet illegitimi apud sacros Canones aliquibus inhabilitatibus afficiantur, non propter eorum peccata, sed ob parentum suorum incontinentiam, quorum vestigia sectaturos præsumptio iuris innuit, nō defuerunt tamen spurij viri literis, & sanctitate præclarissimi. Et Paleotus [a] refert multos eos nominando qui fuerunt episcopi Cardinales, & Pontifices, Reges, & Præclarissimi viri, de quo etiam agunt Tiraquellus, & Rojas. Et Gambarus [b], & Lambertinus Abbas, & Gomez, disputant vtrum possint esse Cardinales, & quod possint esse satis indicat quidam decretorū Canon [c]. Propter quod ius canonicum cum aliquibus dispensandum decernit, & priuilegia Apostolica concedit, vt ad prælationes cum ipsis in religionibus dispensetur, de quo articulo quinto latè agemus. Nunc autem quæritur vtrum si efficiantur religiosi ipso facto reddātur habiles, vt possint sacris initiari. Et est sciēdum, quod Gregorius Decimus quartus, anno Domini milesimo quingentesimo nonagesimo, Pontificatus sui anno primo, idibus Martij, in quadam constitutione reduxit constitutionem Sixti Quinti cōtra illegitimos, datam Romæ anno milesimo quingentesimo octuagesimo octauo, Pontificatus sui anno quarto, duodecimo Calendas Nouēbris, ad terminos iuris communis in hæc verba prorumpens. *Autoritate Apostolica tenore præsentium ad terminos iuris communis reducimus, & moderamur.* Vnde non est dubium quod prædicti illegitimi religionē à Sede Apostolica approbatam profitentes possint secundum [d] ius cōmune ad omnes ordines promoueri, ingressus enim religionis tollit irregularitatem, sicut ingratitudinem prout in iure [e] decretum est, & resoluit Soto: vnde videtur non fuisse necessarium priuilegium Sixti Quarti quod habetur in Compendio [f] priuilegiorum Mendicantium, quod conceditur generali, & prouinciali, Ministris, atque eorum vicarijs ordinis Minorum autoritatem dispensandi cum fratribus dicti ordinis patientibus natalium defectum ex adulterio, sacrilegio, incestu, & quouis alio nefario & illicito coitu proueniente, quod possint promoueri ad quoscūq; sacros Ordines, quod ipsum concesit etiam Eugenius Quartus congregationi Sanctæ Iustinæ, & habetur in priuilegijs montis Oliueti [g], & refertur in Compendio priuilegiorum ordinis Cisterciensis. Nam in iure communi hoc habetur, & frustra precibus impetratur, quod iure communi conceditur. Verum est tamen quod Syluester [h] ait, quod priuilegium continens ius commune aliquid prōdest vel operatur: nam multi sciunt talia priuilegia ius commune ignorantes, & plerumque quia mala iura seruantur per priuilegia innouantur prout in iure [i] habetur.

[a] Paleot. de noth. ca. 57. nu. 7. & ca. 66. Tiraqu. de nobili. c. 15. ex nu. 31. Roj. de succes. cre. c. 15 à nu. 18.

[b] Gambar. de offic. & potest. legat. à later. li. 7. num. 72. & nu. 83. & nu. 108. & 148. Lambert. de iur. patr. l. p. lib. 2. nu. 11. art. 7. quæst. princ nu. 11. fo. 55. Abb. in c. per venerabilem. n. 5. qui filij sunt legitimi. Gomez in regul. de triēnal. q. 2. post princi.

[c] Olsius 56. distinct.

[d] Cap. 1. de filijs presbyter.

[e] 19. q. vlt. c. non liceat. Soto in 4. d. 25. q. 1.

[f] Tit. dispensatio. §. 12.

[g] Priuil. 50. fol. 191. & priuil. 52. folio. 205.

[h] Sylu. ver. priuilegiū. q. 4.

[i] C. 2. de treguа & pace.

## ARTICVLVS IIII.

### *Quis ingressus religionis tollat ipso iure irregularitates quoad ordines.*

REspondeo dicendo, quòd triplex est religionis ingressus: primus, educationis, secundus, probationis, tertius, professionis. Olim enim qui assumendi erāt ad religionem educabantur prius in cœnobijs habitu honesto seculari detento, vt multi Canones affirmant, nam secundum decretum Bonifacij [k] ingressuri religionem, per triennium educandi erant in monasterio antequam eis daretur habitus monachalis. Secundū verò decretū [l] Gregor. per biennium educabātur hodie verò, nullus prefixus est terminus, nā tēpus educationis arbitrariū est vt ait Glossa [m] & experimēto cōprobatur. Ingressus vero probationis dicit esse vnius anni spatium post habitus susceptionem, vt iura [n] decernunt, & Concilium Tridentinum cōfirmat. Ingressus vero professionis est quando transacto anno probationis religiosi per solennem professionem se tradunt in manibus prælati. His suppositis opinio est doctissimorum virorum, quod non solum professio, sed etiam educatio religionis tollit ipso iure irregularitatē ad ordines suscipiendos, & ideo glossa & communiter doctores simpliciter & absolutè dicunt, quod ingressus religionis tollit irregularitatē illegitimitatis non coarctando ingressum ad professionem, & hanc cōclu-

[k] cap. si quis incognitus. 17. q. 2.

[l] Cap. monasterij. 19. q. 3

[m] Glos. in c. Gonçalus. 17. q. 2. verb. vnius anni.

[n] c. Gonçal. 17. q. 2. Cōc. Trid. sess. 25. de reg. c. 15.

clusionem videtur probare ius [a], vbi dicitur, illegitimè nati ad sacros ordines non promoueantur, nisi aut monachi fiant, vel in Congregatione Canonica regulariter viuentes, vbi nota quod illegitimus non ordinatur nisi vt religiosus fiat, vt aperte testatur autor summarij in eodē iure dicēs illegitimus non ordinatur, nisi vt religiosus fiat, & idem apertius dicit Vrbanus Papa sic inquiēs. Filios presbyterorū à sacris ministerijs remouemus, nisi aut in cœnobijs, aut in Canonica religione probati fuerint. Ecce quomodo non dicit Papa quod debeāt esse professi, sed probati tantum quod nimirum fieri potest per tēpus educationis, idque esse intelligendum, fauor religionis probat, nam cum ista decreta sint concessa in fauorem religionis, & non in fauorem illegitimorum non stricte, sed latè sunt interpretanda. Scio tamen Sotum [b] contrarium asseruisse, nam dicit solum religiosum professum illegitimè natum posse absq; dispensatione ordinari: sed suam assertionem non probat, & ideò qua dicitur facilitate reijcitur: cum Soto tenet Philippus Francus, cuius fundamentum est, nam alias potest esse fraus intrando religionē, & sacros ordines suscipiendo, & ante professionem exeundo, & sic lex esset impossibilis verbis contra iuris [c] dispositionem. Sed respondetur quòd in eo casu nulla erit fraus, nam si talis post promotionem recedat erit irregularis ad suscepti ordinis executionem nam cum fuerit respectu professionis ordinatus non secuta professione per recessum à religione, non illis suffragabitur ordo susceptus, atque adeò absque speciali dispensatione non poterit administrare sine peccato mortali. Vnde infertur extensio ad priuilegium Clementis Quarti, de quo dicemus infra hoc tomo, vbi dicitur quod nouitij virtute priuilegiorum absoluti à censuris, si à religione ante professionem retrocedant, in dictas censuras relabuntur. Hæc enim concessio secūdum dicta videtur extendenda ad irregularitatem contractā ratione illegitimationis quoad ordines, vt sicet nouitius ab ea absolutus per ingressum religionis, retrocedens in eam reincidat. Huic autem nostræ sententiæ obstant Angelus [d], & Syluester dicentes, nouitios non posse ordinari etiam de prima tōsura, quod nimirum probat ex solo capitulo. monasterij. decima nona, quæstione tertia. Ad quòd respondetur hoc capitulum nō decernere ne nouitij ordinentur, vt euidenter constat literam legenti, sed tantum prohibet ne ad Deum conuersi in monasterijs ordinentur antè biennium. Quæ nimirum dispositio per contrariam consuetudinem vniuersalem vacat iam, secundùm quā ante biennium ordinantur qui ad Deum in monasterijs sunt conuersi: vel melius respōdetur quod nouitij nullibi prohibentur ordinari. Imò [e] Bonifacius Octauus ait, quod infantes qui non habent ætatem ad profitendum possunt ordinari si religionem intrent, ait enim, nullus Episcopus, vel quiuis alius infanti, nisi forte religionem intraret, seu illiterato, sed neque absque sui superioris licentia homini diœcesis alienæ clericalem præsumant conferre tonsuram, & hanc opinionem tenet expressè, ibi summator, & Glossa [f] quæ nimirùm dispositio nostram confirmat sententiam atq; adeò stando in rigore iuris si illegitimus hodie educaretur in cœnobio, in honesto habitu sæculari animo religionis habitū suscipiendi, & profitendi, si à prælato ordinis testimonium probatæ vitæ haberet, posset sine aliqua dispensatione ordinari.

a Ca. 1. de filijs presby.

b Soto. in 4. d. 15. q. 1. art. 3. Franc. in c. is qui de filijs presb. lib. 6. n. 11.

c Commissa de elect. lib. 6.

d Angel. v. nouitios. n. 20. Sylue. v. religio. 5. n. 10.

e Cap. nullus de temporib. ordi. lib. 6.

f Glo. ibi. v. infanti, & verb. intrare.

## ARTICVLVS. V.

*Vtrùm per ingressum religionis approbatæ, omnis illegitimitatis irregularitas tollatur, non solùm quoad sacros ordines, sed etiam quoad omnes prælationes, & dignitates.*

RESpondeo dicendo, quòd ferè omnes iuris Canonici interpretes, inter quos est Glossa, & Panormitanus, & alij quos refert & sequitur Nauarrus, respondent negatiuè: quibus etiam nōnulli Theologi consentiunt, vt doctissimus Sotus [h]. At secundum venerationem & obsequium sacrarum religionum, quæ his temporibus ab hæreticis acerrimè infestantur, statuitur conclusio in hunc modum: professio solennis approbatæ religionis est vera legitimatio non solum iure humano, sed etiam iure diuino introducta, qua omnino filij illegitimi ipso iure idonei sunt ad omnes dignitates, & prælatias Ecclesiasticas, & Episcopatus, ac si ex legitimo essent procreati

g Glos. in c. fin. de filijs presbyt. Panorm. in ca. 2. de apostatis. Naua. in c. non dicatis. n. 92.

h Soto in 4. d. 25. q. 1. art. 3.

creati matrimonio. Hanc opinionem tenet Glossa [a] celebris, & probatur in quadam Authentica [b] in qua dicitur quod monachatus omnem abstergit maculam, ex quibus verbis nonnulli inferunt, vt notat Nauarrus [c] quod non solum tollitur illegitimitas, sed etiam irregularitas homicidij voluntarij & bigamiæ, hoc tamen non credo verum, vt suo loco dicetur. Tantum enim illa verba sunt intelligenda de illegitimatione quæ est propria macula, cum sit infamia iuris. Cæterę verò irregularitates, non sunt proprię maculæ, & ideò per Monachatum non tolluntur. Hanc nostram opinionem tenēt omnes ferè iuris Cæsarei interpretes asserentes filium illegitimum legitimari ipso iure per professionem religionis approbatæ, inter quos est Guillelmus de Cuno, Bald. Felinus, Iason, & alij quos refert Couarruuias [d] & quanuis recedat ab ipsis, fatetur nostram opinionem esse cōmunem: fundamentum autem eorū est argumentum de minori ad maius, nam per oblationem Curiæ sæcularis inquiunt legitimari filios illegitimos, ergo per oblationem ad curiam spiritualem multò fortiùs debent filij illegitimi legitimari. Pro hac sententia facit Bartolus, & Ludouicus Romanus, quos refert & sequitur Cifuentes [e] asserentes quod filius illegitimus naturalis factus monachus legitimatur, quoad successionem ab intestato: ergo multo magis quoad prælationes cum successio in hæreditate sit strictior, difficilior, & iuri magis repugnans quam habilitas religiosi illegitimi ad Prælaturas. Diximus iure diuino hanc conclusionem probari, quod in hunc modum demonstratur; nam difficilius est tollere vincula matrimonij rati non cōsummati quam illegitimitatem tollere quia matrimoniale vinculum inductum est iure diuino, illegitimitas vero, non nisi iure humano: sed professio religionis, vt omnes Theologi dicunt iure diuino vinculum matrimonij dirimit, prout dicemus in quæstione de matrimonio: ergo eodem iure diuino dirimit illegitimitatem. Aliæ rationes adducuntur pro ista parte, sed has adduxi in sacræ religionis honorē & reuerentiā. At me omnino non conuincūt, omnes enim rationes adductæ sunt argumēta topica. Et pro cōtraria parte est quoddā decretū [f], cui difficillimè respondetur, & inueni Eugenium Quartum concessisse monachis congregationis Sanctæ Iustinæ per professionem regularem tolli eorum illegitimationem non solum quoad ordines, sed etiam quoad prælationes obtinendas, & in dubio cēsendum est priuilegium aliquid contra vel præter ius commune concedere. Præterea Gregorius Decimus quartus in quadam constitutione moderante constitutiones Sixti Quinti fælicis recordationis contra illegitimos regulares promulgatas decernit legitimationem regularium quoad dignitates & prælationes debere fieri cum Capitulo generali, aut Prouinciali seu intermedio & non alias, de qua constitutione statim in sequentibus nobis erit sermo: ex quibus verbis clarè constat ipsos illegitimos modo nō fieri legitimos quoad Prælationes per professionem in religione approbata. Et aduerte quod hoc procedit etiam si defectus natalium sit occultus prout resoluunt Nauarrus, [g] Soto, & Couarruuias: vnde filius presbyteri natus ex muliere coniugata, ita occulte quod non possit probari, nisi ex dicto ipsius mulieris huius speciei irregularis censetur prout ait Nauarrus [h], & resoluunt Corduba contra Petrum de Castro: & sic vt sit prelatus necessarium est, vt cum ipso dispensetur. Verum est tamen quod si cogatur prælationem acceptare, & sine sua & suorum infamia non potest petere dispensationem, at potest dictam prelationem acceptare.

[a] Glos. in c. cum dignitate de iud.
[b] Authent. de monach. collat. 1. in princ.
[c] Nau. in c. non dicatis num. 92.
[d] Couar. de spons. 2. p. c. 8. num. 4.
[e] Cifuentes in li. 10. Fu.
[f] Ca. 1. de filijs presby.
[g] Nau. in c. nō dicatis. n. 60. Sot. in 4. d. 25. q. 1. art. 3. Coua. de spons. 2. p. c. 8. n. 4.
[h] Nau. vbi s. n. 192. Corduba l. 1. quæstionum. q. 35. pag. 279. col. 2. ver. ex dictis. Castro de lege pœnali lib. 2. c. v. 1. concluf. 3.

## ARTICVLVS. VI.

### *Quis possit dispensare cum religiosis illegitimis ad prælationem.*

REspondeo dicendo, quod secundum ius [i] commune intellectum, secundū opinionem Couarruuias in superiori articulo allegatā solus Papa potest in hoc dispensare. Nec Concilium Tridentinum [k] in hoc aliquam facultatem Episcopis concessit. Licet enim definierit, quod liceat Episcopis in omnibus irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum dispensare, non tamen possunt in hac irregularitate dispensare: nā facultas Concilij Tridentini est respectu irregularitatis & suspensionis ortæ ex delicto

[i] Ca. 1. de filijs presby.
[k] Conc. Trident. sess. 14. c. 7. & sess. 24 c. 6. de reform mat.

licto occulto ipsius irregularis, vel suspēsi, at irregularitas illegitimitatis nō nata fuit ex delicto illegitimi, sed ex delicto suorum parentum. Verum est tamen quod Sixtus Quartus concesit hoc generali & prouincialibus fratrum Minorum, eorumque vicarijs, quod scilicet possint in hoc casu dispensare cum fratribus dicti ordinis Minorum defectum natalium patiētibus, ex adulterio, sacrilegio, incestu, & quouis alio nefario & illicito coitu prouenientem, necnon cum his qui ex quauis causa (præterquam homicidij voluntarij, Bigamiæ & membrorum mutilationis) irregulares forent, postquam ordinem ipsum professi fuerint dispensare, vt defectu & irregularitate huius modi non obstantibus irregulares ipsi ad quoscunque etiam sacros ordines promoueri, & in illis etiam in altaris ministerio ministrare, & quod tam ipsi regulares, quā defectum natalium patientes prædicti ad quascunq; administrationes & officia dicti ordinis eligi, recipi, & assumi, illaq; gerere & exercere libere & licitè valeant [a] idemq; cōcesit idem Sixtus Quartus ministro generali & Prioribus conuentualibus, ac eorū vicarijs ordinis fratrum Prædicatorū prout habetur in [b] libris ordinū. Quod ipsum specialiter concessum inueni ordini Sancti Hieronymi, & alijs religionibus monachalibus, vt patet ex traditis in Cōpendio ordinis Cistercienſis, & ordinis D. Hieronymi, & in [c] libro priuilegiorū congregationis dos Loys nuncupatæ impresso Olysippone. Hæc tamen autoritas sublata fuit postea à Sixto V. Pontifice maximo in duabus constitutionibus cōtra illegitimos editas, quarum vna modificans & declarās primam habebat dispensationes ab ipsis Prælatis prędicta autoritate Apostolica emanatas etiam ante dictas cōstitutiones esse irritas, & nullius valoris. At [d] Gregor. decimus quartus, put dictū est suprà dictas cōstitutiones benignitate Apostolica moderauit.

*Statuendo vt omnes dispēsationes & habilitationes vigore priuilegiorū seu indultorum Apostolicorū, cuiuis ordini, religioni, monasterio aut congregationi eorū ve superioribus in genere, vel in specie concessorū, quæ tēpore constitutionū Sixti V. & non sub vllis & alijs reuocationibus cōprehensæ erunt per quoscunque eorū superiorum factas in pristinū statum & validitatem, in quibus ante ipsas constitutiones existebant restituit, & reintegrauit, volens eisdem constitutionibus non obstantibus, & statuens licere generali aut prouinciali singulorū ordinum aut cōgregationum, aut hospitalium, ad quos dicta dispensatio spectat iuxta tenorem indultorum & priuilegiorū Apostolicorum eis cōcessorū quæ modo vsu recepta, nec alias sub vllis reuocationibus cōprehensa sunt, vt præfertur in hac parte reualidans cū illegitimis, quos alias dicti generalis aut prouincialis, cū generali, Prouinciali seu interme dio Capitulo, & non alias suffragātibus meritis dignos iudicauerint ad honores, grādus, & dignitates obtinendas dispensare, ac dispensationes huiusmodi pro tēpore ita factas, & inde secuta quæcunque anteà valere & tenere perinde ac si dictæ constitutiones non emanaßent.*

Hæc Gregor. XIIII. ex qua cōstitutione cōcluditur per eam quoad modū dispensandi cum illegitimis esse prælatis regularibus reuocato priuilegio, quibus ipsis cōcedebatur absolute facultas dispensandi cū illegitimis ad prælationes obtinēdas & possidēdas, de quibus habetur in libris [e] priuilegiorū apostolicorū præsertim in cōpendio mendicantiū, & in compēdio ordinis D. Hieronymi, & in cōpendio ordinis Cistercienſis, & in cōpēdio ordinis Societatis Iesu: nam dictæ dispensationes iuxta cōstitutionem Gregorij XIIII. nō possūt fieri à Generalibus & Prouincialibus, vt anteà poterāt, sed debēt necessario ab ipsis fieri cū generali seu prouinciali seu intermedio capitulo. Ex quibus euidenter infertur quod Priores conuentuales & eorū vicarij, non possunt modo dictā dispensationem facere, sicut per Sixtum IIII. dictis Prioribus & superioribus ordinis prędicatorum fuit cōcessum, nam modo Gregorius XIIII. hoc solū generalibus & prouincia-

a In prima impress. fol. 6. & in 2. fo. 144. concess. 252.

b In 2. impres. fo. 246. concess. 575.

c Habetur in dicto lib. fol. 9.

d Sup. art. 4.

e Habetur in cōp. Mino. tit. vt dispensatio. §. 12. & 13. & in comp. ordinis D. Hier. tit. dispensatio in defectu natalium. §. 1. & 2. pag. 146. & 147. & in cōpēd. Cister. tit. dispensatio. §. 13. & 14. & 15. & in cōp. Societ. tit. dispensatio. §. 1. & 2.

uincialibus cõmisit cum supra dicta moderatione. Et vt aduertit Collector [a] priuilegiorũ Mendicantium supradicta autoritas apud dictos patres nunquã fuit in vsu quãtum ad suppriores: & ideò idem est, ac si nõ fuisset cõcessa. Secundo infertur quod per ingressum religionis nõ remanẽt illegitimi dispensati quoad prælationes, & sic est reuocatum priuilegiũ [b] Eugenij IIII. hoc cõcedens congregationi Sanctæ Iustinæ.

a Collect. in comp. Mendicãt. tit. dispensatio §. 13.

b Habetur in comp. Cisterc. tit. dispensatio. §. 15. & tit. naralium defectus.

## ARTICVLVS VII.

### *Vtrùm filius alicuius religiosi possit dispensari, vt sit prælatus in religione, in qua ipsius pater habuit prælationem.*

REspondeo dicẽdo, q̃ filij illegitimi & naturales presbyterorum nẽpe geniti ab his, qui vxore mortua presbyteri aut religiosi facti sunt possunt prouideri de beneficio aut prelatione iure cõmuni, in Ecclesijs suorum parentũ, iuxta ea quæ notantur in iure, [c] & possunt prouideri de paterno beneficio & prælatione quã ipsorum parentes antea tenuerunt, dũmodò id beneficiũ immediatè non fuerit à patre possessum, iuxta ea quę [d] sacri Canones decernunt. Et hoc vt euitetur successio in beneficijs Ecclesiasticis, put commendant sacra decreta [e], & ita iudicatũ fuisse, tradit Petrus Gregor. [f] Dubiũ autem est vtrũ id ipsum debeamus dicere de filijs religiosorum habitis post professionẽ solennem. Vtrum scilicet ipsi cũ dispẽsatione possint esse prę lati in religione, vbi eorũ parẽtes prælationes habuerunt, & videtur quod nõ; nã Gregorius XIIII. in sua cõstitutione concedẽs, vt illegitimi ad religionẽ admittãtur; addit *dũmodo tamen filius illegitimus in religione, in qua pater suus ante siue post natiuitatẽ dicti filij professus fuerit nõ admittatur, quod expresse ait, prohibemus.* Ex quibus verbis videtur dicẽdum, quod si huiusmodi illegitimi ad religionẽ admittãtur & de facto in ea profiteãtur licet eorum professio valeat (prout in nostra summa [g] cõcludimus.) Non tamen possunt esse prælati in religione, vbi ipsorũ parẽtes prælationes habuerunt, saltim viuentibus ipsis parentibus. Et cõfirmatur ex decreto [h] Cõcilij Tridẽtini, [h] vbi dicitur quod non liceat filijs clericorum illegitimis in Ecclesijs, vbi eorũ patres beneficiũ aliquod Ecclesiasticũ habent aut habuerunt, quodcunq; etiã dissimile beneficiũ obtinere. His tamen non obstantibus respondeo virtute priuilegiorũ posse prælatos cum ipsis dispensare, vt scilicet possint esse prælati in religione, vbi parentes eorũ prælationem aliquam obtinuerunt. Neq; his obstat quod Gregorius XIIII. expresse prohibuerit eos ad religionem admitti, nam respondetur quod imò ex hac constitutione colligitur cõtrarium in ea enim constitutione inter alia duo decernũtur: Primũ est, quod illegitimi admittantur, & hoc prohibet casu q̃ ipsi illegitimi fuerint filij religiosi prout dictũ est. Secundum, decernit quod prælati regulares possint dispensare cum ipsis illegitimis, vt ad prælationes admittãtur & nõ prohibet hoc respectu illegitimorũ filiorũ religiosorum, vt scilicet non possit cum ipsis dispensari virtute priuilegiorũ vt habeant prælationes, quas ipsorũ parentes obtinuerunt: vnde clarè colligitur in hoc secundo decreto illimitate Summũ Pontificem fuisse locutũ, & generaliter esse intelligẽdũ, si enim limitate vellet intelligi, id expresse prohibe ret, sicut prohibuit in primo decreto. Neq; obstat Conciliũ Trident. nam respondetur quod loquitur de Ecclesiasticis, & nõ de regularibus, & cũ sit lex pœnalis non debet extẽdi ad casum similẽ; argumentũ enim à simili in legibus pœnalibus nõ valet prout tradit Glossa [i] & resoluit doctissimus Castro. Dixi in religione, nã Generales, & Prouinciales nõ videtur posse dispẽsare cum capitulo cũ illegitimis fratribus, vt possint habere easdẽ prælationes quas parentes eorũ aliquando habuerũt in aliquo monasterio, si tales sunt geniti à dictis parẽtibus cũ essent presbyteri clerici aut regulares, prout ordinauit Clemens septimus. Cuius cõstitutionis tenorem tradit Nauarrus, [k] quã constitutionẽ nõ video quoad hoc esse reuocatam. Et vltra supra positã responsionem ad Conciliũ Trident. respõdetur aliter, scilicet quod Conciliũ Tridẽt. solũ prohibet quod filij illegitimi sint beneficiarij in Ecclesijs vbi parentes eorum beneficiũ obtinuerũt, at nos hic dicimus filios illegitimos posse habere prælationes in religione, vbi parentes eorum professi sunt, non autem in monasterijs, vbi prælationes habuerunt.

c Ca. ad hoc de filijs presbyt.

d Ca. ex trãsmissa de filijs presby. & cap. præsentium eodem tit.

e Cap. cõstitutus, c. quoniam. ca. ad extirpandas eodem tit.

f Greg. lib. 17. syntagmat. iuris. c. 6. num. 33. & 34.

g In Sũma. 2. p. c. 4. titu. nouenijs. pagin. 9.

h Con. Trident. sess. 25. de reforma. c. 15.

i Gl. in c. in pœnis de regul. iur. li. 6. Castr. de legib. pœn. li. 1. c. 7. fo. 58.

k Nau. in c. si quãdo, de rescript. ex cap. 21. n. 2.

ART.

## ARTICVLVS VIII.

*An genitus ex concubina, post cuius professionem in religione approbata pater eius matrem in vxorem duxit, indigeat dispensatione, vt possit esse prælatus.*

RESpondeo dicendo, quod aut iste effectus religiosus prælationem obtinuit ante quam pater illam vxorem duxisset, & tunc dispensatio requiritur: illo enim tempore illegitimus est. Et sic ius ei resistit ne etiam si religiosus sit prælatus effici possit iuxta notata per Bartolum, [a] & Aymō, nam tempus datæ prælationis inspici debet, an quis sit inhabilis, prout tradit Gigas. [b] Aut iste post subsequens matrimonium contractum ex concubina prius natus prælationem assequitur, & licet sint variæ opiniones, veritas tamen est, quod dispensatione non indiget. Hic enim vere legitimus effectus est, iuxta [c] glossam quā sequitur Abbas, & Quintilianus Mandosius. Et tempus datæ prælationis inspici debet quādo iudicatur, an quis sit habilis, aut inhabilis ad eam.

a Bart. in l. si constante. § quoties. n. 7 ff. solut. matrim. Aym. cons. 197. n. 8. ver. respōdeo quod regulæ.

b Gig. depēsio. q. 22. nu. 19. & seq.

c Glos. in c. tanta qui filij sint legitimi, & ibi Abb. col. 2. Mandos. de sign. gratiæ tit. super defectū natalium. fo. 81. pag. 1. col. 1.

## ARTICVLVS IX.

*Vtrùm ista dispensatio possit fieri à dictis fratribus in congregatione intermedia in ordine minorum.*

RESpondeo dicēdo, quod Gregorius Decimus Quartus in sua constitutione ordinauit vt ista dispensatio fieret à generalibus aut prouincialibus cū generali prouinciali, seu intermedio capitulo. Vnde cū congregationes intermediæ in nostra religione habeant vim capituli intermedij, prout ordinatum est in ordinationibus generalibus [d] Toletanis authoritate Apostolica confirmatis, & regula sit vulgaris inter Iurisperitos, quod subrogatus debet sapere naturam eius cui subrogatur, videtur asserendum, quod dicta dispensatio potest fieri à generalibus, & prouincialibus in congregatione intermedia, cum subrogetur in locum capituli intermedij, ad cuius rei explicationem notandum est, capitulum intermedium, aut congregationem intermediam distingui & differre. Ad capitulū enim intermedium vocantur omnes cōgregationes vocales, in quo noui definitores eliguntur, & vocales in discretorio agūt de rebus concernentibus ad regimen totius congregationis, quæ in definitorio cum consilio patrum solent definiri: sed ad congregationem intermediam non vocantur vocales siquidem in ea non eliguntur definitores ad prouidendum & definiēdum ea quę in capitulis solēt in definitorio prouideri & definiri, & ita seruatur in nostra religione. Secundò notandum est, quod in nostra religione ad dispensandum cum illegitimis vt possint esse prælati non petuntur suffragia vocalium in discretorio, sed patrum prouinciæ in definitorio. Verum tamen est quod aliqui patres doctissimi & in causis religionum maxime versati contrariam ausi sunt tenere opinionem, attentis verbis constitutionis Gregorij Decimi Quarti, cōtra quos in præsentiarum nobis est sermo. Quibus sic prælibatis dictam dispensationem in congregatione intermedia fieri posse concludam. Licet enim inter congregationem intermediam & capitulum intermedium sit differētia, prout dictū est in primo notabili: attamen quātum ad dispensationē hanc cōcedendā existimo, nullā esse differentiā, cū hæ dispensationes nō fiant suffragijs vocaliū in discretorio, sed patrū congregationis in definitorio. Et eandē vim habet definitoriū capituli intermedij, quā habet definitoriū congregationis intermediæ iuxta dictas constitutiones. Sed his videtur obstare constitutio Gregorij Decimi Quarti, nō enim dicit quod dicta dispensatio fiat à ministris generalibus aut prouincialibus in generali aut prouinciali, seu intermedio capitulo, si enim hoc diceret ipsi constitutioni satisfieret, si huiusmodi dispensatio daretur iuxta modum supradictum in congregatione intermedia, sed ait, quod dicta dispensatio à dictis ministris fiat cum generali, prouinciali, seu intermedio capitulo. Quæ dictio, cū, denotat, quod cum capitulo intermedio debeat tractari, & de numero ipsius, non solum sunt definitores in definitorio, sed etiam vocales in discretorio. Nā huic rationi respōdetur, quod cum hic agatur de legitimatione fratrum, quæ illegitimationē occultissimā aliquādo præsuponit cuius reuelatio aliquando in infamiā, & maximū scandalū vergit nō est credendum Summum Pontificem velle, in discretorio

d Ordinat. Tolet. c. 8. d. capitul. fratrum.

vocalium de causis ipsius legitimationis tractari, cũ in dicto discretorio sæpe sæpius cõgregẽtur invnũ vocales in magna quanti tate, non ita circunspecti, sicut decet ad seruandum secretũ. At in definitorio patres in minori numero congregantur, & in prudentia & confidentia præclariores de quorũ taciturnitate magis cõfidẽdũ est, & sicut verba secũdũ cõditionẽ personæ intelligi debẽt ad quã dispositio refertur, vt dicitur in iure. [a] Ita verba supradicta cũ generali Prouinciali & intermedio capitulo debẽt intelligi iuxta dispositionẽ negotij quod cõmittitur peragendum, nã verba legis sunt intelligenda secũdũ subiectã materiã prout notatur in iure. [b] Hoc autem negotium in multis casibus magnum requirit secretum. Præterea licet prædicta dispensatio debeat fieri cũ capitulo generali & cæt. id est cũ maiori parte Capituli prout in iure [c] de finitur, illa dicitur maior & sanior pars capituli, quæ nititur maiori ratione & pietate prout tradit Sylvester [d] allegãs ad hoc pulchrã decisionẽ cuiusdã Canonici decreti diui Augustini [e] ad Cassulanum. Et certe iure cõmuni receptũ est, vt pro causarũ varietate in quibusdã ad numerũ tãtũ in alijs præter numerũ etiã ad virtutũ merita sit respiciẽdũ, prout tenẽt Abbas, [f] Felinus, Paleotus & Marcus Antonius Cuquus: & nemini dubiũ est definitoriũ propter eius authoritatẽ maiori præsumi & niti ratione, & pietate, præsertim in hoc casu cũ in eo debeat agi de moribus & qualitatibus ipsius illegitimi, quæ magis patẽt patribus cõgregationis quam vocalibus discretorij, vt patet intuenti. Neque ex hoc debet quis inferre quod huiusmodi dispensationes possunt fieri in alijs congregationibus, qui sæpe sępius fiunt congregatis in vnum patribus prouinciæ ad eligendum aliquem in guardianum aut alia peragenda cum in his congregationibus ita congregentur in vnũ prædicti patres, sicut conueniunt in vnum in congregatione intermedia. Nam huic rationi facillimo negotio respondetur, maximã esse differentiã inter has cõgregationes & congregationẽ intermediã, nam cõgregationes supradictæ nõ subrogãtur in locum Capituli intermedij. At congregatio intermedia secũdũ constitutiones generales Ordinis authoritate apostolica factas subrogatur in locũ Capituli intermedij nõ solũ ad eligendũ, sed etiã ad decidendum & definiẽdum, & ideo nimirum, quod in ea & non in alijs cõgregationibus possit fieri supradicta dispẽsatio, nam subrogatum vt est notum in iure deberet sapere naturam illius in cuius locũ subrogatur. Huic opinioni subscripserũt inter alios duo grauissimi patres huius vniuersitatis Salmãticensis, primus doctissimus ac Reuerendissimus pater frater Franciscus Çumel magister sacræ Theologię, & huius almæ vniuersitatis publicus professor & generalis totius Ordinis à Mercede, & doctissimus doctor magister meus Martinus à Bustos in cathedra decretorũ iubilatus, & nunc sereniss imi, & Catholici Regis nostri Philippi in Pintiana cãcellaria meritissimus Consiliarius.

a l. plenũ §. Equitij. ff. de vsu & habitatione.

b c. intelligentia de verb. signif. l. si vno §. 1. ff. locat.

c ca. cum in cunctis de his quæ fiũt à maioripar te.

d Sylues. in Sum. tit. de capitulo. n. 2.

e cap. Sanè quippe. d. 9

f Abb. in. c. eccle. col. 2. n. 9. & 13. de elect. Felin. in. c. cũ omnes de const tit. nu. 17. & 19. Paleot. de sacr. consti. conſ. p. 5 q. 5. pag. 261 lite. C. Cuquus lib. 4. maior. inst. tit. 1. de elect. à. n. 152 vsq; ad. nu. 264.

## ARTICVLVS X.

*An illegitimus dispensatus in seculo vt beneficiũ curatũ obtinere possit, postea religiosus factus indigeat noua dispẽsatione vt possit esse prælatus regularis.*

REspondeo dicendo, circà hoc duas esse opiniones cõtrarias. Prima est affirmatiua Nauarri, [g] tenẽtis noua dispensatione indigere, quæ sequenti ratione videtur probari, nam dispẽsationes sunt stricti iuris & strictè sũt interpretãdę, iuxta tradita à quadã glossa [h] quã probãt Andreas Butrius, Abbas, Angelus, & late Parisius, & sic sũt intelligẽda secũdũ ius cõmune vt & illud minus lędãt, quã fieri possit, prout tenẽt Abbas [i] & Geminianus: Neq; in dispẽsationibus licita est extẽsio etiã ad casũ maiorẽ rationẽ habẽtẽ prout tradũt Doctores [k] cũ Abbate. Et confirmatur nã licet fiat extẽsio de maiori ad minus prout dicitur in iure [l] propter odiũ tamẽ dispẽsationis dispẽsatio cũ Monacho ad beneficiũ curatũ nõ se extẽdit ad beneficiũ simplex prout tenet Ioannes Andreas: [m] & Felinus, & dispẽsatus vt possit habere beneficiũ curatũ, nõ potest habere dignitatẽ prout ait Geminianus, [n] & iure probatur, vbi tãquã diuersa ponũtur beneficiũ & dignitas & cõsequẽter vno cõcesso nõ venit aliud, in religione autẽ prẽlationes Prouincialium, Priorũ, Guardianorum dignitates sunt cum sint administrationes rerum ecclesiasticarum cum iurisdictione iuxta tradita à Sylvestro. [o] Contrariam tamen opinionem tenet doctissimus Rebuffus

g Nau. lib. 4 conſ. tit. 9. fi lij sint legi timi conſ. 2 in. 1. impreſ.

h Glo. in. c. orain. de of fic. ordinar. lib. 6. Andr. But. & Abb. in. c. de multa de præb. Angel. cõſ. 274. non est dubiũ. nu. 4 vers. & maxime hoc credo. Pari. conſil. 88. quod sentẽ. n. 20. lib. 4.

i Abb. in. d. c. de multa nu. 4. Gem. conſ. 47. n. 3

k DD. in. c. postulasti de reſcrip. Abbas in. c. ad aures. nũ. 7. col. 4. cod. tit.

l l. nõ. debet cui plas. ff. de reg. iuris c. cui licet. quod pl' est de reg. iuris lib. 6.

m Andr. in c. quæ à iure versic. in cõtrarium adducitur de reg. iuris lib. 6. Feli. in c. postulasti ante n. 9. de reſcript.

n Gemin. in c. fi. de filijs presb. lib. 6.

o Syl. v. dignitas. n. 1. & 2.

fus [a], dicens, quod illegitimus sæcularis ad quæcumque & qualiacumque beneficia dispensatus ingressus religionem potest in ea habere prioratum regulare. Nam licet vi prædictæ dispensationis videatur ei solum prouidendum de sæculari cum esset sæcularis quo tempore ipsam dispensationem impetrauit, cum verba debeant intelligi secundum conditionem personæ, ad quam dispositio dirigitur, iuxta tradita in iure [b]. & notat Iason. Contrarium tamen ait esse verius, quia dispensatio ista generalis est, per quam dispensatus fuit capax cuiuscumque beneficij: & ita si factus sit religiosus potest ei conferri prioratus regularis pro qualitate suæ personæ: non enim debet attendi tempus dispensationis, sed tempus vacationis beneficij & eius collationis prout dicitur in iure. [c] Vnde licet tempore dispensationis ille esset sæcularis, sufficit q̃ tempore collationis Prioratus regularis, sit ipse regularis capax cuiuscumque beneficij per dispensationem appositam. Pro huius notabilis dubij & istarũ opinionũ concordia notandum est longe diuersum esse legitimari aliquẽ illegitimum & dispensari cum illo, dispensatio nãque est stricti iuris, & ideo stricte interpretanda, iuxta ea quæ diximus in superioribus. Legitimatio autem ample est intelligenda si hæc legitimatio non est dispensatio, & è contrario si dispẽsatio ample est interpretanda, si est legitimatio, vt constat ex traditis à Couarruuias [d] & hoc seruat praxis. Differentia autem est maxima inter dispensationem & legitimationem cum illegitimo, nam quando illegitimo nõ conceditur habilitas & facultas ad omnia ad quę, vel à iure Canonico, vel Ciuili erat inhabilis, sed ad aliqua dũtaxat est dispẽsatio, esto qui habilẽ illũ reddidit, dicat legitimare ad hoc vel ad aliud beneficium, ratio est quoniã non potest esse quis pro parte illegitimus, & pro parte legitimus. Quando vero simpliciter reddi tur habilis vel ad ea quæ iure Canonico, vel ad ea ad quæ iure Ciuili erat inhabilis dici tur legitimatus, restitutusvè natalibus qui bus primitus omnes homines habiles nasce bãtur ad omnia, quæ postea iure positiuo in habiles sunt facti: idq; siue is qui ita legitimũ facit, dicat, legitimũ te facio, aut restituo te natalibus: siue dicat, tecũ dispẽso. Potius enim attendendũ est ad id q̃ fit, quã ad verba quibus fieri significatur, prout tradit doctissimus Molina [e] Societatis Iesu pater benemeritus. Aduertendum etiam cum doctissimo Alciato, [f] magnã esse differẽtiã inter legitimationẽ & dispensationẽ: potestas enim ad legitimandũ à Principe cõcessa est beneficiũ Principis, & quid fauorabile, prout dicit Baldus, [g] q̃ fallit quando Princeps daret autoritatẽ dispẽsandi, hoc est, legitimandi pro parte, nã talis dispensatio est odiosa: quod sapit quid monstrosum & contra naturam, videlicet, quod quis possit facere aliquem pro parte legitimũ, & pro parte non. Vnde Comes Palatinus habens facultatem legitimandi non posset dispẽsare, licet enim plus includat legitimatio quam dispensatio, hoc intelligitur respectu legitimati & dispensati, non autẽ respectu legitimantis & dispensantis: difficilius enim conceditur dispensatio à Principe, quia odiosa quã legitimatio, quę est fauorabilis, prout voluit Socinus, [h] quod est repetitum inter Consilia Francisci de Curt. & id ipsum est etiã de mẽte Alexandri, & hoc defendit cõtra Paulũ de Castro doctissimus Alciat. [i] Quo suppositio ad difficultatẽ respõdeo dicendo primo, q̃ quando quis in mũdo existẽs legitimatur ad quęcũque beneficia & qualiacũq;, hoc nihil aliud est, quã redere illũ simpliciter habilẽ ad omnia quę iure Canonico erat inhabilis. Et in hoc casu factus religiosus potest in sua religione sine alia noua dispẽsatione esse prælatus, cũ talis sit legitimatus, & legitimatio sit ample interpretanda, & idẽ dicendũ est de eo qui existens in mũdo fuit dispensatus ad alia quæ cũq; beneficia: & in hoc casu est intelligẽda opinio Rebuffi superius allegata. Dispẽsatio enim ad quęcũq; & qualiacũq; beneficia legitimatio est, & late interpretãda, iuxta superius dicta. Secũdo dico, quod quãdo quis existẽs in sæculo legitimatur aut dispẽsatur ad beneficiũ curatũ, aut simplex, non potest ingressus religionẽ esse in ea prælatus sine noua dispẽsatione, cũ ista legitimatio sit limitata, & per cõsequens dispẽsatio iuxta supradicta. Et in hoc casu est intelligẽda opinio doctissimi Nauarri, eius enim rationes hoc tantum probant. Et sic tenor dispensationis est attente considerandus, vt colligamus, an aliquis sit dispensatus, aut legitimatus. Aduerte tamen cum Rebuffo, quod dispensatio seculari concessa ad quæcumq; & qualiacũq; beneficia non facit eundẽ habilẽ ad regularia in commen-

a Rebuff. in praxibenef. ti. de dispẽs. super. defectu natalium. 74. & 75.

bl. si sortem § libertus. vbi Ias. ff. de conditio. in deb. l. plenũ § Equitij ff. de vsu & habitatione.

c c. ei cui de prębẽ. li. 6. c si eo tẽpore. de resci. l. fi. C. de militia testa.

d Cou. in 4. p. c. 8. §. 8. n. 4. in postre. additione.

e Moli. 2. 2. tracta. 2. disput. 173. col. 979.

f Alciat. in l. 2. ff. de ver. obliga. n. 47

g Bal. in l. 1. ff. defur, & curato. dat. ab his.

h Soci. cõsi. 246. in 3. col Francisc. de Curt. cõsi. 18 Alex. consi. vlt. in 5. vol. col. 2.

i Alcia. vbis. n. 48. & 49.

dam retinenda quandiu sæcularis remanet nè duplex concurrat dispensatio, videlicet super defectum natalium & super qualitate beneficiorum, quod esset absurdum, sed hoc casu poterit commendam Papa concedere non verò ordinarius. Ex supradictis colligitur quod prælati regulares nō habent facultatē ad legitimandū religiosos, sed solum ad dispensandum, vt patet ex priuilegijs Sixti Quarti Ordini Minorū, & ordini prædicatorū concessis, ibi, dispensare, & ibi, ad quas cūq; administrationes & officia dicti Ordinis elegi, recipi, & assumi. Patet etiā ex cōstitutione Gregorij Decimi Quarti superius allegata ibi ad honores gradus & dignitates obtinendas dispēsare, intelligitur enim de honoribus & dignitatibus regularibus, nā permittit prælatos regulares facere dictas dispēsationes iuxta tenorē priuilegiorū antiquorū quæ ibidem reualidat: quæ priuilegia vt patet ex superioribus ad dignitates tātum ordinis cōcedunt dispēsationē, quæ dispēsatio vt patet ex dictis nō est legitima tio cum sit tātū respectu dignitatū regularium concessa, & ille, cui cōmittitur ad dispēsādum cū illegitimis authoritas, nō habet ex ipso authoritatem ad eos legitimandos: cui enim conceditur quod est, minus non cōceditur quod est maius prout tradit doctissimus Couarruuias [a] cum cōmuni, quæ communis à contrario tenet quod ille qui autoritate Principis habet ad legitimandum illegitimos facultatem, habet etiam facultatem ad dispensandum, à qua communi in hac parte videtur discedere Couarruuias [b] dicens eum qui ex Principis delegatione habet facultatem ad legitimandum non habere facultatem ad dispensandum eo quod legitimatio sit magis odiosa & sic strictè interpretanda: facultas verò dispensandi cum sit Principis beneficium non est odiosa & ideo multo facilius conceditur quam facultas legitimandi, sicut etiam facilius in aliquibus dispensatur cum illegitimo quam eidē legitimatio concedatur prout cōtra Couarruuiam aduertit Molina. [c] Ex dictis infertur secundo, quod illegitimi in religione ad prælationes Ecclesiasticas dispensati iuxta priuilegiorū supradictorū tenorē, si à religione ejiciantur nō possunt in sæculo existentes sine noua dispensatione ad Ecclesiastica beneficia promoueri; ipsi enim in religione solū fuerunt dispensati ad regulares prælationes, & non absolute legitimati, cū prælatis regularibus per dicta priuilegia solum ad dispensandum facultas concedatur, ex quo iuxta supradicta non habent facultatem ad absolute legitimandum. Infertur etiā quòd illegitimi dispensati virtute dictorū priuilegiorum vt suæ religionis possint prælationes obtinere, indigēt alia dispensatione si ad aliā se trāstulerint religionē vt ipsius religionis prælationes & administrationes iure cōsequi possint. Cū per primā dispensationē non sint absolutè legitimati, sed tantum dispensati ad honores & dignitates dictæ religionis obtinendas.

a Cou. in 4. 2. p. ca. 8. §. 8 n. 6.

b Coua. vbi sup. n. 10.

c Moli. vbi sup. col 982.

## ARTICVLVS XI.

### *Vtrùm dispensatus in religione possit habere Beneficium curatū.*

REspōdeo dicendo, quod cū religiosus possit habere beneficiū curatū de licētia sui prælati in Ecclesia seculari nō vt præsit, sed vt prosit propter officiū prædicādi & sic propter bonū curæ iuxta tradita à Syluestro [d], nemini dubiū esse debet illud nō posse habere sine dispensatione si sit illegitimus etiā si ad prælationes suæ religionis sit à suis prælatis priuilegio Apostolico dispēsatus, iuxta latè tradita in superiori articulo; & sic debet petere dispēsationē à Summo Pontifice vel ab habēte eius ad hoc autoritatē. Verū est tamē quod possunt prælati regulares generales dispensare cū ipsis illegitimis vt possint habere nō solū ordinis sui prælationes sed etiā beneficiū regulare simplex aut curatū. Nā Paulus [e] III. anno Dñi millesimo quingētesimo trigesimo sexto, Pōtificatus sui anno septimo die quarta Augusti *Cōcessit admodū Reuerēdo Patri fratri Petro de Liano moderatori generali Ordinis D. Hieronymi & eius successoribus pro tēpore existētibus vt cum omnibus & singulis professis fratribus cōuersis & donatis familiaribus q̄, & quibuscūq; aliys personis quorūcunq; monasteriorū dicti Ordinis nunc & pro tēpore existētibus natalium defectum etiā in cestuoso vel alio quouis damnato, sacrilego aut illicito coitu patientibus ad hoc, vt ipsi eodem defectu non obstante*

d Syl. v. religio. 6. à. n. 4. vsq; ad. 8. idē. v. dispēsatio. n. 3.

e Habet. in comp. ordi. D. Hieroni. tit. dispensatio in defectu natalium fol. 147.

quem

*quemcumque prioratum etiam generalem, aut vicariam, seu alias quodcumque & qualiter cumque calificatum beneficium regulare cum cura vel sine cura quorumcumque monasteriorum, prioratuum etiamsi ad ea consueuit quis per electionem assumi, si sibi alias canonicè conferantur vt illud accipere & retinere liberè & licitè valeant, possint dispẽsare authoritate Apostolica in omnibus & per omnia ac si de legitimo matrimonio procreati essent dummodo beneficium seu dignitas perpetua non existat.*

a Euge.4. in in d. comp. vbi sup: Et hoc concesserat Eugenius [a] Quartus anno Domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo tertio pontificatus sui anno decimo tertio, octauo idus Augusti.

## ARTICVLVS. XII.

### *Vtrùm illegitimus factus Canonicus regularis Ecclesiæ Cathedralis possit esse Archidiaconus eiusdem sine dispensatione Papæ.*

REspondeo dicendo, quod videtur egere dispensatione cum Archidiaconatus non sit prælatura respectu cuius tantũ videtur inhabilis illegitimus regularis iuxta tradita in iure. [b] Et quod Archidiaconatus non sit prælatio, probatur ex communi modo loquẽdi præsertim legislatorum qui attendendus est quoad intelligendum leges ab eis conditas iuxta tradita in iure [c] & communis vsus loquendi habet appellare prælatos solos Episcopos & eorum superiores & præfectos Ecclesijs Collegiatis secularibus vel regularibus & non alios, etiãsi copiosos habeant redditus, quinimo, & Legislatores ipsi in eadẽ significatione eo nomine vtuntur, vt patet ex multis iuribus, [d] & titulorum iuris Canonici rubricis & glossis, & sic communiter Doctores Clementinam dudum: §. olim de sepulturis glossantes dicunt Rectores ecclesiarum Parochialium non esse prælatos. Vnde illi qui in dicta Clementina §. nos autem. dicuntur prælati locorũ sunt Episcopi, & alij iurisdictionem quasi Episcopalem habentes, prout aduertit Cardinalis [e] Hęc proponuntur pro ista parte. At pro contraria parte quam sequimur facit, quia ex fundatione priuilegij vel immemoriali possessione vsucaptũ est, quod præfatus Archidiaconatus sit beneficium perpetuum & non ad nutum reuocabile, & beneficium non qualecumque sed dignitas, personatus vel beneficium incompatibile cum alio simili vel ecclesia parochiali iuxta ea quæ in iure [f] dicuntur. Ex quibus non sine colore videri potest, quod illegitimus ad ordines dispensatus per ingressum religionis non censeatur dispensatus ad beneficium perpetuum quod est dignitas, officium vel personatus perpetuus à natura officiorũ religionis Canonicorũ regularium lõge distans quæ iure communi sunt manualia. Præterea secundum Antonium [g] & Cardinalem communiter receptos nõ posset huiusmodi illegitimus ad omnes ordines dispensatus per religionis ingressum habere sine dispensatione etiam beneficium manuale si curam habeat animarum, prout tenet etiam Dominicus, [h] & Perosinus, & Francus. Prẽterea stylus Curiæ, qui habet illegitimum per professionẽ dispensatum ad officia sui monasterij & ordinis dispenfatione non egere videtur restringi ad ea quæ sui ordinis officiorum naturam seruant, & quod non extendantur ad alia quæ exuerunt illam naturam & induerunt aliam longe diuersam, argumento eorum quæ in iure [i] notantur, quo declarãtur est dispositionẽ [k] de ecclesia parochiali loquentem non includere Ecclesiam parochialem collegiatam, quia accidens adiũctum generi videtur eximere id cui additũ est à suo genere. Hanc opinionẽ tenet Nauarrus. [l]

b c.1. de filijs presb.
c l. liberorũ §. aut Cassi. ff. de legat. 3
d c. cũ ab ecclesiarũ prælatis de officio ordi. rubrica. de his quæ fiunt à prælat. Rub. de excesib. prælat. c. cũ illis §. illis vero ibi prælaturas de præbẽ. lib. 6 Clemẽt. dudũ. § olim ibi prælatos & rectores, de sepult.

e Cardin. in d. Clem. dudũ. §. statuimus. q. 3.

f c. multa de præb.

g Ant. & Card. q. 8. & 9. in c. 1. de filijs presb.

h Domini. Perosin. & Fran. in c. 1. in glos. maiores de filijs presb. li. 6.

i c. statui. de eccles. lib. 6.
k c. licet canon eod. tit. & li. 6.
l Nau. li. 1. cõsi. 11. de filijs presb. cõsi. 6 in 2. edit.

## ARTICVLVS XIII.

### *Vtrùm illegitimus post professionẽ religionis possit esse vicarius vel prouisor alicuius Episcopi sine dispensatione.*

REspondeo dicendo, quod titulus quæstionis vnum supponit & aliud quærit. Supponit enim regulares posse esse vicarios Episcoporum. Querit vero, vtrum illegitimus in religione post professionẽ possit sine alia noua dispẽsatione supradictã vicariã, vel prouisoriã obtinere. Quãtũ ad suppositũ breuiter dico, q religiosi quorũ propositũ & obligatio est mẽdicata annona vi

tam fœlicem traducere ad officium vicarij Episcoporum non aspirant, monachi verò aut canonici regulares nullo iure vicarij Episcoporum esse prohibentur accedente ad hoc sui prælati licentia prout infra in secũdo tomo in quæstione de vicarijs dicetur.

a Abb.in.c. 1.in fin.de fil. presby. glo.fi. cod. tit. Paleot. de not.& spur.c 57.n. 4.

Quantũ verò ad id quod principaliter quæritur, dico quod non ex mõte Abbatis [a] & glossę, quorũ opinionẽ sequitur Paleotus dicens quod illegitimi religiosi tantum ad sacros ordines promoueri possunt. At quoad dignitates spectat aut grauiora quædã munera, is qui spurius natus est licet deinde in monasterium ingressus fuerit hæc tam in propria Ecclesia, quam in aliena exercere minime potest, ita vt neque Abbas in nulla monachorum familia etiã eligi ab his queat absque Summi Pontificis indulgẽtia prout tenet Felinus.

b Feli. in. c. meminim⁹ de accusat. n.6.

[b] Quod procedit etiã si talis religiosus sit legitimatus in sua religione, nam in ea per priuilegia in superioribus allegata legitimatur solũ ad prælationes sui Ordinis & non ad munera in alia Ecclesia, vel in alia religione obtinẽda iuxta ea quæ in superioribus satis diximus.

## ARTICVLVS XIIII.

### *Vtrùm dispensatio illegitimorum requirat causam.*

REspondeo dicendo, quod cum huiusmodi dispensatio secundum priuilegia suprapolita pertineat ad generales & Prouinciales Prælatos cũ Capitulo, nemini dubiũ esse potest ipsos sine iusta causa dispẽsare minime posse. Nã supradicti prælati inferiores sunt à Papa, qui autẽ sunt huiusmodi potestatem habentes ad dispensandũ ex commissione aut ex priuilegio, nõ possunt dispensare in decretis iuris communis sine causę iustæ cognitione, adeò vt dispensationes huiusmodi ab ipsis sine causa emanatæ sint nullę, prout tradit Nauarrus, [c] & Rebuffus cum communi. Et hoc clarè indicat Gregorius XIII. in sua constitutione dicens. *Volumus quoque atque statuimus licere generali aut Prouinciali singulorum Ordinum aut congregationum, aut Hospitalium ad quos dicta dispensatio spectat, iuxta tenorem eorum priuilegiorum, & indultorum Apostolicorum eis concessorum, quæ dummodo vsu recepta neque alias sub vllis reuocationibus comprehensa sint, vt præfertur in hac parte reualidamus cum illegitimis, quos alias dictus generalis, aut Prouincialis cum generali, Prouinciali, aut intermedio Capitulo, & non alias suffragantibus meritis dignos iudicauerint ad honores gradus & dignitates obtinendas dispensare, &c.* In quibus narratis verbis considerandа sunt illa verba (& non alias) quæ non solum referenda sunt ad præcedẽtia, sed etiam ad sequentia verba, scilicet, suffragantibus meritis, & sic clarè innuunt dispẽsationes factas extra capitulum interme dium, aut in capitulo intermedio nõ suffragantibus meritis illegitimorum esse nullas, nam ista verba non aliter, non alio modo, non alias, inducunt conditionem & formã præcisam, iuxta glossam [d] communiter receptam, Bartolum, Iasonẽ, & Felinum, sunt enim verba hæc restrictiua prout tenet Parisius. [e] Imo sunt annullatiua dispositionis in qua proferuntur si non cõcurrãt in actu omnes qualitates præcedẽtes, prout tradũt Tiraquellus [f] & Luc. de Pena. Ex supra dictis infertur quod illegitimus sine causa legitima dispensatus per supra appolita priuilegia nõ erit tutus in cõscientia neq; quoad Deum neq; quoad Ecclesiam prout resoluit Innocentius. [g] Dixi per supra appolita priuilegia nã si Papa cũ eo dispensęt sine causa tutus erit in conscientia propter eius plenitudinem potestatis quam habet supra ius commune.

c Nauar. in man.c.25.n. 74 Rebuf.in praxi bonorum 2.p.tit. dispensatio 41 plura.n. 52.cũ seq.

d l.fi.vbi gl. & Bar.C.de vendicat.rerum ciuitatis li.11.Bar. in. l. de his vers.Præterea & ibi Iaſ.col.pen. nu.10. ff.de transact. & cons. 4. col. pen.vol.1.& cons.86.nu. 16.vol.3. Felin.in.c.delicta.n.8.vers. 7.signum d rescript.

e Paris.cõs. 118.n.6.&.7 vol.1.

f Tiraq. de rect.linag.§ 5.autremẽt. & de retra. conuent.§. 4. Pena in l.vnicuiq; col.3. C. de proximo sacro.scrin. lib.12.

g Innoc.in. c.cũ ad monasteriũ de statu monachorum.

## ARTICVLVS XV.

### *Quæ causæ requirantur ad huiusmodi dispensationem.*

REspõdeo dicẽdo, quod multę causæ possunt ad hoc cõcurrere, & ideo non potest dari in hoc regula certa & generalis, sed standũ est arbitrio boniviri sicut Gregorius XIIII. in sua cõstitutione permittẽs illegitimorũ receptionẽ ad religionẽ eorũ suffragãtibus meritis hoc arbitrio prælatorũ recipiẽtiũ reliquit: dicẽs diligẽter mores eorũ & vitã inquirant & ita demũ recipiãt, si tamen bonam indolem & virtutis speciẽ prę se ferãt, & tot eis merita suffragẽtur vt

vt natalium suppleant defectum: eorumq; receptio religionis commodo & vtilitati profutura videatur, & super hoc ipso hi ad quos vt dictum est, pertinet receptio matura deliberatione habita, ita censuerint, & iudicauerint, nã verba, censuerint & existimauerint ad arbitrium boni viri, non verò ad beneplacitũ voluntatis referenda sunt, prout probatur in iure. [a] Vnde prælati illegitimos inuenientes eorum suffragantibus meritis dignos ad prælationes peccant non dispẽsando cũ illis, prout tenet Siluester [b] allegans ad hoc decisionem [c] Gregorij Papæ missam Castoreo, notario Rauenę. Et ego puto mortaliter non peccare sed tãtum venialiter, cum subditi non habeãt ius petendi in huiusmodi, secundum Doctores cõmuniter, sed tantum possunt deprecari humiliter sicut decet.

a l. fideicom §. quãcunq; de legat. 3.
b Silu. ver. dispensatio. n. 3. in fine.
c C. quanto in fin. 2. q. 5

## ARTICVLVS XVI.

### Vtrùm electo illegitimo in Prælatum dispensatio facta censeatur.

REspondeo dicendo, quod cum dispẽsatio pertineat ad patres Prouinciæ à quibus electio Prælatorum fit electo aliquo illegitimo ab ipsis patribus in prælatum scientibus esse illegitimum in generali prouinciali, aut intermedio capitulo, aut cõgregatione intermedia, nõ dubito, quin remaneat in foro conscientiæ dispẽsatus, si talis fuit eorũ intẽtio, prout tradit Nauar. [d] Atverò in foro exteriori valere minime puto, in quo foro electio nulla est, put affirmat idẽ Nauarrus. [e] Quod probatur, nã hæc est differentia inter Papam & Prælatos inferiores, nam Papa præbens aliquid ei, quẽ scit iure humano ad id inhabilem ipso facto sine expressione dispensationis censetur habilem facere, non autem prælati inferiores, cuius diuersitatis ratio est, quia prælati inferiores non possunt absque causa dispẽsare in iure communi, Papa vero sic, cum sit super omne ius Canonicum, prout copiose Nauarrus. [f] Et sic cõcluditur, quod prius ipsi patres debent facere dispensationẽ, qua cõsummata possunt procedere ad dispẽsati electionem, & sic intelligenda sunt tradita à Syluestro [g] de hac difficultate agente. Dixi in generali, prouinciali, aut capitulo intermedio, aut congregatione intermedia habente vicem capituli, nam electio illegitimi facta in alijs congregationibus, quæ nõ sunt congregationes intermediæ, neque habent vim capituli intermedij inualida est, non solũ in foro exteriori, sed etiam in foro conscientiæ, cum nec in isto foro dicta dispensatio tacita valeat sicut non valet ex pressa, idem enim est iudicium taciti & expressi, vt dicũt iura. [h] Quapropter sicut dispensatio illegitimi regularis ad prælationes non potest fieri, nisi in congregatione intermedia habente vicem capituli intermedij, ita dispensatio tacita, quæ contingit quando illegitimus regularis eligitur in prælatũ non potest fieri, nisi à generali, aut prouincialibus cum congregatione intermedia habẽte vicem capituli intermedij iuxta termi nos constitutionis Gregorij Decimi quarti superius allegatæ.

d Nau. in d. c. 25. n. 74.
e Nau. vbi s. & in addit. ad li. 4 cõsi. titu. qui si ij sint legitimi cons. 2. n. 4. in addi.
f Nau. in c. si quãdo pa. 29. de rescri.
g Silu. ver. dispensatio in fine.
h l. cũ quid ff. si certum petatur. l. hæc verba ff. de lega. 1. l. fidei cõmissa. §. si filio ff. de lega. 3

## ARTICVLVS XVII.

### Vtrum ad hoc vt valeat dispensatio sufficiat petere dispensationem illegitimationis in genere.

REspondeo dicendo, quod vt legitimatio per rescriptum obtẽta, aut alias per facultatem Principis concessa & obtenta valeat, necesse est vt legitimãti, aut dispẽsanti proponatur, aut manifestetur quid quid retrahere eum potest à tali legitimatione aut dispensatione eo casu concedenda, alioquin subreptitia iudicabitur, vt colligitur ex multis iuribus [i] allegatis a Couarruuias, & hoc tenent Doctores communiter. Hinc colligitur, legitimandi qualitatẽ esse explicandam quoad illegitimationis fœdiorem modum, nempe, an sit spurius, & si spurius sit, an ex adulterio, vel incestu aut ex sacrilegio: & si ex adulterio, vtrum ex altera parte tantum, an ex vtraque, nempe ex coniugato & conugata. Si vero ex incestu arbitratur Couarruuias explicãdũ esse vtrum ex adultero cum matre aut cũ filia vel sorore, & denique explicandum est gradũ consanguinitatis & affinitatis inter parẽtes, ex quibus fuit genitus. Si autẽ ex sacrilegio, vtrũ cũ sacerdote moniali, religioso, & vtrũ vtrinq;. Itẽ explicandũ esse vtrum simul concurrerint adulterium & sacrilegium, aut incestus. Ita Panormitanus [l] Siluester, Aluarus Valascus, Couarruuias, & Doctores, & alij quos ipsi citant. Nec defectus legitimationis in qua huiusmodi qualitas siletur tollitur, ex eo quod in legitimatione apponuntur clausulæ de

i c. vlti. de filijs presb. li 6. c. postulasti. & resc. Coua. in 4. 2. p. c. 8. §. 9. n. 1.
k Coua. vbi infra.
l Panor. in ca. per venerabilẽ qui filij sint legitimi. Siluest. verb. legitimus n. 8. Valasc. 1. to. cõsult. cõsult. 80. Cou. vbi sup.

plenitudine potestatis aut ex certa scientia aut supplentes omnem defectum vt Aluarus [a] Velascus cū alijs quos citat rectè ait: si tamen Princeps in legitimatione aut dispēsatione diceret exquocunque coitu talis illegitimus esset conceptus, non dubito validam esse dispēsationem, aut legitimationē, etiam si qualitas illegitimati non exprimatur, nisi esset talis, de qua præsumeretur quod si in particulari exprimeretur nullatenus legitimatio aut dispēsatio cōcederetur. In cōcessione enim generali nō censetur id cōcessum, de quo si in particulari concedēs interrogaretur, nequaquam id concederet prout iura aduertunt. Sit igitur hæc generalis regula. Quando coniecturæ sunt sufficiētes vt dubitandum non sit eum qui legitimationem aut dispensationem concedit similiter illā fore cōcessurū etiam si qualitas aliqua quæ explicata nō fuit illi fuisset proposita, valida est iudicanda legitimatio aut dispensatio sine explicatione qualitatis illius obtenta. In dubio autem, an eam similiter concessisset, iudicanda est subreptitia, ita Molina. [b] Ex hac doctrina colligo non esse necesse in religionibus explicare omnes prædictas qualitates, cum verisimiliter credatur prælatos earum religionum dispēsare cum religioso illegitimo quacunque qualitate interueniente præsertim quia cū ipsis facilius dispensandum est, quam cum clericis sæcularibus illegitimis; Siquidem ius [c] Canonicum iam ipsos ad sacros ordines recipiendos habiles reddit post solennem professionem multum de eorum confidens continentia. Aduertendum tamen quod quando qualitas aliqua ideò non fuit proposita quia tempore coitus & expeditionis legitimationis ignorabatur, vt si quis ignorasset esse filium ex ea quæ communiter vidua habebatur, & post legitimationem obtentum est fuisse cōiugatam merito Aluarus Velascus [d] ait huiusmodi dispensationem esse validam; nam ad validitatem actus opinio quandoque præfertur veritati prout dicitur in iure, [e] & notat late Iason. Aduertendum etiam quod qualitates quæ augent culpam non tamen mutant modum illegitimitatis, vt quod naturalis filius genitus sit ex virgine vel ex vidua, & quod sit genitus ex nobilibus vel ex constituto indignitate non sunt necessario exprimendæ vt ait Velascus [f] dicens sic seruare stylum. Credit tamen Molina [g] quod si quis genitus sit ex episcopo, id exprimi debet quoniam non minus auget gradum sacrilegij quam esse genitum ex religioso aut moniali.

a Velas. d. cō sult. 80.

b Molin. 22. tract. 2. disp. 173. col. 986.

c ca. 1. de filijs presby.

d Valas. vbi sup.

e §. sed cum aliquis inst. de test. ordi. l. Barbarius vbi Iason. n. 22. ff. de offi. præt.

f Velas. vbi sup.

g Moli. vbi sup. col 986

## ARTICVLVS. XVIII.

### *Vtrùm religiosus illegitimus possit esse definitor sine dispensatione.*

REspondeo dicendo, quod cum Gregorius [h] nonus prohibuerit quod filij presbyterorum & alij illegitimi ad dignitates & personatus & ad alia beneficia curam animarum habentia sine dispensatione sedis apostolicæ promouerentur, asserendum est religiosos illegitimos non posse esse definitores sine prædicta dispensatione suorum Prælatorum. Hoc enim officium definitoriatus personatus dignitatem importat, est enim personatus secundum Archidiaconum [i] quædam prærogatiua in ecclesia sine iurisdictione vt habere stalum honorificum in choro in Capitulo in optionibus, in processionibus in vocibus dandis, & similibus, plus quam alij ordinis sui Canonici & non tamquam alij in dignitate constituti: quæ omnia si diligenter considerētur præeminentiā definitionis importāt.

h c. fin. de filijs presby.

i Archid. in c. 1. de consuet. lib. 6.

## ARTICVLVS XIX.

### *Vtrùm illegitimi possint eligi discreti ad Capitulū generale aut prouinciale*

REspondeo dicendo, quod si loquamur de discretis in quantū habent vocem actiuam in Capitulis nemini dubium esse debet quod illegitimi possunt eligi discreti sine dispensatione ad Capitulum Prouinciale: Hoc enim munus non est dignitas: neque prælatio, neque personatus cum iurisdictione ordinaria. Attamē cum ex institutione religionum, quarum isti sunt discreti non solum habent vocem actiuam in dictis Capitulis, verum etiam passiuam ratione cuius possunt eligi definitores, Prouinciales, & Generales, qui de corpore Capituli eliguntur, non possunt dicti illegitimi in discretos eligi ante quam cum ipsis authoritate Apostolica in illegitimationibus

bus dispensetur, sine qua ad supradicta officia eligi non possunt. Et aduerto quod discreti in nostra religione ad Capitulum generale electi aliquo modo sunt Prælati, & qualem qualem habent dignitatem prout dicetur infra in quæstione de custodibus: propter quod diximus non sine causa in superioribus, quod illegitimi ratione præcisæ vocis actiuæ, quam habent, possunt sine dispensatione illegitimitatis ad Capitulū Prouinciale eligi: nam ad Capitulum generale minime gentium sine prædicta dispensatione eligi possunt: cum discreti ad Capitulum generale electi inter patres Prouinciales numerentur, & aliqualem in nostro ordine habeant iurisdictionem & dignitatem. Sed dicet aliquis quod possunt discreti ad Capitulum Prouinciale electi renunciare vocem passiuam, ratione cuius non possunt in discretos eligi sine dispensatione. Ad hoc respondeo, quod nullo modo possunt dicto iuri renunciare; sicut enim clerici non possunt secundum ius iuri fori renuntiare, quia tale ius non solum ipsis in fauorem ipsorū conceditur. Sed etiam in fauorem totius ordinis clericalis. Ita etiam religiosus illegitimus electus ad Capitulum Prouinciale in discretum non potest renunciare voci passiuæ, quam ratione discretionis habet cum talis vox passiua ipsi non solum in fauorem ipsius concedatur, sed etiam in fauorem Cōuentus ipsum in discretum eligentis, maxime enim interest ipsis Conuentibus vt discreti ab ipsis electi omnimodam authoritatem, scilicet, vocem actiuam & passiuam habeant, sicut cæteri discreti aliorum Conuentuum habent.

## ARTICVLVS XX.

### *Vtrùm religiosus illegitimus possit sine dispensatione esse magister nouitiorum, confessor monialium & Vicarius Conuentus.*

REspondeo dicendo, quod illegitimis secundum ius iurisdictio ordinaria interdicitur, non autem delegata & consequenter non possunt habere officium cui necessario ordinaria cura sit annexa vt Prouincialat⁹ Magistratus, Prioratus, vel Guardianatus officium: neque etiā possunt habere officia, quibus possibiliter cura ordinaria sit annexa vt officium supprioratus aut alicuius Conuentus vicariatus, quia isti in aliquo casu sunt Ordinarij iure speciali, quando, scilicet, conuentus est exiguus & nomē vicariæ tantum illi tribuitur: possunt tamē esse vicarij Priorum etiam eo absente extra terminos sui Prioratus, quia non habent ex hoc iurisdictionem nisi delegatam & multo magis possunt esse magistri nouitiorum & confessores monialium, vt dicetur in quæstione de confessoribus monialium & huiusmodi, cum hi neque habeant, neque in aliquo casu possibiliter possunt habere in quantum tales iurisdictionem ordinariā. Neque tamen sequitur ex hoc quod possunt esse vicarij Magistrorum generalium aut Prouincialium supra priores ordines respectu aliquarum prouinciarum aut aliquorum conuentuum, aut alicuius tantum Conuentus, cuiusmodi sunt visitatores prouinciarum in nostra religione Minorū quia licet tales nō sint propriè prælati, neq; iurisdictionē ordinariā habeāt, sed delegatā: hęc delegata iurisdictio quantum ad aliqua est superior aliqua ordinaria ad quæ illegitimus sine dispensatione promoueri nō potest, est enim superior ordinaria prioris prouincialis aut conuentualis, cum circa eorū causas ipsis committatur visitatio. Ex quibus colligitur quod in ordinibus nullus illegitimus indispensatus potest esse visitator alicuius Prouinciæ, aut Conuētus. Hæc omnia eleganter Sylvester [a] tradit.

[a] Syl. v. Prælatus. n. 3.

## ARTICVLVS XXI.

### *Vtrùm moniales illegitimæ possint esse Abbatissæ sine dispensatione.*

REspondeo dicendo, quod cum mulier secundum Apostolum sit in statu subiectionis & ideo spiritualem iurisdictionem habere non possit secundum Diuum Thomam [b] & communem traditam à Soto. Committitur autem ei aliquis clauium vsus, sicut habere correctionem in subditas propter periculum quod posset euenire ex cohabitatione virorum cum ipsis propter quod videtur dicendum ipsas posse esse Abbatissas, aut Priorissas, etiam si dispensationem illegitimitatis nō habeant, in iure enim solum illegitimis interdicitur

[b] D. Tho. in 4. d. 19. q. 1. ar. 1. quæstiū cul. 4. ad. 4. Soto in. 4. d. 2. 20. q. 1. ar. 4

habere officium cum iurisdictione Ordinaria, prout dictum est articulo superiori. Esse autem Abbatissam, & Priorissam, nō est habere prælationem Ordinariam sed quasi ex commissione. Imò non possunt excommunicare, neque ab excommunicatione absoluere prout in iure [a] definitur, & hanc opinionem tenet Ioannes Andreas, & Geminianus, & alij quos refert & sequitur Felinus, [b] & idem videtur sentire Ioannes [c] Fabianus & Sylvester qui neque in verbo Abbatissa; neque in verbo dispensatio, neque in verbo illegitimus, neque in alijs locis vbi tractat de dispensatione illegitimorum, aliquid loquitur de monialibus illegitimis. Inuenio tamen Glossam, [d] quam sequitur doctissimus Nauarrus dicentem ipsas indigere dispensatione, quam multi reprobant, inter quos est doctissimus Anchar ranus [e] allegans pro sua parte Cynum & Bartolum quod probant; nam totus titulus de filijs presbyterorum loquitur de masculis quorum appellatione in materia odiosa, fœminæ non comprehenduntur, prout habetur in iure. [f] Et sic Iustinianus [g] imperator de fœminis loquens ait mitiorem cum eis debere esse sententiam. Quas pro infirmitate sexus minus ausuras esse confidimus. Probatur etiam; Nam professio masculorum in religione operatur in his quod licet sint illegitimi, possint ad Ordines sacros promoueri. Ergo professio fœminarū in religione approbata aliquid fauorabile debet operari, & non potest operari quod ad sacros ordines promoueantur cum fœminæ sint incapaces cuiuscunque ordinis ergo debent operari vt possint esse Abbatissæ aut priorissæ, cum ipsius Abbatissatus & prioratus non sint incapaces. Et confirmatur, nam opinio est doctissimorum virorum quod per professionem in religione approbata, tollitur illegitimatio etiam quoad prælationes. Et hoc vt dictum est in superioribus [h] concessit Eugenius Quartus congregationi sanctæ Iustinæ, quod priuilegium per communicationem cōcessum est etiam monialibus, quod quoad ipsas non inuenio esse reuocatum prout infra in articulis duobus sequentibus demonstrabitur. Et sic Sixtus Quintus, in constitutione illa edita contra illegitimos efficiens ipsos incapaces ad dignitates & honores anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, duodecimo Kalendas Nouembris Pontificatus sui anno quarto, addit dicens. *Cæterum quæ à nobis circa religiosos viros in præfata constitutione sancita sunt, ea nequaquam volumus ad moniales nunc extendi.* Hæc Sixtus Quintus, verum tamen est quod ex supradictis verbis Sixti quinti non elicitur efficax argumentum, vt dicamus, quod Summus Pontifex declarauit in vniuersum illegitimas non indigere dispensatione. Nam fortè solum voluit eximere eas à sua rigorosa & exorbitante constitutione contra illegitimos edita. Quod videtur innuere in illis verbis, ibi. Nequaquam volumus ad monia les nunc extendi. Illud enim aduerbium Nunc, Emphasim, habet & videtur sonare quod nunc respectu huius constitutionis iuris communis, stando tamen in opinione Ioannis Andreæ, non videtur tenenda opinio eorum, qui dicunt Abbatissas Benedictas, & Perpetuas egere dispensatione, si sunt illegitimæ quorum opinionem in nostra Summa [i] secutus sum, à qua modo ex dictis discedo, tenendo in vniuersum neque temporales neque perpetuas Benedictas dispensatione egere.

a cō. dilecta de maiorita te. & obed.
b Feli. in. c. meminim' n. 4. de accusat.
c Fab. v. virginū consecratio.
d Glo. in. c. indemnitatibus. v. canonica. de elect. lib. 6.
Nau. in. canon dicatis n. 60.
e Ancha. in c. generali de elect. lib. 6. Cyn. in. l. quicunque ff. de Seruis fugit. Bart. in. l. 2. ff. de verb. signif. d. cō. generali.
f Iustin. in quis quis §. ad filias C. ad legem Iuli. maiest.
g Iustin. in quis quis §. ad filias C. ad legem Iuli. maiest.
h Sup. hac q. 21. 3.
i In Sum. 2. to. c. 29. col. 12.

## ARTICVLVS XXII.

### *Quis possit cum monialibus illegitimis dispensare vt sint Abbatissæ.*

REspondeo dicendo, quod hic Articulus proponitur pro opinione illorum, qui sentiunt moniales illegitimas dispensatione egere. Quam opinionem in superiori articulo retulimus, quæ cum sit opinio doctissimorum virorum, non absre esse censui hūc articulum proponere, quis, scilicet, possit cum ipsis dispensare. Ad quod respō deo, quod si de monialibus regularibus loquamur, de quibus in præsentiarum nobis sermo est, generales & Prouinciales ordinis Mendicantium, &eorum qui priuilegijs Mendicantium fruuntur, possunt cum ipsis dispensare. Nam Leo Decimus [k] declarauit & concessit. *Quod personæ trium Ordinum, Diui Augustini, scilicet, fratres moniales & mitilatæ omnibus & singu-*

k Habet. in Comp. priuil. fratrum Minorum tit. communicatio. priuilegiorum §. 28.

*singulis priuilegijs gratijs & indultis, quæ in mari magno seu in alijs concessionibus tam per ipsum quam per alios Romanos Pōtifices prædecessores suos ordini antedicto concessis continentur plene & large frui posse & debeāt. Sed voluit quod quarti generis vtriusque sexus per Ionæ, indulgentijs tantummodo gaudeāt.* Vnde cum fratres D. Augustini & per consequens Ordinum Mendicātium & alij qui suorum priuilegiorum communicationem habent, possint à suis generalibus & Prouincialibus in illegitimitate dispensari iuxta priuilegia superius [a] allegata videtur cōcludendum quod possint similiter moniales dicti ordinis illegitimè dispensari; & alię quæ suorum priuilegiorum communicationem habent, prout sunt moniales Sanctæ Claræ, & tertiariæ, sub obedientia fratrum minorum existentes, quæ priuilegijs concessis & concedendis fratribus minoribus gaudent iuxta indultum ipsis à Bonifacio [b] Octauo concessum, & alia priuilegia, quæ omitto nè videar prolixus. Solum hanc partem confirmare volo ratione quadam iuridica, qua dicitur quod quando conceditur aliquod priuilegium viris, censetur fœminis concessum; si talis priuilegij sunt capaces: argumēto eorum quæ tradit Antonius de Butrio: [c] tradunt etiam Rebuffus & Doctores communiter. Vnde cum dicti generales & Prouinciales possint dispensare cum fratribus illegitimis ad honores & dignitates: consequens est per supradictam rationem posse dispensare cum monialibus sibi subiectis in dictamet illegitimitate. Et nō est necessarium quod ipsa dispensatio fiat ab ipsis cum generali prouinciali aut intermedio Capitulo iuxta Gregorij XIIII. constitutionem. Nam certum est, prout dictum est in superioribus, Sixtum Quintum in sua rigorosa constitutione tantum locutū fuisse de fratribus illegitimis non autem de illegitimis monialibus, quorum dispensationē sibi, & Sedi Apostolicę tantum reseruabat reuocans omnia priuilegia regularibus concessa, quibus ipsorum prælatis ad hoc auctoritas concedebatur. Vnde Gregorius Decimusquartus, hanc constitutionem nimis rigorosam volens benignitate Apostolica moderare loquens de fratribus illegitimis tantum, de quibus Sixti Quinti, constitutio loquebatur statuit vt supradicti prelati possent dispensare cum fratribus illegitimis ad quascunque dignitates iuxta priuilegia sibi concessa, reuocata à Sixto Quinto, ab ipso tamen Gregorio Decimo quarto, in pristinum statum redacta dummodo dispensatio ipsa fieret à dictis patribus cum generali, Prouinciali aut intermedio Capitulo. Qui certe si voluisset quod hoc modo cum monialibus illegitimis deberet fieri dispensatio, hoc minimè subticuisset. Imo expresse hoc diceret. Siquidem Sixtus Quintus in sua rigorosa constitutione minime subticuit eam ad moniales non esse extendendam.

a Sup. art. 5. & 6.

b Habet. in cō. ē. fratrū minorū tit. moniales § 3. & 4.

c Butr. in c. fin. de consuetud. Rebuf. in l. 1. ff. de verb. signif. fol. 19 Doct. in ca. cum plācta rer §. et clesius de priuilegijs.

## ARTICVLVS XXIII.

*Vtrùm prælati regulares possint cum familiaribus illegitimis monasteriorū dispensare, vt habere possint Beneficium simplex aut curatum.*

REspondeo dicēdo, quod prout dictū est in superioribus, *Paulus Tertius moderatoribus generalibus ordinis Diui Hieronymi concessit vt cum quibuscunque conuersis, donatis & familiaribus & quibuscunque alijs personis quorum cunq; monasteriorum dicti ordinis nunc & pro tempore existentibus natalium defectum etiā ex incestuoso vel alio quouis damnato sacrilego atque illicito coitu patientibus ad hoc, vt ipsi eorum defectu non obstante quodcunque & qualitercunque calificatum beneficium regulare cum cura, vel sine cura quorumcunque monasteriorum, Prioratuum etiam si ad ea censuit quis per electionem assumi si sibi alias Canonice conferantur vt illud recipere retinere, & administrare libere & licite valeant & possint dispensare authoritate apostolica in omnibus & per omnia ac si de legimo matrimonio*

d supra. hac q. ar.

e Habet. in comp. Diui Hieronym. tit. dispensatio in defectu natalium fol. 147.

*nio procreati essent, dummodo beneficium perpetuum non sit.* Ex quibus infertur quod generales dicti ordinis cum dictis illegitimis familiaribus dispensare possint, & nomine familiarium veniunt illi qui actualiter seruiunt in dictis monasterijs sub prælatorū potestate iuxta doctrinam glossæ [a] quam sequuntur Aretinus & Felinus, possunt etiā dispēsare cum quibuscūq; alijs personis dictorū monasteriotū cuiusmodi sunt seruitores qui actualiter & permanēter & pro aliquo tēpore obseruiūt in dictis monasterijs assumpti non in fraudē istius priuilegij. Neque priuilegium hoc dictis patribus concessum est suspensum per Bullam cruciatæ nam etiam si cruciata habeat clausulam suspensoriam generalem aliorum priuilegiorum dicta tamen clausula non suspēdit omnia priuilegia in particulari, sed solum illa quæ impediunt expeditionem dictæ cruciatæ iuxta doctrinam traditam à Felino [b] & Bartolo dicentibus quod etiam si aliquæ literæ Apostolicæ habeant clausulas generales reuocatorias aliorum priuilegiorum dictæ clausulæ non derogāt omnia priuilegia in particulari sed solum illa quæ impediunt dictarum literarum Apostolicarum executionem. Hoc autem priuilegium de quo agimus expeditionem Bullæ Cruciatæ non impedit. Et aduerte quod hoc priuilegio possunt frui mendicantes & omnes aliæ religiones communicationem priuilegiorum Ordinis Diui Hieronymi habentes, de quo dicemus infra in quæstione de communicatione priuilegiorum.

[a] Gl. vbi Aretin. & Fel. inc. cū liter. de testibus.

[b] Feli. in. c. nonnullis de rescript. Bart. in ex trauag. ad reprimendum verbo non obstantibus.

## ARTICVLVS. XXIIII.

*Vtrùm ista dispensatio debeat fieri à dictis Patribus cum generali Prouinciali aut intermedio Capitulo.*

[c] Glo. in. ca. cum olim de consuetudine. verb. præiudicij Felin. in. ca. causam nu. 10. de rescriptis Gom. in glo. de iure non tollē. de. v. quæsitū q. 1. fol. 27. 28. & 43.

REspondeo dicendo, quod potest fieri dispensatio cum dictis familiaribus & seruitoribus extra Capitulum: nam ita est concessum dictis Patribus ab Eugenio Quarto & Paulo Tertio, ex qua concessione erat ipsis ius ad rem quæsitum, scilicet, ad dispensandum extra Capitulum, & Princeps in dubio non censetur velle præiudicare in iure quæsito, non solum in re sed etiam in iure ad rem iuxta glossam [c] communiter receptam maximè commendatam à Felino, & ab alijs à Gomezio congestis. Et sic quāuis prima gratia expectatiua tribuat solum ius ad rem certe neque in illis præsumitur Princeps per secundam concessionem præiudicare voluisse & per consequens est dicendum in nostro proposito quod Gregorius Decimus quartus noluit præiudicare dictis Patribus in iure ad rem, quod habebāt ratione dicti priuilegij Eugenij Quarti, & Pauli Tertij ad dispensandum extra Capitulum cum suis familiaribus & seruitoribus illegitimis: præsertim cū Gregorius Decimus quartus solum loquatur de dispensatione cum illegitimis fratribus iuxta dicta in superioribus. Et priuilegia in dubio sunt interpretanda contra concedentem qui non clare fuit locutus prout habetur in iure & tradit Iason. [d] Aduertant tamen dicti Patres quod non possunt dispensare cum ipsis familiaribus & seruitoribus illegitimis ad habēdū dicta beneficia regularia si procreati & geniti sunt à presbyteris clericis & religiosis, quia ea in titulum vel commendam aut administrationem seu vt alijs perpetuo vnita aliquando obtinuerunt. Nam Clemens Septimus expresse prohibuit reuocatis omnibus priuilegijs in contrarium ne filij istorum possent habere talia beneficia, cuius cōstitutionis tenorem refert Nauarrus. [e]

[d] c. cū dilecti de dona. c. cū olim ti bi de verb. signif. Iaso. in. l. auus neptis. n. 9. ff. de pact.

[e] Nau. in. c. si quādo de rescript. ex cap. 21. n. 2.

## QVÆSTIO XIIII.

### De Abbatibus & Abbatissis quoad genus in quatuordecim articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæruntur quatuordecim.*

1 *Vtrùm descendentes ex Iudæis Saracenis, & hæreticis possint esse prælati in religione minorum regularis obseruantiæ.*

2 *Vtrùm omnes descendentes ex Iudæis Saracenis & hæreticis vsque ad quartam generationem inclusiue comprehendantur in dicta constitutione.*

*Vtrùm*

3 *Vtrũ religiosus cuius tritaua fuit igne crema ta possit esse prælatus in nostra religione.*

4 *Vtrùm dictus religiosus teneatur in foro conscientiæ credere habere suam descendentiam ab ipsa tritaua post commissum crimen.*

5 *Vtrùm nouiter conuersus ex Iudaismo & ex infidelitate comprehendatur in dictis constitutionibus.*

6 *Vtrùm præfatæ constitutiones includant omnes quos vulgus Lusitanum, & etiã aliqua pars vulgi Hispaniæ appellat Christianos nueuos etiam si ante quintam generationem maiores eorum fuerint conuersi.*

7 *Vtrùm descendentes ex dicto genere maculato sint priuati dictis officijs & inhabiles ad ea si sui progenitores vsque ad quartam generationem inclusiuè condẽnati sint propter hæresim, reconciliati tamen sunt Ecclesiæ.*

8 *Vtrùm descendentes ex dicto genere maculato sint priuati dictis officijs, & inhabiles ad ea ante latam sententiam.*

9 *Vtrũ fratres possint obedire electis ex dicto genere cum primũ sciuerint ipsos esse comprehensos in dictis constitutionibus.*

10 *Vtrũ prædictos ad munera dicta admittẽtes in excommunicationẽ ipso facto incidant & sint priuati ipso facto officijs, & inhabiles ad ea.*

11 *Vtrùm hi qui professi sunt in religione minorum ante constitutionem Clementis Septimi, & Pauli Quarti possint esse definitores, discreti, capitulares, Magistri nouitiorum, vicarij Conuentuum & confessores monialium.*

12 *Vtrùm professi in dicta religione ex dicto genere maculato possint esse prædicatores.*

13 *Vtrùm moniales S. Claræ ex genere maculato descendentes comprehendãtur in dictis constitutionibus.*

14 *Vtrũ in ordine D. Hieronymi descẽdentes ex Iudæis & Saracenis possint esse religiosi & possint habere officia dicti ordinis.*

## *ARTICVLVS I.*

### *Vtrùm descendentes ex Iudæis, Saracenis, & Hæreticis possint esse Prælati in religione Minorum regularis obseruantiæ.*

REspondeo dicendo, quod licet secundum Apostolum Iudæi & Græci non sit distinctio; quantum ad regenerationem baptismalem, & ad receptionem Euangelij prout figuratum fuit in illo lintheo magno quatuor initijs emisso de Cœlo ad terram, in quo erant omnia quadrupedia & serpentina terræ, & volatilia cœli: prout in Actibus [a] Apostolorum narratur. Quantum vero ad prælationes & dignitates Ecclesiasticas iure optimo potest esse distinctio. Et sic Summus Pontifex authoritate Apostolica non odio generis sed propter causas legitimas potuit descẽdentes ex Iudæis, Saracenis, & Hæreticis inhabiles facere ad prædicta officia, prout resoluit doctissimus Corduba. [b] Et nullus à Papa sine sua particulari authoritate potest prædictam edere constitutionem vt doctissimè resoluit Nauarrus [c] in quodam Consilio, & nos diximus in nostra Summa: & supra in isto tractatu. Vnde Paulus Quartus anno Dñi millesimo quingẽtesimo quinquagesimo octauo die vigesima quarta Aprilis põtificatus sui anno quarto renouans cõstitutionem Clementis Septimi datã Romæ anno Dñi millesimo quingentesimo vigesimo quinto die decima quarta Martij renouatam à Iulio Tertio anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo, die decima Octobris. *Authoritate Apostolica ordinauit quod nullus sæcularis Iudæus seu Hæreticus seu à Iudæis seu Hæreticis, quorũ progenitores paterni seu materni viuentes, seu defuncti vsq; ad quartã generationẽ inclusiuè hæretici declarati, & vt tales condẽnati, & illi seu eorũ corpora & ossa seu eorũ statuæ igni tradita fuerint, originẽ trahens, seu ex descẽdẽtibus prædictorum Iudæorũ seu hæreticorũ vsq; ad quartam generationem inclusiuè fuerit vel sit in totius Ordinis*

a Acto. c. 10

b Cord. lib. 1. q. 54.

c Nau. lib. 3. cõsil. cõsi. 5. pag. 224. in tit. de regu. in. 1. edit. & in Summ. 2. ro. c. 5. pag. 17. & 6. q.

*dinis S. Franciſci dicti ordinis fratrem in quibuſcunq; locis, & mundi partibus vbi religio & Ordo Fratrum Minorum huiuſmodi fuerit aliquo modo ſub quouis prætextu & quæſito colore ſub pœnis infraſcriptis eo ipſo ſic recipientes & admittentes abſq; aliqua declaratione incurrendis recipi & admitti poſſit. Et ſi aliqui tẽpore datæ præſentiũ inter fratres Minores totius dicti ordinis Sãcti Franciſci in quibuſcunq; locis & mũdi partibus vbi religio & ordo fratrum huiuſmodi ſimiliter fuerint, ſeu à ſimilibus Iudæis & hæreticis quorum ſimiliter parentes & progenitores paterni ſeu materni viuentes ſeu defuncti vſque ad quartam generationem incluſiue hæretici declarati atque illi ſeu eorum corpora, oſſa, & ſtatuæ igni traditæ fuerint, originem trahentes, ſeu deſcendentes vſque ad quartam generationẽ inclu ſiuè ad quaſcunq; dignitates, beneficia & officia Eccleſiaſtica obtinenda, exercenda, præmiſſis non obſtantibus ſufficiẽti diſpẽſatione ſeu indulto ſuffulti reperiantur in miniſtros generales ſeu Prouinciales, ac Commiſſarios Generales ſeu quoſcunque alios Commiſſarios ſeu Cuardianos aut prædicatores etiam ſi alias ſoliti fuerint ad huiuſmodi officia, Generalatus, Commiſſariatus, aut Cuardianatus, & cuiuſcunq; alterius Cõmiſſariatus, Prouincialatus, ſeu Cuardianatus, & prædicationes eligi & aſſumi, nullatenus eligi ſeu recipi poſſint electoſq;, & aſſumptio ſeu receptio de ipſis facta ad officia prædicta, ſi de facto fieri contigerit, nullius ſit roboris aut momẽti, & pro non facta habeatur, nec vigore electionis, aſſumptionis, ſeu receptionis prædictæ, illi ſit electi aliquid adminiſtrare ſeu prædicare poſſint. Sed omnia & ſingula per eos ſic electos & aſſumptos de facto adminiſtrata & geſta viribus careãt, & nullã prorſus firmitatem obtineant. Nulliq; fratres totius ordinis S. Franciſci, & qui eos in generalẽ miniſtrũ, Commiſſariũ generalẽ & alios quoſcunq; Commiſſarios pro eiſdem contra huiuſmodi mandata electis aſſumptis, obedire, ſed incontinenti ab eorum obedientia recedere, eiſque prædicationis officiũ interdicere & ad alios miniſtros generalẽ vel Cõmiſſarium generalẽ eligendos procedere, perinde ac ſi prædicti nullatenus electi ſeu aſſumpti forent ſub pœnis infraſcriptis teneantur & debeãt. Et vlterius ſi contigerit tẽpore datæ præſentium aliquem ex dictis Iudæis, ſeu hæreticis exiſtentibus, ſeu à Iudæis ſeu hæreticis vſq; ad quartam generationẽ incluſiuè vt ſupra deſcendentibus in aliquod ex officijs electum aſſumptum, confirmatum & inſtitutum & in quaſi poſſeſſione dictorum officiorum exiſtentem reperiri ille ſic electus, aſſumptus confirmatus & inſtitutus, & in quaſi poſſeſſione repertus vigore præſentium intelligatur, & ſit eo ipſo & abſque aliqua deſuper declaratione faciẽda dictis officijs deſtitutus & priuatus. Nihilque vigore dictorum officiorum gerere ſeu adminiſtrare, ſeu prædicare poſſit. Geſtaque & adminiſtrata poſt præſentium publicationem in Capitulo Generali dicti Ordinis faciendam, iuribus careant nullamque prorſus obtineant firmitatem.* Hæc Paulus Quartus.

Cuius

Cuius constitutionem Pius Quartus, anno Domini milleſimo quingẽteſimo quinquageſimo nono, Pontificatus ſui anno quinto die quinta Decembris, ad literam cõformauit. Sed poſtea Pius Quintus anno Domini milleſimo quingẽteſimo ſeptuageſimo primo, ipſam cõſtitutionem reſtrinxit, vſque ad ſecundam generationem exparte patris, & vſq; ad primam ex parte matris ſicut antea reſtrinxerat Iulius Tertius. At Gregorius Decimustertius, anno Dñi milleſimo quingẽteſimo ſeptuageſimo quarto reuocãs conſtitutionem Pij Quinti confirmauit, & de nouo ſtatuit vt conſtitutio Pauli Quarti, & Pij Quarti ſeruaretur, & extendatur ad deſcendentes ex Saracenis vſque ad quartam generationem incluſiue. Ex quibus colligitur quod modo ſeruanda eſt cõſtitutio Pauli Quarti, ſiquidem fuit confirmata à Gregorio Decimotertio. Et licet patres grauiſsimi noſtræ religionis mihi affirmauerint ipſam eſſe reuocatam à Sixto Quinto Pontifice maximo præcipiente vt conſtitutum à Iulio Tertio, & Pio Quinto ſeruaretur. Et hanc reuocationem eſſe ſcriptam in libro Ordinis qui habetur in Conuentu Aracæli, in Archiuo Reuerendiſsimi patris procuratoris generalis, non poſſum modo huius decreti certiorem reddere rationem cum ad manus meas in forma authentica non peruenerit, & ideo dico modo ſtandum eſſe conſtitutioni Pauli Quarti.

## *ARTICVLVS II.*

*Vtrùm omnes deſcendentes ex Iudæis Saracenis, & Hæreticis vſque ad quartam generationem incluſiuè comprehendantur in dicta conſtitutione.*

RESpondeo dicendo, quod [a] Nauarrus in quodam Conſilio tenet omnes deſcendentes ſine aliqua limitatione ex Iudæis comprehendi in dicta conſtitutione vſque ad quartam generationem incluſiuè: non condemnat tamen partem negatiuam, imo dicit eſſe certiorem & veriorem loquendo ſecundum æquitatem, ſcilicet, quod ſolum in dictis conſtitutionibus comprehendantur illi qui deſcendunt ex Iudæis, quorum corpora morientium in ſua hæretica prauitate igne cremata ſunt, non autem illi qui deſcendunt à prædicto genere maculato vſque ad quartam generationem incluſiue, etiam ſi eorum progenitores ſint condemnati, ſi eorum corpora & oſſa ſeu ſtatuę igni tradita non fuerint. Huius opinionis fuit doctiſsimus Doctor Grado cathedraticus primarius iuriſperitiæ, & eiuſdem cathedræ primarius doctiſsimus Doctor Solis Magiſter meus in Salmanticenſi Academiæ. Huius etiam opinionis fuit pater noſter Reuerendiſsimus Generalis frater Franciſcus à Çamora, qui in quodam definitorio interrogatus à Capitulo Prouinciali Prouinciæ Sancti Iacobi noſtræ ſacræ religionis circa aliqua dubia dictæ conſtitutionis, Reſpondit prout infra continetur. Et referam fideliter dubia cum reſponſionibus ipſorum, quæ ſunt maximæ authoritatis, cum ipſemet pater à Paulo Quarto, dictam conſtitutionem impetrauerit fungens officio Commiſſarij Curiæ Romanæ noſtræ ſacræ religionis in illa Curia Romana.

[a] Nau. lib. 5. conſ. tit. de Iudæis & Saracenis cõſ. 1. pag. 482. in. 1. editione. & idem Naua. lib. 5. conſ. tit. de hæret. conſ. 22. in. 2. edit.

## Sequuntur dubia & reſponſiones.

*LO que ſupplica el definitorio à nueſtro Padre Reuerendiſsimo que declare para ſeguridad de las conſciencias es lo ſiguiente.*

*Primeramente à quien comprehende el Breue, y quales ſon los excluſos del, anſi de Prælados como de Predicadores.*

*Lo ſegundo, ſi el definitorio para nombrar los dichos, es obligado à inquirir à quien comprehende, mayormente aquellos de quien ſe tiene alguna duda.*

*Lo tercero, ſi fueſſen nombrados algunos à quien toca ſi ellos en conſciencia ſon obligados à manifeſtarſe.*

*Lo quarto, ſi deſpues de eligidos algunos delos tales excluſos por el Breue ſi*

*ue si el padre Prouincial teniendo dello noticia serà obligado à deponerlos.*

*A lo primero dize su Paternidad Reuerendissima, que el Breue comprehende à los descendientes de los Iudios vsque ad quartam generationem inclusiue, cuyos cuerpos y estatuas fueron quemadas, y lo mismo se entiende de los Hereges, vsque ad quartam generationem inclusiuè, cuyos cuerpos, ò estatuas se quemaron.*

*A lo segundo responde, que los definidores deuen preguntar y tomar informacion de aquellos de quien agora se tiene sospecha, para Prelados, y Predicadores, y a los absentes que si les escriua encargandole las consciencias, que si les consta ser inhabiles no exerciten los officios.*

*A lo tercero parece à nuestro padre Reuerendissimo que son obligados à manifestarse. Empero à mi me parece lo cõtrario, como lo dire abaxo.*

*A lo quarto responde, que obligado es el padre Prouincial teniendo informacion por donde le conste ser excluſos los tales à deponerlos ò remouerlos delos tales officios por la mejor via que pudiere hazer. Esto respondio su Paternidad en definitorio a. 14. de Mayo de. 1560.*

## Frater Franciscus çamora Generalis Minister.

EX prima responsione ad dubium primum colligitur non omnes descendentes à genere maculato indistinctè comprehendi in dicta constitutione: pro quo facit ratio quam adducunt Paulus Quartus, & Pius Quartus, in suis constitutionibus, quæ est huiusmodi. *Nos considerantes non solum eos qui orthodoxæ fidei contẽptores existunt à sacris Canonibus grauissimis pœnis plecti, verũ etiã eos & eorũ descendentes à dignitatibus & beneficijs & officijs ecclesiasticis arceri, &c.*

Ex quibus verbis colligitur quod ideo voluerunt Summi Pontifices dictos descendentes ex genere maculato priuare & inhabilitare ad dicta officia, quia originem trahebant à contemptoribus orthodoxæ fidei, qui acerrimis pœnis à sacris Canonibus plectuntur. Hi autem tantum sunt, quorum progenitores in hæretica prauitate persistentes fuerunt concremati, prout dicitur in iure, [a] cuius tenor est.

*Statutum fœlicis recordationis Innocentij & Alexandri prædecessorum nostrorum, ne videlicèt hæretici credentes receptores, defensores, auctores eorum, ipsorumque filij vsque ad secundam generationem ad aliquod beneficium Ecclesiasticum seu publicum officium admittantur, quod si secus actum fuerit, sit irritum, & inane: primum & secundum gradum per paternam lineam declaramus comprehendere, per maternam verò ad primam duntaxat volumus hoc extẽdi. Hoc Sanè de filijs & nepotibus hæreticorum credentium & aliorum huiusmodi, qui tales esse vel tales etiam decessisse probantur, intelligendum esse videtur, non autem illorum quos emendatos esse constiterit, & reincorporatos Ecclesiæ vnitati, & pro culpa huiusmodi ad mandatum Ecclesiæ pœnitentiam recepisse, quam ipsi vel iam perfecerunt vel humiliter prosecutioni eius insistunt, vel parati fuerint ad recipiendam eandem.* Hæc Bonifacius octauus. Nec valet dicere quod decretalis ista solum loquitur de descendentibus ab hæreticis, non autem de descendentibus ex Saracenis

[a] ca. statutũ fœlicis recordationis de hæret. lib. 6.

cenis, & Iudæis: nam huic obiectioni respondetur intelligendam esse tam de descendentibus ab hæreticis, quàm à Iudæis. Primo quia Iudæi conuersi ad fidem Christianam postea ad Iudaismum reuertentes hæretici nuncupantur, & iure sunt hæretici, prout definiuit Bonifacius [a] Octauus. Secundo quia descendentes de Iudæis, qui nunquam receperunt fidem, non puniuntur ab Ecclesia propter infidelitatem ipsorum parentum si ipsi fidem in baptismo receperunt. Imò Christiani originē à quacunque natione trahentes admittuntur à iure ad officia & dignitates Ecclesiasticas, prout habetur in iure. [b] Et certe si per dictum capitulum statutum, & per dictas literas Apostolicas solum excluderent à dignitatibus & officijs descendentes ab hæreticis, quorum corpora vel statuæ concrematæ sunt, & non alij hac macula minimè notati à fortiori idem est dicendum de descendentibus à Iudæis, & Saracenis. Quod sequenti ratione probatur: licet enim Iudæi peius omnibus occidendo Christum, ipsumque in sua perfidia blasphemādo peccauerint, eos tamen propter hoc Ecclesia non punit pœna infamiæ; sicut neque punit alios infideles propter infidelitatem suam, maximè dum contra pacem reipublicæ non peccant, & per consequens eorum filij Christiani effecti, non ita debent puniri & inhabiles fieri propter peccata parentum, sicut filij hæreticorum, & omnium aliorum, qui post baptismum ad vomitum redierunt. Ex quo semel de iurisdictione Ecclesiæ fuerunt, neque inde egredi potuerunt, vnde cum omnes concedant descendentes tantum ab hæreticis quorum corpora concremata sunt esse inhabiles ad prædictas dignitates à fortiori debent concedere, descendentes à Iudæis vel Saracenis tantum inhabiles esse: si eorum progenitores vsque ad quartam generationem inclusiuè persistētes in sua hæretica prauitate ab hac vita decesserunt. Pro ista parte faciunt verba dictæ Bullæ superius allegatæ, ibi, quorum similiter parentes & progenitores paterni seu materni, &c. Nam illud relatiuum, quorum, equaliter respicit hæreticos, & Iudæos. Vnde æqualiter debet hæreticos & Iudæos determinare, nam vna determinatio respiciens plura determinabilia, debet ea pariformiter determinare, prout tradunt Alexander, [c] & Picus. Et si illud relatiuum, quo-

*rum similiter parentes*, determinat hæreticos quorum corpora concremata sunt, pariformiter debet determinare Iudæos: cum ipsum relatiuum cum sua determinatione Iudæus, & hæreticus, tanquam plura determinabilia debeat ea pariformiter determinare. Plura possē pro hac parte adducere; nolo tamē in his immorari, vt ad solutionē argumentorū, quę pro cōtraria parte adducūtur, me cōuertā, ex quorū solutione magis veritas nostræ conclusionis patebit.

Ad argumenta contrariorum. Primum argumentum quod magnificiunt contrariæ partis sectatores, desumitur ex litera Bullæ Pauli Quarti superius allegatę, ibi. qui olim Iudęi seu hęretici, & ibi Iudęis seu hæreticis. Si enim Paulus Quartus tantum loqueretur de his, qui procedunt nouiter à Iudæis modo conuersis, quorum corpora concremata sunt, nulla est causa quare dicta verba iteratis vicibus sæpe sæpius in dicta Bulla repeteret, dicens: *Iudæis seu hæreticis*, nam sufficeret dicere ex hæreticis, quorum enim corpora concremata sunt, hæretici sunt, solum enim hæretici Christum negantes concremantur, non autem Iudæi, qui nunquam Baptismū receperunt. Huic argumento, quod est basis contrariorum, respondetur: magis esse considerandum intentionē, & mentem legis quam eius verba. Mens autem Bullæ Pij Quarti cōstat ex eius verbis, ibi. Nos considerantes non solum eos, qui orthodoxę fidei contemptores exiſtunt à sacris Canonibus grauissimis pœnis plecti. Verum etiam eos, & eorum descendentes à dignitatibus, & beneficijs, & officijs Ecclesiasticis arceri, &c. Ex quibus verbis prout iam in superioribus declaratum est: colligitur quod intentio Pauli IIII. fuit tantū arcere à dignitatibus eos, qui descendūt à Iudæis, & hæreticis fidei orthodoxæ contemptoribus, quorū corpora vel statuæ concrematæ sunt, iuxta antiquam iuris cōmunis constitutionē decretam à Bonifacio Octauo in capitulo, statutum fœlicis recordationis. de hæreticis, lib. sexto. Et quando nobis constat de mente legis licet recedere ab eius verbis mentem seruando, prout colligitur ex iure, [d] & tradit latissime Baldus dicēs, quod nō solum debemus recedere à verbis legis, & eius mentē seruare; quādo mens

[a] Cap. contra Christianos de hæreticis, lib. 6.

[b] Cap. eam de rescript. cap. ad decorem de insit. cap. venerabilis de præb. & dignitatibus.

[c] Alexand. in l. iā hoc iure, col. 3. ff. de vulgari & popil. Picus in l. titia cum testa, col. 2. ff. delegat. 2.

[d] l. credendū in princip. ff. qui petere tutores pōss. l. scire oportet §. aliud ff. de excusat. tutor. vbi Bald. in l. si quis seruo. C. de furt. Bald. cons. 1. n. 7. vol. 1. Bart. in l. cū mulier ff. solu. matrimon. Alexan. in l. sororē. n. 3. in fi. C. de his, qui, vt indigni. Iaso. in. l. iure gentium. §. ait Prætor. nu. 15. ff. de pact.

do mens est expressa, sed etiam vbi mens, & ratio non est expressa, quod idem tenet ipse Baldus, Bartolus & Alexander, & resoluit Iason, facit etiam pro hac parte. Nam sequens dispositio à præfatione restringitur & declaratur, prout tradunt Romanus [a] & Aretinus: Vnde cum prædicta verba, ibi, *Nos considerantes nõ solum eorum qui orthodoxæ fidei, &c.* sint præfatio sequentis dispositionis, reliquum est, vt sequens dispositio ab ipsis verbis restringatur. Confirmatur deinde ista nostra responsio, namq; semper inspicienda est ratio qua Legislatores fuerunt moti ad legem condendam, prout concludunt Parisius [b], & Alexander qui dicit plus attendendã esse rationẽ & mentem legislatoris, quam ipsius legis verba, quod idem concludit Parisius [c]. Confirmatur etiam ex dicto Baldi [d] asserentis, quod quando dubia statuti ratio non potest saluari sequendo sensum literalem ipsius statuti, non debemus sequi ipsum sensum literalem & planum, imo debemus ipsum glosare iuxta intentionem statuentis: & certe si secundum sensum literalem (prout aduersarij affirmant) intelligeretur prædicta constitutio Pauli Quarti, & per consequens excluderentur ab officijs & dignitatibus descendentes à Iudæis, & Saracenis, qui nunquam post Baptismum receptum probantur à fide defecisse. Ratio Bullæ Pauli Quarti, & Pij Quarti, ibi, Nos considerantes, &c. non posset saluari, cum prædicta pœna non puniantur descendentes à genere maculato absolute sed tantum descendentes à contemptoribus fidei, quorum corpora aut statuæ per sententiam definitiuam igni tradita fuerunt.

[a] Rom. cons. 16. Areti. cõs. 132. colum. 4.

[b] Paris. consi. 83. nu. 13. & seq. volu. 3. Alex. consi. 54. n. 9. & sequen. vol. 4

[c] Paris. cõs. 52. n. 22. volum. 3.

[d] Bald. in l. omnes populi. co. 3. ff. de iust. & iu.

Secundum argumentum sumitur ex epistola Diui Pauli, [e] vbi scribens ad Titum in hæc prorumpit verba dicens, *Oportet enim Episcopum sine crimine esse, &c. vsque ibi, sunt enim multi inobedientes vaniloqui & seductores, maxime qui de circuncisione sunt*, Notentur prædicta verba, *maxime qui de circuncisione sunt*, nam sicut Apostolus nos monet inter alios præcipue esse cauendos à dignitate Episcopali illos qui conuersi sunt à Iudaismo, videtur nobis magnum argumentum insinuari, quod Canones & statuta Apostolica id ipsum nobis innuũt. Et per consequens videri dicendum, quod etiã si descendentes ex hæreticis intra quartum gradum inclusiuè, vt sint ad dictas prælationes inhabiles, sit necessarium vt descendãt à progenitoribus igne crematis, vsque ad quartam generationem: attamen vt sint inhabiles descendentes ex Iudæis non esse necessarium quod descendant à progenitoribus huiusmodi, cum multi eorum sint inobedientes, vaniloqui & seductores, secundum dictum Pauli. Huic argumento respõdetur, quod non dicit Apostolus, vt caueamus conuersos ex Iudaismo, & eorum descendentes in fide permanentes, sed eos tantum qui conuersi ex Iudaismo ad vomitum redierunt, prout explicat Diuus Anselmus, & glossa interlinealis super dicta verba, *qui de circuncisione sunt*, ea declarãs ait: Iudæi qui sub nomine Christi Iudaizare docebãt: renati enim in Christo non pure erant Christiani, qui partim legẽ, partim Christum venerari volebant. Et Nicolaus de Lyra glossans supradicta verba ait: Isti erant falsi Apostoli de Iudaismo conuersi, & idẽmet Apostolus Paulus se declarat, vocans istos qui sunt ex circuncisione hæreticos. Subdit enim, testimoniũ hoc verum est, quamobrem increpat illos dure, vt sint sani in fide, quæ verba, vt sint sani in fide indicant ipsos esse hæreticos. Et sic dicit glossa interlinealis dicta verba declarando quod Diuus Paulus commendare voluit, vt ipsi dure increpentur, vt sic recte credãt non intendentes Iudaicis fabulis, quibus ipsi ad vomitum redeuntes affirmabant legem Euangelicam currere cum cæremonijs veteris legis, quibus nemo apud Deum iustificatur. Ex quo infertur, quod non dicit D. Paulus in dicto loco nos non debere euitare omnes eos, qui conuersi fuerint ex Iudaismo, & eorum descendentes, sed eos tantum qui post suam conuersionem ad Iudaicam prauitatem redierunt intendentes falsis fabulis, dicentes, q̃ legalia veteris legis non fuerunt mortua, neq; erãt mortifera. Et q̃ iste sit verus sensus literæ Pauli probatur. Nunquã enim ipse Paulus ex Iudaismo conuersos in fide Christi permanẽtes euitauit: imò cum ipsis sociabatur, adimplentes omnes simul quæ deerant passionibus

[e] ad tit. 1. ca.

nibus Christi in corpore eorum, prout constat ex his quæ scribit ipse Apostolus ad Colossenses dicens: salutat vos Eustachius concaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ, & Iesus qui dicitur iustus, qui sunt ex circuncisione, hi solum sunt adiutores mei in regno Dei, qui mihi solatio fuerunt. Hæc Apostolus. Ex his sequitur & concluditur, quod descendentes ex dicto genere maculato intra quartũ gradum inclusiuè, non possunt expelli à muneribus supradictis per dictas literas Apostolicas, si eorum progenitores in sua hæretica prauitate non decesserunt. Verum, tamen summopere obsecro aduertendum non esse meæ intentionis per superius adducta, & inferius dicenda condemnare statuta Apostolica sine aliqua distinctione expellentia descẽdentes a dicto genere maculato à dignitatibus personatibus, & Canonicatibus, in aliquibus Ecclesijs Cathedralibus. Nec meæ esse intentionis condẽnare statuta & ordinationes aliquarum religionum confirmatas autoritate Apostolica prohibentia ne dictæ personæ ad habitum regularem ipsarum religionum admittantur. Primum enim non pertinet ad præsentem articulum, in quo solum agitur de explicatione constitutionis Pauli Quarti, & Pij Quarti, secundum autem in secundo tomo agentes de receptione nouitiorum ventilabitur, & supra in quæstione decima, artic. tertio, dictum est aliquid.

## ARTICVLVS III.

### *Vtrùm religiosus cuius tritaua fuit igne cõcremata possit esse Prælatus in nostra religione.*

REspondeo dicendo, quòd videbitur alicui prima frõte quæstionem istam propositam esse facillimæ solutionis & constat ex dictis, & sic dicendum esse huiusmodi religiosum minimè posse esse Prælatum, cum per constitutiones Pauli Quarti, & Pij Quarti sit inhabilis ad omnes prælationes, honores & dignitates in religione obtinendas. Attamen quæstio ista iuridicè enucleata altiorem nobis indaginem postulat. Pro cuius explicatione est distinguendum, quod aut certum est hunc religiosum ab ipsa tritaua descendisse post crimen hæresis ab ipsa commissum, aut certum esse descendisse ab ipsa tritaua ante commissam ab ea hæresim: aut dubium est, & ignoratur dictum religiosum ab ipsa tritaua descendere post vel ante cõmissum crimen. Hac præhabita diuisione ad dubij propositi resolutionem accedamus necesse est.

Quantum ad primum membrum diuisionis respondeo dicendo, quòd si probatur & certo scitur dictum religiosum à dicta tritaua descendere post crimen hæresis ab ipsa commissum, ratione cuius ipsius corpus aut statua fuit igne cremata, non est dubium quod non possit esse Prælatus. Et sic tam ipse, quam electores hoc scientes incurrunt in pœnas nostræ constitutionis, & in hoc non est opinionum varietas, imò omnes Doctores in hoc vnanimiter conueniunt dictam constitutionem Bonifacij Octaui declarando, quæ habetur in capitulo statutum fœlicis recordationis. de hæreticis libro sexto, de qua in superioribus mentionem fecimus, iuxta quam diximus constitutiones Pauli Quarti, & Pij Quarti, & Gregorij Decimi tertij esse explicandam. Si tamen dictus religiosus descendit à progenitoribus, qui ab ipsa tritaua concepti fuerunt antequam ipsa committeret crimen hæresis, & hoc est notorium. Licet in hoc sit varietas opinionum, quidam enim dicunt ipsum sub dictis constitutionibus comprehendi, inter quos est doctissimus [a] Couarruuias, & Didacus Perez in simili casu loquentes. Attamen communior opinio est in contrarium, & in praxi sæpè sæpius seruata, scilicet quod neque electus, *Neque electores in pœnas harum constitutionum incurrunt, cum talis possit esse in religione prælatus.* Hæc opinio est doctissimorum virorum affirmantium, quod vt descendentes ab hæreticis incurrant in pœnas contra ipsos in iure positas, necessariũ est quod ab ipsis hæreticis descendant postquam dictum crimen hæresis commiserunt, & non sufficit quod ab ipsis originem trahant ante dictum crimen commissum. Hanc opinionem post alios tenet Anton. Gomez [b] Bernardus Diaz de Lugo, Alciatus, Tiraquellus, & Simãcas,

[a] Couar. li. 2. var. cap. 8. nu. 4. quæritur quod de filijs hæreticorum. n. 5. Perez lib. 4. ordin. l. 3. titul. 9.

[b] Gom. in l. 9. Taur. nu. 51. Diaz regla 694. Mol. li. 1. de primoge. c. 13. & lib. 4. c. vlt. à n. 50 Alex. Alés. 447 nu. 7. Tiraq. de primoge. q. 31. Simanc. de inst. Catho. tit. 397. n. 22. cum sequẽtib. Septimac. de instit. Catho. c. 29. nu. 7.

& vt benigniorem amplectitur Iacobus Septimacensis, qui late & erudite pro vtraque parte argumenta proponit. Et hæc opinio probatur ex Concilio [a] Toletano decimo tertio in quo parentes hæretici reconciliati restituuntur in pristinos honores, & ex indulgentia & gratia restituuntur filij nati post scelus commissum, vbi clare innuit Concilium, quod nati ante scelus commissum non indigent aliqua restitutione. Et argumentum huius Concilij vrgentissimum pro hac opinione Didacus Perez [b] appellat: cui nihilominus cum Couarruuias respondet, dicendo, dictum Concilium non conuincere, cum ipsum non sit generale, licet non sit omnino prouinciale, quia ex omnibus patribus Hispaniarum congregatum fuit. Sed certe licet Concilium hoc non omnino vt generale conuincat, conuincit tamen propter maximam ipsius autoritatem, vt hæc opinio communior, & probabilior sit quam contraria, siquidem tot & tam graues Patres, & docti in eo Concilio existentes huius fuerunt opinionis, prout fatentur Couarruuias, & Didacus Perez, qui pro sua opinione contra nostram conclusionem inter alia argumenta duo præcipue adducunt, quibus mihi visum est respondere, vt ita probabilitas nostræ conclusionis magis elucescat.

[a] Cõc. Tol. refertur. 1. 4. c. non imputatur.

[b] Pere. vbi s. Cou. vbi su. vers. 4. solet pro Calacrino.

Primum argumentum est desumptum ex capitulo, nihj. de hæreticis, libro sexto, vbi filij eorum qui in articulo mortis hæresim commiserunt, pœnas Canonicas patiuntur: & manifestum est hoc capitulum locutum fuisse de filijs natis ante commissum crimen, siquidem loquitur de crimine hæresis in articulo mortis commisso. Huic argumento respondetur, quod in eo capitulo solum quæritur, vtrum filius illius, qui verbo tenus crimen hæresis commisit in articulo mortis sit admittendus ad probandum, patrem suum in articulo mortis non fuisse sanæ mentis. Cui difficultati Alexander Papa Quartus respondet, ibi, quod si pater erat infamatus, aut de hæresi suspectus non admittitur, si vero non erat infamatus neque suspectus de hæresi, non admittitur, quæ facultas non dicitur ibi filio dari, vt se à iuris pœnis liberaret, in quas filij hæreticorum incurrunt: nam talis filius secundum nostram opinionem minime in eas incurrit, cum sit conceptus & natus ante dictam hæresim commissam. Ad quid igitur fuit data filio supradicta facultas, si non fuit data vt à pœnis iuris liberaretur? Huic obiectioni facillimo negotio respondetur, quod fuit data vt se ab infamia facti seu vulgi liberaret, ne contra eum posset aliquando allegari hæretici filium fuisse, quod certe maxima infamia esset. Secundum argumentum desumitur ex capite, statutum, et secundo de hæreticis in sexto, vbi Didacus Perez expresse dicit, filios hæreticorum infames esse probari, hæreticorum, scilicet, qui tales decessisse probantur. Ex quibus vltimis verbis deduxit Perez, quod vt tales filij dicantur infames infamia iuris sufficit probari parentes eorum hæreticos decessisse, licet ante commissum crimen fuerint nati vel post. Sed miror valde doctissimum Peresium huius decretalis argumentum ita expressum & efficax pro sua opinione reputare: nam in eo capitulo solum dicitur, quod filij infames dicuntur ex eo quod parentes eorum in hæresi decesserunt, ad denotandum, quod licet parentes in hæresim inciderint & de ea iudicialiter fuerint conuicti, non tamen erunt infames infamia iuris, si parentes eorum non decesserunt in hæresi, sed ecclesiæ sunt reconciliati. Et propterea sanctum officium enlos sambenitos hæreticorum qui fuerũt reconciliati scribi faciunt sequentia verba: P. hæreticus reconciliatus, ad notandum quod filij istius non incurrunt in pœnas iuris contra filios hæreticorum latas siquidem pater eorum in sua hæretica pravitate non decessit, sed fuit vnitati ecclesiæ reconciliatus, & sic Summi Pontificis intentum ibi fuit hoc, & non denotare (vt ait Perez) quod filij nati, aut geniti ante mortem hæretici in articulo mortis hæresim committentis pœnis iuris afficiantur, & ex his ad secundum membrum diuisionis, satis meo iudicio, responsum est.

Quantum ad tertium quod promisimus disputandum, quando, scilicet, ignoratur, vtrum hic religiosus habeat descendentiam ab ipsa tritaua, ante, vel post commissum crimen hæresis? resolutione superius promissa respondebo.

Verum

Veruntamen ante quam respondeam, quid sentiam in hac difficultate, volo admonere lectorem, meam intentionem solum esse explicare Pauli Quarti, & Pij Quarti constitutiones, iuxta communis iuris rigorem, vt cum conscientia pacifica possint electores in electionibus procedere, & electi acceptare, non autem per hoc volo, vt huiusmodi infamia notati ad prælationes admittantur cum ratione boni regiminis multa sint illicita, quæ secundum iuris rigorem nullæ pœnæ Canonicæ sunt subiecta, & ita mea sententia in hac parte est, quod eligentes hunc religiosum, scientes eius tritauam fuisse concrematam, & hoc esse notorium, non benefaciunt: nam vilibus & infamibus portæ dignitatum patere non debent, prout in iure [a] habetur, & hi saltim infamia facti infames reputantur. Attamen secundum iuris rigorem loquendo, non existimo supradictos electores in pœnas incidere contra ipsos in dictis constitutionibus latas, si simplicitate animi ipsum religiosum elegerunt, putantes hoc sibi licere, ex eo quod non possunt certo scire, vtrum dictus religiosus in dictis constitutionibus comprehendatur, propter ignorantiam, quam habent, an ante an post delictum à dicta tritaua commissum, ab ea duxerit originem. Nam pœnæ huius constitutionis contra illos proponuntur, qui audacia & præsumptione eligunt procedentes ex dicto genere macula to, vt patet ex verbis Pij Quarti, ibi, *audeant, vel præsumãt*, & sic hæ pœnæ nõ comprehendunt eos, qui animi simplicitate, & sine malitia & temeritate ad huiusmodi electiones procedunt iuxta singularem Cardinalis [b] doctrinam, quam dicit communiter receptam Nauarrus in multis suæ doctrinæ locis. Et eligentes huiusmodi religiosum carent prædicta temeritate & præsumptione: siquidem præsupponitur, ipsos ignorare dictum religiosum habere descendentiam à tritaua ante commissum crimen hæresis, & per consequens ignorabant, an comprehenderetur sub pœna huius constitutionis. Et quando est dubium facti, an scilicet quis sit vere irregularis, excommunicatus & huiusmodi, vbi agitur ad pœnam, debemus interpretari & iudicare, quod non est excommunicatus irregularis aut huiusmodi secundum doctrinam Panormitani, [c] maxime vbi agitur de pœna imponenda, vt quia celebrauit, quia collatio non tenuit & huiusmodi, quia in iudicio mitior pars est eligenda, odia enim sunt restringenda, fauores autem ampliandi. Et quod ipsi electores non incidant in pœnas dictæ constitutionis probatur deinceps: nam in [d] iure communi dicitur, quod non præsumitur, quem ex sacerdote fuisse genitum, etiam si probetur sacerdotis filius. Et hæc est communis Doctorum, prout tradit Couarruuias: nam poterat ipse filius nasci, ante quam eius pater esset sacerdos. Et sic in proposito videtur dicendum non præsumi quem in dicta constitutione comprehensum, ex eo quod probetur, eius tritauam fuisse igne crematam propter hæresim, cum potuerit suam descendentiam ab ipsa tritaua habere ante ipsam hæresim commissam. Vnde volentes ipsam à dicto officio deponere & declarare ad alia esse inhabilem, debẽt probare, ipsum suam descendentiam habere à dicta tritaua post commissum crimen cum ipse possit iure optimo pro se dictam præsumptionem allegare, iuxta communem, quam tenent [e] Baldus, Angelus, & Felinus, Balbus, Iason & Decius. Et confirmatur, nam expositi quorum parentes adeo latent, vt prorsus incertum sit, an ex legitimis nuptijs concepti sint, non reputantur illegitimi & irregulares, à doctissimis viris, prout tenet Annanias, [f] quam dicunt communem Cardinalis Paleotus, & doctissimus Iacobus Menochius, quod est tenendum contra Couarruuiam, & Ioannem Maiorem, & alios. Fundamentum principale huius opinionis est, nam licet filij ex legitimo matrimonio non soleant exponi, sed potius qui ex furtiuis & illicitis fornicationibus cõgressibusq; nascuntur: attamen hæc ratio concludens non est, siquidem veterum exemplis constat, filios à multis expositos fuisse, qui tamen ex matrimonio nati sunt, vt de Semirami, Paride Cyro, & de alijs pluribus testantur historiæ, & de Moyse idem testantur diuinæ literæ, [g] & nos quotidiano vsu experimur quam plurimos rei familiaris inopia oppressos non potentes suis liberis ali-

a c. inter dilectos & excessibus prælatorum.

b Ardi. in Cl. mẽ. 1. q. 39. de priui. Nau inc. sta tuimus. 1. q. 3. n. 62. & in man. c. 27. n 155. & 159.

c Panor. in c. in pœnis de reg. iur: in 6. & in c. cum tu fili præpositæ. de testibus.

d c. 2. & filijs præsb. Cou. in 4. 2. p. c. 8. §. 3. n. 1.

e Baldus. & Angel. in l. super lõge C. de præsc. longi tẽporis. idẽ Ange. in l. cum qui §. vlti. ff de publi. Felin. c. fi. n. 8 de præscri. Balb. in l. excessus. ff. de vsucap. 3 p. col. 2. Iaf. col. fi. Deci. colu. 2. in l. nõ hoc C. vnde legitimi.

f Anan. li. 1. de infante expos. n. 11. Paleo. de nothis, & spur. c. 63. n. 3. Meno. de arb. li. 2. cẽt. 4. cau. 346. Cou. de spõs. 2. p. c. 8. §. 3. n. 9. Maio. li. 1. de irregul. c. 11. n. 1.

g Exodi. 2.

menta suppeditare solere eos exponere, vt commodius ab alijs educentur: quam opinionem ego puto verisimam, quamuis enim à communiter accidentibus rem debeamus iudicare, & sic videatur iudicandum expositos esse illegitimos, cum a communiter accidentibus illegitimi exponantur, hoc tamen fallit nisi agatur de magno alterius præiudicio cuiusmodi est aliquem illegitimum iudicare; tunc enim rem à communiter accidentibus minime iudicare debemus. Et præsuppositio quod hæc opinio sit vera, ex ea maximum ducitur argumentū pro nostra parte. Nā si filij expositi legitimi reputantur, & per consequens habiles ad sacros ordines & dignitates quæ secundum ius ciuile & Canonicum, non nisi legitimis conferuntur, cum aliquando cōtingat ex legitimo matrimonio natos exponi: cur iste religiosus cum bona conscientia non obtinebit prælatiam, & ad eam eligi nō poterit sine timore alicuius pœnę, etiam si habeat suam descendentiam ex tritaua combusta. Cum sæpesæpius contingat aliquos descendere à tritauis combustis ante quam ab ipsis crimen hæresis cōmittatur. Et confirmatur quia non sufficit quem probare ingenuitatem suam, vt filia eius sit ingenua, cum aliunde possit esse plebeia, prout traditur in iure [a]. Et à fortiori non sufficit probare, tritauam fuisse combustam, vt eius abnepos inhabilis reputetur per dictas constitutiones, cum aliunde possit esse habilis, quia videlicet habuit descendentiam ab ipsa tritaua ante commissum crimen.

[a] l. natales, C. de præb.

Sed contra hoc potest argui primo, quod iste tenetur probare suam capacitatem. Nam licet secundum ius vbicumque reus est in possessione, vel quasi possessione legitimitatis præsumatur legitimus nisi contrarium probetur, prout tradit Craueta [b] & dicit communem Solinus: hoc verum est nisi talis reus qui est in tali possessione esset infamatus de illegitimitate, tunc tenetur se purgare iuxta formam Capituli. accedens. de purgatione canonica. Vnde videtur, quod iste electus tenetur se purgare cum sit diffamatus de sua incapacitate, cum certo sciatur eius tritauam propter hæresim fuisse combustam. Sed huic obiectioni respondeo dicendo, quod licet iste religiosus sit diffamatus, quod descenderet ex tritaua combusta, non tamen est diffamatus quod eius progenitores ab ea descenderunt post crimen hæresis commissum: in qua descendentia, eius inhabilitas consistit, & non sequitur, est diffamatus, quod descenderit à tritaua combusta. Ergo etiam est diffamatus, quod descenderit ab ea post crimen commissum. Primo, quia secundum ius [c] à diuersis non fit illatio, præsertim in odiosis. Secundo, quia potuit habere descendentiam ante crimen commissum prout satis in superioribus dictum est. Ex quibus sequitur, quod non sufficit probari contra istum religiosum descendere à tritaua combusta, vt ipse inhabilis reputetur, nisi probetur habere suam descendentiam ab ipsa post crimen commissum: in hoc enim vltimo eius incapacitas consistit, & probatio ad hoc vt ista repellatur à possessione capacitatis debet esse integra, & ex omni parte concludens, prout habetur in iure [d]. Et hæc probatio denunciatori & non reo incumbit, nam si quis vocetur de ingenuitate ad seruitutem debet actor probare, prout colligitur ex iure [e] nam qualitas ab statuto requisita, quando iuri communi refragatur, agiturque contra alium ab actore debet probari, prout tradit [f] Decius, & habetur in quadam decisione Pedemontana. Vnde cum ista qualitas, quod iste descendat à tritaua post commissum crimen, & sic fiat inhabilis ad dictas Prælationes, refragetur iuri communi, debet à denunciatore probari. Et quod refragetur iuri communi concluditur, nam ius commune dicti capituli. statutum. de hæreticis. libro sexto, solum inhabilitat ad beneficia Ecclesiastica eos qui descendunt ex dicto genere maculato ex parte patris vsque ad secundam generationem, & ex parte matris vsque ad primam. At constitutiones Pauli Quarti, & Pij Quarti, vsque ad quartam generationem inclusiuè se extendunt tam ex parte patris, quam ex parte matris, prout dictum est in superioribus.

[b] Craue. cō si. 166. nu. 4. Solin. cons. 139. n. 12. colum. 2.

[c] cl. fi. ff. de calum. l. Papinianus. ex uli. ff. de minoribus.

[d] l. non hoc C. vnde legitimi. c. in præsentia de præb, el. circa. & l quidam, de probat.

[e] Dec. consi. 222. n. 1. & 2. decis. Pedemōt. 20. n. 9

Secundum argumentū est quod proponitur à Nauarro, [g] qui sub distinctione loquitur in hoc casu, dicens, quod aut loquimur in casu quando electio illius facta est aut

[g] Nau. lib. 5. consi. tit. de hæret. cōsil. 22. in 2. add.

aut casu quod electio nondum facta est, & in primo casu, dicit necessariam esse probationem ex omni parte, vt ab ipsa prælatione priuetur. At in secundo casu ad impediendam scilicet electionem sufficere, semiplenam probationem. Et ad hoc probandum singularem decretalem [a] adducit, qua probatur propter dictum vnius testis, & semiplenam probationem impedimenti affinitatis impediendū esse matrimonium nōdū contractum, ne contrahatur. Et similiter in nostro casu videtur semiplene probari istum religiosum esse inhabilē, cum probetur eius tritauam fuisse combustam, & per consequens istam semiplenam probationem sufficere addictam probationē impediendam. Huic argumento respondetur negando consequentiam, scilicet, quod in nostro casu sufficit semiplena probatio ad impediendam electionem, cum in eo agatur de honore istius religiosi, & suorū progenitorum affinium & consanguineorum: & sic de re grauissima in præiudicium multorum redundante, quo casu non sufficit semiplena probatio, imo debet præcedere probatio iuridica integra & ex omni parte concludens, prout dictum est in superioribus. At in dicta decretali non agitur de honore neque de aliqua re graui simili: & ideo nimirum si ad impediendum matrimonium semiplena probatio impedimenti allegati sufficiat. Præsertim, quia si non sufficeret, sæpesæpius contingeret quod aliqui contraherent inualide, & matrimonium inualidum consummarent in maximum præiudicium & scandalum multorum, quę omnes rationes in nostro casu cessant, cum hic agatur de re graui & multis præiudiciali, & ex electione huiusmodi religiosi nullū præiudicium neque scandalum paretur

a c. Præterea. 2. de sponsalibus.

## ARTICVLVS IIII.

### *Vtrùm dictus religiosus teneatur in foro conscientiæ credere habere suam descendentiam ab ipsa tritaua post cōmissum crimen.*

REspondeo dicendo, quod cum in superioribus satis probatum sit, istum religiosum non esse remouendum ab electione propter ignorantiam quæ habetur de eius descendentia a sua tritaua post commissum crimen visum mihi fuit vt hoc dubiū plene resolueretur & nulla dubitandi ratio remaneret ventilare: Vtrùm supradictus religiosus teneatur credere suam descendentiam habere ab ipsa tritaua post cōmissum crimē? Cui dubio respondeo, quod non. Et probatur, nam communiter Doctores ex [b] iure notant, quod non est obligatus filius credere matri dicenti esse conceptum ex adulterio, attento quod est in possessione legitimi, quod est verum etiamsi mater sit conuicta de adulterio. Et assignat textus rationem, quod bene compatitur esse adulteram, & quod natus fuerit ex proprio marito. Et sic in simili forma in nostro casu dico, quod non est obligatus credere ꝙ descenderit ex tritaua hæretica, etiāsi propter hæresim fuerit cōbusta, quia bene compatitur, talem esse hæreticam, & quod ipse descenderit ab ea ante commissum crimen. Sed dices ipsum electum in foro conscientiæ magis securam partem sequi debere, scilicet quod sit incapax propter tritauæ combustionē, etiamsi dubitet, an ante, an post commissum crimen ab ea processerit: nam etiam si quando est dubium facti, an quis sit verè irregularis excommunicatus, aut huiusmodi in foro contentioso, vbi pure agitur de pœna debemus interpretari, & iudicare, quod non sit excommunicatus, irregularis, aut suspensus, iuxta doctrinam Panormitani [c]. Maxime vbi agitur de pœna imponenda. Verbigratia, quia collatio non tenuit, & huiusmodi. Verumtamen in foro conscientiæ contrarium dicendum est, scilicet, quod ipse electus partem magis securam sequi debet, prout cōmuniter in iure [d] notatur, & tenet glossa singularis, & idem iudicium est in foro quasi pœnitentiali, & ibi peccatum imminet ex tali dubio, nempe quia non agitur ad pœnam propriam, sed vt ab altaris ministerio abstineat & caueat peccatum, vel abstineat à contractu matrimonij dubij, vel aliquo officio exercendo, in quo subest peccatum, prout tradunt communiter Doctores, & notat Syluester. [e] Et sic videtur, quod iste in foro conscientiæ non debet acceptare prælatiam, nam constitutio Pontificum non agit mere solum ad pœnam contra ipsum, sed etiam ad

b l. miles. §. defunctus ff. de adulte.

c Panor. in ca. in pœnis de reg. iur. in 6. & c. cū tu filij præpositæ de testibus.

d c. significasti de homici. c. illud dominus de clerico excōmunicat. ministr. glos. in c. ven. de scrutinio inord. facien.

e Silu. verb. dubium. q. 4

culpam, peccat enim mortaliter tale officium exercendo. Et quod in hoc dubio nõ tenetur acceptare ipsum cum immineat ex tali acceptatione lethale periculum. His tamen non obstantibus respondeo, non teneri dictum religiosum in isto casu iudicare se inhabilem, & incapacem ratione prædicti dubij? Pro cuius rei, & rationis dubitandi explicatione primo notandum est quod duo sunt dubia, primum speculatiuũ & aliud practicum. Speculatiuum dubium est, quod non tractat de re operabili, vel si tractat est in communi, verbi gratia, an iste contractus sit licitus? an iste sit capax? an verò incapax? an iste sit maritus legitimus? an verò illegitimus? Dubium autem practicum est, quod tractat de re operabili, verbi gratia, an ille peccet reddendo debitum? vel non peccet? an iste incapax peccet acceptando Guardianatum vel non?

Secundo est notandum, quod hæc duo dubia non mutuo consequuntur, quia potest esse cum dubio speculatiuo certitudo practica, verbi gratia, dubitant milites an bellum sit iustum, an non? cùm hoc tamen stat, quod accedente Principis mandato certo sciant, quod non peccent militando. Item, sunt opiniones probabiles in aliquo casu, quarum vnam ego sequor licet sim dubius speculatiuè de veritate alicuius rei, de qua agit opinio, sum tamen certus, quod sequendo illam non pecco. Item fœmina dubia est speculatiuè, an iste sit suus maritus? non tamen dubia practice, quod reddendo debitum non peccat prout definit [a] Innocẽtius Papa. Hãc doctrinã tradit doctissimus Soto, [b] Corduba, & vera Cruz. His prælibatis fundamentis ad dubium respondetur, quod iste electus etiam si speculatiuè dubitet an comprehendatur in dictis constitutionibus, nec ne. Attamen practice potest credere ad effectum acceptando prælatiam non esse comprehensum: si quidem erat in possessione capacitatis, & vt capax eligitur & non plene probatur subductis constitutionibus comprehensum esse. Et hoc procedit præsertim si ex renuntiatione talis prælatiæ non solum sibi maculam infert, sed etiam suis consanguineis ex dicta tritaua descendentibus, nã ipsis præiudicium maximum infert, si forte sit in possessione capacitatis ad officia publica, Quo d confirmatur, quia non potest ipse nisi cum maxima difficultate certificari, vtrùm eius progenitores ab ipsa tritaua post commissum crimen descenderint. Et si dixerint quod recurrat ad Archiuum Sanctæ Inquisitionis, vbi est confessio dictæ tritauæ, in qua tempus commissi criminis continetur, & quod recurrat ad libros baptismales, vbi est natiuitas ipsorum progenitorum. Ex quibus potest concludere an habeat descendentiam ab ipsa tritaua ante vel post commissum crimen. Ipsis respondeo, quòd ad vincendum hanc ignorantiam non obligatur homo ponere diligentiam possibilem absolute, sed diligentiam moralem, prout notat [c] Almainus, & resoluit Medina, & talis diligentia non est moralis; nulla enim lex moraliter loquendo hominem ad Archiuos Sanctæ Inquisitionis in hoc casu recurrere obligabit, vt patet. Denique prædictus religiosus non obligatur ad dictam Inquisitionem, sed solum ille qui denunciat, vel iudex ex officio, ille enim qui denunciat obligatur ad probandam inhabilitatem prout determinat Lucas [d] de pena, & resoluit Salzedo in sua Practica criminali Canonica.

[a] ca. inquisitionis de hær. excom. [b] Sot. li. 4. de iust. q. 5. ar. 4. & in 4. d. 27. q. 1. art. 3. Cord. lib. 3. qq. q. 8. Veracr. in speculo cõiug. p. 3. ar. 18.

[c] Almai in morabilib. c 4. Medi. l. 2. q 76. ar. 1. iuxta fin.

[d] Luc. de pena in rub. de delato. li. 10 col. 2. vers. ad ferendã Salz. in practi. crim. c. 6

## ARTICVLVS V.

### *Vtrùm nouiter conuersus ex Iudaismo, & ex infidelitate comprehendantur in dictis constitutionibus.*

RESPONDEO dicendo, quod isti tales rarissime ad presbyteratum & episcopatum sunt assumendi, multumque debent probari, atque in inferioribus ordinibus & officijs exercitari, vt sic pateat qua fide sint muniti, qua modestia, qua grauitate & verecundia prædediti, prout dicitur in Concilio Niceno [e] secundo, & in Concilio Cardinensi, & in Concilio Laodicensi: & tradunt Diuus Gregorius, & Sylvester Papa, & Siricius Papa, & traditur etiam in Concilio Arelatensi tertio, capite primo: & in Concilio [f] Bracharensi primo. Et ratio hoc dictat. Nam vt inquit Innocentius [g] Papa primus, miserum est eum magistrum fieri, qui nunquam fuit discipulus: eum summum fieri sacerdotem qui nunquam in vllo gradu

[e] Con. Nic. c 1. & 2. Con. Card. ca. 13. Laudis. c. 3. Gregor. li. 4. mora. regusti. epist. 51. & li. 7. epist. 110. Sylu. in Cõc. Roma. 2. c. 11. Siricius c. 3. epist. 3.

[f] Brachar. c. 38.

[g] Inno. epis. 12.

du obsequutus fuit sacerdotē. Et sic in quo
[a] c. constituidam Canone [a] dicitur constituisse sanctum
17. q. 4. vbi Cōciliū vt Iudæi aut hi, qui ex Iudæis sunt,
glos. ver. hi officia publica nullatenus approbant, vbi
qui ex Iu- glossa ait quod loquitur de Iudæis ad fi-
dæis sunt. dem de nouo conuersis, iuxta Canonem [b]
[b] c. nulla d. quendam, in quo ordinatur nulla officia
54. publica Iudæis, esse iniungenda ne his oc-
casio tribuatur pœnam inferre Christianis. His ducti rationibus Paulus Quartus, & Pius Quartus in suis constitutionibus inhabilitantes descendentes ex Iudæis, & Hæreticis, quorum corpora concremata sunt, ad prælationes, honores, & dignitates nostræ sacræ religionis voluerunt comprehendere sub dicta inhabilitatione, & pœnis nouiter conuersos ex Iudaismo, & ex Hæretica prauitate, vt patet ex sequentibus verbis, ibi. *Nullus sæcularis qui Iudæus, vel hæreticus fuerit.* Quæ verba habentur in constitutione Pij Quarti, & in constitutione Pauli Quarti, sequentia verba proponuntur. *Si contigerit tempore datæ aliquem ex dictis olim Iudæis, vel hæreticis existentibus,* &c. Ex quibus verbis satis colligitur ipsos nouiter conuersos à dictis officijs expellendos esse: cùm sint inhabiles indecorum enim est, veteranis Christi ministris munere publico præferri eum, qui paulo ante Christianam religionem, vel idolorum cultu aut Iudaicis cæremonijs, & superstitionibus infectabatur. Quod alijs multis comprobat Couarruuias [c]. Circa quas
[c] Couar. in epist. fifurio sus. 1. p. §. 2. pag. 914. co. 1 constitutiones aduertendum est primo, quod qui iam diu Catholicam fidem relicta falsa religione suscepit, & miles est veteranus militiæ Christianæ nulla lege prohibetur ad sæcularia officia eligi, & admitti, imò regia constitutione partitarum [d] expresse admittitur, cuius meminit late
[d] l. 6. tit. 24. partit. 7. hanc communem opinionem comprobans Montaluus [e], & Felinus, & Ripa
[e] Montal. in l. 2. tit. 3. li. 4. fori. Feli. & Rip. in ca. ea te. nu. 31. de rescriptis. id ipsum prius adnotauerunt. Et licet dicta lex regia indistincte eos admittendos censeat ad publica munera, qui relicta Iudæorum aut Maurorum secta Christo nomen dederunt [f] Couarruuias tamen sentit
[f] Cou. vbi s. eam legem esse intelligendam iuxta supradicta. Vnde merito dubitari potest an nouiter ex Iudaismo conuersi, qui iam diu legem Christi vt veterani milites professi sunt. Non obstantibus dictis constitutionibus ad dictas prælationes sint admittendi. Et iuxta supradicta videtur dicendum, non esse repellendos, cum enim hæc lex sit pœnalis videtur intelligenda & restringēda, iuxta ea quæ dicūt Doctores, aliam similem legem intelligentes & restringentes. Neque constitutio Pij Quarti huic sententiæ contradicit, ait enim absolute: *Nullus sæcularis qui Iudæus vel hæreticus fuerit, &c.* quæ verba non de his qui fuerunt olim Iudæi, & hæretici, & iam diu legem Christi professi sunt intelligi, sine aliqua violentia possunt. Sed his obstant verba constitutionis Pauli Quarti, ibi qui olim Iudæi seu hæretici fuerint, &c. Illud enim aduerbium olim denotat cōuersos à Iudaismo post multum tempus à dictis officijs esse repellendos.

Secundo est aduertendum circa dictas constitutiones, quod licet nouiter conuersi ad fidem ex gentilitate rarissime ad presbyteratum, & episcopatum assumantur prout in superioribus Concilijs & epistolis Apostolicis comprobatur, & tradit luculenter & Simon Maiolus de irregularitate, & Couarruuias alios alegantes: noluerunt tamen Summi Pontifices, huiusmodi neophitos in his constitutionibus comprehēdere vt patet ex dictis verbis, ibi. *Nullus sæcularis, qui Iudæus, vel hæreticus fuerit, & ibi olim Iudæis, vel hæreticis existentibus, &c.* in quibus nulla fit mentio de conuersis à Gentilitate, & lex pœnalis, & exorbitans de vno casu ad alium, non extenditur, neque de vna ad aliam personam propter similitudinem rationis, prout pluries in superioribus dictum est. Ex quibus infertur, quod admittentes ad Prælationes conuersos à Gentilitate non puniuntur pœnis harum constitutionum, neque ipsi electi eas renuntiare tenentur, cum minime ad illas sint inhabiles.

[g] Maio li. 1. de irregularitate. c. 31. & Coua. vbi sup.

Tertio aduertendum est, quod licet constitutiones Pij Quarti, & Pauli Quarti, tantum loquantur de descendentibus à Iudæis & hæreticis, qui olim Iudæi & hæretici fuerunt. Gregorius tamen Decimus tertius in sua constitutione quæ incipit. Consueuit, data Romæ die octauo Septembris, anno Domini millesimo quingentesimo

septuagesimo quarto, eas constitutiones ad descendentes à Mauris, & ad ipsos Mauros nouiter conuersos extendit dicens, decernētes de nouo & quoad illos qui ex Mahometanorū, Iudæorū, vel hæreticorū origine descendunt seruetur quæ piæ memoriæ Paulus Quartus prædecessor noster per suas in forma breuis literas sub data videlicet vigesima quarta Aprilis, millesimo quingentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus sui, anno quarto, statuit hæc Gregorius Decimus tertius.

## ARTICVLUS. VI.

*An præfatæ constitutiones includant omnes quos vulgus Lusitanum, & etiam aliqua pars vulgi Hispaniæ appellat* Christianos nouos, *etiam si ante quintam generationem maiores eorum fuerint conuersi.*

REspondeo dicēdo, quòd non, quoniam ipsæmet constitutiones se restringunt vsque ad quartam generationem tantū, & in claris non est opus coniecturis iuxta id quod dicitur in iure [a], & ita tenet Nauarrus. Ex quibus constitutionibus colligitur clare quod cum loquatur de descendentibus à dicto genere maculato, non habebit locum in collateralibus, & ita ille cuius frater fuerit pœna combustionis propter hæresim damnatus, non comprehenditur in dictis constitutionibus, cum dictæ constitutiones dictam pœnam apertè imponant descendentibus vsque ad quartam generationem inclusiuè, nullam mentionem facientes de collateralibus. Et lex pœnalis etiam vbi est eadem ratio, minimè extensionem admittit, & in hoc casu constat minorem rationem versari in collateralibus, quam in descendentibus, prout tradunt leges Ciuiles, & Canonicæ de successionibus agentes.

[a] l. continuus. §. cum ita ff. de verbor. obliga. Naua. lib. 5. consil. tit. de hæret. cons. 22. in 2. edit.

## ARTICVLUS VII.

*Virùm descendentes ex dicto genere maculato sint priuati dictis officijs, & inhabiles ad ea si sui progenitores vsque ad quartam generationem inclusiuè condemnati propter hæresim, reconciliati tamen sunt Ecclesiæ.*

REspondeo dicendo, quòd Paulus Quartus, & Pius Quartus in suis constitutionibus videntur determinare, quod sufficiet fuisse condemnatos, etiamsi Ecclesiæ vnitati reconciliati sint. Quod colligitur ex verbis constitutionum ipsarum, ibi. *Condēnati ac eorū corpora igni tradita.* Illa enim dictio Ac, disiunctiua censetur, & sic significat, quod sufficit ad dictam inhabilitatem & priuationem aliquam à damnatis, vel à concrematis descendere. At doctissimus doctor Gradus superius allegatus, & Reuerendissimus pater noster Generalis superius allegatus, contrarium definierunt prout in articulo secundo latè diximus. Ad argumentum autem dictionis, Ac, facillimo negotio respondetur, scilicet quod ipsa non sit disiunctiua, sed declaratiua; & sic voluerunt dicere Summi Pontifices, quod priuantur à dictis officijs, & fiunt inhabiles ad ipsa illi, quorum progenitores vsque ad quartam generationem inclusiuè tam ex parte patris, quam ex parte matris sunt vt hæretici condemnati, & eorum corpora igne cremata; & sic non sufficit condemnatio sola si eorū corpora & statuæ igni traditæ non sunt iuxta dispositionem antiquam iuris communis in Capitulo, statutum fœlicis recordationis, cuius literam suprà articulo secundo proposuimus. Neque est alienum à iure communi, quod hæc dictio, Ac, ponatur inter duas res idē significantes prout cum Panormitano, & alijs ex multis iuribus, concludit Nauarrus. [b] Et sic in his constitutionibus idem omnino significat condemnati, quod significant ista verba corpora eorum igni tradita sunt, & quod in materia harum constitutionum, secundum hunc sensum sit accipienda ista dictio, Ac, probatur. Nam lex pœnalis continens aliquid cōtra regulam iuris communis debet intelligi, vt quantum minus fieri possit corrigat ius commune, [c] prout traditur in iure Canonico, & Ciuili, & tractant Soccinus, & Felinus: satis enim est quod in aliquo operetur

[b] Naua. in c. statuimus. 19. q. 3. n. 44.

[c] Cap. cū dilect. & ibi glossa, verb. iur. com. de consuetud. notatur in l. fin. §. in cōputat. ca. de iu. deliberā di. l. si verb. §. de viro. ff. soluto matrim. Soccinus cons. 38 col. 2. Felin. in c. 1. col. 7. de resc.

retur, prout tradunt Decius, Ripa, Calderinus, Iason & Cornelius, & cõstitutiones supra dictæ, leges sunt pœnales multa continentes contra terminos iuris communis, prout ex superioribus patet.

Dec. in ca. 1. co. 5. in fine vbi Ripa n. 42. de rescr. Calde. ti. de donat. cõsil. vlti. ver. sufficit enim Iason. in l. si quis posthumus. § si filius n. 47. ff. de liberis & posth. Cornel. cõsi 191 lit. G. vol. 4.

## ARTICVLVS. VIII.

*Vtrùm descendentes ex dicto genere maculato sint priuati dictis officijs, & inhabiles ad ea ante latam sententiam.*

REspondeo dicẽdo, quod Paulus Quartus, & Pius Quartus in suis constitutionibus definiunt, *Ipsos esse priuatos ipso iure officijs Generalatus, Commissariatus, & Prouincialatus, seu Guardianatus, esseque inhabiles ad ipsa obtinẽda nihilq; vigore dictorũ officiorũ gerere seu administrare posse, gestaq; & administrata per ipsos post præsentiũ publicationẽ in capitulo generali nostri ordinis faciendum viribus careant, nullamque prorsus obtineant firmitatem.* Aduertendum tamen consuetudinem leges pœnales interpretari, quoad priuationem officiorum & suspensionem ipsorum ipso facto sic intelligi debere, quod scilicet officialis & prælatus electus ipso facto per legem sit priuatus vel suspensus officio & prælatione: Attamen dũ toleratur ab ecclesia vsq; ad sententiam iudicis eius gesta & acta valeant, exercens tamen dicta officia, peccat mortaliter. Et sic interpretatur consuetudo quod priuatus ante sententiam nisi in casu necessitatis, quando scilicet tale exercitium fuerit necessarium, ne eius vel alterius crimen occultum reueletur. Et de Tabellionibus, & alijs huiusmodi officialibus: id specialiter tenet Glossa. [b] De prælatis vero dicunt Richardus [c] & Syluester, quos sequuntur Corduba & Aragon. Ex quibus concluditur secundum opinionem istorum Patrum supradictos ipso facto esse priuatos à dictis officijs & inhabiles ad ea, ante quam per sententiam iudicis ipsi priuentur & inhabilitentur, & sic peccare mortaliter, ipsa officia exercentes, nisi ratione alicuius magnę necessitatis excusentur, verbi gratia, quia si ipsa non exercerent ipsius vel alterius crimen occultum reuelaretur, prout resoluunt idem [d] Corduba, Nauarrus, Soto & Castro dicentes, quod quando Legislator ponit pœnas graues ipso facto contra transgressores alicuius legis, nõ sunt obligati ipsi transgressores esse executores dictarum pœnarum, renuntiando, verbi gratia officia à quibus sunt ipso facto priuati, velquorum sunt inhabiles, si ex renuntiatione timetur probabiliter, quod delictum eorum reuelabitur, & aliquis infamabitur. Vnde supradicti descendentes ex genere maculato & damnato dicta officia habentes ea renuntiare minime tenentur, si ex tali renunciatione timent probabiliter ipsorum famam, & eorum progenitorum detrimentum fore passuram, quia scilicet sunt in possessione bonæ famę. Verum tamen est quod tenentur petere dispensationem, quam citius fieri potest, vt admonent in simili casu Doctores supradicti. Illi vero qui non sunt in possessione ipsorum officiorũ, si ad ea per electionẽ aut alio quocũque modo admittãtur, suę inhabilitatis nõ ignari, tenentur dicta officia omnibus modis possibilibus renunciare. Neque excusantur, quod forte ex tali renuntiatione possit oriri aliqua suspicio generis maculati, nam multæ sunt rationes mouentes homines ad dictas renuntiationes faciendas quæ his tẽporibus propter maximũ onus prælationum ipsis renũtiantibus maximũ conferunt honorem, & ipsorum prudentiæ in his ab omnibus bene sentientibus satis commendatur. Ex quibus infertur, quod vsque dũ tolerantur in officijs acta per eos facta valent, & sic tenẽtur subditi eis obedire (prout infra declarabitur) quousq; in foro exteriori per sententiam declaretur ipsos in dictis cõstitutionibus esse comprehẽsos. Neque his obstant verba dictarum constitutionum, ibi, *Receptio de ipsis facta ad prædicta officia, si fieri contigerit de facto nullius sit roboris & momenti, & pro non facta habeatur, sed omnia & singula per eos sic electos & assumptos de facto administrata & gesta viribus careant, & nullam prorsus firmitatem obtineant, neque ius alicui tribuant.*

[b] Glo. in authẽ. de tabellio. §. penul. [c] Richar. in 4. d. 18. art. 7. q. 1. Sylu. ti. excõmunicat. 3. q. 10. & 11. & tit. cõfessor. i. q 10. Cord. li. 1 qq. q. 36. pa. 290. c. 2. Aragon. 2. 2. q. 11 ar. 3. pag. 349

[d] Cord. vbi su. q. 35. Soto li. 1. de iusti. q. 6. ar. 4. & li. 5. q. 6. a. 2. Nauar. in manu. c. 23. n. 63. & c. 27 n. 239. Castro lib. 2. de leg. pœnali capi. 15.

Nam

Nam respondetur primò, dicta verba intelligi debere, nisi tolerentur iuxta prædicta. Vel secūdo respondetur ex mente Soti, [a] quod constitutiones Apostolicæ priuantes regulares ab officijs & prælationibus, quas possidēt ipso facto, & eos inhabilitātes sine alia declaratione debent pie & vere interpretari, vt intelligantur, quod amittant ipso facto dictas prælationes sine aliqua sententia declaratoria ipsius pœnæ, non tamen sententia declaratoria ipsius criminis, propter quod ipsa pœna imponitur. Vt tenet eam Sylvester. [b] Imo tenet Henriquez, [c] quod regulariter loquendo omnes leges pœnales rigorosę dicta verba addentes, debent explicari, quod solum loquantur in foro exteriori, non autem in foro conscientiæ, prout diximus late supra in quæstione septima articulo decimo sexto. Imo pater Victoria in relectione de Indis ait, quod cum priuari in foro conscientiæ sit pœna, nec debeat infligi ante condemnationem, non satis scio, an ius humanum hoc possit efficere, vt scilicet ante condemnationem teneatur quis dicta bona restituere.

a Sot.li.1 de iust.q.6.ar.6

b Sylu.ver. pœna n.28

c Henriq.2. to.li.13.c.16 n.3.

## ARTICVLVS IX.

### *Vtrùm fratres nostri ordinis possint obedire electis ex dicto genere, cum primum sciuerint ipsos esse comprehensos in dictis constitutionibus.*

REspondeo dicendo, quod licet Paulus Quartus, & Pius Quartus in suis constitutionibus dicant, quod fratres debent & tenentur in continenti ab eorum obedientia recedere: hoc tamen cum sit præceptum morale moraliter & iuridice debet explicari, scilicet, vt prius casus ad suum superiorem referatur, vt ab ipso sententia declaratoria eos esse comprehensos sub dictis constitutionibus proferatur, qua prolata, statim remanent priuati, & tenentur subditi ab ipsorum obedientia recedere. Quod ex dictis in articulo superiori comprobatur. Et si contrarium diceremus maximum inconueniens sequeretur: nam vnicuique subdito liceret suo prælato non obedire, dictam exceptionem, vel aliam similem allegando, quod pareret maximam in religione confusionem. Et supradicta probantur ex verbis ipsarum constitutionum, ibi: *Nullique fratres in dictis officijs contra huiusmodi mandata existentibus obedire, sed in continenti quamprimum potuerint, &c.* Vbi notanda sunt verba, quam primum potuerint, sonant enim ac si aperte dicerent, quā primum, licitè, religiosè, iuridicè, & sine stre pitu potuerint, consultando superiorem, ita vt iustitia seruetur, & frater non infametur. Probatur etiam ex alijs verbis earum constitutionum, ibi: ab eorum obedientia recedere, & ad alium eligendum procedere. In quibus verbis videntur velle Summi Pontifices, quod tunc teneantur ab eorum obedientia recedere: quando res ita se habet, vt ad alium eligendum possint procedere. Vnde cum non possint procedere ad alium eligendum, nisi prius declaretur per sententiam iuridicam electum in dictis constitutionibus comprehendi, clare sequitur non teneri subditos ab eius obedientia recedere, nisi cum primum fuerit dicta sententia declaratoria contra ipsum lata.

## ARTICVLVS X.

### *Vtrùm supradictos ad dicta munera admittentes in excommunicationem ipso facto incidant, & sint priuati ipso facto officijs & inhabiles ad ea.*

REspondeo dicendo, quòd volentes admittere aliquos ad dicta munera de quorum infamia est aliqua non leuis suspicio, tenentur ante electionem inquirere, vtrùm comprehendantur sub dictis constitutionibus, & eos intrepidè admittentes, scientes macula prædicta esse infectos grauissimè peccant, & pœnis maximis afficiuntur. Nā in ipsis cōstitutionibus continetur, *Quod in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, & priuatione generalatus commissariatus generalis, & alterius cuiuscumque commissariatus, prouincialatus, & guardianatus, aliorumq; officio-*

*rum*

*rum & dignitatum dicti ordinis & inhabilitatis ad illa in perpetuum obtinenda pœnas eo ipso incurrant, si aliquos ex supradictis addicta munera admiserint.* Quam pœnam excommunicationis certũ est, quod ipso facto incurrunt, prout tenẽt omnes secundum Sotum [a] Cordubam, & Nauarrum. Vtrum autẽ remaneant priuati dictis officijs, & inhabiles ad ea ante sententiam declaratoriam sui criminis, satis patet ex dictis in articulo superiori. Circa q̃ est summè aduertendum, quod etiamsi admittatur opinio Nauarri, de qua supra in articulo secundo fecimus mentionem scilicet, quod omnes descendentes ex dicto genere maculato, vsq; ad quartam generationem inclusiuè, etiamsi dictũ genus maculatum non sit pœna ignis condemnatũ, & concrematum, sint inhabiles ad prælationes, iuxta dictas cõstitutiones: nihilominus eligentes ad dicta officia aliquos ex supradictis non incurrant in pœnas huius constitutionis, considerantes opinionem contrariam esse certiorẽ & magis conformem iuri communi. Et sic intelligentiam verã huius constitutionis adhuc sub dubio versari. Nã intellectus verus iuris humani dubij excusat à peccato, saltim mortali, secundum Innocentium [b]. Vnde admittentes supradictos ad prælationes, putantes solum excludi à Paulo. IIII. & Pio IIII. descendentes ex genere maculato pœna combustionis afflicto, etiamsi omnes descendentes ex dicto genere indifferenter excludantur, vt tenet Nauarrus non peccant mortaliter, & percõ sequens non incidunt in dictas pœnas: pœnæ enim supradictæ non imponuntur, nisi ratione peccati mortalis, secundum communiter Doctores.

[a] Sot. lib. 1. de iust. q. 6. art. 4. Cord. lib. 1. quæst. q. 36. Naua. in Manual. cap. 23. n. 63.

[b] Innoc. in ca. per tuas. 2. n. 4. de Simon.

## ARTICVLVS XI.

*Vtrùm hi qui professi sunt in nostra religione ante constitutionem Clementis Septimi & Pauli Quarti, possint esse definitores, discreti, capitulares, magistri nouitiorum, vicarij conuentuum, & confessores monialium.*

REspondeo dicẽdo, quod licet Clemẽs Septimus ediderit dictam constitutionem, & Paulus Quartus, & Pius Quartus eandem innouauerint, & Gregorius Decimus tertius ipsam confirmauerit, Iulius tamen Tertius, & Pius Quintus eas constitutiones moderati sunt, dicentes, quod solum repellantur à nostra religione & à prelationibus eiusdem, illi qui ex genere maculato pœna ignis afflicto descendunt, vsq; ad secũdam generationem ex parte patris, & vsque ad primam ex parte matris. Vnde colligitur, quod illi qui nostram religionẽ professi sunt ante publicationem constitutionis Clementis Septimi, etiam si à dicto genere descendant vere sint religiosi, cum ante istud tempus per nullam constitutionem eorum professio fiat irrita. Et idem dicendum de his, qui professi sunt in nostra religione ab anno Domini millesimo quingẽtesimo quinquagesimo, die decima Octobris, vsque ad annum millesimum quingentesimum quinquagesimum octauum, die vigesima quarta Aprilis, quo temporis spatio durauit constitutio Iulij Tertij qui moderauit constitutionem Clementis Septimi. Et idem etiam dicendum est de his qui professi sunt ab anno Domini millesimo quingẽtesimo septuagesimo primo, vsq; ad annum millesimum quingentesimum septuagesimum tertium, quo temporis spatio durauit constitutio Pij Quinti. Hi enim etiam si descendant à tritauis ex parte patris, & etiam si descendant ab auis ex parte matris quorum corpora sunt concremata, si prædictis temporibus nostram religionem professi sunt, eorum professio valida est: non enim Summi Pontifices supradicti irritabant professionem, nisi eorum tantum quorum progenitores vsque ad secundam generationem ex parte patris, & vsque ad primam ex parte matris fuerunt condemnati, & cõcremati iuxta terminos dicti capituli. statutũ fœlicis recordationis. sæpesæpius allegati. Vnde titulus nostræ quæstionis tãtum intelligitur de his qui professi sunt valide in nostra religione, de quibus quærit vtrum possint eligi ad officia in dicto articulo quæstionis proposita? Et respondetur optimo iure eligi posse ad officia quæ non habent iurisdictionem ordinariam, sicut habent officia generalatus, commissariatus generalis prouincialatus cõmissariatus prouincialis, quæ in dictis constitutionibus prohibẽtur dari dictis personis. Cum enim istæ constitutiones sint pœnales, & rigorosæ non debent extendi, imo debent restrin-

restringi præcisè ad dignitates & prelationes, de quibus expressè loquuntur, prout traditur in iure, [a] & tenent post alios Tiraquellus, & Sarmiento. Vnde cum dictæ constitutiones loquantur de officijs, quæ sunt vere prælationes, & habent iurisdictionem Ordinariam, vel quasi Ordinariã iuxta tradita à Syluestro [b] minimè sunt extendendæ ad officia, quæ non habent huiusmodi iurisdictionem. Et sic possunt esse definitores, Magistri nouitiorum Vicarij Priorum conuentualium, & multo magis confessores monialium. Hæc enim munera non sunt prælationes neque habent iurisdictionem Ordinariam. Possunt etiam esse discreti Capitulares in Capitulis Prouincialibus, cum hoc munus non habeat iurisdictionem annexam. Attamen non possunt eligi in capitulo ad aliquod officium habens dictam iurisdictionem. Dixi in capitulis prouincialibus, non enim in nostra religione possunt eligi discreti ad capitula generalia. Discreti enim discretorũ qui ad capitulum generale mittuntur, aliquam saltem in potentia habent iurisdictionem prout dictum est in superioribus. [c] Aduertendum tamen quod non possunt esse Vicarij conuentuum, qui propter causas particulares non vocãtur prioratus, neque guardianatus, sed vicariatus. Vicarij enim & superiores talium conuentuum iurisdictionem habent ordinariam iure speciali, prout tradit Sylvester. [d]

[a] l. quod lex ff. deleg. Tiraq. tract. limag. in præfat. num. 62. Sarm. lib. 1. Select. c. 12. n. 5.

[b] Sylu. verbo, Prælat. num. 6.

[c] Sup. q. 13.

[d] Sylues. v. Prælatus n. 3.

## ARTICVLVS. XII.

*Vtrùm professi in nostra religione ex dicto genere maculato possint esse prædicatores.*

REspondeo dicẽdo, quod Paulus Quartus, & Pius Quartus in suis constitutionibus hoc expressè interdixerunt, sed quoad hoc hæ constitutiones à Patribus ordinis non fuerunt receptæ. Nunquam enim audiui aliquem propter huiusmodi maculam à prædicationibus fuisse priuatũ. Imò in constitutionibus generalibus Toletanis nostræ sacræ religionis, solum ordinatur vt ipsimet ab officijs ordinis suprapositis repellantur, nullam mentionem de prædicationibus facientibus. Ex quibus satis colligitur quod cùm constitutio Toletana ad maiorem obseruantiam dictarum constitutionum sit facta, vt ipsamet ait, non prohibeat ipsis munus prædicandi, dictas constitutiones, quoad munus prædicationis minimè fuisse receptas, sed tantum quoad munus prælationum, & sic quoad hoc non obligare, sicut non obligant aliæ leges minime receptę, prout post Dominicum [e] Felinum, & communem tradit eleganter Nauarrus. Vnde constituentes aliquem ex supradictis prædicatorem non peccant mortaliter, neque incurrunt in pœnas harum constitutionum. Et per consequens talis prædicator constitutus, titulum, nomen & rem prædicationis habere potest.

[e] Domin. in c. 2. de const. Feli. in c. 2. de treuga & pace. annotat. 12. vers. intelli ge quando, & nu. 13. cõsid. 2. Naua. in Manu. c. 23. n. 41.

## ARTICVLVS. XIII.

*Vtrùm moniales nostri ordinis descendentes ex genere maculato comprehendantur in dictis cõstitutionibus.*

REspondeo dicendo, quòd lex exorbitans, & rigorosa non debet extendi extra casum de quo loquitur, vnde cum ista constitutio solum loquatur de fratribus non debet extendi ad moniales, præsertim quia lex loquens de viris in odiosis non extenditur ad fœminas, prout diximus in quæstione [f] præcedenti. Præterea Pius IIII. anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto, Kalendis Auguſti, ſimilem conſtitutionem declarauit confirmatã autoritate Apoſtolica, quæ ſeruatur in ordine Diui Hieronymi, prout habetur in huius ordinis Compendio. [g] Scilicet quod ipſa conſtitutio excludens ab ea religione deſcendentes ex genere maculato non extendatur ad eiuſdem ordinis moniales. Et in noſtris conſtitutionibus generalibus Toletanis cum agitur de obſeruantia conſtitutionum Pauli Quarti, & Pij quarti, non præcipitur fieri inquiſitionem de genere virginum cupientium ingredi religionem, vt ad profeſsionem & officia religionis admittantur, ſicut præcipitur vt fiat inquiſitio de fratribus. Ex quo concluditur quod admittentes ad profeſſionem fœminas deſcendentes ex genere maculato etiam combuſtionis pœna affliſto, non faciunt contra noſtras cõſtitutiones, neq; etiam faciũt contra eas admittentes

[f] Sup. quæſtio. præce. artic.

[g] Compẽd. verb. ſtatutũ. pag. 317.

tes illas iam profeſſas ad munus Abbatiſſatus & ad alia officia monialium, tũ quia conſtitutiones ſupradictæ non loquuntur de monialibus, tum etiam quia dicta officia non ſunt vere prælationes habentes iuriſdictionem Ordinariam, ſicut ſunt officia generalatus, Commiſſariatus, Prouincialatus, quæ in dictis conſtitutionibus negantur deſcendentibus ex dicto genere maculato.

## ARTICVLVS XIIII.

*Vtrùm in ordine Diui Hieronymi deſcendentes à Iudæis, vel Saracenis poſsint habere officia dicti ordinis.*

REſpondeo dicendo, quòd Alexander Sextus, anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quinto, Pontificatus ſui anno ſecundo, die vigeſima tertia Nouembris. Autoritate Apoſtolica *ſupplens omnes & ſingulos defectus, ſi qui forſan interuenerint, approbauit, & confirmauit ſtatum ordinis D. Hieronymi, ne neophyti, aut deſcendentes intra quartum gradum ex nouiter à Iudaiſmo conuerſis ad fidem ad dicti ordinis habitum recipiantur ſine licentia capituli Generalis cum conſenſu maioris partis definitorum aut deputatorum Capituli, quod priuatum appellatur, & nihilominùs ſic admiſſos ad dignitates, officia, ſacroſq; ordines promoueri minimè poſſe. Et ſi ſcienter ſecus actum fuerit, nullius ſit roboris; & tam agens quam patiens ſcienter in præmiſsis excommunicationis ſententiã, ipſo facto incurrant. Neque receptus ſic ordinem profiteri poſsit, non obſtantibus ſtatutis, conſuetudinibus dicti ordinis, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque.* Et eſt aduertendũ quod prædictum ſtatutũ ſuper deſcendentibus ex Iudæis eodem ordine vſque ad ſimilem quartum gradũ non tamen quoad monaſteria monialium auto ritate Apoſtolica Pius IIII. Põtificatus ſui anno ſexto, quarto Kalẽdas Auguſti extẽdit ad religioſos in iſto ordine nõ admittẽdos etiam ex deſcendentibus ex Saracenis. Hæc omnia in Cõpendio [a] priuilegiorum dicti ordinis continentur. Nolo autem in declaratione & explicatione huius ſtatuti immorari, cum ſit particulare huius ſacræ & obſeruantiſsimæ religionis: meum enim intentum in hoc opere eſt ſolum tractare de his, quæ omnibus religionibus cõmunicantur, & non de particularibus huiuſmodi ſtatutis, quæ ad regimen ipſarum religionum concernunt ne aliquibus ſim odioſus, cum potius omnibus vellem eſſe gratus. Particularia tamen noſtræ religionis pertractabo cum omnia cum patribus ipſius conferam, & ipſorum mẽtem ſciam.

[a] Compen. diũ, verbo. ſtatutum §. 1. & 2.

# QVÆSTIO XV.

## De Abbatibus, & Abbatiſsis, quo ad ſexum & ætatem, in tres articulos diuiſa.

¶ *Circa quam quæruntur tria.*

1 *AN fœminæ ſint capaces ſpiritualis poteſtatis Eccleſiaſticæ.*

2 *Vtrùm minores viginti quinque annorum poſsint eſſe Abbates.*

3 *Quam ætatem debent habere Abbatiſſæ, & Prioriſſæ.*

## ARTICVLVS I.

*An fœminæ ſint capaces ſpiritualis poteſtatis Eccleſiaſticæ.*

REſpondeo dicendo, quòd mulier non poteſt in dignitate conſtitui, cui ſpiritualis iurisdictio annexa eſt. Nam ait [b] Paulus. Mulieres in Eccleſia taceant, non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe. Si quid autem volunt dicere domi viros ſuos interrogent, turpe eſt enim mulieri loqui in Eccleſia. Et ne quis arbitretur ſuum, non Dei præceptum eſſe: ſubdit, ſi quis videtur Propheta eſſe, aut ſpiri-

[b] Corinth. 14. cap.

spiritualis cognoscat quæ scribo; quoniam Domini sunt mandata. Et probatur ratione, quia potestas iurisdictionis, quanuis non sit immediate potestas clauium, hoc est remittendi peccatū, ordinatur tamen ad illam: imò ex illa ortum habet, atque sicut mulier non potest habere potestatem ordinis sit vt neque congruam habere iurisdictionem spiritualem, atque vt optimè ait [a] Innocētius Papa Tertius noua & inaudita esse, quod Abbatissæ moniales benedicant aut confessiones audiant, aut prædicent, cum beatissima Virgo Maria dignior, & excellentior fuerit Apostolis vniuersis, cui tamen Dominus claues regni cœlorum non commisit: quo vtique exemplo quantumuis in Ecclesia mulieres præcesserint sanctitate præclarissimæ, nunquā illis fuit potestas clauium commissa; hanc sententiam cum Diuo Thoma, & Theologis, communiter tenent [b] Durandus, Paludanus, & Syluester. Hinc fit quod Abbatissæ, & aliæ matres sanctimonialibus præfectæ ratione officij potestatem nō habent ponendi præcepta spiritualia; sicut religiosorum prælati, sed tantum ciuilia sicut matres familias, prout dictum est in superioribus. Et sic sicut matres familias possunt imponere præcepta, quibus subditæ tenentur obedire, nempe ne literas scribāt, neque recipiant. Et hæc præcepta ex natura rei æstimari debēt; sub quo reatu obligent mortali ne an veniali? tantum enim ad custodiā domus conferre potest, vt eorum transgressio sit mortalis, & tam parū vt sit venialis. Simulia enim præcepta possit mater familias ponere filijs suis licet in monasterio vrgentior sit causa, & magis obligent illa præcepta. At vero ponere præceptum more religiosorum, vt eo ipso quod in scriptis detur, intelligatur obligare ad mortale reuera nequeunt ex facultate officij annexa. Neq; de hoc vllo modo dubitādum est, quia earum præfectura non est, sicut religiosorum. Alioquin possent excommunicare, quod nullus concedit, quia excommunicatio est priuatio bonorum spiritualium. Quod si quis arguat ratione voti moniales teneri Prælatæ parêre, etiam si spirituale præceptum non imponat: nam si quis vouit alicui sæculari obedientiam obedire tenetur; maximè si Deo votum faciat obediendi homini: Respondetur quod dum quis vouet obedientem esse alteri, non intelligitur, nisi prout moris est obtemperare vel vt laicum laico, vel vt religiosum religioso. Ob id enim quod quis voueat obedire amico sæculari, non propterea ille potest ei imponere præceptum spirituale, vt Episcopus. Pari ergo modo moniales vouent obedire Abbatissis secundum potestatem quā ipsæ habent præcipiendi. Et confirmatur hoc: quia non sunt moniales in hac parte melioris conditionis, quam religiosorum conuersi, quibus tamen nunquam spiritualium cura demandatur, prout infra dicetur. Dixi ex facultate officij annexa, quia ex commissione ait Doctissimus Sotus [c] quod non videt cur non possint hanc habere potestatem constituendi huiusmodi præcepta spiritualia. Ait enim, non inquā, video cur Prouincialis, vbi ei visum fuerit ad honorem domus, & monialium expedire, non possit Priorissis, & Abbatissis committere, vt possint huiusmodi præcepta spiritualia in graui necessitate ponere, citra tamen excommunicationis sententiam: nam hæc facultas nunquam mulieribus commissa est, neque eis committere decet. Tametsi Paludanus, [d] quia hoc est ius positiuum, censeat eam quoque posse eis cōmitti cum committatur mere laico: de quo infra in quæstione de excommunicatione dicemus.

[a] ... 10c. in c. tua de pœniten. & remiss.

[b] Durand. in 4. d. 14. q. 1. Palu. vbi q. 2. Solu. v. Abbatissa. § 1.

[c] Soto in 4. d. 20. q. 1. ar. 4. pag. 882.

[d] Palu. vbi sup.

## ARTICVLVS II.

### *Vtrùm minores viginti quinque annorum possint esse Abbates.*

Respondeo dicendo, quod Abbas, & quicunque prælatus debet esse professus in religione, in qua est prælatus. Neophytus enim in religione non potest esse, neque eligi in Abbatem & prælatum prout in iure [e] definitur, & debet esse sacerdos secundum ius [f] commune, & debet esse viginti quinque annorum prout in eodem iure [g] statuitur, quod Concilium Tridentinum [h] cōfirmat dicens. Nemo igitur deinceps ad dignitates quascunque, quibus animarum cura subest promoueatur, nisi qui saltem vigesimum quintum suæ ætatis annum attigerit, & in clericali ordine versatus, doctrina ad suum munus

[e] Cap. nullus, de Elect. lib. 6.

[f] Cap. 1. de ætate & qualitate.

[g] Cap. cum in cunctis extra de elect.

[h] Con. Trident. sess. 24. de reformat. c. 12.

munus exequendum necessaria ac morum integritate commendetur iuxta constitutionem Alexandri Tertij in Concilio Lateranensi promulgatam, quæ incipit, cum in cunctis. Ex his infertur, quod non potest statui in religionibus vt possint esse Abbates, prælati illi, qui adhuc vigesimum quintum annum non attigerunt. Quod ex dictis patet, & insuper probatur, quia potestas iurisdictionis spiritualis, licet non sit immediate potestas clauium, hoc est, potestas remittendi peccatum ordinatur tamen ad illam, imo ex illa ortum habet. Potestas autem remittendi peccatum solum sacerdotibus commendatur. Sacerdotes autem minime possunt esse, nisi vigesimum quintum annum attigerint, prout in Concilio Tridentino [a] definitur. Non obstantibus quibuscumque priuilegijs etiam regularibus concessis, & sic de primo ad vltimum non potest fieri sine autoritate Apostolica statutum, vt sint prælati huiusmodi ætatem non habentes. Nam vt supra dictum est [b] non potest in religionibus fieri statutum contra id quod in iure communi determinatur. Non ignoro tamen, quod pater noster Franciscus in sua regula authoritate Apostolica confirmata, ordinauit vt conuersi in ipso ordine absque sacris ordinibus possint esse prælati, & habere curam animarum, ac subinde sicut Episcopi electi non ordinati possunt creare confessarios & casus reseruare, à quibus nemo subditorum, nisi de sua licentia, valeret absolui, spiritualiaque præcepta proponere, eademque sub censura excommunicationis. At vt ait Sotus, [c] quamuis hoc autoritate Apostolica fieri poterat, tamen quia sapienter iudicatum est minime conuenire vt qui non habent potestatem ad consecrandū corpus Christi verum illam habeāt spiritualem circa mysticum: ideo in tota fere familia obseruantiæ patris nostri Francisci hoc priuilegium iam per contrarium vsum aboleuit. Vtrum autem possint esse discreti, capitulares, & definitores illi qui vigesimum quintū annū nō attigerunt, neque sacris ordinibus sunt initiati, aliquibus dubium potest esse. Nam secundum ius [d] qui habēt vigesimum annū impletum possunt habere dignitates & personatus, quibus non est cura animarum commissa, & dico vigesimum secundum annum habentes posse esse in nostra religione definitores & discretos in capitulo dummodo sacro ordine sint insigniti, non vero si non sacro ordine sint decorati: nam cum discreti capitulares habeant vocem actiuam & passiuā in capitulis, & similiter definitores secundum constitutiones aliquarum religionum & conuersi nullo sacro ordine insigniti, secundum decretum Concilij Tridentini [e] nullam ad eligendum aliquē prælatum vocem actiuam habere possunt. Hinc sequitur quod non possunt esse discreti capitulares qui ordinibus sacris non sunt insigniti. Vnde Concilium Tridentinum [f] ait sufficere habere vigesimum secundū annum ad promotionē dignitatum & personatuum, quibus non est cura animarum commissa, quia hi in ista ætate possunt ad ordinem sacrum subdiaconatus promoueri, prout in eodem cōcilio [g] definitur. Propter quod in nostra obseruantia, saltim in his partibus Hispaniarum, minime conuersi ad capitulum prouinciale, aut generale mittuntur vt discreti, cū secundum ius vocem actiuam ad eligendū minime habere possint, & si ex aliquibus partibus mittuntur hoc fit priuilegio Apostolico concedente secundum nostram regulam posse esse prælatos, quod per consequens concedit posse esse discretos, cum omnes prælati in nostra religione sint discreti capitulares.

a Conc. Tri. sess.

b su. q. 12.

c Sot. vbi su

d c. vnic. de ætate & qualitate ordin. præficiend.

e Con. Tri. sess.

f Conc. Tri. sess. 24. ca. 12.

g Con. Tri.

## ARTICVLVS III.

### *Quam ætatem debeant habere Abbatissæ, & Prioryssæ.*

REspondeo dicendo, quod Bonifacius Octauus statuit, vt nulla monialis in Abbatissam aut prioryssam eligatur, ni si trigesimum annum compleuerit, & expresse professa fuerit ordinem regularem. Neque ab hoc iure multum distat Concilium [i] Tridentinum, in quo præcipitur, quod prioryssa, vel quocunque alio nomine præfecta vel præposita cuiuscumque monasterij monalium non minor annorum quadraginta, & quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit, vel saltim triginta annos excesserit, & quinque saltim annos post professionem rectè vixerit eligatur. Circa quod est notanda quædā declaratio Cardinalium Concilij Tridentini, in qua vicario Caietano rescripserunt,

hc. indemnitatib. in princi. de elect. li. 6.

i Con. Tri. sess. 25. c. 7. & regul.

*Quod Abbatissa licet per quinquennium non permanserit in religione, dum tamen excedat triginta annos, & id fiat ad requisitionem monialium de licentia secundæ dignitatis ecclesiæ Cathedralis & earum superioris regularis, dummodo laudabiliter superiori anno se gesserit in officio confirmari poterit per biennium in officio.* Et huic declarationi addiderunt ijdem Illustrissimi Cardinales aliam declarationem rescribendo, *Quod si ad confirmationem dictæ Abbatissæ deesset consensus superiorum regularium propter eorum absentiam seruatis his, quæ in prædicta declaratione rescripta fuerunt procedendum esse ad dictam confirmationem.* Aduertendum tamen est quod dicit Concilium non debere admitti ad hoc vt sit Prioressa, aut Abbatissa, nisi illa, quæ fuerit expresse professa. Et sic Cõcilium non admittit tacitam professionem ad hoc vt aliquid possit habere Abbatissatum, licet tacita professio sufficiat ad hoc vt sit vera monacha regularis quod ante Concilium definitum erat à Bonifacio [a] Octauo, & respectu religiosorum id ipsum definitum erat ab eodem Bonifacio [b] Octauo, dicente quod nullus religiosus ad Abbatissiam seu prælaturam suæ vel alterius religionis de cætero eligatur nisi ante fuerit dictum ordinem regularem expresse professus, quod si secus actum fuerit eo ipso irritum habeatur. Et adeo hoc est verum, vt dicat glossa [c] quod ipsa expressa professio debet in scriptis fieri, vt obuiet illis si postea reclamauerint propria scriptura. Et hac forti ratione illustrissimi Cardinales declarauerunt, *Quod moniales, quæ eius ordinis sunt quæ requirunt professionem: si tacitam professionem emiserint & si palam expresse id factum non fuerit, cogendæ sunt vt profiteantur.*

(.f.)

a c. indemnitatibus.

b c. nullus de elect. lib. 6.

c glos. in d. c. nullus. v. expresse.

## QVÆSTIO XVI.

### De Abbatibus & Abbatissis quoad eorum durationẽ in quinque articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæruntur quinque.*

1 *Vtrùm magis conueniens sit quòd Abbates sint perpetui an temporales.*

2 *Quo temporis spatio duret modo officium generalis & aliorum superiorum regularium.*

3 *Vtrùm Abbatissæ finito triennio teneantur officium Abbatissatus renuntiare.*

4 *Vtrùm patrono constituto à Papa super quodam monasterio monialium ad præsentandum Abbatissam habens potestatem, debeat eius institutio esse perpetua, aut triennalis.*

5 *Vtrùm collegium oblatarum teneatur eligere præsidentem triennalem.*

### ARTICVLVS I.

*Vtrum magis conueniens sit quod Abbates sint perpetui, quam temporales.*

REspondeo dicẽdo, cũ Nauarro [d] quod experientia quæ est rerũ magistra probat ut dicit quidam Canon [e] nos docet in numera spiritualia vitia, quæ oriuntur ex electionibus triennalibus vel sexannarijs. Oritur enim inde ambitio, qua bona pars monachorum ad præfecturas anhelat contra illud pulchrum traditum in quadam decretali [f] vbi glossa in eius confirmationem aliqua citat. Oriuntur etiam conuẽtiones si moniacæ quibus alij alijs promittunt suum fauorem futuris triennijs vt in præsenti sibi faueant, contra id quod quidam Canones [g] prædicant. Oritur etiam eneruatio disciplinæ regularis, dum cãdidati suffragatoribus fauores, honores, dignitates, indulgentias, licentias, & impunitates promittũt. Oritur etiã subornatio perpetua & collusio, quam alij sibi vel alijs aliorũ in finẽ triennij procurant suffragia cõtra iura [h] subornationi & collusioni obuiãtia. Deinde oriũtur factiões & dis-

d Nau. in c. nullã. 18. q. 2. n. 3. & lib. 3. consil. tit. de statu monachõ. consi. 7. in fin. in. 2 edit.

e ca. quã sit de elect. li. 6.

f c. quorũdã de elect. lib. 6. vbi. glos.

g c. quã pio 1. q. 2. c. vlti. de pact.

h c. 1. & per totum de collusione deteg. c. series de testi. Clem. 2. eodem tit.

& diſsidia irreconciliabilia quæ impediunt cultum pacis auctoris, qui non colitur niſi tempore pacis, prout dicit quædam Clementina. [a] Inſuper oriuntur ſuſurrationes murmurationes, & detractiones ferè continuæ, dum alij aliorum defectus & vitia, tũ naturæ, tum morum detegunt & augent, & falſos imponunt, quo factiones contrariæ perſonarum opinionem bonam tollant, vel minuant cõtra tradita in capitulo, inter verba. [b] Ad hæc è contrario pax & concordia mala commendatio & laudatio immodica, imo & falſa oriũtur, quæ ſuæ factionis perſonas extollunt, & in cælũ efferunt contra dictũ capitulũ, inter verba. Accedit præterea ſublatio, vel certe eneruatio autoritatis corrigendi & præcipiẽdi ꝙ quædam decretalis [c] deteſtatur, adeo vt feratur raro electos primo anno vllũ eorũ qui ſibi ſuffragati ſunt in gratiã ſuffragiorum caſtigare, aut in gratiã aliquid eis præcipere. Accedit etiã quod vix etiam aduerſarijs diſplicent, præuidentes eo elapſo in eorum vel in eis fœderatorũ manus incidere poſſe. Deniq; inclementia & crudelitas vltra quam parſit, puniendi, corrigendi, & inquietandi eos qui ſibi ſunt aduerſarij ab iſto fonte dimanãt, cõtra notata per Angelicũ Doctorẽ [d]. Quin & occaſione oblata vel quæſita ex eodem fonte dimanãt actus eijciẽdi, vel in alia monaſteria relegandi ſuos cõtrarios, & nõnun quam in carcerẽ conijciendi voceq; actiua, & paſsiua dicũt priuãdos: præſertim ſi per ſtatuta liceat in aliũ trienniũ, ſeu ſexenniũ de communi conſenſu regimen prorogare. Hæc pro iſta parte adducuntur à Nauarro qui pro cõtraria parte, ſcilicet, quod Abbates, & Abbatiſſæ debent eſſe triennales, adducit alias rationes, non minus primo aſpectu efficaces, ſcilicet, quod frequẽter perpetui Abbates & Abbatiſſę nimium abſolute gubernant tẽporarios redditus in vſus malos, vanos, vel ordini extraneos prodigẽdo, & nimis parcè & auarè in monachos & ornamẽta, & fabricã monaſteriorũ, & pauperes impendẽdo. At huic rationi reſpondet Nauarrus, [e] quod hæc nõ ſemper cõtingũt & licet frequenter contingant hæc non eſſe ita mala & pernicioſa ſicut ſunt ea quæ pro contraria parte allegantur. Et certũ eſt ſecundũ ius, [d] de duobus malis minus eſſe eligendũ & tolerandum. Inſuper ait, quod huic malo etiã occurritur per decreta in Cõcilio Tridentino [f], quo præcipitur, fieri capitula prouincialia, & in eis ſtatuit ad cõfirmationem & reformationẽ ordinũ neceſſaria, & vt deputentur viſitatores qui monaſteria in capite & in membris viſitent, iuxta ſtatuta & notata in iure antiquo. [g] Ex quibus cõcludit Nauarrus, iſtas electiones triennales eſſe abolendas, & regimẽ religioſorum eſſe reducẽdum ad illud regimen, ꝙ patriarchæ regularium in primordijs ſuarũ religionum ſtatuerunt. Quibus viſa eſt cõmodior quieti Chriſtianæ, vt cura ſpiritualium bonorũ & tẽporaliũ Generalibus permitteretur. & ita hodie ſeruatur in illuſtri ordine Prædicatorũ, in quo Generales ſunt perpetui. Et Seraphicus pater noſter Franciſcus in ſua regula Generales ſuę religionis fore perpetuos ſatis demonſtrauit. Verũ tamen eſt, quod in hac & in alijs religionibus ad petitionẽ ipſorum religioſorum ſedes Apoſtolica ipſorũ pijs precibus inclinata, videns prælatos ſuperiores eſſe dominantes in fratres, & eis imperare cũ auſteritate, & propter eorũ magnam potẽtiam & valorem minime poſſe per viſitatores reformari, & in corda antiquorum patrum conuerti, ordinauit, vt Generales & Abbates, & Abbatiſſæ minime eſſent perpetui, ſed temporales.

a Clem. dudũ deſepul.

b cap. inter verb. 11. q. 3.

c cũ inter d conſuetud.

d D. Th. 2. 2. q. 108. art. 3. & 4. & q. 157 cũ tribus ſequentibus.

e c. 1. 13. d.

f Cõci. Triſel. 25. de regul. c. 8.

g c. in ſingulis c, ea quæ de ſtatu monachorum.

## ARTICVLVS. II.

### *Quo temporis ſpatio durent modo officia Generalium, & aliorum præpoſitorum, præpoſitarumvè regularium.*

REſpondeo dicendo, quod in noſtra ſacra religione Diui patris noſtri Franciſci ordinauit Pius V. Põtifex maximus die vigeſima octaua Maijanno Domini milleſimo quingẽteſimo ſeptuageſimo primo, Pontificatus ſui anno ſexto in Bulla quę incipit, *Paſtoralis officij nobis diuinitus iniuncti*, quod officium generalis Miniſtri octo duraret annis, officium vero procuratoris, & commiſſarij quatuor duraret, & quod officium prouincialium finito quadriennio etiam finiretur. Quod tamen Gregorius Decimus Tertius in Bulla quæ incipit: *Cum vniuerſi Chriſti fideles*, data Romæ die octaua Septembris, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio, Pontificatus ſui anno

secundo, non reuocauit, sed ad statutorum dicti ordinis generalium seriem reduxit. Neque idem Gregorius decimus tertius id ipsum reuocauit, in Bulla, quæ incipit,

*Ad tollendū autē omnē ambiguitatem,*

data Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die vigesima nona Aprilis, anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo nono, Pontificatus sui anno septimo. Sed Syxtus quintus Pontifex maximus ordinauit, vt officium generalis sex ennio duraret, officium autem prouincialiū & guardianorum triennio finiretur. Et aduertit ordinatio generalis Vallisoletana celebrata die quinto Iunij anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo tertio, quod triennij guardianorum tempus à Capitulo in Capitulum, vel à congregatione in congregationem numeretur, etiam si capitulum aut Congregatio vltra tres annos ob aliquam rationem protrahantur. Et idē Syxtus Quintus in Bulla, quæ incipit,

*Pastoralis officij nobis*, data Romæ apud Sanctum Marcum sub annulo piscatoris die vigesima nona Iulij, anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo septimo Pontificatus sui anno tertio statuta aliqua pro regimine monialium Sanctæ Claræ facta in Capitulo generali fratrum ordinis Minorum de obseruantia celebrato Romæ in domo Beatæ Mariæ de Aracæli, confirmauit quatenus licita & honesta sunt & sacris Canonibus & præsertim Concilij Tridentini decretis non aduersantur. Ac dummodo Abbatissæ vel aliæ præfectæ quorumcunque Monasteriorū monialiū ipsorum fratrum curæ cōmissarū ad summū, triennales sint, & suis officijs elapso triennio perfunctę: in quibusuis prouincijs, non per biennium tantum iuxta decretum in capitulo generali Parisiensi eiusdem ordinis editum; sed saltem per triennium integrum à die finitæ sui officij administrationis numerandum. Nullumque Abbatissatus & præfecturæ monasteriorum, aut aliud officium, neque aliquam potestatem, vel authoritatem in eis obtinere, vel exercere possint aut debeant. Hęc Syxtus Quintus. Et aduertendum, quod licet Papa confirmando dicta statuta, nihil eis de nouo addat quam solum confirmationem relinquendo ea in suo tantum robore statutorum: at quod addit in dicta confirmatione quod, scilicet, Abbatissæ sunt triennales, præceptum apostolicum est, in quo non possunt superiores regulares dispensare, sicut possunt dispensare in statutis regularibus autoritate apostolica confirmatis. *Aduertendū insuper quod Abbates Congregationis Cisterciensis regularis Obseruantiæ in Regnis Hispaniarum triennales sunt, & per trienniū dūtaxat secundū regularia ipsius statuta & definitiones præficiūtur.* Prout concessit Eugenius [a] Quartus. *Verum est tamen, quod quanuis monasterijs dictæ Congregationis triennales deputentur Abbates. Neque in aliud triennium immediatè eisdem præponi possent. Pro monasterio tamen Beatæ Mariæ de Laureto in Ciuitate Salmantina erecto, necnon Sancti Bernardi Complutensi Toletanæ diœcesis, Capitulo generali, vel si vacare contigerit extra illud generali reformatori cū ordinis Consiliarijs, commissum est Abbates ita eligere, vt si oportuerit, in alio triē nio immediatè sequenti reeligi possent, qui nulla alia confirmatione secuta administrationis munus exequi possunt.*

a Eug. IIII. priuil. 6. nu. 14. habet. in cōp. eiusdē ordi. tit. Abbas. §. 1.

Prout concessit Gregorius Decimustertius, & Syxtus Quintus, octauo Kalendas Nouembris, anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo septimo, Pontificatus sui anno tertio: & habetur in Compendio [b] priuilegiorum dicti Ordinis. Et in eodē Compēdio [c] refertur, quod *Abbatissæ monasteriorum monialium huic congregationi subiectæ, etiam triē nales sunt. Et per triennium à superioribus eorum monialibus eiusdem monasterij, vel alterius eiusdem Ordinis in forma Concilij Tridentini (si hoc expedire videbitur) secundum Ordinis statuta eligendæ proponuntur: & ab ipsis monia*

b Habet. in comp. d. Ordinis §. 6.
c Eod. cōp. v. Abbatiſ.

*monialibus eliguntur, ab eisdemque superioribus confirmantur iuxta terminos Concilij Tridentini.*

a Con. Tri. sess. 25. de regul. c. 7.

## *ARTICVLVS III.*

### *Vtrùm Abbatissæ finito triennio teneantur officium Abbatissatus renuntiare.*

REspondeo dicendo, quod respectu monialium subditarum Prouincialibus obseruantiæ Nicolaus Quintus, & Leo Decimus multa ordinauerunt circà renuntiationem officiorum Abbatissarum, prout continetur in Compēdio [b] Minorū. *Quod prædictarum Abbatissarum seu matrum monialiū dignitates & officia per annum tantum durent, in partibus Cismontanis, scilicet, Italiæ & alijs & annexis, temporeque illo decurso, etiam si iustas renuntiationes non fecerint, dicta officia vacent, ac vacare censeantur: & quod teneantur finito dicto tempore sub excōmunicationis pœna ipso facto, si contra fecerint incurrenda, renuntiare regiminiq; administrationi monasteriorum, seu domorum earum, ac sigillū & claues monasteriorū, & officinarū restituere in manibus Prouincialiū fratrum minorū illarū Prouinciarum, in quibus monasteria & loca ipsa consistūt: vel saltim in manibus visitatorum, seu domorū huiusmodi per eosdem Prouinciales in congregatione fratrū deputandorum, & ad id ab eisdem Prouincialibus potestatem habentiū. Et hoc fieri voluit in præsentia sororum, seu monialium ad id specialiter vocatarum.* Quod Leo X. minimè reuocauit, prout patet ex traditis in dicto Cōpendio Minorū, imo constitutionem supradictā Nicolai V. eisdē quasi verbis cōfirmauit. Circa quæ aduertit ibi Collector dicēs, quod, quia circa prædicta quotidie fiūt nouæ interpretationes, seu prouisiones, & innouationes: ideo in his nullus decipiatur credēs omnia huiusmodi esse necessariò seruāda, præsertim quia ex his aliqua fortè nū quā fuerunt moribus vtētiū admissa: præcipuè quoad durationē officiorum, & ætatē eligentium. Hæc Collector: & bene quidē. Sed aduertendum est quod non inuenio per aliquam constitutionem immutatū præceptū sub excōmunicatione impositū Abbatissis & officialibus monialiū, renuntiandi sua officia tempore quo secundum constitutionē nouam Syxti V. modo finiūtur. Verum tamen est, quod per non vsum iam hoc præceptum aboleuit in aliquibus nostræ religionis prouincijs, vt à patribus ordinis accepi; & sic non censentur excommunicatę non renunciantes, imo in vsu est in aliquibus prouincijs, finito tempore sui Abbatissatus eas cōstituere monasteriorū præsidentes donec Abbatissæ eligantur. Nec his obstat constitutio Syxti Quinti in superiori articulo allegata, ibi. Nullum Abbatissatus, & præfecturæ monasteriorum, aut aliud officium, nec aliquam potestatem, vel autoritatem in eis obtinere, vel exercere possint, aut debeant. Nam respōdetur, quod ibi prohibētur habere aliquod officium quod per triennium duret in dictis monasterijs, sicut officium Vicariæ, prouisoriæ, & alia. Hoc enim est in officijs perpetuari, quod à Summis Pontificibus prohibetur: non tamen vetatur ipsas finito sui Abbatissatus munere esse præsidentes, donec alię loco ipsarum eligantur. Hoc enim pertinet ad bonum regimen. Primo quia dispositionis monasteriorum pro tunc habent maiorem notitiam, quam aliæ, secundo, quia aliæ nominatæ nouitatum amatrices in sua breuis temporis administratione aliqua innouarent, quæ in detrimentum pacis, quietis & tranquillitatis monasteriorum cederent.

b Comp. v. Abbatissa § 7. & 9. B. fo. 48. & fol. 43. concel. 48. ac fol. 40. cōcel. 128.

## *ARTICVLVS IIII.*

### *Vtrùm Patrono constituto à Papa supra quodam monasterio Monialium ad præsentādā Abbatissam habēte potestatem, debeat institutio ipsius esse perpetua, aut triennalis, supposito quod Patronus per septuaginta annos præsentauit Abbatissam, cuius institutio fuit perpetua.*

REspondeo dicendo, primo, Patrono & monasterio volentibus, vt Abbatissa præfata præsentata per Patronum, cõfirmetur pro perpetua sine triennalis temporis præfinitione, clarum, & manifestum ius eis in possessorio cõpetere: quia ab annis septuaginta sunt in hac possessione cũ titulo colorato, quod sufficit iuxta celebrẽ glossam. [a] Et ita nullatenus permittere debẽt, vt agatur, & litigetur supra petitorio & proprietate iuris, donec possessorium finiatur, & reponatur in pacifica, & trãquilla possessione iuris præsentandi & petendi confirmationem perpetuam, prout tradit Doctissimus Nauarrus. [b] Et licet prædictus Patronus non fuerit in possessione præsentãdi illa ab hinc septuaginta annis, ait Nauarrus, habere ius præsentandi prædicto modo ita vt sic præsentata debeat perpetuo remanere Abbatissa, & non per solum triẽnium: nam in causa proprietatis & petitorij ius est præfato patrono & monasterio iure cõmuni attẽto: Tũ quia pars aduersa cognoscit iure speciali põtificis maximi cõpetere dicto Patrono ius præsentãdi prædictã Abbatissam. Et cõstat iure cõmuni Abbatũ, & Abbatissarũ & aliorũ prælatorũ & prælatarũ, & omniũ aliorũ beneficiatorum institutiones præsentatorũ ad dignitates & beneficia debere esse perpetuas. Itaque sine culpa graui non possunt ab eis deponi iuxta ea quæ in iure [c] notãtur. Vnde Bullæ Gregorij XIII. & Syxti V. definientes Abbatissas debere esse triẽnales & nõ perpetuas, explicãdæ sunt non de Abbatissis creatis per præsentationẽ & institutionẽ; nã iure antiquo institutio & confirmatio debebat esse perpetua. Et in casu proposito debet etiam esse perpetua; nam sic reditur ad ius pristinum; quæ reditio fauorabilis reputatur in vtroque [d] iure tam Canonico, quam Ciuili, prout declarat Iason & ante illum Felinus.

a Gloss. in Clem. 1. de causa poss.

b Nau. lib. 2 cons. tit. de causa poss. & propriet.

c Satis per uersum. 56. d. c. inuẽtũ 16. q. 7.

d c. ab exordio. 35. d. c. I. si vnius §. pactus ne peteret. ff. de pactis vbi Iason. Felin. in. ca. cum omnes de const.

## ARTICVLVS V.

*Vtrùm Collegium oblatarum teneatur eligere Præsidentem triennalem, an possit eligere perpetuã sicut antiquitus eligebant.*

RESpondeo dicendo, quod constitutiones Gregorij decimitertij & Syxti quinti & aliorum Pontificum (de quibus in superioribus mentionem fecimus) ordinantes quod deinceps Abbatissæ & Priorissæ eligantur triennales, & nõ perpetuæ, habẽt tantũ locum in monialibus obedientiã monachalẽ profitẽtibus. Nam Gregorius tertius decimus vir erat Canonũ perituissimus, & licet in sua cõstitutione multas moniales multorũ ordinũ expressisset, nullã tamen expressit earũ, quæ dicũtur vulgo Religiosæ: quæ vere non sunt tales, sicut non sunt religiosæ huiusmodi oblatæ collegialiter viuentes, prout infra in secundo tomo in quæstione de oblatis dicetur. Et sic expressit moniales ordinis Sancti Benedicti, Cistercienſis & Carthusiani ordinis, addita clausula generali & aliorum quorumcunque ordinum nõ comprehendente maiora expressis. Et ita credendum est certe, prædictum Gregorium noluisse includere præpositas tertij ordinis Sancti Dominici, & Sancti Patris nostri Francisci; neque alias similes si vere non sunt professę regulam à sede apostolica pro vera regula approbatam. Et consequenter neque oblatas suapradictas, quarũ neque præsidens est vere religiosa, neque præest vere religiosis. Quod confirmatur. Nam constitutio canonica statuens aliqua noua & à iure communi exorbitantia de sanctimonialibus, & fœminis religiosis, solum est intelligenda de vere religiosis, & regulã per sanctã sedẽ Apostolicã pro vera regula approbatã professis, & nõ de alijs, quãcunq; religiose & collegialiter viuẽtibus nisi expresse suã legẽ ad illas extendat iuxta decretalẽ [e] quandã memorabilẽ & notabilem. At Gregorius XIII. tulit legem de electione Abbatissarum & præpositarum, normam & disciplinam regularem seruantium: & nõ extendit ad alias expresse; ergo de illis minimè est intelligenda.

e c. indẽnitatibus. §. pen. de electio. lib. 6.

## QVÆSTIO XVII.

### De Abbatibus & Abbatissis quoad potestatem iurisdictionis in communi in duodecim articulos diuisa.

*Circa quam quæruntur duodecim.*

1 *VTrũ Abbates habeãt immediatã iurisdictionẽ in suos monachos.*

2 *Quo iure cõpetat prælatis regularibus iurisdictio super monachos.*

3 *An priores cõuentuales & Guardiani habeant eandem iurisdictionem quam habent Prouinciales & Generales.*

4 *Quam*

4 *Quam potestatẽ habeant priores & Guardiani secundum priuilegia.*

5 *An prælati & Capitula generalia & Prouincialia possint tollere vsum priuilegiorum à Guardianis & fratribus.*

6 *Vtrùm prælati regulares habeant iurisdictionem ordinariam, an delegatam.*

7 *An potest.us prælatorum regularium possit restringi & coarctari à suis prælatis.*

8 *Quo iure habeant ministri ordinis minorũ iurisdictionem ordinariam in moniales ipsis subiectas.*

9 *Vtrùm prædicta autoritas concessa prælatis circa moniales sit reuocata per Concilium Tridentinum, & extendatur ad moniales conceptionis.*

10 *An potestas Prouincialium in moniales sit ordinaria, an delegata.*

11 *Vtrûm autoritas iurisdictionis prælatorũ in nouitios sit ordinaria, an delegata.*

12 *Quam potestatem habent Abbatissæ.*

## ARTICVLVS I.

### *Vtrũ Abbates habeãt immediatã iurisdictionẽ in suos monachos.*

REspõdeo dicendo, quod temporalis potestas ciuilisque iurisdictio tota & suprema penes Rempublicam est. Idcircò is erit Princeps temporalis, omnibusque superior Reipublicæ regimẽ habiturus, qui ab eadem Republica fuerit electus & constitutus quod ex natura rei iure ipso gẽtiũ & naturali constat, nisi humanus ipse conuictus pactione aliud induxerit. Huius cõclusionis probatio ex eo constat quod ab ipsa natura homines ita instituti sunt, vt nisi humanus intellectus cæcutiat planè percipiũt lumine naturali, in quauis hominũ ciuilũ societate, quæ ad tutelam generis humani conducit omnino constituendũ esse necessario gubernatorem quendã, penes quẽ sit illius societatis regimen & cura. Huius verò ciuilis societatis & reipublicæ rector, ab alio, quam ab ipsa republica constitui non potest iuste & absque tyrannide, siquidem ab ipso Deo constitutus non est, neque electus, cuilibet ciuili societati Rex, aut Princeps. Saulem equidẽ, Dauid eiusq; posteros tantum à Deo iure positiuo diuino per Prophetas ore proprio Reges in Regno Israelitico electos fuisse constat ex sacris testimonijs. Preter hos nullus vnquã Rex aut Princeps à Deo immediatè constitutus est, tametsi Deus Populum Hebræũ ferè quadraginta annis instar regni per vnũ Moysem, & eius successores iudices gubernauerit, vt constat ex Deuteronomij vigesimo septimo Capitulo, & tradit D. Thomas, [a] multisque rationibus comprobat Castro. At potestas Ecclesiastica in hoc à ciuili, & sæculari potestate differt, quod ea nõ est immediatè penes totam Rempublicam, sed fuit ab ipso Deo Iesu Petro, vt Principi & Apostolis cæterisque eorum successoribus concessa. Nam hæc potestas est supernaturalis, in finẽque supernaturalem tendit: & ideo iure naturali non potest alicui competere, imo apud illum erit, cui ab ipso Deo supernaturaliter data fuerit. Deus autẽ summus Iesus Christus humani generis Saluator eam Petro, vt Principi & cæteris Apostolis, eorumque successoribus dedit. Ergo ea non cõpetit toti Reipublicæ Christianæ, neq; penes eam residet, prout probat Couarruuias, [b] & Caietanus, & tradit doctissimus Sotus. Et iure communi iudex immediatus regularium est Abbas, vel alius prælatus eorũ in pertinentibus ad regulam suam, & regularia statuta. Quod efficaciter fundatur in iure Ciuili & Canonico: iure enim communi prælatus inferior non habet iurisdictionem in eos, qui sui Collegij non sunt. Vnde sedes Apostolica, in qua est suprema iurisdictio spiritualis respectũ totius Orbis Christiani, & Ecclesiæ Catholicæ Monachos à iurisdictione Ordinariorũm exemit, & suis prælatis regularibus subiecit, prout in quæstione de exemptione regularium latissimè resoluetur.

[a] D. Tho. 1. 2. q. 97. ar. 3. Castro. de leg. pœn. c. 1. vers. postquam.

[b] Cou. in reg. pecc. at. 2 p. § 9. n. 6. Caie. 2. 2. q. 1. ar. 10 & in tract. 2 de potestat. Papæ & Conci. c. 1. & 2. p. Apologi. de potestat. Papæ ca. 2. & 9. & c. 10. vers. ad 2. Sot. lib. 4. de iust. q. 4. art. 2.

## ARTICVLVS II.

### *Quo iure competat prælatis regularibus iurisdictio super monachos.*

REspondeo dicendo, certum esse & indubitatum apud omnes iure humano Papali eam potestatem præfatis religiosorum prælatis competere. Nam cum ad solũ Summũ Pontificẽ spectet verã religionẽ approbare vt ostendũt doctissimi Theologi, & tradit nouissime Bañes [d] inde sequitur

[c] l. fin. C. de iurisdictio. omnium iudicum. c. cũ ab Ecclesiarũ Prælatis de offi. ordinarij.

[d] Bañes 2. 2. q. 1. articu. 1 dub. 8. conc. 2.

tur, quod quando Summus Pontifex aliquam confirmat religionē, eo ipso tribuat potestatem Prælatis illius religionis ad eā gubernandam, vt ijdem Theologi probant. teste doctissimo Bañes. [a] Quod autem vertitur in dubium apud multos peritissimos est, vtrum ipsamet iurisdictio competat ipsis Prælatis regularibus iure diuino. Et quidem peritissimi Theologi maximè probabile existimant, quod etiam iure diuino conueniat potestas iurisdictionis in foro exteriori religiosorum Prælatis illis præcipuè, qui habent iurisdictionem Episcopalem vel quasi, vt sunt Generales & Prouinciales præfecti. Nam optimè fieri potest, vt vnus & idem prælatus pluribus titulis & rationibus suam habeat iurisdictionem. Hanc opinionem dicit noster Medina, [b] grauissimos authores docuisse, nullos tamen refert: nullaque huius assertionis fundamenta proponit. Multa verò pro hac opinione faciunt. Primò, quia potestas iurisdictionis, quæ data est Ecclesiæ in illis verbis Matthæi. [c] Dic Ecclesiæ. Si Ecclesiam non audierit, sit tibi quasi Ethnicus & publicanus: est potestas prælatorum: nam per Ecclesiā eo loco prælati intelliguntur secundum communem cum Diuo [d] Chrysostomo Doctorum omnium interpretationem. Sed vt supra dictum est, præfecti religionū sunt verè prælati, ergo iure diuino habent potestatem, & iurisdictionem. Secundo, quando Christus dixit Apostolis, prout refert Matthæus. [e] Quæcunq; solueritis super terram erunt soluta & in cœlis: Nō solum locutus est cum Apostolis, sed etiā cū omnibus prælatis, vt doctissimus [f] Rosensis annotauit tradens illis iurisdictionem in vtroque foro vt insinuat Soto, [g] vel in foro exteriori tātum vt asserit Turrecremata. Igitur cū præfecti religionum sint prælati illis data est iure diuino potestas iurisdictionis. Tertio probatur per locum à simili sumptum à dialecticis & ab Innocentio [h] Tertio dicente, de similibus idem esse iudicium. Syllogismus autem sic conficitur. Episcopi habent potestatem iurisdictionis extra Sacramentū immediatè à iure diuino: Sed religionis præfecti generales, & Prouinciales sunt similes quoad iurisdictionem ipsis Episcopis. Ergo habent suam potestatem immediatè à Christo sicut illi. Maiorem huius Syllogismi probant præstantissimi Theologi Victoria, i Castro, & Soto: Minorem verò de cernunt iura [k] & Doctores, vt rem de qua nulla est dubitatio. Rursus id ostenditur per locum à coniugatis, seu à coniunctis in hūc modum. Religio constare non potest sine prælatis regularibus habentibus potestatē iurisdictionis in foro exteriori: Sed status religionis institutus est à Christo immediatè; ergo ab eodem Christo data est potestas ipsis præfectis. Maiorem huius discursus (in qua dicitur, quod religio iure diuino debet habere præfectos regulares) probat Clemēs Quintus in Concilio Vienensi: [l] in quo sic dicit. Cum rationi non congruat quod homines disparis professionis, vel habitus simul societur in eisdem monasterijs prohibemus nè religiosus aliquis in prælatum alterius religionis vel habitus de cętero eligatur. Quo loco ponderanda sunt illa verba, cum rationi non cōgruat, in quibus innuit cōtra ius naturæ ac proinde cōtra ius diuinum esse, vt sęcularis religiosis præficiatur. Idē expresse docet Innocentius [m] Tertius, qui reddens rationem, quare sæcularis non debet in Abbatem eligi, dicit esse cōtra legē diuinam arare in boue, & asino. Si verò quęras, quid est arare in boue & asino? dicit glossa ibidem, nihil aliud esse quam homines diuersæ professionis in vno officio socciare. Hanc veritatem cæteris loculentius expressit Isidorus in Concilio [n] Hispalensi, sic dicens: In eodem, eodemque officio non debet esse dispar professio. Quod etiā in lege diuina prohibetur dicente Moyse. Non arabis in boue simul & asino, id est, homines diuersæ professionis in vno officio simul nō associabis. Hæc Isidorus. In quibus verbis aperte docet illud præceptū de non coniungendo boue cum asino esse morale, ac proinde nos modo obligare. Minor huius discursus, in qua dicitur religiones esse à Christo institutas in communi ab omnibus Catholicis authoribus vt infallibilis suscipitur. Nam certum est secundum fidem statum religionis non esse somnium inuentum, sed esse Apostolicam traditionem, vt in Ecclesia Christi sit status specialis, in quo vota specialia religionis emittant, qui voluerint, vt Theologi præsupponunt authore Bañes. [o] Ergo potestas gubernandi religiosos ab eodem Christo data est. Quare doctissimus Soto [p] merito dicit, quod subiectio religiosorum ad suos prælatos sit diuina.

A R-

a Bañes. 2. 2. q. 1. dub. 8. conclu. 6.

b Medi. lib. indulg. c. 24

c Matth. 18.

d Chrysost. homil. 16. in Matth. Siman. de cas. lib. 9. c. 44 Euth. Hugo Card. Lyra Caie. super Matth. 18.

e Matth. 18.

f Rof. art. 9. contra Lutherum.

g Soto in. 4 d. 20. q. 1. ar. 2. Turrecre. lib. 2. c. 77.

h Innocē. c. inter corporalia de trāslatione Epi. i Castr. lib. 2 de iusta hæret. punitione. ca. 24. & contra hæreticos verbo Episcop. Victoria de potestat. Ecclesiæ. q. 2. n. 28. Sot. li. 10. de iusti. q. 1. ar. 4.

k Abbas. de priuil. lib. 6. & glo. ibid. & glos. in Clem. 1. de rebus Ecclesiæ non alienandis ver. proprij.

l Concil. Vien. in Clement. 1. de electione.

m ca. cū cau lam de electione.

n 16. q 7. ca. in noua actione.

o Bañes. 2. 2 q. 1. ar. 10. dub. 8. con. 1

p Sot. de iust. & iure. lib. 8 q. 3. ar. 1.

## ARTICVLVS III.

### An Guardiani & Priores habeãt eandem iurisdictionem, quam habent Prouinciales, aut generales.

REspondeo dicendo, quod secundum iuris dispositionem circunscriptis priuilegijs & prohibitionibus specialibus Guardiani, Priores & cæteri Conuentuales Prælati plenitudinem potestatis minime habent, sicut habent generales, & Prouinciales Prælati. Nam ex eo quod prædicti Guardiani & Priores subduntur Prouincialibus, & generalibus Prælatis, non habent plenariam iurisdictionẽ Episcopalem. Imo ipso iure eadẽ iurisdictio limitatur: & sic non possunt actum illum exercere ad iurisdictionem Episcopalem pertinentem. Hæc veritas probatur à simili; Nam Archipresbyteri plebani, quibus per omnem modum assimilantur Guardiani, & Priores eo quod sunt prælati Episcopis inferiores, non possunt maiora negotia per se absoluere, sed eorum iurisdictio præcisa est, vt constat ex iure. [a] Præesse ea lege plebibus, vt cuncta referant ad Episcopum, nec aliquid contrà eius decretum ordinare præsumant. Super quibus verbis dicit glossa, [b] quod minora negotia ipse Archipresbyter determinare potest, qui habet iurisdictionem Ordinariam. Eodem modo dicendũ est de Guardianis & prioribus: quia cum sint inferiores prælati, suum munus præcisum est tantùm præesse ad minora determinandum, maiora vero referant ad prælatos prouinciales habentes iurisdictionem quasi episcopalẽ. Si verò quæras, quæ sunt minora quæ Guardiani de iure possunt, Respondetur esse omnia, quæ pertinent ad obseruantiam disciplinæ regularis, ad quæ potest suos subditos censuris cogere. Et tandem ea omnia definire valent, quæ spectant ad ordinariã gubernationem conuentus. Maiora quę nõ potest, sunt quæ præcise ad iurisdictionem episcopalem pertinent, vt licentiare subditos ad ordines sacros, instituere prædicatores & confessores, dispensare & absoluere à reseruatis & approbare seu reprobare contractus, & alienationem rerum temporalium & grauiora supplicia infligere, & id genus alia. Sed contra istam responsionem videtur obstare Pelagius Papa [c] asserens, quod tota potestas ad Abbatem pertinet. Super quibus verbis dicit Nauarrus, [d] quod plenitudo potestatis per decretum Pelagij ampliatur ad præfectos canonicorũ & Abbatissas & Prioryssas, & alias quocunque nomine vocentur: Et perconsequens potius amplianda plenitudo tota potestatis per prædictũ Pelagij decretum ad Guardianos, & alios prælatos conuẽtuum & monasteriorum. Sed respondetur quod prædictum decretum Pelagij procedit solum in Abbatibus immediate habentibus iurisdictionẽ episcopalem. Quales sunt hodie multi Abbates Ordinis Sancti Benedicti, qui à Regibus præsentãtur, & à Summo Pontifice præficiuntur, quia re vera tales Abbates sunt Prælati maiores: non autem procedit in guardianis, & prioribus Ordinum Mendicantium, qui subduntur prouincialibus & generalibus, quia hi sunt inferiores prælati. Et idem dicendum est de Abbatissis, nã prædictum decretum, nõ procedit, nisi in illis, quę habent iurisdictionem Episcopalem de quibus agitur in capitulo. dilecta. de maioritate & obedientia: non tamen intelligitur de Abbatissis simplicibus, quales sunt omnes, quæ mendicantibus subdũtur, quæ non sunt prælatæ simpliciter, sed tantum nomine tenus, prout dictum est in superioribus.

a c. fin. de offic. Archipresbyteri.
b Glo. in eodem. c. v. reiterat.
c c. nullam 18. q. 2.
d Nau. ibis. n. 4.

## ARTICVLVS IIII.

### Quam potestatem habeant Guardiani & Priores secundum sua priuilegia.

REspondeo dicendo, quod secundum priuilegia concessa à Sede Apostolica maximam habent authoritatem prædicti patres. Habent enim ipsi & quicunque præfecti locales habentes communicationẽ priuilegiorum tantam authoritatem circa suos subditos conuentuales, quantam habeant Ministri Prouinciales in tota prouincia. Hæc assertio constat primo ex priuilegijs concessis Prælatis religionum, vt habetur in compendio Mendicantium in titulo, præsertim Prælati, & in titulo Guardiani, & in omnibus titulis, in quibus ad marginem ponitur hoc nomen Prælati. In quibus omnibus cõceditur autoritas ad absolutiones, dispensationes, correctiones & alia simili-

Sub nomine tamen prælatorum in dictis priuilegijs comprehenduntur guardiani, quia vt Clemens Quartus, & Syxtus Quintus declarauerunt, guardiani sunt vere prælati, & in capitulo generali nostræ religionis Florētino celebrato anno Domini milleſimo quatercenteſimo nonageſimo primo, cuius meminit doctiſsimus [a] Corduba sic dicitur: Declaratur quod nomine prælati intelligitur Generalis, & Prouincialis, Custos, & Guardianus. Ita quod quandocumque in regula & declaratione Summorum Pontificum statutis, & ordinationibus aliquid continetur faciendum, vel prohibendum per prælatum, seu prælatos, aut de eorum licentia, seu conceſsione intelligitur de aliquo prædictorum. Eadem assertio constat ex decreto Iulij secundi, cuius meminit compēdium [b] priuilegiorum Mēdicantium, in quo conceſſit, quod omnia priuilegia & indulta ordini Prædicatorum concella, quæ spectant ad Priores conuentuales dicti ordinis, pertineant etiā ad guardianos conuentuum ordinis Minorum. Autoritas autem priorum conuentualium ordinis Prædicatorum ita magna est, vt parifi cetur, & (vt melius dicam) æquetur autoritati priorum prouincialium, vt Collector [c] priuilegiorum notat, & probat in eodem loco, non solum ex Marimagno, sed etiam ex alijs priuilegijs conceſsis ordini Prædicatorum. Et ita concludit, quod guardiani poterunt vti eadem autoritate, qua priores prædicti gaudent. Et quamuis idem Collector [d] alio loco videatur coarctare prædictā autoritatem priorum & guardianorum ad alios guardianos & priores Lombardiæ & Castellæ, hoc est intelligendum virtute illius conceſsionis ſpecialis, de qua in eodē loco loquitur. Sed virtute communicationis priuilegiorum ad omnes extenditur guardianos & priores, vt dictum est ex mēte ipsius Collectoris, attenta conceſsione Iulij. II. Ex hoc infertur, quod corrigendus [e] est idem Collector, eo quod ipsemet dixerit alio in loco, quod potestas absoluendi, & dispensandi conceſsa prælatis per priuilegia, hodie solum maneat in generalibus, & prouincialibus, & custodibus. Nam addendum erat, quod etiam manet in guardianis, vt Corduba optime adnotauit in annotationibus ad Compendiū: & idem Collector videtur se correxisse postea in multis locis, præsertim in loco superius [f] allegato. Atque ideo sit certa conclusio, quod virtute priuilegiorum habent guardiani plenariam autoritatē circa suos subditos, sicut prouinciales in totam prouinciam. An autem hæc autoritas sit ordinaria, an delegata dicetur infra.

a Cor. in an not. ad Cōpend. titu. guardianus

b Cōpē. verbo guardia. §. 4.

c Collect. in d. §. 4.

d Collect. ver. absolutio quoad fratres. §. 7.

e Collect. in Comp. ver. absolutio quoad fratres in fi. in vers. 1. dubium.

f in d. §. 4.

## ARTICVLVS. V.

### *An Generales & Prouinciales, aut Capitula generalia & prouincialia possint restringere & tollere à Guardianis & prioribus vsum dictorum priuilegiorum*

REspondeo dicendo, quòd iam diximus in superioribus posse dicta capitula suspendere & tollere autoritatem dictorū prælatorum, scilicet à guardianis & prioribus vsum prædictorum priuilegiorū. Nunc autem quantum ad nostrum propositum dico primo, quod autoritas guardianorum & priorum potest restringi & limitari per capitula generalia, & prouincialia, vt videmus quotidie fieri. Ideo guardiani, & cæteri præfecti tenentur abstinere ab vsu eorū priuilegiorū prohibito in dictis capitulis. Si tamen quæras, quæ sunt præfectis localibus prohibita: ad hoc respondeo, quod nō potest certa lege definiri, cum varia ipsis probibeātur in statutis generalibus, & prouincialibus, quæ quotidie variantur, etiam consuetudine, quæ varia & diuersa existit, secundum religionum diuersitatem. Ideo singuli prelati locales tenentur consulere suorum ordinum constitutiones, & consuetudines: nam contra illas nequeunt manū mittere, sub pœna peccati mortalis, aut venialis, secundum grauitatem materiæ: nam videntur peccare mortaliter admittendo nouicios ad ordinem, ordinando iuuenes, instituendo prædicatores, & confessores reseruando casus, absoluendo à reseruatis prouincialibus, & faciendo alia grauia, quæ expresse prohibentur facere in dictis constitutionibus, nisi dicte constitutiones expresse dicant, nolle transgressores earum ad culpam aliquam obligare, sed tantum ad pœnam, & cum eadem limitatione. Dico secundo, quod si materia non sit grauis, solum peccabunt venialiter dicti transgressores: grauitas autem & leuitas materiæ arbitrio boni

boni viri relinquenda est. Et de hoc latius dictum est in superioribus. a

a Supr. hoc tomo. q. 9. art. 3.

## ARTICVLVS. VI.

### *Vtrum generales, prouinciales, Custodes, Pirores & Guardiani habeant iurisdictionem delegatam, aut ordinariam.*

RESpondeo dicendo, quod delegatus dicitur, qui vices alterius gerit ex cōmissione, & non ex lege, vt colligitur ex iure. b Et ordinarius dicitur, qui beneficio legis habet suam authoritatem, vt docent scribentes. c Vnde Prælati religionum officio iuris communis habent suam authoritatem ex decreto Pelagij d Papæ dicentis, quod tota potestas ad Abbatem pertinet & ex iure speciali, & consuetudine non solum habent prædicti præfecti religionum authoritatem ordinariam ad causas regulares, sed etiam ad extraneas, vt scribentes latè probant, teste Nauarro, e quales sunt lites, quas seculares habent aduersus regulares, siue sint ciuiles siue criminales. Et confirmatur. Nam, vt nos probauimus suprà, prefecti religionū ex iure diuino suam sortiuntur autoritatem, ergo non sunt superiores religionum iudices delegati, sed Ordinarij. Atque adeò Concilium Salmantinum celebratum à Domino Gaspare à Stunica tunc Archiepiscopo Compostellano, declarauit, vt refert Manipulus fratrum authoritatem prælatorum regularium non esse delegatam, sed ordinariā. Ex his collige quod si nulla fuisset facta prohibitio à iure, & Pōtifice & Ecclesia, quod prælati religionum habentes iurisdictionem Episcopalem, vel quasi potuissent circà suos subditos quidquid possunt Episcopi in suos, si non essent prohibiti. Qui sicut si non essent prohibiti, quicquid potest Summus Pontifex in Ecclesia Dei id possunt Episcopi in sua diœcesi, vt præstantissimi Theologi Victoria, f & Soto ante nos docuerunt. Ita cum prælati religionum, vt sunt Generales & Prouinciales, sint pares, vt dictum est, ipsis Episcopis in potestate iurisdictionis, inde sequitur, quod possent, si non essent prohibiti omnia efficere circà suos subditos, quæ efficere potest Papa in Ecclesia Dei. Si tamen quæras in quibus casibus possunt modo dispensare præfecti regulares? Respondetur, quod possunt dispensare ipso iure in omnibus casibus, in quibus non sunt prohibiti specialiter, sicut de Episcopis tenet Bernardus, g & Syluester. & de religiosorum prælatis habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem tenet Panormitanus, h secundum Federicum & Benedictum. Quare quando dicunt Summistę i Abbates non posse dispensare, nisi in certis casibus, id est intelligendum de illis, qui sunt Episcopis subiecti vel de prelatis localibus non habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem, vt expresse dicit Panormitanus. Vtrum autem hæc iuris potestas posset coarctari, vide articulo sequenti.

b l. 1. ff de offic. eius cui mandata. & in rubrica de offi. delegati.

c Glos. in. c. cum ab Ecclesiarū de offi. iudicis Ordinarij verb. Ecclesia in fin. & Innoc. cita. in margine glo. ibidem d c. nullam 18. q. 1.

e Nau. in. c. non dicatis n. 95.

f Vict. in relectione de potestat. Eccle. q. 2. n. 28 Sot. in. 4. d. 27 q. 1. art. 4.

g Bernard: in. cap. at si Clerici de iud. Syl. v. dispensatio §. 14.

h Panor. in d. c. at si clerici de iud. § de adulte. n. 13.

i Syl. v. dispensat §. 20

## ARTICVLVS VII.

### *An potestas Prælatorum regularium possit restringi & coarctari à suis prælatis.*

RESpondeo dicendo, posse videri alicui quod non, eo quod inferiores non possunt restringere potestatem à superioribus collatam: sed potestas prælatorum regularium est illis tradita à Christo, qui non habet superiorem, ergo nulla est in Ecclesia autoritas ad coarctandam potestatem iurisdictionis, & gubernationis præfatorum regularium. His tamen non obstantibus respondetur, dicēdo primò quod nulla est in terra potestas ad tollendas omnes religiones, eo quod sit Dei expressa voluntas ex traditione constans, vt sit status religionis in Ecclesia, vt dictum est, ita non est in alicuius hominis potestate tollere Prælatos regulares ab ipsis religionibus, cum sit de iure diuino, vt prælati regularium sint religiosi prout supra probatum est. Secundo dico, quod potestas prælatorum regulariū potest restringi, & coarctari à summo Pontifice. Hæc sunt de fide. Nam de fide est quod Summus Pontifex est supremus prælatus in Ecclesia Dei, cui de iure diuino tenentur omnes obedire in his, quæ non sunt in destructionem, sed in ædificationem vt omnes Catholici docent, teste Corduba k per illa verba dicta Petro & eius successoribus, sine limitatione aliqua, pasce oues meas. Et etiam constat eadem veritas catholica per-

k Cord. li. 4 quæstionū q. 1. propositio. 8.

per traditionem ecclesiasticam. Sed maxime expedit, vt multæ causæ summo Christi Vicario reseruentur; ergo illas potest sibi reseruare, quoties sibi visum fuerit expedire. Ex quo sequitur, quod potestas iurisdictionis, seu gubernationis, quæ data est præfectis regularibus non est independens, sed dependens à superioribus omnibus. Nam ordine Hierarchico data est illis potestas. Et sic superiores religionum prę lati possunt iusta existente causa restringere & coarctare autoritatem inferiorum prælatorum, quia licet vtrisq; data sit potestas memorata iure diuino, concessa tamen est ordini Hierarchico, vt minores pēdeant à maioribus. Verum tamen est quod nequeunt maiores prælati restringere potestatem inferiorum prælatorum ordinariorum sine iusta causa. Quare si secus fecerint, peccabunt, licet factum teneat, & possunt tempore residentiæ & visitationis de ea re cōueniri & puniri: quia ex eo quod prælati omnes regulares memorati, sunt ordinarij & non delegati habent suā autoritatem vt dictum est beneficio legis non solū humanæ sed etiam diuinæ. Et ideo si ad libitum restringatur sine iusta causa iniuria illis irrogatur. Ex quibus infertur, quod omnes reseruationes & restrictiones, quæ factę sunt à iure, seu à constitutionibus religionum, & consuetudine sunt iustæ, & expedientes: in quibus casibus reseruatis nequeunt præfecti religionum aliquid efficere. Quod adeo certum est, vt nulla indigeat probatione: quia cum potestas prædictorū sit dependens à superioribus, hinc constat quod reseruationes fieri possunt à iure constitutionibus & consuetudine. Quæ nimirum reseruationes tanta autoritate factæ, expedientes existimari debent. Quare Cōcilium Tridentinum [a] non solum probat reseruationem quoad forum pœnitentiale, sed etiam quoad forum exterius, damnans sub anathemate oppositum sentiētes. Sed grandis nobis occurrit disputatio: qui sint casus reseruati in quibus præfecti religionum & Episcopi nullam habent facultatem? Ad quod dico, quod noluit eos in prę sentiarum breuiter congregare, quia in suis materijs proprijs, quæ in sequentibus tomis ventilabuntur, ducente Deo resoluentur: ad quæ curiosum doctumque lectorem remittere decreui, ne materias confunderē, sed ordinem solitum seruarem.

a Conc. Trid. sess. 14. de doct. pœn. c 7. & Can. 11

## ARTICVLVS VIII.

### *Quo iure habeant ministri ordinis Minorum iurisdictionem ordinariam in Moniales ipsis subiectas.*

REspondeo dicendo, quod Ministri supra commemorati in articulo quæstionis habent autoritatem Apostolicam, specialiter concessam in vniuersas moniales sanctæ Claræ, siue sint primæ, siue secundæ regulæ, & in tertiarias religiosas ordinis sancti Patris nostri Francisci sibi subiectas. Nam quamuis regula prima sanctæ Claræ, quam instituit Seraphicus pater, & Innocentius Tertius confirmauit, statueret vt protector earum esset præcipuus prælatus earum ad hoc, vt ex ordine Minorum idem protector ad libitum instituere visitatorem: & licet Vrbanus IIII. etiam cauerit in regula, quam ipse edidit, vt protector eiusdem ordinis esset præcipuus prælatus, qui visitatorem instituere pro Monialibus Sanctæ Clarę secūdæ regulæ: tamē ipsa experientia cogente, pluribusque rationibus ad id suadentibus quidam protector Matthæus nomine fecit concessionem regiminis Monialiū, & earū gubernationē pleno iure commisit generalibus & prouincialibus Minorum fratrum, vt constat ex libro [b] nuncupato Monumenta ordinis, primæ impressionis. Verum vt quidam [c] notant, prælati ordinis noluerunt acceptare commissionem ab ipso, neque ab alio protectore concessam, tum quia talis commissio erat infirma, expirabat enim per mortem concedentis, tum etiam, quia expediebat, vt commissio Monialium esset specialiter & immediate concessa à summo Pontifice ad sedandas conscientias prælatorum, quibus ex regula prohibetur ingredi monasteria Monialium, sine speciali licentia sedis Apostolicæ. Quare Innocētium Quartum legitur fuisse primum, qui gubernationem Monialium generalibus commisit, & prouincialibus Ministris, vt constat in eius literis relatis, & confirmatis per Bonifacium Octauum qui statuit & declarauit, *quod quæcunque Moniales commissæ fuerint gubernationi fratrum Minorū virtute alicuius indulti Apostoli-*

b fol. 33.

c frater Ioā nes de Arguman in Clypeo Monial. c. 11.

*stolici, non propterea intelligantur esse Ordinis prædicatorum fratrum, sed quod huiusmodi commissio ad hoc extendatur, vt moniales sic commissæ gaudeant priuilegijs concessis & concedendis prædictis fratribus: quodque prælati Ordinis exhibeāt eisdem monialibus de constitutionibus prædicti Ordinis Minorum ea, quæ illis competere possunt. Ac etiam quod Ministri per se, vel fratres suos, quos ad hoc idoneos viderint, visitationis officium eis impendant corrigendo, & reformando tam in capite, quam in membris, quæ correctione & reformatione nouerint indigere, instituendo & destituendo, mutando & ordinando prout secundum Deum viderint expedire. Ita tamen quod electio Abbatissæ libere pertineat ad conuentum, & quod confessiones earundem monialium audiant, & eis Ecclesiastica sacramenta administrent. Ac insuper quod possint assignare, & deputare aliquem Capellanum sæcularem, discretum tamen, & prouidum, qui in necessitatis articulo prædictarum monialium confessiones audiat, & alia sacramenta ministret, necnon diuina officia celebret.*

Hæc cōcessio habetur in libro Monimenta ordinis nuncupato in secunda impressione. Post [a] Innocentium verò alij summi Pontifices contulerunt immediate eisdem generalibus & prouincialibus ministris plenariā autoritatem ad cūctas religiosas Sāctæ Claræ, quocunque nomine appellentur gubernandas, vt constat ex Extrauagante Eugenij Quarti, quæ incipit, ad ea, habita in eodem [b] libro. Tandē idem Eugenius Quartus decreuit, vt prædictæ Moniales Sanctæ Claræ & Tertiariæ Sancti Francisci præsentes & futuræ volentes viuere in regulari obseruantia gubernarentur per vicarios generales & Prouinciales eiusdem obseruātię.

a Fol 33. cōcess. 35.

b fol. 39.

Et reddit rationem Summus Pontifex, quare voluit prædictas religiosas subijcere gubernationi Minorū fratrū dicens, id statuisse, quia certo experimēto illi constabat salu berrimam gubernationem, sub cura prædictorum fratrum easdem religiosas hubuisse, & hodie & præsenti & in posterum habituras sperabat, vt cōstat ex extrauaganti ordinis, ex reuelatione habita in eodem libro [c] primo. His sic constitutis quoad iurisdictionem prouincialium in moniales & religiosas dubitatum fuit inter fratres, quāta esset autoritas prælatorum in Moniales. Et ideò Iulius Secundus decreuit, & statuit, quod Ministri Prouinciales habeāt in vniuersas Moniales sibi subditas eādem autoritatem, quam habebat protector concessā per Vrbanum Quartum per regulam, quā ipse edidit & composuit, vt constat in extrauaganti ex reuelatione, in loco superius allegato. [d] Verum, si roges quæ erat potestas Protectoris? Respondetur quod erat valde magna. Nam prædictæ Moniales tenebātur prædicto protectori obedire, & ipse Protector tenebatur habere curam animarum ipsarum monialium. Atque ideo eisdē monasterijs & personis degentibus in eis capellanis, conuersis, & famulis tam perse, quam per alios viros idoneos quoties expedire videbitur, visitationis officium impendere tenebatur, corrigendo, & reformando ibidē tam in capite, quam in mēbris, quæ correctionis & reformationis officio nouerint indigere, instituentes & destituentes, ordinantes & disponentes secundum Deum prout melius viderint expedire, vt cōstat in regula Vrbani [e] Quarti. Et tamen ipse Protector non solum ingredi, sed etiam præstare licentiam poterat ad ingrediendum alijs personis, vt constat in eadem regula. [f] Sed hæc potestas restricta est per Martinum Quintum. Et ideo nostri prouinciales nequeunt ingredi, neque licentiare personas, nisi in casibus expressis & necessarijs, vt aduertit Collector [g] cum omnibus communiter, & dicetur infra in hoc tomo agendo de clausura monialium.

c fol. 42.

d folio. 212. concel. 527.

e Cap. 25.

f Cap. 18.

g Colle. in cōp. Mend. titu. moniales. §. 21.

## ARTICVLVS IX.

*Vtrum prædicta autoritate concessa prælatis respectu monialium Sanctæ Claræ sit reuocata per Concilium Triden*

*dentinum, & extendatur ad Moniales Conceptionis.*

REspondeo dicendo, quod prædicta autoritas prælatorum regularium respectu monialium non est sublata per Concilium Tridentinum, imo ipsum Concilium a generaliter confirmat omnia priuilegia quæ non sunt contra ipsum. Adeo quod expresse decreuit ipsummet Concilium b moniales, quæ à regularibus reguntur, eorum iuri esse relinquendas. Et eadem autoritas irreuocata per Concilium Tridentinum respectu Monialium Sanctæ Claræ, extenditur ad moniales Conceptionis: nam in sua regula tenentur prædictæ moniales subesse gubernationi fratrum Minorum, vt cōstat in earū regula, c in qua sic etiā dicit Iulius II. *Volumus etiam, quia ex quo fratres Minores indefesso studio & vigilantia puritatis & innocentiæ Dei genitricis defensores existunt, quod Vicarij Generales in suis vicarijs, & Prouinciales, & Custodes in suis Prouincijs & custodijs sint visitatores huius sanctæ religionis, quibus moniales teneantur firmiter obedire in omnibus, quæ promiserunt Domino, obseruare, & quæ non sunt contraria animæ, & regulæ suæ.* Et tandem Leo Decimus post vnionem Ordinis, in qua sigillum Ordinis, & ministratus ad obseruantiam facta est trāslatio, præcepit omnibus monialibus, vt subijciantur omnibus statutis in Capitulis generalibus vel Prouincialibus factis, vt constat in libro d Ordinis tertiæ impressionis in extrauagante, cum sit. Ex his omnibus colligitur, quod si de nouo constituantur aliqua monasteria Sanctæ Claræ Conceptionis ipso facto subdantur Prouinciali Minorum & Capitulo Prouinciali illius Prouinciæ, in qua fuerit erigendum absque alia noua prouisione. Atque adeò sequitur, quod si aliquod monasterium de nouo constituendū ex dictis Ordinibus sit gubernandum per diœcesanum, vel alium superiorem, qui nō fuerit ex nostro Ordine, quod id fieri non potest sine speciali autoritate Sedis Apostolicæ: quia, vt dictum est, ipso facto prædicto rum monasteriorum gubernator est minister Prouincialis. Et ideo, vt aliquod monasterium monialium sit immediatum nostro Reuerendissimo Patri Generali, necesse est, vt per suam Paternitatem eius gubernatio temporalis & spiritualis ipsi ab ipsomet reseruetur: si enim non reseruetur, ministro Prouinciali erit subiectum immediatè.

a Con. Tri. sess. 25. c. 20. de regul.
b Con. Tri. sess. 25. cap. 9 de regul.
c Cap. 4.
d fol. 40. cō cess. 128.

## ARTICVLVS X.

### *An potestas Prouincialium in Moniales sit ordinaria, vel delegata.*

REspondeo dicendo, quod absque dubio est ordinaria. Nam quanuis huiusmodi potestas sit ex priuilegio & commissione, quia tamē ista priuilegia sunt perpetua conferūt proinde autoritatem ordinariā: quare iure optimo possunt prouinciales constituere Cōmissarios pro ipsis Monialibus visitandis, quanuis eis id non sit speciali ter concessum, quia ex vi suæ commissionis ordinariæ eosdem Commissarios creare possunt Prouinciales. Imo de facto olim ita fieri solebat: nam Prouinciales statim creabāt visitatores quosdam, qui nihil aliud curabant, nisi quæ ad gubernationem monialiū spectare videbantur. Sed quia experimento deprehenderunt id non expedire, earum curam sibi retinent ministri Prouinciales.

## ARTICVLVS XI.

### *Vtrū autoritas iurisdictionis Prælatorū regularium in nouitios sit delegata, vel ordinaria.*

REspondeo dicendo, quod prælati regulares habent multa priuilegia, quibus possunt absoluere & dispensare cum religiosis, & cum venientibus ad religionem: quæ priuilegia sunt perpetua. Vnde cum iurisdictio manans ex concessione perpetua facta à Papa, vel Principe, vel communitate non recognoscente superiorem sit ordinaria, videtur dicendum iurisdictionem super nouicios ordinariam esse, iuxta tradita per glossam, e Bartolum, & Baldum. Et hanc doctrinam tenet Bartolus f & clarissime Baldus, cuius verba sunt: nono quæritur, vtrum commissio faciat quem ordinarium seu dele-

e Glo. & ibi Bar. in l. plurib. ff. de procurat. glos. in c. fi. de offi. ord. ibi cū concessum fitei priuilegiū perpetuum quam dicit vnicam ibi Baldus.
f Bar. in l. 1. §. si plures ff. de exerci. act. colu. 1. Bald. in l. vnica. ff. de offi. consul.

seu delegatum. Respondeo: si est commissio perpetua, facit ordinarium; si autem temporalis facit delegatum. Et hanc eādem opinionem tenent Panormitanus [a] & Nauarrus. Et dicendum videtur idem de iurisdictione, quam habent prædicti prælati quoad sæculares, saltim in partibus Indiarum occidentalium: quia Adrianus Sextus concessit prouincialibus Indiarum Mendicantium Ordinum, q̄ omnia priuilegia per suos antecessores concessa & concedenda fratribus Indiarum possint cōmunicare suis fratribus. Ex quo infertur quod priuilegia, quæ concedunt aliquid prælatis super laycos, vel super fratres, vel quæ in posterum concedentur, possunt per Prouinciales communicari suis fratribus: quod est valde notandum & mente tenendum. Et aduerte, quod talis cōmissio facta fratribus per mortem ipsorum prælatorum non expirat. Dicit enim Sylue ster, [b] quod gratia concessa autoritate Papæ durat mortuo Papa, durat etiam mortuo prælato eam concedente, vel à suo officio amoto. Eandem opinionem tenet Panormitanus. [c] Et ratio est: quia præfati prælati nō committunt dictam potestatem sed Papa, quia autoritate eius committunt. Ait enim idem Panormitanus, [d] quod quā do delegatus Papæ, præcipit aliquid, præcipit illud autoritate Papæ. Ex quo infertur, quod si prouinciales alicui fratri commiserint particulariter & expresse facultatem Pij Quinti ad dispensandum cum incestuosis, vel cum his, qui post votum simplex castitatis matrimonium inierunt, vt possint petere debitum, quod non est opus ab alio Prouinciali petere dictam autoritatem: dato quod ipse, qui commisit talem facultatem dicto fratri mortuus sit, vel eius officiū finiatur. Et ratio huius est, quia dictus frater habet dictam autoritatem & priuilegium, non autoritate eius, sed Papæ, qui concessit ei vt committere possit.

At verō non ex hoc inferas, quod Prouinciales dictam, vel aliam similem autoritatem suis fratribus communicantes & committentes, vel alij eorum successores nō possint tollere dictam potestatem à dictis fratribus, quando sibi visum fuerit bene. Quoniā ex literis Principis non debemus intelligere per ipsas velle inferre alicui præiudicium vel tollere eius ius, nisi expresse & clare id exprimat, prout continetur in iure, [e] & tradunt Panormitanus & Syluester: quia in dubio non debemus præsumere de Principe, quod velit aliquid concedere, cum graui alterius dispendio. Et certe graue dispendium esset illatum obseruantiæ regulari, si subditus habeat velle ac nolle contra voluntatē sui prælati. Et quando Papa de hac læsione & dispendio nullam facit mentionem minime dictum ius tollere videtur. Et prouinciales remanent cum sua plenaria autoritate ad tollendam licentiam supradictam, vbi & quando iuste eam tolli debere existimauerint. Dixi iuste: nā sine iusta causa peccabunt eam tollendo, cum talis facultas sit à Papa: at tenebit factum. Et supradicta cōfirmantur: nam prouinciales habent autoritatem declarandi priuilegia, & sic possunt declarare vsum talis priuilegij ab ipso fratre abstrahi esse conuenientissimum. Aduertendum insuper circa superiora præfatos prælatos esse ordinarios, non obstante, quod aliquibus videatur dictam facultatem & potestatem illis concessam non esse iurisdictionem, cum in absolutione & dispensatione autoritate papali magis eis videatur committi arbitrium, quam iurisdictio. Nam ad hoc respondetur, quod dato casu, quod sit arbitrium, & non iurisdictio; adhuc in huiusmodi arbitrio sunt ordinarij, & non delegati. Ita tenet Bartolus in quadam lege: sed longius & singularius in repetitione alterius legis, in qua semper loquēs in arbitrio; in hæc doctissima prorumpit verba: [f] An autem videatur concessum per modum cuiusdam iurisdictionis ordinariæ vel delegatæ. Dico verba statuti, seu reformationis cōcedentis statuta esse diligenter inspicienda. Si enim hoc concedit officium, vt quia dicunt illa verba: Ad officia priorum pertineat arbitrium, &c. Videtur concessum officium: & tunc priores poterunt vigore sui officij ex potestate ordinaria. Ponderanda sunt valde præfata verba Bartoli: quia non dicit, an videatur concessa iurisdictio ordinaria in arbitrio, sed an videatur concessum arbitrium per modum iurisdictionis ordinariæ. Ex qua ponderatione colliguntur duo, & ambo singularia in proposito. Vnum, quod nō idem sunt arbitrium & iurisdictio: secundum quod potest concedi arbitrium ad instar iurisdictionis ordinariæ. Et eandē opinionem tenent Baldus. [g] Et sic ex omnibus supradictis apparet euidenter, quod autoritas, de qua supra, est ordinaria, & non delegata, cum sit commissa officio & non personæ

[a] Panor. in c. quoniam de offi. delegat. §. cæterū. n. 1. Nauc. 27. n. 42.

[b] Sylu. ver. gratia &. v. indulgētia. p. 7.

[c] Panor. in cum ad hoc de cleric. nō resident.

[d] Panor. in c. cum in iure de offic. delegati. n. 2. not 3.

[e] ca. 1. de filijs presby. li. 6. Panor. in d. c. cum ad hæc Syl. v. priuil. § 3

[f] Bar. in l. 2. ff. de opt. leg. in fin. col. & in l. ambitiose. ff. de decretis ab ordi. faciend.

[g] Bald. in l. more. ff. de iurisdictio. omniū iud. in fin. col.

personæ nominatæ, & quia est commissio perpetua & nō temporalis facta à supremo Principe Papa, qui in terris non habet superiorem.

## ARTICVLVS XII.

### Quam potestatem habeant Abbatissæ.

REspondeo dicendo, quod Abbatissa statim post confirmationem, potest conferre Ecclesias & beneficia & instituere clericos in Ecclesijs ad suum monasterium pertinentibus, sicut faciunt alij prælati iuxta ea, quæ dicuntur in iure, [a] & tradit glossa à Panormitano ibi approbata. Ex qua elicit duo. Primum quod Abbatissa est capax collationis beneficiorum: & sic potest habere ius conferēdi & instituēdi: ista enim sunt iurisdictionis spiritualis, & non ordinis. Vnde Abbatissa potest habere sub se clericos sæculares. Quod intellige de iure speciali: vt puta, si habeat Capellas ex priuilegio, vel præscriptione pleno iure subiectas. Nam tunc clerici illarum Capellarum illi subijciuntur. Et dicitur pleno iure, videlicet, in spiritualibus & tēporalibus, prout explicat glossa. [b] Et quod dictum est, quod Abbatissa potest constituere clericos, &c. aliqui limitant hoc verum de institutione, quæ dat possessionem, & titulum non autem de institutione autorizabili, per quam datur potestas exercendi curam animarum ligandi atque soluendi, secundum quod notat Panormitanus. Ratio est, quia ea quæ pendent à potestate clauium, non cadunt in mulierem etiam alias habentem iurisdictionem spiritualem. Vnde Abbatissa non potest absoluere moniales à peccatis [c] earum, neque excommunicare. [d] Ex quo infertur, quod non habens ordinem non potest excommunicare, licet sit persona religiosa. Et sic si esset aliquod Collegium religiosorum non habentium ordinem non posset excōmunicare suos subditos superior eorum, ordinem non habens, neque suspendere ab officio, neque interdicere ab ingressu Ecclesiæ, & à diuinis efficijs possunt. Et hanc opinionem sequūtur communiter Doctores, [e] dicentes, quod licet Abbatissa suspendere possit ab officio & beneficio subtrahere prębendas, & lato modo interdicere & suspendere ab ordine, vt puta præcipiendo subiectis ne celebrent, donec satisfecerint: tamen

a ca. nostr. & c. nosc. it. de his qui fiūt à prælatis. c. dilect. iuncta glos. & ibi Panormi. de maiorit. & obed.

b Glo. in Abbates de priuil. lib. 6.

c Nouæ de pœni. & remissio.

d c. dilecta.

e Doct. in. d. c. dilecta.

strictè proprieque interdicere, vel suspendere non potest ab ordine, ea, scilicet, suspensione, & interdictione, quæ earū transgressores pœna irregularitatis ferit. Probatur hoc ex eo quod excommunicatio, suspensio, & interdictum continentur appellatione censuræ, vt habetur in iure. [f] Vnde cum Abbatissis interdicatur excommunicare ratione incapacitatis, etiam reliqua ipsis interdicuntur, cum sint censuræ, & cum omnia pēdeant ab ordine. Hæc Panormitanus. [g] Vnde Abbatissa quando præcipit suis officialibus, vt excommunicent, non excommunicant ipsi autoritate Abbatissæ, sed autoritate Papæ secundum Archidiaconum. Denique quæcunque competunt Abbati, ea ferè omnia locum habent in Abbatissa. Nam & non minorem quam Abbas administrationem habet, eique comparatur iuxta tradita à Baldo [h] & Iasone, & ab alijs, quos refert & sequitur Marcus Antonius Cuquus.

f c. quæreti de verbo. significatio.

g Panor. in d. c. dilecta.

h Bald. in. c. 1. in princ. col. 6. qui feudum dare possunt Abbas in c. 2. in prin. de his qui fiunt à Prælatis Iaſ. in d. titul. qui fœud. dare poſſ. n. 6. Cuquus lib. 3. maior. inſt. tit. 3. de Abbatiſ.

## QVÆSTIO XVIII.

### De Abbatibus quoad potestatem conferendi ordines, & dandi dimissorias suis subditis in sex articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæruntur sex.*

1 *VTrùm Abbates possint cōferre ordines minores suis subditis.*

2 *Vtrùm Abbates non benedicti possint prædictos ordines suis subditis conferre.*

3 *Vtrùm Abbates ordinis Cistercij habeāt potestatem conferendi ordines sacros suis subditis.*

4 *Vtrùm dictum priuilegium sit abrogatum per Concilium Tridentinum.*

5 *Vtrùm regulares possint ordinari cum literis dimissorijs suorum prælatorum.*

6 *Vtrùm cum dictis dimissorijs teneantur Episcopi ordinare religiosos nullo præcedēte examine.*

AR-

## ARTICVLVS I.

### Vtrùm Abbates possint conferre ordines minores suis subditis.

REspondeo dicendo, quod Abbas potest populum solenniter benedicere in Ecclesijs pleno iure sibi subiectis post missarum & matutinarum precũ officia. Alijs autem in locis, nec per vias transeundo nõ potest Abbas publice benedictionis munus solẽniter impartiri, nisi ex priuilegio speciali hanc potestatem sit cõsecutus, iuxta ea, quę in iure [a] communiter à Doctoribus notantur. Item Abbas pontificalibus insignijs decoratus, si in presbyterorum ordinem sit receptus, benedictusque (vt in tali dignitate & officio fieri consueuit) potest monachos suos, atque eos, qui monachi esse volunt, ne dũ inter psalmistas, sed inter lectores & ostiarios eos recipere prout notant communiter scribentes in iure. [b] Exteras verò personas, nisi priuilegio speciali hoc sit ipsis concessum, ad prędictos ordines admittere non potest. Quare debebit ilico probare Abbatis priuilegium, qui ab eo se promoueri impetrauit, prout tradit Parisius, [c] quem sequitur Rebuffus. Et Concilium [d] Tridentinum ipsis Abbatibus id ipsum concedit, dicẽs, Abbatibus, & alijs quibuscunq; quantũuis exẽptis non liceat inposterũ infra fines alicuius diœcesis consistentibus, etiam si nullius diœcesis, vel exempti esse dicantur cui quam, qui regularis subditus sibi non sit, tõsuram, vel minores ordines conferre. Ex quibus verbis Concilij colligitur iam non esse verã opinionẽ aliquorum, quos refert & sequitur Baptista [e] de Salis dicentium, quod Abbas inuitatus ab alio Abbate exẽpto poterit ordinare monachos alterius monasterij exempti. Nam iuxta verba Concilij Tridentini ibi, qui sibi subditus non sit, hæc opinio minime modo potest teneri. Verum est tamẽ, quod si ipsi Abbates supradictos ordinet, characterẽ imprimẽt, argumento eorũ, quæ scribit Vrbanus [f] Papa Hugoni Lugdunensi Archiepiscopo, dicens, quod clerici ab Episcopo alterius parochiæ ordinati à proprio in suis ordinibus recipi possunt. Ex quo loco duo colligũtur. Primum, quod ipsi clerici recipiũt characterẽ. Secundũ, quod non ipsis conferunt executionẽ ordinum si quidẽ ait Vrbanus, quod à proprio Episcopo in suis ordinibus recipi possunt: quæ verba præsupponunt ordinatos esse suspensos ab ordinũ executione. Et sic in nostro proposito dicti monachi extranei ordinati ab Abbate characterẽ recipiunt, sed executio ordinũ illis minime confertur. Neq; hoc inuenio in sacrosancto Concilio Tridentino reuocatum. Solum enim Concilium Tridentinum prohibet ipsis Abbatibus ordinare illos, qui sibi subditi nõ sunt: nõ tamen decidit ipsos Abbates ordinando suos non subditos, illis minimè characterem conferre. Et regula est notissima in iure, quod per subauditos intellectus non debẽt iura antiqua corrigi iuxta glossam [g] singularem: præcipuè quando nõ est tanta ratio in casu legis corrigendæ, quanta in casu legis nouæ corrigentis iuxta ea, quæ notantur in iure, [h] & tradit doctissimus Nauarrus. Et iuxta supradicta debet intelligi priuilegium concessum ab Innocentio Papa Octauo expeditum anno Dñicę incarnationis [i] millesimo quatercentesimo octuagesimo nono, ad petitionẽ Ioannis Abbatis Cistertij. In quo datur facultas ipsis Abbatibus ordinis Cistertij pro tẽpore existẽtibus, vt omnes ordines minores personis ordinis eiusdem intra monasteria possint conferre. Et aduertendum, quod hoc priuilegium cum sit facultatiuum, & ad dignitatem Abbatialem pertineat, ei per nõ vsum derogare non possunt Abbates: quin etiam post longum tempus mutata voluntate eo vti possunt, iuxta tradita à Felino. [k]

a Ca. Abbat. vbi glo. ver. plenitudin. de priuil. in 6.

bc. Abb. vbi Francus de priuil. lib. 6. c. quoniam vbi glos. & Cardi. Alexandrinor. d. 69.

c Paris. cõs. 125. lib. 4. Rebuf. in praxi benefi. 1. p. tit. de clerico. & à quibus & quomodo creãdi. n. 15

d Con. Trid. de refor. sess. 23. c. 10.

e Salis in sũma. v. Abb. in princ.

f Habet. q. q. 2. Lugdunens. parochiæ.

g Glo. in. c. cupientes. 5 quod si per viginti, de elect. lib. 6.

h auth. quas actiones. de sacrosant. Ecclesijs Nauar. lib. 5. consil. tit. de priui. consi. 15.

i Habet. lib. priuil. ordi. Cisterti. priuile. 118. fol. 156.

k Felin. in c. cum accessissent. de constit.

## ARTICVLVS II.

### Vtrùm Abbates non benedicti possint dictos ordines minores suis subditis conferre.

REspondeo dicendo, *Quod licet munus benedictionis eisdem Abbatibus non impendatur, omnibus tamen & singulis honoribus præeminentijs, priuilegijs, prærogatiuis, iuribus & insignijs Abbatibus Benedictis competentibus fungi possunt*, Prout concesserunt Eugenius Quartus, & Iulius Secundus ordini Cistertij, & Congregationi montis Oliueti, & Sanctæ Iustinæ, seu montis Cassini,

sini, & cōcesit etiam Leo Decimus congregationi Chamaldulensi; prout tradit Collector [a] priuilegiorum ordinis Cistertij. Inferens inde vt ijdem Abbates non benedicti minores ordines, prout de iure, & in forma Concilij Tridentini, suis subditis libere conferre valeant. Et hoc ipsum poterant Abbates non benedicti electi in Abbates, si Episcopi differant eos benedicere, iuxta ea, quæ communiter à Doctoribus in iure [b] notantur. Et ista concessio facta Abbatibus non benedictis non multum distat ab his, quæ in iure traduntur. Nam secundum ius [c] in Episcopis necessaria est consecratio, in Abbatibus verò benedictio. Verum in his hoc contingit diuerso modo. Nam Episcopus non dicitur, nisi sit consecratus, prout dicunt Canones, [d] & tradit Panormitanus & proinde potest repelli per exceptionem ne fiat Episcopus vsque ad consecrationem prout quædam decretalis [e] determinat: At Abbas electus & confirmatus in Abbatem ante benedictionē dicitur Abbas & in negligentiā & contumaciā superioris nolentis eū benedicere ipse non benedictus potest suos monachos benedicere aliaq; eius prelaturæ munia obire. Quorum differentiæ ratio est, nam per consecrationem Episcopi confertur Ordo, vt notatur in proœmio Syxti. Et sic eius consecratio dicitur in iure [f] ordinatio. At per benedictionē Abbatis non confertur ordo neque ipsa benedictio in iure dicitur ordinatio, vt post Oldradum [g] tradit Petrus Gregorius. Vnde non est mirum quod Summi Pontifices Abbatibus non benedictis dictum cōcesserint priuilegium: cum ipsi electi & confirmati in Abbates ante benedictionem sint vere Abbates, & per benedictionem nulla ipsis ordinatio conferatur.

a Habet. in d. cōpē. tit. Abb. §. 4 & 5.

b c. 1. de supplenda neglig. Prelat. c c. 1. de supplenda neglig. prælatorū Clem. 1. §. statuimus de electione.

d c. licet de transl. at. Episcopor. c. tua de his, quæ fiunt à prælat. sine consensu Capituli Panor. in c. ea ante de rescript. e c. superhis de accusat. ca. nosti de electione.

f c. quoniā quidā. 75. d.

g Oldrad. cō cesi. 14. Greg. lib. 17. tyntagmatum iuris. 2. p. c. 14. n. 3.

## ARTICVLVS III.

*Vtrùm Abbates ordinis Cistertij habeant priuilegium conferendi ordines subdiaconatus, & diaconatus suis monachis.*

RESpondeo dicendo, quod Innocentius Papa Octauus expediuit anno Dominicæ incarnationis millesimo quatercentesimo octuagesimo nono quoddam singulare priuilegium [h] ad petitionē Ioannis Abbatis Cistertij. Cuius priuilegij verba sunt. *Ac ne monachi dicti ordinis pro suscipiendis subdiaconatus & diaconatus ordinibus extra claustrum hinc inde discurrere cogātur, tibi & successoribus tuis, & quibuscunque dicti ordinis monachis: Aliis vero quatuor Abbatibus præfatis eorum successoribus, vt suorum monasteriorum prædictorum religiosis, quos ad id idoneos reperietis subdiaconatus & diaconatus ordines huiusmodi alias rite conferre.* Hæc Innocentius. Circa quod priuilegium est aduertendum, quod multi tenent, inter quos est Scotus, Durandus, & Adrianus, quod is qui non est Episcopus non potest confirmare ex commissione Papæ allegantes ad hoc aliquos Canones: [i] Et à fortiori non poterit ordinem sacrum conferre. Et licet Diuus Thomas & communis Theologorum, [k] & Canonistarum [l] teneant presbyteros ex commissione posse confirmare: quos non sine magno labore defendit Sotus. [m] Idem tamen Diuus Thomas affirmat ibidem non posse presbyterum ex commissione Papæ conferre vllum ordinem sacrum, quod etiam prædictus Soto concedit. Et à fortiori omnes alij, qui affirmant illum non posse etiam de commissione Papæ confirmare, debent hoc ipsum concedere. Ex quibus videtur Summum Pontificem minime potuisse concedere dictis Abbatibus priuilegium & facultatem conferendi suis subditis supradictos ordines sacros, cum commissione Papæ presbyteris hæc facultas minimè possit communicari. Vnde doctissimus [n] quidam vir sentiens hanc difficultatem priuilegium supra positum nixus fuit explicare dicens, quod ipsis Abbatibus tantum in eo conceditur facultas, vt in suis monasterijs possit quilibet Antistes catholicus suos subditos sacris ordinibus insignire. Quæ explicatio aliena est à litera dicti priuilegij, vt patet intuenti. Et sic concludo dicendo. Primò, non posse negari

h Habet. in lib. priuile. dicti ordin. priuile. 118. fol. 156.

i ca. manus de conse. d. 5. c. quando de consec.

k Theo. in 4 d. 7.

l In. ca. peruenit. 95. d. & in. d. cap. quanto.

m Sot. in. 4. d. 7. q. vnica ar. 2.

n Henri.

gari, Summum Pontificem supradictum priuilegium concessisse dictis Abbatibus. Secundo dico, Summum Pontificem id concedere potuisse, siquidem de facto ipsum concessit, & Patres supradicti eo vsi sunt, prout accepi à patribus dicti ordinis, quod non concederetur, & quo non vteretur, si secundum ius [a] non posset ab ipso Papa concedi, argumento eorum quæ in iure notantur.

a cap.

## ARTICVLVS IIII.

### *Vtrùm dictum priuilegium sit abrogatum per Concilium Tridentinum.*

REspondeo dicendo, quod Concilium Tridentinum [b] videtur solis Episcopis reseruare ordinationem ad sacros ordines, dicens, vnumquemque debere à proprio Episcopo ordinari, quod si quis ab alio promoueri petat, nullatenus id ei etiam cuiusuis generalis, aut specialis rescripti, vel priuilegij prætextu, &c. Et idem Concilium [c] Tridentinum ait, ne Abbates conferant minores ordines alijs quam suis monachis, significando, non debere conferre sacros ordines etiam ipsis. Et idemmet Concilium Tridentinum [d] statuit, vt neque regulares sine diligenti examine Episcoporum ordinentur, derogando priuilegia omnia contraria. In quo loco duo videntur statui, primum est, quod regulares debent sacris ordinibus ab Episcopis initiari. Alterum est, quod id debent facere præmissa diligenti examinatione, quod videtur esse contrarium priuilegio concesso alicui Abbati ad ordinandos suos subditos sacris ordinibus. Et licet Concilio aliqui respondeant, non possunt tamen negare eius hanc fuisse mentem. Et Syxtus Quintus anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo sexto, die vigesima quinta Iulij confirmauit priuilegia ordinis Cistertij, quatenus sunt in vsu, & decretis Concilij Tridentini non aduersantur, prout refert Collector, [e] priuilegiorum huius ordinis Cistertij. Et huius priuilegij tenorem in quæstione de communicatione priuilegiorum proponemus. Et hoc confirmatur. Nam Pius Quartus, prout sæpe dictum est in superioribus, omnia priuilegia contraria decretis Concilij Tridentini reuocauit. Et hanc opinionem in proprijs terminis tenet Nauarrus, [f] & Collector priuilegiorum dicti ordinis, huius videtur esse opinionis. Nam neque in verbo Abbatis, neq; inverbo ordo, neq; alibi huius priuilegij mentionem fecit.

b Cõc. Tri. sess.23. de reform. cap.8.

c Cõci. Tri. vbi su. c.10.

d Con. Tri. ca.12. in d. sess.

e habet. in cõpẽ. priuil. ord. Cister. tit. commu. in cas. priuilegiorũ. §.2.

f Nau. lib.5. consil.ti. de priui. cõs.15

## ARTICVLVS V.

### *Vtrùm regulares possint ordinari cum literis commendatitijs suorum prælatorum.*

Nuranda in suo manuali fol. 529.

REspondeo dicendo, quod regulares fiunt suspensi, si absque reuerendis prijs prælati initiantur sacris, prout tenet Quintilianus Mandosius. [g] Vnde cũ proprius prælatus regularium sit eorũ prouincialis colligitur, dictum autorem tenere dictos prouinciales posse concedere dimissorias. Et hãc opinionem in proprijs terminis tenet Nauarrus [h]. Et probatur: nam Concilium [i] Tridentinum decreuit nullum ab alieno Episcopo ordinari debere, nisi eius probitas, & mores ordinarij sui testimonio commendẽtur. Et certum est, dictos prouinciales esse ordinarios respectu suorum subditorum, iuxta late tradita in quæstione superiori. Probatur deinde exeodẽ Concilio [k]: quod à contrario sensu probat Abbates exemptos posse dare literas dimissorias suis regularibus ad ordines suscipiendos. Et hanc opinionem tenet Henriquez [l] Sed quia non obstante autoritate dictorum patrum, & non obstantibus etiam rationibus supra adductis: aliqui domini Episcopi nolunt ordinare religiosos sine literis commendatitijs Episcoporum, vbi habent suam habitationem, nolentes eos ordinare cum literis commendatitijs suorum prælatorum regularium, quasi aliquod magnum sacrilegium contra decreta sacri Concilij Tridentini committant, libuit hic referre constitutionem Clementis Octaui nunc fœliciter Ecclesiam Dei regentis, quam vidi sub sigillo authentico in libro [m] priuilegiorum Illustrissimi monasterij de Alcobaça regni Portugaliæ, cuius tenor est huiusmodi.

g Mando. in Can. col. regul. 24. q. 2.

h Nau. lib.1. cõs. titu. de temporib. ordi. cons. 21

i Cõc. Trid. de ref. sess. 23 .c.8.

k Cõc. Tri. sess. 23. de reform. ca. 10. & sess. 14. de reform. ca. 2

l Henriq. li 7. de indul. c. 26. in principio.

m pag. 56.

*Clemens Octauus ad perpetuam rei memoriam, vt ea quæ pro Ecclesiasticarum personarum, quarum libet præsertim regularium quiete & tranquillitate statuta & declarata sunt debitæ executioni demandentur ex iniuncto nobis apostolicæ seruitutis officio, prout in Domino conspicimus expedire, prouidere debemus. Sane dilecti filij generales Abbates & vtriusque sexus regulares personæ congregationis Beatæ Mariæ de Alcobaça Cistercienſis Regnorum Portugaliæ nobis exponi fecerunt, quod cũ alias per congregationem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium decretorum Cõcilij Tridentini interpretum declaratum fuerit, licere Abbatibus Benedictis, vel quibus à Sede Apostolica concessum sit priuilegium, vt possint omnia facere, quæ possunt Abbates Benedicti tonsuram minoresque ordines suis subditis regularibus tantum conferre, aliaque Pontificalia huiusmodi Abbatibus competentia in sui ordinis monasteriorũ Ecclesijs & limitibus excercere taliterque ordinatos, siquid aliud nõ obstiterit legitime posse à quibusuis ordinarijs ad vlteriores ordines promoueri, necnõ monachos à diœcesanorũ superioritate & iurisdictione exemptos absque illorũ literis dimissorijs à quibusuis locorũ ordinarijs cũ testimonialibus literis suorũ superiorum tantũ ad omnes etiã sacros & presbyteratus ordines admitti debere. Hæc Clemẽs Octauus. Quibus positis, & alijs quæ circa prouisionem parochialiũ Ecclesiarũ vnitarum dicti ordinis monasterijs declarauerũt illustrissimi cardinales, & Pius V. determinauerat ad confirmationem prædictorũ se accingens, Clemens VIII. in hæc prorũpit verba. Quare generalis reformator, Abbates & vtriusque sexus regulares prsonæ prædicta nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus supradicta prout decreta sunt approbare eaque omnia inuiolabiliter abseruari mãdaremus. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati decreta & ordinationes huiusmodi apostolica autoritate tenore præsentiũ approbamus, eaq; per quoscunq; Archiepiscopos, Episcopos vel alios locorum ordinarios inuiolabiliter perpetuo obseruari debere statuimus & ordinamus; decernentes sic & non aliter per eosdem & alios quoscunque iudices Ordinarios & delegatos etiã Sãctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales & causarum Palatij Apostolici auditores, sublata eis & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & autoritate iudicari & definiri debere. Irritũ quoq; & inane quidquid secus super his à quoquã quauis autoritate, scienter, vel ignorãter contigerit attentari, decernimus, non obstãtibus quibuscũq; Apostolicis & in Prouincialibus ac synodalibus Cõcilijs editis constitutionibus, & ordinationibus quibus omnibus illorũ omniũ tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes harum serie specialiter & expresse approbamus. Cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Datũ Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die quinta Martij anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo secundo Pontificatus sui anno primo.*

M. Vestrius Barbianus.

Ex

Ex his infertur non esse correcta per Cõcilium Tridentinum priuilegia concedentia, vt monachi possint ordinari cum literis dimissorijs suorum prælatorum, sicut concesserat Leo Decimus, & Paulus Tertius, prout habetur in compendio ordinis Cistercienſis, [a] & in compendio Societatis Iesu. Nam per congregationem Cardinalium, vt patet ex dicto priuilegio Clementis Octaui, declaratum est, non esse sublatum per Concilium Tridentinum à prælatis regularibus prædictam autoritatem.

a Comp. Cister. tit. ordina. §. 2. & in cõpẽ. Socie. eod. ver. §. 2

## ARTICVLVS VI.

*Vtrùm dictis dimissorijs & commendatitijs literis prælatorũ regulariũ præsentatis teneantur Episcopi ordinare monachos nullo præcedente examine.*

REspondeo dicendo, quod Concilium [b] Tridentinum antiquorum Canonũ vestigijs inhærendo præcipit Episcopis, vt ante quam ad sacrum ministerium accedant ordinantes eos examinent, at in hoc decreto non video reuocata priuilegia quibus regulares debent ordinari cum literis commendatitijs suorum prælatorum, nullo præcedente Episcoporum examine. Imo inuenio in alio decreto [c] eiusdem Concilij quod si quis ab alio non proprio Episcopo promoueri petat nullatenus id ei concedatur, nisi eius probitas & mores ordinarij sui testimonio commendentur, adeo quod ipsummet Concilium [d] Tridentinũ decernens, quod Episcopi titulares nullum sine sui ordinarij expressa licentia ordinent, reddit causam dicens, quia plerumque fit, vt minus idonei & rudes, atq; ignari ordinentur sine sui ordinarij licentia, supponens ipsum Concilium, quod ordinarij dantes dictam licentiam & literas commendatitias, examinant ipsos ordinandos non consentientes minus idoneos rudes & ignaros sacris initiari. Ex quo infertur, q priuilegium Eugenij Quarti [e] quod statuit & decreuit quatenus monachi Sancti Benedicti cõgregationis Italiæ omnes etiã sacros ordines, ad quos per eorum superiores præsentati fuerint, à quocumq; maluerint catholico Antistite gratiam & communionem Sedis Apostolicæ habente statutis à iure temporibus, absque aliquo dictorum monachorum examine recipere valeant, non est reuocatum per Concilium Tridentinum. Verum est tamen, quod Leo Decimus in Concilio Lateranensi [f] statuit, quod fratres ad ordines promouendi possint per Ordinarios de grãmatica & sufficientia examinari, & quod dummodo competenter respondeant per eosdem ordinarios debeant libere admitti. At iam dictum est in superioribus [g] omnia ordinata in Cõcilio Lateranensi contra priuilegia regularium esse reuocata, non solum in foro conscientiæ, sed etiam in foro exteriori. Et propterea Gregorius Tertius Decimus nimis obseruator decretorum Concilij Tridẽtini, præcipit & interdicit omnibus Episcopis, & alijs Antistibus, ne à religiosis Societatis Iesu promouendis, qui licentiam à præposito generali Societatis pro tempore existente, vel ab alio delegato habuerint, quædam requirant, vel exigant in literis Apostolicis proxime citandis contenta, sed ipsos etiam absque vlla functione inipsis ordinibus, aut obseruationes interstitiorum ad illos suscipiendos, aut inquisitione de cantu, officijs & ceremonijs ecclesiasticis idoneitate proprij ordinarij licentia & alijs in alios requisitis ad minores, ac etiam extra tempora à iure statuta tribus dominicis, vel alijs festis diebus etiam continuis ad sacros etiam presbyteratus ordines promoueant, ac si illi omnibus requisitis essent præditi. Vbi etiam prohibet huius gratiæ communicationem, etiam his qui sua priuilegia cum Societate participant & participare possunt. Hoc magnum priuilegiũ refertur a Collectore in Cõpendio [h] dictæ religionis, quod licet aliquibus videatur cõtinere aliqua contra decreta Concilij Tridentini, de quo agemus infra in secundo tomo in quæstione de ordinibus. mihi tamen videtur dicendum, non esse contra decreta Concilij, quod dicti religiosi promoueãtur cum literis commendatitijs suorum prælatorum, nullo præcedente examine eorũ quæ requirũtur in sæcularibus ordinandis à suis episcopis.

b Cõc. Tri. sess. 23. de reform. c. 7.

c Cõc. Tri. in d. sess. c. 8.

d Cõc. Tri. sess. 14. de reformat. c. 2.

e habet. in cõp. mendi. 2. impres. ti. ordines sacri. §. 10.

f habet. in d compen. §. 7

g su. q. 7. ar. 10.

h habet. in d. comp. tit. ordines. §. 3

# QVÆSTIO XIX.

## De Abbatibus quoad potestatem benedicendi Ecclesiastica in sex articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæruntur sex.*

1 *Vtrùm benedictio calicis & aliorum pro missis celebrandis possit fieri à proprio sacerdote.*

2 *Vtrùm priores & Guardiani possint benedicere ornamenta ecclesiastica.*

3 *Vtrũ prouinciales possint benedicere supradicta alia in partibus Indiarum non distãtibus Episcopis per duas dietas.*

4 *Vtrùm prælati regulares possint petere benedictionem eorum quæ pertinent ad cultum diuinum, diœcesani loci licentia minimè requisita.*

5 *Vtrùm Episcopi pro benedictione horum paramentorum possint aliquid recipere.*

6 *Vtrùm prælati regulares possint benedicere Ecclesiam pollutam.*

## ARTICVLVS I.

### *Vtrum benedictio calicis paramentorum & huiusmodi pro missis celebrandis possit fieri à Sacerdote simplici.*

a in.c. stentes de statu monach. & in c. Abbat. de priuileg. lib 6.

REspondeo dicendo, Doctores [a] communiter tenere, quod non, quia ista potius sunt ordinis Episcopalis. Et hoc habet consuetudo & similiter stylus curiæ dantis priuilegia regularibus, vt benedicere possint dicta paramenta, quod frustra fieret si hoc iure vel consuetudine possent. Et hoc est tenendum, licet Angelus teneat, quod simplices sacerdotes secundum ius possunt benedicere omnia, in quibus Chrisma non interuenit, nam consuetudine contrarium est obseruatum. Refert tamen Sũma Rosela Syxtum Quartum concessisse simplicibus sacerdotibus, ordinis Minorum, vt benedicere possint omnia Ecclesiæ, vel altaris ornamenta, vel vestes sacerdotales, & huiusmodi, exceptis corporalijs. Et consequenter ait Syluester, [b] quod idem possunt per communicationem sacerdotes ordinis prædicatorum. Ego inuenio in libris priuilegiorum sacerdotes hanc habere facultatem pro proprio vsu. Nã autor [c] Compedij priuilegiorum mendicantium in secũda impressione, refert Syxtum Quartum dictam constitutionem fratribus minoribus sacerdotibus dedisse. Et refert etiam Gregorium Nonum cõcessisse quod fratres minores presbyteri, in terris infidelium existentes possint vestes sacerdotales altaris, pallia, & corporalia cum necesse eis fuerit benedicere; vbi catholicorum Episcoporum copia non habetur. Quę concessio facta ipsis fratribus à Syxto Quarto, quoad eos minime est in vsu. Nam doctissimus frater Alfonsus à Vera Cruce, in sacra Theologia magister ordinis Eremitarum. Diui Augustini in Compendio priuilegiorum manuscripto ait, quod capitulum generale fratrum minorum ad solos Guardianos restrinxerit facultatẽ. At ait, quod fratres prædicatores sacerdotes, non propterea prohibentur hæc benedicere; & consequenter Augustinenses, quia non potest dictum generale capitulum fratrum minorum restringere priuilegia dictorum fratrum, cum illa quæ eis conceduntur, statim fiant aliorum ordinum mendicantium, ac si illis specialiter concederentur, prout dicetur in quęstione de communicatione priuilegiorum. Quantum autem ad amplam concessionem Gregorij Noni respectu benedictionis corporalium etiam credo, non esse in vsu in illis partibus infidelium cum de ea dictus pater in eo Compendio nullam fecerit mentionem. Verum est tamen, quod prouinciales possunt dare licentiam suis fratribus, vt corporalia benedicant prout dicetur infra.

b Syl. v. benedictio. n. 4.

c Haber. in comp. mendicant. tit benedicere Ecclesia. §. 4

## ARTICVLVS II.

### *Vtrum priores conuentuales, & guardiani possint benedicere ornamenta Ecclesiastica.*

REspondeo dicendo, *Quod Leo Decimus concessit Generalibus, Prouincia-*

*uincialibus, & Custodibus, necnon & Guardianis fratrum Minorum de obseruantia pro tempore existentibus, vt omnia & singula eiusdem ordinis de obseruãtia Ecclesias & cœmeteria, capitula & oratoria vbicunque existentia, tam recepta quam recipienda ac paramenta & ornamenta & alia quæcunque ad diuinum cultum & vsum fratrum necessaria, in quibus Chrisma non interuenit, pro eorundem fratrum vsu tantum solenni benedictione valeant benedicere. Et voluit, quod hoc idem possint alij fratres eiusdem ordinis, qui ad hoc in capitulis generalibus deputati fuerint.* Ita habetur in supplemẽto [a] priuilegiorum apostolicorum. Circa quam concessionem aliqua sunt aduertenda. Primum est, ex ea probari Guardianos & Priores Conuentuales posse benedicere corporalia, vt patet ex illis verbis. Ac omnia alia, quæcunque ad diuinum cultum necessaria in quibus Chrisma non interuenit. Et certum est in benedictione Corporalium minimè Chrisma interuenire. Et ita per hæc verba hanc opinionẽ tenet Veracruz [b] in suo Compendio manuscripto. Et Collector Compendij Ordinis Cistercienſis eandem tenet opinionem, loquendo de Abbatibus generalibus & conuentualibus sui ordinis, allegans Gregoriũ Decimum tertium sub annulo piscatoris, die vigesima sexta Iulij, anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo id concessisse. Et Pius Quintus anno Domini millesimo quingẽtesimo sexagesimo sexto (prout refert Alfonsus de Casarubius Capucinus in additionibus ad Compendiũ [c] Mẽdicãtiũ) *Concessit ordini Sancti Hieronymi Hispaniæ, vt Priores existentes Monasteriorum ordinis non solum vestes, & alia quæcunque ornamenta Ecclesiastica ad cultum diuinum pertinentia (vt eis concesserat prius Innocentius Octauus anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo) sed etiã corporalia & alia omnia suorũ monasteriorum, in quibus Chrismatis vnctio non interuenit, licitè & libere possint benedicere.* Et id ipsum concessit Innocentius Octauus anno Domini millesimo quadringẽtesimo octuagesimo septimo, vt refertur in libro eorum priuilegiorũ, prout aduertunt Alfonsus de Casarubius [d] & Collector priuilegiorũ ordinis Cistertij, dicẽtes, *Innocentium Octauũ concessisse Prioribus dicti ordinis & vicarijs in absentia Prioris, & cuilibet habenti principale regimen cuiuscũque monasterij posse benedicere corporalia, vestimenta, cæteraq; ornamenta Ecclesiastica ad cultũ diuinũ pertinẽtia, tã sui monasterij, quam etiam vndecunque sint.*

Ex quo magno & amplo priuilegio colligitur primo clare, Guardianos & Priores Conuentuales posse benedicere corporalia. Et sic hoc iam est indubitatum, licet de hoc particulari dubitauerit Collector [e] priuilegiorum mendicantium. Et in nostra religione vti possunt guardiani predicta concessione. Neque his obstat quod Capitulum generale Meclinense determinauerit, & præceperit, quod solum Prouinciales habeant benedicere corporalia. Nam post dictum Capitulum generale habemus supradictas concessiones, quæ nobis per communicationẽ conceduntur. Et in libro Cæremonialium nostræ Sacræ religionis recepto & approbato in Congregatione generali nostræ Sacræ religionis celebrata in cœnobio Sancti Ioannis Regum Toleti aduertitur, quod Guardiani habent istam facultatem, & ea vti possunt. Secundo colligitur quoddam notabile, quod Vicarij in absentia Guardianorum, & Priorum possunt etiam benedicere corporalia. Quod aliquibus ante hoc priuilegium visum fuit fore censendum. Nam in Capitulo generali [f] nostræ Sacræ religionis Albiensi sequens proponitur statutũ. *Vniuersi confessores Monialiũ nostræ familiæ habeãt præsenti decreto semper actiuè autoritatẽ Prælatorum supermoniales in foro conscientiæ quoad*

a Suppl. fol. 116. cõcef. 55

b Veracruz in comp. v. benedicere §. 2. & Collector. Cõpẽ. Ordin. Cisterci. §. 2.

c Fol. 135.

d Casaru. vbi supr. Colle. vbi sup.

e Collect. mend. tit. benedicere Eccles. in fi.

f Haber. in monumen. ta Ordin. impr. fo. 228 tract. 3. & in 2. impref. folio. 248. tract. 2.

*casus, & sententias: habeantque similiter guardiani, ac vicarij guardianorum in absentia eorum.* Sed certe per hoc statutum nihil tale prædictis vicarijs conceditur. Solum enim ipsis conceditur potestas, quoad casus & sententias, appellatione autem casuũ, tãtum veniunt peccata reseruata & appellatione sententiarum veniunt tantum censuræ, quarum absolutiones ipsis vicarijs in absentia priorum (sicut habent ipsi priores præsentes) committũtur. Non autẽ venit potestas ad benedicendum corporalia, sicut non venit etiam potestas ad dispensandum in impedimentis iuxta ea, quæ tradit doctissime Nauarrus. [a] Et aduerte, quod non quicunque vicarij hanc habent potestatem. Et sic non habent eam vicarij communiter vsitati in ordine prædicatorum; sed solum illi, qui propter absentiam & carentiam prioris eliguntur, seu instituũtur ad præsidendum velut priores quod similiter intelligendum est quoad nos fratres Minores, de illis vicarijs dũtaxat, qui apud nos vocantur, præsidentes, quia abest, vel deest guardianus. Et hoc voluit dicere Innocentius Octauus concedens prædictam autoritatem vicarijs. Ait enim eam concedere vicarijs in absentia prioris, & cuilibet habenti principale regimen cuiuscunque monasterij. Non enim est credendum summũ Põtificem dictam autoritatem concedere cuicũque præsidenti in absentia guardiani. Sæpe enim sæpius præsidẽt hebdomadarij & vicarij chori in absentia guardianorum, & vicariorum conuentuum, secundum consuetudinem nostræ religionis: & his non committitur facultas supradicta, sed illis solum, qui propter absentiam vel carentiam prioris eliguntur, seu instituuntur ad præsidendum & ad habendum principale regimen: prout in simili casu tenet Collector [b] priuilegiorum mendicantium. Tertium, quod colligitur, est, quod non solum possunt benedicere supradicta, & corporalia pro suis monasterijs: sed etiam pro omnibus vndecunque sint. Et sic per participationẽ possunt & alij participantes prout aduertit pater Gracia Collector [c] priuilegiorum ordinis Diui Hieronymi, & dictus Alfonsus de Cassarubius. Hoc autem magnum priuilegium est. In nostro enim ordine in capitulo Meclinensi declaratur, quod prouinciales, Custodes & guardiani, possint benedicere Ecclesiastica solum pro fratribus monialibus, & tertiarijs, & nullo modo pro alijs extra ordinem. Ait enim, sic enim fuit concessum per summum Pontificem prout habetur in libro monumenta [d] ordinum in prima & secunda impressione. Et Collector priuilegiorum ordinis Cistertij, refert, *Abbates eiusdem ordinis posse benedicere prædicta Ecclesiastica solum pro suis & monialium ordinis monasterijs, ac prioratibus propinquioribus, in quibus casu reperientur, idque ab eisdem petitum fuerit secundum concessionem illis factam à Gregorio Decimo tertio,* Qui omnes per communicationẽ etiam pro alijs extra ordinem possunt benedicere supradicta. Et vt refert Veracruz in dicto cõpendio ex priuilegio *Adriani Sexti possunt prouinciales Indiarum ordinum Mendicantium & fratres eorum habẽtes autoritatem omnimodam dicti priuilegij benedicere omnia prædicta etiam pro vsu alieno, si distent ab Episcopis, vel eorum officialibus per duas dietas causa iusta interueniente pro bono Indorum, puta quia deferẽda sunt ornamẽta apud Episcopum distantem viginti leucis.*

[a] Nauar. in man. c. 27. n.

[b] Coll. in d. comp. ver. vicarij.

[c] Grac. in comp. fol. 37 Cassa. vbi sup.

[d] In. 1. impres. fol. 227 tract. 3 & in 2. fol. 246. tract. 2.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum prouinciales possint benedicere in partibus Indiarum supradicta & alia non distantibus Episcopis extra duas dietas.*

REspondeo dicendo, quod dictus pater de Veracruce in dicto cõpendio refert, quod prouinciales extra duas dietas & intra possunt omnia prædicta facere & benedicere pro vsu proprio, vel alieno in casu necessitatis, Episcopis in prouincia non existentibus: Imo benedicere calices, & Sacramentum confirmationis fidelibus ministrare. Hoc enim ait concessisse Leonem Decimum fratribus Ioanni Glapiani & Francisco de Angelis ordinis Minorum anno Domini

mini milleſimo quingenteſimo vigeſimo primo ad Indias occidentales euntibus. Et ait quod poſtea Adrianus Sextus anno Domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſecundo conceſsit de nouo hoc priuilegium prouincialibus. Et quod poſsint communicare ſuis fratribus authoritatem ſuam. Et aduerte, quod poteſtas quæ datur per priuilegium Leonis Decimi non habet tantas limitationes, ſicut priuilegium Adriani Sexti. Priuilegium enim Leonis Decimi ſolum petit, quod Epiſcopi non ſint in prouincia ad hoc, vt ſupradicta poſsint benedicere. Et ſic ſede vacante, dicitur, quod Epiſcopi non ſunt in prouincia. Aduerte etiam cum dicto patre, quod hæc ſupradicta omnia poſſunt facere fratres & benedicere, ſi eis prouinciales communicant. Scilicet, dicendo, Autoritate Apoſtolica committo tibi autoritatem Breuis Adriani Sexti omnimodam ſuper has & has perſonas, ſicut tibi conceditur. Necnon communico tibi Breue Leonis Decimi & alia priuilegia fratribus Indiarum conceſſa, & concedenda. Aduerte denique, quod ego non inuenio generalibus nec Abbatibus conuentualibus in partibus Vltramontanis & Ciſmontanis conceſſum priuilegium ad benedicendum Calicem, niſi ſolum priuilegium Innocentij [a] Papæ Octaui expeditum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quatercenteſimo octuageſimo nono ad petitionem Ioannis Abbatis Ciſtertij, quo conceſsit ipſi Abbati, & quatuor primis Coabbatibus eius tunc, & pro tempore exiſtentibus, vt de cætero perpetuis futuris temporibus prędicta, & quæcunque alia veſtimenta ac ornamenta Eccleſiaſtica, Corporalibus vaſculis quæ ad reponendam ſacram Euchariſtiam, ac imaginibus quibuſlibet comprehēſis in locis & domibus dicti ordinis benedicere, & calices cōſecrare tā de dicto ordine, quam, *Si ad eos aliunde nonnunquā deferantur. Hæc Innocentius.*

a Habet. in lib. priuile. Ordi. Ciſt. priuile. 118. pag. 157.

## *ARTICVLVS IIII.*

*Vtrùm Prælati regulares poſsint petere ab alieno Epiſcopo benedictionem eorum, quæ petinent ad cultum diuinum diœceſani loci licentia minimè requiſita.*

RESpondeo dicendo, *Quod Syxtus Quartus conceſsit fratribus Carmelitis, quod quando propriorum Epiſcoporum copiam non habuerint, & aliqui Epiſcopi habentes gratiam & communionem Sedis Apoſtolicæ, de quibus plenam notitiam habeant per eam tranſire contigerit ab eis benedictionem vaſorum & veſtium, & conſecrationem altarium autoritate Sedis Apoſtolicæ recipere valeant.* Prout continetur in libro, [b] monumenta ordinum in prima & ſecunda impreſsione. Quod ipſum conceſsit Eugenius Quartus fratribus Auguſtinenſibus, prout habetur in eodem libro [c] ſecundæ impreſsionis. Quæ priuilegia debent intelligi ſecundum determinata in ſacris Canonibus, ſcilicet, præcedente licentia diœceſani. Dicitur enim in Concilio [d] Tridentino, quod nulli Epiſcopo liceat cuius vis priuilegij prætextu pontificalia in alterius diœceſi exercere, niſi de ordinarij loci expreſſa licentia. Ex quo ſequitur reuocatū eſſe per Concilium Tridentinum priuilegiū conceſſum fratribus minoribus, vt quilibet Epiſcopus poſsit conſecrare Eccleſias eorum & altaria, & Cœmeteria, Calices, & ornamenta & omnes alios actus Epiſcopales exercere in locis & perſonis fratrum Prędicatorum obſeruantiæ diœceſani loci, vel cuiuſcunque alterius licentia minime requiſita. Quod priuilegium habetur in ſupplemento [e] ordinis. Et ſic fruſtra laborat Collector [f] priuilegiorum ordinis mendicantium: an poſsint fratres vti dicto priuilegio poſt Concilium Lateranenſe; cum per Concilium Tridentinum ſit expreſſe reuocatum. Verum eſt tamen quod vbi ordinarius requiſitus ter, à dictis fratribus cum debita reuerentia & inſtantia recuſarit ſupradicta benedicere & conſecrare ſine legitima cauſa, poſſunt fratres dicto priuilegio vti prout in dicto Concilio Lateranenſi fuit ipſis ab eodē Leone Decimo conceſſum; & habetur in eodem ſupplemento. [g] Quod quidē

b In. 1. Impreſ. fol. 100 & in. 2. f. 183
c Fol. 244. conceſ. 455.
conceſ. 607.
d Con. Tri. ſeſ. 6. de reform. c. 5.
e Fol. 60. cō ceſ. 179.
f Colle. tit. benedicere Eccleſ. §. 15.
g Fol. 26. cō ceſ. 69.

non intelligo esse reuocatum per Concilium Tridentinum. Licet enim in ipso Concilio Tridentino dicatur, nullum Episcopum posse exercere pontificalia in aliena diœcesi sine licentia expressa diœcesani prætextu cuiuscumque priuilegij, non tamē negat Concilium Episcopos ea efficere posse prætextu iuris communis. Ex iure autem [a] communi constat Alexandrum tertium statuisse, vt si Episcopus tertio cum humilitate & deuotione, sicut conuenit requisitus substitutos Abbates benedicere renuerit, eisdem Abbatibus liceat proprios monachos benedicere, & alia quæ ad officium huiusmodi pertinent exercere, donec ipsi Episcopi suam duritiem recogitent & Abbates benedicere non recusent. Et aduertit glossa [b] in eo iure, quod in odium Episcoporum dominus Papa concedit, ne propterea in spiritualibus, vel in alijs patiantur monasteria detrimentum propter negligentiam Episcoporum, & similem indulgentiam concessisse Innocentiū [c] Tertium. Ex quo iure patet, concessionem illā Leonis Decimi factam Minoribus requisito Ordinario bis aut ter, & sine causa recusante esse conformem iuri communi ex Alexandri Tertij decreto, & per consequēs non reuocari per Concilium Tridentinum quod quidem solum priuilegia reuocat. Facultatem autem supradictam Leonis Decimi factam Minoribus non iudico esse priuilegium, sed ius commune, iuxta tradita in dicto decreto Alexandri Tertij, ne monasteria in spiritualibus detrimentū patiātur.

[a] c. 1. de supplē. neglig. prælat.

[b] glo. in d. c. 1. ver. alia.

[c] c. nihil est §. vltimo. de elect.

## ARTICVLVS V.

*Vtrùm Episcopi pro benedictione dictorum paramentorum, & aliorum ad cultum diuinum pertinentium possint aliquid recipere.*

REspondeo dicendo, quod Syxtus IIII. (prout refertur in libro nūcupato Monumenta ordinū [d] in prima & secunda impressione) *cōcessit fratribus Carmelitis, vt pro consecrationibus altariū vel ecclesiarum, & pro oleo sancto ac quolibet ecclesiastico sacramento nullus sub obtētu cuiuslibet consuetudinis, vel alio modo quidquam audeat extorquere, sed hæc omnia gratis Episcopi diœcesani (vt tenentur) liberè & gratiosè impendant. Alioquin liceat prædictis fratribus quoscunque maluerint catholicos adire Antistites gratiam & communionem Apostolicæ sedis habentes, qui Apostolica freti autoritate eisdem fratribus quæ postulauerint impendant, & quod si sedes diœcesanorum Episcoporum forte vacauerit interim omnia ecclesiastica sacramenta à vicinis Episcopis libere, & absque contradictione suscipere possint. Ita tamen quod ex hoc in posterum proprijs Episcopis nullum præiudicium generetur.* Hoc priuilegium habetur in libro Monumenta ordinum. [e] In quo etiam libro [f] continetur id ipsum concessisse Eugenium Quartum fratribus Augustinien sibus. Et hoc priuilegiū nō censeo reuocatum esse per Concilū Tridentinum, si Episcopi ter requisiti à dictis fratribus iuxta terminos capituli primi de supplenda negligentia prælatorum noluerint gratis consecrare eorum ecclesias & altaria, & alia pontificalia exercere. Tunc enim possunt ab alio Episcopo hæc fieri, etiam ipsis inuitis, prout dictum est in articulo superiori.

[d] in 1. impr. fo. 100. & in 2. fo. 183. concess. 454

[e] in 1. impre. fo. 100. & in 2. fo. 183. cōcess. 454.

[f] in 2. impr. fo. 147. concess. 605.

## ARTICVLVS VI.

*Vtrùm Prælati regulares possint benedicere ecclesiam pollutam.*

REspondeo dicendo, quod secundum iura, sex modis ecclesia polluta dicitur quæ secundum iura ab Episcopo debet reconciliari iuxta tradita à Nauarro [g] & iuxta ea, quæ ego in nostra summa in primo tomo in capite de Ecclesia polluta, late dico. Regulares tamen prælati habent potestatem ad suas Ecclesias pollutas recōciliandas. Nam Leo Decimus concessit *Generalibus Prouincialibus & Custodibus, necnon & Guardianis fratrum Minorum obseruantiæ pro tempore existentibus, quod possint reconciliare Ecclesias*

[g] Nau. c. 27. n. 256.

*clesias, &c. quæ quomodolibet sanguinis vel seminis effusione pollutæ fuerint,* scilicet, hoc cum aqua per prædictos Prælatos benedicta, præsertim in locis remotis, vbi Episcopum aquam benedicentem per duas dietas adire non poterunt, prout habetur in supplemento. Pro cuius priuilegij explicatione est notãdum, quod nihil aliud est, Ecclesiam pollui, quam interdici in ea celebrari missas & alia officia diuina. Et si polluitur Ecclesia consecrata, difficiliori modo reconciliabitur, puta per solum Episcopum loci proprium, vel per alium Episcopum de licentia proprij, prout tradit Nauarrus, [b] Syluester, & Armilla. Et cum aqua per eundem vel per alium Episcopum benedicta, quæ habeat commistionem & vim cinerum prout dicitur in iure, [c] & tradit Syluester, & cum verbis quæ exprimuntur in pontificali, vel manuali Romano. Papa tamen eam Ecclesiæ consecratæ reconciliationem potest cõmittere simplici sacerdoti, iuxta Syluestrum & Armillam: Sed cum aqua per Episcopum benedicta prout concessit Leo Decimus superius relatus. Quod idem concessit Iulius Secundus Minimis, prout habetur in eodem libro vocato, supplemento. [d] Quod intelligitur si Episcopus intra duas dietas inueniatur secundum concessionem Leonis Decimi. Dieta autem continet viginti milliaria, seu septem leucas, prout dicitur in iure, [e] & tradunt Mandosius & Syluester. Quod si distauerit Episcopus plusquam dictas duas dietas, potest superior monasterij solenniter benedicere Ecclesiam propriã Cœmeterium & oratoria, prout colligitur ex concessione Leonis X. Et aduerte, quod qui sciẽter in Ecclesia polluta celebrat, licet peccet mortaliter non tamen fit irregularis vt probat expresse quædam decretalis. [f]

a Fol. 60. cõcei. 179.

b Nau. c. 27. n. 251. Syl. v. Eccle. consecrata. 2. §. 2. & 8. & vbi. Armil. § 9.

c ca. præpositi de cõsecr. Eccle. Syl. vbi sup.

d Fol. 8. concei. 30.

e c. nõnulli de rescript. Mandos. in Cance. reg. 3. q. 2. nu. 2. Syl. v. benefic. 2. §. 1.

f c. is qui de sent. excommun. libr. 6.

# QVÆSTIO XX.

## De Abbatibus quoad potestatem absoluendi suos monachos in triginta articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæruntur triginta.*

1 *Vtrùm prælati regulares possint absoluere suos monachos à reseruatis à Papa.*

2 *Vtrùm autoritas concessa per Clementem Quartum quoad absolutiones & dispensationes fratrum extendatur ad priores conuentuales & eorum vicarios.*

3 *Vtrùm suppriores in ordine prædicatorum possint absoluere à supradictis.*

4 *Vtrũ supradicti patres possint absoluere dictos fratres & hospites ab omni excommunicatione à iure & à particulariter lata.*

5 *Vtrùm possint dicti prælati absoluere à dictis censuris non imposita pœnitentia salutari & non citata parte.*

6 *Vtrùm virtute dicti priuilegij possint prælati absoluere nominatim excommunicatos.*

7 *Vtrùm prædicti prælati possint absoluere à dictis censuris virtute dictorum priuilegiorum.*

8 *Vtrum prædicti prælati possint absoluere à cẽsuris, & à casibus reseruatis Papæ post datas dictas concessiones commissis.*

9 *Vtrûm prædicti prælati possint absoluere suos subditos à casibus cœnæ Domini.*

10 *Vtrûm prædicti prælati possint absoluere suos subditos à crimine hæresis.*

11 *Vtrùm Episcopi possint per suum vicariũ absoluere à crimine hæresis occultæ quãdam monialem.*

12 *Vtrùm prædicti prælati possint absoluere suos subditos ab excommunicatione capituli, siquis suadente.*

13 *Vtrùm prædicti prælati possint absoluere suos subditos à suspensione, quæ incurritur ratione simoniæ in ordine.*

14 *Vtrùm prælati possint obsoluere à suspensione à diuinis virtute suorum priuilegiorum, & quid sit suspensio à diuinis.*

15 *Vtrùm prædicti patres possint absoluere suos subditos à censuris in contemptũ clauium incursis.*

16 *Vtrùm peccantes ex confidentia horum priuilegiorum possint absolui à dictis prælatis virtute dictorum priuilegiorum.*

17 *Quid sibi velint verba posita in priuilegijs, quibus dicitur, quòd possint absoluere præ*

re prælati suos subditos à pœnis à iure vel ab homine.

18 Quid significent illa verba posita in priuilegijs, quod, scilicet, dicti prælati possint absoluere à quibuscunque irregularitatibus & inhabilitatibus.

19 Quid importetur per illa verba, absoluo vos ab omni infamiæ macula.

20 Vtrùm dicti prælati possint habilitare suos monachos ad officia ordinis, ad quæ sunt inhabiles ratione alicuius transgressionis legis canonicæ.

21 Vtrùm prædicti prælati possint absoluere nouitios.

22 Vtrùm prædicti prælati possint absoluere moniales.

23 Vtrùm nouitiæ monialium possint absolui à dictis prælatis sicut absoluuntur monia les & fratres.

24 Vtrùm seruitrices ipsarum monialium à dictis prælatis possint absolui.

25 Vtrùm valeat absolutio, vel dispensatio prælatorum virtute priuilegij, quod ipsi ignorant.

26 Vtrùm in Capitulo generali religionum possint prælati absoluere fratres plenariè.

27 Vtrùm prælatus concedens alicui fratri facultatem, vt possit eligere confessorem possit absolui à casibus, à quibus prælati absoluũt virtute priuilegiorum.

28 Vtrùm aliqua consuetudine possit introduci, quod aliquis præter sui superioris licentiam confessorem sibi eligere valeat.

29 Vtrùm prælato regulari impedito eius subditus possit recurrere ad Episcopum pro absolutione casuum, à quibus ipse iure cõmuni aut speciali poterat absolui.

30 Vtrùm possit regularis absolui à reseruatis à quolibet confessore regulari negante superiori pœnitentis suam autoritatem.

## ARTICVLVS I.

*Vtrùm prælati regulares possint absoluere suos subditos à reseruatis à Papa.*

REspondeo dicendo, quod Pelagius [a] Papa determinauit totã potestatẽ respectu monachorũ apud Abbatẽ esse, *Quæ potestas intelligitur non solũ quoad forum exterius, sed etiam quoad forum sacramentale, prout in quæstione de exẽptione fratrum dicitur. Et sic Clemens Quartus prout habetur in libro, [b] Monumenta ordinũ, in prima & secunda impressione, concessit generali & Prouincialibus ministris & eorum vicarijs, atque etiam custodibus fratrum minorum in Prouincijs & custodijs sibi commissis fratribus prædictis ibidem cõstitutis, nec non fratribus alijs eiusdem ordinis interdum ad eos declinantibus, vndecunque absolutione & dispensatione indigẽtibus siuè priùsquam intrauerint ordinẽ, siuè post in casibus excesserint, pro quibus ex cõmunicationis, vel interdicti, aut suspensionis incurrerint sententias à iure vel à iudice generaliter promulgatas: & huiusmodi sententijs innodati, aut in locis supposítis interdicto diuina officia celebrantes, vel suscipientes ordines sic ligati non tam irregularitatis incurrerint, vt absolutionis & dispensationis beneficium valeãt impartire, nisi adeo fuerint graues, & enormes excessus quod sint ad Sedem Apostolicam merito destinandi. Ac similiter concessit quod fratres quos generalis & Prouinciales ministri & eorũ vicarij ac etiam Custodes in proprios habuerint confessores, possint eis absolutionis & dispẽsationis beneficiũ impartiri.* Et eandem concessionem habẽt fratres Prædicatores extensam ad Priores Conuentuales, prout patet in libro, Monumenta [c] Ordinum in secunda impressione. Et eandem facultatem habent Carmelitæ, vt continetur in eodem [d] libro & impressione. Et eandem concessionem concessit Leo Decimus, Genera-

[a] a ca. nullam 18. q. 1.

[b] In. 1. impres. fol. 57. & in. 2. fol. 140. concess. 318. & 319.

[c] c Fol. 135. cõcess. 548.

[d] d Fol. 180. concess. 432.

*Generalibus singulorum Ordinum Mendicantium & eorum vicarijs, ac etiam illis quibus ipsi generales duxerint specialiter committendum, prout continetur in supplemento a Ordinis.* Denique secundum priuilegia Mendicantium possūt ministri generales & prouinciales, & illi, quibus ipsi commiserunt, absoluere fratres & moniales: & venientes ad ordinem à supradictis, possunt etiam absoluere prælati & cōfessores fratres quoscunque oblatos, conuersos, vel donatos, familiares seruitores, officiales & continuè commensales conuentuum, & domorū ab omnibus peccatis, præterquā Sedi Apostolicæ reseruatis, & à censuris quas ex ignorantia, vel ex inaduertentia incurrerunt, ac eis Ecclesiastica sacramenta, toties quoties opus fuerit, ministrare. Et cum in supradicto priuilegio contineantur multa, scilicet, absolutiones à peccatis, & à censuris, & dispensationes irregularitatum: in hac quæstione solum agemus de his, quæ pertinent ad absolutionem: in sequenti autem de his quæ dispensationem concernunt.

a Fol. 27. cō cel. 82.

## ARTICVLVS II.

### Vtrùm prædicta autoritas concessa per Clementem Quartum quoad absolutiones & dispensationes fratrum extendatur ad Priores Conuentuales & eorum vicarios.

REspondeo dicendo, quod, prout constat ex mari magno prædicatorum, ad priores conuētuales & eorum vicarios extenditur, prout dictum est in articulo superiori. Et licet postea per Syxtū Quartum ipsis Prioribus Conuentualibus, & eorum vicarijs fuerit ablata in Bulla aurea; ipse tamen Syxtus Quartus hoc idem ampliauit & concessit omnino ipsis Prioribus Conuētualibus & eorum vicarijs, quod possint absoluere & dispensare sicut poterant virtute Mariſmagni prædicti ante restrictionem Bullæ aureæ, prout continetur in libro, Monumenta b ordinum. Aduertendum tamē, quod solum concessit hoc prioribus Conuentualibus & eorum vicarijs obseruantiæ Hispaniæ & Lombardiæ, prout aduertit Corduba c in additionibus ad Compendium contra Collectorem priuilegiorum, Mendicantium, dicentem hoc tantum concedi prioribus Regnorum Castellæ & Legionis. At ego virtute communicationis priuilegiorum dico omnibus prioribus esse similiter facultatem concessam per concessionem Martini d Quinti viuæ vocis oraculo authenticè datam Priori monasterij Sancti Benedicti Vallisoleti. *Vt ipse in foro conscientiæ possit absoluere monachos ab omni excommunicationis sententia, etiam si talis esset, quam ipse Summus Pontifex reseruare consueuit, & cum eis super omni irregularitate, etiam in illi casibus, in quibus Papa sibi inuicem reseruat (in morte videlicet & in membrorū truncatione & enormi sanguinis effusione) valeat dispensari dū tamen aliquod horum trium non sit notorium. Et hoc propter scandalum.* Et aduertit Collector e priuilegiorum Mendicantium, quod licet supradicta concessio primo facta sit soli priori seu Abbati monasterij Sancti Benedicti Vallisoleti, postea tamen extensa & communicata fuit omnibus prioribus, vel Abbatibus aliorum monasteriorum, vt dicetur infra in quæstione de communicatione priuilegiorum. Et ait ipse Collector se hanc concessionem vidisse sub sigillo authētico. Quæ quidem nimis magna concessio est. In quacunque enim dispensandi concessione supradicta tria excepta intelliguntur, nisi expresse concedantur. Et aduerte quod per illud verbum positum in concessione Martini Quinti, ibi, ab omni excommunicatione, veniunt secundum aliquos intelligendæ etiam cēsuræ cōtētæ in Bulla cœnæ Domini, de quo dicemus infra. Aduerte etiam quod dato in priuilegijs, vel alibi concedatur absolutio ab excommunicatione non inde infertur absolutionē à suspensione, vel interdicti concedi. Et similiter dato quod concedatur absolutio à suspensione non statim est inferendum, concedi absolutionem ab excōmunicatione vel interdicto: nā non sunt istæ censuræ cōnexę neq; habēt eundē effectum. At vero si in literis apostolicis detur facultas absoluēdi à quacunque censura Eccle-

b In. 2. impref. fol. 74. & 119.

c Cordu. in addit. ad Cō pen. tit. absolutio ordinar. quoad frat. verſic. quoad §. 7.

d Habet. in tit. absolut. ordinaria quoad fratres §. 40. in 2. impreſsi. comp. Mendicant.

e Collect. in Compē. tit. absolutio ordinaria quoad fratres §. 40. in 2. impreſsi.

Ecclesiastica, tunc optime sequitur concedi absolutionem ab excommunicatione, & à suspensione, & ab interdicto. Quia nomine censuræ, quando in literis Papæ habetur veniunt omnes tres dictæ, scilicet, excommunicatio, suspensio, & interdictum, prout habetur in iure. [a] Ex quo notabili sequitur, quod priores virtute priuilegij Martini V. non possunt absoluere à suspensione neque ab interdicto, cum in dicta facultate solum concedatur absolutio ab omni excommunicationis sententia, vt patet ex eius verbis, *Ibi, ab omni excõmunicationis sentẽtia.*

a c. quærenti de verb. signifi.

At per priuilegium Clementis Quarti non solum ab excommunicatione, sed etiam ab interdicto & suspensione possunt absoluere suos subditos, loquendo de his, quibus est concessum priuilegium, scilicet, Hispaniæ, & Lombardiæ, secundum aduertentiam doctissimi Patris à Corduba. De quo infra in quæstione de communicatione priuilegiorum.

## ARTICVLVS III.

### *Vtrùm Supprieres in ordine Prædicatorum possint absoluere à supradictis.*

REspondeo dicendo, quod mortuo priore, vel amoto, poterunt absoluere suppriores, quia tunc sunt vicegerẽtes priorum conuentualium. Sic enim dicit glossa constitutionum in prologo: tunc enim habent vices priorum plenarie. Pro quo aduerte, quod Collector [b] Compendij priuilegiorum mendicantium dicit, quod vicarius prioris, qui propter mortem, vel defectum prioris habet regimen conuentus, & similiter supprior Sede vacante possunt vti præfata autoritate. At doctissimus Veracruz dicit quemcunque vicarium Prioris Conuentualis relicto ab ipso Priore propter eius absentiam, hanc ipsam habere autoritatem. Quod probat, quia priuilegium supradictũ conceditur generali, prouincialibus, prioribus conuentualibus atque eorum vicemgerentibus in eorum Conuentibus, & locis sibi commissis supradictam potestatem absoluendi. Sed tunc ille talis vicarius gerit vices prioris in suo conuentu, ergo ille potest. Et mirandum est, ait, de Collectore, quod ad hoc non aduertit. Ex quo doctè collige præ dictum priuilegium sine dubio etiam extendi ad suppriorem in absentia prioris, quia tunc ille supprior dicitur gerere vices prioris in suo Conuentu cum habeat principale regimen.

b Colle. tit. absolutio quoad fratres. §. 7. & §. 14.

## ARTICVLVS IIII.

### *Vtrum supradicti patres possint absoluere dictos fratres & Hospites ab omni excommunicatione à iure, & à particulariter lata.*

REspondeo dicendo, quod loquendo secundum ius commune, nec Abbas neq; Prior, nec eorũ supprior, nec prouincia les possunt suos religiosos ab excommunicatione iuris absoluere, nisi in casibus sibi à iure concessis, iuxta quãdam Clementinã [c] & tradita à Bartholomæo Vgolino. Et quãdo religiosi mutuo se percusserint concessũ est in iure [d] vt eorũ Abbas possit eos absoluere, quia frequentius in eam incidunt ob assiduam familiaritatẽ inter religiosos, quæ parere contemptum solet. Vnde necessario extra monasteriũ egredi, vagarique sæpe sæpius oporteret si absolui à suo Abbate non possent, quod ab eorum vita ac religioso instituto alienum est, vt Doctores [e] communiter aduertunt. At virtute prædictorum priuilegiorum videmus supradictos prælatos habere autoritatem absoluendi ab omni excommuicatione à iure. Et possunt etiã absoluere suos fratres, & sui ordinis hospites ab excommunicatione iudicis generaliter, vel particulariter lata & ab omni alia cẽsura Ecclesiastica. Neque his obstant verba dicti priuilegij Clementis IIII. ibi. *A iure vel à iudice generaliter promulgatas,*

c Clemẽ. 1. de priuil. ibi cta glos. vbi Vgolinus de conse. Eccles. tabul. 1 c. 10. §. 1. n. 2 d ca. monachi de sent. excommu. e DD. cõmuniter. in d. Clem. 1.

In quibus verbis non conceditur absolutio à censuris particulariter promulgatis. Nam per alia eiusdem priuilegij verba possunt absoluere ab eis. Quod probatur, quia possunt absoluere ab omni censura, etiam si esset de cœna Domini exceptis quibusdam à Syxto Quarto & Iulio Secundo signatis, de quibus statim agemus. Ergo à fortiori possunt absoluere à censura iudicis, quæcunque illa sit quia in maioribus, scilicet, casibus Cœnæ Domini includitur minus, scilicet à censura hominis. Nam cui licet quod est maius licet

vtiq;

vtique quod est minus, prout habetur in iure . [a] Et probatur insuper ex priuilegio Martini Quinti superius allegato ibi.

a c. cui licer de reg. iur. lib. 6.

*Ab omni excommunicationis sententia etiam si talis est, quam ipse Summus Pontifex reseruare consueuit .*

Hæc enim verba, vt patet ex sua generalitate quamcunque censuram siue generaliter, siue particulariter promulgatam comprehendunt. Probatur deinde ex quodam priuilegio Gregorij Quarti decimi, dato anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo primo. *Qui approbans in eo religionem ministrorum infirmorum inter alia concessit pro tempore existenti præfato generali, vt perse, vel per alios à se deputatos omnes & singulos eiusdem congregationis sibi subditos ab omnibus & singulis eorum peccatis ante, vel post ingressum in dictam cõgregationem per eos commissis , necnon à quibusuis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque censuris & pœnis à iure, vel ab homine ( non tamen nominatim quomodolibet latis absoluere in foro conscientiæ tantum*, prout latius continetur in Bulla relata ab Alfonso [b] de Casarubius Capucino. Et quibus verbis ibi nominatim colligitur prædictã generalem & eius commissarios ab omni censura generaliter, vel particulariter lata posse absoluere, dummodo absoluẽdi non sint nominatim excommunicati. Probatur deinde ex quodam priuilegio Eugenij Quarti concesso ordini Cistertij, & ordini Sancti Benedicti Hispaniæ, & Celestini Quinti, cõcesso congregationi Celestinorum, prout habetur in Compendio [c] ordinis Cistertij, *Quod datur facultas generali reformatori regularis obseruantiæ quoscunque Abbates monachos nouitios donatos, & commissos semel duntaxat ab omnibus etiam qualitercunque enormibus peccatis antè , vel post ingressum religionis commissis vel committendis absoluendi , necnon à quibus vis excommunicationis suspensionis & interdicti censuris, aliisque sententijs & pœnis à iure vel ab homine apostolica, vel sedis apostolicæ legatorum, de legatorum vel subdelegatorum ordinaria vel quauis alia autoritate prouincialis, vel synodalis constitutionis & regularium dicti ordinis institutorum in genere, vel in specie promulgatis vel promulgandis*, Et aduerte, quod cum hic Summus Pontifex faciat facultatem absoluendi à qualitercunque enormibus, nulli dubium esse debeat, eam extẽdi ad maiora & ei quo modo libet reseruata: quia verbum (vniuersale) ampliat dispositionem , iuxta quandam glossam [d] probantem verbum, alius quod regulariter solum similia comprehendit iuxta aliam glossam, [e] adiuncto signo vniuersali , quiuis, comprehendere etiam maiora expressis: quam vt singularem commendant Panormitanus & Barbacia. Quod priuilegium licet concedatur generali, ipse tamen tanquam ordinarius habens respectu huius priuilegij perpetui iurisdictionẽ ordinariam, potest istam facultatem alijs committere.

b Capucin. in addit. ad comp. mẽd. tit. absolut. ordinaria quoad frat. pag. 27.

c Titu. absolutio. §. 1

d Gloss. in Clemẽ. 1. v. quauis de re iudicata Panor. cõsult. 1. part. n. 5. Barbat. in c. 3. titul. de probat. e Glo. in ca. sedes de rescript.

## ARTICVLVS V.

### *Vtrum possint dicti prælati absoluere à dictis censuris non imposita pœnitentia salutari, neque satisfacta parte.*

REspõdeo dicendo, quod cum satisfactio pœnę, cautiores & vigilantiores in futurum pœnitentes efficiat, reliquijsque peccatorum medeatur, & vitiosos habitus male viuendo comparatos contrarijs virtutum actionibus tollat , vt ait sacrosancta Tridentina Synodus, [f] merito confessarijs iniungitur vt pro qualitate crimĩnum & pœnitentium facultate salutares & conuenientes pœnitentias imponant. Quod præceptum subintelligitur impositum in omni priuilegio ad absoluendum à peccatis. Et per consequens dictis prælatis, & eorum vicarijs in absolutione virtute supradictorum

f Con. Trid. sess. 14. c. 8.

rum priuilegiorum tale præceptum subintelligitur impositum, sicut expresse imponitur in concessione facta ab Eugenio Quarto Abbatibus Cistertij, de qua in articulo quarto mentionem fecimus. Ibi, *pro modo culpæ pœnitentia salutari in forma Ecclesiæ consueta, & alijs, prout de iure iniungẽdis, quemlibet eorum absoluere.* Quãta autem pro quocumque peccato pœnitẽtia debeatur, solus Deus nouit, qui grauitatem peccati, & vim contritionis, meritumque cuiuslibet operis satisfactorij perfecte cognoscit. At ipsa diuina bonitas in indiuisibili quantitate pœnitentiam non reposuit. Vnde videmus piam matrem ecclesiam diuino ductam lumine, & inspiratam prudentis confessoris arbitrio pensatis pensandis eam reliquisse, iuxta ea quæ notantur in sacris Canonibus, & tradunt cõmuniter doctissimi Theologi. Et idem præceptum subintelligitur in omnibus priuilegijs respectu satisfactionis partium. Licet enim in dicto priuilegio concesso Abbatibus Cistertij dicitur, quod dicta absolutio fiat pœnitentia salutari in forma ecclesiæ consueta, & alijs, prout de iure iniungendis: per quæ posteriora verba imponitur præceptum Abbatibus absoluentibus, vt non absoluãt nisi satisfacta parte: aduertit tamen Collector ibi, quod illa clausula ponitur ad cautelam, & regulariter solũ satisfactionem parti læsæ faciendam respicit, vt scilicet, pœnitens si alicui iniuriam irrogauerit, vel alias nocuerit teneatur, pro viribus illi satisfacere, quod de iure naturali, diuino & humano cautum est, prout dicunt iura, [a] & tradit Nauarrus. Verum tamẽ est quod dicti prælati peccabunt absoluentes à dicta excommunicatione virtute priuilegij Clementis Quarti, non præcipientis pœnitentibus, vt fiat partibus satisfactio; non tamen absolutio irrita erit, siquidem in dicto priuilegio nulla de prædicta satisfactione mentio fit, iuxta ea quæ resolute diximus [b] in explicatione Bullæ Cruciatæ, sequendo Armillam & Nauarrum reprehendendo Gutierrez, asserentem non deberi absolui pœnitentem virtute alicuius priuilegij præcipientis prius debere fieri dictam satisfactionẽ, nisi præcedat realis satisfactio etiamsi iste pœnitẽs vere alleget non posse eã realiter facere. Nam secundũ ius sufficit dari in isto casu fideiussionẽ, aut cautionẽ.

a c. peccatũ, de reg. iuris li. 6. ca. solet de sen. excõmunic. lib. 6 Nau. in prin cap. 1. n. 54. de pœnitẽt. d. 6.

b in explic. Bullæ §. 9. n. 52. & 53.

## ARTICVLVS VI.

### *Vtrùm virtute dicti priuilegij possint prælati absoluere nominatim excommunicatos?*

REspondeo dicendo, quod Collector Compendij [c] priuilegiorum Mendicantium tenet, quod confessores Mẽdicantium virtute suorum priuilegiorum non possunt absoluere nominatim excommunicatos. Nam alioquin perturbaretur ordo iuris, & bonum Reipublicæ, quod in foro exteriori prætenditur, detrimentum pateretur. Et idem videtur dicendum in absolutione quam faciunt prælati absoluendo suos subditos. Quod expresse decernit Gregorius XIIII. in illo priuilegio superius articulo primo allegato concesso prælatis ordinis Ministrorum infirmorum. Licet enim ibi concedat, quod dicti prælati possint absoluere suos subditos à quibuscumque excommunicationibus, suspensionibus & interdictis, addit tamen, quod hæc concessio non est extendenda ad nominatim excommunicatos. Est tamen aduertendum, hoc esse verum, loquendo de absolutione in foro exteriori, nam in hoc foro, ni si prius fiat satisfactio parti læsæ, ratione cuius pœnitens fuit nominatim excommunicatus, minime potest absolui, virtute cuiuscumque priuilegij, at satisfacta parte nõ solum in foro interiori, sed etiam exteriori, potest absolui. Quod declarauit Pius Quintus in iubileo ab ipso concesso anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, quinto calendas Nouembris, Pontificatus sui anno tertio. In quo postquam concessit confessoribus approbatis ab ordinarijs autoritatem ad absoluendum à qua cumq; censura addit clausulam sequentem.

c Collect. absolutio ordinaria quo ad sæcular.

*Declarans insuper tam præsentes, quam alias quascumque super confessionaliũ similium, vel dissimilium indulgẽtiarum à nobis & à prædecessoribus nostris hactenus emanatas & in futurum quomodolibet emanandas literas Christi fidelibus ipsis, nisi ad earum effectum in foro conscientiæ & pœnitentiali con-*

sequen-

*quendū duntaxat, nō autem in foro fori aut cōtentioso, nisi satisfecerint nullatenus suffragari.* Hæc Pius V. in qua clausula notantur duo. Primum est, quod virtute dictorū priuilegiorū & aliorum similiū possunt absolui pœnitentes nominatim excōmunicati, etiāsi parti minimè satisfaciant propter ipsorum inopiam, & impotentiam, dādo tamen cautionē aut fideiussionē. Secundum colligitur, quod in foro exteriori possunt etiā absolui satisfacta parte. Neque in hoc aliqua iniuria fit iudici nominatim excōmunicato, cum ipse excōmunicauerit nominatim ad petitionē partis, quæ vt supponitur iam est satisfacta. Quod debuit aduertere Gutierrez [a] tenēs pertinaciter cum Couarruuia non posse absolui nominatim excommunicatos in foro exteriori, virtute cuiuscūq; priuilegij, etiā si sit satisfacta pars sine eo quod prius iudex excōmunicans cō sentiat. Pius enim V. vt patet ex dictis verbis concedit posse absolui satisfacta parte, etiā si nō cōsentiat, cum ipsi, vt patet, ex dictis nullum præiudicium inferatur: præsertim, quia etiā si aliquod præiudicium ei inferatur Papa in fauorē animarum, & alicuius piæ causæ potest cum paruo præiudicio alterius secundum ea quæ notantur in iure [b] priuilegium cōcedere, & de hoc latius infra in quæst. de cōfessarijs quantum ad potestatem absoluendi seculares artic. sexto.

a Gutier. in quæst. Can. c. 5. iunct. fin. Cou. in c. alma mat. 1. p. §. 11. n. 16.

b l. quoties. C. de precibus imperatori offerendis.

## ARTICVLVS VII.

### *Vtrùm prædicti Prælati possint absoluere à dictis cēsuris virtute dictorū priuilegiorum extra forū sacramentale.*

REspondeo dicendo, q̄ Gregorius Quartus decimus in dicta concessione facta Prælatis ministrātium infirmis respectu suorum subditorum cōcedit ipsis prælatis, vt possint absoluere suos subditos à quacunq; censura à iure vel ab homine: non tamen nominatim, & hoc in foro conscientiæ tantū. Ex quibus verbis aliqui possūt suspicari dictos Prelatos, nō posse absoluere extra sacramentum pœnitentiæ à dictis censuris. At eorum suspicio cōfunditur ex eo, q̄ dicit Sūmus Pōtifex, *In foro cōscientiæ tā tum.* Si enim vellet per illa verba, quod in foro sacramētali deberet dicta absolutio ab ipsis cōferri, diceret, in foro cōscientiæ tantum & pœnitentiali, sicut dixit Pius V. in clausula allegata articulo superiori. Nā illa verba *in foro conscientiæ tantū* solum important & significant, quod ipsis suffragabitur absolutio data in sacramento vel extra sacramentum in foro cōscientiæ, & non in foro exteriori, nisi parti fiat satisfactio iuxta dicta in articulo superiori. Nō autem important, & significant, quod ipsa absolutio debet præstari in foro sacramentali tantum. Et sic est tenēdum vniuersaliter, quod quotiescunq; in aliqua Bulla, & priuilegio conceditur facultas absoluendi à quacunq; cēsura sicut cōceditur Prælatis religionum in facultate ipsis cōmissa à Clemēte IIII. & etiāsi addatur, quod id ipsum possunt facere in foro conscientiæ (sicut additur in priuilegio Martini V. concesso Priori Sancti Benedicti Vallisoleti, de quo supra egimus) talem facultatem extendi, vt extra forum sacramentale, possit talis absolutio dari, prout tenet Henriquez [c] dicens, hanc opinionem tenuisse Victoriam, Peñam, & Medinam doctissimos Patres Dominicanæ familiæ. Et affirmat, quod Commissarius generalis Cruciatæ hoc modo similem clausulam Bullæ Cruciatæ explicauit. Neq; obstat quod in dictis priuilegijs dicatur, quod possint absoluere, à peccatis & à censuris, & peccatorum absolutio non possit dari, nisi in sacramento pœnitentiæ. Nam respōdetur id debere intelligi secundum dispositionem iuris, videlicet, quod à peccatis fiat absolutio in sacramento pœnitentiæ, & à cēsuris extra sacramentum, iuxta ea quæ notantur in iure, & tradunt Armilla, [d] Ledesma, & Soto.

c Henriq. li. 3. de indulg. c. 13. lit. R.

d Armill. v. excommun. §. 20. Ledes. 2. 4. q. 29. art. 9. Sotus in 4. d. 18. q. ar. 5. col. 9.

## ARTICVLVS VIII.

### *Vtrū prædicti Prælati possint absoluere à cēsuris & casibus reseruatis à Sūmo Pōtifice post datas dictas cōcessiones.*

REspondeo dicendo, q̄ concessio Papæ ad absoluendum ab omnibus sibi reseruatis, intelligitur etiam de reseruatis post factam concessionem. Quod probatur. Nam si Princeps alicui Magnati concedat collationem beneficiorum certæ ciuitatis, talis concessio intelligitur etiam de his beneficijs, & officijs, quæ post concessionem creata sunt per Principem. [c] Quod probatur ex quadam decretali. [e] Ex qua colligit glossa ibi, quod licet verba in

e ca. quia circa. de priuil.

dubio videantur relata ad tempus præsens iuxta ea quæ dicuntur in iure, [b] id tamen non procedit in concessionibus respicientibus solum præiudicium concedentis. Nam tunc quasi beneficiū late accipientur, atq; ita etiam in illis futura venient, prout tenēt Panormitanus, [c] Crotus, Fortunius Garcia Alciatus, Couarruuias, & noster Lusitanus doctissimus Petrus Barbosa. Et sic in proposito Papæ in dictis concessionibus videtur concedere casus de nouo à sede Apostolica reseruandos in concessionibus supradictis cū facile cogitare potuerint eos posse reseruari sicut de nouo multi reseruantur, argumento eorum quæ tradūtur in iure [d] & tradit Alexander. Præsertim, quia dictæ cōcessiones generaliter & simpliciter factæ propter iustam causam debent recipere extensionem, sicut recipiunt cōcessiones datæ principaliter propter publicam vtilitatem, iuxta tradita à Ioāne Andrea, [e] & ab eodē Alexādro. Ex quibus colligitur, quod dicti prælati possunt absoluere etiam ab excommunicationibus reseruatis à sede Apostolica post concessionem priuilegiorum per quæ eis dicta absolutio fuit cōmissa, nisi in ipsa reseruatione specialiter prohiberetur ipsis prælatis absoluere suos regulares ab ipsis peccatis nouiter reseruatis derogando eorū priuilegia.

b l.fi ita ff.de auro & argē to legat.

c Pano.in d. c.quia circa. n.5.&in c.cū ex iniuncto. n.5.de hæreticis. Crotus in l. omnes populi.n.153. ff.de iusti. & iure. Fortun. in l.gallus.§ & quid si.nu 166. Alcia. in l.verbū erit. n.7.ff.de verbo.significa. Coua.in pract.qq.c.2.n. 1.in fi. Barbo. in l. diuortio 8.§.quod in anno. ff. soluto matrim. d l.fi seruitus ff.de seruitutibus. verbo præd. Alexā. in l.si mihi & tibi §.fi. col. vlti. ff.de legat.1.

e Ioan. And. in c.qui sentit, de reg.iu. in.6. Alex.cōsi.178.n.11.& 12.li.2. fin 1.impres. fo.59.& in 2. fo.143.cōcess. 345.

## ARTICVLVS IX.

### *Vtrùm dicti prælati possint absoluere suos subditos à casibus Cœnæ Domini.*

REspondeo dicēdo, quod Syxtus IIII. f prout habetur in libro Monumenta ordinum, in prima & secunda impressione, circa literas Clementis Quarti superius allegatas, quibus concesserat ministris, vicarijs & custodibus fratrum Minorum facultatem absoluēdi & dispensandi fratres eiusdē ordinis, nisi talia perpetrassent, propter quæ essent merito ad sedem Apostolicam destinandi, declarauit duntaxat esse ad sedē Apostolicā merito destinandos hæreticos relapsos schismaticos, & qui literas Apostolicas falsificassent, aut ad infideles prohibita detulissent. Sed in reliquis omnibus etiā simoniæ prauitate irretitis, posse per illos, quibus inibi conceditur absolutionis & dispēsationis beneficium iuxta casuum exigētiā impertiri. Circa quæ verba aduertit Collector priuilegiorum Mendicantium, quod ista cōcessio videtur expirasse: & idem esse de omnibus cōcessionibus tāgentibus præ dictum processum Bullæ Cœnę g Domini: Cum quolibet anno ille procellus censurarum de nouo promulgetur cum noua reseruatione prædictorum casuum, & cum maximis censuris contra absoluentes ponendo ibi expresse: non obstātibus priuilegijs &c. etiā ordinibus Mendicantibus concessis, & alijs sufficientibus derogatorijs. Vnde ait, quod tempore primi capituli generalissimi consultus super hoc Reuerendissimus Dominus Cardinalis Alexandrinus, qui & præpositus appellatur, respondit Reuerēdo Patri bonæ memoriæ Fratri Martiali Boulier qui fuit generalis vicarius fratrum Minorū Cismontanorum, dicens, quod prælati nostri non poterant absoluere fratres suos, nō solum ab illis quatuor casibus contētis, seu exceptis in Mari magno, sed neq; ab aliquo alio in Bulla Cœnæ contento: & quod illa concessio & declaratio Syxti in dicto Mari magno potuit valere in vita sua. Quia licet processum quolibet anno publicauit, semper tamen intendebat excipere fratres (prout ipse cōcesserat) nisi in dictis quatuor casibus. Et propterea ait, quod Reuerendissimi Generales Ordinum debent prouidere, quod ponatur semper in Bulla Cœnæ Domini exceptio religiosorum quoad fratres suos. Vel debent præcipere, vt quolibet anno procuratores ordinis trāsacta die Iouis Sancti post promulgationem censurarum, obtineant facultatem absoluendi ab illis casibus omnes fratres & alias personas pro quibus prælati nostri habent autoritatē scilicet Moniales, Tertiarios vtriusque sexus oblatos famulos & domesticos. Hæc Collector. Sed doctissimus Doctor Morgouiejo Cathedraticus primarius sacrorū Canonū in illustri vniuersitate Conimbricēsi, & Canonicus doctoralis cathedralis Salmāticēsis in inclyta Salmāticæ Academia publicè sacros Canones legēs affirmauit hanc explicationē Collectoris durā nimis sibi videri, cū ex ea multa sequātur absurda. Quorū primū est: Nā sic esset derogatū indultū cōcessū cōfratriæ Sanctissimi sacramēti virtute cuius cōfratres quotānis aliquoties possunt absolui ab omnibus casibus Papalibus etiā contētis in Bulla Cœnæ. Secūdū absurdū est: Nā ille qui, verbi gratia, impetrauit indultum in principio Quadragesimæ, vt à casibus Cœnę Domini posset absolui nihil haberet, si publicata Bulla Cœnę Domini

g Colle.tit. absolutio ordinaria quo ad fratres.§. 13.

mini in die Iouis Sancti, tale indultū reuocaretur. Quæ omnia incōstantiam & repugnantiam alienam maximè à Principe prædicant, quam sacri [a] Canones, & leges Imperatorum condemnant, vt tradit Baldus allegans ad id aliqua: dicens voluntatē principis debere esse cōstantem & immobilem, vt lapis angularis & polus in cælo. Quare non est verisimile Papam reuocare statim quod sui antecessores & ipse de proximo concesserat. Ad cuius rei confirmationem ponamus, quod Papa prima die Decembris concedat bullam cuidam Prædicatori à se misso ad conuersionem Indorum Orientalium, vel Occidentalium, in qua cōcedit, vt in illa noua Ecclesia possit plantare confratrias, & confratres ipsarum possint absolui à reseruatis in bulla Cœnę Domini: qui prędicator gaudēs in Domino, pergens in Hispaniam accedens ad ciuitatē Olysipponensem aut Hispalensem, volens nauim ascendere, dies Iouis Sancti iā accedit, in quo processus bullæ Cœnæ Domini in curia publicatur cum reuocatione priuilegiorum etiā Mendicantibus concessorum: debemus dicere hunc prædicatorem suam operam perdidisse, & suam bullam quoad casus Cœnæ Domini esse reuocatam? Absit hoc concedere. Neque hoc credendū est de mente suę Sanctitatis conuersionem animarum maximè zelantis. Quibus addo, quod secundum mentē ipsius debemus iudicare. Argumentum enim verisimilitudinis, voluntatem legislatoris maximè declarat, vt colligitur ex iure. [b] Vnde quia à verisimili arguit, argumentum à ratione naturali proponit: verisimilitudo enim quid connaturale est naturæ discursiuæ, vt ait Baldus, [c] & habetur pro lege vt dicit Oldradus, quos sequitur Craueta. Qui ex hoc infert, quod ille, qui habet verisimilitudinem pro se, habet decisionē legis etiam pro se, prout latè tradunt Euerardus, [d] & Tiraquellus. Neque valet consilium Collectarij, scilicet, quod trāsacto Ioue Sancto statim petatur à Procuratoribus ordinum reualidatio priuilegiorum regularium prædictos casus concedentium. Nam etiamsi ea fiat diligentia, minimè possumus liberare Summum Pontificem ab incōstantia ab ipso maximè aliena. Neq; etiam his obstat declaratio illustrissimi Cardinalis. Primo, quia ipsa non est Papalis; secundo quia ea data nō cessat posterius absurdū. Potest enim contingere, quod Papa concedens prædictam bullam prædicatori ad Indias pergenti prima die Decembris, à vita decedat, statim post natiuitatem & eius successor in die Iouis Sancti reuocet dicta priuilegia Regularium, in qua reuocatione secundū declarationem domini Cardinalis debet necessario includi indultū supradicti prædicatoris. Quare concludendo, dico quod dicta absurda, mihi grauissima videntur. Et sic salua semper correctione sanctæ matris Ecclesiæ, puto dicēdū, quod bulla Cœnæ Domini in sua reseruatione, & de rogatione priuilegiorum solū vult dicere, quod colore priuilegiorum Bullarum concedentium absolutionem à reseruatis, à Sede Apostolica nullus audeat absoluere à dictis casibus reseruatis in Bulla Cœnæ Domini, propter grauitatē delictorū & peccatorū, quorū reseruatio in ea fit. Et hac ratione quotānis à Sede Apostolica fit eorū reseruatio, publicato solenniter processu dictæ Bullæ in die Iouis Sancti. Et sic nolunt Sūmi Pontifices derogare priuilegia concedentia dictos casus. Et hoc constat ex Bulla Cœnę Domini publicata per dominū Syxtum V. Papā anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo sexto, primo anno sui Pontificatus. Cuius clausulæ tenorem hic proponam.

*Caterùm à prædictis sententijs nullus per alium, quàm per Romanū Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus; Neq; etiam tunc, nisi de stando Ecclesiæ mandatis & satisfaciendo cautione præstita, absolui possit, etiam prætextu quarumuis facultatū, & indultorū, quibuscunque personis Ecclesiasticis, sæcularibus & quorumuis ordinum, & etiam Mendicantium, ac militiarū regularibus, & Episcopali, vel alia maiori dignitate prædictis, ipsisque ordinibus, & eorum monasterijs conuentibus, & domibus, ac capitulis, collegijs confraternitatibus, Congregationibus, hospitalibus, & locis pijs, necnon laicis etiam imperiali, regali, & alia mundana excellentia fulgentibus per nos*

[a] Ca. impu-tari de fide instrum. clemen. vnica. de renunc. l. vbi repugnantia de reg. iur.

[b] l. non est verisimile ff. quod metus causa. l. cum res legatæ. ff. legat. 1.

[c] Bald. cōsi. 180. n. 3. volum. 3. Oldrad. consi. 13. Craueta consi. 192. n. 6.

[d] Euerard. in locis legal. c. 5. Tiraquel. in l. si vnquā n. 37. & sequēt.

*ac dictam sedem, ac cuiusuis Concilij de creta verbo, literis, & alia quacunque scriptura in genere & in specie concessorum & innouatorum ac cõcedendorum & innouãdorum nisi in eis etiam casus præsentibus literis expresse comprehendantur.* Hæc Syxtus Quintus. Et eandem exceptionem ad literam in illis verbis. Nisi in eis etiã casus præsentibus literis expresse comprehendantur, ponit Dominus Clemens Octauus in eadem clausula processus Bullæ Cœnæ publicata ab ipso, anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo tertio. Ex quibus verbis exceptiuis expresse colligitur, nolle supradictos Summos Pontifices in dicta publicatione derogare priuilegia dictos casus concedentia. Et sic remanet nostra opinio magis confirmata. Neque contra hoc obstat, quod alij Sũmi Pontifices prædictorum verborum non fecerint mentionem. Nam huic obiectioni respondeo, quod ideò eorum non meminerunt: quia, licet non exprimantur debent censeri expressa, & taciti & expressi idem est iudicium, prout dicitur in iure. Pro cuius rei explicatione notandum est quod etiam si Bullæ Apostolicæ concedãt autoritatem, vt fideles possint absolui ab omnibus casibus Papæ reseruatis virtute dictarum Bullarum non possunt absolui fideles à casibus contentis in Bulla Cœnæ Domini. Licet enim concedant generaliter autoritatem absoluendi ab omnibus casibus Papæ reseruatis: sunt tamen casus Bullæ Cœnæ Domini tam notabiles & atroces, vt in generali concessione minimè comprehendantur, nisi de eis expressa mentio fiat, iuxta doctrinam multarum legum [a] & decretorum. Vnde concedens sua Sanctitas absolutionem à quocunque casu Sedi Apostolicæ reseruato, volens concedere casus Bullæ Cœnæ, illud non subticet, sed exprimit, prout aduertunt Staphyleus, [b] & Gomecius. Ex qua doctrina sequens conficio argumentum, videlicet, quod si in concessione generali casuum Papalium, quæ est beneficium, & per consequens ampliada, non includitur potestas ad absoluendum à casibus Bullæ Cœnæ Domini, nisi expresse in ea comprehendantur: quare in reuocatione generali priuilegiorum concedentium potestatem ad absoluendum à casibus reseruatis Sedi Apostolicæ, cum ipsa reuocatio sit stricti iuris, & per consequens stricte interpretanda, debemus dicere, quod reuocantur priuilegia concedentia authoritatem ad absoluendum à casibus Bullæ Cœnæ, nisi in ea reuocatione ipsorum priuilegiorum fiat expressa mentio? Et ita censeo, quod, vt supradicta opinio collectoris esset vera, erat necessarium quod Papa diceret quod per nullum priuilegium & facultatem possint absolui à casibus Bullæ Cœnæ, etiam si in ipsis priuilegijs autoritas ad eorum absolutionem concedatur, quod non inuenio expressum in Bullis Cœnæ Domini his temporibus publicatis. Et per consequens nulla facta mentione prædictorum priuilegiorum in dictis reuocationibus, censeo salua semper correctione sanctæ matris Ecclesiæ, Sũmos Pontifices ea minime velle reuocare: cum beneficia Principum debeant esse permanentia, vt dicunt iura, [c] & nemo autoritate legis deriuatæ ab illa æterna ratione damnum pati debeat, prout dicit quidam Imperator. [d] Et pro hac nostra opinione facit Extrauagãs, [e] Papæ Pauli Secundi. Vnde sequitur non esse reuocatum per Bullam Cœnę Domini priuilegium concessum ab Adriano Sexto anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo, ad petitionem imperatoris Cæsaris Augusti, quod concesit, vt Prouinciales Indiarum ordinum Mendicantium possint absoluere fratres suos deputatos cõuersioni Indorum, ab omni censura Ecclesiastica, etiãsi esset de Cœna Domini. Hoc enim priuilegium quantum ad forum conscientiæ minimè censeo esse reuocatum. Quod confirmatur, quia processus Bullæ Cœnæ Dñi, minimè publicatur in Episcopatibus Indiarum, cum nec etiam publicetur in Episcopatibus Hispaniarum: & publicatio ipsius in vno quoque Episcopatu requiritur ad reuocationem priuilegiorum, vt doctè ait Soto: [f] De quo dicemus in quæstione de Confessarijs, quoad potestatem absoluendi.

[a] l. ita apud Labeonẽ. §. ait Prætor. ff. de iniur. c. sedes de rescrip.

[b] Staphyl. tit. de rescr. in form. breuium, pag. 191. Gomez in tract. breuium. n. 26.

[c] Regul. de cet de reg. iuris. lib. 6.

[d] l. 1. C. qui veniam ætatis impetra.

[e] Extrauag. si Dominici §. sanctissimus, ibi sine speciali suæ sanctitatis licentia.

[f] Soto. li. 1. de iust. q. 1. art 3.

## ARTICVLVS X.

*Vtrùm prædicti prælati possint absoluere suos subditos à crimine hæresis.*

Respon-

REspondeo dicendo, quòd supposito priuilegia regularium concedentia autoritatem ad absoluendum à casibus Bullæ Cœnæ non reuocari, quando ipsa Bulla Cœnæ publicatur, prout dictum est in articulo superiori, videtur, quod dicti prælati possint absoluere in foro conscientiæ suos subditos à crimine hæresis, dum modo non sint hæretici relapsi, iuxta declarationem Sixti Quarti. Et hæc opinio probatur si crimen hæresis sit occultum ex decretis in Concilio [a] Tridentino; vbi conceditur Episcopis tantum & non eorum vicarijs, vt possint absoluere suos subditos in foro conscientiæ à crimine hæresis occulto. Et per consequens id ipsum videtur asserendum de prælatis regularibus habentibus iurisdictionem quasi episcopalem, quod, scilicet, possint absoluere in foro conscientiæ suos subditos ab eodem crimine hæresis occulto. Et hanc opinionem tenet Panormitanus, [b] sequẽs Benedictum, & Federicum. Et confirmatur: nam quidquid conceditur Episcopis conceditur etiã prædictis prælatis ex eo, quod habent iurisdictionem, quasi episcopalem, prout aiunt celebris glossa, [c] & plura decreta, quæ hanc veritatem confirmant, vt doctissimus Nauarrus etiam expresse innuit. Neque his obstat, quod secundum aliquos facultas concessa episcopis à Concilio Tridentino, vt scilicet, possint absoluere suos subditos à crimine hæresis occulto sublata est per processum bullæ cœnæ Domini postea à Gregorio Tertio decimo publicatum: nam respondetur, quod ego nunquam mihi potui persuadere talem autoritatem ipsis fuisse sublatam respectu absolutionis ab hæresi. Nam Concilium Tridentinum restituit episcopis, sublatã olim iurisdictionem, quam habebant iure communi, aut diuino secundum quosdam, sed subordinatam, & restringibilem à Papa. Episcopi enim iure communi, aut diuino, nisi expresse limitentur, habent pro subditis quidquid habet Papa pro tota Ecclesia. Et sic Concilium Tridentinum in hoc est lex correctoria, quæ reducit restrictionẽ dictis episcopis factam ad terminos iuris communis antiqui, & per consequens iuxta doctrinam communem traditam à Molina, [d] & à Gutierrez, & à Couarruuias non censetur derogari neque limitari, nisi expresse derogetur, aut limitetur. Vnde in omnibus constitutionibus à Sede Apostolica emanatis, in quibus aliqui casus Sedi Apostolicæ reseruantur particularis mentio fit de decretis Concilij Tridentini dicendo, quod concilio prædicto non obstante talium casuum absolutio soli Sedi Apostolicæ reseruaretur, nec in illa Bulla Cœnæ Domini, neque in alijs postea publicatis videmus expresse, & specialiter hoc decretum derogari. Et confirmatur ex dictis supra, articulo superiori. Et ita tenet Enriquez [e] quod episcopi modo in foro conscientiæ possunt absoluere ab hæresi occulta, affirmans eam tenere opinionem modo multos Iurisperitos & Theologos, videlicet, Peñam, Medinam, & Gallum de familia prædicatorum eam tenuisse, & Doctissimum dominum Sanctium Episcopum Segorbiensem, & dominum Guerrerum Archiepiscopum Granatensem, & dominum Blancum Archiepiscopum Compostellanum, huius etiam fuisse opinionis affirmant. Qui reuerendissimi præsules magnam habent in hoc autoritatem, tum propter eorum singularem doctrinam, & sanctitatem, tum quia vt patres Ecclesiæ interfuerunt Concilio Tridentino. Refert etiam doctorem Moyam, & doctorem Solis Primarios Salmanticenses huius fuisse opinionis. Refert etiam quod illustrissimus Cardinalis Garrafa nomine congregationis Cardinalium, ita rescripsit ad dominum Christophorum Vela Archiepiscopum Burgensem. Et hanc opinionem tenui in explicatione [f] Cruciatæ, quam nouissimè me ipsum & alios allegans tenet doctissimus Gutierrez [g] in quæstionibus Canonicis, ab ipsomet nouiter additis & locupletatis.

Hoc tamen non obstante, modo de supradicta Abbatis Benedicti, & Federici opinione dubito. Licet enim Episcopis cõcedatur absolutio ab hæresi occulta in foro conscientiæ, non inde sequitur ipsam concedi prælatis regularibus habentibus iurisdictionem, quasi Episcopalem. Episcopi enim vltra id, quod sunt Episcopi, habent modo titulum inquisitorum: imò sunt inquisitores hæreticæ prauitatis, prout infra secũdo tomo in quæstione de inquisitoribus hæreticæ prauitatis dicemus. At prælati regulares minimè sunt inquisitores

a Conc. Trident. sess. 24. de reform. c. 6.

b Panor. in c. at si clerici. §. de adulterio. n. 18. de iudicijs.

c Glo. in clemen. 1. de rebus Eccles. non alienãdis c. Abbates, & ibi glo. de priuil. lib. 6. Nauar. in sum. ca. 12. n. 75. & lib. 4. consiliorum, titul. de sponsalibus. consil. 5. in fine.

d Molin. li. 3. de primo gen. c. 4. nu. 25. Gutierr. de iuramento confirmatorio. c. 51. nu. 8. Couar. lib. 3. varia. cap. 6. nu. 4.

e Enriquez lib. 3. de pœnit. c. 3. in 2. tomo.

f In explic. Cruciatæ. §. 9 n. 70.

g Gutier. in quæst. Can.

respectu suorum subditorum, & ideo non concludit, prælati regulares habent iurisdictionem quasi Episcopalem, ergo possunt absoluere suos subditos ab omnibus, à quibus Episcopi possunt absoluere suos diœcesanos, & per consequens à crimine hæresis occultæ, cum Episcopi vltra iurisdictionem episcopalem, ratione muneris ipsorum habeant annexum munus inquisitorum. Præterea ipsis Episcopis sublata fuit quoad crimen hæresis iurisdictio, vt possint suos diœcesanos absoluere: & hæc iurisdictio per Concilium Tridentinum fuit ipsis restituta, prout dictum est in superioribus. Ex quibus hoc conficio argumentum: Si communi sensu Episcopis fuit sublata talis iurisdictio, respectu criminis hæresis, ergo etiam fuit sublata prælatis regularibus, cum eorum iurisdictio sit quasi episcopalis, ad instar iurisdictionis episcopalis; & videmus supradictam iurisdictionem restitutam à Concilio Tridentino Episcopis tantum, & non eorum vicarijs habentibus iurisdictionem ordinariam. In quo decreto nulla fit mentio, neque in generali, neque in speciali de prælatis regularibus iurisdictionem quasi episcopalem habentibus, ergo quoad ipsos non est restituta. Vnde concludendo dico, ipsos prælatos regulares per supradicta minime hanc habere autoritatem. Et opinionē Panormitani, licet suo tempore haberet probabilitatem, modo tamen eam minime continere, cum post eius tempus iurisdictio ad absoluendum ab hæresi suos diœcesanos Episcopis fuerit sublata, & per consequens fuerit etiam sublata à prælatis regularibus, si eam habebant: quibus minime fuit restituta, sicut Episcopis à Concilio Tridentino fuit restituta, & concessa.

Neque his obstat, quod regulares non sunt peioris conditionis, quam sæculares. Vnde cum ipsi sæculares possint absolui ab hæresi occulta à suis Episcopis, videtur dicendum, quod regulares possint absolui ab eoden crimine occulto ab eorum prælatis iurisdictionem quasi episcopalem habentibus. Nam respondetur non esse peioris conditionis in hoc regulares quam sæculares, cum ipsi regulares, possint submitti iurisdictioni Episcoporum renuncian-do priuilegium exemptionis, quoad hoc, & sic absolui ab eisdem, iuxta doctrinam Federici Senensis, quam sequitur doctissimus Nauarrus [a]. Hæc dicta sint secluso quocunque priuilegio.

a Naua. li. 1. c consi. 11. de offi. ordi cō si. 8. in i. impres.

## ARTICVLVS XI.

### *Vtrùm Episcopi possint absoluere à crimine hæresis occulto per suum Commissarium, aliquam verbi gratia monialem.*

REspondeo dicèndo, quod doctissimus [b] Corduba tenet partem affirmatiuam, dicens, quod in Concilio Tridentino non diffinitur, quod Episcopi non possunt committere alicui specialiter talem facultatem, sed quod eorum vicarijs non licet absoluere à prædicta censura & culpa. Quod docet esse intelligendum virtute generalis commissionis, quæ dari solet vicarijs Episcoporum ad absoluendum à quibuscunque casibus sibi reseruatis. Et sic tenet quod Episcopi possunt committere suam autoritatem alicui commissario particulari ad effectum prædictæ absolutionis. Et ratio huius est, quia Commissarius ex priuilegio perpetuo potest, alteri suas vices cōmittere, prout cum communi tenet Sylueſter. [c] Cum ergo Episcopi sint ad hunc effectum ex priuilegio iuris in Concilio concesso Commissarij, & non prohibeantur in eodem Concilio suam committere autoritatem in præ dicto casu, sequitur, quod id possunt. Et hanc opinionem tenet Angles [d] olim Episcopus Bosensis, & ego eam secutus sum in explicatione [e] Cruciatę, & in nostra Summa [f] confessorum id ipsum affirmaui contra Ioannem Gutierrez sequens doctissimum Nauarrum. Nec obstat Concilium Tridentinum ibi, *aut vicarium ad id specialiter deputandum.* Quæ verba innuunt Episcopum ad alios casus præter hæresim creare vicarium de nouo. Ex quibus sequitur, quod ad absoluendum ab hæresi, ad quod contrarium seruari præcepit Concilium, non potest aliquis vicarius de nouo deputari. Ad hoc enim respōdetur, q̄nō potest creari aliquis vicarius de nouo cū speciali autoritate ad absoluendū omnes generaliter ab hæresi occulta, at non negat Concilū, Episcopū posse creare cōmissarium ad aliquem

b Cordo. de casi. consci. q. 8.

c Sylu. ver. absolutio. 4. q. 6. dub. 2. & ver. commissar.

d Ang. in 4. q. de cōfe. ar. 5. difficul. 6. e § . 9. n. 79.

f in Sum. 1. tomo. c. 128. pag. 348. co. 1. Gutier. in practic. quæstionib. c. 13. n. 28. pag. 151 Nau. li. 5. cōsil. tit. de sentē. excom. cons. 15. pag. 195. in 1. impres.

aliquem casum particularem concurrentibus causis ad id vrgentibus, verbi gratia, ad absoluendum monialem, quæ propter votum, aut præceptum clausuræ ad præsentiam episcopi minimè adire potest, neque Episcopus ad eam recurrere cōmodè potest, vt eam absoluat, quo casu, si ipsa necessario per Episcopum esset absoluenda in maximis angustijs constitueretur, & eius anima in probabili periculo collocaretur. Et quia hæc opinio mihi maximè arridet visum est mihi eam aliquibus rationibus Theologicis, & iuridicis confirmare, quibus sufficienter probabo, quod in hoc casu præceptum concilij in toto suo rigore minimè obligabit. Prima ratio est: nam in omnibus pręceptis epicheya seruari debet, quę secundum Diuum Thomam, [a] & Anguest, nihil aliud est, quam æquitas, quæ est iustitia dulcore misericordię tēperata, pensatis omnibus circūstantijs, cuius officium, seu proprius actus est in casibus specialibus discedere à verbis legis generalis, seruata tamen legis intentione, attentis omnibus circunstantijs. Itaque epicheya est, quæ prætermisso verborum legis rigore præfertur, quod recta ratio poscit, & quod legislator in tali casu præeligere debuisset. De his enim, quæ, vt plurimum accidunt, feruntur leges pro bono communi, quarum obseruantia in quibusdam casibus, & circunstantijs manifestè bono cōmuni perniciosa foret. Quod enim pro certo fine introductū est, nō debet contra illū finē militare; quare ipsum salubriori consilio est pro tunc relinquendum, si enim non relinquerentur potius pręuaricatio legis, quam obseruantia esset censenda, iuxta regulam iuris dicentē, quòd is cōmittit in legem, qui verba legis amplectens contra legis nititur voluntatē. Et sic rigor iuris sequendus non est, quando ex ipsius obseruatione in casu particulari fit contra bonum ab ipso iure intentū. Et certè si rigor Concilij Tridentini in hoc casu seruaretur, ita, vt nullatenus in eo possint Episcopi alicui committere vices suas, clare videtur huiusmodi rigore in hoc casu non in ædificationem, sed in dispendium prædictæ animæ retorqueri.

a D. Thom. 2.2. q.129. articu. 1. Anguest. in moralib. c.5.

Secunda ratio est: nam neque Deus, neque Ecclesia intendit in suis præceptis nos obligare ad vix possibile, & nimis difficile in se: quia moraliter & ciuiliter secundum iura impossibile est, quod vix, nisi cum magno detrimento fieri potest: ad quod nemo regulariter obligatur. Alioqui quomodo saluaretur illud Matthæi, [b] Iugum meum suaue est, & onus meum leue? Neque Deus esset homine benignior, sed durior, quod absit. Et in hoc casu iam videmus quanta cum difficultate huic animæ mederi potest, seruato rigore Concilij Tridentini.

b Matth. 11.

Tertia ratio est: quia pie credendum est neque Deum in lege gratiæ velle, neque Ecclesiam debere imponere nobis iugum vix possibile & difficillimum, saltem sub pœna peccati mortalis. Neque enim Deus vt homo quærit occasionem ad calumniandum, prout dicitur Sapientiæ primo capite: Sentite de Deo in bonitate; & concordat doctissimus Anguest, [c] exemplificans de medio iustitiæ, scilicet, de æqualitate punctuali, quam seruare est nimis difficile, & vix possibile in omnibus: ideo ad eam non tenemur, sed intra latitudinem, quodam grosso modo æstimatam secundum Scotum, & communiter Doctores ex secundo, & quarto Ethicorum. Ex quo dicunt Doctores, quod ideò non obligamur sub mortali peccato confiteri peccatum, quando ex eius confessione explicita imminet probabile periculum spirituale, aut corporale cuiuscunque. Neque tenemur quærere confessorem cum magna difficultate: puta itinerando viginti leucas ad confessorem quærendum. Tunc enim reputatur homo non habere copiam idonei confessoris, quando vix & sine magna difficultate habere non potest. Et de alijs multis casibus simile erit iudicium ex prædicta regula. Quæ omnia in casu, de quo in præsentiarum, locum habent, vt patet intuenti. Et sic ex dictis patet in eo vtendum esse epicheya, licet Concilij Tridentini rigor obuiaret, quanto magis, quod non obuiat, secundum explicationem Angles, & Nauarri superius citatam. Et aduertendum secundū Nauarrum, [d] quod Episcopus duobus modis potest committere hanc autoritatem dicto Vicario. Primo signando ipsi pœnitentiam, quam imponere debet post absolutionem, secundo concedendo ipsi autoritatem non solum ad absoluendum, sed ad arbitrandum pœnitentiam. Ille enim, cui competit absoluere ratione officij sui, prout competit Episco-

c Anguest. in moralib. c.6. & 10.

d Naua. vbi supra.

po in hoc casu, potest absolute, non solū committere autoritatem ad absoluendum, sed etiam adpœnitentiam arbitrandum, secundum doctrinam doctissimi Decij. [a]

a Dec. in c. fin. de offic. ordin.

Est etiam aduertendum, quod Episcopus potest absoluere in absentia ab excommunicatione extra sacramentum pœnitentiæ incursa ratione hæresis occultæ, sicut potest absoluere ab alijs excommunicationibus, vt affirmat [b] Nauarrus. Ex quo sequitur, quod potest absoluere ab excommunicatione dictam monialem absentem, quæ absoluta ab excommunicatione potest absolui à crimine hæresis à quocumq; confessore ab eodem Episcopo approbato. Peccata enim Sedi Apostolicæ reseruata ratione excommunicationis reseruantur, qua sublata, iam non sunt dicenda reseruata.

b Nau. vbis.

## ARTICVLVS XII.

### *Vtrùm prædicti prælati possint absoluere suos subditos ab excommunicatione capituli si quis suadente diabolo*

REspondeo dicendo, quod Bonifacius Octauus ordinauit, quod religiosus qui manus violentas in clericum iniecit, ne hoc prætextu habeat materiam vagandi possit ab Episcopo eo casu absolui, qui sæcularem clericum posset absoluere si alium clericum percussisset, videlicet quādo leuiter percussit secundum glossam super decretalem ipsius Bonifacij. Sed postea Innocētius Quartus, prout habetur in libro [d] Monumenta ordinum, concessit generali & Prouincialibus Ministris, vt eos qui ex fratribus suis pro iniectione manuū in se ipsos incurrerint in excommunicationis vinculum, aut in id ante susceptum habitum inciderint, vel alias sunt excommunicati valeant absoluere, nisi adeo graues, & enormes sint excessus, quod merito sint ad sedem Apostolicam destinandi. At postea Clemens IIII. in priuilegio citato in primo articulo huius quæstionis concessit Generalibus Prouincialibus, Vicarijs Custodibus, & prioribus conuentualibus, iuxta quandam concessionem fratrum prædicatorum superius allegatam, & eorum vicarijs, vt possint beneficium absolutionis impertiri suis fratribus, & omnibus fratribus suorum ordinum ad eos declinantibus cuiuscumque sententiæ excommunicationis à iure, vel ab homine excepta excommunicatione lata contra hæreticos relapsos, Schismaticos, & literas Apostolicas falsificantes, aut ad infideles prohibita deferē tes, iuxta declarationem Sixti Quarti superius allegatam. Ex quo colligitur, quod cū exceptio firmet regulam in contrarium possunt sine dubio dicti patres absoluere ab excommunicatione propter iniectionē manuum violentarum in clericum, etiam si sit sedi Apostolicæ reseruata, quod insuper probatur; nam cui conceditur maius, etiam minus concessum videtur: sed ipsis prælatis conceditur absolutio à cæteris casibus in cœna Domini, ergo à fortiori absolutio huius excommunicationis, quæ est minor indulgetur. Sed dubium est vtrum dicta absolutio eis concedatur quando fratres se mutuo in claustro percutiunt, & non quando extra claustrum. Et videtur quod sic, nā priuilegia debent explicari iuxta terminos iuris communis. Et in quadam decretali [e] ordinatur, quod regulares si in claustro se percusserint possint à suo prælato, vel Episcopo absolui. At respondetur, quod licet extra claustrum se percusserint, possunt absolui virtute dicti priuilegij. Neque obstat dicta obiectio: illa enim verba non ponuntur in ea decretali, quasi innuant, quod si extra claustra se percusserint ab Episcopo, & non à suo prælato debeāt absolui. Sed quia hoc crebrius in claustro contingit, prout aduertit Panormitanus [f] allegans aliqua iura, in quibus probatur clarè Prælatos regulares posse absoluere suos subditos extra claustrum se mutuo percutientes. Et aduerte, quod si superior aliquis percusserit suum subditum, potest ipse secundum priuilegia absolui ab alio subdito suo electo ab ipso in confessorem, & si subditus & prælatus se adinuicem percusserint, & in conuentu non sit aliquis qui eos possit absoluere, possunt ad inuicem se absoluere, prout tenet Ioānes [g] Fabiā. Licet enim secundū ius ordinariū excōmunicatus maiori excōmunicatione non possit alium excōmunicatū eadem excommunicatione maiori absoluere, prout est notatum in sacris Canonibus [h] in casu tamē necessitatis, vbi nō est alius frater qui eos possit absoluere, potest excō municatus aliū excōmunicatū absoluere, & ratio est: quia necessitas nō habet legem, & pro-

c c. religioso de sentē. excom. li. 6.

d In 1. impr. fo. 104. concess. 219.

e ca. monachi de sent. excom.

f Pano. in c. cū illorū. de sen. excom: per tex. ibi & c. canonica. eod. titu.

g Fabian in ver. absolutio. 2. §. 6.

h ca. audiuimus 24. q. 1.

probat hoc dictū Ioannis Fabiā à maiori. Quia si excōmunicatus in casu necessitatis potest absoluere a peccatis, à fortiori poterit ab excommunitione.

## ARTICVLVS. XIII.

*Vtrùm prædicti Prælati possint absoluere suos subditos ab excommunicatione, & suspensione, quæ incurritur ratione simoniæ in ordine.*

REspondeo dicendo, simoniacum realē in ordine tam occultum, quam publicum esse ipso iure suspēsum quoad se & quoad alios, vt probant iura, [a] & tradit Innocētius communiter receptus; qui etiā est ipso iure suspensus, cū reseruatione Papali, prout tradit Nauarrus. Et Pius Quintus in constitutione, quæ incipit, cum primum, excommunicat excommunicatione Papali latæ sententiæ simoniacos in ordine & beneficio Mediatores, & Procuratores palam vel occultè tam dantes, quam recipientes, confirmans in hoc extrauagantem Pauli secundi. Ipsi verò assecuti Beneficia, sunt etiam ipso iure illis priuati, & insuper inhabiles ad ea & ad omnia alia obtinenda absque aliqua declaratione, non autem, mediatores. Et est aduertendum appellatione Beneficij etiam Prioratum, Guardianatū, & similia venire, quouis nomine nuncupentur: quæ sunt Prælationes & officia Pastoralia apud Mendicantes. Quoniam Monasteriorum, seu cōuentuum sunt electiones, confirmationes, seu prouisiones huiusmodi: quanuis inter beneficia Ecclesiastica cōmuniter non computentur. Quæritur igitur in articulo quæstionis, vtrum supradicti Prælati possint absoluere ab his pœnis suos fratres in ordine vel beneficio realiter simoniacos. Et dico primo, quod semel in vita possunt dicti Prælati generales, & quibus id cōmiserint absoluere suos subditos à dictis casibus per communicationē priuilegij Eugenij Quarti, & Celestini Quinti, factam Abbatibus Cistertij, & congregationi Celestinorum, & congregationi Sancti Benedicti Hispaniarū, prout refert Collector [b] priuilegiorū ordinis Cistertij in suo Compēdio. *Nam Summi Pontifices concedunt Abbati generali dicti ordinis, & per consequens alijs, quibus ipsi duxerint committēdum, vt semel in vita possint absoluere suos subditos à quibus vis excōmunicationis, suspēsionis & interdicti censuris, aliisque sententijs, & pœnis à iure vel ab homine Apostolica, vel sedis Apostolicæ legatorum, delegatorum, vel subdelegatorum, ordinaria, vel quauis alia autoritate Prouincialis, vel Synodalis constitutionis & regularium dicti ordinis institutorum in genere, vel in specie promulgatis, vel promulgandis. Atque etiam à quibuscunque irregularitatibus & inhabilitatibus, etiā ante ingressum, vel post ex quauis causa contractis, vel contrahendis; etiamsi talia forent propter quæ ad sedē Apostolicam, vel quemcunque aliū specialis habendus esset accessus, &c. ac de quibus contriti & cōfessi fuerint plenariam remissionē Apostolica autoritate concedere.* Ex quibus tam generalibus verbis colligitur veritas dicti, scilicet, quod dicti Prælati possunt absoluere à pœnis, quæ incurrūt eorum subditi propter Simoniam in ordine, & in beneficio. At Clemēs Quartus priuilegium superius citatum, non semel in vita, sed quoties expedire videbitur, concedit dictis Prælatis, & eorum vicarijs, vt à dicta excommunicatione & suspensione in ordine, vel beneficio possint absoluere; cum in eo solum fiat exceptio quatuor casuum, iuxtà declarationem Sixti Quarti, à quibus Prælati supradicti tantum absoluere arcentur. Et Eugenius Quartus, vt habetur in libro [c] Monumenta ordinū concessit, vt fratres Minores possent absolui semel in vita à suis Prælatis à simonia, quocunque modo contracta. Verum tamen est, quod Sixtus V. in constitutione, quam edidit contra male promotos, dixit. Volumus præter alias censuras & pœnas contra simoniacè ordinantes, & ordinatos à sacris canonibus & constitutionibus Apostolicis, alias inflictas & irrogatas, quibus nequaquā derogare intendimus, etiam omnia

[a] Extrauag. 2. de simonia. c. tanta eod. tit. vbi Innocent.

[b] Collector priuil. ord. Cisterc. tit. absolut. §. 1.

[c] In 1. impres. fol. 61. & in 2. fol. 64. concess. 85.

& singula supradicta in sic promouentibus & promotis locum habeant. Illa autem supradicta, quæ Sixtus V. supra determinauerat, sunt sequentia ad literã à Sixto posita, ibi, *Clericos male promotos ab executione & exercitio eorundem ordinum susceptorum, & ab omni spe, & facultate ascendendi ad alios superiores perpetuo suspensos esse. Et si in eis celebrare præsumpserint, illos sic irregulares effectos omnibus, & quibuscũque per eos in titulum, commẽdam, aut aliàs obtentis dignitatibus, officijs, & beneficijs Ecclesiasticis cum cura & sine cura, quomodo cumquè qualificatis, sæcularibus, vel cuiusuis ordinis, aut militiæ regularibus, ac etiam si ipsi clerici regulares fuerint actiua aut passiua voce ipso facto priuamus, & ijs priuatos atque ad illa & alia similia, vel dissimilia in posterũ obtinẽda inhabiles, & incapaces esse decernimus & declaramus, dignitatũ, officiorũ, beneficiorũ huiusmodi sic pro tempore vacantium Apostolicæ sedis perpetuo reseruamus.* Ecce pœnas, quas Sũmus Pontifex Sixtus V. declarauit cõprehendere dictos simoniacos, etiã regulares. Et addit insuper Sũmus Pontifex. *Quod nemo prætextu cuiuscunq; priuilegij etiã maremagnũ nũcupati cõcessi, quibuscunq; ordinibus, cõgregationibus, & personis regularibus, aut Episcopis per decreta Conc. Tridentini, aut officio sacræ pœnitentiæ Apostolicæ, vel minoribus, aut etiã maioribus pœnitentiaribus nostris & Romani Pontificis pro tẽpore existentis, vel aliàs quomodolibet pro tẽpore concessis personæ sic vt præfertur delinquẽtes, tã, scilicet, Antistites, quã Abbates promouentes, quã clerici male insigniti, seu ordinati, à reatibus & excessibus præfatis absolui, præterquã in mortis articulo possint, aut debeãt; neq; cũ his super irregularitate præmissa contracta etiã si crimẽ penitus occultũ fuerit, quouis modo valeat dispensare.* Hæc Sixtus V. Ex quibus verbis colligitur iuxta superius citata, quod simoniacos in mala ordinũ promotione nullus præter Papã potest absoluere, etiã prætextu priuilegiorũ regulariũ, quæ sufficienter derogat Sũmus Pontifex. Et licet Clemẽs VIII. anno Incarnationis Dñicæ millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, pridie Kalend. Martij Pontificatus sui anno quinto, *Motu proprio & ex certa scientia, ac de Apostolicæ sedis plenitudine sua perpetua valitura cõstitutione supradictas literas Sixti V. ad terminos sacrorũ canonũ, ac cõstitutiones Pij Papæ II. sui prædecessoris, quæ incipit: Cũ ex sacrorum ordinũ, & ad dispositionẽ decretorũ sacri Conc. Tridentini restrinxerit, & reduxerit; necnõ cẽsuras & pœnas in eisdem Sixti literis cõtra quoscunq;. Addit tamẽ verba sequẽtia. Præter quã cõtra simoniacæ ordinãtes, & ordinatos inflictas. Has enim voluit in suo robore permanere.* Ex quibus verbis colligitur, quod hodie Prælati regulares etiã habẽtes iurisdictionẽ episcopalẽ nõ possunt absoluere, neq; dispensare cũ suis subditis, simoniacis in ordine, cũ priuilegia, quibus id facere poterant per Sixtum V. sint abrogata. Neq; etiã possunt absoluere eos, & cũ eis dispensare, quando ipsorum delictũ est occultum virtute Cõcilij Tridentini; cũ etiam decretum Cõcilij Tridentini, quoad hoc sit per Sixtũ V. abrogatũ, & per Clementẽ VIII. respectu eorum, quæ pertinent ad prædictos simoniacos, nihil sit immutatum, vt cõstat ex superius allegatis.

## ARTICVLVS. XIIII.

*Vtrum dicti Prælati possint absoluere à suspensione à diuinis virtute suorũ priuilegiorum.*

Respon-

REspondeo dicendo,nō posse plenè satisfieri huic difficultati,sine eo, quòd sciamus, quid sit suspensio à diuinis. Quod maximè necessarium esse duxi explicare,cum religiosi sæpè sæpius Apostolicis constitutionibus, hac pœna & censura feriantur.Et respondeo, quod, vt ego existimo, fuit opinio cuiusdam glossæ, [a] quod suspensio à diuinis nihil aliud est, nisi suspēsio ab ingressu Ecclesiæ.Nā finis illius glossæ est omnes suspensionis species numerare, & sub vna specie & sub vno membro ponit simul suspensionem ab ingressu Ecclesiæ,& suspensionem à diuinis,vt innuat, quod hæ duæ pœnæ solo nomine differūt. Fundamētum huius opinionis est Decretalis [b] Innocentij Quarti in Concilio Lugdunensi,in qua iudices excōmunicantes,suspēdentes,vel interdictū ponētes,verbo, & nō scripto, suspendit ab ingressu Ecclesiæ & à diuinis officijs simul,vt innuat has duaspœnas solo nomine differre,& secundum substantiam vnam & eandem rem esse. Nā suspensio ab ingressu non prohibet omnem introitum in Ecclesiam;sed tantum eū, qui est ad celebrandum diuina officia. De qua re est textus expressus Bonifacij Octaui, [c] sic dicentis. Is cui est Ecclesiæ ingressus interdictus,sibi per consequens censetur ipsa diuinorū celebratio interdicta. Atq; adeò secundum hanc opinionē suspensio à diuinis, nihil aliud esse videtur, nisi prohibitio celebrandi diuina officia in Ecclesia tātum. Quare extra Ecclesiā quæcunq; diuina officia celebrare poterit. Verū licet hæc opinio non careat probabilitate, communis tamen Doctorum sententia oppositū sentire videtur.Et ideò vera opinio, & tenenda est,quod suspensio sit pœna distincta secundum substantiā ab ingressu Ecclesiæ. Nam reuera hæc à diuinis suspensio non solū in Ecclesia, sed etiam extra Ecclesiam prohibet diuina officia celebrari. Superest ergo declarare,quid sit effectus huius pœnę.Pro cuius rei explicatione est aduertēdū; quod effectus suspensionis à diuinis est, non solū prohiberi aliquid sub pœna peccati, sed etiam sub pœna irregularitatis, prout existimat Syluester [d] dicens,quod suspensus à diuinis non potest sub pœna peccati officiari in choro seu extra canere,neq; interesse diuinis officijs.Verū quanuis peccet in his,non contrahit irregularitatem,si solum interfit,vt simplex laicus.Hanc opinionem non probat prædictus autor; & ideò non est tenenda.Sed potius est dicēdum, quod quoties hæc censura non inducit irregularitatem, nec etiam peccatum, quia non est maior ratio de vno quā de alio,in suspēsione à diuinis.Imò est argumētum maximū, quod suspēsio à diuinis, quæ nō inducit irregularitatem,non inducat peccatum, cum sit malum acerbius, quàm irregularitas.Ergo si non inducit quod minimū est,non inducet quod est maximum. Atq; adeò,si secūdum mentē Syluestri psallere in choro, & interesse diuinis,vt laicus, nō inducit irregularitatem; multo minùs peccatū inducet.Aduertendum tamen,quod opinio Syluestri procedit tantum in interdicto: nam qui interdictus est,peccat audiendo diuina, licet non sit irregularis. Ratio vero,quare peccet est,quia est specialiter prohibitus ne diuina officia audiat,& sacramēta Ecclesiastica recipiat,vt constat ex iure. [e] At vero suspensus nō est prohibitus aliquo iure circa prędicta, & ideo interdictū & suspensio,quoad inducendum peccatum differūt. Verum quantū ad inducendā irregularitatem parificātur,quia in omnibus casibus in quibus interdictū inducit irregularitatē in illismet inducit etiā eandē irregularitatē suspēsio à diuinis, quia iura eodē modo loquūtur de istis duabus censuris, quātum ad inductionem irregularitatis. Vnde resolutoriè dico primo,quod suspensio à diuinis est priuatio officiorū (quæ ante suspensionem habebant)pertinentium ad septem ordines Ecclesiasticos, & septem horas Canonicas. Hæc definitio sumpta est ex decreto Martij [f] Papæ,& Innocētij IIII. in Conc.Lugdunēsi. [g] Et ideo in ea tria sunt cōsiderāda. Primum est,quod hęc cēsura sit prohibitio officiorum,quia nō prohibet suspēsio à diuinis,quęcunq; diuina,sed ea tātum,quę ad officiū speciale pertinēt. Et ideo Innocentius IIII. in loco citato dixit, quod sic suspēsus à diuinis potest sua cōfiteri peccata, cōmunicare,dicere horas Canonicas,assistere sacris,cantare in choro,baptizare sine solennitate,benedicere mensam priuatā:quia hæc & similia nō deputantur alicui officio speciali à iure,constitutione,vel cōsuetudine:nam ad hæc quilibet Christianus habet potestatem.At vero vsus solennis acolytorum ad deferendum cæreos, & subdiaconorum,diaconorū,presbyterorum, & hebdomadariorum & cantorum in officio diuino prohi-

[a] Glo.in clemen. cupiētes de pœnis, verb.suspensio.

[b] Cap. 1. de sent.excommuni.lib.6.

[c] Ca.is cui de sent. excom.lib.6.

[d] Syluest. v. suspensio.

[e] Cap.alma mat.de sententexcommunicatio: lib.6.

[f] Ca. si quis Episcop. in concl. 11.q. 3.

[g] Cap.1.de sent.excommun. lib.6.

prohibetur in suspensione à diuinis, quia vsus omnium prædictorũ, est deputatus ali cui officio speciali ex iure & cõsuetudine, vt autores plures dicunt teste Philip. Franco [a]. Secundo dico, quod suspẽsio à diuinis prohibet ab officijs pertinẽtibus ad septem ordines & ad septẽ horas Canonicas, quia ista ministeria Ecclesiastica sunt proprie officia diuina. De horis canonicis id patet, quia iure pleno diuinũ officium vocantur. De septẽ ordinibus etiã est certũ, quod sint & appellentur propriè officia diuina, quia omnes ordinãtur ad diuinum sacramẽtum altaris. Et ideo quando Innocentius dixit, quod suspẽsus à diuinis, exequi non potest diuina officia, de istis solum duobus (cũ sint propriè diuina) sunt illa verba intelligẽda, videlicet, de septem ordinibus & de septem horis. Nã reliqua, quanuis tractãt de rebus aliquãdo diuinis, nõ tamen sunt propriè officia diuina, vt est officium cantoris in processionibus extraordinarijs, vigilijs & funeralibus. Et officium cãtoris in refectorijs & in cathedris Theologiæ, & similia, prout notãt Hostiensis, Ioãnes Andreas, Speculator, & Innocentius: quos referunt & sequũtur Philippus Francus, [b] & Nauar. Tertio dicitur quod prædicta officia debent haberi ante suspensionem. Nã si quis se ingerat diuinis rebus propriè sumptis & nõ faciat ea ex officio quod prius habebat, nõ incurrit irregularitatem illatã cõtra transgressores huius suspensionis, & censurę, atq; adeo si aliquis, qui non est acolytus, diaconus, neque subdiaconus deferat cæreos, & solenniter dicat Epistolam, vel Euangelium, non contrahit irregularitatem exvi huius suspẽsionis à diuinis, vt notãt Nauarrus, [c] & Philippus Francus. Bene tamen incurrit aliam irregularitatẽ alterius speciei, quod exercet solẽniter officiũ, & ordinẽ quẽ non habet. Verũ est tamen, quod si religiosus, vel aliquis alius facit officiũ acolyti, & subdiaconi deferendo cæreos, vel dicẽdo epistolã nõ solẽniter, sed vt laicus, nõ incurrit hanc censuram, quia quãuis ingerat se diuinis, propriè sumptis, cũ tamen ea nõ faciat solẽniter ex officio, quod anteà habebat, nõ incurrit pœnam huius suspensionis, neq; aliam quamcunque. Et videtur etiam dicendũ, quod suspensus à diuinis est prohibitus ab actu prędicãdi, cũ secundũ iura [d] antiqua sit actus deputatus sacerdoti, quanuis non cõpetat omnibus sacerdotibus ex officio prędicare vt cautum est in Cõcilio [e] Constantiense. At contrariũ puto dicendũ. Licet enim aliqua iura dicant esse deputatum ordini diaconatus: iura tamen supradicta debẽt intelligi respectu actus cantandi Populo Euangelium solenniter prout in nostra summa [f] resolumus. De actu vero benedicendi mensam in refectorijs & dicendi orationes solenniter in processionibus extraordinarijs & vigilijs, & funeralibus, & similibus dubium est an cõprehendantur in suspẽsione à diuinis, & existimo eos actus & similes esse interdictos, & prohibitos, eo quod ex cõsuetudine sunt actus pertinẽtes ad sacerdotium. Nam huc vsq; vidi ea ministeria exerceri, nisi à presbyteris inter religiosos viros. Hæc sunt quæ prohibentur in suspensione à diuinis. Videamus igitur veniendo ad id: quod in articulo quæstionis proposuimus disputandum, vtrum, scilicet, prælati regulares possint ab huiusmodi censura absoluere suos subditos? Et respõdeo, quod in foro cõscientiæ recte possunt per priuilegium Clementis IIII. in primo artic. huius quæstionis allegatum, vbi cõcedit posse eos absoluere, à quacũque suspẽsione à iure, vel ab homine generaliter promulgata. Quod alijs priuilegijs ibi & in superioribus articulis cõfirmauit. Et nemini dubium est, quod prælati regulares habentes iurisdictionem quasi episcopalẽ possunt ab ea absoluere in foro cõscientiæ, si procedat à delicto occulto, non deducto in iudicium, iuxta indultum cõcessum Episcopis à Concil. Tridentino: [g] quod indultum ipsis Prælatis etiam cõmunicatur. Dubium tamen est, an in foro exteriori possint absoluere à dicta pœna? Et respondeo, quod sic; quando ista pœna nõ est perpetua: quia nõ infligitur ex natura sua propter delictum prohibitum, sed propter solam cõtumaciam, cum ordinarij possint dispensare: vt apertè dicit quædã decretalis. [h] Et quãuis hęc pœna sit perpetua quando non est reseruata, certum etiam est, quod potest remitti per ordinarios Prælatos, prout euidenter deducitur ex alia decretali. [i] Et sic prælati generales & prouinciales, cum sint ordinarij suorum subditorum, possunt absoluere à dicta suspensione à diuinis, quãdo nõ est perpetua, & quãdo licet perpetua sit, suæ Sanctitati nõ est reseruata. Vnde dicemus infra in quæstione de clausura quãtum ad ingressum mulierum in monasteria Monachorũ, quod

[a] Franc. in c. 1. de sent. excom. li. 6.

[b] Frãcus in cap. vbi su. Nau. in summa c. 27. nu. 163.

[c] Franc. vbi sup. § aureã nu. 3. Naua. vbi sup.

[d] Cap: adijcimus. 16. q. 1.

[e] Conc. Cõstant. sess. 8. & 15.

[f] In sum. 2. tom. ca.

[g] Conc. Trident. sess. 23 cap. 6. de reformat.

[h] Cap. ex literis de constit.

[i] Ca. nuper de sent. excommun.

quòd dicti prælati possunt absoluere suos subditos à suspensione à diuinis incursa ab eis admittentibus præsumptuose mulieres intra clausuram dictorum monasteriorum. contra fœlicis recordationis Pij Quinti cõstitutionem.

## ARTICVLVS XV.

### *Vtrùm prædicti Patres possint absoluere suos subditos à censuris in contemptum clauium commissis.*

a fo.120.cõcel.542.

REspõdeo dicẽdo,quod Bonifacius [a] IX prout refertur in supplemento,concedit facultatem dictis prælatis, vt possint absoluere suos fratres & sorores ab excommunicatione incursa propter violẽtas manus in clericos iniectas,& cum eis dispẽsare super irregularitate, si quam huiusmodi sententijs ligati,celebrando diuina, vel miscendo se illis modo tantum,non tamen in contemptum clauium aliàs præmissorũ occasione qualitercumque contraxerint,dispensare;eosq; quoad hoc in statum pristinum restituere;&quod similiter possint absolui dicti magistri, & priores, àc vicarij confessoribus per eos eligẽdis. Et Eugenius IIII.in concessione facta fratribus Minoribus,de qua [b] infra,quà possint ab omnibus absolui plenariè addit, nisi illa in contemtum clauium committant.Ex quibus videtur dicendum, quod si incurrant in dictas censuras in contemptum clauium,non possunt absolui per prædictos prælatos, neq; ipsi prælati per confessores ab ipsis electos. At licet virtute huius priuilegij à dictis censuris minime possint absolui,virtute priuilegij Clemẽtis IIII.videtur posse absolui,& dispẽsari,licet in contemptũ clauiũ tales cẽsuras cõtraxerint.Nã priuilegiũ Clementis IIII.& alia priuilegia superius allegata,concedũt absolute sine dicta limitatione dictis prælatis facultatẽ ad ipsam absolutionẽ,,put superius late diximus.Et cũ ipsa priuilegia sint beneficia principis fauorabiliter, & late sunt interpretãda, iuxta ea quæ supra diximus [c] in quæstione de priuilegiorũ explicatione.Et insuper probatur,quod saltẽ generales & prouinciales, & alij habẽtes iurisdictionẽ quasi episcopalẽ possunt absoluere & dispensare.Pro quo est videdũ quid sit peccare in contẽptũ clauium.Et dico, q̃ tunc aliquis peccat in contemptũ clauiũ,& Ecclesiæ,non quãdo mouetur ad huiusmodi contemptũ ex aliqua ira,odio & affectione,sed tantum ex eo,quod non vult se submittere Ecclesiæ potestati,putans esse intolerabilem,iniustam,pernicioſam,durã & indiscretã in suis præceptis,iuxta doctrinãex pressam diui Thomæ, [d] Soti,Caietani,à doctissimo Castro resolutam. Vnde quãdo aliquis propter aliquam causam particularem scilicet,odium,iram,aut concupiscentiam, non vult se submittere Ecclesiæ præceptis, credendo esse iustam,tolerabilem & discretam,credẽdo ipsam regi ab Spiritu Sancto, & eius potestatem esse à Deo collatam, nõ dicitur ex contẽptu clauiũ peccare, sed ex dicta causa particulari, etiam si sæpesæpius propter eandem causam eadem met peccata committat,prout resoluit Syluester [e].Hoc supposito probatur nostra conclusio,quod scilicet,in foro conscienciæ possint prælati generales & prouinciales absoluere & dispensare in foro conscientiæ in censuris cõmissis à suis subditis in contemptũ clauium cum iuxta superius probata possint absoluere in foro conscientiæ suos subditos ab hæresi occulta in iudicium minime deducta.Et peccare in cõtemptum clauium,si aggrauat peccatum,& per consequens censuras ei annexas,est,quia committentes ipsum, contẽnentes claues Ecclesiæ,hæreticare videtur.

b infra hac q.ar.20.

c su.q.11.arti.6.

d D.Th.2.2 q.186.art 9. ad.3.vbi Caiet.Sco.in 2. d.6 q 2 §. quantũ ad secundum. Cast.de leg pœna.li.2.c 5. docum.6.

e Sylu. ver. contemptus n.1.&.2.

## ARTICVLVS XVI.

### *Vtrùm peccantes ex confidentia horum priuilegiorum possint absolui à dictis prælatis virtute eorũ priuilegiorum.*

REspõdeo dicendo,quod hic articulus proponitur propter priuilegium Bonifacij IX.in superiori articulo allegati, dantis facultatem prælatis regularibus ad absoluendum,& dispensandum in certis causis cũ suis fratribus,dũmodo tamen nõ in contemptum clauium aut alias occasionẽ dictæ indulgentiæ peccauerint. Ponitur etiam iste articulus occasione concessionis Eugenij.IIII.de qua in libro,[f] Monumenta ordinum in prima & secunda impressione, qua concessit ipsis fratribus quandã indulgentiam & remissionem peccatorum plenariam,de qua in quæstione de confessarijs quantum ad absolutionem dicemus.Et addit summus Pontifex,ne(quod absit)propter huiusmodi gratiã reddantur fratres pro cliui

f fo.62.in 1. impr.&in 2. fo.65.cõcel. 66.

cliuiores ad illicita in posterũ cõmittenda. Quod si ex confidentia huiusmodi aliqua peccata cõmittant, ad talia prædicta indulgentia nullatenus suffragetur. Vnde dico, quod quãdo in priuilegio & facultate Apostolica, non excipiuntur ea, quæ cum confidentia talis facultatis fuerint cõmissa, de rigore videtur cõcessa. Vnde cum in priuilegio Clementis IIII. allegato in artic. primo huius quæstionis nõ fiat talis exceptio, debemus concedere de rigore, quod prælati virtute dicti priuilegij, & aliorum talem exceptionẽ minimè facientium possunt absoluere suos fratres à peccatis & à cẽsuris, quæ cum cõfidentia dicti priuilegij cõmiserint, & contraxerint. Hæc propositio videtur probabilis stando in rigore talium concessionum nihil excipientium: quia priuilegia talia interpetranda sunt cõtra concedentẽ, maximè in fauorabilibus, quæ non sunt in præiudiciũ tertij, vt probatur in iuribus, [a] & tradunt Doctores cõmuniter cum Innocentio. Quod confirmatur primo: quia contra eum, qui legem dicere potuit apertius est interpretatio facienda, prout ex iure canonico [b] & ciuili satis deducitur. Confirmatur deinde, quia ius non dicit quod ipso facto priuilegiũ amittit, quia concessa sibi abutitur potestate: sed dicit, quod priuilegium amittere meretur. Et ita secundũ merita innuit priuationem vel declarationem amissionis non ipso iure, aut facto fieri, sed posse & debere fieri, sicut dixit D. Augustinus, quod peccator est indignus pane, quo vescitur; nõ tamen eo ipso quod peccat est priuatus iure, quod habet in suo pane. Dixi in rigore: quia si de mẽte concedentis illud probabiliter præsumatur, aut constet, tunc talis concessio, aut priuilegiũ non extenditur ad ea, quæ cum confidentia eius cõmissa fuerint, post talem cõcessionem, vt patet: quia à voluntate concedentis pendet totũ hoc. Vnde quia in generali concessione aut facultate contra ius cõmune: non præsumitur quis concedere velle id, quod non esset specialiter cõcessurus: vt est cõmunis regula vtriusque iuris. Specialiter autem nõ esset quis concessurus id, vnde esset occasio peccãdi, qualis videtur esse si concederetur potestas etiã ad ea, quæ cũ confidentia eius cõmitterentur: quia semper est interpretatio facienda vt euitetur delictũ, vt notatur in iure. [c] Hinc videtur, quod cõcedens nõ intẽdit, quod ad ea facultas sua extẽdatur: & per cõsequens videtur, quod virtute eius peccantes cũ dicta confidẽtia minimè possunt absolui, nisi expresse in ipsa facultate cõcedatur. Et hæc opinio vt securior & magis pia cõsulenda est, ad terrorẽ & preseruationẽ peccati: præsertim cũ cõtraria non sit in rigore adeò certa. Verũ est tamen, q̃ in casu particulari, in quo dispendiũ animę immineret, si à cõmissis cũ confidẽtia priuilegij nõ posset absolui, ego eã absoluendã iudicarẽ, præsuppositа contritione debita notificãdo ipsi pœnitẽti, quod talis facultas ei amplius non valebit ad alia cũ eius confidẽtia de cætero cõmittenda. Ex dictis colligitur, quod licet in priuilegio Clemẽtis IIII. & aliorũ Pontificũ non ponãtur limitationes assignatæ in priuilegijs Bonifacij IX. & Eugenij IIII, scilicet, quod non possint absolui fratres ab his peccatis & cẽsuris, quæ cũ confidentia dictorũ priuilegiorum commiserũt, & cõtraxerunt, absolutè loquendo debẽt secundum mentẽ concedentiũ necessario subintelligi: & ita regulariter loquendo non debẽt prelati absoluere suos fratres virtute dictorũ priuilegiorũ ab his, quæ cũ confidẽtia ipsorum cõmiserunt, nisi ex negatione talis absolutionis periculum spirituale ipsius animę absoluẽdæ timeatur. Sed videndum est, quid sit peccare cum cõfidentia priuilegiorum ad hoc, vt dicta absolutio & dispensatio negetur. Et respõdetur, quod quantũ ad hunc effectum, tunc dicitur quis peccare cum confidentia facultatis sibi cõcessa, quãdo ex talis facultatis confidentia mouetur ad cõmittendũ id, ad quod nõ moueretur sine ea. Pro cuius dicti explicatione nota, q̃ non dico, quod quãdo nõ cõmitteret illud si talẽ facultatẽ non haberet, dicitur quis peccare cũ prædicta confidẽtia: sed dico quod tunc dicitur peccare cũ ea quãdo non mouetur ad id, nisi ex tali confidẽtia. Est enim inter hæc magna differentia. Stat enim, quod si ego non haberem per talem facultatẽ, tã facile remedium & certum solicitius me haberẽ, ne inciderẽ in talia reseruata. At verò cũ video mihi facile remedium per talem facultatẽ adesse, sicut adest ad alia non reseruata, certè non curo magis illa cauere, ac si reseruata non essent: vel sicut alia non reseruata, pro quibus facilè remedium haberetur. Et tamẽ in hoc casu est verũm, quod talia non committerem, si talem facultatem non haberẽ. Sed tamen hoc non est positiuè peccare cũ confidentia priuilegij;

[a] Cap. olim de verb. signif. c. quia circa de priuileg. vbi glos. vlti. & Innocen. d. c. quia circa & glos. in c. licet de trãslat. Episco.

[b] d. ca. quia circa l. fi. ff. de cõst. principum.

[c] l. i. §. si fundum C. de his qui not.

uilegij, aut quod idem est causaliter, cū confidentia priuilegij peccare: dum talis confidentia nō est causa positiua, seu cōcomitās ad peccatum, dum per talē confidentiā ego negligentior in dies fio ad cauendū diligentius talia reseruata, quam si talem facultatē non haberem: & per consequēs hoc nō est præbere aut sumere causaliter incentiuum peccandi: sed est per talem confidētiā auferri specialem solicitudinem cauēdi talia reseruata. Quod si ego non solū ex tali confidentia priuilegij essem negligens ad cauendū reseruata, sicut nō reseruata, sed insuper mouerer specialiter ad exequēda praua desideria, seu passiones, quibus etiā alias ad talia reseruata instigor, & moueor, tunc verè propriè talis cōfidentia facultatis est causa positiua, aut positiuè mouens ad peccatū, & prestans incentiuū ad id: & talis propriè cum cōfidentia seu potius ex confidentia priuilegij peccare dicitur. Sicut si aliqui dicerent & deliberarent secū dicentes. Accipiamus hoc priuilegium & occidamus illū, quia absoluemur per illud: vel, priuilegium habemus, per quod possumus absolui, occidamus illū, &c. Et isti tales non possunt absolui virtute priuilegij dicti, cum tacite sub intelligatur, in omnibus priuilegijs quod virtute eorū nemo absoluatur, si cum confidētia ipsorum peccata cōmiserit, & cēsuras cōtraxerit. Ille autē, qui solum fit negligēs per talem facultatē ad cauendū reseruata, videtur quod bene potest absolui virtute talis facultatis, etiam expressè excipientis eū, qui cum eius cōfidentia peccaret. Et ratio huius est: quia virtute talis exceptionis solum excipitur is, qui propriè & positiuè mouetur ad peccandū, & sumit inde incentiuum peccādi: quia & hoc solū intendit cōcedens præcauere, quando talem exceptionem expressè aut implicite fecit. Quia & in concessione facultatis certè intēdit liberare eos, quibus eam concedit à maiori solicitudine adhibenda circa absolutionem à reseruatis, quam si non essent reseruata; alioquin scrupulosum, aut fere semper scrupulosum esset habere tales facultates, nisi sic intelligantur propriè, vt dictum est, cū cuilibet peccanti in reseruatis fere semper occurrat cogitatio aliqua de tali facultate & remedio, & intentio aliqua se remediandi post tale peccatum reseruatum commissum: quia si putaret non patere sibi remedium, nisi difficile, certè solicitius cauere ab ipsis reseruatis. Ita eleganter Corduba. [a]

[a] Cord. li. 5. quæst. de indulg. q. 37. iuxt. finem.

## ARTICVLVS. XVII.

### *Quid sibi velint verba posita in priuilegijs suprapositis, in quibus dicitur, quod Prælati possunt absoluere suos subditos à pœnis à iure vel ab homine.*

RESpondeo dicēdo, quòd in priuilegio concesso Abbatibus Cistertij ab Eugenio Quarto, & in priuilegio concesso à Gregorio Decimo quarto Ministris infirmorum, & in alijs priuilegijs, *Suprapositis conceditur Prælatis, quod possint absoluere à censuris & pœnis*, sub quibus verbis censuris, & pœnis, non includitur facultas dispensandi ab irregularitate, quia irregularitas non est censura, vt dicitur in iure, [b] & notat Nauar. Neq; etiā nomine pœnę cōtinetur. Licet enim irregularitas contracta ratione alicuius culpę pœna dicatur, non tamē venit absoluenda, nec dispensanda virtute prædictorum verborū prout constanter tenet idē Nauarrus [c] cōtra Cordubā, Medinam, Gutierrez, & Sotū in quarto Sētentiarum, qui in lib. de Iustitia, [d] & iure sententiā Nauarri amplectitur, quam ego in nostra summa constanter sequor aduertens Sūmos Pontifices his tēporibus in iubileis ab eis emanatis, eam expressis verbis approbare. Nomine igitur pœnæ, illa tātum veniunt, quæ à cōfessore, vel à canonibus pœnitētialibus imponūtur, vel etiā, quæ ab ipso pœnitente sponte aliquo bono fine subeūtur, de quibus per Nauarrū. [e] Igitur sub dictis verbis solū de censuris & pœnis illis loqui vidētur priuilegia, quæ absolutiones à peccatis, vel sacramētorum susceptionē impedirent. Quod non facit irregularitas: quia illa subsistente absolutio à peccatis atq; etiā ab eo, quod irregularitati causam dedit, impendi potest iuxta doctrinā Cardinalis, [f] Et aduertendū, quod nomine pœnæ non venit pœna pecuniaria debita per sententiā iudicis. Pœna enim pecuniaria, non est pœna Ecclesiastica, prout aduertunt Soto [g] & Nauarrus. Hinc quidā aiūt illud verbū, & pœnis, esse declarationē prioris verbi, scilicet, cēsuris, nēpe quando cēsura fertur per modū sentētiæ & pœnæ.

[b] Cap. quærenti de verbor. signif. Nau. in manua. c. 27. n. 254.

[c] Nau. c. 27. n. 152. Cord. vbi supr. q. 43. dub. 4. Medin. in 1. 2. q. 96. ar. 4. Gutierr. in quæst. Canonic. ca. 1. fol. 57. Sot. in 4. d. 22. q. 3. artic. 1.

[d] Sot. lib. 5. de iust. q. 1. ar. 4. pag. 382 in sum. confess. 1. to. c.

[e] Nau. vbi s. n. 191. & 194. & 254.

[f] Cardinal. in clem. dudū. §. ac deinde. q. 8. de sepult.

[g] Soto in 4. d. 28. q. 1. art. 2. post 3. cōclu. Nau. ca. 27. n. 250.

ART.

## ARTICVLVS. XVIII.

*Quid significent illa verba posita in priuilegijs, quod, scilicet, dicti Prælati possint absoluere à quibuscunq; irregularitatibus, & inhabilitatibus.*

REspondeo dicendo, q̃ Eugenius IIII. in illo priuilegio sæpe sæpius allegato concessit reformatori generali Cistertij in illa absolutione plenaria, quam semel duntaxat potest suis subditis conferre, concedit ipsis, *vt eos à quibuscũq; irregularitatibus, & inhabilitatibus absoluat.* Et dubitatum est, an ratione prædictorum verborũ possint dicti generales cũ suis monachis dispẽsare in irregularitatibus, & inhabilitatibus. Et autor Compẽdij [a] ordinis Cistertij ait, q̃ nullibi dici possit sub absolutione irregularitatum dispensationẽ super eisdẽ comprehendi. Vnde clausula intelligi videtur de absolutione à peccato irregularitatẽ producente, q̃ peccatum ad exercitium ordinũ & officij pœnitentẽ inhabilẽ reddit, vt per Nauarrum, [b] qualis est concubinatus notorius, & fornicatio, & alia similia, quibus illaqueati sunt, ipso iure suspẽsi, prout sacri canones [c] decernunt, saltẽ donec pœniteãt, & irregulares celebrãdo fiãt. Vnde venit intelligẽdum quoddã priuilegium cõcessum à Iulio II. domino Georgio Duci Colimbricẽsi, administratori per Sedẽ Apostolicã specialiter deputato, ac Priori generali militiæ de Auis Cistertiensis ordinis datũ Romę apud S. Petrũ, anno Incarnationis Dñicæ millesimo quingentesimo septuagesimo septimo, sexto Kalend. Iulij, Pontificatus sui anno quarto, in quo inter alias sequens proponitur concessio, dixit enim *Sũmus Pontifex cõcedere ipsi dño Georgio, & successoribus eius, & Prioribus màioribus & successoribus eorum vt possint absoluere milites priores & fratres dictæ militiæ à peccato adulterij, incestus, sacrilegij & fornicationis quæ verba sunt explicãda respectu pœnarũ & suspensionũ, quæ correspondet istis delictis, vt scilicet, dicti magistri & priores possint absoluere fratres dictæ militiæ à dictis pœnis & ab infamia resultãtibus ab eis. Alioquin si eis tantũ cõcederetur absolutio à dictis criminibus nulla indulgentia ipsis fieret, cũ hoc cuicunq; sacerdoti approbato ab ordinario cõcedatur.* Et hoc significat absolutio dicti prioris maioris facta in Capitulo generali dictæ militiæ: in qua dicit, aboleo etiam omnem maculam infamiæ, & inhabilitatis vndecunq; contractam, quæ infamia & inhabilitas consistit in pœnis canonicis talibus delictis correspondentibus.

[a] Collect. cõpẽd. Cister. ti. absolu. v: irregularitatibus & inhabilitatibus.

[b] Nau. in manua. c. 25. n. 76.

[c] Propter 31. d. cap. si qui sunt 81. d. cap. 1. de senten. & re iud. lib. 6.

## ARTICVLVS XIX.

*Quid importetur per illa verba, absoluo vos ab omni infamiæ macula posita in superioribus priuilegijs.*

RESpõdeo dicendo, q̃ prædicta verba ponũtur in dicto priuilegio Eugenij IIII. concesso reformatori ordinis Cistercij: in quo cõceditur, quod possit absoluere omnem inhabilitatẽ & infamiæ maculam, siue notam cõtractam, excepta ea, quæ nascitur ex homicidio volũtario, mutilatione membri, & bigamia. Pro quorũ explicatione nota, quod regulariter omnes infames secũdũ leges, de quibus Bartol. [d] de quibus etiam decreta canonica verba faciunt, etiam secũdum canones sunt infames, vt deducitur ex iure [e], & notat Innocẽtius, & similiter omnes, qui suis culpis ad ordines promoueri nõ possunt, de quibus per Panormitanũ. [f] Pro quorũ explicatione nota, quod quædã dicuntur delicta leuia, & sunt illa, in quibus dolus nõ requiritur: vt quãdo aliquid cõtingit per imperitiã sine dolo, vel quãdo interuenit culpa leuis, vt latè tradunt Panormitanus, & Angel. quod arbitrio iudicis relinquẽdum est, vt ait Aretinus. [h] Grauiora dicuntur, vbi dolus interuenit in graue præiudicũ alterius, seu Republicę, quæ alias dicũtur mediocria, vt est furtũ, & periuriũ. Graulora sunt publica, in quibus nõ imponitur pœna mortis. Et grauissima, in quibus imponitur pœna mortis, quæ alias dicũtur enormia. Has differẽtias ponũt Bartolus, [i] Felin. Angel. Aretin. Folerius, Bosilius, & Iul. Clarus. Secũdo nota, q̃ duę sunt opiniones, quæ horũ delictorum indicãt irregularitatẽ. Prima est, q̃ delicta mediocria, siue sint notoria iuris, siue facti, propter notorietatẽ causant

[d] Bart. in l. i. C. ex quib. causis infa. mia irroget. c. omnes. ca. nulli, & c. infames. 6. q. 1 c. infamibus de regu. iur. lib. 6. c. tãtis Daniel. 81. d. ca. vlt. de test. c. Deus omnipotẽs, de accusat.

[e] Ca. omnes 6. q. 1. Inno. in c. qual. & quãdo. 2. de accusat.

[f] Panorm. in c. ex diligenti de symonia.

[g] Panorn. in c. tua de pœnis, Ang. in l. nõ solũ. §. si mandato. ff. de iniur. & in l. leuia ff. d. c. accusi:

[h] Aretin. in c. cũ illorũ, de sent. excommun.

[i] Bart. in. d. §. si mandato. n. 7. & in d. l. leuia. Feli. in d. c. cum illorũ, Areti. in d. tract. male fici. in prin. col. 3. Foler. in pract. crimin. in vers. audiãtur accusatores. n. 49. pag. 70. Boss. in practi. crim. tit. de iudic. n. 91. fol. 179. Clarus lib. 1. recep. §. 1. n. 9.

causant irregularitatem ex accidenti:& tales delinquentes non possunt promoueri etiã acta pœnitentia. Si verò ista delicta mediocria sint occulta,prout distinguitur occultum contra notorium,tũc acta pœnitentia promoueri possunt.Hanc sententiã tenẽt Angelus,[a] Syluester,& D.Antoninus. Qui omnes fatentur delicta enormia quantũcunq; occulta sint irregularitatẽ nõ inducere:dicẽtes,non sufficere ad irregularitatẽ q̃ delicta sint enormia tantũ,sed etiã exigere,vt sint notoria vel publica.Quam sentẽtiã tenet Nauarrus,dicens,quod omne crimen notoriũ depositione dignum inducit irregularitatẽ.Neque ad hoc sufficit, q̃ sit enorme,vt inducat dictã irregularitatem,si occultũ est,nisi in illis casibus,in quibus ius constituit,vt hũc sortiatur effectũ,sicut homicidiũ.Ex quibus infertur, q̃ delicta mediocria siue sint notoria iuris, siue facti propter notorietatem causant irregularitatem ex accidenti;& q̃ tales non possint promoueri,etiam acta pœnitẽtia, intelligẽda sunt quãdo talia delicta sint depositione digna, vt ait Nauarrus: [b] qualia sunt furtum,periuriũ,& adulteriũ,falsum testimoniũ, sacrilegium, vt referunt Antoninus [c] & Abbas: vbi numerat crimina depositione digna. Ex his colligitur ad quæ se extendat potestas data in dictis concessionibus regularibus prælatis,quoad suos subditos.

[a] Ange.in Sũma verbo irregularitas vbi Sylu.q.14.Anton.3.p.tit.28.c.6.nu.7.

[b] Nau.vbi.s. no.248.

[c] Anton.in tract.de irregularit.vol.16.tract.c.6 nu.11.&.12. Abb.in c.at si clerici de iudic.n.34. in fine.

## ARTICVLVS XX.

### *Vtrùm dicti prælati possint habilitare suos monachos ad officia ordinis, ad quæ sunt inhabiles ratione alicuius transgressionis legis Canonicæ.*

REspondeo dicendo, quod hic articulus proponitur ppter cõstitutionem superius allegatã Eugenij IIII.cõcessam generali Reformatori Cistertij in qua conceditur ipsi, *vt possit absoluere suos subditos nouitios, donatos oblatos, & cõmissos semel, à quibuscũq; irregularitatibus & inhabilitatibus etiã ante ingressũ, vel post ex quacũq; causa cõtractis, vel contrahẽdis: etiãsi talia foret ppter quæ ad sedem Apostolicam, vel quemcunq; alium specialis habendus esset accessus, iniuncta pro modo culpæ pœnitentia salutari in forma Ecclesiæ consueta, & alijs prout de iure iniungendis.* Ex quibus verbis videtur colligi, q̃ prælati virtute eorum possunt habilitare suos fratres ad officia ordinis,ad quæ per aliquam constitutionem Apostolicam sunt inhabiles. Et videtur prælatos virtute supradictæ concessionis à dicta inhabilitate posse eos in foro conscientiæ absoluere.Dixit enim summus Pontifex, quod à quibuscunque inhabilitatibus contractis & contrahendis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis possint eos absoluere in foro conscientiæ,de quibus corde contriti & confessi fuerint,eisque remissionem plenariam concedere. Sed his verbis [d] responderi potest, quod scilicet, non intelligantur de omnibus inhabilitatibus in vniuersum,sed tantum de illis,quæ impediunt exercitium Ordinum & officij inhabilem ad ea reddendo pœnitentem,ratione quorum inhabilitatum non possunt accedere ad sacramenta communicando & celebrando, & disponi ad indulgentiam plenariam lucrandũ quæ in dicta concessione conceditur.Nam verba illimitata debent secũdum subiectam materiam limitari, prout diximus [d] supra. Vnde cum habilitare aliquem sit res maximi momenti, præcipuè quando ipsa habilitatio sedi Apostolicæ reseruatur, vt hanc facultatem prælatis concedamus ad aliud priuilegiũ, hoc expresse concedens debemus deuenire. Et inuenio eundem Eugenium Quartum,prout continetur in libro Monumenta [e] ordinum cõcessisse fratribus Minoribus de obseruantia prouinciæ regni Castellæ. *Quatenus singuli prælati dicti ordinis quocunque nomine censeantur, & confessores per ipsos prælatos deputati, vel pro tempore deputandi, singulorum conuentuum, locorum, domorum, vel Eremitoriorũ huiusmodi semel tantum absoluere omnes & singulos fratres professos conuersos atq; nouitios habentes propositũ ꝓfitẽdi,necnõ perpetuo donatos, oblatos præsidentes, & futuros ipsorum conuentuum domorum Eremitoriorum huiusmed*

[d] Sa.q.11.ar.6,reg.11.

[e] in 1.impr. fo.61.& in 2 fo.62.cõcess.85.

*modi ab omnibus & singulis suis peccatis & cæt. Et addit: Necnõ cũ singulis supra dictis super quibuscũq; irregularitatibus & inhabilitatibus quouis modo contractis in omnibus & singulis, etiã Sedi apostolicæ specialiter & expresse reseruatis (bigamiæ, homicidij voluntarij mutilationis membri casibus duntaxat exceptis) semel similiter dispensare, atque eos habilitare, vt non promoti ad omnes ordines sacros, & missarum celebrationem promoueri possint, & ipsi promoti in eisdem ministrare valeant & possint; & quod ad quascunque dignitates administrationes, & officia dicti ordinis etiam si curam habeant animarum recipi, illisque præfici & assumi apostolica autoritate valeant & possint.* Hæc Eugenius quartus. Ex quibus colligitur, quod in foro sacramentali dicti prælati & confessores per eosdem deputati, vel pro tempore deputandi possunt semel in vita absoluere fratres, & alios numeratos ab inhabilitate, quam contraxerunt transgrediendo leges papales inhabilitantes eos ne possint promoueri ad ordines sacros, neque in susceptis ministrare neq; etiam possint eligi & assumi ad officia ordinis. Et licet hoc priuilegium tantum cõcedatur fratribus Minoribus obseruantiæ prouinciarum Regni Castellæ, Pius tamen secundus ipsum ad totam familiam extẽdit prout aduertit Collector [a] priuilegiorum Mendicantium. Aduertendum etiam, quod idẽ Papa Eugenius IIII. voluit, quod adgaudendũ supradicta concessione, quod singuli prædictorũ, qui sufficientis literaturæ sunt, per vnũ annũ à tempore, quo cõcessione huiusmodi gaudere voluerunt, in singulis septimanis impedimento cessante legitimo, vel septem psalmos pœnitentiales cum litania recitent siuè legant. Alij verò non sufficienter literati alias orationes (iuxta confessorũ suorũ arbitriũ, prout animarum suarum saluti visum fuerit) dicere teneantur. Et quod si forsan impedimento detenti indictis anno & septimanis orationes prædictas commodè dicere nõ potuerint, vel ex inaduertẽtia, aut obliuione omiserint ex tũc alijs septimanis sequẽtis anni supplere teneãtur prout cõtinetur in libro Monumẽta [b] ordinum. Quæ additio nõ ponitur, vt cõditio, quæ non impleta absolutio & dispẽsatio est nulla. Nam in supradicta cõcessione nõ solũ conceditur dispẽsatio & habilitatio, sed etiã absolutio à peccatis & à cẽsuris. Absolutio autẽ à peccatis nõ potest impendi, ita vt nõ adimpleta obligatione dicẽdi dictas orationes pẽnitens nõ remaneat absolutus à peccatis, neque à cẽsuris, iuxta ea, quæ tradunt Corduba, [c] & cõmuniter scribẽtes. Vnde cum dictum præceptũ respiciat non solũ dispẽsationes, & habilitationes, sed etiã absolutiones à peccatis, cõsequẽter est dicẽdũ, nõ esse cõditionẽ, qua non impleta dispẽsationes, habilitationes & absolutiones sunt nullæ: sed tantum esse præceptum, quod à Domino Papa præcipitur à sacerdotibus imponendum. Quod tanquam pœnitentiam salutarem à Domino Papa taxatam tenentur volentes gaudere dicto indulto, accepta re; ita vt etiã si teneãt viri doctissimi pœnitẽtes non teneri ad acceptandam pẽnitẽtiam à confessarijs impositam, hanc tamen pẽnitentiam dicendi septem psalmos cum sua litania singulis septimanis vnius anni, aut aliã prout ipsis confessarijs expedire videbitur, iuxta formã dictę concessionis acceptare teneantur, alioquin minime debent absolui, neque dispensari, neque habilitari. Et eam absque dubio adimplere tenentur sub pẽna peccati mortalis, iuxta ea, quæ tradunt communiter Doctores. Aduertendum etiam est id, quod infra in quæstione de confessarijs quoad potestatem absoluendi fratres dicetur. Vtrùm autem in foro exteriori possint dicti prælati in dicta habilitate dispensare, quãdo suæ sanctitati nõ reseruatur dicemus infra in quæstione de Abbatibus, quoad potestatẽ dispensandi in irregularitate ex delicto præter homicidiũ volũtariũ procedẽte.

[a] Colle. tit. absolutio. extraordinaria quoad fratres. §. 5.

[b] In. 1. impref. fol. 63. & in. 2. fol. 65. cõcef. 86.

[c] Cordub.

## ARTICVLVS XXI.

### Vtrùm prædicti prælati possint absoluere nouitios

RESpondeo dicendo, quod Clemens Quartus concessit generali & Prouincialibus ministris eorumque vicesgerentibus, & custodibus, prout habetur in libro Monumenta [d] ordinum. *Vt suo volen-*

[b] fol. 56. in. 1. impref. & in. 2. impre. fol. 140. concef. 320. & fol. 236. concef. 550.

*volentes aggregari consortio, scilicet, volentes ingredi ordinem, qui suspensionis vel interdicti, vel excõmunicationis sententijs à iure vel à iudice promulgatis generaliter sint ligati, absolutionis beneficium obseruata forma Canonica impertiri, ipsosque in fratres recipere valeant. Ac eos qui post assumptum habitũ, vel professionem emissam recoluerint se talibus in sæculo fuisse sententijs innodatos, secundum formam prædictam valeãt præfati prælati, acillorum vices gerentes absoluere, & cum irregularitatibus dispensare, si forsan talibus innodati sentẽtijs, vel in locis interdicto suppositis diuina præsumpserint officia celebrare, vel ordines recipere. Ita tamẽ quod si aliqui ex talibus eisdem sentẽtijs ꝓpter debitũ sint adstricti satisfaciãt, vt tenẽtur. Voluit tamen quod nisi præfati mox ordinẽ intrauerint, etiãsi super hoc eis inducię à prælatis eiusdem ordinis concedentur eo ipso in pristinas sententias, à quibus eos absolui contigerit relabantur.* Hæc Clemens Quartus, circa quam concessionẽ ibi, *seruata forma canonica*, est aduertendum, quod Leo Decimus, prout habetur in supplemento, [a] concessit, quod fratres Minores qui audiunt confessiones, absoluendo in foro conscientiæ excommunicatos, non tenentur seruare formam, quæ obseruatur in publicis absolutionibus, scilicet, flagellationẽ, cũ psalmo, Miserere mei. Et sic licet concedatur à Clemente Quarto, quod possint dicti nouitij absolui ab excommunicationibus, obseruata tamen forma canonica, satis attenta concessione Leonis Decimi seruatur, absoluendo ipsos in foro conscientiæ sine forma flagellationis cũ dicto psalmo. Aduertendum insuper circa illa verba, eisdem sententijs, propter debitũ sint adstricti, quod Sixtus V. Pontifex maximus in quadam constitutione, de qua infra in secundo tomo in quæstione de nouitijs, quoad eorum receptionem ordinauit, quod nullus ad religionem admittatur, neque valide profiteri possit onere alicuius debiti implicatus, nisi prius creditori satisfaciat. Aduertendum insuper circa eandem concessionem, quod voluit summus Pontifex eo ipso in pristinas sententias relabi, si mox ordinem non intrauerit. Voluit etiam quod prouincialis Mendicantium, ac ipsis absentibus vicarij prouinciarum, prout refert Veracruz in suo compendio manuscripto, ac alij, quibus specialiter & expresse commiserint, possint absoluere omnes religiosos, & volentes suum ordinem intrare ab omnibus excommunicationibus, sententijs, censuris & peccatis, etiam à casibus sedi Apostolicæ reseruatis, exceptis de Cœna Domini, quando ad eos pro confessionibus audiendis recurrerint. Quod priuilegium ait dictus pater concessisse Clementem septimum anno millesimo quingentesimo trigesimo prouinciali ordinis Prædicatorum prouinciæ Sanctæ Crucis de la Hespañola, quo ait gaudent omnes prouinciales, ac vicarij prouinciarum absentibus prouincialibus, & quibus ipsi specialiter expresse cõmiserint, & in quocumque loco, quarum cumque prouinciarum in toto orbe existẽtes, vti poterunt. Quia in dicto priuilegio nulla expressatur ratio particularis, quæ mouet Papam, ad hoc concedendum, & sic vbiq; militat eadem ratio & causa, idem erit iudicium. Et ait insuper doctissimus ille vir hoc esse singulare priuilegium ꝓ nouitijs vel ꝓ illis qui irretiti sunt excõmunicatione, vel suspensione à iure particulariter in eos promulgata, & ordinẽ intrãt, vt virtute huius priuilegij possint absolui, quia cõcessis casibus, & censura Papæ reseruatis, cõcedũtur aliæ cẽsuræ inferiores, quia in maiori includitur minus, & cui conceditur maius, cõceditur etiã minus, ꝓut dicitur in iure. [b] Ait insuper, ꝙ absoluti virtute huius cõcessionis nõ reincidũt in cẽsuras, dato, ordinẽ nõ intrẽt, vel à nouitiatu retrocedãt: quia absolute cõceditur absolutio in omnes fideles ꝓ cõfessionibus recurrẽtes ad prouincias & ad cæteros nominatos, ꝙ ego propter hãc rationẽ omnino admitto: & amplector. Quia Paulus III. apud S. Petrũ Romę, sub annulo piscatoris die tertio Iulij, anno Dñi millesimo quingentesimo quadragesimo quinto, Põtificatus sui anno secũdo cõcessit Moderno & protẽpore existẽti præposito

[a] fo. 59. concel. 174.

[b] in ca. licet de reg. iur. lib. 6.

*Societatis Iesu, qui presbyteri fuerint, & approbati ab ordinario, quorumcunque vtriusque sexus Christi fidelium ad eos vndique accedentium, confessionibus diligenter auditis, ipsos, & eorum singulos ab omnibus & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis quantũcunque grauibus, & enormibus, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, & à quibusuis ex ipsis casibus resultantibus sententijs, censuris & pœnis Ecclesiasticis (exceptis contentis in Bulla quæ in die Cœnæ Domini solita est legi,) potestatem absoluendi atque eis pro commissis pœnitentiam salutarem iniungendi, &c.*

Et hoc priuilegium vidi ego sub sigillo authentico in Collegio Societatis Iesu Valentinæ Ciuitatis, quo gaudent confessores approbati ab ordinario aliarum religionum participantium & communicationem habentium priuilegiorum dictæ Societatis, sicut gaudet nostra sacra religio Minorum: de quo agemus infra in quæstione de communicatione priuilegiorum. Et sic virtute istius priuilegij possunt intrantes religionem absolui ab excommunicatione, vel suspensione, à iudice particulariter in eos promulgata: siquidem in ea conceditur omnibus fidelibus, quod possint absolui à censuris Papæ reseruatis, quod est maius. Sed hoc debet intelligi satisfacta parte prout iam dictum est in superioribus. Et absoluti à dictis censuris, etiam si retrocedant, ordinem non intrando, neque profitendo, non reincidunt in eas. Verum est tamen, quod si dicti absoluantur virtute priuilegij Clementis Quarti reincidunt. Quod intellige, si expellatur, aut retrocedat à religione, ita vt superior non decernat illos amplius admittere: cum dictum priuilegium concedatur his dum sunt in via ad religionem, prout explicat Viualdus [a] in suo aureo Candelabro.

a Viuald. in Candel. 1. p. tit. de absol. n. 24. pag. 39 col. 2.

## ARTICVLVS XXII.

*Vtrùm prædicti Prælati possint absoluere Moniales.*

REspondeo dicendo, quod Nicolaus V. cõcessit, quod cõfessores Monialiũ *Sanctæ Claræ seu alius frater eiusdem ordinis ad hoc per Prouincialem pro tempore deputatus, in omnibus & per omnia iuxta formam & tenorem priuilegiorum, & concessionum eisdem monialibus quoad ipsarum personas à Sede Apostolica, seu alias quomodolibet concessorum in omnibus, præter quam dictæ Sedi casibus reseruatis, quoties fuerit opportunum eas absoluere possint. Necnon ipsarum seruitrices, (si id petierint humiliter) à quibuscunque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque sententijs, censuris, & pœnis Ecclesiasticis, quibus pro tempore innodati fuerint, iniungendo quæ iniungenda fuerint, absoluere, eisque Eucharistiæ & extremæ vnctionis Sacramenta ministrare, libere, & licite valeant, diœcesanorum locorum cuiuscunque alterius licentia minimè requisita.* Hoc priuilegium habetur in libro Monumenta [b] Ordinum. Circa quam concessionem est notandum primo, quod ipsæ moniales possunt absolui à suis ministris, seu visitatoribus, & confessoribus earum ab omnibus criminibus, pœnis & censuris etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, quoties opus fuerit, prout concessit Syxtus Quartus (& habetur in libro Monumenta [c] Ordinum) monialibus Sanctæ Claræ primæ regulæ sub cura fratrum Minorum viuentibus. Cum idem met Syxtus Quartus concesserit, vt sorores Sanctæ Claræ sub cura eorundem fratrum Minorum obser-

b In. 1. impr. fol. 49. & in 2. fol. 43. cõcel. 48.

c In. 2. impr. fol. 261. concel. 678.

obseruantiæ viuentes gaudeant omnibus priuilegijs, gratijs & exemptionibus in genere sororibus primæ regulæ Sanctæ Claræ factis, quæ vocantur Collectaneæ. Ita habetur in libro Monumenta [a] Ordinum, & in supplemento. Imo addo, quod possunt dicti prælati & confessores per eos deputati absoluere dictas Moniales ab omnibus peccatis, & censuris, à quibus possunt absoluere suos fratres. Quia secundum concessionem Syxti Quarti, (de qua in quæstione de communicatione priuilegiorum) moniales Sanctæ Claræ, & Sancti Dominici gaudent eisdem priuilegijs, immunitatibus, gratijs, & fauoribus, concessionibus, indultis spiritualibus, & temporalibus fratribus Prædicatorum, & Minimorum Ordinum concessis. Vnde colligitur posse eas absolui à casibus Cœnæ Domini virtute concessionis Clementis Quarti in primo articulo huius quæstionis citatæ: virtute cuius possunt fratres Minores ab eisdem absolui exceptis quatuor casibus à Syxto Quarto enarratis: de quibus in superioribus fecimus mentionem. *Imo virtute cuiusdam concessionis Syxti Quarti possunt dictæ sorores S. Claræ & Tertiariæ eligere semel cõfessorẽ, de familia fratrũ Minorũ de obseruãtia, qui possit eas absoluere ab omnibus criminibus, excessibus, & censuris Ecclesiasticis, si quas forte contraxerint & eis remissionem generalem & plenariam omniũ peccatorũ impartiri.*

[a] 2. impres. fol. 261. concess. 677. & in suppl. fo. 96. concess. 338.

Prout habetur in libro Monumenta [b] Ordinum, & in supplemento. In quibus locis idem ipsis concessum est in articulo mortis. *Insuper addo, quod Leo Decimus concessit licentiam & facultatem omnibus monialibus Sanctæ Claræ & Ancillis Beatæ Virginis, vt quater in anno possint se à suis superioribus siue confessoribus, aut alijs fratribus de Ordine fratrum Minorum per superiores deputatis facere absolui ab omnibus peccatis suis, qualitercunque commissis. Ita tamen quod nulli ipsarum hæc gratia suffragetur, si confessæ de ipso aliquid tentarent committere, quod oculos Diuinæ Maiestatis earum violando professionem offenderet. Et insuper placuit suæ Sanctitati de benignitate Apostolicæ pietatis concedere facultatem earum confessoribus de licentia Prælatorum easdem audientibus, quod ea plenitudine eas absoluant, & illi statui innocentiæ restituant qua Sanctitas sua faceret, si ipsemet in confessione auscultaret peccata.* Et quod posthac eadem autoritate Apostolica omnibus & singulis sanctam benedictionem impartiantur nomine *Sanctitatis suæ.* Ita habetur in Supplemento. Forma autem benedictionis est huiusmodi. [c]

[b] In. 1. impres. fol. 64. & in. 2. fol. 68. concess. 131. & in supple. fol. 96. concess. 341.

[c] In supple. fol. 93. concess. 29.

*Autoritate tibi concessa & mihi commissa, ego te absoluo: & sic plenariè illi statui innocentiæ restituo, quomodo Sanctitas Domini nostri Papæ faceret, si ipsemet in confessione tua peccata auscultaret, eadem autoritate Apostolica tibi sanctam benedictionem Papalem impartior, in nomine Patris, & Filij, &c.*

## ARTICVLVS XXIII.

*Vtrùm nouitiæ monialium possint absolui à dictis Prælatis sicut absoluuntur moniales & fratres.*

RESPONDEO dicendo, quod ego nunquam potui inuenire aliquod priuilegium in terminis, quo Prælati & confessores, monialium possint absoluere nouitias nondum professas à casibus reseruatis Sedi Apostolicæ, & earum vota dispensare, sicut dispensant in votis monialium professarum.

Solũ enim inueni priuilegium Syxti Quarti, quo concesit monialibus collectaneis, id est, monialibus primæ regulæ Sanctæ Claræ, quod ipsæ & earum nouitiæ possint promereri omnes indulgentias almæ vrbis visitando suas Ecclesias. Quod priuilegium habetur in libro Monumenta [a] ordinis. Sed quantum ad absolutionem earum nullum potui inuenire, prout dixi. Sed non possum mihi persuadere, quod ipsæ saltem nomine seruitricium intra claustra monialium degentium possint absolui virtute priuilegij Nicolai Quarti in superiori articulo allegati, quo conceditur ipsas seruitrices si id petierint humiliter, posse absolui à cõfessario per generalem deputato à quibus cunque excommunicationis, suspensionis & interdicti alijsque sententijs, censuris & pœnis Ecclesiasticis, quibus pro tempore innodatę fuerunt, iniungendo quæ iniungẽda fuerint, eisque Eucharistiæ & extremæ vnctionis sacramenta Ecclesiastica ministrare libere, & licitè valeãt diœcesanorũ locorũ & cuiuscũque alterius licentia minimè requisita. Et præterea nemini dubium esse debet, quod sicut Prælati regulares habent iurisdictionem ordinariam super nouitios in sua religione receptos, prout dictum est supra, [b] ita etiã habent iurisdictionem ordinariam supra nouitias vt autoritate ipsius absoluantur, & in votis earum dispensetur. In super addo, quod virtute priuilegij Pauli Tertij superius allegati possunt absolui à confessore approbato ab ordinario iuxta formam Concilij Tridentini ab omnibus, casibus, & censuris Papæ reseruatis, exceptis in Bulla Cænæ Domini contentis: sicut possunt absolui alij fideles.

[a] Habet. in 1. impress. fol. 261. concess. 678.

[b] Supr. q.

## ARTICVLVS XXIIII.

### *Vtrùm seruitrices dictarum monialium à dictis prælatis possint absolui.*

REspondeo dicendo, quod Nicolaus Quartus concesit eas absolui posse, prout dictum est in duobus articulis suprapositis. Circa quod est aduertẽdũ, quod hodie ad hoc, vt locum habeat, oportet, vt illę sint eiusdem regulę professæ, & intra claustram maneant actualiter in monialium seruitijs, prout fuit ordinatum de Tertiarijs per Conciliũ Lateranense, relatum in constitutione decima septima Leonis Decimi & in Concilio Tridentino, [c] vbi tractatur primodo de seruitoribus regularium. Et licet antiquitus esset forsan permissum seruitricibus ipsis extra claustra monialium foris in suis domibus habitare, nunc tamen est eis omnino prohibitum, & in clausurã monialiũ intrare. Propter quod ait Cassarubius, [d] quod non possunt gaudere ipsarum monialium exemptionibus per Concilium Tridentinum ac aliorum Pontificum constitutiones. Et ideo ait circa istas confessores monialium sint cauti in administrando eis sacramenta, maximè pœnitentiæ & videant si sint approbati ab ordinario nec ne, & à quibus sic eas possint absoluere, cum non aliam super illas habeant autoritatem siue facultatẽ, quam super puras alias sæculares haberent. At opinionem huius patris, non in omnibus admitto. Intelligo enim ipsam solum esse verã in seruitricibus degentibus extra claustra monialiũ in suis proprijs domibus, vel in domibus cõtinguis, nõ autem loquendo de seruitricibus non professis aut professis in religionibus, quæ vocantur professæ conuersæ quæ sub obedientia prælatorũ monialium degũt. Quas Pius Quintus in constitutione [e] incipiente, circa pastoralis officij permittit habitare extra claustra in domibus continguis, dicens, *Autoritate apostolica statuimus, decernimus, & præcipimus atque mandamus ordinarijs & superioribus earum vt curent colligi fidelium eleemosynas per conuersas, quæ nõ sunt professæ; vel si professæ fuerint sint tamen ætatis annorum quadraginta & in domibus contiguis, extra tamen monasterium degant; & non ingrediantur clausuram, aliarum monialium, nisi in casibus ex earum constitutionibus permissis, & earum domibus exire non possunt pro huiusmodi eleemosynis colligendis, nisi de licentia ordinarij vel earum superiorum. Et Gregorius Tertius Decimus in simili constitutione; cuius tenorẽ refert Nauarrus* [f] *dixit,*

[c] Con. Tri. sess. 24. de reform.

[d] Cas. in cõpend. Mẽd. tit. absolut. ordinaria quoad frat. pag. 30. in. § 2.

[e] Habet. in const. Pontifi. fol. 515.

[f] Nau. in c. statuimus. c. 9. q. 3. n. 56

dixit: *Cæterum quod attinet ad conuersas professas, quas præfatus* Pius V. prædecessor noster per præfatas literas sub certis conditionibus ibi contentis permisit posse manere extra monasteria pro colligendis eleemosynis, &c. innuit, prout ex eo collegit Nauarrus, quod non tollit monasterijs necessitate oppressis facultatem tenendi aliquas conuersas extra illa in domibus contiguis durante necessitate, sed tantum ea sublata. Et sic glossat, quod Pius Quintus ait, scilicet, quod de cætero nullæ amplius conuersæ accipiantur; & earū receptionem esse irritam & inanem, intelligendum esse sublata necessitate, quæ necessitas nunquam cessabit in omnibus ferè monialium monasterijs. Ex quibus colligo quod cum dicti Summi Pontifices ordinauerint pro obseruatione Concilij Tridentini, prohibentis ingredi septa monasterij monialium, vt ipsæ conuersæ professæ, & non professæ pro colligendis eleemosynis & subueniēdis monialibus pauperibus possint manere extra monasteria in domubus contiguis non debemus eas priuare exemptionibus, & immunitatibus concessis seruitricibus tantum intra septa monasterij degentibus, iuxta reformationem & restrictionem Concilij Tridentini, cum pro obseruatione alterius decreti eiusdem Concilij Tridentini extra septa monasterij in domibus contiguis eas viuere permittatur, ne passim ipsa septa ingrediantur, & egrediantur pro eleemosynis colligendis.

## ARTICVLVS XXV.

### *Vtrùm valeat absolutio & dispensatio prælatorum virtute priuilegij, quod ipsi ignorant.*

REspondeo dicendo, hoc dubium esse grauissimum, vtrum scilicet valeat absolutio, vel dispensatio prouincialis habentis autoritatem à Papa, vt possit absoluere à tali censura, vel dispensare super tali re, si ipso prælato ignorante hoc priuilegium absoluit & dispēsat in casu in quo via ordinaria non poterat, poterat tamen per priuilegium, quod omnino ignorat. Et similiter iste prælatus habet à Papa vt possit committere suis fratribus dictam potestatem absoluendi, vel dispensandi in casibus in quibus via ordinaria non poterat. Prælato ignorante hoc priuilegium commisit subdito suo omnem ipsam potestatem, quā ipse prælatus habet. Dubitatur modo, si iste subditus absoluit vel dispensat virtute priuilegij ignorati, valebit ne absolutio, & dispensatio? Cui dubitationi respondet quidam doctissimus vir, quod in vtroque casu valet absolutio & dispensatio per regulam iuris [a] quæ habet, si non valet quod ago vt ago, valet vt valere potest. Quod confirmatur ex doctrina Panormitani [b] dicentis, quod quando ex coniecturis constat, quod quis voluit, quod actus quem facit valeat omni modo, quo potest, quod tunc habet verum præfata regula. Imo quādo sumus in dubio de hac intentione, tunc præsumendum est, quod voluit valere actū omnimodo quo potest: quia facienda est interpretatio eo modo vt res potius valeat, iuxta capitulum. Abbate, de verborum significatione. Hæc Panormitanus. Item confirmatur, quia validitas actus non pendet à notitia potestatis, sed ab ipsa potestate, & ab ipso posse: quia scientia tantum habet accusare vel excusare à peccato, sed non inualidare, vel validare actum. Quod confirmatur, etiam argumento ex sacerdote simplici, qui in articulo mortis potest absoluere ab excommunicatione. Ponamus casum q̄ ipso ignorante hanc potestatem absoluit agonizantem à casu Bullæ Cœnæ Domini certe valebit absolutio, dato, ipsum ignorasse contingat tūc posse. Vides quomodo validitas non depēdet à notitia potestatis, sed ab ipso posse vel non posse. Et hunc casum dicit doctissimus ille & religiosus pater Veracruz religionis Eremitarum Diui Augustini pater de sua religione & de Ecclesia Dei satis benemeritus, in suo compēdio manu scripto cōtigisse in Guatimala anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, affirmans sic ibi fuisse iudicatum, quia interpretatiue voluit ille prælatus, & absoluere & committere illam potestatem. Sic enim responderet, si tunc interrogatus fuisset. Et sic dicunt communiter Doctores quod adimplentes præcepta ex ignorantia nihilominus adimplent illam ex intentione virtuali, vt sic die festo, quem ignorant esse obseruandum, missam audiant. Et hæc opinio procedit maxime in religiosis quibus licet ignorantibus multa priuilegia concedātur, cōceduntur tamē ad petitionē

[a] c. vnicò. de dispensatio. impub. li. 6.

[b] Panor. in c. licet de of fic. ordi. n. 6. & in c. cū supra de offi. deleg. n. 12.

procuratorum generalium, qui nomine totius ordinis ad hæc, & ad alia suarum religionum negotia in Romana curia assistũt,

## ARTICVLVS XXII.

*Vtrùm in Capitulo generali religionũ possint Prælati absoluere fratres plenarie.*

REspondeo dicẽdo, quod quoties Capitulum generale celebratur, *In Ordine militari militiæ de Auis Cistertiensis ordinis concessum est Magistro generali, & eius successoribus Capitulum generale quocunque loco celebrare, ac tempore, quo Capitulum huiusmodi celebrare contigerit, ipse & eius successores, priores maiores, milites Priores, & fratres, qui Capitulo huiusmodi interfuerint duntaxat, & annis, quibus huiusmodi Capitulum non celebrabitur in maiori hebdomada dũtaxat & quolibet huiusmodi hebdomadæ die, sicut in dicto Capitulo generali prædictos, & eorum quemlibet ab omnibus & singulis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis & votorum quorumcunque iuramentorum, & mandatorum Ecclesiæ transgressionibus, pœnitentiarum eis iniunctarum horarum Canonicarum omissionibus, manuumque violentarum in quascunque personas iniectionibus, periuriorum, homicidij voluntarij, casualis & mentalis, adulterij, incestus, sacrilegij, & fornicationis reatibus: necnon ab omnibus & singulis reatibus, & excessibus, criminibus & delictis, quantumcunque grauibus, & enormibus, de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint, etiam si talia forent, propter quæ merito Sedes Apostolica esset consulenda (contentis in Bulla quæ legitur in cœna Dñi dũtaxat exceptis) plenarie absoluere, & pro cõmissis pœnitẽtiam salutarẽ iniũgi.* Hoc priuilegium est Iulij Secundi concessum dicto ordini, de quo suprà [a] hac quæstione iam egimus, clausulam eius declarando. Ratione cuius Prior Generalis dicti ordinis in dicto Capitulo Generali pronunciat absolutionem plenariam. Et inter alia dicit Dominus noster Iesus Christus, &c. *Ita eadem autoritate vos absoluo ab omnibus & singulis peccatis vestris, criminibus, excessibus, & delictis etiam quantumcunque enormibus, confessis, & oblitis circũstantijs eorundem, quomodocunque & qualitercunque offendistis Creatorem vestrum, animam vestram & proximum vestrum, & regulam vestram, & do, & concedo vobis plenariam remissionem omnium peccatorum vestrorum & pœnarum in purgatorio debitarum, & restituo vos illi innocentiæ, in qua eratis quando baptizati fuistis in quantumcunque mihi permittitur, & vobis conceditur. In nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti. Amen.*

[a] Sup. hac. q. art.

Circa quod priuilegium dubitatum fuit, vtrùm Prior Maior possit sacerdotibus ordinis confessoribus approbatis committere autoritatem, vt virtute prædicti priuilegij talem absolutionem & indulgentiam plenariam impartiantur? Et respondeo quod sic: Cũ hæc autoritas cõmissa dicto Priori Maiori & eius successoribus sit ordinaria emanãs ex commissione perpetua facta à Papa. Imo dico quod etiam si Prior Maior moriatur post commissam autoritatem possunt dicti delegati dictam absolutionem & indulgentiam concedere, ipsi enim non autoritate dicti Prioris, sed autoritate Papæ id efficiunt,

ciunt, iuxta ea quæ insuperioribus late diximus.

Secundum dubitatū fuit quomodo prior maior in absolutione plenaria superius allegata non audiendo cōfessiones suorum subditorum potuit dicere illa verba: item eadē autoritate vos absoluo ab omnibus & singulis peccatis vestris, criminibus & excessibus, & delictis, etiam quatumcunque enormibus, confessis & oblitis. Quod dubium mihi per epistolam proposuit Reuerendissimus dominus, religione & scientia præstantissimus Franciscus à Belarde prior maior dicti ordinis militaris. Ad quod respondeo de simili dubio fuisse dubitatum apud Patres Sanctissimæ Trinitatis redemptionis captiuorum, ratione cuiusdam plenissimæ absolutionis, quæ virtute suorum priuilegiorum sæcularibus tribus vicibus quotannis impenditur, prout refertur in Compendio & manuali dicti ordinis impresso anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo. Et res deducta est ad vniuersitatem Salmanticensem. Et vt ibi dicitur Theologi noui illius vniuersitatis non poterant intelligere, quomodo dicti fratres ratione prædicti priuilegij poterant dicere non audiendo peccata sæcularium, absoluimus vos fratres ab omnibus peccatis vestris. Vnde res ad aliud tribunal Theologorum antiquorum fuit deducta: & ex parte dicti ordinis hanc prouinciam susceperunt Pater frater Petrus de Soto ex ordine prædicatorum primarius Salmanticēsis, & magister Sanctius postea Episcopus Segorbiensis, & magister Martinus Vicenti omnes tres antiquissimi Theologi. Qui omnes postquam attente dicta verba considerauerunt in quodam actu publico simul cum alijs magistris & Theologis presentata in scriptis dicta forma absolutionis, vnanimi consensu determinauerūt dictam absolutionem plenissimam optimo iure fieri posse: quia illa absolutio non est absolutio sacramentalis, neque per eam absoluitur quis à culpa peccati. Culpa enim peccati per solam contritionem mediante sacramento confessionis in re vel in voto remittitur. Sed est quædam absolutio deprecatiua, delegatiua, & autoritatiua per quam autoritate apostolica absoluuntur plenarie pœnitentes à pœna debita in purgatorio, quæ secundum æquitatem iustitiæ diuinæ restat adimplenda propter defectū sufficientis contritionis, aut satisfactionis in hac vita. Vnde resolutiue dixerunt dicta verba, Absoluimus vos fratres ab omnibus peccatis vestris, esse sic explicanda, scilicet, quoad pœnā, id est, absoluimus vos ab omni pœna peccatorum, siue ab omni pœna pro peccatis vestris debita. Neque hoc est alienū à Theologia diuina. Illud enim quod dicitur cōmuniter in Bullis & iubileis cōcedētibus remissionē peccatorū faciētibus certā rē debet explicari de pœnis debitis ipsis peccatis. Sæpe enim sæpius hoc nomen (peccatū) in sacris literis nō ipsius peccati culpā, & maculam, sed pœnam temporalem tantū significat. Et sic intelligitur illud Machabæor. secundo capite. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur, id est à pœnis debitis pro peccatis, prout explicat supplementū [a] Gabrielis, & tradit allegando alios doctissimus Corduba. Vnde dicta forma absolutionis prolata à dicto Reuerendissimo Priore Maiori in Capitulo generali secundum supradictam doctrinam debet explicari, vt, scilicet, in ea non absoluantur fratres & milites à culpis sed à pœnis ipsis debitis. Et iuxta hunc sensum est dicta absolutio approbata à Clemente Octauo, vt patet ex bulla sequenti.

[a] Suppl. in 4 d. 55. q. 3. ar. 3. not. 1. Corduba. li. 5. quæstio. de indulg. q. 8.

## Clemens Papa, VIII.

*AD perpetuam rei memoriam: Infirma æui conditio sæpe efficit, vt res vel maxime nobiles, ex hominum memoria sensim excidant. Quo genere incommodi ordo B. Mariæ de Mercede Redemptionis captiuorum affectus esse dicitur in hoc more antiquissimo, ab immemorabili tempore obseruato, videlicet, quod ipsa religio potest in diebus Sanctæ Catharinæ virginis & martyris ac Cinerum & cœnæ Domini omnes tam religiosos, quam seculares nimirum in Ecclesia præsentes, & genuflexos post confessionem à sacerdote coram omnibus recitatam de more absoluere, & benedicere: vt etiam aliæ religiones facere consueuerunt.*

*uerunt. Sed quia hoc solum ex traditione obseruatur & nescitur à quo Romano Pontifice sit huiusmodi facultas absoluendi dictæ Religioni concessa, eo quod tractu temporis & literæ Apostolicæ & alia chirographa dictæ Religionis fuerunt deperdita: nos de consilio venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium super statum regularium, deputatorum ac supplicationibus dilecti Filij magistri Petri Machado Prouincialis Prouinciæ Castellæ dicti ordinis hac in parte inclinati hanc facultatem, præuia dicta confessione, vt præfertur de more à sacerdote coram omnibus recitata absoluendi & benedicendi omnes præsentes tam religiosos, quam seculares dictis diebus generalem & inueteratam, Apostolica autoritate, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, & eidem religioni quatenus opus sit de nouo concedimus. Non obstantibus quibusuis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, quod præsentium transumptis, manu alicuius notarij publicij subscriptis, & sigillo alicuius personæ indignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris. Die xx. Aprilis. M. D. XCII. Pontificatus nostri Anno primo M. Barbanius.*

## ARTICVLVS XXVII.

*Vtrùm Prælatus concedes alicui fratri facultatem, vt possit eligere confessorem, possit absolui à casibus, à quibus dicti Prælati possunt absoluere virtute dictorum priuilegiorum.*

RESpondeo dicendo, quod Bonifacius VIII. statuit prout dicitur in iure, [a] quod si Episcopus seu Prælatus suo subdito concesserit, vt possit eligere confessorē idoneum, ille quem is elegerit in casibus, quicidem Episcopo seu Prælato specialiter reseruantur nullam habeant penitus potestatem, cū in generali cōcessione illa nō veniāt quæ nō esset quis verisimiliter in specie concessurus. Circa quam constitutionem est nō tāda doctrina Nauarri, [b] dicētis, quod Episcopus concedendo suos casus, siue sibi reseruatos, nō videtur cōcedere absolutionē à cēsuris reseruatis, cū à diuersis non fiat illatio: & aliud est peccatum reseruatum Episcopo, & aliud censura reseruata. Nam aliqua sunt peccata annexam censuram non habentia, quæ sunt Episcopo reseruata, & etiam sunt censuræ aliquæ illi reseruatæ, quæ non contrahuntur ratione aliquorum peccatorum, quæ ipsi non sunt reseruata, neque etiam concedendo absolutionem à suis casibus & censuris videtur concedere absolutionem, ac dispensationem votorum aut irregularitatum, à quibus ipse potest: quia non sunt casus nec censuræ ipsi reseruatæ: & ita ex illis non infertur ad hæc, nec è contrà argumento aliquorum iurium. [c] Ex qua doctrina decisio quæstionis propositæ infertur. Nam, si Episcopus concedendo alicui, vt possit eligere confessorem non videtur illi concedere autoritatem, vt possit absolui à casibus ipsi Episcopo reseruatis, a fortiori Prælatus concedens alicui autoritatem, vt possit sibi eligere confessorem, non videtur illi cōcedere autoritatē, vt possit ipse cōfessor absoluere ipsum à casibus reseruatis, & censuris, à quibus ipse iure communi, aut particulari, aut consuetudine generali, vel speciali potest absoluere. Præterea, si concedendo suos casus, siue sibi reseruatos nō videtur concedere absolutionē à cēsuris, quomodo credere debemus, quod concedēdo tantū, vt possit eligere cōfessorē, cōmittere ipsi

[a] c. si Episcopus de pœnit. & remiss.

[b] Nau. c. 27. n. 261.

[c] l. Papinia. ff. de min. c. ad audientiam de decim.

re ipsi confessori omnē suā autoritatē iure cōmuni & speciali sibi cōpetentē ad reseruata & ad censuras, & ad irregularitates. Necessariū igitur est, vt prælatus dicat, concedo tibi licentiam, vt eligas confessorem, cui omnem autoritatem & facultatem meam committo ad tuas cōfessiones audiendas. In hoc enim casu hæc concessio etiam ad reseruata extēditur iuxta tradita ab eodē Nauarro. a

a Nauar. vbi sup.

## ARTICVLVS XXVIII.

### *Vtrū aliqua cōsuetudine possit introduci, quod aliquis præter sui superioris licentiā cōfessorem sibi eligere valeat.*

REspondeo dicendo, quod Bonifacius Octauus in loco citato articulo superiori statuit, quod nulla possit consuetudine introduci, quod aliquis præter sui superioris licentiam confessorem sibi eligere valeat, qui eū possit absoluere vel ligare. Quod intelligitur de subditis, non autem de prælatis, vt sunt guardiani priores, prouinciales. Isti enim etiam si fuerunt Hospites in alieno loco possunt sibi eligere confessorem absq; illius loci superioris licētia. Licet enim Collector [b] priuilegiorū Mendicantium dicat, quod Ministri Prouinciales, & Custodes, & Guardiani nō sint in numero illorū prelatorū exēptorū, quibus ius [c] cōcedit vt possint eligere ad libitum confessorem sequens opinionē Angeli, [d] qui pro sua parte allegat Hostiensem, Panormitanū, & Monaldū: attamen cōtrarium tenet Florentinus. [e] Syluester Margarita confessorū, Rosella, Corduba, & Soto. Qui dicunt, quod inter prelatos inferiores, quibus in dicto iure conceditur licētia ad eligendū confessorē cōtinētur dicti prælati, quod ex litera eius iuris satis patet. *Habet enim, ne pro dilatione pœnæ periculum immineat animarum, permittimus Episcopis, & alijs superioribus, nec non Minoribus Prælatis exēptis, vt etiā præter sui superioris licentiam prouidum & discretū sibi possint eligere cōfessorē.* Hæc ibi. Quæ verba, scilicet, præter sui superioris licentiam cum post omnia ponantur, & nihil distinguant, sine dubio videntur cō prehendere omnes Prælatos minores exemptos etiam non immediatos Papæ. Nam si requireretur, vt ait Collector cum alijs suæ classis, quod tales prælati essent subiecti immediate Papæ, certum est, quod non ponerentur illa verba, scilicet, præter sui superioris licentiā. Et hanc opinionem videtur tenere Panormitanus in eo iure dicēs, quod prælatus ibi sumitur in lata significatione. Vnde ait, quod Rectores Ecclesiarū ibi cōprehēdūtur. Et hoc priuilegiū nō videtur esse sublatū ex nō vsu in nostra religione Minorū. Nā Syxtus V. anno Dñi millesimo, quingentesimo octuagesimo septimo die tertio Octobris cōfirmauit, & de nouo concessit omnia priuilegia per suos antecessores cōcessa religioni Patris nostri Francisci regularis obseruātiæ, non ponendo illam limitationē positam à Gregorio Tertiodecimo in confirmatione dictorū priuilegiorū, scilicet, quatenus sunt in vsu. Vnde cum ea confirmauerit de plenitudine potestatis & ex certa scientia, etiam ea quæ non erant in vsu cōfirmare cēsetur, iuxta ea, quæ late diximus in superioribus: [f] & perconsequēs confirmasse priuilegiū, de quo nobis sermo est. Ex quo sequitur posse prædictos patres eo modo vti, nisi per statuta generalia ei sit renuntiatū statuēdo, quod nemo, nisi fuerit generalis aut prouincialis eo vti possit, iuxta ea, quæ in superioribus [g] annotauimus ventilando, an generales & Prouinciales, Capitula generalia, aut prouincialia possint limitare, & coarctare vsum priuilegiorū & perconsequens, vtrū Prælati superiores, scilicet, generales & Prouinciales possint coarctare potestatē Guardianorum & Præsidentium domorum illis cōmunicatā per priuilegiū Clementis IIII. & alia priuilegia in superioribus articulis posita. Vtrum autē dicti Guardiani possint absolui à peccatis reseruatis per confessorē ab ipsis electū, quæstione sequēti disputabitur.

b Colle. in comp. Mēd. tit. accedere ad monasteria monialiū iuxta finem.

c c. fi. ne pro dilatione d pœnit. & remiss.

d Ange. tit. confessor. 3. §. 5.

e Florent. 3 p. summ. tit. 17. c. 2. & in 1. p. defecerunt. cap. 2. Sylu. tit. cōfessor. 1. §. 8 Margarit. cōfessio. fol. 8. Rosel. tit. confessor. 3 Cord. in addit. ad cōp. tit. accedere ad monasteria monial. in fi. Soto in. 4. d. 18. q. 9. ar. 1

f Supr. q. 8. ar. 2.

g Supr. q. 9. ar. 2.

## ARTICVLVS XIX.

### *Vtrùm Prælato regulari impedito, eius subditus possit recurrere ad Episcopū pro absolutione casuum, à quibus ipse iure communi, aut speciali poterat absoluere.*

REspondeo dicendo, quod si prælatus regularis non sit sacerdos, & nullus alius sit sacer-

sit sacerdos regularis in conuentu, vel si sit excommunicatus, aut aliter impeditus, potest eius subditus absolui ab Episcopo à minori læsione clerici, vt constat ex iure, [a] quidem secūdum Syluestrum, [b] quoad monachos non exemptos verū est. Imo quoad exemptos hoc verum aliqui putant, inter quos sunt Federicus, [c] & Ioannes de Lignano. Sed contrarium tenuerunt Ioannes Andreas, [d] & Panormitan. Quod probāt, quia per exemptionem exempti efficiuntur nō subditi Episcopo, idest non subiecti eius potestati, sed Papæ immediatè, vt dicitur in iure. [e] Vnde Episcopus in illos nullam habet potestatem, nisi in casibus sibi expresse concessis, prout decernunt Canones. [f] Vnde exempti non possunt absolui ab eo, neq; ip si possunt eius iurisdictionem prorogare, quantum ad forum contentiosum, vt dicit quædam decretalis [g], neque quantum ad forum pœnitentiale, vt ipsimet Canones determinant. [h] Et sic non est dicendum, quod exemptio concernat simpliciter fauorē exemptorū, sed in fauorē superioris, qui eos exemit, vt deducitur ex iure. [i] Et certe loquēdo secundum rigorem hæc opinio solidioribus nititur fundamentis, quam contraria; sed de æquitate videtur cōtraria opinio seruanda. Licet enim regulares eximantur in fauorem superioris, vel Papæ eos eximentis à iurisdictione episcopali, principaliter tamen in suum fauorem eximuntur, vtquietius Deo seruiant. Nec videtur æquū, quod per exemptionem fiāt deterioris conditionis, quam non exempti in spectantibus ad quietē animi in Deo ad quā ordinatur omnis religio. Vnde infert [l] Sylueſter, quod potest Episcopus indefectum prælati absoluere regularem exemptum, qui sæcularem clericum, aut regularem leuiter percusserit vel habet impedimētum adeundi ad curiā. Et hoc secundum æquitatem, quod affirmat Panormitanus [m] esse æquum. Et hoc confirmat n Sylueſter ex traditis à Diuo Thoma, dicente, quod ad æquitatem, quæ epicheia dicitur pertinet agere in casum secundum legis intentionem verbis omissis. Imo etiam dici potest, quod quando in quadam Clementina [o] dicitur, quod quando datur potestas contra exemptos semper debet fieri mentio de autoritatē Apostolica: hoc debet intelligi de potestate odiosa, puta ad coercendum, de qua loquuntur iura superius allegata, vt patet intuenti, at de benigna, quæ est ad absoluendum non semper est verum. Ex his concludo, quod dicti Episcopi possunt absoluere dictos regulares ad se in simili casu recurrentes ab omnibus à quibus secundū ius possūt absoluere suos subditos, cū regulares nō debeant esse peioris conditionis, quam alij fideles. Non tamen poterūt eos absoluere à casu, à quo prælatus regularis poterat absoluere secundum aliquod particulare priuilegiū, quod nō habet Episcopus erga suos subditos. Potestas enim prælatorum regularium ad aliqua se extendit circa suos subditos ad quæ iurisdictio Episcoporum circa suos minimè protrahitur.

[a] c. monachi & c. cū illorū de sentē. excomuni. [b] Sylu. ver. absolutio. 5. not. 1. [c] Fed. cons. 14. Ligna. in clem. inc. in agro. [d] Andre. in regu. scīēti. Panor. in d. c. monachi, & in c. significasti de foro compet. [e] c. si Papa de priui. li. 6. [f] c. frater noster. 16. q. 1. [g] d. c. significasti. [h] ca. omnes vtriusq; sex. de pœnitē. [i] c. ad Apostolicā de regu. l. si quis in conscribēdo C. de episcopis & clericis.

[l] Sylu. vbi s. not. 3.

[m] Panor. in clem. attendētes de statu regular. [n] Sylu. vbi s. D. Th. 2. 2 q. 100 ar. 1. §. 2. [o] Clement. attendentes

## ARTICVLVS XXX.

### *Vtrum possit regularis absolui à reseruatis, à quolibet confessario regulari negante superiore pœnitentis suam autoritatem.*

REspondeo dicendo, quod loquendo de casibus reseruatis ipsi prælato per ipsum & per statuta religionis, si expediat prælato non cognoscere reum peccati reseruati debet non grauatè, sed facile causam totam committere docto & approbato confessario petenti, nè iugum confessionis de se suaue appareat durum. Interdum tamen si frequenter esset ruina, potest quidē prudenter negare, prout tradunt D. Thomas, [p] Sylueſter, Victoria & post alios Nauarrus. Qua licentia negata cum inferior cōfessarius in ea reseruata nihil proprio iure possit, persuadeat adire prælatum. Qui quando iniustè negat suam autoritatem, aiunt D. Thomas [q], Alexāder de Ales, Marsilius, & Medina, non posse inferiorem absoluere. Nam ideo absente superiore absoluit inferior à reseruatis indirectè, quia præsumitur, tacitam licentiā illius habere. Quæ ratio cessat cum prælatus præsens negat licentiam. Qui tamē fatentur: quod propter scandalum euitandum liceret pœnitenti cōtrito cōmunicare, & celebrare, si timet malū graue ex eo, quod suo prælato id reseruatum cōfiteatur. Ex quo colligitur, quod in hoc periculo potest etiā absoluere à reseruato ex tacita commissione maioris prælati, aut Papæ absentis, quia iniustè negatam licentiā videtur ipso inre concedere. Si enim ob euitandum scandalum Doctores concedunt

[p] D. Th. in 4 d. 17. q. 3. ad 3. Sylu. ver. confessor. 1. § 3. n. 13. Victori. § 145. in fin. Nau: in c. placuit n. 119. & 151 & c. 25. n. 131 [q] D. Th. vbi su. ad 3. & 5 Alens. 4. p. q. 77. memb. 3. arti. 1. ad. 1. Marsil. in. 4. q. 12. ar. 1. p 4 concl. 2. ad 4 & 5. Med. de confes. q. 57 fo. 86.

dum huic communionem maioris sacramenti, cur negant licere absolutionem, licet in occulto detur? Ita Henriquez. [a] Sed hæc doctrina nō mihi placet, licet alibi eam fuerim sequutus. Licet enim cōmunicare cum debita contritione in supradicto periculo. Nam Concilium [b] Tridentinum, definiens debere confessionem præcedere communionem loquitur quando adest copia confessoris. Nam necessitate vrgente, si non adest copia confessoris, potest cum contritione quis accedere ad sacrum ministerium celebrandum. At negata iniuste autoritate Prælati non potest inferior etiam in dicto periculo absoluere à reseruatis cum licentia præsumpta alterius superioris; cum ipse inferior ad ea peccata non habeat iurisdictionē: quam si concedamus dari per licentiam præsumptam alterius superioris scilicet, Papæ sequeretur, quod iurisdictio daretur per licentiam præsumptam, & sic aperiretur quædam ampla porta ad fundandam & protelandam iurisdictionem ex sola voluntate præsumpta: & sæpissimè neruosum vinculum reseruationis dissolueretur, si liceret pœnitentibus negata iniuste & tyrannicè à pœnitentiarijs maioribus absolutione recurrere ex præsumpta voluntate Papæ ad quemlibet confessarium. Supradictum autem argumentum Henriquez solum concludit, quod sicut licet communicare in necessitate cum sola contritione ob defectum confessoris cum obligatione confitendi eadem met peccata data copia ipsius: ita negata iniuste autoritate ad reseruata imminente dicto periculo propter defectum confessarij licebit pœnitenti confiteri inferiori, qui eum directè poterit absoluere à peccatis non reseruatis: at à reseruatis minimè licebit, nisi indirectè, cum obligatione tamen confitendi ea superiori alicui, quando eius copiam habuerit. Et dato quod opinio Henriquez sit vera, scilicet quod directè ipse inferior posset absoluere pœnitentem etiam à reseruatis negata iniuste autoritate superioris in dicto periculo propter commissionem tacitam Papæ, in prædicto casu ego eam minimè reciperem quando ab ipso prælato petitur autoritas, quæ sibi ratione priuilegiorum competit ad absoluendum à reseruatis Sedi Apostolicæ, aut in Bulla Cænæ Domini, & ad dispensandum in reliquis irregularitatibus, de quibus in superioribus latè egimus. Licet enim prælati respectu prædictorum habeant iurisdictionem ordinariam, & eam possint committere aliquibus secundum ea quæ in superioribus dicta sunt, non tamen concedendum existimo, quod negantibus iniuste prælatis suam autoritatem Papa eam concedere videatur cuilibet approbato confessario. Tum quia iurisdictionem & potestatem ad delegandum commisit ipsis prælatis, confisus de eorum prudentia & zelo; quam confidentiam non habet de quocunque alio confessario à pœnitente electo. Tum etiam quia si hoc esset verum, sequeretur quod negata iniuste & tyrannice dispensatione ab Episcopo, cui Summus Pontifex eam commisit posset pœnitens imminente periculo, ad alium recurrere allegando in eius fauorem tacitam voluntatem Papæ in hoc casu alteri delegantis. Posset insuper pœnitens negata sibi absolutione à reseruatis iniuste & tyrannice ab aliquo confessario tempore Iubilei, recurrere ad alium confessarium non habentem similem potestatem ex tacita voluntate Papæ eam sibi in dicto casu concedentis. Quæ in materia spiritualis iurisdictionis minime sunt admittenda. Tum etiam quia prælatis conceditur absolutio ab ex communicatione etiam Papæ reseruata à qua dictus confessor inferior non potest absoluere: sicut non potest absoluere ab excommunicatione quacunque reseruata, prout quæstione sequenti declarabitur. Verum est tamen, quod negante prælato suam autoritatem ad reseruata, quam habet ratione priuilegiorum, si adest aliquod graue periculum, poterit pœnitens absolui à confessario approbato à non reseruatis: quia remanebit cum debita contritione absolutus indirectè à reseruatis, cum obligatione confitendi habenti ad ipsa specialem iurisdictionem.

[a] Henri. li. 3 de pœnit. c. 13. n. 6. & ca. 15. n. 5.

[b] Con. Trid. sess. 14. de sacram. Euch. cap. 7.

QVÆ-

# QVÆSTIO XXI.

## De Abbatibus quoad potestatem reseruandi casus, & ab eis absoluendi in vndecim articulos diuisa.

*Circa quam quæruntur vndecim.*

1 *VTrùm prælati ecclesiastici possint reseruare casus.*
2 *Vtrùm prælati regulares possint reseruare casus.*
3 *Quis potest absoluere à casibus reseruatis ipsis prælatis.*
4 *Vtrùm prælati regulares teneantur concedere suis subditis autoritatem, vt possint absolui à reseruatis.*
5 *Vtrùm sit obligatus religiosus cõfiteri peccata reseruata simul cum alijs negata iniustè autoritate à superiore.*
6 *Vtrùm superior teneatur simul audire peccata non reseruata cum reseruatis.*
7 *Vtrùm confessio reseruatorum sine debita contritione sufficiat, vt cum quocunque confessario possint prædicta reseruata confiteri.*
8 *Vtrùm confessor electus per Guardianum possit ipsum absoluere à reseruatis.*
9 *Vtrũ Guardiani quibus prouinciales committunt suos casus possint alteri committere dictam potestatem.*
10 *Vtrùm religiosi possint absolui à casibus reseruatis virtute Bullæ Cruciatæ.*
11 *Vtrùm nouitij possint à quocunque absolui à reseruatis.*

## ARTICVLVS 1.

### *Vtrùm Prælati Ecclesiarum possint reseruare casus.*

REspondeo dicẽdo, quod presbyteri in sua ordinatione à peccatis absoluendi potestatem accipiunt, vt ait Sãctum Concilium Tridentinum. [a] Nam cum omnes in dicta ordinatione potestatem super verum Christi corpus ad conficiendum Eucharistiæ sacramentum accipiant, consequẽs est, vt etiã accipiant potestatem super corpus mysticũ ad absoluẽdum ab omnibus peccatis, vt ait Paludanus. [b] Et sic ad eos iure diuino pertinent omnia, quę sunt fori interioris & pœnitentialis, nisi iure humano illa eis fuerint adẽpta, vt ait D. Antoninus. [c] Neq; in hoc est differentia inter sacerdotes sæculares, & regulares: quia omnibus in ea æqualis impartitur autoritas, vt optimè cõcludit Gracianus. [d] Vnde infertur casum non dici reseruatum, eo quod non concedatur potestas absoluẽdi ab eo: sed quia tollitur & minuitur eis, qui eam actu, vel habitu habent. Proinde Concilium Tridentinũ [e] definiuit hæresim esse, dicere non posse Episcopũ in foro interiori sibi aliquem casum reseruare. Et idem Conciliũ [f] Tridentinũ ait. Quoniã magnopere ad Christiani populi disciplinã pertinet, vt atrocia quædam & grauiora crimina à solis quidem Summis Põtificibus in toto terrarũ orbe, ab Episcopis verò in sua diœcesi absoluantur, merito singuli, pro potestate sibi in Ecclesia tradita eadem suo potuerunt peculiari iudicio reseruare. Quã reseruationem tanquam diuinæ autoritati cõsonantem non tantum in externa policia, sed etiam coram Deo (articulo mortis excepto) eum habere potest. Vnde cum extra illum articulum sacerdotes nullam in casibus huiusmodi reseruatis absoluendi potestatem habeant, pœnitentes ad legitimos superiores pro absolutione consequenda remittere debent. Dubium autem grauissimum à Doctoribus ventilatur. Vtrum prælati ecclesiastici possint sibi reseruare casus merè interiores. Ad quod dico primo, quòd Ecclesia directè nullam potestatem habet in actus purè interiores absolutè & per se sumptos & per consequens non potest eos vt sic reseruare.

Secundo dico, quòd Ecclesia bene habet potestatem in actus animæ interiores ad præcipiendum, & prohibendum & puniendum eos, vt sunt causæ contingentes, aut qualitates exteriorum actuum vel omissionum, vel vt ordinãtur ad hæc exteriora, & ea calificant. Vnde infertur, quòd si quis aliquod peccatum mentale aliquo signo aut verbo, aut scripto expresserit exterius incidit in excommunicationem tali peccato ab ecclesia appositam, & si fuerit reseruata ab

a Con. Tri. sess. 23. c. 5. de reformatio.

b Paluda. in 4. d. 17. q. 3. art. 2.

c Antoni. 3. p. tit. 7. c. 2.

d ca. adijcimus. c. generaliter. §. ecce, 16. q. 1.

e Con. Tri. sess. 14. canone. 2.

f Con. Tri. sess. 14. c. 7. de casuum reseruatione.

ta ab ea non poterit absolui à quocunq; cõfessore approbato nisi ad id habuerit facultatem à superiore reseruante. Quod limitãdum est vt ait Almain, quem sequitur Simã cas infra allegandus quando per actum vel signum malum manifestatiuum talis peccati interioris etiamsi secretissimè nullo vidente exterius exprimitur, secus si per actũ bonum manifestetur, puta ad consilium capiendum in sacramento vel extra. Hãc opinionem tenet expresse Caietanus, [a] & videtur esse opinio D. Thomæ & eam tenet Petrus de Palude, Florẽtinus, Almain, Driedo, Castro, Soto, Nauarrus, Simancas, & Couarruuias, & licet alij alijs diuersis vijs progrediantur hæc tamen opinio duobus superioribus dictis & vnico corollorario sic proposita mihi quidem probabilior apparet & visis certè & cõsideratis aliarũ opinionũ fundamẽtis magis ad veritatẽ accederevidetur.

a Caiet.2.2. q.11.a.3.&4 & in summ. titu.hæresis & tit. hora canonica. D.Tho.1.2. q.91.ar.4. & 2.2.q.11.ar.3 & q.100.ar. 6.ad.6.Palu. in.4.d.15.q. 5.ar.2.cõcl. 4.Floren.3. p.tit.24.c.4. §.7.Almain de potestat. eccles.ca. 3. Driedo ď liber. Christ. lib.3.cap. 5. pag.90.Castro de punit. hæreti. lib.2.c.18.& de leg. pœnal.lib.2.c. 15.concl.1. & 2.Soto ď iust. & iure lib.10.q.5.a. 5.Nau.de simon. n.20. & 21.fol.118 Cou. de hæret.c.42.Couar.in reg. peccatum.2 p.in initio.

## *ARTICVLVS* II.

### *Vtrùm prælati regulares possint casus reseruare.*

REspondeo dicendo, quod quantum attinet ad generales & prouinciales, nemini dubium est, posse reuocare casus. Imo existimo esse hæresim dicere contrarium. Nam cum ipsi generales & prouinciales secundum ius, prout dictum est in superioribus, [b] habeãt iurisdictionem Episcopalem, aut quasi Episcopalem, consequens est vt sicut hæreticantur dicentes Episcopos non posse reseruare casus in foro interiori: ita etiam hæreticare videtur, negantes istã autoritatem dictis prælatis regularibus. Vnde merito declarauit & decreuit Alexander Sextus, Prout habetur in libro Monumenta [c] ordinum, & in supplemento, *Quod generales & prouinciales possũt casus reseruare, hoc extẽdẽs ad guardianos dicens. Et ꝙ guardiani possunt reseruare casus de occultis inter religiosos, & quod absoluentes à talibus post huiusmodi reseruationẽ nullã faciũt absolutionẽ, & incidũt in pœnã absoluẽtiũ à casibus nõ cõcessis*, Circa quam cõcessionẽ primo est aduertẽdũ, quod tẽpore Martini quinti iã fuerũt in religione nostra sacra minorũ taxati & ordinati casus Ministris ordinis minorũ reseruati, & ab ipso Martino V. confirmati, vt in regula apparent impressi. Deinde est pariter aduertẽdum, quod nunc per sanctissimum Dominum nostrum Clementem Octauũ, tum quoad istam, tum etiã quoad illam Alexandri VI. dispositionẽ, aliud est ordinatũ. Anno enim Dñi millesimo quingẽtesimo nonagesimo tertio, mẽse Maij cum ctis regularibus per publicũ Breue infrascri ptos casus reseruatos fore præscripsit.

b Sup.q. 17. art.1.

c Monum. 2.impr. fol. 56.cocef.66. & in suppl. fol.3.

Primum est, beneficia, incantationes, sortilegia.

Secundum est, apostasia à religione, sine habitu dimisso, siue retento, quando eo peruenerit, vt extra septa monasterij seu conuentus fiat transgressio.

Tertium est, nocturna ac furtiua à monasterio, seu conuentu egressio, etiam non animo apostatandi facta.

Quartum est, proprietas contra votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale.

Quintus est lapsus carnis voluntarius opere consummatus.

Sextus est, occisio, aut vulneratio seu grauis percussio alicuius personæ.

Septimus est, malitiosum impedimẽtum, aut retardatio, aut apertio literarum à superioribus ad inferiores, & è contra.

Octauus est, iuramentum falsum in iudicio regulari, seu legitimo.

Nonus est, auxilium seu consiliũ, seu procuratio ad abortum faciendum post animatum fœtum, etiam effectu non subsecuto.

Decimus est, falsificatio manus, aut sigilli officialis monasterij, aut conuentus.

Vndecimus est, furtũ de rebus monasterij, seu cõuentus in ea quãtitate, quæ sit peccatũ mortale. Hoc fuit à Põtifice declaratũ debere intelligi etiam de rebus particularibus ad alicuius fratris particularis vsum cõcessis. Quæ autem sit quantitas constituens peccatum mortale, vide in nostra summa. [d]

d In Sum.1. tom.c.

Addit autẽ Sũmus Põtifex, quod si aliud peccatum graue pro religionis cõseruatione, aut pro cõscientiæ puritate reseruãdũ videbitur, id nõ aliter fiat quã generalis capituli in toto ordine aut prouincialis in prouincia matura discussione & cõsilio. Exqua dispositione videtur remanere dispositionẽ supra dictã Alexãdri Sexti restrictã & moderatã vt, scilicet, prouinciales & generales perse solos iã nõ possint reseruare casus, nisi in capitulis generalibus & prouincialibus, cum consensu patrum vocalium ibi pro electione

ctione faciẽda cõueniẽtiũ. In dictis enim Capitulis poterunt reseruari alij casus à supra dictis etiam eiusdem materiæ supradictorũ casuũ, vt puta in materia lapsus carnis. Possunt reseruari etiam tactus impudici. Supra dictis tamẽ casibus semper firmiter manentibus, & in nullo mutatis. At hęc cõstitutio Clemẽtis VIII. quãtum ad istã restrictionẽ & limitationẽ non video esse receptã in nostra religione, cũ sæpe sæpius cõtingat euenire casus particulares, qui propter bonum regimẽ statim ante capitulum generale aut Prouinciale necessario sunt reseruandi, si enim non reseruarentur maxima religio incommoda pateretur.

Aduertẽdũ secundũ circa prædictã constitutionẽ Alexãdri VI. quod eius declaratio seu decretũ, quoad Guardianos non permanet in suo vigore in nostra religione regularis obseruantiæ, quia in Capitulo generali Assisij celebrato anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto, sequens statutum autoritate Apostolica factum est.

*Ordinatur, & mandatur autoritate Apostolica, vt totius capituli generalis, quod nullus Guardianus possit sibi reseruare casum aliquem, sed solus minister Prouincialis id poterit.* Et merito quidem hoc est ordinatum. Reseruatio enim ad habentes iurisdictionem Episcopalẽ pertinet secundum ius, & non ad Guardianos, qui curatis comparantur, quibus ius Canonicum reseruationem minimè commisit. Et certè reseruatio casuum ad ædificationẽ & non ad destructionem religionis inducta est: quæ si cuilibet guardiano committeretur cederet in destructionẽ: cum multi sint Guardiani & Prælati Conuentuales, qui propter defectum ætatis & experientiæ in religionibus non habent eam maturam prudentiam, & consilium, scientiam, & zelum, quæ ad huiusmodi reseruationem requirun tur, vt cedat in ædificationẽ & augmentum religionis. Imo aliquos ego vidi Prouinciales tam faciles, & inconsideratos in his, quæ pertinent ad regimen & ædificationem religionis, vt de eis ad hoc ministerium peragẽdum, vt decet parum confiderem. Et ideo sanctissimus Dominus noster Clemẽs Octauus hanc autoritatem ipsis restrinxit, vt ita ligati minimè alijs essent in scandalum & ruinam.

## ARTICVLVS III.

### *Quis possit absoluere à casibus reseruatis ipsis prælatis.*

REspondeo dicendo, quod Alexander Sextus in priuilegio in superioribus allegato ait, quod absoluẽtes à talibus casibus reseruatis post eorũ reseruationem, nullã faciũt absolutionẽ & incidũt in pœnã absoluẽtium à casibus nõ concessis. Pœna autẽ ponitur in capitulo. religiosi. de priui legijs, & est quod remanẽt excommunicati ipso facto. Et dico primo, quod prælati generales habẽt autoritatẽ ad absoluẽdũ fratres totius ordinis à peccatis reseruatis: prouinciales autẽ possunt absoluere omnes fratres totius prouinciæ, & hospites ad suam prouinciã declinãtes. Vnde siquis habet autoritatẽ absoluẽdi à peccatis reseruatis actiuè, si hanc habet à generali potest ea vti cũ omnibus fratribus totius ordinis: cũ omnes sint sui subditi; & si à prouinciali, cũ fratribus tãtũ illius prouinciæ & etiã cũ hospitibus ad eã venientibus. Nam Gregorius XI. cõcessit Magistro Generali, & singulis prioribus prouincialibus & conuentualibus, ac vices eorum gerentibus, vt in prouincijs & cõuentibus ac locis sibi cõmissis fratribus eiusdem ordinis interdũ ad eos declinãtibus vndecunq; absolutione, & dispẽsatione indigẽtibus absolutionis & dispensationis beneficium possint impartiri. Ita habetur in libro Monumẽta [a] ordinũ. Et idipsum cõcedit Clemẽs IIII. prout habetur in Bulla allegata in articulo primo quæstionis præcedẽtis. Et si frater habeat autoritatẽ passiuã, vt possit ipse absolui à dictis casibus, poterit cõfiteri cũ quouis ordinis cõfessore, siue sit ei autoritas ista concessa à Generali, siue à prouinciali: cũ multi Sũmi Põtifices nostræ religioni concesserint, vt fratres possint de materia peccati mortalis confiteri cũ quouis ordinis sacerdote cõfessore; etiã si à suis prælatis licẽtiã nõ petant. Proinde habens autoritatem hãc passiuã poterit sine dubio à quouis ordinis sacerdote absolui, cum omnes sacerdotes ordinis approbati à suis superioribus ad audiendas confessiones fratrum sint idonei: pro omnibus fratribus ordinis; prout concesserunt Summi [b] Pontifices, & in comitijs nostrę sacrę religionis generaliter.

[a] In. 1. impr. fol. 236. concess. 548.

[b] Habet. in explic. Crucia. §. 9. n. 23

neralibus est ordinatū. Nam de iure [a] com muni contrarium dicendum erat. In quo definitur, quod nulla potest consuetudine introduci, quod aliquis præter sui superioris licētiam confessorem sibi eligere valeat. Vnde in aliquibus Prouincijs inter Capucinos fratres adhuc extat laudabilis consuetudo, quod fratres hospites à Prælatis se cōfitendi licentiam petant: licet non sit necessaria quando hospites sunt Prælati, vt dicit Corduba in verbo infra, accedere ad monasteria monialium in fin. Et hoc debet multum notari: quia secundum ius commune videbatur dicendum contrarium. Nā cum Prouincialis dignitas cōparetur Episcopali dignitati: videtur etiam, quod ipsa Prouincia comparetur Episcopatui. Vnde, sicut quis vnius Episcopatus confiteri non potest de materia peccati mortalis cū alio sacerdote in alio Episcopatu approbato, nisi priuilegium aliquod esset in contrarium: ita pariter dicendum videbatur, vt fratres de vna Prouincia confiteri minime possint cum sacerdotibus alterius Prouinciæ, licet eiusdem ordinis.

a c. si Epis. de pœnit, & remis.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrùm Prælati regulares teneantur concedere facultatem suis subditis, vt possint absolui à casibus reseruatis.*

RESpondeo dicendo, quod Pius Quintus die vigesima prima Iulij, anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo primo pontificatus sui anno sexto, in quodam Breui, quod incipit, Romani Pontificis circōspecta benignitas, prohibens, ne fratres Ordinis Prædicatorū possint eligere cōfessorem, & absolui à reseruatis virtute Bullæ Cruciatæ sine licētia suorū, prelatorū addit, *Eisdē tamen Prælatis in vsus huiusmodi potestatis cū subditis benignos & faciles se exhibeant, præcipimus.* Quod verbum (Præcipimus) prout dictum est [b] supra, præceptum importat. Et cum res sit grauis videntur peccare mortaliter Prælati, dictā autoritatem sine causa negātes, intelligentes, quod ex huiusmodi negatione animæ suorum subditorum dispendiū patientur. Vnde religiosus pœnitēs, cui oportet nō reuelare in cōfessione sacramētali sua peccata reseruata superiori præsenti, propter maximū periculū, quod ex tali reseruatione resultat, nolēte ipso cōcedere licentiā, vt cū alio cōfiteatur, potest cum contritione licite celebrare ad euitandū scandalū; prout tenet [c] Victoria, cū in hoc casu careat copia confessoris. Quod est intelligendum nullo alio cōfessore præsenti. Nam si est pręsens confessor, tenetur cōfiteri de alijs peccatis mortalibus antequā ad celebrationem accedat, iuxta decretum Concilij [d] Tridentini: qui confessor directe absoluat eum à peccatis mortalibus, & indirectè à reseruatis, ratione quorum solum non habet copiam confessoris, & iudicatur ac si esset absens à superiori. Quod intelligitur, quando peccata reseruata non habent annexam excommunicationem. Si enim habēt annexā excommunicationem, minime potest absolui etiam à non reseruatis. Nullus enim potest absolui à quocunq; peccato, nisi prius ab excommunicatione absoluatur, à qua inferior, si est reseruata, minime potest absoluere. Verū tamen est, quod instante maxima necessitate communicandi, aut celebrandi ad euitandum magnum scandalum, potest iste talis cum contritione accedere ad hoc altissimum sacramentum, prout tenent [e] Sotus, Couarruuias, Medina, & Ledesma, & Castro. Iuxta quam doctrinam est glossandus idem [f] Sotus dicens, quod in nullo casu neque ad euitandum scandalum licitum excommunicato celebrare. Hoc enim intelligi debet, quādo scandalum est paruum, non vero quando scandalum est magnum, præceptum enim de non scandalizando fratrem est diuinum, & naturale: præceptum autem non communicandi cum excommunicato præsupposita debita cōtritione est humanum. Et etiam erit licitum dicto religioso pœnitenti excommunicato ad Eucharistiam accedere cū debita contritione, quando Prælatus non vult ipsi concedere autoritatem ad casus reseruatos, & timet maximam infamiam, aut maximum periculum, si non accedat prout tenēt [g] Ledesma, & Syluester. Quod probatur: nam etiam præsente confessore, qui eum absoluere possit, potest sine confessione celebrare, aut communicare, quando ex confessione timet periculum simile imminere sibi. Et confirmatur:

b sup. q. 6. art. 13.

c Victor. in sum. fol. 146

d Concil. Trid. sess. 14 c 7.

e Sot. in. q. d. 18. q. 2. ar. 5. §. hoc aūt dubium. Cou. in. c. alma mat. 1. p. §. 2. n. 11. Medin. in sū. 1. li. c. 11. §. 5. Ledes. 2. 4. q. 25. a. 1 prope finē. Castro. li. 2. de lege pœnali. c. vlt.

f Soto in 4. d. 12. q. 5 ar. 4. §. quartus casus.

g Ledes. vbi sup. Syluest. verb. Eucharist. 2. q. 7. §. quantū vo.

h Nauar.c. 27.n.279.

Nam etiã cõcedit doctissimus [a] Nauarrus, quod irregularis ad euitandum simile scandalum, & periculum potest celebrare. Et quantum ad inhabilitatem celebrandi pari passu ambulant respectu peccati mortalis excommunicatus & irregularis. Ex his infertur, quod religiosus accedens ad celebrãdum cum excommunicatione reseruata, ad cuius absolutionem sibi autoritas à superiore est negata, si hoc facit necessitate compulsus non potens aliter scandalum euitare, aut pericula allegata fugere minime incurrit irregularitatem quam incurrũt excõmunicati cum excommunicatione celebrãtes: cum minime peccent ministrando. Aduertendum est tamen, quod nulli occulto excommunicato licitum erit celebrare ad implendum præceptum Ecclesiæ, aut præceptum & obligationem suo officio annexã quando ex omissione horũ præceptorũ nullum graue scandalum sequitur, aut infamia. In his enim casibus, nec lex diuina nec humana permittit aliquem excommunicatum celebrare, vnde pœnã irregularitatis incurrit celebrando. Aduertẽdum insuper, quod semper dixi, quod propter vitandum magnum scandalum, & periculum licet dicto religioso excommunicato celebrare, negata sibi autoritate à suo superiore. Ad denotandum, quòd neq; ratione verecundiæ, aut malæ famæ, quam ex reuelatione sui peccati reseruati apud suum prælatum habere debet erunt causæ sufficientes, vt dictus religiosus sine confessione possit cum sola contritione ad celebrationem accedere. In hoc enim casu tenentur suo superiori prius confiteri: nisi culpa reseruata apud prælatos ordinis sit iam in iudicio exteriori castigata aut timet quod directe, aut indirecte ab ipso prælato reuelabitur. Ex quo infertur, quod si subditus timet, quod petendo per interpositam personam licentiam superioris ad casum reseruatum, ipse prælatus veniet in cognitionem ipsius, potest ad celebrandum accedere, etiam si sit excommunicatus, cum debita tamen contritione necessitate maxima vrgente, & scandalo magno id flagitante: prout tenent [b] Victoria, Soto & Ledesma. Qui omnes affirmant etiam causam esse sufficientem ad accedendum ad celebrandum, aut communicandũ cum casibus reseruatis, & excommunicatione quando prælatus non vult concedere suã authoritatem, & scit pœnitẽs probabiliter, quod si ipsi confiteatur impediet ipse prælatus maxima bona spiritualia, & etiam magna bona temporalia negãdo illi suffragiũ ad ipsorũ consecutionẽ. Et sic non omnino probo sententiam [c] Nauarri, dicentis posse prælatum negare suffragium alicui in electione ratione criminis, quod solum scit in confessione: cum timor talis negationis sit sufficiens causa vt ipse religiosus possit accedere ad communicationẽ cum casu reseruato, ad cuius absolutionem nullo modo à suo prælato potest facultatem per interpositam personam petitam adipisci. Ex his etiam infertur, quod timor reuelandi complicem, aut ipsum infamandi, aut impediendi ipsi aliqua grauia bona spiritualia, aut temporalia, erit causa sufficiens, vt supradictus religiosus excommunicatus cum contritione possit accedere ad celebrandũ precisa necessitate, & vrgente id postulante, vt affirmant supra dicti patres.

b Victor.de cõfes.n.146. Sot.in.4. d. 12.q.1.ar.4. prope finẽ. Ledes.24.q. 7.ar.5. dub. vers.sed videatur.

c Nau.in.c. sacerdos de pœnit.d.6.

## ARTICVLVS V.

### *Vtrùm sit obligatus religiosus confiteri peccata reseruata simul cum alijs negata iniuste autoritate à superiore.*

REspondeo dicendo, quod in omnibus casibus in quibus religiosus habens casus reseruatos potest confiteri inferiori non habite potestatẽ ad eorũ absolutionem prout dictum est in superiori articulo, obligatur ad cõfitendum peccata etiã reseruata ipsi inferiori, vt cum D. Thoma [e] Ledesma, Soto, Caietanus, & alij cõmuniter. Nam pœnitens de iure diuino tenetur, quando fieri potest, cõfessionem integram facere. Nec obstat, quod postea tenetur iterum confiteri reseruata habenti authoritatem ad eorũ remissionem. Hoc enim per accidens est. Per se autem est, quod tenetur confiteri peccata confessario habenti autoritatem ad eorum remissionẽ, & vt supponitur, dicta reseruata cõfessario non habenti talem facultatẽ sunt propalata. Vnde quando pœnitens religiosus solum reseruata cõfessario inferiori reuelauerit absolutio nulla erit ex defectu iurisdictionis, pro vt tenent Ledesma [f] & Nauarrus. Aduertendũ tamen, quod pœnitens absolutus à confessario inferiori directe à mortalibus, & indirecte à reseruatis, recipit vnum verum sacramentum. Et quando postea superior aut alius

d Ledes.2.4 q.8.artic.2. dub.4. Sot. in.4.d.18.q. 2.ar.5. Caiet. ver confes. conc.10.

e Ledes.vbi sup. dub.3. prop.3. Nauar.c.16.n. 14.

alius eius habens potestatem, absoluit directe à reseruatis, aliud distinctum sacramentū à primo recipit, vt dicunt communiter Doctores. Aduertendum insuper, quod sacerdos simplex in absentia confessoris inferioris non potest absoluere dictū religiosum pœnitentem indirecte à reseruatis, directe autē à venialibus. Licet enim habeat iurisdictionem ad absoluendum à venialibus, hoc tamen intelligitur quando solum illi venialia confitentur, non autem quando illi venialia simul cum mortalibus sacramentaliter reuelantur: cuiusmodi sunt reseruata, quæ vt supponitur dicto sacerdoti simplici confitentur. Denique solum habet sacerdos simplex potestatem ad absoluendum à venialibus, aut à mortalibus semel iam confessis legitime, vt communis consuetudo Ecclesiæ probat.

## ARTICVLVS VI.

*Vtrùm superior teneatur audire peccata reseruata simul cum non reseruatis, vt subditum possit absoluere à reseruatis.*

a Caie. ver. cōfessio cō ducto. Sot. in. 4. in. d. art. 5. Nau. in. c. Sacerdos. §. quantus de pœnit. d. 5. n. 12

RESpōdeo dicēdo, q̄ Caietanus, [a] Sotus, & Nauarrus tenēt quod superior potest audire peccata tantū reseruata & ab eis pœnitentem absoluere, & remittere ipsum ad confessorem inferiorem, vt ipse auditis eius peccatis non reseruatis, ab eis eum sacramentaliter absoluat. Et consequenter dicunt, quod dictus pœnitens duo recipit sacramenta, vnum à superiore alterum ab inferiori, & quod dictus superior potest iure optimo hanc facere diuisionem, sicut faciunt Papæ pœnitentiarij. At contrariam opinionem secundum diuinam Theologiam existimo veriorem. Scilicet, dictum superiorem eam diuisionem facere minime posse, & sic necessario debere audire peccata reseruata & non reseruata, prout tenent [b] Ledesma, Durandus, & Sylue ster, Adrianus, & Victoria. Et fundamentū huius opinionis est: quia integritas confessionis est de iure diuino, in quo dictus superior minime potest dispensare, nulla præsertim existente necessitate, cum ipse superior possit remittere suum subditum ad confessorem inferiorem cum autoritate, vt ipsum ab omnibus absoluere possit. Et dato, quod Prælatus velit extra confessionē scire peccata reseruata ipsius pœnitentis, remittēdo absolutionem ad inferiorem cōfessarium sigillum confessionis seruare tenetur, cum reuelatio ipsi facta ad confessionem ordinetur: prout ait Ledesma. Qui cū Adriano, & Durando affirmat, quod pœnitentiarij Papæ non diuidunt cōfessionem: sed tantum absoluunt à cēsuris Papæ reseruatis, non potentes maximis negotijs implicati integras confessiones pœnitentium audire: Et sublatis censuris iam peccata nō remanent reseruata, Papa enim solum censuras reseruat.

b Ledes. 2. 4 q. 8. artic. 2. dub. 3. conc. 5. Durand. in. 4. d. 17. q. 15. Sylues. ver. confessio 1. q. 19. Adrian. q. 4. de confessione. § 7. Ledesdubium Victor. de confes. nu. 162.

## ARTICVLVS VII.

*Vtrùm confessio reseruatorū superiori aut habenti potestatem facta sine debita contritione, aut attritione, valeat, vt pœnitens possit ea peccata cōfiteri cuicunq; alij confessori inferiori approbato.*

RESpondeo dicendo, quod quando pœnitens religiosus fuit absolutus sacramētaliter à casibus reseruatis per superiorem, aut per habentē eius ad id potestatem existēte nulla absolutione propter defectum contritionis aut attritionis non tenetur dictus pœnitens amplius dicta peccata reseruata confiteri prælato aut habenti eius autoritatem. Sufficit enim quod ea confiteatur cuicunque legitimo confessori, vt ait [b] Caietanus. Reseruatio enim quid odiosum est. Vnde debemus Theologizare, sufficere ipsum peccatū reseruatum esse cognitum & reuelatū, ipsi prælato, aut alij eius potestatem habenti, vt sic cesset ipsa reseruatio. Et hanc opinionē, vt verisimā, tenet Sylueiter: & eam tenēt cōmuniter Doctores: affirmantes idē esse dicendum, quando pœnitēs aliquod peccatum mortale malitiose tacuit, dum modo omnia peccata reseruata reuelauerit. Et id ipsum etiam affirmant esse dicendū, quando pœnitens multa habet peccata reseruata, & vnius, aut duorū fuit oblitus, prout dicunt [d] Adrianus & Ledesma. In hoc enim casu omniū peccatorum etiā oblitorum volunt Prælati tollere reseruationem, prout affirmat Nauarrus Verum est tamen, quod tenetur dictū pec-

c Caie. ver. casus reseruatus.

d Sylues. verb. confessio. 1. q. 19

e Adria. vbi sup. §. si petas vers. ex hoc. Ledes. vbi su. dub. 7. Nauar. c. 26. n. 13.

catum confiteri cum ipsius fuerit recordatus. Et idipsum etiam sentiunt dicendum, quando pœnitens tempore iubilei, aut Bullæ concedentis absolutionem à reseruatis propter ipsius culpam (quia verbi gratia, tacuit aliquod peccatum mortale, aut non habuit debitam attritionem) fuit inualide absolutus: omnia peccata reseruata confitendo. In hoc enim casu finito tempore iubilei aut Bullæ, dicunt grauissimi Theologi, illã inualidam confessionem, operari vt reseruatio peccatorũ tollatur. Quam opinionẽ vt verisimam amplector, quando dicta peccata sunt reseruata ratione alicuius censurę. Cum enim cõfessor virtute iubilei & Bullę possit absoluere à censuris & à peccatis, & absolutio censurarum precedat absolutionem peccatorum, & cum absolutio censurarum non pendeat ab absolutione eorũ non requiritur dispositio ex parte pœnitẽtis, vt à censuris soluatur. Quod confirmatur. Potest enim dari casus, in quo quis absoluatur à censuris sine dispositione: & statim quando sacerdos profert formam absolutionis peccatorum per internam Spiritus sancti motionem debite disponatur. Quo casu non videtur posse negari, quod à peccatis & censuris remaneat pœnitens liberatus. Non ignoro tamen aliquos viros doctissimos contrariam tenere opinionem dicentes, quod absolutio censurarum virtute alicuius Bullæ, aut iubilei conceditur in ordine ad absolutionem peccatorum, adeo, vt Confessarius mortaliter peccaret si virtute dicti Iubilei, aut Bullæ pœnitentem sine dispositione à censuris absolueret. Quod non cõtingeret in Superiore ab eis absoluẽte: ipse enim potestatem habet ad absoluendum ab eis nulla præuia dispositione, cum pro vt dicitur in materia de excommunicatione possit absoluere ab ea etiam inuitum. At licet ista sint probabiliter dicta, cum reseruatio sit quid odiosum, & confessarius virtute Bullæ, aut iubilei possit absoluere à censuris extra sacramentalem confessionẽ, dicendum arbitror, quod absoluẽdo ab eis in confessione inualida ex defectu pœnitẽtis, remanebit pœnitens ab ipsis liberatus: cum absolutio à censuris, si non valet vt absolutio sacramentalis, possit valere, vt absolutio extra confessionem: ad cuius validitatẽ nõ requiritur tãta dispositio. Quod probatur ex [a] regula iuris. Si non valet quod ago vt ago, valet vt valere potest. Ex quibus deducitur, quod si tempore iubilei aut Bullæ quis inualide absoluatur à peccatis reseruatis non habentibus excommunicationem annexam, minime sublata fuit ipsa reseruatio. Cum enim confessor virtute dicti iubilei & Bullæ possit tollere reseruationem in foro conscientiæ, virtute absolutionis, existente nulla absolutione, consequitur nullitas ablationis ipsius reseruationis, præcipue cum iubilei & Bullæ concedant absolutionem à reseruatis non pœnitentibus absolute, sed vere pœnitentibus. illi autem qui scienter tacẽt peccatũ mortale, aut non habent debitam cõtritionem, aut attritionẽ vere pœnitentes minime possunt nuncupari. Ex quibus rursus infertur, quod quando prælati religionum in aliquibus festiuitatibus cõcedunt suam autoritatem, vt eorum subditi possint absolui à casibus reseruatis, si ipsi intra tempus concessum omnia peccata reseruata cõfiteantur sine debita contritione, aut scienter celato aliquo peccato mortali, minime remanent liberati à dicta reseruatione: & sic transacto dicto tempore tenentur ea confiteri confessario, non cuicunq; potenti absoluere à mortalibus, sed potenti absoluere ab eisdẽ reseruatis. Et hoc probatur: nam prælati, vt fit in nostra sacra religione, quando simile concedunt autoritatem, in hæc verba prorumpunt. *Vt fratres positis cum puriori conscientia hanc festiuitatem celebrare, pater noster prouincialis vobis omnibus suam autoritatem impartitur.* Quę verba satis indicant, eam autoritatem concedi in ordine ad purificandas conscientias fratrum, vt cum maiori puritate diuina prædictis diebus possint ministrare, & prelatos minime dictam authoritatem velle concedere, qui purificandis suis conscientijs minime incumbunt, accedendo ad sacramentum pœnitentiæ sine debita dispositione, aut celando aliquod peccatum mortale diuinæ gratiæ obicem, ponendo.

[a] c. vnico de dispens. impuberũ lib. 6.

ARTI-

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrùm guardiani habentes potestatem secundum ius ad eligendum cõfessorem, prout dictum est in quæstione superiori possint absolui à casibus reseruatis suis prouincialibus.*

REspondeo dicendo, quod licèt guardiani secundũ opinionẽ, quã a supra quæstione præcedente retulimus, possint eligere confessorem, non tamen ex hoc infertur, quod possit confessor per ipsos electus eos absoluere à casibus reseruatis prouincialibus & alijs suis superioribus regularibus. Hoc enim minimè conceditur in b decretali: ex qua deducitur ipsos posse eligere confessorem. Verum est tamen, quod talis confessor electus per Bullam Cruciatę si illis valet, possunt absoluere à reseruatis. Et si ipsi guardiani habẽt potestatem ad absoluendum suos subditos à casibus reseruatis potest confessor per ipsos electus, eos ab eisdem absoluere, secũdum regulam, quam tradit doctissimus c Caietanus, scilicet, quod ille, qui habet potestatem ad dispensandũ cũ suis subditis, habet eandem potestatem ad dispensandum secum. De quo dicemus quæstione d sequenti. Et aduertendũ, quòd Abbatissa licet sit benedicta non potest eligere confessorem prout tenet e Syluester. e

a sup. q. præcedenti. ar.

b ca. fin. de pœnit. & remis.

c Caiet. 2. 2. q. 96. ar. 5.

d q. seq. ar.

e Syluest. ver. confes. §. 8.

## ARTICVLVS IX.

*Vtrùm Guardiani, quibus Prouinciales committunt suos casus possint alteri committere dictam potestatem.*

REspondeo dicendo, quod non, nisi quãdo tales guardiani sunt commissarij prouincialium cũ plenitudine potestatis. Ratio huius est: quia delegatus ab inferiori à Principe non potest subdelegare, nisi sit delegatus ad vniuersitatẽ causarum, vel nisi hoc sibi specialiter concedatur, secundum f Ioannẽ Andream. Hanc tamẽ doctrinã nõ recipit g Nauarrus: dicens, quod simplex ministerium absoluendi potest delegari etiã à delegato ordinarij, & à subdelegato delegati Papæ: quamuis non possint delegare suas iurisdictiones, ratione quarum id eis competit, neque etiam aliquem articulum iurisdictionalem. Et ad hoc allegat aliqua h iura, & Felinum. Ratione cuius doctrinę dico, ipsos guardianos posse cõmittere suam autoritatem in casibus particularibus, quando ab ipsis particulariter fuerit petita. Non tamen eam generaliter alicui committere possunt, vt quotiescunque occasio se obtulerit illa vtatur, prout tenet i Corduba. Et hoc concludit doctrina adducta per Felinum & Nauarrum. Et his est addendũ pro nostra sacra religione, quod in quodam l capitulo generali nostri ordinis definitum fuit. *Instituitur, quod vniuersi confessores monialium familiæ nostræ habeant præsenti decreto semper actiue autoritatem Prælatorum super moniales in foro conscientiæ quoad casus & sentẽtias. Habeãt similiter guardiani & eorum vicarij in absentia ipsorum guardianorum.* Hæc ibi, Et paulò inferius in sequenti tabula m sic habetur. *Declaratur, quòd illa clausula in tabula capituli generalis Albiensis præcedentis inserta, scilicet, quod guardiani & eorum vicarij habeant authoritatem prælatorum in foro conscientiæ, &c. sic debet intelligi, quod, scilicet, autoritas per patrẽ prouincialem concessa guardianis remaneat semper penes eorum vicarios seu vicariorum vicarios ipsis guardianis suum conuentum pro suis negotijs exeuntibus.* Hæc ibi.

f And. in. c. is cui de offi. delegati lib. 6.

g Nauar. in manu. c. 27. n. 45.

h c. sup. qq. §. quem ve re & seq. de offi. deleg. vbi Felin. n. 4. & 19.

i Cordub. sup. regul. c. 7. q. 29. pa. 218.

l In tabula 20. ius gente in lib. ordin. in. 3. tracta. fol. 228.

m Tabul. 21 viegene. fo. 229.

## ARTICVLVS X.

*Vtrùm religiosi possint absolui à casibus reseruatis virtute Bullæ Cruciatæ.*

REspondeo dicendo, quod Leo X. prohibuit, & declarauit prout habetur in supplemento, quòd *Nullus fratrũ minorũ aut moniales S. Clarę possint accipere Bullas Cruciatæ, seu alias indulgentias generales concessas, aut cõcedendas, vt possint vti gratijs ibi cõtentis vtpote cõtrà regularia ordinis instituta cõsi*

n in suppl. fol. 60. concef. 168. & fol. 48. concef. 144.

*teri quibuscunq; ſacerdotibus & abſolui à caſibus reſeruatis, nõ obſtãtibus quibuſcunq; Bullis, etiãſi in eis expreſſe inhibeatur prælatis ſub cẽſuris, ne ſubditos ſuos à taliũ Bullarũ acceptione prohibeãt, & ſubditis libera facultas eas accipiẽdi tribuatur, cæteriſq; in cõtrariũ facientibus quibuſcũq;.* Et hoc ipſum prohibuit Pius V. fratribus Ordinis Prędicatorũ anno Dñi milleſimo quingẽteſimo ſeptuageſimo primo, vt refert Paraſelus in cõpilatione [a] priuilegiorũ S. Franciſci à Paula. Et idẽ priuilegiũ habent alij regulares ab Alexandro VI. cõceſſum vt in cõpendio [b] Ciſtercij dicitur. Vbi habetur: *Non eſſe mentis ſanctiſſimi Dñi Papæ per Bullas Cruciatæ, aut iubileorum, aut alias ſimiles conceſſiones ſub quacunq; derogatione, aut tenore etiã cum clauſula (quacunq; prohibitione ſublata) vel etiã viuæ vocis oraculo, pœnitẽtiarij S. Petri, vt quibuſuis aliis, hactenus factas, vel faciẽdas vel le derogare indultis & conſtitutionibus Societatis Ieſu.* Prout declarauit Gregorius XIIII. & habetur in cõpendio ipſius [c] Societatis. His ſic præhabitis, hãc difficilẽ quæſtionẽ reſolui in noſtra explicatione Bullæ Cruciatæ multas conceſsiones Summorũ Pontificũ in ſupradictam ſentẽtiam adducẽs, vbi in hanc ſentẽtiam Collectorẽ, Cordubam, & Paraſſellum allegaui. Nũc autẽ eam qua poſſum breuitate quibuſdam dictis perſtringam.

a fol. 117.

b In comp. Ciſter. ver. Cruciata. §. 1. & 4.

c Com. Societ. ver. abſolutio. §. 11

Et primo dico, quod omnes fratres mendicantes poſſunt accipere Bullã Cruciatæ, prout ego probo ex Bulla in eodem loco. Attamen hoc debent facere cũ licentia ſuorum prælatorũ, cum non intendat Põtifex regularem obſeruantiam diſsipare. Et apparet, quia cũ in anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto à Pio IIII. in ſua Bulla mandaretur, vt poſsint religioſi ſine licẽtia ſuorum prælatorũ Bullam accipere, ſtatim anno ſequenti, & in Bullis vſque hodie publicatis dicta clauſula ſubtrahitur ex quo Pontificũ mens proclamat talẽ libertatem regularibus minime ſedẽ Apoſtolicã dare velle. Bene tamen verum eſt, quod Prælati regulares talem licentiam pro re tam ſancta faciliter dare debent.

Secundo dico, quod fratres Minores, quibus ex regula recurrere ad pecuniam abiq; præſente, vel imminẽte neceſsitate, eſt prohibitum, poſſunt illam pecuniã cum licẽtia prælatorũ procurare pro huius Bullæ acceptione, ſeruatis tamen reliquis alijs modificationibus ſummorũ Pontificũ iuxta eorũ profeſsionẽ. Et licet [d] dicat, quod hæc Bullæ acceptio non ſit cauſa ita neceſſaria, vt poſsit proinde ad pecuniã recurri, cũ totũ illud, quod in ea conceditur habeatur in noſtris priuilegijs: attamẽ [e] Antonius de Corduba in expoſitione noſtræ regulæ tenet contrarium, dicens, quod imo iſta ſit ſufficiens neceſsitas, vt prælati poſsint dare talem licentiã, cum ſit negotiũ tantæ pietatis. Quibus addo, quod licet poſsint per virtutem priuilegiorũ ſuas animas liberare, ſanctum tamen eſt pluribus alijs vijs id attẽtare. Et eo magis, cũ poſsint virtute huius Bullæ à contentis in Bulla Cœnæ Dñi abſolui: quod in priuilegijs nõ habet, ſecundũ prædictũ Collectorẽ: contra quẽ in quæſtione præcedenti late egimus. Verum eſt tamen, quod Paulus III. *Viuæ vocis oraculo conceſsit fratri Antonio de Ortiz Prouinciali Prouinciæ S. Cabrielis & eius ſocio Ioanni de Aguila facultatẽ, vt omnes fratres ordinis poſsint comedere oua & lacticinia in diebus ieiunij, & lucrari omnia alia quæ concedũtur in Bulla Cruciatæ (excepto quod non poſsint abſolui à caſibus reſeruatis) modo fratres Sacerdotes duas miſſas celebrent, & choriſtæ duos Pſalmos Pœnitentiales cũ ſuis litanijs, & conuerſi ducentos Pater noſter, cum totidẽ Aue Maria.* Et *quando ſuſpendũntur Bullæ omnia prædicta reiterando.* Hanc cõceſsionem vidi egoin conuentu de Abrojo firmatã per patrem fratrẽ Garciã de Caſtillo virum maximæ autoritatis & ſanctitatis apud omnes ſuos coætaneos zelatorẽ maximũ paternarum traditionum Patris noſtri Franciſci propter quod maximè fuit habitus apud Maieſta-

d Collect. ver. Cruciatæ. §. 5. in comp. mẽd.

e Cordub. in expoſit. regulæ. c. 4. q. 7. fol. 13.

Maleſtatē Imperatoris Caroli V.& Philippi II. eius filij nunc in Hiſpanijs fœliciter regnantis.Qua conceſsione attenta, quam puto non eſſe reuocatam, nō eſt neceſſariū recurrere ad pecuniam ad Bullas Cruciatæ recipiendas,cum dicti ſupradicti Patres Minores omnia habeant, quæ in ipſa concedū tur. Niſi dicamus quod recurrūt ad ipſam pro accipiendis Bullis concedentibus abſolutionem à caſibus in religione reſeruatis, quod in viuæ vocis oraculo Pauli III. expreſſe negatur.Dico tertio,quod dato ſine licentia prælatorum Bullæ Cruciatæ à fratribus minoribus recipiatur procurādo pecuniam,quāuis contra regulā facerent: adhuc tamē omne quod in illa cōceditur poſſunt gaudere dū modo non ſit cōtra regulam obſeruantiā. Vnde poſſunt lucrari indulgentias,quæ viſitādo altaria,vel aliquid aliud piū in Bulla mādatū faciēdo lucrētur: cū ſubditi non in omnibus, ſed in illis tantum,quæ ad obſeruantiā regularē ſpectant ſuis Prælatis obedire teneantur:& ſi in alijs obediūt hoc perfectionem præciſe, nō obligationē cōcernit,vt poſt D. Thomā tenet [a] Nauarrus. Dico quarto,quod ſecundum multos viros doctos attentis Bullis,quę hodie publicantur,fratres Mendicantes minime poſſunt eligere cōfeſſorem & abſolui à caſibus reſeruatis virtute Bullæ Cruciatæ, ſine licentia ſuorū prælatorum, vt probant Bullę ſuperius allegatę,quas per Bullā Cruciatæ nō video ſuſpēdi.Cū in ſuſpēſione generali priuilegiorū indultorum,gratiarum, & indulgentiarum,quæ fit à Cōmiſſario generali dicatur.Exceptis tamen, quæ conceſſæ ſunt Ordinū Mendicantium ſuperioribus,quoad eorū fratres. Quæ exceptio fit à dicto Commiſſario virtute facultatis datæ ſibi in eadem Bulla Cruciatæ. Nec valet euaſio aliquorū, licet doctiſsimorum virorū,quod dicta clauſula exceptiua ad indulgentias tantū referri debeat: ita quod velit Summus Pontifex per eā quod indulgentiæ conceſſæ fratribus mendicantibus minimè per Bullam ſuſpendātur:non vero priuilegium eligendi confeſſorem & abſoluēdi à caſibus reſeruatis. Nam reſpondetur, quod illa clauſula exceptiua ponitur in fine ſuſpenſionis,in qua ſuſpendūtur non ſolū indulgentiæ, ſed etiā alia priuilegia & indulta.Cuiuſmodi eſt priuilegium de eligendo cōfeſſorē, de poteſtate ad abſoluendū à reſeruatis.Etclauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedētia,vt deducitur ex [b] iure & tradit Bartolus,& Iaſon,& alij, quos refert & ſequitur Quintilian⁹ Mādoſius.Imò vult [c] Abbas, q̄ clauſula in fine diſpoſitio niſpoſita refertur ad omnia præcedētia,etiā ſi diuerſa contineant. Dico ſexto, quod licet fratribus ſupradictis ſit prohibitum eligere confeſſorē,& abſolui à reſeruatis virtute Cruciatæ ſine licentia ſuorū prælatorū iuxta ſuperius citata; nō auderem tamen illos cōdemnare qui ſine tali licentia ea vtūtur quantū ad hos articulos. Tū quia multi Doctores ſic tenent.Tū etiam,quia prælati aliquarū religionū,videntur tacitè conſentire:cū id non prohibeant:imò vident,& tacent, neq; illas prohibitiones Apoſtolicas ſubditis notificent.Et leges reuocatorię priuilegiorū & gratiarū nullam vim habent, antequam promulgentur, non ſolū in prouincia ſed etiā in diœceſi, prout dicūt [d] Soto,& Medina. Vnde cū dictę cōceſsiones reuocent priuilegiū omnibus fidelibus conceſſum in prædicta Bulla,ſcilicet,de eligendo confeſſorē & abſoluendi à caſibus reſeruatis,dicētes, quod nō intelligatur quantū ad fratres,quod,ſcilicet, ſine licentia ſuorū prælatorum minime poſsint abſolui etiam virtute Cruciatæ neceſſariū eſt,quod ſecundum formā prædictā publicetur: at prælati in aliquibus religionibus minimè id faciūt. Supradicta opinio confirmatur.Nam dicti religioſi in diebus ieiunij extra quadrageſimam videntibus prælatis virtute Cruciatæ veſcūtur ouis, & lacticinijs contra eandem prohibitionem Leonis X. in principio huius articuli allegatam , & nemo eos arguit de peccato. Hæc ſufficiant pro hac parte, omiſsis alijs multis, quæ in explicatione Cruciatæ late diximus.

a Nauar.in man.ca. 23. n.38.

a l.talis ſcriptu.ff. Bele gat.l. ſi peperit. §. fiiæ & ibi Bart.col. 1. & 2.ff.de libe.& poſth. Mandoſ. in regu. cācel. regl. 1. reſerua. q. 2. n.2.

c Abb.in.c. ſecundo requiris. nū. 10. de appellatione.

d Sot.lib.de iuſt.q.2.ar.4 fol.11.Medi. 1.2.q.95.ar.4.fol.830.

## ARTICVLVS XI.

*Vtrùm nouitij religionū præſertim ordinis noſtri fratrū Minorū poſsint abſolui ſacramētaliter à peccatis, etiā intra Ordinem reſeruatis, & à cēſuris eccleſiaſticis abſq; licentia prælatorū eiuſdē Ordinis per illos ſacerdotes, per quos poſſent abſolui, ſi in ſæculo permanerēt: an quoad hoc omnino teneantur, ſicut profeſſi eiuſdē religionis,ita quod abſolutio aliter impēſa ſit nulla.*

RESpondeo dicẽdo, quod doctiſsimus [a] Corduba hanc in terminis diſſeruit quęſtionem pro vtraq; parte argumẽta proponens, qui videtur in partem negatiuam inclinari. At ego (loquendo de peccatis reſeruatis intra ordinem) eius opinioni acquieſcere minime poſſum. Et ſic cẽſeo partem affirmatiuã eſſe amplectendam, ſcilicet, quod poſſunt abſolui ſine licentia ſuorum prælatorum à peccatis reſeruatis. Et probatur: nam ipſi antequã profeſsionem emittãt, nõ ſunt verè & realiter religioſi: ergo nõ poſſunt, vt alij religioſi ligari quoad hoc per prælatos ad regulam, vel ſtatuta illius religionis, vt deducitur ex [b] Iure, & tenent Doctores cõmuniter. Nec euaſio Corduba quicquam contra hoc facit, dicendo, Scilicet quod bene ſtat, quod non ſint proprie, & irreuocabiliter religioſi, & quod etiam quoad hoc teneantur aſtricti ſub iuriſdictione prælatorũ illius religionis, vt ſæculares, qui habent pro curato prælatum religioſorum. Licet enim ipſi nõ ſint adſtricti, vt religioſi, ſubduntur tamen tali prælato. Nam huic euaſioni & inſtantiæ reſpondetur concedendo, quod non ſubduntur illi, ſicut ſui ſubditi religioſi, ſed ſicut diœceſani. Et ſimiliter dico in propoſito, quod nouitij ſupra dicti ſubduntur dictis prælatis, nõ vt religioſi profeſsi, ſed vt nouitij, qui obligati ſunt ad religionis aſperitates ſupportãdas nõ ſub pœna peccati mortalis, ita vt peccent in eis deficiẽdo, ſed ſub pœna expulſionis à religione, ita vt ad profeſsionem minime admittantur. Et ſic poſſunt Prælati expellere à religione nouitiũ, quem cognouerunt incontinentem inobedientem, & ſubreptitie eligentem confeſſorem pręter nominatum ad confeſsiones nouitiorum audiendas. Nam, vt dicitur in iure nouitij ſolum ingrediuntur ad probandum vel experiendum ſi mores religionis illis placent, & econtra ſi mores illorum placent religioſis, vt ad profeſsionem admittantur. Et ſic expulſis, religio nihil habet ſuper eos, neque ipſi ſuper religionem. Ex quibus cõcludo, quod etiam ſi nouitij manere voluerint in religione, nõ ſunt lege coarctiua obligati ſub pœna peccati mortalis ad obſeruãtias regulares: ſed tantũ ſunt obligati: ad pœnam ejectionis à religione, ſi eas non ſeruarint, aut ad aliam pœnam temporalem à magiſtris nouitiorum imponendam iuxtà conſtitutiones & laudabiles conſuetudines regulares. Neque etiam obſtat quod dicit [d] Geminianus, quem ſequuntur Roſella & Sylueſter, quod nouitius delinquens etiam tali delicto, quod profeſſus meretur carcerem perpetuũ per prælatos ordinis tali pœna carceris etiam ad tempus puniri nõ poteſt niſi ipſe velit. Vnde videtur dicendum, quod ſi nouitius velit remanere in religione, ſicut poteſt puniri pœna carceris propter delictum ab ipſo commiſſum: ita etiam poteſt ligari à ſuis prælatis, vt non abſoluatur, niſi à confeſſoribus per eos aſsignatis, à caſibus reſeruatis. Nam reſpondetur concedendo ipſos nouitios poſſe incarcerari, ſi velint in religione tempore nouitiatus perſeuerare. At ipſe carcer non eis tunc dabitur, vt pœna iudicialis; cum prælatus minimè ſit eorum iudex: ſed vt pœnitentia illis data & ab ipſis acceptata. Et ſimiliter in propoſito dicimus, quod minime poterunt abſolui à confeſſoribus per ipſos electis à caſibus reſeruatis, nec ab alijs caſibus non reſeruatis. At hoc non procedit ab obligatione coactiua, impoſita à ſuis prelatis & iudicibus ſpiritualibus: non enim ipſis per profeſsionem ſunt ſubiecti. Sed procedit ab obligatione nouitiali, qua nouitij volentes perſeuerare in religione obligantur ad confeſsiones faciendas cum confeſſoribus pro ipſis deputatis. Et obligantur etiam ſub pœna expulſionis à religione ad non eligendum alios confeſſores extraordinarios, qui eos à reſeruatis, & ab alijs abſoluant. Denique noſtra opinio confirmatur ex eo, quod communiter dicunt doctores, ſcilicet, quod nouitij quantum ad fauores inter religioſos computantur, quantum vero ad odia, minime in iſta claſſe collocãtur. Non poſſe autem abſolui a reſeruatis, niſi à prelatis ordinis, aut habentibus eorum poteſtatem, quid odioſum eſt, & ideo ad nouitios minime extendendum. Vtrum autem virtute Cruciatę poſsint eligere confeſſorem, & abſolui à reſeruatis, partem affirmatiuam vt indubitatam admitto: cum ipſi non ſint profeſsi: & prohibitiones Apoſtolicę, quibus mandatur religioſis ne virtute Cruciatę confeſſores ſibi eligant, tantum loquantur de religioſis profeſsis. Quantum autem ad abſolutionẽ à cenſuris Eccleſiaſticis iã diximus [e] ſecũdum priuilegiũ Eugenij IIII. conceſſum fratribus Minoribus, q̃ poſſunt abſolui per cõfeſſores deputatos per ipſos prelatos.

a Cordub. lib. 1. qq. q. 39.

b c. religioſo de ſentẽ. excommu. lib. 6. Andr. & gloſſa in c. beneficiũ de regul. iuris lib. 6.

c c. ad apoſtolicã de regul. c. monaſterijs. 19 q. 3.

d Gemin. in c. non ſolũ de regul. iuris. lib. 6. Roſela ver. nouitios. §. 12. Silu. religio. 5. q. 7.

e Sup. q. præced.

QVAE-

# QVÆSTIO XXII.

## De Abbatibus quantum ad potestatem dispensandi in communi in duodecim articulos diuisa

*Circa quam quæruntur vndecim.*

1 *Quid sit dispensatio.*
2 *Quotuplex sit dispensatio.*
3 *Vtrũ sit idẽ dispẽsatio quod priuilegium & declaratio.*
4 *Vtrùm sit necessaria causa ad dispensandum.*
5 *Quæ causæ requirãtur ad dispensandũ.*
6 *Vtrum Summus Pontifex possit dispensare cum religiosis.*
7 *Vtrùm Episcopi possint dispensare cum religiosis.*
8 *Vtrùm prælati inferiores possint dispensare in legibus superioris & in eorum pœnis.*
9 *Vtrûm prælati inferiores in aliquibus casibus possint dispensare in substantialibus legislatæ à superiori tollendo omnino obligationem in particulari.*
10 *Vtrùm prælati regulares possint dispensare cum suis religiosis.*
11 *Vtrùm prælati regulares possint delegare ministerium dispensandi.*

## ARTICVLVS I.

### *Quid sit despensatio.*

REspondeo dicendo, quod dispẽsare sumitur pro distribuere & dispensator pro eo, qui dispẽdia domus curat seu victui distribuendo præest, prout notatur in iure. [a] Et Pontifex Romanus dispẽsator a Diuo Bernardo [b] vocatur: & à Christo. [c] Domino hoc nomine insignitur dicente. Quis putas est fidelis seruus, & prudens, quem cõstituit Dominus super familiam suã. Et propterea dispensator is dicitur, ex eo quod distribuat atque expendat potestatem sibi à Deo concessam. Et sic dispensatio describitur à Doctoribus, quod sit prouida iuris communis relaxatio vtilitate, seu necessitate pensata. Ita tenet [d] Glossa, & Doctores, Ancharranus Paulus Castrensis, & Alexander, Abbas & Speculator. Qui definit, esse iuris communis relaxationem procedentem ex mera disponentis misericordia Baldus autem in additionibus ad Speculatorem addit dicens, quod dispensatio est rigoris mitigatio, vel moderatio pœnæ facta per habentẽ autoritatẽ expublica autoritate, vel vtilitate vel aliarationabili æquitate, quã lex ciuilis indulgẽtiã appellat. Et idẽ Baldus [e] definit esse seueritatis & excessuum mitigationem, vel remissionem. Subdens quod iura ciuilia raro dispensationes permittunt: quia non debent indulgentia crimina subleuari. Et Alciatus nihil aliud esse affirmat dispensationem, quam iuris communis quandam in fauorem particularem relaxationem, seu correctionem, quæ & priuilegium dici potest. Dispensationis autem virtus, seu effectus est, vt licitum efficiat quod alias erat de iure illicitum, prout tenet [f] glossa & affirmant Geminianus & Parisius.

a l. Vrbana ff. de verb. signifi. l. censori. ff. eod. l. dispensatoris. & l. dispensatorẽ ff. de solutionibus.
b Bernar. li. 3. de consideratad Eugen.
c Luc. 22.
d glossa. & DD. in cap. requisitis. §. nisi rigor. 1. q. 7. Anch. cons. 241. col. 2. Cast. cõs. 348. co. 2. vers. præterea dispẽsatio. li. 1. iuxta nouã impressionem Alex. cons. 88. co. 2. vers. vel. 5. Abb. in c. cum in cunctis co. 1. de elect. & in c. extirpã. § qui vero de præb. Speculator. titu. dispensat.
e Bald. in addit, ad Speculat. in c. 1 de pace cõst. 5. dispensã.
f Glo. pe. de elect in. c. nõ debet de consang. & affin. Gom. cons. 106. super dicto. n. 6. par. cõl. 68 n. 28. vol. 4, g Glossa. in. c. qui in aliquo. 51. d. Innoc. & But, ca. veniens de filijspres. Imo. in l. quidã cõsulebãt. ff, de reiu. Ias. in. l. Barba. n. 14 ff. de off. præt. Felin. in. ca. præt. col. 2. & seq. de testibus cogen.
h Bal. in addit. ad Speculat. tit. de dispens. §. qualiter vers. nunquid superior. Felin. in. ca. si quando. col. 4. in. 3. considerat. de rescript.
i Butrius. & Imola. col. 13. Felin in 4. fallent in c. 1. de cõst. præpositus in ca. pervenerabilẽ qui filij sint legitimi.

RESpondeo dicendo, quod dispensationum altera est tacita, quando verbi gratia, Papa indigno vel inhabili sciẽter prouidet vel inhabilem seu indignũ ad Beneficium, officium, vel aliud admittit, vel promouet informatus de illius inhabilitate. Et hæc dispensatio dicitur tacita, quæ æquipollet expressæ iuxta glossam, g Innocentium Antonium de Butrio, Bartolum Imolam & Barbaciam, Iasonem, Felinum. Aduertendum tamen, quod tacita dispensatio Episcoporũ, & aliorum prælatorum inferiorum parum, aut nihil operatur, prout ait Baldus, h quem sequitur post alios Felinus. Nam prælati inferiores non possunt dispensare, nisi existente causæ cognitione. At Papa cũ sit super omne ius sine prœuia causa potest dispensare, prout tradunt Butrius i Imola, Felinus & Præpositus. Et ideo in eo tacita dispensatio magni est momenti. Expressa dispensatio dicitur, quando adsunt hæc verba in supplicatione, videlicet. Dispensare dignemini, vel

a c at ſi. clericus § de adulteriis de iudic. cap. de multa in fi. depræb.

b In c. clerici cũ de filijs presbit. ca. vni. de ætat. & qual. li. 6 cc. de multa in fin. de prębend.

d Abb. in. c. quocirca col. 2. de cõſtang. Deci. cõl. 681. col. pen. ec. 1. de filijs presb. lib. 6 Rebuf. ſup. conſ. ca. fori mandata in verſ. diſpenſ. verbo iuſtæ diſpẽſationes &c. innotuit in fi. de elec. fi. de ſchiſ. g l. 4. hoc autem iudicium ff. de damno infecto Mãdo ſ. deſignat, gratiæ titulo diſpenſatio fol. 79. pag. 2. col. 2. h l. fin. C. de legibus. c. cum veniſſent de iudic.

k l. vt vim. ff. de iuſt.

i D. Tho. 2. 2. q. 88. n. 10 l. c. de multa de verb. D. Thom. quodlibe. 9 a. 15.

m Turrec. de Eccleſi. Hierar. li. 3 c. 55. Chather. lib. 6. Contra Cai. c. 2. iuxta fin. Almai. de poteſt. eccleſiæ. c. 13. Sot. li. 1. de iuſt. q. 7. a. 3. Cou. de ſponſ. c. 6, §. 9. n. 2.

vel in literis apoſtolicis appoſitum ſit verbum. Diſpenſamus vt deducitur ex iure. [a] Et idem eſt quando apponitur verbum permittimus, vt deducitur ex iure. Et aduerte, quod diſpenſationum tria ſunt genera. Primum eſt legis: alterium hominis, & aliud miſtum, quando ſcilicet lex concedit vt homo diſpẽſare poſsit, vt notatur, [c] in iure.

## ARTICVLVS III.

### *Vtrùm ſit idem diſpenſatio quod priuilegium & declaratio.*

REſpondeo dicendo, quod diſpenſatio à priuilegio differt. Nam priuilegium ſine cauſa conceditur, ſeu concedi conſueuit: diſpenſatio vero cum cauſa, qua exiſtente falſa, corruit ipſa diſpenſatio. Ita Abbas [d] & Decius. Rurſus diſpenſatio ſtrictionem interpretationem recipit, vt probat Rebuffus. Rurſus diſpenſatio ad petitionem partis conceditur nõ autem motu proprio ſicut priuilegium, vt probant quædam Decretales, [f] Ratio eſt, quia ſolui ſeu relaxari nõ debet ius niſi parte petente, inſtante, & ſupplicante, vt deducitur à iure [g] & tradit Quintilianus Mandoſius. Nec idem ſunt declarare iura diſpẽſare circa ius. Ius enim interpretatur quisquis illud explicat, vt oſtendat aperte, an ius illud id quod agitur includat, nèc nè, vt dicunt iura, [h] Lex nãque illa naturalis, nõ occides, per humanas leges ſæpiſsimè ita explicatur, vt conſtet per eam homicidium ad defenſionem commiſſum minime prohiberi, vt ait quædam [i] lex. Naturalis enim ratio dictat defenſionem omnibus permiſſam eſſe. Ius autẽ diſpẽſat data legis obligatione ab ea priuatim aliquem eximendo. Nam ſecundum Diuum Thomã [k] lex ponitur reſpiciendo ad id, quod eſt, vt in pluribus bonũ. Sed quia contingit huius modi in aliquo caſu non eſſe bonum, oportuit per aliquem determinari in illo particulari caſu legem non eſſe ſeruandam. Et hoc eſt autore Diuo Thoma proprie in lege diſpenſare. Quo exemplo manifeſtatur: Nã [l] iure humano prout tradit Diuus Thomas nobiles & literati duo beneficia curam animarum habentia obtinere prohibentur at Romanus Pontifex aliquem ab hac lege eximere poteſt propter eminentem nobilitatem & ſcientiam, ita explicant [m] Turrecremata, Catherinus, Almainus, Soto, & Couarruuias.

## ARTICVLVS IIII.

### *Vtrùm ſit neceſſaria cauſa ad diſpenſandum.*

REſpondeo dicendo, quod nulla diſpẽſatio ſine iuſta cauſa à Summo Pontifice conceſſa eſt licita in conſciẽtia, quãuis ſit circa legem pure humanam à iure diuino non dependentem, vt cõmunis opinio [n] Theologorum & iuris interpretum docet. Nam reuera Summus Pontifex ſic diſpẽſans peccabit mortaliter ex ſuo genere: & ſimiliter, qui eandẽ diſpenſationẽ procurauerũt. Si vero diſpenſatio huiuſmodi ſit circa legẽ dependẽtem à iure diuino, vt eſt diſpenſatio in iuramento & voto & pluralitate beneficiorũ: & diſpẽſatio quod laicus vel ſæcularis præficiatur monachis in Abbatem: atque profeſſus deſcendat ad laxiorẽ ordinem, ſi fiat ſine cauſa, non ſolum peccant diſpenſantes, & ſolicitantes, ſed ipſa diſpẽſatio eſt irrita & nulla quoad Deum. Itaque quotieſcunque diſpenſatus illa vtantur peccabit mortaliter, vt omnes [o] Theologi docent. Tamen ſi diſpẽſatio ſit in lege pure humana, nullo modo dependẽte à diuina, vt eſt diſpenſatio in gradibus prohibitis matrimonij, & diſpẽſatio in ieiunio, ſi fiant ſine cauſa peccabunt diſpenſantes & ſolicitantes vt dictũ eſt. Non tamen illa diſpenſatio eſt nulla quoad Deum ipſo iure, nã factum tenebit, nec vtentes illa peccabunt mortaliter, ſed venialiter, vt tenent doctiſsimus [p] Sotus, & Nauarrus, & Victoria contra [q] Caietanũ innuentem vtentes tali diſpenſatione peccare mortaliter, & cõtra Panormitanũ & alios canoniſtas aſſerẽtes, vtentes tali diſpenſatione nullo modo peccare. Aduertendũ tamen diſpenſationẽ inferioris circa legem ſui ſuperioris, ſine iuſta cauſa facta minime valere. Quia diſpenſatio, prout dictum eſt in ſuperioribus, eſt relaxatio legis cauſa cognita. Ex probatur: nam diſpenſatio Monarchæ ſine iuſta cauſa circa legem Dei nihil valet: ergo neque diſpenſatio inferioris circa legẽ ſui Monarchæ ſine iuſta cauſa valebit, nec proderit. Et confirmatur: quia collatio Beneficij à Papa facta ei, quem ſcit eſſe inhabilem ad illud lege humana ſua tan-

n D. Thom 1. 2. q. 97. a. 4 & q. 96. a. 5. ad. 3. vbi Caie. Vict. de poteſt. Papæ & Con. n. 7. Sot. de iuſt. li. 4. q. 7 a. 3. c. cũ omnes. de cõſ. Naua. in c. ſtatuimus. n. 36. &. 10. o Soto. de iuſt. li. 1. q. 7 ar. 3. Cai. ita q. 96. a. 5. & q. 97. ar. 4.

p So. de iuſt. l. 1. q. 3. Na c. 23. n. 4. Victor. de poteſtate Papæ. n. 15. q Cai. 1. 2. q. 97. ar. 4.

tantum valet, licet non dicat se dispensare. Facta vero ab ordinario etiam in eo casu quo potest non valet iuxta duo celebria iura Innocētij[a] adiuncta declaratione eorum quā posuit Hostiensis,[b] quā sequitur Panormitanus cōmuniter receptus. Cuius nulla alia causa efficax reddi potest, quam quod inferior non potest dispensare sine causa circa legem superioris, superior autē potest circa suam his & alijs rationibus. Hanc partem defendit doctissimus Nauarrus.[c] Ex his infertur cōtra indiscretas dispēsationes, quas faciunt prælati regulares contra legem cōmunē virtute suorum priuilegiorum sine iusta causa interueniente: ipsi enim nō solum peccāt dispensando, imo dispensatio eorum nulla est. Et sic in huiusmodi dispensationibus indulgendis magna consideratione opus est. Qui aduertere debent, quod dispēsatio facta ab ipsis inferioribus circa suā vel prædecessoris sui legē, valet in vtroq; foro etiam si pro voluntatis libito eam fecerint. Imo arbitror eos tacite dispēsare circa illam quoties prudentes & scientes iubent aut concedunt fieri aliquid cōtra eam nulla de dispensatione mentione facta, prout, concludit idem doctissimus Nauarrus.[d]

a diuersis sa lacijs de cleric. coniugat. ca. vnic. de filijs presbit.
b Hostien. in d.c. diuersis. Panor. in c. cum in cūctis. §. in feriora. col. pen. de elect.
c Nauar. in prælud. 9. n 13. & 14.
d Naua. vbi sup.

## ARTICVLVS V.

### Quæ causæ requirantur ad dispensandum.

REspōdeo dicēdo, plures esse causas ad dispensandum, neminem ambigere. Nam à Concilio Tridentino[e] quatuor recēsentur, videlicet, Christiana Charitas, vrgens necessitas, debita obedientia & reipublicę vtilitas. Glossa[f] tamē quędā alias proponit. Nā timor futuri mali, & spes vēturi boni, & vitatio scandali dicit, quod sit sufficiens causa ad dispensandū. Alij etiā dicūt, inter quos est Sotus,[g] quod qualitas tēporis, scientiæ, & personæ ad id etiam sufficiat. At hi omnes licet diuersis vijs gradiantur ad vnum tamen omnes deueniunt finē videlicet, quod omnis causa iustæ dispensationis debet reduci aliquo modo ad bonū commune. Nā sicut lex nō potest esse iusta nisi ad bonum publicū referatur: ita dispensatio ipsius legis, nisi ad bonū publicum referatur, minime debet iusta censeri. Vnde omnes causæ supra memoratæ ad bonū publicū reducūtur. Nā quod sit in virtutis cuiuscunque obsequiū in bonum cōmune cedit. Et ideo iustissimæ sunt ad dispēsandum. Ponamus exēpla, vt ista clariora fiāt. Multiplex enim causa occurrit in particulari, cuius ratione possit dispensari cum religioso, vt ad aliam religionem cōuolet. Prima est zelus religionis perfectionis, vel declinatio sui ordinis à perfectione debita, aut infirmitas, seu debilitas, & delicata complexio ad austeritates suæ religionis obseruandas. vt docēt plures authores præsertim Diuus Thomas,[h] Nauarrus, Siluester, & Corduba. Imo Parentum vrgens necessitas, si in ordine proprio non sit commoditas ad subueniendum illis per modos suæ regulę congruentes esset sufficiens causa ad dispēsandum cum religioso, vt transeat ad laxiorem ordinem Monachalem. Dum modo, non sit religiosus ille ex Mendicantibus: quia talis transitus est prohibitus per extrauagantem Martini quarti. Nisi forte dicas illam prohibitionem esse intelligendam, quando fit sine iusta causa, vel cum illa virtute alicuius licentię specialis & non ex facultate à iure concessa.

e Con. Trid. sess. 23. ca. 1. de resident. sess. 25. de reforma. c. 18.
f Glo. in. ca. 1 quidētes 1. q. 7.
g Sot. li. 1. de iust. q. 7. a. 3.
h D. Thom. 2. 2. q. 189. a. 8. Nau. in c. statuimus n. 4. Syluest. verb. relig. 4. §. 1. & . 2. Corduba. supra. reg. c. 2. q. 17.

Erit prædicta causa sufficiens ad dispensandum ad laxiorem Ordinem ignorantia de his, ad quæ ipsa religio obligat. Nam si quis propter suam simplicitatem non sufficienter intelligat regulam vel constitutiones tempore professionis, & postea laxius viueret, potest cum illo licite dispensari vt docet doctissimus Corduba.[i] Voluntas etiam & intentio se non obligandi in professione ad totam vitę rectitudinem & perfectionem, quanta in illa religione præcipitur, est sufficiens causa ad dispensandum cum illo, vt ad laxiorem ordinem se transferat: quanuis sic vouere sit peccatum mortale, vt idem Corduba dicit eodē loco.

i Cord. su. regul. c. 2. q. 16.

Si verò queras, an difficultas & molestia ad obseruanda præcepta religionis sit sufficiens causa ad dispensandum cum illo, vt ad laxiorem ordinem fiat transitus? Respondeo si difficultas sit in re ipsa, vt pote quia inconsulta prudentia non commensurauit professus religionis asperitates cum sua delicata complexione quando emisit professionem, temeritas illa est causa dispensandi. At vero si difficultas illa ortum habeat à prauo habitu, nō est causa iusta. Si vero difficultas accedat post professionem

nem

nem ex infirmitate vel ex quacunque alia ratione, non est causa ad dispensandum, vt ad aliā religionem conuolet. Primo, quia in eo casu prælati religionum possunt cum tali dispensare in eadē religione in prædictis asperitatibus. Sic respondit doctissimus Sotus [a] ad prædictā dubitationem. Si vero nolit dispensare aut prælati murmurent, & tratres illū relaxare religionē dicāt, ante oculos magis habentes literalē & exteriorē austeritatē causa sufficiens erit ad dispensandum, vt ego in particulari defendam secundo tomo in quæstione de facultate quoad potestatem dispensandi ad transeundum ad aliam religionem.

a So.li. 1. de iust. q. 7. a. 3.

Sed nunquid persecutio in eadē religione facta erit sufficiens causa ad dispensandū, vt ad aliā religionē laxiorē, vel æqualem transferatur? Respondeo, quod si dictus Religiosus dedit causam ad talē persecutionē minimè erit talis persecutio causa sufficiens quia nemo ex peccato debet cōmodū deportare. Sed si non dedit causam, & gratis odio habetur, vt contingere potest, crederim quod talis persecutio erit sufficiens causa ad dispensandum, quia tunc ad Christiānā charitatē referri potest causa prædicta vt innuit Nauarrus. [b] Itaq; quoties aliqua necessitas moralis grauis occurrat, rara, in excogitata, & extraordinaria, in qua visum fuerit prælatis, quod expediat dispensare congregent discretos prouinciæ, vel alios viros peritos cōsulāt. Et si illi decreuerint necessitatem occurrentem esse sufficientē, tuta conscientia poterūt dispensare in præ dicto ingressu. Nam cum casus sunt innumerabiles, stādum est arbitrio boni viri ad determinandum, quę sit iusta causa dispensationis: vt docet Syluester. Quia de hoc nulla potest regula Generalis præscribi. Vtrùm autem Prælati peccent non dispensando iusta interueniente causa & necessitate iam dictum est supra in quæstione [c] de Abbatibus quoad legitimationem.

b Nau in. c. statuimus. n. 10.

c sup. q. 13.

## ARTICVLVS VI.

### *Vtrùm summus Pontifex possit dispensare cum religiosis.*

REspondeo dicendo, quod Summus Pontifex dispensare potest cum omnibus religiosis: non solum, quia iure diuino est caput totius ecclesiæ vniuersalis, vt Catholici omnes dicunt esse fide tenendum, prout allegando multos tradit doctissimus Corduba [d] Sed etiam quia summus Pontifex est Generalis Prouincialis, Guardianus & Prior omnium religiosorum vt doctissimus Sotus [e] annotauit. Quare certò est credendum, omnes religiosos in suis obseruantijs regularibus ex æquo teneri ratione status regularis summo pōtifici obedire, ac si eiiure especiali voto obedientiæ illi se cōsecrarent vt faciūt religiosi Societatis Iesu qui vltra tria vota essentialia religionis aliud votū speciale emittūt: quo obedire profitentur Sūmo Pōtifici. Quod speciale votū, licet sit maxime laudādum, quia abūdans cautela nō nocet: tamē propterea nō subduntur magis religiosi Societatis Iesu summo pontifici in suis obseruātijs, quā ceteri religiosi in suis. Quia cū nulla sit vera religio, quæ non fuerit à summo Pōtifice approbata, inde sequitur omniū religionūprofessores teneri obedire Papæ tanquam vero prælato in suis obseruantijs quia ab eo pēdet tota obseruātia regularis.

d Cor. li. 4. q. q. 1. propos. 8.

e So. li. 8. de iust. q. 3. a. 1.

## ARTICVLVS VII.

### *Vtrùm Episcopi possint dispensare cum religiosis.*

REspōdeo dicendo, quod religiosi exēpti non subduntur Episcopis. Quia secundū ius commmune, vel speciale, Prælati regulares sunt religiosorū suorum iudices ordinarij, non solū quoad obseruantias regulares, sed etiā quoad omnes causas extraneas ciuiles vel criminales, vt tradit Nauarrus, [f] & declarat Cōciliū Tridentinum. [g] Sed quanuis hoc certissimum existimari debeat possunt Episcopi ecclesiæ thesaurū religiosis dispensare, illis indulgētias concedēdo, vt cōmunis docet doctorū sententia, teste Corduba [h] & Nauarrus. Et quā uis Paludanus dicat, id fieri posse exiure cōmuni sine prælatorum licentia: ego tamen nullum inuenio fundamētū ad hoc asseren dū: cum certum sit ex iure cōmuni esse religiosos liberos omni modo à iurisdictione Episcoporum. Ac propterea, si ex iusta causa prælati religionum prohiberent suis subditis, ne diœcesanorū indulgentias lucrarentur, reuera prohibitio teneret. Quia cū indulgentiarum concessio sit actus iurisdictionis, non potest Episcopus inuito prælato regulari eū actū in non subditū exercere. Sed cū hucusque nō fuerit in religionibus talis prohibitio facta de licentia tacita & præ-

f Nau. in. c. non dicatis n. 73.

g Conc. Tr. sess. 25. de regu. c. 8 & 20

h Cor. li. 5. qq. q. 13. du. 2. Na. de iubileo. n. 13.

& præsumpta suorum prælatorū, possunt religiosi Episcoporum indulgentias lucrari intra septa monasterij. Nā si extra oporteret recedere sine expressa licentia ad exeundum, non liceret, vt docet communis sententia. Sed est dubium, an Episcopi possint dispensare cum religiosis in interstitijs in Cōcilio Tridentino[a] positis his, qui de vno ad alium Ordinem ascendere debent. Et respondeo, quod licet aliqui dicant prælatos regulares debere & posse cum prædictis dispensare, quia, vt sæpè dictum est habent circa suos subditos iurisdictionē quasi episcopalem: hæc tamen opinio mihi nūquā placuit. Nam licet habeant iurisdictionem quasi episcopalem, non tamen quoad conferendum ordines suis subditis. Et Concilium Tridentinum committit interstitiorum dispēsationem non Ordinarijs absolute, sed Episcopis Ordinātibus, prout patet ex contextu Concilij. Et ita declarauerūt illustrissimi Cardinales pro explicatione Concilij Tridentini designati (prout refert Pater Gasparus Paraselus[b]) anno Domini millesimo quingētesimo septuagesimo tertio. Verum tamen est, quod prælati regulares volentes ordinare suos subditos ordinibus minoribus, possunt cūjeis in interstitijs dispensare cum ipsis cōmittatur facultas ad ordinandum. Et sic concludo dicens, posse Episcopos, vel Abbates ordinantes in interstitijs cum religiosis dispensare: nō autem prelatos ordinum, possunt tamen ipsi, quando iudicauerint dispensandum expedire, Episcopū in literis dimissorijs exorare, vt in illis interstitijs cū tali & tali &c, dispensare dignetur, absque eo quod in alicuius particularis causę cognitionem descēderet. Illudque fanè Episcopo ad illos ordinandos posse sufficere arbitror. Et sic debet intelligi declaratio supradictorum Cardinalium, vt, videlicet, sufficiens causa ad dispensandum à prelatis iudicata ordinaturo Episcopo referatur, cuius erit iudicare de illa. Et de hoc latius in secūdo tomo in quæstione de ordinibus. Et aduerte, quod possunt Episcopi dispensare tollendo in ecclesijs religiosorum interdicta ab ipsis emanata: quod quotidie fieri videmus.

a Conc. Tr. sess. 23. de reform. ca. 11. & 13.

b Paraśel. in li. priuileg. fol. 225.

## ARTICVLVS. VIII.

*Vtrū prælati inferiores possint dispēsare in legibus superiorū & in pœnis eorū.*

REspondeo dicendo, quod iure communi prohibentur dispensare in legibus latis à superioribus, vt tradunt iura[c] & explicant Syluester,[d] Nauarrus & Medina. Atque adeo nequeunt dispensare prę fecti religionum in legibus latis à Concilio Generali, vel summo Pontifice, nisi quā do illis expresse vel interpretatiue conceditur. Promaiori expositione est notandū quod aliud est dispēsare in lege, aliud vero dispensare in pœna legis iam cōtracta. Dispensare in lege est obligationem legis tollere ab aliquo particulari, propter aliquam causam. Dispensare vero in pœna, est tollere prædictam pœnam iam contractam per legis transgressionem. Quo supposito dico primo, quod prælati inferiores non possunt dispensare in lege superioris, tollendo eius obligationem ab aliquo particulari. Secundo dico, quod prælati inferiores possunt tollere pœnam iam contractam per legis transgressionem: dummodo talis pœna nō sit reseruata. Ratio est, quia prælati ordinarij possunt omnia, in quibus specialiter non sunt prohibiti, quod omnes Theologi concedunt teste Medina.[e] Exemplum istorum duorum dictorum patet in iure[f] in quo dicitur, quod communicans cum excommunicato est ipso iure excommunicatus per iuris determinationem. Attamen conditor Canonis eius absolutionem sibi aspecialiter non reseruauit: ex quo eo ipso concessisse videtur alijs dispensationem relaxādo. Exquibus nota quod nō possunt inferiores prælati dispensare cum aliquo, vt non incidat in excomunicationem, communicando cum excomunicato, quia id esset dispensare in legis substantia, quod ipsis minime conceditur. Attamen postquam iam contracta est excommunicatio potest prædicta pœna omnino tolli per prælatos ordinarios: siquidem eam superior minime sibi reseruauit. Ex quibus infertur quod prouinciales ministri possunt dispensare ex iusta causa in pœnis positis & taxatis à constitutionibus generalibus, si ipsarū dispensationem & mitigationem ministri generales sibi non reseruarunt: cum ipso iure possint omnia, in quibus nō sunt prohibiti. Aduertendum tamen, quid hæc de dispensatione pœnę intelligenda sunt de pœnis positis & inflictis ab ipsis legibus. Nam si pœna sit

c c. inferior 21. dist. clerici Romani de elect. l. 1. C. de legibus.

d Sylu. verbo dispensatio. n. 14. & 15. Nauar. in summa. c. 22 n. 8. Medin. nū. 12. q. 97. a. 4.

e Med. vbi sup.

f c. nuper. de sentent. excomuni.

na sit imposita à iudice & prælato Ordinario, non potest superior illam tolere contra voluntatē ipsius prælati ordinarij. Exēpli gratia; damus Prouincialem cōdemnasse religiosum aliquē iuste in priuatione actuū legitimorū, aut suspensione ordinum, non potest Generalis Minister talē pœnam tollere contra voluntatem prouincialis, qui pœnam tulit, vt aperte decretum est in Cōcilio [a] Tridentino. Ratio huius decreti est, ne prælati ordinarij contemnantur à subditis: quod est maximum totius religionis nocumentum. Verum est tamen, quod postquā prouincialis suo officio functus fuerit, poterit generali; pœnā inflictā tollere sine facultate prouincialis moderni, & alterius, qui reum puniuit iusta occurrēte causa, sine Concilij Tridentini violatione: quia iam prælati ordinarij autoritas nō contēnitur, cū iā functus fuerit officio suo.

a Con. Trid. sess. 14. de reform. ca. 1. conc. Tolet. ca. 6. de pœna impos. ad reuocat.

## ARTICVLVS IX.

### *Vtrùm in aliquo casu possint inferiores prælati dispensare in substantialibus legis latæ à Superiore, tollendo omni no obligationem legis in particulari.*

b Med. 1·2. q. 97. art. 4.

REspondeo dicendo; quod [b] Medina respondet affirmatiuè cum Theologis. Primo, ratione cōsuetudinis, quæ est optima legum interpres: qua ipsi dispensant in votis emissis à religiosis. Secūdo, in casibus leuibus dispensant in quibus recurrere ad Pontificem, vel ad alium superiorē esset omnino intolerabile. Tertio dispensare possunt prelati regulares (quod maxime est aduertendū) in casibus, qui frequenter accidunt, vt est lex ieiunij & obseruationis festorum, & in casibus, in quibus recurrere ad Summum Pontificē esset omnino intolerabile. In his enim casibus reuera prælati inferiores habent facultatē interpretatiuè à iure & à superioribus concessam ad dispēsandum verè & proprie cum suis subditis. Nec hęc doctrina est aliena ab eo, quod iuris Canonici interpretes tenēt. Nā doctissimus [c] Nauarrus in hæc admodum consolatoria verba prorūpit dicēs: solum Papa circa ieiunia generaliter dispēsat absolute, nequis ieiunij lege teneatur, vel non illis, aut illis diebus. Simpliciter tamen cum illo aut illo iusta de causa, autne illo, aut illo die ieiunet, etiā Episcopus videtur posse dispēsare. Imo & eo absente parochus & quilibet prelatus regularis cū suis religiosis, iuxta [d] D. Thomam, quem sequitur Caietanus. Tum, quia licet hoc iure expresso probare nequiret, satis tamen necessitatibus quotidie occurrentibus persuadetur. Tum quia tā frequenter sedes Apostolica cōsuli non potest. Tum quia videtur receptum consuetudine, quæ iurisdictionē dare potest iuxta tradita in [e] iure. Vnde infert doctissimus Caietanus, non debere prælatos relinquere suæ conscientiæ subditos petentes ab ipsis dispēsationē, vt liceat eis cœnare aliqua de causa in die ieiunij, aut ante horā comedere: quia potius debēt eis cōpati, & benigne dispēsando à suis scrupulis liberare, aut ieiuniū in aliud pium opus commutare.

c Nauar. in man. ca. 21. n. 11. & 22.

d D. Th. in 4. d. 15. q. 3. ar. 2. ad vlt. & 2. 2. q. 147 ar. 4. vbi Caiet.

e c. cū cōtingat. de for. cōp. ca. duo sūt de offi. ordin.

f Caiet. d. ar. 4.

## ARTICVLVS X.

### *Quo iure Prælati religionum possint dispensare cum suis religiosis.*

REspondeo dicendo, quod potestas dispensandi maioribus religiosorū Præfectis concessa, à iurisdictione, quam ipsi habent, procedit: quam in superioribus probauimus de iure diuino illis competere. Quod vltra ea, quæ ibi dicta sunt amplius probatur in autoritatem religionū quæ hodie ab hęreticis tā acerrime oppugnātur & ab aliquibus Catholicis (proh dolor) carpuntur: adeo quod possunt dicere, odio gratis haberi. Et si dicūt quod sunt relaxati, ad hoc respondeo, quod etiā omnes status à sua perfectione defecerunt. Et aduertere debent, q̄ licet à sua primæua religione defecerint, ex eis tamen viri præclarissimi tanquam à limpidissimis fontibus emanarūt, & emanāt, quos quotidie sancta mater Ecclesia, vt sanctos in cælis collocatos recipit. Et à multis abhinc annis nullos sanctos videmus canonizari, nisi illos, qui in religionibus nutriti, & educati se religionis vinculo solēniter astrinxerūt. Quod signum euidentissimum est, Deum Optimum Maximū hūc statum magnificare, licet in eo aliqui sint relaxati: siquidē tot & tātos ex eo ad fruendū sua essentia glorioſe assumit, & miraculis portentisq; mirificis eorū prædicat triumphum. Sed de hoc alias: ad

nostrum

nostrum propositum deueniamus. Probatur nostrum assertũ. Nam cum præstantissimi nostræ Hispaniæ Theologi, qui in illis calamitosis temporibus claruerunt, non ob aliud assererent datã fuisse Episcopis iure diuino vtramque potestatem, videlicet, ordinis & iurisdictionis, nisi quia à Christo sancitum est quod Episcopi tamquam Apostolorum successores sint in Ecclesia Dei vt eãdem ecclesiam singuli in suis diœcesibus iure gubernarent: inde necessario colligere debemus generalium omnium & prouincialium iurisdictionem à Christo Domino esse immediate deriuatam: cum religiosi omnes & horum superiores Præsides iure diuino sint instituti. Et apostolorum sint successores. Nam quanuis electio personarum ad præfecturas Generalium & Prouincialium regularium, hominum arbitrio, & secundum leges humanas fiant, facta tamen secundum iuris formã electione summi Pontificis ministerio iurisdictionem sibi commissam à Deo optimo maximo habent. Deus enim immediate Episcopis & religiosorum Prælatis habẽtibus iurisdictionem quasi Episcopalẽ potestatẽ tribuit. Quare doctissimus Sotus[a] dicit, quod vox illa hominis, quæ dicitur Episcopo cum cõsecratur, scilicet, accipe Euãgelium & Baculum & similia, sit vox audienda ac si à proprio Christo esset prolata: quia eius nomine, & autoritate profertur ab homine tãquam ab organo & præcone Dei duntaxat. Obidq; sæpe dictũ est potestatem iurisdictionis ecclesiasticæ iure diuino dari omnibus Episcopis, & cæteris religiosorum Prælatis, qui illi sunt simillimi vt sunt Generales & Prouinciales, quia immediatè à Deo tribuitur, quod nimirum necessario existimare debemus, vt aliquid sit proprie & verè de iure diuino. Verum quia modo dictum est ad hoc vt aliquid sit de iure diuino opus esse, vt sit immediatè à Christo institutũ, aduertendũ est dupliciter aliquid esse à Deo immediatè, vt omnes Theologi & iuris interpretes annotauerunt, quos eleganter cõgerit Doctissimus Vargas[b]. Primo enim aliquid dicitur immediate à Deo immediatione virtutis, duntaxat; ad quod solum requiritur, quod virtus eius pertingat ad effectum, quanuis aliæ causæ illum effectum attingãt & producant. Et ideo omnes effectus naturales sunt à Deo immediate immediatione virtutis. Alia est immediatio subiecti, ad quã requiritur, quod sit suppositi vel subiecti immediata operatio ad effectum producendum sine alterius rei adminiculo. Atq; adeo quando Deus producit aliquẽ effectũ per se solũ vt quando vrit sine igne, illa cõbustio est à Deo immediate vtroque modo. Verum quando concurrit cum causis secundis, non concurrit cum illis immediatione subiecti ad effectum producendum, sed immediatione tantum virtutis. Ad rem igitur deueniẽtes aduertamus oportet, quod ad hoc, vt aliquid sit de iure diuino non sufficit solum quod fit à Deo immediatè immediatione virtutis, sed opus est, quod fit à Deo immediatione suppositi, id est sine vlla cooperatione alicuius causæ secundæ, vel instrumentalis. Ob eamque rationem potestas sæcularis, quæ regibus & Principibus confertur, vel in electionibus, vel quando iurantur, non est de iure diuino, vt non nulli ferunt, inter quos est doctissimus Victoria, [c] Quia licet ista potestas sit à Deo immediatione virtutis, iuxtà Diuum Paulum[d] dicentem, Omnis potestas est à Deo: nõ tamẽ est à Deo immediatione suppositi quià respublica est, quæ suam potestatem in Reges & principes transtulit, vt communis tenet iurisconsultorum & Theologorum, sententia, præsertim doctissimi Soto[e]. Crediderim tamen, quod potestas, quæ est in republica perfecta, quod sit de iure diuino, & naturali, quia est à Deo immediatè vtraque immediatione cũ nullus sit, qui cũ Deo concurrat ad præstãdam authoritatem, quæ in republica perfecta residet, vt luculenter docet idem doctissimus Victoria.[f] Omnia tamen præcepta fidei, & sacramẽtorum sunt de iure diuino proprie, quia sunt à Deo immediate vtraq; immediatione. Quia licet Deus ea omnia tradiderit per Apostolos & Prophetas, nihil tamẽ ex propria authoritate dicebant, aut proponebant, sed vt Dei præcones & organa promulgabant, quod Deus immediate promulgabat. Hinc etiam sequitur, nõ omnia, quæ sunt in sacris literis, & in Ecclesiasticis traditionibus esse de iure diuino vt fere omnes Theologi fatentur quos etiam congerit doctissimus Vargas. [g] Quia authores sacri plura præcepta & consilia tradiderũt propria authoritate vt rectores & legislatores ecclesiarum tantum, & non vt præcones, & organa Dei, vt docet Sotus Huius generis sunt quæ à Diuo Paulo vbique in

a Sot.li.10. de iust.q.1. art.4.

Varg.in.lib de Episco. axiomate.11

Victo.de potesta. ciuili. nu.8.

d Rom.13.

Sot.in.4.d. 25.q.2.ar.1. & 2.

f Victo. vbi sup.n.7. & 8

g Varg. vbi su.axiom.10

g So.in.4.d. 27.q.3.ar.1.

inueniũtur. Verbi gratia, quod bigami sint irregulares: & alia similia. Quia quãuis sint à Deo suggerente, non tamen ius diuinum proprie efficiebant. Quia licet sint à Deo immediatè tradita immediatione virtutis, non tamen sunt à Deo immediate prodita immediatione subiecti. Quæ nimirum differentia ex præcedẽtibus & sequẽtibus ex contextu sacræ Scripturæ, & ex Ecclesiæ doctrina & definitione, & sanctorum & grauiorũ autorũ sententia deprehendi optime potest. Ob eam ergo causam doctissimus Sotus cum alijs valde probabiliter dixit Episcopis dari iure diuino iurisdictionis autoritatẽ, quia non solum à Deo immediatione virtutis: sed etiam immediatione subiecti eam habent. Quia omnia verba quæ à Papa proferuntur, vel eius commissione ab alijs dicuntur in Episcoporum confirmatione nõ proprio nomine, sed nomine Christi referuntur. Atque adeo nullã Summus Pontifex confert authoritatem Episcopis, sed datam à Christo promulgat, & explicat, vt instrumẽtum & præco Dei. Pro hac sententia facit quædam [a] Decretalis, in qua dicitur, quod dispositio, cessio, & translatio Episcopi non fit authoritate humana sed diuina: ergo multo magis institutio. Et pro hac sententia faciunt multi [b] Canones in quibus Anacletus, Cyprianus, & Hieronymus dicunt, Apostolos parem potestatem cum Petro accepisse. Et idem consequenter dicendum est de generalissimis religionum Prælatis, & de prouincialibus habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem, Ipsis enim immediate iure diuino confertur iurisdictionis potestas, cũ sint eo instituti in partẽ solicitudinis Apostolicæ, iuxta ea, quæ in [c] præcedentibus iamdicta sunt. Et tandem vltra ibi dicta id videtur probare Leo [d] Papa dicens: Ita Dominus noster Iesus Christus humani generis Saluator instituit, vt veritas, quæ antea legis & prophetarum præconio continebatur, per Apostolica tubam in salutem vniuersitatis exiret, sicut scriptum est: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Sed huius muneris sacramentum, ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, vt in Beatissimo Petro omnium Apostolorum summo principaliter collocaret, vt ab ipso quasi à quodam capite dona sua velut in corpus omne diffundatur. Hæc Leo. Ergo sicut dona Dei diffundũtur à Petro in Episcopos solicitudinis Apostolicæ fideles cõsortes: ita etiã ea dona diffunduntur in prælatos religionum eiusdem solicitudinis Apostolicæ coadiutores. Et per cõsequens, sicut iurisdictio spiritualis à Deo data, diffunditur à Petro tanquam à fonte in Episcopos, debemus dicere eandem iurisdictionem in prælatos religionum à Deo immediate esse diffusam. Non me tamen latet, communiorem esse sententiam, non habere Episcopos iurisdictionẽ immediatè à Christo, sed à Petro, cui immediate data est, ab eo in eos fluxisse, vt patet ex [e] Belarmino, & à Lęlio Iordano, qui referunt omnes alios eandem tenentes: licet institutio Episcopalis dignitatis sit de iure diuino prout probat eleganter [f] Soto. Sed supra dictam opinionem doctissimorum virorũ adduxi, vt ex ea religionum statui ab hæreticis conculcato honor & decus aliquod resultaret. Vtcunque tamen sit quantum ad nostrum propositum cum dicti prælati regulares iurisdictionem habeant ad similitudinem Episcoporum, possunt ipsi dispensare in omnibus casibus, in quibus possunt Episcopi. Et sicut Episcopi possunt dispensare in omnibus, in quibus specialiter non sunt prohibiti, prout communiter tenent Doctores teste [g] Syluestro: ita etiam prælati religionum habentes iurisdictionem, quasi episcopalem possunt dispensare in iure in omnibus, in quibus specialiter non sunt prohibiti Episcopi prout expresse tenet [h] Panormitanus, sequens Federicũ & Benedictum. Vnde quod dicitur, quod religiosorum prælati non possunt dispensare, nisi in quantum eis à iure, vel à regula, vel à priuilegio conceditur, prout tenet [i] Innocentius, & communiter Doctores, sic expliçandum est, quod, scilicet, dicti prælati maiores regulares non possunt dispensare, nisi in quantum eis à iure permittitur: sicut permittitur Episcopis habentibus similem iurisdictionem Episcopalẽ: & per consequens quod ipsis permittitur dispensare in omnibus, in quibus ius non prohibet Episcopis dispensare. Et sic videndũ est, in quibus ius resistat Episcopis, vt inde iurisdictionem generalissimorum & prouincialium clarius indagemus. De quo in quæstione sequenti latissime dicemus. Et nota quod Eugenius quartus concessit *Monachis Sancti Benedicti*

a c. Incorporalia de trãslat. Epis.

b In nouo 21. d. &. c. loquitur. 24. q. 1. c. Paulũ 2. q. 7.

c Supra. q.

d c. ita Dñs d. 9.

e Belarmin. de Roman. Pontif. lib. 4. c. 22. 23. & 24. Iordan. Maio Epis. causis. c. 7.

f Soto lib. 10. de iust. q. 1. art. 4.

g Syluest. verb. dispẽsatio. §. 14.

h Panor. in c. ac si clerici. §. de adult. n. 13. de iudic.

i Innoc. in cap. 2. de eo qui furtiue ord. suscepit.

*nedicti regularis Obseruãtiæ Italiæ, ne ab eorum quiete distrahi, & Romanam Curiam pro obtinendis licentijs frequentare cogantur. Quod in omnibus casibus in quibus de iure communi prælatis & monachis præfatis autoritas, seu licentia, seu dispensatio ordinarij esset necessaria,* si ab eodem exempti non essent Prælatis, Abbatibus, Prioribus, Rectoribus huiusmodi qui pro tempore fuerint vna cum eorum conuentibus; de licentia tamen & consensu capituli Generalis, aut præsidentis cum maiori parte visitatorum autoritate Apostolica absque eo quod ad Sedem Apostolicam habeant recursum huiusmodi licentiam, autoritatem, & dispensationem indulsit. Quod priuilegium affirmat Collector [a] priuilegiorum Mendicantium vidisse authenticum. Quod quidem loquendo de Abbatibus generalibus aut prouincialibus, non est indulgentia, sed ius commune iuxta supradicta. Loquendo autem de Prælatis conuentualibus non habentibus iurisdictionem Episcopalem, priuilegium magnum est, licet cum dicta sit concessum limitatione.

[a] Collect. mend. tit. dispensa. §. 25

## ARTICVLVS XI.

### *Vtrùm, Prælati religionum volentes ex iure cõmuni, vel ex priuilegio dispensare, possint hanc autoritatem subdelegare.*

REspondeo dicẽdo, quòd hæc quæstio pendet ex decisione alterius quæstionis, scilicet, an delegatus à Papa vel à Principe possit indistincte causam totam, vel partem alteri delegare. Et videtur, quod sic, iuxta notata in iure, [b] & tradita ab Innocentio. Quod est verum, nisi quando ministerium cõmittitur ei, vt verbi gratia, prædicare crucem, dispensare cum irregulari, pœnitentiam iniungere, excommunicatos absoluere, & huiusmodi: & generaliter, quãdo committitur nudum ministerium, & nõ iurisdictio; vel quando per verba rescripti cõprehẽditur electa fides & industria eius, cui negotiũ committitur. Verbi gratia cum dicitur, confidimus de tua industria, vel personaliter exequaris, vel quando negotium non est per aliũ bene expedibile. Hoc autẽ, prout aduertit Syluester, [c] non est verũ in legatis Sedis Apostolicæ, qui etiam in prædictis subdelegare possunt, scilicet in prædicatione crucis, & dispensatione cũ irregulari, &c. Pro quo notat ipse Syluester, quod quando dicitur in iure, [d] quod delegatus principis potest delegare, subiungitur primò, quod is, cui iniungitur, vt negociũ principaliter exequatur, potest delegare de consensu partiũ, nisi iunctũ sit inquisitionem fieri, vel Ecclesijs de Prælatis, aut alijs ministris prouideri, quia in his industria & fides personæ videtur electa. Et secundo subiungitur sic in forma rescripti. Cæterum salua legatorũ Sedis Apostolicæ autoritate nulli, cui cõmissum fuerit dispensare, cum irregularibus, vel iniungere pœnitentias, liceat hæc de cætero alijs demandare: tunc enim nõ iurisdictio, sed certum ministeriũ potius committitur in hac parte. Hæc Syluester. Ex quibus ait, aliquos voluisse, quod Prælati habentes priuilegium, quod in aliquo casu possint absoluere subditos, aut cũ eis dispensare: non possunt hoc alijs delegare, cũ ista eorum potestas sit delegata. Et verũ dicunt, si ista concessa sunt istis Prelatis in numero circa determinatos subditos, puta absoluatur ille, aut iste; secus, vbi hoc concedi tur respectu subditorum in genere tam rerespectu culparum præteritarum, quam futurarũ Prælatis præsentibus ac futuris. Tũ, quia non committitur certum & nudũ ministerium, sed cognitio causæ, & iurisdictio. Tum, quia etiam si committatur nudũ ministeriũ, quod est falsum; tamen nõ est electa industria personæ, cũ sit incognita. Addit etiam Syluester allegando Panormitanum, & Innocentium. Quod si nudum ministerium committatur certæ personæ, sed illud non sit ita magnum, sed res parui momenti, tunc etiam id potest subdelegare. Et ita consuetudo, quæ legem interpretatur, obseruat, & est rationabilis. Tum, quia plerumque subditi verentur Prælatos. Tú etiam, quia priuilegium Prælatis pro tempore existentibus concessum est perpetuũ, & dat iurisdictionem ordinariam ex natura sua delegabilem: prout iam in superioribus [e] satis diximus. Et hanc opinionem tenet glossa [f] quædam singularis.

[b] l. à iudice. C. de iudic. c. fin. de offi. deleg. Innoc. in c. Pastoralis eodem tit.

[c] Syluester tit. delegat. §. 10, & 11.

[d] Ca. fin. de offic. deleg.

[e] Sup. quæst.

[f] Glos. in c. fin. de offic. ordin.

# QVÆSTIO XXIII.

## De Abbatibus quoad potestatẽ dispensandi in certis casibus contra legem in decem articulos diuisa.

*Circa quam quæruntur decem.*

1 *Vtrùm omnis iurisdictionis potestas episcoporum & prælatorum regularium dependeat à Summo Pontifice.*
2 *Vtrùm generales religionum possint trãsferre prouincialem vnius prouinciæ in aliã prouinciam.*
3 *Vtrùm generales & prouinciales possint eximere subditum ab obedientia sui Guardiani.*
4 *Vtrùm prælati regulares possint restituere degradatos ab ordine.*
5 *Vtrùm prælati regulares possint restituere à religione fratrem ab ipsa electum, & ex authorizatum.*
6 *Vtrùm Prælati regulares possint deserere monasteria ædificata.*
7 *Vtrùm prælati regulares possint sine autoritate Papæ erigere monasteria.*
8 *Vtrùm prælati regulares possint erigere prouincias de nouo.*
9 *Vtrùm Prælati regulares possint dispensare, vt vnus habeat plures prioratus.*
10 *Vtrùm Prælati regulares possint dispensare in ætate requisita ad prælationes.*

## ARTICVLVS. I.

### *Vtrùm omnis iurisdictionis potestas Episcoporum & Prælatorum regulariũ dependeat à Summo Pontifice.*

REspondeo dicendo, certissimè statuendum esse, ita vt nullo modo sit dubitandum, vniuersam Episcoporum, & cæterorum omnium Prælatorum iurisdictionem dependere à Summo Põtifice mediatè, vel immediatè, quia reuera sine eius ministerij interuentione nulla Episcopis, vel reliquis Prælatis iurisdictio applicari potest. Atq; adeò iustis de causis Summus Põtifex Episcoporum iurisdictionem limitare & restringere iure optimo valet, prout magis suæ Sãctitati expedire videbitur. Imò de facto omnes Episcopi & cæterorum religiosorum Prælati sunt prohibiti, ne possint aliquid, vel efficere, vel decernere contra iuris communis decisionem, vel consuetudinem. Quia Diuo Petro & suis successoribus dictum est sine aliqua limitatione. *Pasce oues meas.* Et ideò Summo Pontifici conuenit totius Ecclesiæ gubernatio, & potestatis iurisdictionis aliorum limitatio. Verum tamen, si Summus Põtifex prohibitionem Episcopis, aut reliquis Prælatis illis similibus auferret, eos relinquens in plenitudine potestatis, quam in sua constitutione à Deo recipiunt; reuera potuisset quicunque Episcopus in sua diœcesi & vnusquisque generalis minister in sua religione quidquid Sũmus Pontifex efficere valet in Ecclesia vniuersali, vt ante nos præclarissimi autores docuerunt: præsertim doctissimus Sotus [a] & Victoria. Et hoc expressè innuit D. Thomas. Quærit nanque an Princeps & Rectores multitudinis possint dispensare. Et concludit, quod sic. Quod & Sotus [b] de iustitia & iure etiam expressè tenet. Nam licet isti autores de Episcopis duntaxat loquantur, idem dicendum est de Generalibus & Prouincialibus.

[a] Sot. in 4. senten. d. 27 q. 1. art. 4. Victo. de potestat. Eccles. q. 2. n. 18. D. Tho. 1. 2. q. 97. art. 3.
[b] Sot. lib. de iust. q. 7. art. 3.

## ARTICVLVS II.

### *Vtrùm Generales religionũ possint trãsferre Prouincialem vnius Prouinciæ ad aliam prouinciam.*

REspondeo dicendo, quòd solus Summus Pontifex potest transferre Episcopum de vna ad aliã diœcesim, vt multa iura [c] decernũt, & generalis cõsuetudo docet. Doctores [d] verò extendũt hæc iura ad translationem Abbatum regularium exemptorum; & per consequens ad translationes omnium Prælatorum regularium. Atque adeò iure prohibentur Generales religionum Prælati, ne Prouincialem vnius Prouinciæ ad aliam transferre possint, & è contra. Imò ne Guardianum & Priorem vnius conuentus ad alium trãsferre valeant: quia mutationes sunt omnino prohibitæ per locum

[c] Ca. 1. & 2. de translat. Episcop. ca. 3. de offi. de legat.
[d] Sylues. v. causa. in 1. causa.

locum à simili, & etiam quia sunt contra generalem consuetudinem, quod nimirum sufficit vt sint omnino interdictę, vt expresse dicit Innocentius Tertius. Atq; adeò huiusmodi mutationes fieri non debent à prædictis Generalibus absolutè propria autoritate. Vnde iuridice statutum est in nostra sacra religione in quadam congregatione generali facta à Patribus ordinis anno Domini millesimo quingētesimo nonagesimo sexto in conuentu Patris nostri Franciſci, ciuitatis à Victoria prouinciæ Cantabrensis; Ne Guardiani in congregationibus intermedijs de vno Guardianatu in aliū trāsferantur. Verumtamen est, quod generales in hoc possunt dispensare; non enim ista translatio, est translatio Episcoporum, neque trāslatio prouincialium habentium iurisdictionem Episcopalem, sed Guardianorum, qui Curis animarum cōparantur. Imò iura supradicta, quæ extendunt Doctores ad Abbates, ad Abbates tantum perpetuos puto ipsos ea ampliare, non autē ad Guardianos, quorum Prælationes non perpetuæ sed temporales sunt. Verum est tamen, quod finito tempore suarum prælationum, non possunt ad alias prælationes ordinis promoueri, vt in quæstione de electione dicemus.

## ARTICVLVS III,

### *Vtrùm Generales & Prouinciales possint eximere subditum ab obedientia sui Guardiani.*

a Sylu. ver. causa caus. 5.

b 16.q.1.ca. frater.

REspondeo dicendo, quod Prælati non possunt eximere subditum à suis prælatis. Ita colligunt Doctores [a] ex decreto Gregorij [b] Papæ, quare prouinciales nequeunt eximere religiosum in conuentu aliquo commorātem, ne obediat suo Guardiano & Priori. Nec generales possunt eximere Guardianum, ne sit subditus Prouinciali, in cuius prouincia existit: quia non solum iuri, sed rectæ rationi & consuetudini generali omnino refragari videtur. Atque adeò solus Sūmus Pontifex est qui huiusmodi exēptiones efficere potest. Hinc etiam colligo non posse generales prælatos efficere prædicatores generales, & prædicatores vbiq; terrarum ad libitum sine licentia ordinariorum prælatorum regularium: quia hoc est in effectu eximere tales religiosos à iurisdictione prælatorū: & ideò ad solum Papam pertinent. Et sic in nostra religione hoc statuto quodā generali fuit prohibitum, ne fieret. Vnde Concilium [c] Tridentinum rectè prohibet, nequis regularis sine sui superioris licentia prædicationis, vel lectionis, aut cuiusuis pij operis prætextu subijciat se obsequio alicuius Prælati, principis, vel vniuersitatis, vel communitatis, vel alterius cuiuscunque personæ seu loci. Nec ei aliquod priuilegium aut facultas ab alijs super his obtenta suffragetur. Quod si contra fecerit tāquam inobediens arbitrio superioris puniatur. Denique suprapositā veritas in iure [d] & Doctoribus insinuatur: & confirmatur, cum Monachus non possit præscribere obedientiam, prout notatur in iure [e] ab Abbate, & tenet Gregorius Lopez: licet obedientia quæ sæcularibus debetur sæpe sæpius præscribatur. Maxima enim est differentia inter obedientiam debitam principibus sæcularibus, & Ecclesiasticis, & eam, quæ debetur regularibus prout notant Doctores, [f] Caietanus, & Nauarrus. Verum tamen est, quod non solum Summus Pōtifex: sed etiam Generales ordinū possunt quoad aliquid eximere subditum ab obedientia Prouincialis. Verbi gratia, vt si in aliquo fuerit præoccupatus delicto causa ad ipsum generalem remittatur, & si in aliquo ministerio fuerit occupatus ab ipso minimè perturbetur. Ex quo infertur, quod si Papa alicui religioso professo in Indijs Orientalibus quoddam concesserit rescriptum, vt ad partes Hispaniarum possit trānsmigare, ibique incorporari iuxta ordinis statuta in aliqua eiusdem ordinis prouincia; non potest Prouincialis eiusdem prouinciæ ipsum iam incorporatū per obedientiam compellere, vt ad easdem partes Orientales se trāsferat ex eo solum, quod ibi professionem emisit. Quod probatur. Nam sicut beneficium manuale collatum monacho ad vitam, non potest ab eo remoueri, prout tradūt Ioānes Andreas, [g] & alij doctores: quia decet beneficiū principis esse mansurum, vt dicitur in iure. [h] Adeò, vt dicat Archidiaconus, [i] quod si Papa conferat monacho Prioratum, non tenebitur renuntiare ad præceptum Abbatis: quia quantum ad hoc est exemptus ab eo, sicut filius emancipatus à Patre, & ad hoc allegat capitulum, si monachus, decimasexta, quæ-

c Conc. Trident. sess. 25. de regu. c. 4.

d Ca. fin. 9. q. 3. & c. qui resistit. 11. q. 3. Sylu. verbo caus. causa. 38.

e Cap. sicut &, 6. Abb. de reg. Gregor. in l. 23. tit. 14. par. 7.

f Glo. in ca. periculoso de reg. in 6. Caie. 2. 2. q. 80. ar. 12. Nauar. c. 12. n. 78.

g Andr. & DD. in c. in præsenti de offic. ord. li. 6. & c. cum singula de præbend. li. 6.

h Reg. decet de reg. iur. lib. 6.

i Archid. in d. c. in præsenti.

ta, quæstione prima, & eandem opinionem tenet Baldus, [a] quem sequitur Barbacia. Huic enim monacho à Papa collata sunt beneficia ad vitã: ergo ab illis destitui non potest. Et similiter in nostro casu est Theologicè & iuridicè moralizandum, scilicet, quod cum dictus religiosus beneficio Papæ translatus ad dictas Hispaniarum partes, & virtute dicti rescripti sit in quadam prouincia harum partium incorporatus, per consequens est exemptus ab obedientia prouincialium illius, quantum ad hoc, vt minimè possint prouinciales ipsum compellere, vt ad easdem partes reuertatur ex eo solo quod in illis emiserit professionem. Dixi ex eo solum, quod ibi emiserit professionẽ ad denotandum, quod ex alio titulo possent ipsum compellere, sicut cõpellunt alios fratres in Hispanijs professos, vt propter cõuersionem infidelium ad alias partes se conferant, sicut Præpositi generales Societatis Iesu possunt compellere Societatis religiosos propter particulare votum, quo ad id peragendum astringuntur. Prælati autem aliarum religionum, vbi simile non emittitur votum dubito, an suis subditis id eis per obedientiam iniungere valeant: prout in quæstione de obedientia dicetur. Nec dictũ religiosum incorporatum inauditum possunt Prouinciales expellere à prouincia, in qua est incorporatus, vt necessarium illi sit ad suam natiuam prouinciam conuolare. Nam sententia Prouincialis cum suo definitorio, qua ita determinatur, *Remouemus & excludimus à nostra prouincia Petrum, verbi gratia, præcipientes ei sub certis pœnis, vt infra tot dies ab hac discedat, & vt in suã statim proficiscatur*. Est nulla ipso iure prout defendit Nauarrus. [b] Primò, quia nemo sine accusatione, & alia via, quæ ei æquipollet est damnãdus, vt clamans iura. [c] Adeò quidem vt sint, qui putent non sine magno fundamento id esse iuris naturalis, & diuini constitutum, iuxtà illa, quæ dicũtur in Actibus Apostolorum [d] de Paulo, & eius accusatore, & de adultera apud Ioannem. [e] Et præsupponitur quod dictus excluſus non fuit de aliqua culpa accusatus & factus certior, & vocatus ad iudicium. Et omnis sententia lata contra non citatum, vel non legitimè auditum est ipso iure [f] nulla, etiamsi feratur ab Imperatore, iuxta quandam Clementinam. [g] Et etiamsi feratur à Papa, vt ait decretalis quædam. [h] Ex quo infertur, quod prædictus prouincialis cum suo definitorio non potuit expellere dictum religiosum à prouincia, vt sic compellatur ad suam prouinciam conuolare; & si expellat, debet ipsum ad pristinum statum restituere, à quo per eius præceptum fuit excluſus. Quod si noluerit, Prælati superiores tenentur ipsum ad eos recurrentẽ à susceptо grauamine alliuiare iuxta notata à Doctoribus [i] cõmuniter. Ex licet in ordinibus præsertim Mendicantibus, non permittatur grauato vti verbo, appellatione, qua sæcularis, & aliquot religiosi vtuntur: possunt tamen vti eo remedio defensionis, quo se iste religiosus grauatus potest defendere; prout in quæstione de appellatione dicetur. Sicut ego cõsului in facto contingenti cuidam religioso ordinis Mendicantium supradicto grauamine afflicto, quod recurreret ad superiorẽ, qui recurrens apud ipsum inuenit gratiam.

[a] Bald. in c. illud de maior. Barbac. in c. cum est sem. de cõst. n. 85. cũ sequent.

[b] Naua. li. 2. const. tit. de appellat. cõsil. 5. in 2. edit.

[c] Cap. superhis, & c. qualiter & quãdo, de accusat.

[d] Act. c. 22. & 23.

[e] Ioan. 8.

[f] Cap. non in quẽque 2. q. 1.

[g] Clem. Pastorali. §. cæterum de re iudicata.

[h] Cap. 1. de caus. poss.

[i] l. 1. ff. de appellat. notatur in rubr. de appellat.

## ARTICVLVS IIII.

### *Vtrùm Generales & Prouinciales possint restituere degradatos ab ordine.*

REspondeo dicẽdo, quòd restitutio degradatorũ ab ordine, Papæ reseruatur, vt colligunt Doctores [k] ex decreto l Iulij Primi. Pro huius rei explicatione aduerte, quod depositio, seu degradatio est duplex. Prima est verbalis, alia solẽnis & actualis. Verbalis est, quando Episcopus, vel generalis, aut prouincialis pronunciat sententiam contra clericum, vel monachum clericum, per quam priuat illum ordinibus clericalibus. Et hæc propriè loquendo vocatur depositio, licet plerumque à Doctoribus dicatur etiam degradatio. Et huius depositionis forma habetur in Pontificali. [m] Et sufficit ad eam, vt prælatus dicat: Ego te depono, vel deijcio ab ordine, quem habes. Actualis autem depositio, quæ propriè vocatur degradatio est, quando clericus non modo per sententiã priuatur, sed etiã actualiter & personaliter degradatur, exuitur, & spoliatur ordinibus Ecclesiasticis, & vestibus suo ordini conuenientibus, iuxta formam, quæ traditur in eodem Pontificali, [n] quam refert Florelius. [o] Inter quas est maxima differentia. Nam quando quis est degradatus tantũ verbaliter, iudex laicus nullam ha-

[k] Syluest. v. cauſ. casu. 6. l 2. q. 7. cap. ideo. 1. & 2.

[m] In Pontifica. fo. 188.

[n] In Pontifica. fol. 190. & sequent.

[o] Flore. in pract. crim. fo. 270. n. 17

lam habet iurisdictionem in clericum sic degradatum, nisi tradatur etiam curiæ sæculari. Sed si est actualiter degradatus potest iudex sæcularis eum punire absque alia traditione. Et hęc est cōmunis opinio, quā tradit Alciatus: [a] prout illū refert Villalobos. His sic constitutis est dubium, de qua degradatione sint iura intelligenda, quæ Sūmo Pōtifici reseruant talem restitutionem. Ioannes Andreas dicit, quod prohibitio facta est simpliciter in iure. Et ideò dicit esse intelligendam, non solum de solenni, sed etiā de verbali degradatione. Sed glossa, & Panormitanus, & Archidiaconus, quos refert Syluester, [b] tenent oppositum, affirmantes, quod Episcopi possunt restituere degradatum verbalem. Et per consequens Prælati religionum habentes iurisdictionem Episcopalem etiam poterunt secūdum ea, quæ supradicta sunt. Ex his opinionibus secunda videtur probabilior. Tum quia videtur esse communis. Tum etiam, quia videtur probari per quandam decretalem; [c] sed prima est tutior. Et sic concluditur, quod possunt dicti prælacti religionum dispēsare cum degradatis verbaliter, non autem cum degradatis actualiter.

[a] Alciat. in c. cum non ab homine n. 108. de iudic. Villalo. in opin. lit. c. n. 71.

[b] Syluest. v. casus, casu. 6.

[c] Cap. at si clerici. de iudic.

## ARTICVLVS V.

### *Vtrùm Prælati religionum possint restituere ad religionem fratrem eiectum & exauthorizatum à religione.*

REspondeo dicendo, quòd Prælati superiores religionum non possunt restituere ad religionem fratrem eiectum & exauthorizatum à religione per habitus expoliationem: nec in hoc possunt dispensare. Et probatur per Decretum Iulij Primi in superiori articulo allegatum; quod vniuersaliter loquitur de restitutionibus spoliatorum, & depositorum. Atque adeò nō videtur solū loqui de degradatione ab ordine sacro, sed etiam de depositione ab habitu clericali, vel regulari. Quare constitutiones generales Toletanæ [d] nostræ sacræ religionis expresse id prohibent. Et Sixtus Quintus in quodā motu proprio dato Romæ apud Sanctum Marcum sub annulo piscatoris die decima tertia Iunij, anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo septimo, Pontificatus sui anno tertio, certis Cardinalibus commisit causam horum electorum, cuius tenorem hic referā.

[d] Ord. Tolet. ca. 6. de correct. delimi. tit. de incorrigibiles.

*Romanus Pontifex, cuius humeris maxima negotiorū moles est imposita, &c. Nos igitur cōsiderantes nihil minus religiosis viris, quibus Dei tantū cultus esse cordi debet conuenire, quam litibus, controuersijs, diuersisq; externis negotijs implicatis per varia tribunalia diuersosq; iudices vagari, & cupientes quorumcunque vtriusque sexus quorūuis ordinum regularium iutra claustra degentium tranquillitati, ac etiam quorumcunque extra claustra quomodolibet degentium quieti, & omnium conscientiæ, quantum cū Deo possumus consulere, ac alias quibusuis negotijs regulares personas, illorūq; bona & iura quomodolibet tangentibus opportunè prouidere, motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine dilectos filios nostros, &c. De eorundem fide, integritate, & doctrina, ac longo rerum omnium vsu in Domino cōfisi ad omnia & singula negotia, causas & accidentia vtriusq; sexus, ac quorūuis ordinū regularium personas Ecclesiasticas, loca, bona, & iura quomodolibet concernentia & dependentia ab eisdem cum suis annexis & connexis, quæ à Sede Apostolica pro parte ipsorū regulariū seu contra ipsos actiuè, vel passiuè etiā quoad Episcopos seu alios quomodolibet deferentes, necnon etiā ad omnes & singulos religiosorum omniū, qui extra claustra monasteriorū suorū tam à suis superioribus electi, quam etiā ex propria temeritate, aut alias sine eorum de superiorum licentia vagantes, seu sub*

*quauis specie religiosorum cõmorantes & viuẽtes, petitiones, supplices libellos, lites, quæstiones, & cõtrouersias, illorũq; causas & merita priuatiuè quoad omnes simpliciter & de plano sine processu, seu aliqua figura iudicij etiam iudicialiter audiendum, examinandum, cognoscendum, & quæ illis decidenda videbuntur decidendum fineq; debito terminandũ. Exceptis præfatis Episcoporũ causis, quas audiendi, examinandi, & referendi facultatem (reseruata nobis penitus illarum decisione) tantummodò eis cõcedimus, ac omni & qualicunque appellatione, reclamatione, vel recursu remotis & quæ decernenda, & ordinanda eis videbũtur exequẽdũ seu exequi mandãdũ, absoluendumq;, dispensandum & rehabilitandum, quæ vero ad nos referenda iudicauerint, referendũ, & quid super ad nos relatis decreuerimus iuxta ordinationem per nos eis etiam viuæ vocis oraculo, de quo eis credi volumus, exequi & fieri mandandum tenore præsentium constituimus, & deputamus. Super quibus omnibus, & singulis motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus plenã & liberam prænominatis Cardinalibus impartimur facultatẽ, & authoritatẽ; ita vt quæ illis in causis & negotijs præfatis quibuscũq; decreuerint, & statuerint & ordinauerint, iusserintq; eandẽ vim, idẽq; robur obtineãt in iudicio, & extra illud, ac si à nobis ipsis decreta, statuta, ordinata, & iussa essent.*

Datum Romę apud Sanctum Marcum sub annulo piscatoris die decima tertia Iunij, anno millesimo quingentesimo octuagesimo septimo, Pontificatus nostri anno tertio.

## ARTICVLVS VI.

### *Vtrùm Prælati regulares possint deserere monasteria ædificata?*

REspondeo dicendo, ꝙ prohibẽtur prælati religionũ Mendicantiũ monasteria accepta deserere omnino, vel de vno in alium locum prædicta monasteria transferre, vt colligunt Doctores [a] ex iure Canonico: quia id non licet sine licentia Papæ, & est lata excommunicatio contra oppositum facientes. Verum est tamen quod *Sixtus Quartus concesserit Generali fratrũ Minorum obseruantiæ licẽtiam, & facultatem, ea loca quæ fratribus suis minus commoda esse cognouerint dimittendi manibus ordinariorum locorũ & illa licite deserẽdi, prout visum fuerit expedire, supra quod eiusdem Generalis conscientiam onerat. Et hoc voluit non obstante cõstitutione Bonifacij Octaui prohibentis loca semel recepta deserere, & alijs Apostolicis constitutionibus cæterisque contrarijs quibuscunque.* Ita habetur in libro Monumẽta [b] ordinũ. Vbi nota quod prouincia tota, nec Prouinciales habent facultatem deserendi prædicta loca sine licentia ministri generalis. Nota etiam, quod non possunt deserere ipsa loca absolutè Patres supradicti, nisi in manibus ordinariorum locorum. Nam prout dicitur in iure, [c] Bonifacius Octauus prohibuit, ne aliquis, vel aliqui ordinis Minorum, vel aliqui Mendicantium, quibuscũque super hoc priuilegijs muniti existant, quæ ipsis contra tenorem huiusmodi constitutionis nullatenus voluit suffragari in aliqua ciuitate, castro, villa seu loco quocunque ad habitãdum domos, vel loca quæcunq; recepta vẽditionis, permutationis, donationis, aut cuiusuis alienationis titulo quomodocunque in alios transferre præsumant, absque Sedis Apostolicæ licentia speciali, plenam & expressam faciente de prohibitione huiusmodi mentionem. Et sic in hoc non possunt Prælati generales dispensare.

[a] Sylu. ver. casus. cas. 8. & v. excommunicatio. 8. §. 20. C. de religios. dom. c. cum ex eo de ex cess. Prælat. lib. 6.

[b] In 1. impres. fol. 47. & in 2. folio 131. cõcess. 293.

[c] Cap. cum ex eo de ex cess. Prælat. lib. 6.

ART.

## ARTICVLVS VII.

### *Vtrùm prælati regulares possint dispensare in iure communi erigendo monasteria sine autoritate Papæ.*

REspondeo dicẽdo, quod prælati religionũ non possunt recipere conuentum aliquẽ sine autoritate speciali Apostolica, vt constat ex quadam decretali [a] Bonifacij Octaui, & Gregorij Noni [b] in Cõcilio Lugdunensi. De qua re oritur dubium an præter autoritatem Papæ, sit necessaria ad noui conuentus erectionem licentia Episcopi diœcesani? Respondetur affirmatiue, vt expresse traditur in Concilio Tridentino.[c] In quo dicitur, quod similia loca non erigantur sine licentia Episcopi, in cuius loco erigenda sunt. Et post prædictum decretum dubitatum est, an sufficiat licẽtia Episcopi ad nouam conuẽtus constitutionẽ? an simul sit necessarius cõcessus Papæ? Cui dubio responsum est per illustrissimos Cardinales sacri Concilij Tridentini interpretes in hũc modũ: *Monachi non possunt ædificare monasteria in parochia, in qua ea nõ habẽt, sine cognitione & licẽtia Papæ.* Hæc declaratio est maxime iuridica; quia Concilium Tridentinum in prædicto decreto non abrogauit dispositionẽ iuris cõmunis, secũdum quam requiritur Summi Pontificis facultas. Sed tãtum de nouo induxit vt simul cũ licentia Papæ cõcurrat etiam facultas Episcopi: quæ nimirũ semper erit necessaria, nisi Papa aliud disponat. Sicut disposuit Iulius. II. *Cõcedens fratribus Minoribus, quod si à Principe, Duce, Marchione, aut Comite, vt aliquam domũ dicti Ordinis ædificent requisiti fuerint domum huiusmodi pro vsu & habitatione perpetua fratrum dicti Ordinis regularis obseruantiæ construere, & ædificare ac locũ pro huiusmodi instructione recipere possint & valeãt.* Ita habetur in libro Monumenta Ordinum.[d] Et idem Iulius. II. approbauit concessionem istam, *Supplendo aliquos defectus, qui in eius relatione interuenerant. Ac voluit, & decreuit, quod literæ prædictæ valeant, & prædictis fratribus suffragentur, nõ obstante constitutione Bonifacij Octaui in contrariũ faciẽti, & cæteris cõtrarijs quibuscunq;.* Ita habetur in eodem libro Monumenta ordinum,[e] & in supplemento id ipsum concesserunt. Vrbanus [f] Quartus, & Syxtus [g] Quartus: id etiam concessit Carmelitis. Et Iulius. II. concessit fratribus Ordinis Minorum, *vt domus seu Ecclesia, loca & oratoria quæcunque pro eorũ perpetuo vsu, & habitatione possint construere & ædificare, seu construi & ædificari facere absq; alia desuper facie da nouã cõcessione Apostolica; & quod Ordinis prædicti conseruatores quoties opus fuerit eidem Ordini Minimorum ac illius personis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistant: ac ne prælati ecclesiastici quicunque cuiuscunq; nobilitatis existãt, in aliquo damnificare, molestare, perturbare, nec inquietare vllatenus audeant, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna inhibere possunt.* Ita habetur in supplemento [h]. Qua concessione vti possunt non solum Minimi, sed etiã alij religiosi; habentes communicationem priuilegiorum: in quantum concedit, quod absq; autoritate Papæ possint recipere dicta monasteria. Circa quam Collector [i] priuilegiorum aduertit, quod in ea cõceditur, quod fratres prædicti possint ædificare loca seu cõuẽtus vbiq;, seu ædificata recipere absq; aliqua licẽtia etiã Ordinario, aut alio prælato ecclesiastico contradicente. Et q hoc sit magnum, & nunquam alias concessũ, saltim quod reperiatur in libro priuilegiorum Ordinum. Et supradictum fuit practicatũ de facto & obtentum ab ipsis Minimis contra Archiepiscopum Hispalensem, scilicet, sicut iacet in dicto priuilegio. Sed quantum ad hoc concessio prædicta Iulij. II. reuocata est per Concilũ Tridentinum. Nam post prædictum decretum vltra prædictum priuilegium requiritur absque dubio licentia, & facultas Episcopi, vt longa consuetudo declarauit. Neque sunt audiendi autumantes prædictam declarationem

a c.1.de excess.præla.li.6.
b c.vnic. de religi. dom. li.6.
c sess.25. de regularib.c.3.in fine.
d in 1.impr. fo.43.& in 2 fo.126. concess.168.
e in 1.impr. fo.211.cõcess.515.& in supple.fo.71.cõcess.218.
f Vrbanus Quartus in 1.impr. fol.8: & in 2.fo 189. concess.388.
g Syxtus Quartus in 1.impres.fo.104.& in 2. fo.187.cõcess.481.
h fo.& concess.27.
i Coll.in cõpen. mend. tit. ædificare §.20. aduertit quod.

illustrissimorum Cardinalium abrogasse priuilegia concessa fratribus ad recipienda noua monasteria absque noua facultate Episcopi. Nam reuera nulla est in ea declaratione priuilegiorum abrogatio: sed tantum decreuit quod vltra Episcopi licentiam requiritur ad hunc effectum facultas Papæ, siue illa sit iam per priuilegia concessa siuè in posterum fuerit concedenda. Notandum tamen, quod eadem licentia Episcopi requiritur post Concilium Tridentinum ad translationem monasterij de vno ad alium locum, sicut ad nouam conuentus erectionem: quia non videtur esse maior ratio de vno quam de alio. Quod nimirùm ita esse dicendum & tenendum vsus iam declarauit. Cætera, quæ pertinent ad ædificationem monasteriorum regularium, in quæstione de monasteriorum erectione dicemus.

## ARTICVLVS. VIII.

### *Vtrùm Prælati regulares possint erigere prouincias de nouo.*

RESPONDEO dicendo, quòd iure prohibentur omnes Prælati regulares, & etiam Generales, ne possint de nouo prouinciam erigere & fundare nec possunt erectam diuidere, nec vnam prouinciam alteri Prouinciæ subijcere. Quia cum de similibus idem sit iudicium, prohibitio, quæ facta est in iure [a] ne fiat noua constitutio Sedis Episcopalis, neque diuisio, neque subiectio absque Papæ facultate iure debet accommodari ad erectionem, diuisionem, & vnionem Prouinciarum. Vnde Nicolaus Quartus statuit, & ordinauit, & districtè inhibuit, ne in ordine fratrum Minorum fiat diuisio alicuius prouinciæ, vel nouarũ prouinciarum multiplicatio absque Romani Pontificis licentia speciali, per eius patentes literas concedenda, faciente plenam & expressam de huiusmodi statuto, & ordinatione, ac inhibitione mentionem. Decreuitque irritum & inane, si secus in hac parte contigerit attentari. Ita habetur in lib. Monumenta [b] Ordinum. Quod statutum esse conforme iuri communi patet ex dictis.

[a] Ca. fœlix. 16. q. 1. & c. de locorum 16. q. 1. & c. de locorum de consecr. d. 1. c. de tẽporib. 16. q. 1. c. sicut in 1. de excess. prælatorũ. c. transla. de off. leg. tradit Sylu. v. casus. casu 9. & 10.

[b] In 1. impress. fol. 53. & in 2. fol. 136. cocess. 303.

## ARTICVLVS IX.

### *Vtrùm Prælati religionum possint dispensare, vt vnus habeat plures Guardianatus, & Prioratus.*

RESPONDEO dicendo, quòd nequeunt Prælati religionum dispensare, vt vnus habeat simul plures Guardianatus, & Prioratus. Hæc enim est expressa iuris [c] determinatio, vt nemo habeat duo beneficia simul curam animarum habentia. Quæ nimirùm prohibitio comprehendit officia & dignitatem, Guardianatum, & Prioratum: quia de similibus, vt sæpe dictum est, idem est iudicium, & vsus iam diu confirmauit. Item, eodem iure [d] prohibetur, ne possit vnus habere duas dignitates, & officia, aut præposituras, & personatus: quanuis non habeant curam animarum. Quæ nimirùm munera propriè reperiuntur in religionibus. Nam dignitas est administratio cum iurisdictione, vt est Abbatia, & Guardianatus. Personatus verò est præeminentia, sine iurisdictione. Et ideò ille qui præcedit Canonicos in Ecclesijs Collegiatis, seu Cathedralibus, dicitur habere personatum. Definitores autem in religionibus iure dici possunt personatus regulares. Officium autem est administratio sine præeminentia, vt sacrista; præpositura est munus præcedendi. Hæc omnia in quadam glossa [e] traduntur. Ex his collige, quod secundum ius non potest vnus definitor, esse simul Guardianus: quia sunt duo officia distincta. Autoritate tamen Apostolica concessum est in ordine Minorum Generali ministro, & Commissario Generali, vt valeant, dispensare in hoc articulo, vt constat ex ordinationibus Generalibus Toletanis. Et noster Reuerendissimus Pater Franciscus à Tolosa totius nostri ordini generalis, nunc Episcopus Tuicensis, nunquam voluit in hoc dispensare. Imo statuit, vt omnes, qui fuerint Prouinciales in suis prouincijs ad Guardianatus mini-

[c] ca. de multa, de præbend. c. fin. 21. q. 2. Syluest. v. casus casu. 21.

[d] ca. de multa de præbe. c. 1. de consuetud. li. 6.

[e] Glos. in c. de consuet. lib. 6. verb. consuetudinem.

minimè possent promoueri. Attento quod secundum statuta Generalia Toletana sunt perpetui in suis prouincijs definitores, & propter penuriam fratrum grauium in aliquibus prouincijs ordinatum est in capitulo Generali Vallisoletano, vt possint prouideri de dignitate supradicta dum modo munus definitionis dum durat Guardia natus renuntient.

## ARTICVLVS X.

### *Vtrùm Prælati religionum possint dispensare in ætate requisita ad habendam prælationem, aut dignitatem.*

REspondeo dicendo, decisionem huius quæstionis iam ex parte patere ex dictis supra [a] in quæstione de Abbatibus & Abbatissis, quoad ætatem. Nunc autem resolutiuè dico, primo, quod cum iure [b] cautum sit, vt Ecclesias aut dignitates curatas nullus habere possit ante vigesimum quintum annum: atque adeò nullus Prælatus religionum potest dispensare cum religioso, vt ante vigesimum quintum annum possit Prior aut Guardianus esse, cum Prioratus & Guardianatus regulares sint dignitates habentes curam animarum. Secundo dico, quod eodem iure decretum est, vt non habentes trigesimum annum ætatis, minimè possint esse Episcopi: & ideò nullus prælatus regularis potest dispensare, vt in minori ætate possit religiosus esse Generalis, aut Prouincialis. Cum sæpedictum sit, quod Prouincialatus in religionibus sit dignitas habens iurisdictionem Episcopalem: ideò prohibitio facta de Episcopatu comprehendit Prouincialatum: quia est similis iurisdictionis. Et est notandum, quod contra prædicta iura nullum est hactenus impetratum priuilegium, cuius ego memoriam habeam. Ex his infertur, quod cum Concil. [c] Tridentinum statuerit, vt nullus possit promoueri ad dignitatem Episcopalem, nisi in vniuersitate studiorum Magister, siue Doctor, aut Licenciatus in sacra Theologia, vel iure Canonico merito sit promotus, aut publico alicuius Academiæ testimonio idoneus ad alios docendos ostendatur, videtur dicendum, neminem posse admitti ad dignitatem Generalatus, aut Commissariatus, aut Prouincialatus, nisi scientiæ Theologiæ, aut saltem sacrorum Canonum habeat sufficientiam cum prædictorum Prælatorum dignitas respectu suorum subditorum sit quasi Episcopalis: & eorum iurisdictio Episcopali comparetur. Et in religionibus non inuenio aliquod indultum, quo tali sufficientia carentes ad dictas prælationes dispensatiuè possint promoueri. In alijs multis prohibentur Prælati dispensare, quæ in suis locis declarabuntur.

[a] Sup. quæs.

[b] Cap. licet canò de elect. lib. 6. Sylues. v. casus cas. 22.

[c] Conc. Trident. sess. 22. de reform. cap. 2.

# QVÆSTIO XXIIII.

## De Abbatibus, quantum ad potestatem dispensandi in irregularitatibus in decẽ & septem articulos diuisa.

¶ *Circa quàm quæruntur decem & septem.*

1 *Quid sit irregularitas.*
2 *Vtrùm prælati regulares possint dispensare cum bigamis.*
3 *Vtrùm prælati regulares possint dispensare cum corpore vitiatis.*
4 *Quis debet iudicare an aliquis sit corpore vitiatus.*
5 *Vtrùm Prouinciales possint dispensare, vt velato capite missa dicatur.*
6 *An Prouinciales possint dispensare cum infamibus.*
7 *Vtrùm possint dispensare in irregularitate ex animæ defectu.*
8 *Vtrùm possint dispensare in irregularitate prouenient ex defectu lenitatis.*
9 *Vtrùm possint dispensare in irregularitate procedente ex homicidio voluntario.*
10 *Vtrùm possint dispensare in irregularitate procedente ex mutilatione membrorum.*
11 *Vtrùm secundum ius commune possint dispensare in irregularitate procedente ex homicidio occulto.*

12 *Vtrùm secundum priuilegia id possint efficere.*

13 *Vtrùm possint dispensare in irregularitate procedẽte ex homicidio casuali, aut causa defensionis facto.*

14 *Vtrùm possint dispensare in irregularitate procedenti ex celebratione diuinorũ in excommunicatione.*

15 *Vtrùm possint dispensare in irregularitatibus nouitiorum.*

16 *Vtrùm possint dispensare cum fratre homicida, vt possit esse Prælatus.*

17 *Vtrùm possint dispẽsare cum fratribus inhabilitatis ad officia ordinis.*

## ARTICVLVS I.

### *Quid sit irregularitas.*

REspondeo dicẽdo, ꝙ irregularitas, est impedimentũ canonicum, quo quis ad Ecclesiasticos ordines promoueri, & iã promotus, in eis ministrare prohibetur directè. Vnde nota, ꝙ ad veram & propriã irregularitatem nõ sufficit, quod quis sit prohibitus suscipere ordines Ecclesiasticos, vel in susceptis ministrare, vtrũq; enim cõtingit in excõmunicato. Quia ex eo, quod quis est excõmunicatus est priuatus omniũ sacramentorũ administratione & cõmunicatione. Et ideò sequitur indirectè, quod nõ possit promoueri ad sacros ordines, nec promotus ministrare: nõ tamẽ propterea excõmunicatio est proprie & verè irregularitas, vt egregie docet Nauarrus [a] cõtra Speculatorẽ: idem patet de suspenso ab omni officio & beneficio, & de interdicto. Nã vera irregularitas, ꝓhibet directè ordinũ promotionem, & executionẽ, in quantũ sunt ordines Ecclesiastici, siue sint sacramenta, siue nõ, vt patet in ordinibus minoribus, quæ nõ sunt sacramenta. Et tamen irregularitas priuat dictis ordinibus. Nõ tamen prohibet irregularitas ordinũ promotionẽ, & executionẽ, in quantum sunt sacramẽta, quia hoc pertinet ad excõmunicationem: neq; in quantũ officia, quia hoc pertinet ad suspensionẽ, sed in quantũ sunt ordines Ecclesiastici tãtum. Et licèt irregularis celebrans non incurrat aliam irregularitatem, peccat tamẽ quoties celebrat, prout ait Nauarrus: [b] & nos latè diximus in nostra summa Confessorum. Considerare autem oportet, quod irregularitas non incurritur, nisi in casibus à iure expressis, vt aperte traditur in quadam decretali. [c] Et quamuis nonnulli dicant non posse ad numerum & ordinem reduci irregularitates: Nos tamen sequẽtes Nauarrum [d] dicimus, reduci ad quinque species. Prima est ex defectu sacramẽti, vt bigamia. Secũda ex defectu corporis, vt mutilatio passiua. Tertia ex defectu animæ, & ignorantia. Quarta ex defectu perfectæ lenitatis, vt sunt mutilationes actiuæ & occasiones licitæ. Quinta est ex delicto, vt homicidium. De quibus omnibus agemus in sequentibus, disputando, an in his omnibus possint Prælati religionum cum suis fratribus dispensare.

[a] Nauar. in sum. c. 27. n. 191. & 192.

[b] Nau. c. 27. nu. 194.

[c] Cap. 1. de sent. excommun. lib. 6.

[d] Nauar. ca. 27. nu. 193.

## ARTICVLVS. II.

### *Vtrùm Prælati religionum possint dispensare cũ fratribus bigamis ad hoc vt ad sacros ordines promoueantur?*

REspondeo dicẽdo, quòd vt propositum quæsitũ clarius explicetur, est notandum, triplicem esse irregularitatẽ. Prima est vera; secũda interpretatiua, tertia similitudinaria. Vera dicitur & contrahitur, quãdo quis habuit & cognouit successiuè duas vxores. Nam in hac bigamia est defectus sacramenti: quia in secundo matrimonio non est significatio integralis sacramenti. Nam in matrimonio est vnio & coniunctio Christi cum Ecclesia, quæ est vnius cũ vna: quæ significatio omnimode est in bigamia: & ideo dicitur, & est vera irregularitas vt dicit D. Thomas. [e] Interpretatiua est cum quis viduam, vel corruptam ab alio duxit in vxorem. Similitudinaria contrahitur cum clericus in sacris constitutus, vel religiosus professus contrahit matrimonium & cognouit vxorem; vt colligunt Summistæ [f] ex multis iuribus. His sic constitutis certa est cõclusio, quod Prælati religionum nequeunt dispensare cum religioso in bigamia vera & interpretatiua, vt ordinetur ordinibus sacris, videlicet in subdiaconatu, diaconatu, & presbyterio: quia ipso iure reseruatur talis dispensatio ad Papam, vt omnes dicunt. [g] Et quanuis nonnulli dixerint

[e] D. Tho. in 4. d. 27.

[f] Ange. Sylueſt. v. bigamia. Nau. c. 27. n. 29. S. in fin. ca. quot quot. 27. q. 1. ca. fin. de bigam.

[g] D. Thom. quod. 4. Nauar. vbi s.

xerint Summum Pontificem non posse dispensare in bigamia supradicta, existimãtes esse contra ius diuinum; opposita tamẽ sententia, quam tenet D. Tho. est cõmunis & tenenda. Cum ergo talis dispẽsatio reseruetur Papæ, & nulla sit facta Prælatis religionum concessio circa hanc irregularitatem: hinc sequitur religionum præfectos in ea dispensare non posse. Secundo dico, quod cum bigamo vero & interpretatiuo possunt ordinarij dispensare, vt ad minores ordines ascẽdant. Prout tenet D. Thomas, [b] quem sequitur Syluester: quia nullibi in iure reperitur talis reseruatio. Nec obstat quędam decretalis [c] Gregorij X. in Conc. Lugdunensi. Nam in ea nulla fit mentio de reseruatione: sed tantum disponitur, vt bigamus habitu clericali non vtatur. Quod nimirum intelligendum est, quando ei nulla est concessa dispensatio. Et hanc opinionem puto sequendam, licet Nauarrus [d] media via incedat, dicens, quod si bigamus nõ est promotus ad minores ordines, dispensationem Papæ reseruari, vt possit promoueri: si verò fuerit promotus dicit non reseruari, vt iam promotus possit ministrare. Hæc enim opinio nullum in iure habet solidum fundamentum: & pro concordia opinionũ non debemus tenere id quod solido fundamento minimè videmus fulcitum: quare sequitur, quod prælati religionum possunt cum bigamo dispensare, vt minoribus ordinibus initietur per regulam sæpè à nobis inculcatam quod prælati religionum habentes iurisdictionem quasi Episcopalem possunt cum religiosis subditis quidquid Episcopi cũ suis efficere. Tertio dico, quod possunt prædicti prælati dispensare cum bigamo similitudinario, vt ad ordines maiores ascẽdat, vt [e] communiter dicunt Doctores teste Nauarro; quia nullibi de his bigamis similitudinarijs est reseruatio, quando vxor cum qua contraxit erat virgo.

Ex quibus infertur quo modo sint intelligẽda priuilegia cõcedentia prelatis regularibus facultatem ad dispensandum in certis irregularitatibus excepta bigamia: nã sunt intelligenda solum de bigamia vera & interpretatiua, respectu ordinum sacrorum. Nam respectu ordinum minorum possunt optimo iure cum ipsis dispensare. Vnde nõ est admittendus Heriquez [f] dicens, Prælatos regulares posse in bigamia vera dispensare, contra quem tenui in nostra Summa Confessorum. Et pro maiori explicatione, nota, quod, vt sit bigamia vera indispensabilis per prælatos regulares secundum eorum priuilegia, est necessarium quod copula interueniat prout tradit Soto: [g] & probat quædam decretalis. Et vltra copulã non requiritur seminis in vase effusio, sed sufficit, vt sit bigamus, quod corrumpat intrando clausura pudoris. Ita tenet Armilla [h]. Ex quo infertur, quod non fit bigamus ille, qui extraordinarie extra vas cognouit vxorẽ, & si mortua ea aliam ducat, huius speciei minimè irregularis censetur; ita Bibaldus. [i] Erit tamen bigamus qui clausura non intra uit vxoris virginis, sed matrix attraxit semẽ, & fuit facta grauida (& postea ferro aliquo genitale membrum aperitur, quo aperto egressa est creatura) si aliam duxerit vxorem, ista mortua. Quia licet copula realiter, quæ necessaria est in prima non fuerit secuta ex immissione tamen seminis intra vas vxoris secutus est effectus, id est, partus prout concludit Bibaldus. [k]

Ex his sequitur etiam, quòd qui vxorem Sodomiticè cognouit, vel vxor tantum cõmisit adulterium per copulam Sodomiticam, hac vxore mortua postea secundam legitimè cognoscens, non est bigamus, cum irregularitas non cõtrahatur, nisi in casibus in iure expressis, vt dicitur in iure. [l] Infertur etiam non esse bigamum illum qui virginẽ duxit, cui in primo cum marito cõcubitu per fœmineũ membrũ egressum est virile, & illa quæ prius erat puella habita, remansit vir, vt ex multis historijs probat contigisse Maiolus. [m] Verũ est tamen q̃ vterq; incidit apud populũ in notã aliquã, ob quã debet repelli à sacris ordinibus, præcipuè ille qui pro puella tenebatur. Ille autẽ qui illam putatã puellam duxit in vxorem, & post factũ cũ alia cõtraxit mortu a vxore poterit admitti: quia non iudicatur bigamus, prout notat Maiolus. [n] Et sic cum his non est necessarium dispensare.

b D. Th. in 4. d. 2[illegible]. Syluest. v. bigamia. 49.

c Cap. vnde de bigam. lib. 6.

d Nauar. in manua. c. 27 n. 197.

e Glos. in c. qui clerici. vel vouent. vbi Panorm. cũ Cardin. præpositiuo & eũ tenet Naua. in sum. c. 27. n. 197.

f Henr. 2. to. lib. 12. de sacram. matr. cap. 16. nu. 12.

g Soto in 4. d. 27. q. 3. a. 1. c. debitũ de bigam.

h Armill. v. bigamia. n. 7. in fin.

i Bibald. in candel. aur. 2. tit. de irregul. n. 23.

k Bibal. vbi sup. n. 24.

l cap. is qui de sent. excommunic. lib. 6.

m Maiol. li. 2. de irreg. cap. 27.

n Maio. vbi. su. c. 33. n. 13

## ARTICVLVS III.

### *Vtrùm Generales & Prouinciales possint dispensare cum fratribus irregularibus ex corpore vitiato.*

REspondeo dicendo, q̃ vitium corporis est multiplex. Primo enim cõsideratur in quãtũ reddit hominẽ impotentẽ ad celebrãdũ, vt si esset quis omnino sine manu aut

aut oculis carens: cum tali enim nō potest prælatus regularis dispensare, vt aperte tradi-
a c. penul. & vlt. de corp. vitia. c. 2. de cleric. ægro & ibi Pano. & Sylu. verbo corpore vitiatus.
ditur in multis iuribus. [a] Imo ratione periculi & scandali existimant viri doctissimi,
b Stepha. de literis grat. 2. p. cap. 193.
[b] quod Summus Pontifex non poterit licite dispensare, vt colligitur ex decretali [c]
c c. 2. de cleric. ægro. tradit. Soto. in 4. d. 25. q. 1. ar. 3.
Eugenij Papæ: atque adeo nunquam legitur per summos Pontifices cum talibus vnquam fuisse dispensatum. Cum religioso autem habente corporis vitium, scilicet, habente pudenda culpa sua scissa, solus Papa potest dispensare, vt autores colligunt [d] ex iure, quia talis homicida reputatur. At cum religioso qui habet membrum occultum seu manifestum sua culpa, vel non sua culpa abscissum, quando cessat homicidij præsumptio, potest prælatus regularis dispensare, quia istæ irregularitates non reseruantur Papæ in aliquo iuris loco, seu in aliqua constitutione Apostolica. Et ideo sicut potest Episcopus dispensare in huiusmodi casibus cum clerico sæculari, sic prouinciales cum regulari. Quare si quis religiosus non habet digitum, dummodo non sit pollex, qui est necessarius ad celebrandum: aut si quis non habet oculum dextrum, potest generalis, aut prouincialis dispensare: non tamen poterit dispensare cum non habente oculum sinistrum, qui dicitur oculus canonis, quia non potest decenter legere canonem, qui eo est orbatus, nisi vertat nimis faciem ad populum. Et ideo ratione istius indecentiæ, & scandali, hic casus Papæ reseruatur, secundum omnes. Nec obstat dicere, quod talis poterit ex memoria canonem dicere, quia tunc erit periculum obliuionis; & ideo solus Papa in hoc dispensat. Hinc collige, quod prælati regulares possunt dispensare cum religioso, vt cum pede ligneo celebret. Hæc omnia dicta sunt secundnm mentem
d ca. si quis abscideritd 55. & seq.
e Astes. ver. corpore vitiatus §. vlt.
Astensis, [e] & Hostiensis, quos refert & sequitur Syluester. Nam quamuis iste autor confuse aliquo modo procedat, Nauarrus [f] tamen dicit sic sentire Syluestrum, & autores ab eo citatos. Ratio huius opinionis est, quia in prædictis irregularitatibus non reperitur in iure vlla reseruatio ad dispensandum. Quare licet Nauarrus oppositam sententiam existimet veriorem, non tamen habet vllum solidum fundamentum in iure, & ideo opinio Hostiensis videtur verior & probabilior. Nam omnis pœna, quæ specialiter non reseruatur Papæ, potest per
f Nau. c. 27. n 200.
Ordinarium remitti, dummodo non sit notabilis indecentia, aut notabile scandalum oriatur, vt colligitur ex quodam decreto [g] Canonico. Et ideo quamuis sint expresse prohibitiones in iure, vt tales corporis vitiati non ordinentur, non tamen in dictis iuribus dicitur, vt dispensatio cum talibus papæ reseruetur. Et supradicta veritas comprobatur ex priuilegio Iulij Secundi, quo
g cap. nuper de sent. exc.
*concessit Generalibus Ordinis Minorum facultatem dispensandi super quacunque irregularitate per fratres ordinis prædicti regularis Obseruantiæ quo modolibet, præter quam in homicidio voluntario, aut præstatione auxilij, vel fauoris huiusmodi homicidio, aut ex bigamia proueniente, ita vt illa non obstā te ad omnes Ordines, etiā sacros, ac etiā presbyteratus promoueri possint.* Ita habetur in supplemēto Ordinis [h] in quodam
h fol. 91. cō. cess. 293.
viuæ vocis oraculo. Vnde cum ista concessio solum excipiat dictas irregularitates, & non istam, clarum est, posse in ea dictos generales dispensare, cum exceptio firmet regulam in contrarium. Quare sicut possunt Ordinarij absoluere ab excōmunicatione lata à iure, dūmodo non sit reseruata: sic eodem modo possunt tollere pœnam hanc irregularitatis, cū non inueniatur reseruata. Ad vitiū corporis reducitur lepra, aut alia quæcunq; infirmitas, quæ scandalū generat celebrando. Quare in his irregularitatibus solus Papa dispēsare potest, secundum omnes rationes scādali, [i] put tradit Nauarrus. Hinc sequitur quod habentes morbū caducū, id est, qui facit cadere, sunt etiam irregulares, cū quibus solus Papa dispensare potest, vt ordinentur, & qui semel passus est hunc morbum nunquā debet ordinari: nec possunt prælati religionum talibus facultatem concedere, vt promoueantur. Si vero iam fuerint promoti, nequeūt prælati cum illis dispensare, vt Ordines exequantur, si multoties in terram cadunt ratione periculi. Si tamē nō multoties cadūt posūt Prouinciales dispēsare, dūmodo quando cadūt nō spument, cū dæmoniaco vero nunquā licet prælato dispēsare. Hæc omnia dicta sūt ex mente omniū Doctorū, quos refert & sequitur Nauarrus. [k] Aduertendū insuper, q
i Nau. c. 27. no. 203.
k Nau vbi. sup. num. 205.
ille

ille, qui incidit in insaniã & phrenesim organis sensuũ minimè deordinatis, non sunt irregulares, postea ad sanam mentem deuenientes: sicut etiam minimè irregulares censentur per breue tempus vsum rationis perdentes ratione alicuius magnæ passionis, si statim ad se reuertuntur. Vt tenet Nauarrus, [a] dicens hanc opinionem esse doctissimorũ virorum ex familia ordinis Prædicatorum, cum quibus super hoc puncto habuit consultationem.

a Nau. vbi s.

## ARTICVLVS. IIII.

### An Episcopus an vero prælatus regularis debeat iudicare sit nè religiosus corpore vitiatus.

REspondeo dicendo, quod Angelus [b] tenet religiosum esse promouendum, vel repellendum, iudicio & examini sui Prælati regularis esse relinquendum. Sylue ster [c] tamen, quem sequitur Nauarrus dicit non esse iudicandum, nisi ab Episcopo, qui debet ordines conferre: quam opinionem puto verisimam. Licet enim prælati regulares habeant iurisdictionẽ ordinariã, & quasi Episcopalem circa suos subditos: hoc tamen intelligitur quantum ad absoluendum & ligandũ in foro interiori, & exteriori: non tamen respectu ordinandi & cõferendi ordines. Ipsi enim (exceptis Abbatibus) etiam minores ordines minimè possunt conferre. Vnde sicut nõ habent potestatem ad ordines conferendum: ita etiam non habent potestatem ad iudicandum an ordinãdi sint irregularitate corporis vitiati infecti, quando in dubio versatur, an ea sint maculati, nisi hoc expresse ipsis à sede Apostolica committatur.

b Angel. v. corpore vitiatus.
c Sylues. v. corpore vitiatus. nu. 2. Nau. vbi su. nu. 200.

## ARTICVLVS V.

### An Prouinciales possint dispensare, vt religiosus possit celebrare velato capite propter infirmitatem capitis.

REspondeo dicendo, q̃ doctissimus Nauarrus [d] cõstanter tenet, quod non est irregularis sacerdos, qui non nisi velato capite potest celebrare propter capitis fragilitatem. Quod probat: quia licitum est non solũ infirmum caput habenti, sed etiã sanũ, dicere sacrum amicto velatũ, vt maiori deuotione & attentione cultum diuinum exequatur. Imò addit licitum esse homini fragilitate capitis laboranti facere sacrum aliquo tegumento honesto in capite supra posito, præsertim vsque ad consecrationẽ. Et addit quod, si scrupulo stimuletur recurrat ad suum Episcopum, qui in hoc casu optimè potest dispensare. Et per consequẽs poterũt etiam dispensare Prouinciales cum suis religiosis simili necessitate laborantibus, cum habeant iurisdictionem, quasi Episcopalem.

d Nau. lib. 3. consil. ti. de celebr. miss. cons. 4. pag. 345. in 1. edi tione.

## ARTICVLVS. VI.

### An Prouinciales possint dispensare cũ infamibus.

REspõdeo dicendo, q̃ infamia, quæ nascitur ex notorietate delicti inducit irregularitatẽ reductam ad irregularitatẽ, quæ oritur ex corpore vitiato. Et infamia tam facti, quã iuris notatus, est irregularis, Prout in multis iuribus [e] probatur, & tradunt communiter Doctores; in qua cũ nascitur ex infamia iuris solus Papa potest dispẽsare iuxta Villadiego. [f] In ea vero, quę nascitur ex infamia facti, qualis est illa, quæ nascitur ex crimine graui notorio, etiã Episcopus dispensat, quin etiam & pœnitentia iusta & emendatione vitę interdum aliqua tollitur; quia omnis res per quascunq; causas componitur, per easdem dissoluitur, vt tenet Nauar. [g] Ex dictis infertur, q̃ Prouinciales religionũ non possunt dispensare cũ fratribus infamia iuris maculatis: quia, v.g. fuerunt conuicti de crimine nefando, & iuridice condẽnati: cũ infamati iuridice de crimine enormi sint irregulares, iuxta tradita à Nauarro, [h] & per consequens indispẽsabiles à prælatis inferioribus. Nec his obstat, q̃ Sixtus IIII. concesserit generalibus, prouincialibus, & eorũ vicarijs facultatẽ ad dispensandum super quibuscunq; irregularitatibus, exceptis homicidio volũtario, mẽbrorum mutilatione, & bigamia: & excipiẽdo has irregularitates videtur concedere licentiam ad reliquas dispensandas. Nam respondetur, quod etiam si excipiat supradictas, non videtur concedere, quod possit dispensari in irregularitate, quæ procedit ex enormi corporis vitio, sicut dictum est in superioribus propter scandalũ, quod generat fidelibus propter notorietatẽ dictæ enormitatis.

e Gloss. & not. per Frã cũ in c. infamibus de reg. iur. li. 6. & c. 2. iuncta glo. fi. de ord. cognit. & c. ipsi Apostoli. 297.
f Villadieg. vbi s. col. 50.
g Nauar. in Manu. c. 27. nu. 204.
h Nauar. in man. ca. 25. n. 75. & 76. & c. 27. nu. 248.

tatis. Et cum de dissimilibus idem sit iudicium, videtur, quod etiam non cōcesserit autoritatem ad dispensandum cum notorio iuridice infamato, propter scandalum quod generaret fidelibus propter notorietatem dictæ deformitatis, & enormitatis, & sic pro eis ad Papam recurrendum est.

## ARTICVLVS VII.

### *Vtrum prælati regulares possint dispensare cum suis religiosis in irregularitate quæ procedit ex animi defectu.*

REspondeo dicēdo, quod irregularitas ex animi defectu multiplex esse potest. Primo incurrunt hanc irregularitatem furiosi, lunatici, dæmoniaci, & habentes morbum caducum, & cum talibus non possunt prælati dispensare, vt promoueantur, prout iam dictum est in articulo quarto. Verumtamen si iam promoti sunt, & ex toto liberati fuerint debet tempus commodum ad arbitrium prælatorum assignari, vt experimentum assumatur, & tunc poterit cum illis dispensare vt celebrent. Dicente Diuo Hieronymo [a] in hunc modum. Verum si post sacerdotium furere incepit non ideo sacerdotio carebit, nisi forte nunquā ad sanæ mētis officium illum redire cōtingat. Hæc Hieronymus. Tamen si non sunt omnino liberati distinguendum est: Aut enim patiuntur frequenter tales passiones, & tunc arcere, & priuare debent prælati eos ab officio missæ, vt decreuit Alexāder [b] Secundus, & Pius [c] Papa. Verum si raro prædictæ passiones eueniant, poterūt prælati permittere, vt celebrēt, vt ijdē Pontifices insinuant, dummodo associentur cū alio sacerdote parato ad celebrandum, si infirmitatis passio forte contingat; nisi ita apprehendat eos vt spument, & vt furiosi dentibus fremāt. In hoc enim casu, neque cum socio sacerdote possunt celebrare. Aduerte tamen, quod cum furiosis, & similibus nec Papa potest dispensare vt ordinentur, nec vt in promotis administrent, vt notant cōmuniter scribentes; teste [d] Nauarro. Secundo incurritur irregularitas ex defectu fidei. Quare qui non est baptizatus, quamuis sit conuersus nullo pacto potest ordinari: neque postquam fuerit baptizatus, si est nouiter conuersus (qui Neophytus appellatur) potest promoueri. neque cum illis poterit prælatus dispensare, vt cautum est in iure [e]. Si tamen roges, quāto tēpore duret nouitiatus in fide, in quo non potest nouitius seu neophytus ad ordines maiores, nec minores promoueri? credo quod duret per tempus commodum per Episcopum assignandum respectu sęcularium, aut per prælatos religionum, quoad suos subditos; aut per decennium, vt innuit Nauarrus [f] dicens, quod conuersi post decem aut viginti annos non prohibentur ordinari. Filij præterea hæreticorum pertinacium, vsque ad secundam generationem per viam masculinam inclusiuè, & vsque ad primam per fœmineam excluduntur, ab ordinibus suscipiendis, & cēsentur irregulares, vt decreuit Bonifacius [g] Octauus. Cuius decretalem ad hoc propositum ponderauit Iacobus Septimacensis affirmās, quod secundum ius alij præter istos descendentes ab hæreticis non possunt ab ordinibus sacris repelli. Et secundum hoc debet explicari Concilium Tridentinum [h] præcipiens Episcopis, vt ante quam aliquos ordinent verum genus inquirant, prout aduertit Salzedus. [i] Non enim Concilium nouum impedimentum ponit, sed solum præcipit obseruari quæ antea in sacris canonibus erant instituta. Et aduertendum, quod cum nouiter conuersis, vt possint ad sacros ordines promoueri, & habere beneficia Ecclesiastica, possunt Episcopi dispensare, habentes de suis bonis moribus & profectu in Christianitate experientiā non vulgarem, prout dicitur in iure, & tradit Couarruuias. [k] Et per consequens id ipsum à fortiori possunt prelati regulares cum suis subditis: cum nō solum habeant iurisdictionem episcopalem sed tractent de promouendis regularibus, qui fauore religionis multa habent priuilegia. Et sicut præsumuntur continentes etiā si sint illegitimi, vt dicitur in iure [l], ita præsumuntur boni, etiam si sint nouiter conuersi. Tertio incurritur irregularitas ex defectu scientiæ: & ideo idiotæ irregulares censentur, quia iura prohibent [m] illiteratos ordinari. Est tamen dubium valde notandum, videlicet an religiosi idiotæ nullam habentes latinæ linguæ cognitionem possint licite promoueri ad sacros ordines, obtēta suorū superiorū licentia? Cui dubio respōdetur per sequentē assertionē.

Con-

a c.fi.15.q.1.
b c.inliteris 16.q.2:
c c. communiter.33.d.
d.Nau.c.29. nu.205.
e c.totam.d 48.
f Nau.27.no 205.
g ca.statutū fœlicis recordationis de hæreticis li.6. Septimacensis in inst.catho.ti. 29 n.15.
h Conc.Trisef.23.de reform.c.3.
i Salz.in practi.cri.c. 22. pag.77.
k c.1.d.5.Couar.in cle.si furiosus 1.p §2.n.7
l c.1.de filijs presbyter.
m c.in singulis 77.d.Cōci.Tri.sess.25 de resid.prælator.c.ii.

Pro Religiosis.

conclusio est; in religiosis non requiritur tanta scientia ad ordines suscipiendos, quāta requiritur in clericis sæcularibus. Nam clericos illiteratos omnino repellendos esse ab ordinibus suscipiendis iura prædicta statuere: id autem de religiosis nunquam sanxere. Ratio est: quia religiosi regulariter loquendo, non ordinantur ad curam animarum habendam; & quanuis ad eandem curam sacris initientur, adhuc non requiritur in eis tanta scientia: quia semper manet in illis spes de comparanda sibi scientia, & cognitione necessaria ad suum ministerium peragēdum. Eo quod viuunt semper in cœnobijs, in quibus vigent, aut literarum studia, aut semper sunt plures viri literati, à quibus edoceri possunt. Ex quibus dicit Hēriquez, [a] allegans Maiolum & alios, licitū esse Episcopis sacris initiare religiosos bene legentes, & cantantes, etiam si in lingua Latina deficiant. Circa quod nota, non esse opus, vt religiosus sciat omnes difficultates ad sacramentū ordinis pertinentes: sed tantum quod sciat & intelligat necessaria, & essentialia, quæ communiter scire solent sacerdotes celebrantes. Videlicet, quod Septem sint Ecclesiæ sacramenta: & quod conferant gratiam, & quod in sacramento altaris continetur realiter & substantialiter corpus Christi facta consecratione: & quod materia est panis & vinum, & forma verba consueta. Hanc conclusionem sic explicatā docuit olim quædam [b] glossa celebris. Verba cuius agentis de requisitis ad sacros ordines, sic se habent. *Sufficit monacho, quod tantū bonus sit, licet sit illiteratus.* Quæ nimirum glossa à nemine, quem ego viderim, fuit vnquam reprobata; imò ab omnibus suscepta, præsertim à Sylvestro, [c] Angelo, Philippo Franco, & Dominico. Et Doctissimus Soto [d] eam veritatem luculenter agnouit, sic dicens: *Quando religiosi, qui curam animarum non habent ordinantur, non requiritur alia scientia, quam vt mysteriū sacramenti intelligāt.* Hæc conclusio euidenter colligitur & deducitur ex Decretali [e] Clementis Quarti. Atque adeò mirari non desino, quoties audio aliquorum dominorum Episcoporum rigidam examinationem cum religiosis ordinandis, cum Concilium Tridentinū non imponat prædictis Episcopis necessitatem examinandi religiosos per se, aut per sæculares. Sed sufficit, quod Episcopis constet per literas testimoniales prælatorum regularium esse prædictos religiosos ordinandos examinatos per suos prælatos. Et qui sic ordinantur, non promouentur sine diligenti Episcopi examine, vt Concilium Tridentinum [f] statuit. Cur enim magis debet credere Episcopus sæculari examinatori, quam prælato regulari testificanti de scientia ordinandi? Insuper, si considerentur verba concilij, solum loquitur de clericis sæcularibus ordinandis, non autem de religiosis: prout ego in superioribus [g] demōstraui. Nec supradictis obstat nunc decretum Concilij Tridentini [h] statuens, quod nemo ad presbyteratus ordinem admittatur, nisi sit sufficiēter instructus ad docendum populū ea, quæ scire omnibus necessariū est, & ad administranda sacramenta diligenti examinatione præcedenti idoneus cōprobetur. Nam huic decreto respondetur, cōtrariū esse in vsu inter doctos & religiosos timoratæ cōscientiæ, qui tantā sufficientiā nō petunt in presbytero ordinando. Nec concilium voluit tam exactam sufficientiā, quam aliqui postulant, scilicet, vt possit sæcularium confessiones audire. Nā idemmet Conciliū [i] ordinauit, nullū presbyterum etiam regularem posse sæculariū confessiones audire, nisi fit examinatus, & per Ordinarium approbatus. Nec obstat Conciliū Bracharense [k] ordinans, quod tales debent esse idonei ad dictas cōfessiones sæcularium audiēdas. Concilium enim non loquitur de simplicibus presbyteris, sed de presbyteris, qui ordinantur ad titulum alicuius beneficij curati, vt constat ex annotationibus positis in initio dicti concilij. Præterea dicta concilia non habent locum in religiosis, qui, vt sæpe dictum est, non ordinātur, vt curam animarum exerceant. Et per dictas rationes possent domini episcopi dimittere scrupulum. Nescio tamen, an sint sufficientes & efficaces ad temperandum nimium rigorem, quo nonnulli eorum concitantur in religiosos ordinandos, quod (proh dolor) nescio vnde prouenit, cum nullos in curandis animabus, prædicando, confessionibus audiendis insistendo, & alia ad diuinum cultum pertinentia peragendo habeant maiores & meliores coadiutores.

ART.

[a] Henri. de sacram. ord. lib. 10. ca. 16. in fi. Maiol. lib. 1. de irregul. ca. 31. nu. 5. & 20.

[b] Glos. in c. legi 16. q. 1. verb. instructus.

[c] Sylues. v. clericus. 2. n. 1. Angel. ibi n. 2. Frācus, & Dominicus in c. nullus de temporibus ord. lib. 6.

[d] Sot. in 4. d. 25. q. 1. ar. fin. pag. 60. col. 1.

[e] Cap. Nullus. de tempor. ordin. lib. 6.

[f] Conc. Trident. sess. 23. de reform. prælat. c. 12.

[g] Sup. q. 18. artic. 5.

[h] Conc. Trident. sess. 23. de reform. prælat. cap. 14.

[i] Conc. Triden. vbi su. cap 15.

[k] Cōc. Brachar. art. 2. cap. 20.

## ARTICVLVS VIII.

### *Vtrùm prælati regulares poßint diſpenſare in irregularitate proueniente ex defectu lenitatis.*

REſpondeo dicendo, pro explicatione tituli quæſtionis eſſe notandum, quod hæc irregularitas oritur ex occiſione, vel mutilatione membri hominis in caſu licito. Quia viſum eſt eccleſiæ non poſſe ſatis repreſentare lenitatẽ, atq; mãſuetudinẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui propter nos ſuum propriũ ſanguinẽ fudit, & morti ſe tradidit, eum, qui occidit vel mutilat etiã licite, prout tradit Diuus Thomas. [a] Quid autem hic nomine membri veniat, vide, quæ ego late trado in noſtra Summa confeſſorum, & quæ infra dicenda ſunt. Ad propoſitam igitur quæſtionem deueniendo, dico q; priuilegia conceſſa religionibus, vt earum generales & prouinciales poſſint diſpẽſare in omnibus irregularitatibus excipiendo tres, ſcilicet, homicidium voluntarium, bigamiam, & mutilationem membrorum, videntur concedere facultatem ipſis prælatis ad diſpenſandum cum ſuis ſubditis in irregularitate, quæ procedit ex defectu lenitatis. Nam homicidium voluntarium in hac materia ſolum eſt illud, quod procedit ex delicto, & culpabiliter contra iuris ordinem & iuſtitiam perpetratum, prout explicat Caietanus, [b] quem ſequuntur Couarruuias, & Nauarrus. Et homicidium, de quo hîc nobis ſermo eſt, licet ſit voluntarium (iudices enim & miniſtri iuſtitiæ voluntarie occidunt, aut mandant occidere reum) non tamen eſt culpabile, & ſic nomine cooperantur ad homicidium iniuſtum. Et hanc opinionem tenet Bañes [c] dicens, dictos prælatos poſſe diſpenſare cum ſuis ſubditjs occidentibus aliquẽ in bello iuſto cum hoc homicidium non ſit illud homicidium voluntarium, ratione cuius contrahitur irregularitas ſolum per Sũmum Pontificem diſpenſabilis. Et hanc opinionem tenet Vrualdus, [d] in ſuo candelabro aureo dicens ita practicari. Et hanc opinionem tenent Palanco [e] Felicianus, & Maiolus, dicentes, vniuerſaliter homicidium voluntarium, cuius irregularitas ſoli Papæ reſeruatur, & non comprehenditur in iubileis, & in alijs priuilegijs concedentibus diſpenſationem ab irregularitatibus ſolum comprehendere homicidium prohibitum. Homicidium enim ſignificat factum iniuſtum, quod prohibetur in quinto præcepto Decalogi, iuxta tradita ab Auguſtino, [f] Diuo Thoma, & Soto. Ex quibus videtur, quod cum Concilium Tridentinum [g] concedat Epiſcopis vt poſsint in foro conſcientiæ abſoluere à quacumque irregularitate Papę reſeruata orta ex delicto occulto, non deducto in forum contentioſum, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, quod modo Epiſcopi poſſunt diſpenſare in irregularitate occulta procedente ex occiſione iuſta hominis, etiamſi ſit voluntaria, cum non ſit homicidium voluntarium. Nam ſecundum ius antiquum ad hoc, ſecundum Couarruuias [h] habebant poteſtatẽ. Sed ex hac parte ego non poſſum huic opinioni aſſentire, ſicut in noſtra Summa [i] confeſſorum annotaui. Licet enim prædicta occiſio non ſit homicidium voluntarium, eſt tamen occiſio inducens irregularitatem non ratione culpæ occultæ, ſed ex defectu lenitatis. Et Concilium Tridentinum ſolum concedit licentiam Epiſcopis, vt poſſint diſpenſare in irregularitatibus procedentibus ex delictis occultis. Sed ex alia parte poſſumus huic adhęrere ſententiæ, ſcilicet, quod Epiſcopis conceditur licentia ad diſpenſandum in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus, non deductis in iudicium, excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario. Et non negat, quod virtute iuris antiqui poſſint diſpenſare in hac irregularitate procedente ex occiſione hominis iuſta occultè facta. Nam caſus omiſſus à concilio remanet in diſpoſitione iuris communis antiqui incorrecti, prout dicitur in iure. [k] Et ius generale limitatur per ſpeciale etiam antiquius, vt tradunt Iaſon [l], & Beroius, vt eui tetur correctio iuris quoad fieri poteſt, iux ta id quod traditur in quadam decretali. [m] Et licet Nauarrus teneat contrarium, ratio tamen iſta videtur efficax. Ex quibus infertur, quod cum generales & prouincia les regularium habeant iuriſdictionem qua ſi epiſcopalem, quod poſsint diſpenſare in irregularitate procedente ex dicta iuſta occiſione occulta. Et licet Nauarrus [n] hoc ne gauerit, in Epiſcopis non currit eadem ratio

a D.Th. 2.2. q.40.ar.2.

b Caiet.ver. irregularitas. Coua.1. p.relect. clemẽ. ſi furioſus. §.3.n.7. in fi. Nauar. in Man.c.27 n.240. adiũcto. n.217. in fi. & in de iudi. nu. 104.

c Bañes 2.2. q.40. arti.2. dub.4.

d Viuald. in candelabro au.2 p.ti. de irregul. §. de diſpen. quo ad fratres. n 326. p.227.

e Palã. in direct. Felicia. de irregula. c.9. & 11. pag 494. & pagi. 182. Maio. li. 5. de irreg. c. 48. §.3. no.18

f Aug. li.1. & lib. arb. c.4. D. 1.2. q. 88. a 6. ad 3. Soto lib.2. de iuſt. q.3. a.8. & li. 5. q.1. ar.2.

g Con. Triſ. ſeſſ.24. de reform. c.6.

h Coua: vbi ſu. §.3.

i in Summ. vbi ſu.

k l. præcipimus. c. de appellat.

l Iaſ. in l. nõ eſt nouum. nu.3. ff. de lega. Beroius. con.137. no. 3. col.2.

m c. cũ expediat de elect. libro.6.

n Nau. c.27. nota.194. & 239. & conſ. 34. tit.12. de homic. lib.5 conſi.

tio in dictis prælatis regularibus,cum vltra ius commune habeant maius priuilegium, scilicet, vt possint dispensare in irregularitate ex homicidio voluntario occulto,proueniente, de quo infra dicemus in hac quæstione,& cui cõceditur maius,cõceditur minus,vt clamant iura,& ratio naturalis satis euidenter innuit. Ex quibus resolutiue colliguntur duo.Primum est,quomodo sit intelligendum priuilegium concessum Ministro generali, & prioribus prouincialibus, & conuentualibus ordinis Prædicatorum, de quo in libro, Monumenta ordinum [a] in secunda impressione, vt possint dispensare in quacunque irregularitate orta ex quacunque causa,præter quam ex homicidio voluntario,bigamia,& mutilatione membrorum.Nam prædictum priuilegium non est intelligẽdum de quocunque homicidio voluntario,sed de homicidio,quod est delictum & peccatum contra quintum præceptum Decalogi,& non de homicidio voluntario patrato mandato iudicis, & in bello iusto. Et sic prouinciales, & generales possunt dispensare cum fratribus professis qui existentes in mundo iudicando, aut ministerium iustitiæ peragendo,hominem ad mortem, aut mutilationem membrorum condemnauerunt, & eorum sententia executioni fuit mandata, propter q̃ irregularitatẽ contraxerunt: cum eorũ irregularitas nõ fuerit orta ex homicidio iniusto. Secundum est, quod possunt dispensare cum dictis fratribus irregularibus ex occisione, aut mutilatione membrorum alicuius hominis in bello iusto:cum dicta occisio , & mutilatio non sit peccatum contra quintũ præceptum Decalogi.Erit autem iustũ bellum tribus concurrentibus.Primum auctoritate in Principe ipsum bellum mouente, scilicet,q̃ sit Princeps & supremus in tẽporalibus.Dixi mouente;nam etiam inferior ipso Principe potest vti bello defensiuo cõtra inimicos non expectata supremi Principis facultate,prout resoluit [b] Bañes. Secundum est causa ad bellandum,scilicet iniuria illata à parte contraria. Tertia est recta intentio,scilicet q̃ bellum non ineatur odio, sed zelo iustitiæ. Et deficiente aliqua istarum qualitatum bellum ipsum iniustum nuncupatur,prout constat ex traditis à D. Thoma [c], Castro,Couarruuias, Corduba, Nauarro,& Nauarra.Ad Principem autem spectat examinare de iustitia belli iusti, aut iniusti,de quo latius in nostra Summa confessorum secundo tomo, capite centesimo vigesimo quarto.Supradicta autem ex dicendis in articulo sequenti magis patent, & confirmantur.

a in 1. impr. fo.240. cõce. 575.

b Bañes 2.2. q.40.art. 1.
c D.Th.2.2. q.40.ar.1.& q.41.ar.1.& q.66.arti. 8. Cast.aduersus hære. verb.bellũ. Cou.in reg. peccatum.2 p.§.10.& 11. Cor.li.1.qq. q.39.Nau.in man.c.15.n. 15.Nauarra li.2.de rest.c 3.n.159.

## ARTICVLVS. IX.

### *Vtrum Generales & Prouinciales possint dispensare in irregularitate contracta ex homicidio voluntario.*

RESpondeo dicendo, quod ille dicitur homicida voluntarius super cuius irregularitate dispensandi potestas excipitur in omnibus facultatibus dispensandi super irregularitate factis à Summo Pontifice,cuius homicidium fuit illicitum intentũ, siue volitum in se saltim æquipollenter alias,quam vitandi mortis causa ab oratore.Dixi illicitum.Nam homicidiũ licitũ nõ est homicidiũ voluntarium,prout probatũ est in articulo superiori.Dixi intẽtum, siue volitum in se,quia non sufficit vt sit volitũ in causa:quale est omne homicidium casuale producens irregularitatem, secundum diuum Thomam [d] communiter receptũ. Dixi,saltẽ æquipollenter,ad includendum illud,quod non est quidem intentum,seu volitũ in se,sed in causa adeo propinqua morti,vt moraliter vix sint compatibilia velle illam causam,& nolle occidere. Cuiusmodi sunt,nolle occidere,& venenum , quod scit esse mortiferũ,propinare,vel ferire ense pũctim,circa præcordia,vel in alia parte periculosa.Dixi,alias quã vitandę mortis causa ad excludendũ intẽtum ob defensionem vitandæ mortis causa: de quo infra dicemus, Dixi ab oratore,idest à petente dispensationem,quia nõ sufficit,vt intendatur ab alio: Fit enim sæpe,q̃ idem homicidiũ sit volũtariũ vni & nõ alteri,quale est quod facit Petrus percutiendo aliũ animo occidendi mãdante Ioanne , vt aliquam iniuriam leuem citra deformationem ei dicat,vel faciat.Illud enim Petro est voluntarium, & Ioanni non. Vnde si Petrus ingrediatur religionẽ & profiteatur ipsam secundum supradicta nõ possunt Prælati regulares cum eo dispẽsare,possunt tamẽ dispensare cum Ioanne si similiter ingrediatur religionem , & in ea

d D.Th.2.2. q.64.ar.fina.

profiteatur. Et definitio supra dicta fundatur in verbis Cõcilij [a] Tridẽtini dicẽtis. Cũ etiã qui per industriam occiderit proximũ, suum, & per insidias ab altari auelli debeat, quia sua voluntate homicidiũ perpetrauerit. Et infra: Si vero homicidiũ nõ ex proposito. *Quæ verba per industriam per insidias, sua voluntate, & ex proposito.*

a Con. Tri. sess. 14. de reform. c. 7.

Satis indicant definitionem homicidij voluntarij superius assignatam. Nam verba per industriam, vel per insidias excludunt occisionem hominis factam iuridice à iudice, qui non per industriam, neque per insidias, sed per allegata, vel probata ipsam præcipit faciendam. Indicant etiam non comprehendi occisionem factam in iusto bello; ipsa enim non fit per insidias & industriam mortiferam. Verba autem, *voluntate sua, & ex proposito,* excludunt omne homicidium casuale: hoc enim nõ contingit ex voluntate & ex proposito, prout satis explicatum est in superioribus. Ex quibus infertur intellectus ad priuilegia concedentia Prælatis regularibus facultatem ad dispensandũ in omnibus irregularitatibus, exceptis tribus: de quorum numero est irregularitas orta ex homicidio voluntario. Ea enim priuilegia intelliguntur de homicidio volũtario, sic explicato. Et similiter intelligendũ est decretum Concilij [b] Tridentini, statuens licere Episcopis in irregularitatibus omnibus & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, &c. dispensare. In eo enim decreto solum excipitur irregularitas contracta ex homicidio voluntario superius definito. Et sic Dñi Episcopi possunt dispensare in irregularitate orta ex homicidio casuali: quod patet ex traditis per Nauarrum. [c] Et aduertẽdum, quod homicida non solum est irregularis quoad ordines, sed etiam quoad quascunq; Prælaturas in religione: quales sunt Guardianatus, & Prouincialatus. Quia licet oppositum fuerit declaratum in quodam nostro Capitulo generali Basilienſi. In Concilio tamen Tridentino [d] determinatum est contrarium, Definiente homicidas voluntarios non posse promoueri ad sacros ordines, neque ad beneficia Ecclesiastica, etiam si curam non habeant animarum. Et sic eo ipso quod in concilio prohibentur homicidæ habere beneficia ecclesiastica, prohibentur etiam habere prædictas Prælationes in religione.

b Con. Tri. sess. 24. de reform c. 6.

c Nau. c. 27. n. 240.

d Con. Tri. de reforma. sess. 24. c. 7.

## *ARTICVLVS X.*

### *Vtrùm Prælati regulares possint secundum suorum priuilegia dispensare in irregularitate procedente ex mutilatione voluntaria alicuius membri.*

REspondeo dicendo, quod antiquitus solus Papa poterat dispensare in irregularitate procedente ex mutilatione voluntaria membrorum: prout definitur in iure, [e] & tradunt communiter Doctores teste Couarruuia & Nauarro. Nunc autem post concilium Tridentinum [f] habent Episcopi facultatem in foro conscientiæ dispensandi, vt ad omnes ordines sacros, & ad beneficia Ecclesiastica possint promoueri, si delictum mutilationis fuerit occultum, nec deductum in iudicium: etiam si per insidias, industriam & ex proposito dictam mutilationem perpetrauerint. Nam concilium concedit facultatem Episcopis ad dispensandum in foro conscientiæ in omnibus irregularitatibus procedentibus ex delicto occulto, & non deducto in iudicium, excepta illa, quę oritur ex homicidio voluntario. Per homicidiũ autem voluntariũ, non intelligitur mutilatio voluntaria, prout aduertit Nauarrus. [g] Neque obstat, quod homicidium voluntarium, & mutilatio voluntaria videntur pro eodem accipi in iure. Nam respondeo, quod hoc debet intelligi in hunc sensum. Scilicet, quod sicut ex homicidio voluntario incurritur irregularitas: ita etiam ex mutilatione voluntaria: & sicut non incurritur irregularitas ex occisione hominis propter defensionem: ita etiam non cõtrahitur ex mutilatione propter defensionẽ. Attamẽ in vniuersũ nõ quidquid attribuitur homicidio volũtario, attribuitur etiã mutilationi volũtariæ. Nec talis regula generalis in iurre datur. Imo in diuersis titulis collocãtur apud sacros Canones homicidiũ & mutilatio, vt cõstat ex titulo de homicidio, & ex titulo, de corpore vitiatis, in Decretalibus: & in Clemẽtina si furiosus, de homicidio. Et de mutilatione separatim fit mẽtio, innuens, quod qui dicit homicidium non

e c. 1. de cler. pugnãt. in duello Cou. vbi su. 1. p. n. 7. Naua. vbi. sup. n. 200. in fi.

f Con. Tri. sess. 24. c. 6. de refor.

g Nau. c. 17. n. 194. in fin. notabilis.

non dicit mutilationē:neq; qui dicit mutilationē dicit homicidiū:neq; in lingua Latina hęc duo nomina pro eodē capiuntur. Vnde Alexāder III. [a] concedens facultatem cuidā Episcopo ad dispēsandū cum quodā clerico,qui intrauit in duellū,addit dicēs: Dūmodo ex ipso duello homicidiū, vel mēbrorū diminutio non fuerit secuta.Et superfluū esset apponere illā particulā *(mēbrorū diminutio)* quæ idē significat,quod mēbrorū mutilatio,si verbum homicidium voluntarium idem significaret.Præterea patres,qui interfuerunt in Concilio Tridentino erudi tissimi erant in iure Canonico: & per consequens intelligebant nomine homicidij voluntarij non venire mutilationem voluntariam.Quare excipientes solum irregularitatem procedentem ex homicidio voluntario videntur clare cōcedere Episcopis facultatem in foro conscientię ad dispensandum in foro conscientiæ ab irregularitate procedente ex mutilatione voluntaria occulta, non deducta in iudicium. Ex quibus infertur,quod patres Generales & Prouinciales Ordinum Mendicantium possunt dispensare cum suis subditis in foro conscientiæ in irregularitate procedente ex mutilatione voluntaria occulta,non deducta in iudiciū: cum habeant iurisdictionem quasi Episcopalem,vt sæpe dictum est in superioribus. Tū etiam, quia Pius Quintus concessit Prouincialibus Ordinis Prædicatorum facultatem circa suos subditos, quam concessit Concilium Tridentinum Episcopis circa suos diœcesanos:prout iam in superioribus sæpe repetitum est. Et id etiam declarauit Gregorius Decimustertius,cōcedēdo id,anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo quarto Generalibus & Abbatibus congregationis Hispaniæ ordinis Cistercienſis, vt refertur in compendio [b] dicti ordinis.

Sed restat explicare quæ sit mutilatio membrorum,inducens irregularitatem Papæ in foro exteriori reseruatam:vt inde indagemus,quę sit irregularitas ita ex mutilatione membrorum occulta: in qua in foro conscientiæ possunt Episcopi & prælati regulares dispensare?Ad cuius rei explicationem notandum est, quod mutilatio membrorum in hac materia est diminutio alicuius membri totalis. Et ita quando vnus alteri aliquod membrum debilitat, non incurrit irregularitatem. Nam etiam si mēbrum debilitatum inutile reddatur ad suas operationes exercendas,non ideo desinit esse mēbrum vtile ad corporis ornatum. Et certum est, quod pœnę benigne debent interpretari. Vnde cum ius iudicet irregularem membrum mutilantem,hoc ius pęnale non debet extendi ad homines membrum debilitantes. Et sic ille, qui deformauit faciem alicuius hominis,aut lęsit oculos ipsius non excæcando eum, minime irregularis est: prout contra Syluestrum [c] tenent Couarruuias,& Nauarrus.Quod est tenendum.Licet nouissime Salzedus opinionem Syluestri sequatur.Secundo est notandum, quod incurritur irregularitas ratione mutilationis membrorum,quando mutilantur membra,quibus corpus mouetur,& ad suas operationes obeundas adiuuatur,habens vnum quodque eorum suas particulares & distinctas actiones & officia: Sicut habent oculi ad videndum, pedes ad ambulandum, manus ad palpandum; nares ad olendum:lingua ad loquendum.Ita explicant Couarruuias. [d] Nauarrus, & Salzedus.Ex quo infertur contra Caietanum, quod ex mutilatione digiti non incurritur irregularitas. Digitus enim non est proprie membrum. Licet enim habeat suam operationem:hæc tamen operatio minus principalis est. Principalior enim ipsius digiti operatio est adiuuare manum ad suas operationes exequendas :prout aduertūt Couarruuias [e] & Nauarrus.

a c.1. de cleric.pugn.in duello.

b Comp.D. Bernar.ver. absolutio quoad frat. §.11.

c Syl.v. homicid.3.n.4 Cou.3.p.rect.Clemē. si furiosus in initio. n. vlt.Nau. 27. n.7 c.7.& li. 3.consil.consil.20.tit. de homici. Salze.in pract. c.99.pag.343

d Coua.vbi sup.n.8.Naua.d.c.27.n. 206.Salzed. vbi sup.

e Coua. vbi sup.n.8. Naua in vtroq; man.c.26.n. 16.

## ARTICVLVS XI.

### *Vtrùm Prælat regulares posśint secundum ius commune dispensare in irregularitate contracta ex homicidio occulto.*

REspondeo dicendo,maximam fuisse dubitationem, an homicidium occultum inducat irregularitatem ipso facto. Et ne per ignota procedamus: homicidium occultum tripliciter potest cōsiderari. Primo modo,quod nulla ratione potest in iudicio probari,neq; in notitiā hominis venire,nisi ex propria occisoris cōfessione.Secūdo modo dicitur homicidiū occultum, quod licet nō sit deductū ad forū contētiosum,potest tamē accusari & deduci.Et de hoc certū est inducere irregularitatem,de primo vero dubitatur.

bitatur. Scio nanque communem esse opinionē, quod vera contrahitur irregularitas ex homicidio occulto primo modo. Nullam tamen vidi rationem nec autoritatem, quæ id efficaciter probet. Imo iura omnia, quæ huic vidētur suffragari sententię omnino refragari existimo. Ideo statuitur conclusio probabilis, quod per homicidiū omnino occultum nulla cōtrahitur irregularitas. Hanc opinionē tenet noster doctissimus Castro. a Nā quanuis illi placeat Abbatis opinio dicentis, quod in foro cōscientiæ contrahitur irregularitas ab Episcopo tunc dispensabilis: verum eius rationes eò tendunt, vt per eas probet nullam in foro conscientiæ incurri irregularitatem per homicidium omnino occultū, nullaque in eo casu opus esse Episcopi dispensatione. Vt Couarruuias b dicit Castro sic sentire videlicet, quod nulla contrahitur irregularitas. Et eam opinionem primo probat Decretalis c expressa, in qua sic dicit Alexander Tertius. Verumtamen, quia peccatum occultum est, si promoueri voluerit eum non debes aliqua ratione prohibere. Quæ verba sunt maxime ponderanda, Nam loquitur Decretalis de delicto degradatione digno. Id etiam probatur, quia nulla incurritur irregularitas, nisi in casibus à iure expressis, vt omnes autores tenēt contra Sotum teste Nauarro d & Medina. Sed nulla est Decretalis expressa, in qua sit decretum, quod per delictum omnino occultum contrahitur irregularitas. Nam quanuis sint iura e dicentia quod sit illata irregularitas, quando culpa latet, vel quando delictum est occultum. Sed nullibi dicitur, quod talis pœna sit inflicta, quando omnino culpa latet, vel delictum est omnino occultum: ergo non incurritur. Imo Concilium f Tridentinum nostræ sententiæ maxime fauet. Nam euidenter innuit, quod homicidium occultum, propter quod incurritur irregularitas, non sit omnino occultum, sed illud appellat occultū, quod non sit ordine iudiciario probatum, & quod potest probari est aliquo modo publicum. Et hoc Castro & omnes concedunt inducere irregularitatem. Cum ergo homicidium, quod non potest probari vllo modo in iudicio, non sit publicum moraliter, sed secretum & occultum de perse moraliter loquendo, inde colligitur non esse de mente concilij, quod irregularitas incurratur propter homicidium sic occultum. Nam quanuis non nulli dicant, quod delictum quodcunque exterius commissum quanuis à nemine videatur, sit publicum de perse, & occultum de per accidēs, hoc est intelligēdum metaphysicè & non moraliter, Nam moraliter loquendo, quod non potest deduci in iudicium est secretum de perse: & quod est sic secretum, nulla ratione est publicum moraliter loquendo. Cum ergo certum sit concilium non loqui de crimine occulto, vel publico metaphysice, sed de culpa publica, vel secreta moraliter: inde sequitur manifeste, quod illud homicidium sit simpliciter & absolute secretum, & nulla ratione publicum, quod non potest aliquo modo deduci in iudicium exterius. Verba namque conciliorum moraliter sunt sumenda, id est, secundum communem vsum, & non metaphysice, id est, secundum naturam à rebus & moribus abstractam. Tandem id constat efficacissima ratione. Nam qui est excommunicatus propter delictum omnino occultum, vel suspensus, non videtur debere se abstinere ab exercitio ordinis, ne hac ratione se prodat, vt omnes dicunt teste Nauarro g ergo signum est, quod Ecclesia, cum sit mater pietatis, non vult aliquam pœnam exteriorem infligere propter crimen omnino occultum. Multa namque sunt relinquenda Dei iudicio puniēda. Et ideo Ecclesia de occulto vllam pœnam exteriorem hactenus non intulit. Nam quanuis excommunicatio incurratur, statim propter delictū omnino occultum exterius cō missum quoad priuationem suffragiorum, quæ est occulta, & secreta: non tamē quoad cōmunicationē exteriorē & participationē sacramentorū, cū in eo casu licitū sit excommunicato se ingerere, ne se prodat & infamet. Et secundū hanc probabilē opinionem prælati regulares nō astringuntur dispensare cū suis subditis homicidiū omnino occultū perpetrantibus, cū ex dicto delicto nulla irregularitas cōtrahatur. Et dato quod contrahatur, possunt in ea dispēsare, cū habeāt iurisdictionē quasi episcopalē, cū Episcopi secūdū opinionē Abbatis superius citatam, possint in ea dispēsare. Verū, licet prædicta cōclusio sit probabilis, & propterea nō sit in cōscientia dānandus qui eā sequitur: tamen longe probabilior mihi apparet sententia, quæ asserit irregularitatem incurri propter homicidiū omnino occultū. Cuius rei ratio est;

a Castro lib. 2. de l. pœn. c. vlt. vers. 3. principalis conclu.

b Cou. d homicid. 2. p. § 3. n. 4.

c c. ex tenore de tẽpori bus ordin.

d Nau. in sũma. c. 27. nu. 144. Med. in sum. lib. 1. c. 11. §. 10.

e cap. in §. Personæ de renunciat. Conc. Trid. sess. 14. c. 7. & sess 24. c. 6. de reform.

f Con. Trid. sess. 24. de refor. c. 6.

g Nauar. in sum. c. 27. n. 239.

est, quia non solum infligitur pœna irregularitatis, homicidij propter delictum: Sed etiam propter indecentiam & defectum significationis. Nam qui sanguinem fundit, nō potest in altari repræsentare agnum immaculatum: quod nimirum est necessarium cuilibet Ordinato. Nam omnes clericorum ordines ordinantur ad altaris ministerium, in quo sub sacramento repræsentatur Christus, vt Diuus [a] Thomas catholice dixit. Atque adeo, quanuis in homicidio occulto omnino non incurratur irregularitas ratione delicti; contrahitur tamen ratione indecentiæ, & ob defectum significationis, sicut de bigamo, qui cōtraxit matrimoniū cū corrupta ab alio, necessario dicendū est quāuis quod fuerit corrupta, sit omnino occultū. Sed nunquid hoc casu potuit prælatus regularis dispensare cum subdito, qui cum esset sæcularis, vel dum esset monachus fuit homicida omnino occultus? Respondeo affirmatiuè. Nam secundum sentētiam, quam sequitur Couarruuias [b] cum multis autoribus, quos refert & sequitur, prædicta irregularitas non est Papæ reseruata, sed Episcopo: ac proinde sicut Episcopus potest cum suis subditis dispensare, vt sæpe dictum est: ita etiam Prælatus regularis habens iurisdictionem quasi Episcopalem. Nec obstat Concilium Tridentinum, [c] vt obstare putauit Nauarrus. [d] Nam id intelligendū est in homicidio occulto, quod tunc est probabile in iudicio, quanuis actu nō sit deductū ad forum contentiosum, vt Couarruuias dicit eodem loco nuper citato: & nō de homicidio omnino occulto, quod probari nō potest. Nam concilium euidenter innuit, quod non procedit, nisi in homicidio, quod licet ordine iudiciario non sit probatū, potest tamen probari. Verū tamen est, quod contrariā opinionē tenēt viri docti, quam sequitur Salzedus: [e] quā ego quoq; in nostra Summa confessorum sum secutus, scilicet, quod necessarium est recurrere ad Papam ad huiusmodi dispensationem impetrandam. At modo cum videam contrariam opinionem solido niti fundamēto eam libenter amplector. Præcipuè quando agitur de dispensando cum aliquo religioso, cui, vt tollatur materia vagandi multa in iure permittuntur, quæ sæcularibus minimè conceduntur. Sed videamus, vtrum ipsis sit cōcessum aliquod priuilegium, vt in huiusmodi possit cum ipsis dispensare.

a D.Th.2.2. q.40.ar.2.

b Cou.d homicid.2.p.§ 3.n.9.

c Con. Trid. sess.19.c.7.de refor.&.c.6 sess.29.

d Nauar. in sum.lat.c.27 n.239.

e Salzed. in pract. crim ca.95.pag. 329.quāego in sum.1.tomo c.176, pag.474.n.3

## ARTICVLVS XII.

*Vtrùm Prælati regulares possint dispensare secundum eorum priuilegia cum suis subditis in irregularitate contracta ratione homicidij voluntarij occulti.*

RESpondeo dicendo, quod Martinus V. concessit. *Quod Prior monasterij Sācti Benedicti Vallisoleti in foro conscientiæ possit absoluere monachos ab omni excommunicationis sententia, etiam si talis esset, quam ipse Summus Pontifex reseruare consueuit: & cum eis super omni irregularitate etiam in illis casibus, in quibus Papa sibi inuicem reseruat (in morte, videlicet, & in membrorum truncatione & enormi sanguinis effusione) valeat dispensare: dum tamen aliquid horum trium non sit notorium. Et hoc propter scandalum.* Simile priuilegium concessum est à Iulio Secundo, Ordini Prædicatorum, vt refertur in Compendio [f] Societatis Iesu, & in compendio Diui Hieronymi Hispaniæ. Circa quam concessionem notat Collector [g] priuilegiorū Mendicātium, quod licet primo facta sit soli Priori seu Abbati monasterij Sancti Benedicti Vallisoleti postea tamen extensa seu communicata fuit omnibus prioribus, vel Abbatibus aliorum monasteriorum. Et ait hanc concessionem ipsum vidisse sub sigillo authentico in præfato conuentu Vallisoleti, & inde fideliter extraxisse.

f Ver.dispē satio.§.1. fol.83. §.24

g Collec.in comp.men. 2.imp.tit.absolutio Ordina.quoad frat.§.40.

Secundo est aduertēdum ex Corduba, [h] quod hęc dispensatio intelligitur, de quocū q; homicidio volūtario, vel casuali directo, vel indirecto, dūmodo iudicialiter nō possit probari. Nec obstat, quod Syxtus IIII. qui post Martinū V. fuit, concessit facultatē dispensandi in homicidio casuali, excipiendo expresse homicidium vōlūtariū, vt patet in Compēdio. [i] Quia huic obiectioni respōdetur, omissis multis alijs solutionibus, quod prædicta exceptio, & limitatio intelligitur, vt procedit solū circa cōcessiones factas ab eodē Syxto Quarto, & non extenditur ad

h In addit. ad d. cōp.v. dispen.§.24

i Cōp.verb. dispen.§.10 12.& 13. & in mon. ordin.in.1. im pref.fol. 63. & in.2.fol. 66.conc.102 & in suppl. fol.95. concess.319.

alias factas ab alijs Pontificibus. Nam si omnes concessiones voluisset Sixtus Quartus cessare, illud vtique expressisset: & priuilegium concessum nullo modo abrogatur, nisi fiat de illo specialis mentio & abrogatio. Et idem dicendum est ad Concilium Tridē tinum: quo concessa est facultas Prælatis ordinarijs ad dispensandum in irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus ex cepto homicidio voluntario. Nam hæc exceptio solum procedit respectu illorum casuum, qui in eodem decreto cōceduntur: non tamen procedit in casibus alias concessis: cum in prædicti Concilij decreto nulla facta sit priuilegiorum abrogatio.

Tertio nota, quod hoc priuilegium non extenditur ad dispensandum cum bigamo: quia bigamia [a] est grauior cæteris irregularitatibus ad dispensandum, vt aduertit author [b] compendij priuilegiorum.

Quarto aduertendum est, quod non incurritur irregularitas propter enormem solam sanguinis effusionem; etiam si multis vulneribus operta fuerit secundum Nauarrum; [c] nisi sequatur mors, vel membri mutilatio. Et quia quando hoc modo contracta est huiusmodi irregularitas est difficilior ad dispensandum. Quam obrem hic Papa exprimit enormem sanguinis effusionem.

Quinto notandum est, quod supprior conuentus mortuo priore non potest hoc priuilegio gaudere: quia conceditur priori, & non suppriori, priori tamen non succedit supprior, sede prioratus vacante in his, quæ habet iure speciali, vt dicimus in capitulo sede vacante: quod non succedit Episcopis nisi in his, quæ ad ipsum pertinent iure cōmuni, non autem iure particulari, vt notat Panormitanus. [d] Contrarium tamen videtur tenendum: quia non dignitati, vel officio conceditur hoc priuilegium; sed in fauorem animarum. Item quia hoc priuilegium non conceditur Abbati, sed priori Diui Benedicti: ergo quare non ad suppriorem, sede vacante, hoc non est extendendum, cū beneficia principum recipiant extensionem de vno simili casu ad alium similem.

Sexto aduertendum est, quod huiusmodi peccatum, propter quod incurritur dicta irregularitas non debet esse notorium, alias nō valeret dispensatio virtute huius priuilegij facta: quia non seruatur forma rescripti [e] Et dicitur notorium quando sunt tot coniecturæ, quod tergiuersationi locus non est, vt notant Panormitanus [f] & Angelus, dicentes, tunc, scilicet, esse notorium, quando nullam habet tergiuersationem, & dubietatem.

Aduerte quod dicit priuilegium, quod propter scandalum non debet fieri: quod sequitur, quando est ibi notorium. Ex quo sequitur, & patet quod si alibi nihil scitur potest fieri dispensatio: quia ibi non est scandalum. Nec contra istam notabilem concessionem valet quidquam quod aliqui dicunt, affirmantes non esse in vsu. Nam ipsis respondetur, vnde ipsis constat non esse in vsu. Debent ne prouinciales & prælati supra dicti vti hac concessione in plateis, aut in monasteriorum claustris scientibus omnibus, & videntibus. Minime quidem: cum tantum concedatur pro casibus occultis, præterea refert Veracruz in suo compendio manu scripto, quod hac facultate vsi sunt in Indijs occidentalibus fratres Prędicatores in primo capitulo prouinciali celebrato in Guatimala, anno Domini millesimo quingentesimo, quinquagesimo tertio.

[a] Bigamiæ irregularitas cæteris grauior.

[b] Auth. cōpē. vbi sup.

[c] Nau. c. 27. n. 211. in fin.

[d] Panor. in c. vnic. de foro comp. n. 9 & c. scripti de elect. n. 12.

[e] ca. fin. de præbend. & c. prudentiū de offi. deleg.

[f] Panor, ca. de cohabitacleri. n. 7. & Angel. ver. concubinarius.

## ARTICVLVS XIII.

### *Vtrùm prouinciales poßint dißenßare cum ßuis ßubditis irregularibus ex homicidio caßuali, & in homicidio facto cauſa defenßionis.*

REspondeo dicendo, ex superioribus patere decisionē articuli quæstionis. Sed pro maiori explicatione est notandum quod homicidium casuale est illud, quod non est directe nec perse volitum, sed indirecte, & per accidēs: vt quia non ex proposito occidit hominem, dans operam rei illicitæ, vel non adhibendo debitam diligentiam: quanuis daret operam rei licitæ. Et alii qui dicunt quod homicidium factum causa defensionis, est vere & proprie casuale, quia nō est directe volūtariū, sed de per accidēs ad se melius defendendū. Nec (aiunt) Cōciliū Tridentinum oppositū sentire, ex eo, quod loquitur de homicidio casuali, & de homicidio causa defensionis sub distinctione, sic dicēs. Si vero homicidiū nō ex proposito, sed casu, vel vimvi repellendo vt quis se

à morte

à morte defenderet, factum narretur, dispensatio quoque iure debetur. Vnde inferunt, quod si homicidium defensiuum esset casuale, superfluerent illa verba, *vel vim vi repellendo.* Cum homicidium hoc contineretur sub casuali. Sed respondēt quod illa disiunctiua non est adiecta à Concilio causa distinctionis formalis significandæ inter illa duo homicidia, sed causa maioris declarationis. Atque adeo non superfluit illa distinctio à concilio posita. Præsertim quod in exemplis non est semper rigor locutionis seruandus. Et sic non est de mente concilij quod homicidium defensiuum sit voluntarium in se. Imo ex dictis verbis Concilij Tridentini colligitur homicidium defensionis causa esse casuale: cum illa duo homicidia sint de quibus Concilium dicit aperte, non fuisse facta ex proposito. Cum ergo id, quod non fit ex proposito sit casuale, vt placuit Aristoteli, [a] inde colligitur homicidium causa defensionis perpetratum esse proprie casuale. Hoc fundamento prælibato, certum est, quod Concilium Tridentinum concedit Episcopis, quod in foro conscientiæ possint dispensare cum suis subditis irregularibus ex homicidio casuali occulto, & non deducto in iudicium, cum tantum ipsis neget dispensationem in irregularitate procedente ex homicidio voluntario. Et eademmet autoritas generalibus & prouincialibus conceditur erga suos subditos, cum, vt sæpe dictum est in superioribus habeant iurisdictionem quasi Episcopalem. Et certum est etiam, quod dicti prælati virtute suorum priuilegiorum, non solum in foro conscientiæ, sed etiam in foro exteriori, non solum quando homicidium casuale est occultum, sed etiam quando est publicum possunt dispensare cum suis subditis in dicta irregularitate procedēte ex homicidio casuali. *Nā Syxtus Quartus concessit Generalibus & Prouincialibus Ordinis Minorum & Prædicatorum, vt possint dispensare cum suis subditis in omni irregularitate (excepta ea, quæ procedit ex homicidio voluntario, bigamia, & mutilatione membrorum,)* Prout patet ex libro Monumenta Ordinum [b] in prima & secunda impressione. Aduertendum tamen pro explicatione prædictorum, quod homicidium causa defensionis, factum cum moderamine inculpatæ tutelæ non inducit irregularitatem, prout in quadam Clementina [c] definitur. Si vero modum inculpatæ tutelæ excedat ipsam inducit. Et hæc per Episcopos in foro conscientiæ est dispensabilis vt dicitur in Concilio Tridentino, & à Prælatis ordinū per ipsorum priuilegia etiā dispensabilis est, non solum in foro interiori, sed etiam in foro exteriori.

a Aristot. 2. Phys.

b In. 1. imp. fol. 61. & in 2. fol. 144. cō cel. 252. & fol. 240. cō cel. 575.

c Clement. vnic. de homicid.

## *ARTICLVS XIIII.*

*Vtrùm Prælati regulares possint dispensare cum fratribus irregularibus ex eo, quod censura Ecclesiastica irreti ti diuina celebrauerunt.*

REspondeo dicendo, *Quod Magister Ordinis, Prouinciales Priores Conuentuales, atque eorum vicem gerentes in conuentibus possunt dispensare cum fratribus sibi commissis, necnō cum fratribus sui Ordinis ad eos declinantibus, vndecunque in irregularitate, quā contraxerunt, antequam, vel postquam ordinem intrauerunt, ex eo quod excommunicati, vel suspensi vel interdicti celebrarunt, aut in locis interdicto suppositis diuina officia celebrauerint, vel si sic ligati, ordines susceperūt.* Ita concessit Clemens Quartus, prout habetur in libro Monumenta [d] Ordinum. Qui similiter concessit, quod fratres, quos Generalis & Prouinciales ministri, & eorum Vicarij ac Custodes in proprios habuerint confessores, possint eis absolutionis & dispensationis beneficium impartiri. Hoc priuilegium habetur authenticum in Marimagno [e] Prædicatorum. Circa quam concessionem primo est notandum, hoc esse singulare priuilegium. Datur enim potestas dictis prælatis ad dispensandum super fratres sibi non subditos, super irregularitatem, quæ pro-

d In. 1. imp. fol. 157. & in 2. fol. 140. cō cel. 318. & 31. q.

e Maremag: fol. 236.

venit ex peccato, puta, quod excommunicati celebrauerunt, vel ordines susceperunt vel si diaconus baptizauit cum solemnitate absque necessitate præsente presbytero, qui baptizet, tunc enim est irregularis secundum Syluestrum, [a] Nauarrum & Sotum. Et nullibi reperitur, quod prouinciales possint dispensare cum fratribus alterius prouinciæ: neque prior conuentualis possit similiter dispensare cum fratibus alterius conuentus super irregularitate contracta ratione homicidij casualis. Quia concessiones quæ inueniuntur super dispensatione ab hac irregularitate, loquuntur solum cum proprijs fratribus, & non cum fratribus ad eos declinantibus. Et si opponas, quod secundum opinionem iuristarum citatam per Couarruuiam [b] scilicet, quod quando Papa concessit, quod possint absoluere percussorem clerici in quibusdam casibus, prout concedit in capitulo, quanuis, de sententia excommunicationis, ex hacmet declaratione & concessione his casibus concurrentibus datur similis licentia in alijs excommunicationibus, quorum absolutio similiter Papæ reseruatur, vt etiam dicit Panormitanus [c] & Innocentius. Ergo idem venit dicendum quod concessa dispensatione super irregularitate contracta quia frater subditus excommunicatus celebrauit, conceditur etiam dispensatio super eadem-met irregularitate ab hospitibus contracta: ad hanc obiectionem respondetur, quod hæc opinio & Theorica Iuristarũ non agit ad rem: quia tractat de extensione facultatis concessæ iure communi. Nos autem in præsenti agimus de extensione priuilegij extra, vel contra ius commune dati. Quod non debet extendi vltra ea, quæ concedit expresse: cum omnis recessus à iure communi sit odiosus & restringendus. Neque per Concilij Tridentini decretum possunt prædicti prouinciales dispensare in dicto casu: cum Concilium Tridentinum solum cõcedat Episcopis & per consequens prælatis regularibus habentibus iurisdictionem Episcopalem facultatem ad dispensandum cum suis subditis. Neque obstat, quod hospites declinantes ad aliquas prouincias, & conuentus sint subditi prouincialium & Guardianorum locorum, vbi tunc hospitantur. Nam respondetur hoc esse ex ordinatione generali aliquarum religionum. Sicut in nostra religione contingit, vt scilicet, possint dicti prælati eos per obedientiam & per sententiã excommunicationis præcipere quæ necessaria ipsis præcipienda viderint, non autem, vt cum ipsis possint dispensare, neque vt ipsos possint absoluere, nisi in illis casibus, in quibus secundum ius & constitutiones generales & consuetudinem receptam, & priuilegia Apostolica possunt dispẽsare & absoluere.

[a] Syl. v. Baptismus Nau. c. 22. num. 6. Sot. in. 4. d. 4. q. vnic.

[b] Cou. in. c. alma mat. in 1. p. relec. §. 11. n. 15.

[c] Panor. & Innoc. c. de cæte. de sent. excom.

## ARTICVLVS XV.

### *Vtrùm dicti Prælati possint dispensare cum nouitijs in irregularitatibus.*

REspondeo dicendo, *Quod Magister ordinis Prædicatorũ, Prouinciales, Priores Conuẽtuales, & eorũ vicẽ gerẽtes possunt dispẽsare cũ nouitijs, qui in seculo inciderunt in irregularitatem, eo quod excõmunicati suspensi, vel interdicti aut in locis interdictis diuina celebrarũt, vel ordines susceperũt, dato, à iudice generaliter fuerit data vel lata, vel à iure, dicta censura. Ita tamen, quod si ex huiusmodi sententijs propter debita sunt adstricti, satisfaciant.* Hoc concessit Syxtus Quartus ordini prædicatorum, vt habetur in Marimagno [d] istius sacri ordinis. Circa quam concessionem primo est notandum, quod hoc est singulare priuilegium: quia concedit dispensare cum nouitijs in irregularitate supradicta. Et aduerte, quod si particulariter fuissent isti nouitij excommunicati, suspensi, vel interdicti à iudice, & deinde celebrassent diuina, quod nõ possunt prædicti prelati cum eis dispensare virtute huius concessionis, *Vbi dicitur dato, à iudice generaliter lata censura fuisset.* Quæ verba significant, quod quando iudex generaliter fert sententiam, aut censuram, dicendo, excommunico, vel suspendo, vel interdico tale facientes (iuxta formam traditam à Nauarro [e]) comprehendentem dictos nouitios, tunc concedere Papam dictam facultatem: non verò quando iudex excommunicauit, vel suspendit, vel interdixit in

[d] Maremag. fol. 256. concess. 550.

[e] Nau. c. 17. n. 42.

xitin particulari fratrē qui poſteà religionē intrauit. Nam tunc cum hæc cenſura ſit ſtrictioris vinculi, quam cenſura generaliter promulgata, & in dicto priuilegio minimè eius diſpenſatio cōcedatur, minime poſſunt dicti prælati cum nouitio hac cenſura irretito diſpenſare. Neque his obeſt, quod nos per noſtra priuilegia poſſumus abſoluere fratres, & nouitios à cenſura excommunicationis iudicis particulariter lata. Nam hoc prouenit, prout dictū eſt, in ſuperioribus [a] ex eo quod conceditur per dicta priuilegia abſolutio à caſibus cœnæ Domini. Vnde intulimus, quod poſsimus abſoluere à cenſura iudicis particulariter lata fundati in illa regula iuris, quod cui conceditur maius, cōceditur etiam minus. At in diſpenſatione cum nouitijs non conceditur prælatis, niſi in hac ſpecie ſolū irregularitatis. Et ideo nō eſt extendendum hoc priuilegium, niſi vt ſonat. Et hoc priuilegium clarè dicit,

*A cenſura iudicis generaliter lata.*

Quæ verba cum ſint clara, minimè nobis licet contra tenorem ipſorum ipſum priuilegium in præiudicium concedentis late interpretari. Verum eſt tamen, quod poterunt prædicti prælati cum dictis nouitijs in caſu poſito diſpenſare virtute cuiuſdam cōceſsionis Syxti Quarti habita in libro Monumenta [b] ordinum, vbi concedit nouitijs,

*Vt per confeſſionem poſt ingreſſum religionis poſsint diſpenſari in omnibus irregularitatibus (homicidij voluntarij & mutilationis membri exceptis) & quia Papa concedit diſpenſationem ab omnibus irregularitatibus cū exceptione homicidij volūtarij & mēbri mutilationis,*

In quibus includitur etiam bigamia, quia eſt grauior reliquis ad diſpenſandum, firmauit regulam in contrarium. Et ſic conceſsit quod ab alijs irregularitatibus poſsint dicti nouitij abſolui. Sed hoc cum duabus conditionibus. Prima, quod nouitij debent habere propoſitum profitendi. Secunda, quod ſi ante profeſsionem exeunt ſic diſpenſati, iterum reincidunt in cenſuras, à quibus fuerunt abſoluti & diſpenſati. Et ratio eſt, quia ſupradicta conceſsio datur vt poſsint per ingreſſum religionis plenariè confiteri de inde quia, vt ait Syluester [c] ipſo iure in ſimilibus conceſsionibus videtur incluſa cō ditio, verbi gratia, ſi perſeuerauerint.

a Supr. q.

b In. 1. imp. fol. 64. & in 2. fol. 68. cōceſ. 131 & in ſuppl fol. 96 conceſ. 341.

c Syl. tit. ab ſolu. 5. §. 9.

## *ARTICVLVS XVI.*

*Vtrùm prælati regulares poſsint diſpenſare cum fratre irregulari ratione homicidij voluntarij, ad hoc, vt in religione poſsit eſſe prælatus.*

RESpondeo dicendo, quod iure antiquo poterant Epiſcopi diſpenſare cum homicida voluntario, vt poſsit retinere beneficium curatum, obtentum ante irregularitatem, non tamen vt poſsit obtinere beneficium curatum de nouo, prout tradunt Couarruuias [d] & Nauarrus. Et per cōſequens prælati regulares iuriſdictionem Epiſcopalem habentes poterant diſpenſare cum ſuis ſubditis, vt poſsent retinere prælationes, quas ante irregularitatem obtinuerunt, nō tamen quas poſt irregularitatem poſſunt adipiſci. Vnde priuilegium Syxti Quarti concenſſum.

*Generali & prouincialibus miniſtris, & eorum Vicarijs vt poſsint diſpenſare cum fratribus ordinis Minorum patientibus irregularitatem (præter quam homicidij voluntarij, bigamiæ & mutilationis membrorum) vt ad quaſcunque adminiſtrationes & officia dicti ordinis eligi, recipi, & aſſumi, illaque gerere & exercere libere & licite valeāt,*

Prout habetur in libro Monumenta [e] ordinum (In quo etiam libro [f] continetur Syxtum Quartum id ipſum magiſtro generali & prioribus prouincialibus & conuentualibus ordinis prædicatorum conceſsiſſe) debet explicari, loquendo ſecundum ius antiquum, quod ad prælationes de nouo obtinendas tantum neceſſaria erat prædicta diſpenſatio: non autem ad retinendas prælationes ante irregularitatem obtentas. Nam ad ipſas retinendas etiam cum homicida voluntario poterant ſecundum ius commune diſpenſare. Et ſic nō ſine myſterio ponūtur in dicto priuilegio Syxti Quarti verba illa.

*Ad quaſcunque miniſtrationes & offi-*

d Couar. in Clem. ſi furioſus 2. p. § 3. n. 6. Naua. in. c. 27. nu. 240. in fine.

e In. 1. impr. fol. 63. & in 2. fol. 144. cō ceſ. 252.

f In. 2. impr. fol. 240. con ceſ. 575.

*cia dicti ordinis eligi, recipi & assumi, illaque gerere, & exercere libere & licite valeãt.* Et non dicit ad quascũq; administrationes, & officia dicti ordinis obtenta, vt ea retinere possint. Nam prout dictum est, sine priuilegio poterãt dicti prælati dispensare cum suis subditis ad retinendas dictas prælationes post irregularitatem obtentas. Verum tamen est, quod hodie per Concilium Tridentinum, neque Episcopi neque prælati regulares poterunt dispensare cum homicida voluntario etiam occulto, vt possit retinere dictas prælationes, cum per ipsius Concilij Tridentini [a] decretum, beneficium curatum minime illis conferri liceat. Bene tamen possunt dispensare cum homicida casuali: cum in eodẽ decreto dispensatio ista Ordinarijs committatur. Aduertendum etiam est, quod sicut habens beneficium curatum committens aliquod homicidium, non remanet priuatus ipso facto tali beneficio, sed per sententiam iudicis debet priuari, & vsque quo priuetur cum suo remanet beneficio, prout aduertũt Nauarrus [b], & Couarruuias, dicentes, Concilium Tridentinum hoc minime immutare, cũ in eo solum definiatur, quod de nouo ipsi homicidæ nullum beneficium ecclesiasticum conferatur, ita etiam religiosus homicida non amittit ipso iure guardianatum, aut prælatiam regularem obtentam statim quod homicidium committit: sed necessarium est vt à suo prælato regulari per sententiam priuetur. Et sic licet non possit exercere in administratione talis prælationis, ea quæ irregularibus prohibentur, potest tamen ea, quæ ipsis minime interdicuntur opere consummare. Vnde cum per irregularitatem solum impediatur vsus ordinũ ecclesiaticorum, & acceptio ipsorum & aliquod beneficium de nouo obtinere, reliquũ est, reliqua omnia quæ ad ista tria munia minime reducuntur posse ipsum homicidam exercere, donec à prælatis per sententiam ab ipsis arceantur. Et sic possunt præsidere in suis monasterijs imponendo præcepta non spiritualia: quia ista minime possunt imponi, nisi ab habente ordines sacros; iurisdictio enim spiritualis potestatẽ ordinis præsupponit. Possunt etiam percipere fructus & prouentus ipsarum prælationum, quas habent aliqui prælati regulares & præpositi aliquarũ religionum, quas in foro conscientiæ ante latam sententiam minime tenentur restituere. Deniq; aduertendum est, quod episcopi possunt dispensare cum quocumque irregulari ex aliquo delicto occulto, excepto homicidio voluntario, & exceptis alijs ad forum contentiosum deductis, prout decernitur in Concilio Tridentino [c]. Quod intelligendum est, nõ solum, vt possint promoueri ad sacros ordines, sed etiam vt possint beneficia etiam cum animarum habentia denouo obtinere. Nam concilium Tridentinum generaliter, & absolute concedit, quod possint cum ipsis dispensare. Et cum hoc priuilegium iuris sit beneficium Principis generaliter & illimitate loquens, generaliter & illimitate debet explicari. Et sic prælati regulares habẽtes iurisdictionem quasi episcopalem iure communi possunt cum suis subditis in prædictis dispẽsare in foro conscientiæ. Ex quo infertur, quod priuilegium Syxti IIII. superius allegatum respectu irregularitatum ex delicto occulto proueniẽtium, excepto homicidio voluntario, aut alijs deductis ad forum contentiosum, vt scilicet, possint dispensare cum suis subditis prælati regulares, ad nihil deseruit in foro conscientiæ, deseruiet tamen vt possint dispensare in foro exteriori cum suis subditis irregularibus etiam si ipsorum irregularitas procedat ex delicto publico, quod aliquando in forum contentiosum fuit deductum. Nec mirum est prælatos regulares maiorem potestatem habere erga suos subditos, quam Episcopos erga suos diœcesanos, cum prout cõstat ex libris suorum priuilegiorum fauore religionis multo maiores fauores illis à Sede Apostolica impertiantur.

[a] Con. Trid. sess. 14. de reform. c. 7.

[b] Nau. c. 27. no. 249. ad med. & in c si quando. excep. 9. de rescrip. Coua. in c, si furiosus 2. p. §. 3. n. 6.

[c] con. Trid. sess. 24. de reform. c. 6.

## ARTICVLVS XVII.

*Vtrùm Generales & Prouinciales possint in foro exteriori dispensare cum religiosis committentibus aliqua delicta, propter quæ constitutionibus Apostolicis sunt priuati officijs ipso facto, & inhabiles ad alia futura.*

REspondeo dicendo, quod Alexander [d] Tertius determinat, quod in adulterijs & minoribus delictis potest Episcopus cum clericis peracta pœnitẽtia dispensare. Pro cuius decreti explicatione, est aduerten-

[d] c. at si clerici § fadulte. de iudic.

tendum, quod adulterij crimen graue est, & vt tale semper etiam apud infideles reputatur. Si enim crimina ex tertij iniuria & prejudicio consideranda sunt prout docent Diuus Thomas, [a] & Soto cum scribentibus communiter, clarum est maximâ iniuriam irrogari marito, & ipsius & coniugis parentibus & consanguineis. Qua ratione tantis pœnis apud omnes fere nationes interdictum est, vt late resoluunt Iulius Clarus [b] Antonius Gomez, Menochius, & Maschardus. Inter maiora autem delicta prior est simplex fornicatio olim depositione digna, adulterio enim inferior est, vt docet Diuus Augustinus. [c] Item periurium simplex, vt resoluit Decius. [d] Huiusmodi est stuprum, licet graue sit crimen. Quando verò alter alterum inducit ad peierandum vel ex periurio proximi mors, vel graue dânũ succedit præstat adulterio, & inter maiora reputatur. Sicut etiã reputatur Sodomia & crimen assassinatus & homicidium calisi catum vt colligitur ex iure, [e] & tradit D. Thomas. Super est ergo iuxta regulã Alexandri III, quod potest Episcopus (nõ referuante specialiter sibi Papa) dispensare in pœnis debitis adulterio, fornicationi, stupro & periurio simplici, & alijs huiusmodi. Non tamen potest dispensare in pœnis Ecclesiasticis debitis maioribus, qualia sunt periuriũ calificatum, Simonia, Incestus, Sodomia, assassinatus: quia huiusmodi crimina inter grauissima reputantur, prout cõstat ex traditis à Couarruuia, [f] Mandosio, Maiolo, & Salzedo. Aduertendum est etiam, quod patres generales, & prouiciales habent iurisdictionem quasi Episcopalem, quam possunt exercere circa suos subditos, sicut Episcopi possunt exercere suã circa suos diœcesanos, iuxta glossam [g] quandam singularem communiter receptã. Et per consequens in casibus, in quibus Episcopi possunt iure cõmuni dispensare cũ eis possunt ipsi patres dispensare cum suis subditis. Et sic possunt dispensare in omnibus irregularitatibus & depositionibus verbalibus & priuationibus officij, aut beneficij, & inhabilitatibus ad ea peracta pœnitentia, quando resultant ex delictis grauibus, vt est adulterium iuxtã determinationem [h] Alexandri Tertij, superius citatam; quæ tantum de depositione verbali est intelligenda secundum communem allegatam à Gamba. [i] Et ratio horum est quia licet sint supradictis pœnis Ecclesiasticis afflicti propter crimina grauia, grauia tamẽ frequẽter cõmittuntur. Vnde oporteret frequentissime à Sede apostolica dispensationem impetrare. Ad consulendum autem tanto clericorum labori ius pontificium Episcopis dispensationem concedit peracta pœnitentia: quia citra Pontificem maximum, nemo absque causæ cognitione dispensat. Et Ecclesia Spiritus Sancti lumine irradiata, clericos humilitate instructos, literis institutos, virtute sacramentorum, frequentia diuini cultus, ministerio exercitatos (secundum quod experientia docet & sacri Canones [k] prædicant) semper ad vitæ emendationem dirigi intendit. Et ideo quãuis humana miseria eos sæpe errare contingat, mitiùs eos puniendos esse docuit, vt ex multis probat communis quam sequitur Tiberius [l] Decianus. Et sic eos magis dociles & corrigibiles esse sperat: & ea ratione pœnitentes restituit vt sic alios ad pœnitentiam inducant: quæ omnia etiam videmus in religiosis. Imo vltra dicta in claustro viuunt & sub rigoroso obedientiæ iugo militant: quibus propter clausuram non decet vagari & propter obedientiam de eorum emendatione certior multo spes habetur. Ex his infertur, quod dicti prælati regulares possunt restituere dispẽsatiue priuatos ab officijs & inhabiles ad ea per constitutiones apostolicas, propter crimina grauia sicut adulterium commissa cõtra ipsarum constitutionum tenorem, si summus Pontifex eorum restitutionem dispensatiuam Sedi Apostolicæ minime reseruauit. Vnde cum summi Pontifices, maxime Pius Quintus, & Gregorius Tertius decimus, in suis constitutionibus latis contra religiosos introducentes mulieres in monasteria virorum, aut mulierum non reseruauerint sibi suspensionem à diuinis, nec priuationem ab officijs, nec inhabilitatem ad ea, sicut excommunicationem reseruauerunt: euidenter sequitur, posse dictos prælatos in supradictis omnibus dispensare pœnitentia peracta: cum crimen dictæ præsumptuosæ introductionis, non sit grauissimum, neque atrox, nec sit maius quam adulterium. Licet enim ipsum in dictis constitutionibus grauioribus pœnis puniatur, quam adulterium; non ex hoc debemus inferre crimen esse grauius. Si hoc enim esset verum, vnum & idem numero delictũ esset grauius in vna Prouincia, quam in alia, cum

[a] D.Tho. 2. 2.q.73.art.3 Soto libr.5. de iustit.q. 30.ar.3.

[b] Clar. in rubric.§. de adulter. Gom. in l. 80.Tau. Menoch.lib.5. præsump. prel.45.Mascard.concl. 57.cum seq. cc.adul.malum.32.q.7.

[c] Decius in d.c.d adul. e c. ille qui 22.q.5. D. Tho.quodlibet.1.n.18.

[d] c.clericos 21.d.c. prælatos 25.d.c. cum secũdũ Apostolũ d præbend.

[l] Tiber. in praxi.lib. 4. c.9 in prin.

[f] Cou.in.4. 2.p.c.6.§.8. à n.2 Mand. in praxi sig nat.§. dispẽsat.cũ incestu Maio.li. 5.de irreg. c. de incest. & c. de Sodomitis Salze.in pract. crim.c.86.

[g] Clem.1.d rebus Eccle siæ non alienãdis recepta per Couc loan.n.1. de testam.

[h] In d.§. de adulterijs.

[i] Gamb.li.2 de offic.deleg.n.195.

cum minori pœna in ipsa afficiatur: & esset crimen nefandū maius crimen in his Hispaniarum partibus, quam in alijs vbi cum Sodomitis mitius agitur. Debet ergo grauitas delictorum pensari ex minori, aut maiori nocumento Reipublicæ illato. Et certe ego non video ex qua parte dicta mulierum introductio, absolute loquendo, sit maius delictum quam adulterium. Imo ipsa introductio absolutè loquendo non est mala in se, sed quia prohibita: at adulterium est quoddam intrinsecè malum. Infertur secundo, non posse dictos prælatos dispensare in pœnis quæ propter crimen nefandum per sacros Canones determinantur, cum hoc delictum, non inter delicta grauia, vt adulterium, sed inter grauissima numeretur. Infertur tertio, quod si Gregorius Tertius decimus non committeret restitutionem vocis actiuæ & passiuæ generalibus, & prouincialibus, quam incurrunt religiosi qui in electionibus, vel ante eas per sex mēses pro se vel pro alio subornassent, minime dictos patres in hoc casu possent dispensare, etiam si Summus Pontifex huius rei dispensationem Sedi Apostolicæ minime reseruasset. Subornatio enim in electionibus grauius crimen est, quam adulterium: imo inter grauissima crimina connumeratur. Ait enim & probat doctissimus Soto [a] esse crimen contra rempublicam, sicut est crimen læsæ maiestatis, & furtum publici ærarij, & alia huiusmodi, quæ immediatè contra publicum, & commune bonum perpetrantur.

a Sot. de tegend. secre. memb. 2. q. 4 conc. 3. pag. 37. col. 1.

Non desunt aliqua argumenta, quæ hanc partem videntur reddere dubiam. Primum est, quod decisio Decretalis Alexandri Tertij, & communis, quam resoluimus, limitatur quando pœna imponitur per legem, aut constitutionem, ipso facto, aut ipso iure, prout tenet Archidiaconus [b], & refert, & sequitur Felinus. At pœnæ dictarum constitutionum Pij Quinti, & Gregorij Tertij decimi imponuntur ipso facto. Sed huic argumento respondetur, quod opinio Archidiaconi non est adeo secura, cum nitatur falso fundamento, scilicet, quod quemadmodum Episcopus non potest dispensare post sententiam à se latam, iuxta quandam glossam [c] Ita neque quando lex imponit pœnam ipso iure; quia tunc lex trahit secum executionem. Nam contrariam sententiam scilicet, quod Episcopus possit dispensare post latam depositionis sententiam cum clerico, quem iam pœnituit, tenet Collector, [d] Abbas, Felinus, Decius, Alciatus, & Selua: & ita obseruandum esse, contra Baldum, & Aretinum tenet Maiolus. Adeo quod etiam contradicente accusatore, Episcopus potest dispensare, siquidem lex positiua Episcopi dispositionem libere concedit & committit. Et ita communiter interpretatur decretum Alexandri Tertij superius allegatum, vt constat ex traditis ab Abbate, [e] Felino, Decio, & Alciato, & Hippolyto.

b Archid. in c. licet canō de elect. li. 6 Feli. in d. §. de adult. n. 4. vers. fallit 1.

c glos. in c. & ideo. 2. q. 6.

d Colle. n. 9 Abbas. n. 14 Felin. nu. 16. Dec. 18. Alexā. n. 1. in d. §. de adulterijs, Selua de benefici. 4. q. 7. nu. 8. Maio. li. 3. c. 22.

e Abb. n. 16. & 18. in d. § de adult. Felin. ibi n. 20 Deci. n. 22. Alcia. no. 3. Hippoly. in princi. & n. 74.

Secundum argumentum est, quod decretum Alexandri Tertij, & opinio, quæ per eum resoluitur non habet locum, quando constitutio dicit: Sit perpetuo priuatus, aut dicit alia similia verba, quæ inducunt priuationem, non solum beneficiorum, & officiorum, sed etiam inducunt inhabilitatem ad obtinenda in futurum, vt tenet quædam glossa, [f] & constat ex exemplis traditis à Felino, [g] qui eius opinionem sequitur. Et hoc contingit in constitutionibus supradictis, ibi, & inhabilitatis in posterum ad illa, & alia omnia. Huic argumento respondetur, quod etiam si hanc opinionem teneant Felinus, & alij contrariam tamen opinionem tenent Autores grauissimi: scilicet, quod episcopus possit dispensare cum priuato perpetuo ipso facto beneficio, aut officio. Nam lex Canonica ad subleuandum priuatos & depositos, ne Romam accedere teneantur propter quodcunque graue delictum, considerans ea frequenter committi, hoc permisit. Ita quod in quibuscunque pœnis incursis respectu alicuius grauis delicti possint id ipsum Episcopi post actam pœnitentiam, quod Papa, nisi Papa earū reseruationem sibi specialiter reseruauerit, etiāsi ipsæ pœnæ incurrantur ipso facto, & sint perpetuæ. Et hanc opinionem tenent Abbas [h] & Decius, & hāc opinionē defendit Hippolytus, [i] de Marsilis, concludens esse ridiculū per verba, perpetuo, omnino, & ipso facto potestatē datam Episcopis in dicto decreto Alexandri Tertij esse sublatā, ita firmauerunt doctissimi Doctores Sahagun, & Gabriel Henriquez Salmanticensis Academię primarij dignissimi Sacrorum Canonum, & iu-

f glos. in c. cupiētes, §. cæterū, vbi perpetuo d electi. lib. 6.

g Feli. vbi s. vers. 2. limita.

h Abb. in d. §. de adulte. n. 6. vers. & hoc intelligo. & in ver quantoque vbi Dec. nota. 8.

i Marsi. in d §. de adulte. nu. 63. & 68.

& iuris ciuilis professores. Et ita viri doctissimi putant decretum Alexandri Tertij esse extendendum, cum ratio dicti decreti militet in his etiam casibus. Siquidem in constitutionibus apostolicis pro delictis grauibus hæ pœnæ infliguntur: in quibus si Episcopi non possent dispensare cogerentur clerici & regulares vrbem frequenter accedere & iugum Ecclesiæ fieret durum & pœnosum, cum sit leue & suaue.

Aduertēdū circa suprà dicta, quod sæpe sępius repetijt verba, post actam pœnitentiam. Nam inferior sine causa non potest in lege Papæ dispensare, & pœnitentia acta delinquentis sufficiens causa ad dispensandum iudicatur. Propter quam rationem possunt Episcopi dispensare cum clerico officio perpetuo priuato, etiam ante actam pęnitentiam, si propter eius prudentiam & regimen vt vtilis Ecclesiæ postulatur cum hæc sit sufficiens ad dispensandum causa. Pro cuius rei probatione & explicatione notandum est, dispensationem esse duplicem, voluntariam & necessariam. Voluntaria est illa, de qua egimus in superioribus, quæ ab Episcopis post actam pęnitentiam conceditur. Necessaria est, quando clericus depositus, aut priuatus, Ecclesiæ & populo est necessarius quod præsumitur si à populo petatur, vt sacri Canones [a] sic intellecti innuunt, & tradunt glossa, Abbas, Felinus, Decius, & doctissimus Alciatus. Inter quas magnum discrimen versatur. Quod in voluntaria Episcopus pro arbitrio dispensabit. In necessaria autem dispensare debet, & ad dispensandum compelli poterit propter Ecclesiæ vtilitatem, vt tenent communiter scribentes. Imo & capitulum sede vacante in hoc casu propter Ecclesiæ vtilitatem poterit dispensare. Et ita supradicta iura interpretatur Gamba. & Thesaurus Christianæ religionis. Ex quibus infertur, quod etiam ante actā pęnitentiam possunt prælati regulares habentes iurisdictionē Episcopalem dispensare cum suis subditis priuatis perpetuo ab officijs, propter aliqua crimina grauia (sicut adulterium) quæ commiserunt, si eorum prudentia & regimen est vtile monasterijs. Quæ vtilitas præsumitur, si ad ea postulantur officia exercenda.

a c. vt consti tueretur & c. Dño Sancto dist. 50. vbi gloss. v. necesse Abba in. d. §. de adulte. n. 20 vbi Felin. n. 15. Dec. n. 24 Alciat. n. 4.

b Gamb. de offi. delegat. lib. 2. n. 169. & 276. Thesaurus. c. 29.

# QVÆSTIO XXV.

## De Abbatibus quoad potestatem dispensandi & commutandi vota suorum subditorum, in octo articulos diuisa.

*Circa quam quæruntur octo.*

1 *VTrùm Papa possit dispensare cum religiosis in voto solenni religionis.*

2 *Vtrûm Papa possit efficere de religioso nō religiosum, vt possit ducere vxorem.*

3 *Vtrum Summus Pontifex possit dispensare cum fratribus ordinū militiarum, vt possint ducere vxorem.*

4 *Vtrum prælati regulares possint irritare aut dispensare vota suorum subditorū.*

5 *Quo iure prælati regulares habeant autoritatem ad irritandum vota subditorum.*

6 *Vtrum prælati regulares valeant dispensare in votis volentium ordinem intrare.*

7 *Vtrùm dicti prælati & Abbatissæ possint dispensare in votis monialium.*

8 *Vtrûm prædicti prælati possint commutare, irritare, & dispensare vota nouitiorum, & nouitiarum.*

## ARTICVLVS 1.

### *Vtrùm Papa possit dispensare cum religiosis in voto solenni religionis.*

RESPONDEO dicendo, quod Papa non potest dispensare cum religioso in tribus votis essentialibus, ita vt manente propria religione monachali possit verus religiosus monachalis habere proprium & vxorem ducere, & nulli subditum esse specialiter; vt egregiè probant omnes Theologi teste Soto [c] & Corduba; quia de iure diuino sunt illa tria vota essentialia &

c Sot. lib. 7. de iust. q. 4. art. 2. & q. 5 art. 3. Cord. lib. 1. quæst.

lia & intrinseca veræ religioni Monachali,
a c. cum ad monasteriũ de statu monach. vt euidẽter constat ex decretali [a] Innocentij Tertij dicentis, quod abdicatio proprietatis, sicut custodia castitatis ita est annexa regulæ monachali, vt neque summus Pontifex possit dispensare. Quæ exceptio de duobus votis extenditur ad votum obediẽtiæ, cum sit tam intrinsecum religioni, sicut reliqua, imo est inter ea præcipuum, vt probat D. Thomas. [b] Neque hoc est alienum à
b D.Th.2.2. q 186.ar.5.6 & 8. Iurisperitorũ doctrina, cũ certum sit apud omnes iuris interpretes, quod exceptiones omnes extendũtur ad omnes casus similes, in quibus eadem ratio versatur, vt probat doctissimus Couarruuias. [c] Cum ergo sum
c Coua li.2. var.c.5.no.6 mus Pontifex iudicialiter procedens dicat: quod Papa non possit in illis votis essentialibus dispensare, inde colligitur euidenter, quod illa tria vota sunt essentialia iure diuino veræ religioni monachali. Atq; adeo nõ est potestas in terra, quæ possit efficere, vt monachus manens vere & proprie monachus possit habere proprium & vxorem, & esse liberum ab omni obedientia, sicut cæteri sæculares. Neque oppositum huius sentẽtiæ sentit Scotus, [d] asserens, quod matrimo
d Sco.in 4.d 38. nio non repugnat votum solemne continentiæ, seu monachatus, nisi ex eo quod ecclesia illegitimauit sic vouentem ad contrahendũ. Nam vt dicit Flauius [e] Scoti interpres, illegitimatio ista iure diuino est facta,
e Flau.in dicta.d. eo quod fuit facta ab Apostolis, qui erant in ecclesia primitiua, vt constat ex traditione. Quæ nimirum ecclesia primitiua quatenus erat organum Spiritus sancti, immediate poterat ius diuinum & sacram scripturam condere. Et ideo quando aliqui dicunt Scotum sentire, matrimonium non repugnare monachatui ex iure diuino: hoc est intelligendum successiue, prout explicat noster pater Michael à Medina. [f] Id est
f Medi.de sacror. homi. cont.li.4.cõtrouer.7.ca 39. quod is qui vere monachus est, ex causa possit effici sæcularis, vt matrimoniũ cõtrahat. Sed iure diuino vt ex traditione constat prohibitum est, ne possit esse dispensatio in tribus votis manente monachatu. Dixi manente monachatu. Nam in ordinibus militaribus contrarium est dicendũ, prout infra articulo tertio ventilabitur. Dixi manente monachatu. Nam cessante monachatu bene potest id ipsum Papa efficere secũdum Scotum & alios, vt articulo sequenti statim demonstrabitur.

## ARTICVLVS II.

### *Vtrum Papa possit efficere de religioso non religiosum, vt possit ducere vxorẽ.*

REspondeo dicendo, quod Diuus Thomas [g] asserit, Papam non posse efficere, quod ille, qui est professus in religione nõ sit religiosus, licet quidam Iurista ignoranter contrarium dicat. At quanuis ipse angelicus Doctor notauerit Iurisperitos de ignorantia in hac parte, contraria tamẽ sententia est verior, & inter Doctores communior, & ecclesiæ consuetudine recepta, scilicet, quod Papa possit dispensare in hoc cũ religiosis. Dispensauit enim aliquãdo cũ aliquibus religiosis professis ad cõponẽdas multorũ regnorũ lites, vt refert Spichius. [h] Et in hanc partem inclinat Scotus [i], quem magna Theologorum & Iurisperitorũ turba sequitur: quos omnes congregat & sequitur doctissimus noster pater Corduba, [k] & etiam Couarruuias Et ratio præcisa huius sententiæ est, quia votum solemne religionis non irritat ex diuina institutione matrimonium contractum ab eo qui fuit monachus. Et probatur primo. Quia vt ait Scotus, nulla inuenitur ex iure diuino inhabilitas simpliciter ad matrimonium in vouente & tradente se in manus Domini, & manus Dei, ita vt nunquam possit contrahere, quia licet non possit Pontifex, vt dictum est in superiori articulo, dispensare, vt religiosus nubat, manente religione, nulla tamen lex diuina est arcens & vetans Sũmum Pontificem posse ex monacho facere sæcularem ad contrahendum. Nam quãuis iure diuino, & naturali sit religiosus Deo traditus, & consecratus cum status assumptione per votum solemne religionis, tamen quia hæc diuina traditio & obligatio habet ortum à voluntate humana, hinc sequitur quod ex iusta causa potest religiosus effici sæcularis ad contrahẽdum. Sicut contingit in ordine sacro & in voto simplici religionis, in quo licet sit actualis traditio respectu Dei, vt ait Scotus, & obligatio de iure diuino & naturali ad non cõtrahendum matrimonium, potest in illo fieri dispensatio, in quo est actualis traditio respectu Dei, & hominum. Sic eodem modo in voto solemni religionis fieri potest. Nec tunc capitur alienum inuito domino, sed ex Dei voluntate, quod erat

g D.Th.2.2. q.88.ar.11.

h Spich.lib. 5. de continent.c.5.

i Sco.in 4.d 38.

k Cord.li.1. qq. q.24. Couar.de resti. c.2.nu.10.

Deo

Deo consecratum conuertitur ad vsum matrimonij. Quare licet verum sit, quod Summus Pontifex non possit dispensare in iure diuino absolute contento in præceptis fidei & sacramentorum; in iure tamen diuino ex suppositione, quod habuit ortum ab humana volũtate, optime potest dispẽsare.

## ARTICVLVS III.

### Vtrùm Summus Pontifex possit dispensare cum militibus ordinum militarium, vt possint contrahere matrimonium.

REspondeo dicendo, quod Innocentius Tertius, in articulo primo huius quæstionis allegatus, solum de religiosis monachalibus loquens, dixit, Summum Pontificem minime posse dispensare vt remanẽtibus monachis possent ducere vxores: non tamen hoc negauit militibus ordinum militarium posse concedi. Sicut de facto dispensatum est cum Commendatarijs Christi in regno Lusitano, qui neque coniugalem castitatem vouent, & sic ducunt vxores, & habent dispensationem, vt cõiugatis degẽtibus in sæculo extra monasterij claustra alentibus liberos splendidamq; (prout decet) familiam habentibus omnia secundũ regulam suppeditentur teste Molina. [a] Dispensatum etiam est cum equitibus ordinis D. Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ, vt possint ducere vxores. Et sic iam modo nõ promittunt castitatem absolute sed castitatem coniugalem. Quæ consistit in hoc, quod nõ debẽt cognoscere alias vxores præter suas: & cognoscendo alias præter suas non solũ adulterium, sed etiam sacrilegium cõtra votum castitatis emissum committunt. Vnde filios prędictorum Commendatariorũ non habentium vxores habitos ex soluta sacrilegos esse existimo contra Larã [b] & Hẽriquez, & Gutierrez asserentes esse naturales. Contra quos egi in superioribus. Nec mirum est quod Summus Pontifex cum ipsis possit dispensare: cum secundum opinionem Theologorum non sint vere religiosi, quibus ego supra [c] assentitus sum, concordans eos cum Canonistis; dicens non esse vere religiosos monachales & pœnitentiæ, sed esse vere religiosos militares, quorum instituto non repugnat habere vxores. Imo maxime decet. cum ordinnetur ad pugnandum armis materialibus pro Ecclesia Sancta Dei, quorum familiæ deficerent, si liberos viros nobiles non possent procreare, qui parentum & procerum suorum exempla sectarentur & pro fide Catholica militarent.

[a] Moli. 2. 2. tract. 2. disp. 14. col. 772.

[b] Lara de alim. in. 1. li. 9. Hẽriq. lib. 11. c. 20. §. 3. in glo. liter. C. Gutierr. in pract. q. c. 11 pag. 246

[c] Sup. q. 13. ar. 2.

## ARTICVLVS IIII.

### Vtrùm prælati regulares possint irritare, aut dispensare vota suorum subditorum.

RESpõdeo dicẽdo, quod opera religiosorũ sunt in multiplici differentia. Primũ genus est eorum quæ fiunt contra prohibitionem regulæ, vel prælati, generalem vel specialem: & vota super his non tenẽt, nisi prælati consenserint. Et non tenẽt etiã si ignoret monachus rem esse prohibitam à prælato iuxta tradita à Soto [d] Nauarro & Aragon. Et hæc vota cum sint nulla, irritatione nõ indigent. Secundum genus est eorum quæ solenni voto comprehenduntur, vt sunt tria vota essentialia, & peculiaria statuta. Et in his duobus proculdubio subijciũtur monachi prælatis. Apparet nihilominus posse de his votũ voto ita firmiter adijcere, vt illud prælatus irritare queat. Vt si voueat in ordine Prædicatorum nunquam carnes gustare, & nunquam locis & horis vetitis silentium rumpere. Quoniam postquam licuit votum solemne de illis emittere, videtur posse arctius se adstringere ad ea seruanda, quæ nihilominus potest prælatus dispensare, & irritare. Quinimo & debet, quia hæc vinculorum congeminatio super eadem materia vix vnquam prudenter fit. Potestas autem prælatorum in hac parte inde patet, quod cum super omnibus constitutionibus & regulæ statutis præter tria vota essẽtialia valeãt præfecti ex causa dispensare, cohibere possunt subditorũ arbitriũ ne de his statutis noua edãt vota. Nã & illa, super quibus dispẽsare possunt, dum dispensando faciũt ea de illicis licita, possunt pro causa nõnũquã iubere, scilicet, vt subditi silẽtiũ rũpant, aut religionis ieiuniũ frãgãt, ac proinde valent horum vota quasfare. In tertio ordine sunt opera libera, idest quæ neque legis sunt præcepta, neque sub voto includuntur: vt orare atque noua super addere ieiunia. Et ad hæc prælati regulares quidem pro suo libito cogere nequeũt subditos, possunt ea tamẽ impedire, quãdo libuerit.

[d] Soto lib. 7 de iust. q. 3. art. 1. dub. 3. Nau. in. c. nõ dicatis. n. 74 vers. 4. Aragon. 22. q. 88 art. 8. con. 1: &. 2.

libuerit. Et ideo hæc particulariter & propriè sunt vota, super quibus Prælatorum irritatio & dispensatio cadere possunt. Quartus operum ordo est, quæ prorsus Prælatorum autoritatem exuperant, vt transitus ad arctiorem religionem. Hic enim transitus cum spectet ad exitum subditi ab obediētia Prælati, nō comprehenditur sub illa. Quò fit (vt bene ait Caietanus) votum quod monachi huiusmodi transitus emiserint, non posse à prælatis irritari, posse tamen in eo dispensari. Nam irritare est voluntatem alterius coercere, dispensare verò non nisi spontaneæ petitioni subditi annuere. Prælati autem prohibere nequeunt subditum transire volentem ad fœliciorem frugem. Si autem ille vult sub eorum obedientia manere, poterunt tunc super huiusmodi voto ab eisdem prælatis dispensari, quandoquidem illud non est simpliciter votum religionis: sed votū transitus vnius ad aliam religionē. Quintum genus operum est eorum, quæ ad salutem sunt necessaria, vt legis præcepta seruare. Et non solum illa, sed & quæ ad charitatem seruorum attinent; quorum contraria sunt peccata venialia. Et horum votum censet Caietanus irritari à præfectis regularibus non posse. Vt si monachus votum Deo vouit non furandi, aut non mentiendi. Ratio est: quoniam hæc materia non est prælatis subiecta. Ait enim nihilominus Caietanus posse Prælatum huiusmodi votum in nomine Dei commutare. At contrarium videtur tenere Sotus, [a] quem sequitur Nauarrus. Nam & si quantum ad necessitatem præcepti implendi dispensatio istorum sub potestate prælatorum minime comprehendatur, nihilominus illa noua obligatio, qua subditus sua sponte religare se cogitat, ait Sotus se non videre, cur non possit à prælatis irritari. Nam quantū ad spontanea domini sunt subditarum sibi voluntatum. Et iuxta supra dicta debet intelligi id, quod concessit Eugenius Quartus monachis Sancti Benedicti obseruantiæ Italiæ, ne ab eorum quiete distrahi & Romanam Curiam pro obtinendis licentijs frequentare cogantur. Quod in omnibus casibus, in quibus de iure communi prælatis & monachis præfatis autoritas, seu licentia seu dispensatio ordinarij esset necessaria, si ab eodem exempti non essent, prælatis Abbatibus prioribus, Rectoribus huiusmodi, qui pro tempore fuerint, vna cum eorum Conuentibus de licentia tamen & consensu Capitū li generalis aut præsidentis cum maiori parte visitatorum autoritate Apostolica absque eo, quod ad Sedem Apostolicam habeant recursum huiusmodi licentiam, autoritatem, & dispensationem indulsit, vt habetur in Compendio [b] Mendicantium, vbi ait Collector vidisse hoc priuilegium authenticum.

a Sot. lib. 8. de iust. q. 3. ar. 1. Nau. in man. c. 12. n. 64.

b Cōp. Mendi. tit. dispē satio. §. 25.

## ARTICVLVS V.

### *Quo iure Prælati regulares habeant autoritatem irritandi vota religiosorū.*

REspondeo dicendo, cum doctissimo Soto, [c] quod Summus Pontifex, quia est velut Generalis minister, Prouincialis, Guardianus, seu Prior, potest irritare vota religiosorum. Et hoc verissimum est apud omnes. Addit tamen nouiter idem author, quod Summus Pontifex non potest irritare vota sæcularium. Licet enim super omnes fideles habeat plenissimam potestatis iurisdictionem, non habet tamen super sæculares potestatem dominatiuam, quæ requiritur ad irritandum, sicut habet super regulares. At hæc opinio Soti reprobatur à doctissimo nostro fratre Michaele à Medina. [d] Nam in ordine ad fidem & Euangelium omnes subduntur Summo Pontifici. Quare si quis sæcularis inutilem se reddidisset ad fidei obsequia viuēdo in religione, si ad propulsandos fidei hostes in bello hic homo esset valde necessarius, posset quidem Summus Pontifex illum ad arma cogere, omnia eius vota huic muneri contraria irritando: quia propter Baptismum fit Papa dominus voluntatis Christiani hominis, id est, in ordine ad finem spiritualem. Atque adeo si Episcopus voueret religionem, Papa potest illud votum irritare: quia sine illius voluntate, nullum est. Sed vt ingenue fatear hoc non est simpliciter irritare, sed tantum secundum quid, id est ad illum finem. Prælati verò regulares simpliciter irritant, ex eo solū, quia sunt domini absoluti voluntatis omnium religiosorum suorum, quod nimirum non concedit Sotus de Papa respectu sæcularium. Ex his patet quo iure possint dicti prælati irritare vota. Ad quod respondet Sotus

c Sōt. lib. 8. de iust. q. 3. ar. 1. dubi.

d Med. lib. 5 de sacrorū ordinum cōtinent. c. 44. & 45.

a Sot.in.1. ca.1. a Sotus, quod iurediuino & naturali. Nam ratione voti efficitur prælatus dominus voluntatis subditi. Quæ nimirum sententia verissima est. Et aduerte, quod ad irritandum vota nulla requiritur causa, sicut requiritur ad dispensandum. Ex mera enim voluntate prælati hanc votorum irritationem facere possunt, prout post Sylvestrum concludit Sotus dicens, peccare nihilominus venialiter prælatos irritando vota subditorū sine causa. Quæ nimirum sententia solidum habet fundamentum. Nam sic irritare esset actus otiosus & inutilis, teneret tamē irritatio, si prælatus dicto voto præmonitus & certior factus illud irritauit & quassauit, vt optime docuit b Caietanus. Sed si aliquo bono fine prælatus irritaret vota, præuia aliqua deliberatione non peccaret.

b Caie.2.2. q.88.ar.8.

## ARTICVLVS VI.

*Vtrùm prælati regulares possint dispẽsare in votis volentium ordinem intrare.*

REspondeo dicendo, quod. Eugenius Quartus concessit prælatis congregationis Sancti Benedicti, *Personas volentes eorum Congregationi sociari, quæ religionem locum & ordinem aliũ quẽcunq; etiam arctiorem vouissent, tali voto non obstante approbationem professionemq; recipere, eademque autoritate Apostolica ab ipso voto absoluere, & cum ipsis dispensare, dummodo in tali religione, seu ordine, de quo vouissent professionem non emiserint. Quod si tamẽ ante professionẽ emissam ab ipsa recesserint cõgregatione, huiusmodi dispẽsatio nullius erit roboris, vel momenti.*

c Compen. mend. titu. dispẽs. §.28 Ista concessio habetur in cõpendio c Mẽdicantium.

Circa quam concessionem est notandũ, quod est magni æstimanda quandoquidẽ concedit, vt possimus dispensare cum illo, qui habens votum ingrediendi in Cartusiã venit ad ordinem Mendicantium. At vero semper requiritur causa rationabilis ad intrandum ipsum Ordinem: quia Papa non potest dispensare, vt religiosus sine causa legitima transeat ad laxiorem religionem, prout tenẽt d Panormitanus, & Sylvester. Et sic concedens prælatis, vt possint dispẽsare cum illo, qui habens votum intrandi in Carthusiam, vt possit profiteri in Ordine mendicantium, concedit hoc secundũ modum, quo potest, scilicet, causa iusta interueniente. Causa autem iusta & rationabilis est, vt si is putet melius Altissimo famulatũ dedicare in hoc ordine, quam in arctiori. Quod probatur. Nam secundum doctissimum Sotum, vt aliqui doctissimi eius discipuli affirmant, Episcopi possunt dispensare cum seculari, vt intret ordinem reformatũ, dato, emisisset votum arctioris religionis, & quod causa sufficiens ad huiusmodi dispensationem cõcedendam erit, sic velle qui votum emisit. Nam inclinari magis ad laxiorem religionem, quam ad strictiorem per ipsum votatam, signum est notissimũ, quod Altissimo Domino famularum magis dicabit in laxiori, quam in strictiori. Aduertendum tamen, quod supradicta procedunt, quando aliquis virtute dispẽsationis se nõ obstante dicto voto transfert in laxiorẽ religionem. At verò quando aliquis vouens strictiorem religionem, licet virtute priuilegij alicui religioni laxiori cõcessi se transferat, & profiteatur in ipsa, & vt profitẽdo satisfaciat voto, nõtamẽ liberetur à culpa mortali, quã cõmisit omittendo religionẽ strictiorẽ, quã vouit, suscipiendo habitũ & profitẽdo in alia religione laxiori, prout tenet D. Thomas, e quẽ sequitur Nauarrus: cũ sine causa & sine legitima dispensatione votũ priusfactum non in specie ad impleuerit.

d Panor. in c. non est voti de voto Silu. verb. votum. §.3.

e D.Tho.2. 2.q. fin. art. pen. ad. 3. Nauar. c. 12. n. 48.

## ARTICVLVS VII.

*An dicti Prælati & Abbatissæ possint dispensare in votis suarum monialium.*

REspondeo dicendo, certum esse prælatos regulares posse dispẽsare, & irritare vota suarum monialium, etiamsi emittant vota adimplẽda in potestate aliorum prælatorum, Abbatissæ tamen non possunt dispensare in dictis votis, neque ea comutare, cumquia hoc pertineat ad spiritualem iurisdictionem, quam Abbatissæ super suas moniales minime habent. Possunt tamẽ dictæ abbatissæ irritare vota per suas moniales emissa, sicut pater potest irritare

vota filij, & maritus vota vxoris propter potestatem dominatiuã, quã habent: siquidem Abbatissæ maiorem autoritatẽ habẽt dominatiuam super suas moniales, quã pater & maritus super filium & vxorẽ, prout notat noster Episcopus Angles, & constat ex traditis in nostra summa[a] confessorum Vbi aduerto, quod quãdo fiũt ista vota sine consensu prælatorum, non peccant prælati, neq; Abbatissæ ea sine causa irritando. Neq; peccãt subditi, & moniales dictã irritationẽ sine causa petendo; si quidem promiserunt Deo sub cõditione tacita, si eorũ prælati, dicta promissa non irritauerint, vt ex late traditis in eadem summa patet.

a In sum. 2. tit. c. 89. de voto pagi. 319. nu. 1. & n. 9.

## *ARTICVLVS VIIII.*

### *Vtrùm dicti prelati possint dispensare commutare & irritare vota nouitiorum & nouitiarum.*

REspõdeo dicẽdo, q̃ omnia vota personalia, & mixta vt sunt peregrinationes cessant, emissa professione in aliqua religione à sede Apostolica approbata, vt dicunt Sanctus[b] Thomas, & Sotus, cum communi. Cessat etiam votum vltra marinum, quid quid dicat Syluester. Quod probatur. Nam professus moritur mundo, & viuit Deo, & ad hanc vitam professio solennis dirigitur: vnde cessante vita præterita, etiam cessant vota ipsa facta. Vnde infertur quod etiam cessant vota realia, siquidẽ ad regimen spirituale prioris vitæ fuerint emissa. Quæ iam cessat per translationem professitẽtis in aliam vitam merè spiritualem: & intra annum nouitiatus liberi sunt nouitij à votis, quæ non possunt impleri in religione. Et ratio est: quia disponente Papa, vt omnia nouitiorum & nouitiarum vota in voto solenni religionis absoluantur, & statuente quod nouitij probent austeritates religionis, & religio ipsorum, nouitiorum mores, clarũ est, nolle obligare dictos nouitios, in illo anno ad obseruationem votorum, quæ in religione minime possunt adimplere. Verũ ad ea, quæ possunt adimplere ex voluntate ipsius Papæ astringuntur. Notandum est tamen, quod consideratis exercitijs, in quibus in dicto anno occupantur, verbi gratia, surgendo ad matutinas, & in alijs horis canonicis assistẽdo orationi mentali, ieiunijs, disciplinis mortificationibus, missarum auditionibus, vt acolyti seruiendo, & alijs exercitijs humilitatis insistendo, poterunt prælati, & ipsi, qui curã habent nouitiorũ dicta vota in aliqua opera istorum Deo magis grata cõmutare. Attendant tamen, quod non habent potestatem ad dicta vota irritanda, cum super nouitios non habeant potestatem dominatiuam, sicut habent super professos, vt aduertit doctissimus[c] Nauarrus. Attamen propter potestatem spiritualem, quam habent super eos bene possunt eorum vota commutare, & dispensare in opera & exercitia, quæ ab ipsis in religione communiter fiũt, prout aduertit Alcocer[d] in sua docta & cõpendiosa summa confessorum.

b D. Tho. 2. 2. q. 86. ar. 12 q. 186. ar. 1. Sot. li. 4. de iust. q. 1. ar. 4

c Nau. c. 12. n. 69.

d Alco. in sum. c. 16. fo. 57. pag. 1.

## QVAESTIO. XXVI.

### De Abbatibus quoad potestatẽ dispensandi in obseruantijs regularibus in octo articulos diuisa.

*Circa quam quæruntur octo.*

1 *VTrùm prælati possint dispẽsare in omnibus obseruantijs regularibus.*
2 *Vtrùm expediat vti cõstitutione Pij V. de qua in articulo superiori.*
3 *In quibus releuentur fratres per dictam concessionem.*
4 *Vtrùm fratres minores possint recipere triticũ v. g. vt pro alijs commutetur.*
5 *Vtrũ præcepta regulæ minorũ sint vota.*
6 *Qui sint prælati qui possunt dispensare in præceptis regulæ minorum.*
7 *quis possit dispensare cum prælatis ad supradicta.*
8 *Vtrum possint fratres vti dispensationibus sine causa impetratis.*

## *ARTICVLVS. I.*

### *An prælati Generales, & Prouinciales possint dispensare in omnibus obseruantijs regularibus, exceptis tribus votis essentialibus?*

REspondeo dicẽdo, quod obseruãtię regulares sunt quidquid in iure, & in Cõcilio Tridentino, & regulis, & statutis Apostolicis continetur, cõcernens solas personas regulares

lares & prelati regulares habētes iurisdictionē Episcopalē possunt dispēsare secūdū ius in particulari cū aliquo in omnibus obseruātijs preçisis regularibus cōprehēsis & contētis in iure & Cōcilio Tridentino, & cōstitutionibus iusta existente causa, dummodo non sit specialis prohibitio in aliquo statuto facta. Hęc assertio primo probatur, quia nullibi reperitur prohibitio generalis arcens prædictos Prælatos, ne possint in huiusmodi obseruantijs dispensare. Quod nimirum aperte deducitur ex iure Canonico. [a] In quo sic dicitur. Neque existimet Abbas quod super habēda proprietate possit cū aliquo monacho dispensare: quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, ita sunt annexę Ordini monachali, vt contra eam neque summus Pontifex possit indulgere licentiam. In quibus verbis. *Ne existimet Abbas.* Notandum est. Nā sicut per illa Prælatos regulares prohibet dispensare in his, quæ sunt essentialia & annexa monachatui, per eadem verba videtur concedere quod in non essentialibus potest dispensare, quia exceptio firmat in contrarium regulam in omnibus, quæ excepta non sunt, vt euidenter constat in multis iuribus, quæ à Doctissimo [b] Couarruuia referuntur. Quā vnicam regulam non solū dicit esse probatam ex Bartolo & Dino; Sed ait esse omnium concessione receptā. Hanc eandem veritatem probat Concilium Tridentinum [c], in quo dicitur, quod superiores non possunt quæ ad substantiam regularis vitę pertinent relaxare. Quia omnia quæ non sunt de substantia regularis vitæ, secundum mentem Concilij possunt ex causa à prælatis dispensari per regulam superius traditam; qua dicitur, quod exceptio facit regulam firmam, & certam in omnibus, quæ non excipiuntur. Cū his concordāt Angelus & [d] Syluester. Nā post argumentum à contrario sensu tenēt Prælatum in omnibus exceptis tribus votis essentialibus posse dispensare. Imo est expressa sententia D.[e] Bernardi, cuius verba sic habentur: Quandiu charitate militāt statuta regula immobiliter fixa sunt. At si forte contra charitatē aliquando visa fuerint, ijs duntaxat, quibus hoc posse videre datū est, nōne iustissimū esset, vt aliquaverba si expedire videbit, vel omittātur, vel in aliud forte cōmodius dimittētur? Hęc Bernardus. Et circa hoc vide D.[f] Tho. & Sotū,

a c. cū admonasser. de statu monachā.

b Coua. li. 2 de varijs resolut. c. 5. n. 6.

c Concil. Tri. sess. 25. de regul. c. 1

d Silue. ver. dispensare. §. 20. in fin.

e D. Bern. in li. de præcepto & dispensat.

f D. Thom. 2. 2. q. 47. ar. 3. & Sot. de iust. li. 1. q. 7. art. 3. & lib. 8. q. 3. ar. 1. dub. 2.

Sed pro maiori explicatione nostræ conclusionis est aduertendum, quod obseruantia regularis est triplex, vt colligitur ex Cōcilio & Tridentino. Prima dicitur & est essentialis, vel substantialis in genere siue absolute, quia est de intrinseca ratione cuiuscunq; religionis regularis: vt est obseruatio trium votorum essentialiū Secunda obseruātia dicitur essentialis in specie, siue respectiue, quia obligat ad culpā mortalē in aliqua religione speciali ex peculiari institutione illius: vt cōstat in religione fratrū Minorū de obseruātia: in qua sunt viginti quatuor præcepta obligantia ad culpam mortalem. Idem etiam patet in religione religiosorū Societatis Iesu: in qua vltra tria vota essentialia religionis sunt alia plura vota specialia, quæ obligāt ad peccatum mortale. Vt est votum obediendi summo Pontifi in missionibus, & de non immutando statuta paupertatis in eadē religione instituta, & de non procurando directe aut indirecte aliquod officiū in eadē religione, & de detegendo ea, quæ aliquis per ministerium procurasse repertus fuerit, & de non acceptāda aliqua dignitate extra eandē religionē, nisi coacti fuerint per obedientiā ab eo, qui eius Ordinis professores possit ad culpā obligare. Idē constat in religione S. Clarę: in qua eiusdem Ordinis religiosæ vltra tria vota essentialia promittūt perpetuam clausuram. Idem etiam patet in Carthusiensibus, de quibus dicitur obligatos esse ad perpetuā carniū abstinētiā sub lethalis culpæ noxa. Tertia Obseruantia est, quæ nullo modo est essentialis, quia ad nullā culpā obligat, vt sunt ea, quę pertinēt ad victum, & vestitum & communem vitam. His suppositis nostra cōclusio est intelligēda nō solū de obseruātijs tertij generis, quæ nō obligant ad aliquā culpam, sed etiam de secundis obseruantijs essentialibus in specie, seu respectiuis, quæ obligant ad peccatum mortale. In his nanq; possunt superiores dispēsare ex causa. Nā quando Concilium Tridentinum dicit non posse superiores relaxare quæ ad substantiam regularem pertinent, loquitur de his, quæ sunt simpliciter & absolutè essentialia cuicunq, religioni, nō autē de his, quę respectiue sunt essentialia alicui religioni. Et ideo dicit Concilium Tridentinum absolute & simpliciter, quod nō possunt relaxare quæ pertinent ad substātiam regularis vitæ: & non dixit alicuius re

g Con. Tri. in d. c. 1.

gularis voti. Quòd statim magis Concilium explicat, cũ statim aperte loquatur de illis substantialibus obseruantijs, quę sunt bases & fundamenta totius regularis disciplinę. At vero sola tria vota essentialia sunt huiusmodi; quia sine reliquis potest vera cõ stare religio: sine illis autem minime. Merito ergo sola tria vota essentialia vocãtur bases & fundamenta. Atq; adeò certo statuẽdum est, quod in omnibus specialibus, votis & prẽceptis secũdi generis cuiuscũq; religionis possunt secundũ ius & Concilij Tridentinum dispensare prælati in particulari cũ aliquo, si iusta existat causa. Et quãtum ad nostrã religionem regularis obseruantiæ habemus concessionem Pij II. in *Qua conceßit, quod prælati Ordinis minorũ de obseruantia circa subditos suos poßint annuere, seu dispensare cũ debilibus & infirmis in his, quæ non sunt cõtraria regulæ. Et fuerũt expreßi aliqui casus, vt de sotularibus in itinere, ac de equitando, licet non sit arcta necessitas vel infirmitas.* Ita habetur in libro [a] Monumenta Ordinũ, & in supplemẽto. Circa quã concessionẽ aduertit [b] Collector priuilegiorũ Mendicantiũ, quod est velut propositio seipsam falsificans. Nã primo dicit, quod possit dispensare in his, quę non sunt cõtra regulã, & postea explicat aliqua quę sunt manifeste cõtra regulam. Ponit enim exemplũ in equitatione, & calceamẽtis, &c. quę sunt manifeste de obligatorijs. Et propterea videtur, q̃ debuit hic dici de his, quę non sunt contra tria vota substãtialia. Sed doctissimus [c] Corduba in additionibus ad compendium duo circa dictã concessionẽ aduertit. Primũ est, q̃ ponitur diminute à Collectore: nam debet addi de receptione frumẽti pro induendis fratribus, vbi nõ est alius modus habendi, & de procurandis in diebus Sabbati eleemosynis pro carnibus vbi consuetũ est, & similibus. Neq; propter hoc dicantur facere contra regulã. Ita habetur in [d] supplemento. Secundum est circa id quod dicit Collector, istam concessionẽ seipsam falsificare. Ait enim, quod ibi Papa concedit nostris prælatis, quod possint dispensare cum debilibus in his, quæ nõ sunt omnino contra substantiã obligationũ regulæ, neque extra totam latitudinẽ ipsorũ, præceptorũ, seu obligationum. Quod ideo dicit, quia ex aliquali causa recipere frumẽtum per syndicum nomine Papæ, aut per alium nomine dantis, nõ est omnino contra prẽceptũ de non recipiendo pecuniam, quanuis fortè aliquãdo sit contra aliquam circunstantiam seu conditionẽ requisitam ad plenã & debitã obseruãtiã illius prẽcepti sic, quod in hoc nõ fiat omnino cõtra seu extra totã latitudinẽ illius prẽcepti, quãuis uis fiat aliqualiter. Similiter portare calceamenta & equitare existente aliquali necessitate, seu causa, quanuis non sit vrgens, nõ est contra prẽceptũ regulę, sed contra aliquã conditionem seu circunstantiã requisitam ad plenam & debitam obseruãtiã illius prẽcepti, requirentis manifestam & vrgẽtem necessitatem & infirmitatẽ ad hoc vt quis possit licite calciari & equitare. In his ergo quę sic sunt contra regulam, idest, quę omnino nõ sunt contra substantiã prẽceptorũ regulę, sed solum sunt contra aliquam circunstantiam, vel conditionem requisitam ad plenam obseruationem ipsorũ, cõcedit Pius II. quod nostri prẽlati possint dispensare non quidẽ ad libitum, hoc enim esset dissipare, sed ex causa aliqua rationabili, quãuis nõ omnino sufficiẽte. Et talis dispẽsatio in prædictis ex tali causa hoc tãtũ in summa cõcedit, q̃ illa causa, quę alias nõ erat sufficiẽs fiat sufficiẽs ipsa dispensatione, adlicite verbi gratia equitãdũ, & faciendũ alia similia, quç sunt obligatoria regulę.

Et circa supradicta est notanda quędam celebris cocessio. *Pij V. facta anno Dñi milleßimo quingenteßimo ßexageßimo ßexto die vigeßima ßexta Augußti ordini ad ßupplicationem Patris Ioannis de Aguilera Commißarij Romani omnibus fratribus Ordinis Minorũ, quod tãtum teneantur ßeruare ßub pœna peccati mortalis præcepta regulæ, quæ ßequuntur, ßcilicet, tria vota eßßentialia obediẽtiæ caßtitatis, & paupertatis, necnon prohibitionis recipiendi denarios vel pecunias, & præceptum de dicendo diuina officia ßecundum Ordinem Romanæ Eccleßiæ, & præceptum de ieiunijs in regu*

la

a Ita habet. 1. impres. fo. 62. & fol. 65. conces. 92. & in supplemen. fol. 100 conces. 382.

b Coll. tit. dispensatio. §. 8.

c Cordub. in addit. ad cõp. tit. dispẽsatio ver quoad. §. 8.

d In suplẽ. fol. 100. pa. 2. cõces. 382.

*la inditis. Et quando quis calceamenta de corio, quibus omnino pedes cooperiantur sine necessitate, aut dispensatione superiorũ, aut iter fecerit equitando sine manifesta necessitate, seu dispensatione superiorum, quibus sua Sanctitas id cõmittit, onerando tamen eorũ conscientias, licet non sit arcta necessitas: & quando intra clausurã quarũcunq; monialiũ intrauerint extra casus in earũ regula & Apostolicis constitutionibus contentos, & quando electores quibus incũbit, omiserint eligere ministrũ Generalem in festo Pentecostes, aut petere à Dño Papa vnum Cardinalem protectorem Ordinis: & tandẽ quando à debita obedientia & reuerẽtia Dñi Papæ quispiam recesserit. In cæteris autẽ præceptorũ transgressoribus nullus incurrat aliquod peccatũ mortale, nisi quatenus aliquod ius, vel præceptum diuinũ naturale, vel humanum fuerit transgressus, aut contẽptum habuerit. Et ista omnia in foro conscientiæ tantum sua Sanctitas concessit, non obstantibus quibuscunq; literis & declarationibus, nec nõ cõstitutionibus & ordinationibus Apostolicis & dicti Ordinis Statutis, & cõsuetudinibus, & alijs quibuscunque.*

Hęc Pius V. Quam declarationem desumpsit reuerendissimus noster pater F. Matthęus de Burgos, Commissarius Generalis Cismõtanus nostræ sacræ religionis ex libro ordinis authẽtico, quod habetur in Archiuo Ordinis in conuentu Aræ cœli almę vrbis. Quã ipse reuerendissimus pater mihi certificauit manu propria desumpsisse, & ita transumptam sua propria manu scriptam eã in hocloco collocauit, vt omnibus patefiat, aliã, quę in manibus aliquorum fratrũ circumfertur constitutionem & concessionẽ Pij V. non esse seruandam, neque esse eam, quã prædictus religiosus & reuerẽdus pater Commissarius Romanus vltimo loco procurauit, & ita ipsi minime esse dandam fidem, sed huic cum tam graui testimonio nitatur. Et ideo eam explicãdam in hoc loco esse duxi, vt omnes patres, & fratres mei sciant, & intelligant, quid ipsis sub lethali culpa in regula præcipiatur: & ita eorum cordibus dilatatis viam mãdatorum ipsius currant. Circa quam constitutionem primo est aduertẽdum, quod sicut ad sedem Apostolicam pertinet instituere, & approbare religiones & regulas earum confirmare, vt determinatum est in iure [a] Canonico: sic ad eandẽ Apostolicam sedem pertinet declarare regulas per eam institutas, argumẽto aliquorũ [b] iurium. Et cum ad Summum Pontificem pertineat supremus status perfectionis, per ipsum debent regulari omnes regulæ ad ipsam tendentes, cuiusmodi sunt regulæ religionum. Et ita religiosi eius decretis circa hoc stare tenentur, considerantes, quod, in solo iure diuino & naturali est immutabilitas. In his autẽ quæ sunt de iure positiuo, & quæ concernũt ad ius diuinũ, vt sunt vota potest pro varietate temporũ contingere mutabilitas autoritate Summi Pontificis, qui in his iusta existente causa sæpe sæpius dispensat. Secũdo est notandũ circa dictam constitutionẽ, circa illa verba *sine necessitate seu dispensatione*, quod illa disiunctiua, *Seu* sæpe ponitur inter duas res & duo nomina idem significantia, secundum [c] Panormitanum communiter receptum, quem sequitur Nauarrus alios allegando. Et sic in ista constitutione posita inter verbum, *necessitate*, & verbũ *dispensatione*, non est intelligendũ, q; ponitur inter duo nomina diuersa significãtia. Nã cũ sit dictio disiunctiua sequeretur, quod fratres possent transgredi ista præcepta ad libitum suum sola necessitate existẽte: quod minime est dicendum. Nam sic porta relaxationis maximæ pateret. Vnde ad claudendam istam latam portam, necessario debemus dicere, quod illa dictio *Seu* ponitur inter duas res diuersas idẽ significantes. Et sic vult dicere Summus Pontifex, quod ipsi fratres possunt vti calceamentis, & alijs necessitate non quacunq; interueniẽte, sed dispensatione superiorum, iudicantium talem necessitatem sufficientem esse ad huiusmodi vsum concedendũ. Et vt tolleretur omnis ambiguitas à prelatis scrupulosis, quibus talis dispensatio committitur eorũ

[a] c.vnic.de relig. dom: in.6.c.vnic. de voto. in 6.

[b] l.fin.C.de leg.ca.inter verb. de sententia excommuni.

[c] Panor.in ca.inter cæteras de rescriptis. Naua. in c. statuim. 19. q.3.n.62.

conſcientias onerando aduertit Sūmus Pō tifex, quod poſſunt in his caſibus diſpēſare, *Licet nō ſit arcta neceſſitas*: quod etiā fe cit Pius II. in cōceſsione ſuperius allegata.

Tertio eſt notandum ſuper illa verba. *Onerando tamen eorum conſcientias*, quod per ea Summus Pōtifex clare innuit quod prælati, ad quos diriguntur dicta ver ba, non poſſunt alios ſubdelegare ad dictā diſpenſationem faciendam: quia per hanc clauſulam, & quoties committitur fidei alicuius per viam confidentiæ, vel cum negotium non determinatum mandatur, cenſetur electa induſtria perſonę, pro vt inquiūt plures allegati per [a] Menochium, & in particulari de dicta clauſula loquentes hoc tenuerunt aliqui de Rota. Et ita debent aduertere Prælati hac conceſsione vtentes, quod non poſſunt committere diſpenſatio nem huiuſmodi alteri, cum Summus Ponti fex ipſorum confidentię hoc negocium cōmittat tanquam fidelibus ſeruis & pruden tibus ſuper familiam ſuam conſtitutis.

a Menoch. de arbi. li. 1. q. 68. n. 11. 12. & 13. Rota deciſ. 9. & 180. de cōce. præben.

Quarto eſt notandum circa illa verba. *Et quando intra clauſuram*, quod nobis fratribus Minoribus vi regulæ non prohibetur acceſſus ad monaſteria monialium, ſed tantum ingreſſus intra ipſarum clauſuram: de quo dicemus infra in quæſtione de clauſura monialium quātum, ad acceſſum.

b D. Th. 2. 2. q. 189. a. 9. Archid. in. ca. quicunque 85. d. Dominicus in. ca. nullus. 55. § d. Feli. in. c. quidam col. 3. & 4. d. iureiurando.

Quinto eſt notandum circa illa verba. *Aut contemptū habuerit*, quod ille frater dicetur trāſgredi regulā ex contemptu, qui principaliter mouetur ad id, eo quod illā vel illius autorē, paruifaciat: non autem quando mouetur vel inducitur ad id principaliter per iram, auaritiam, aut aliam cauſam etiam iniuſtam ſecundū Diuum Thomam, [c] Archidiaconū, Dominicum, & Felinum. Neque etiam ad id ſatis eſt conſuetudo peccandi, iuxta Diuum [d] Thomam, quem optime declarat Caietanus, quidquid dicat Ricardus, quem ſequitur Angelus. Quia quanuis conſuetudo multum faciat ad præſumendum prædictum contemptum in foro exteriori, nihil tamen facit quoad forum interius, vbi ſola veritas conſideratur, iuxta ea, quæ in [e] iure Canonico traduntur. Vnde [e] gloſſa dicens eum, qui ſine iuſta cauſa tranſgreditur legem, videri contemnere, intelligenda eſt in foro exteriori, non autem in interiori. Verum tamen eſt conſuetudinem tranſgrediendi legem multum incitare ad eam, & eius autorem contemnendum, ideoq; ab ea cauendum eſſe admonet pijſsimus & religioſus [f] Nauarrus.

c Archid. in. ca. quicunque 85. d. Dominicus in. ca. nullus. 55. § d. Feli. in. c. quidam col. 3. & 4. d. iureiurando. d c. tua deſponſ. c. humanæ. 22. q. 5. e Gloſ. in. c. metropolita nū. 2. q. 7.

Sexto eſt aduertendum, quod communiter circunfertur in noſtra religione hanc conceſsionem minime fuiſſe receptam: ad quod reſpondeo, quod, licet ipſa conceſsio ſit renunciata à Patribus Generalibus, non dubito poſſe in aliquo Capitulo Generali eius vſum & facultatē recipi. Et ſcio patres ordinis ad placandas timoratas fratrū conſcientias eam apertis manibus amplexari. Cum enim ipſa toti ordini cōcedatur, non potuit, niſi cum conſenſu Capituli Generalis renunciari. Quod autem hæc conceſsio toti ordini concedatur patet ex ea ibi. Omnibus fratribus Ordinis Minorum. Nam licet non ſolum dicatur priuilegium perſonale, quod conceditur alicui particulari, ſed etiam quod conceditur certo generi perſonarum, vt colligitur ex quadam lege [g] loquente de priuilegio cōceſſo maritis in genere, vt expendit Zaſius: hoc tamen intelligendum eſt non procedere, quando quid conceditur certo generi perſonarum, quod propter fictionem iuris nunquam videtur perire. Nam tunc priuilegium eſt reale & perpetuo durabit: vt puta ſi priuilegiū concedatur ciuibus alicuius ciuitatis: nam hi perfictionem iuris nunquam cenſentur perire, vt in eodem [h] iure continetur. Et ideo conceſsio facta cenſebitur realis, ſiue perpetua. Nam ſicut cenſetur perpetuum priuilegium, quod conceditur ciuitati vel loco iuxta quādam [i] legem: ita cenſetur perpetuum, ſi ciuibus concedatur iuxta aliam [k] legem. Et ita in ſpecie tenent [l] Romanus & Socinus. Vnde cum dicta conceſsio Pij V. omnibus fratribus Ordinis Minorum regularis Obſeruantiæ concedatur, qui propter fictionem iuris nunquam videtur perire, idem de ea iudicandum eſt, ac ſi toti ordini fuerit cōceſſa: & per conſequēs à toto ordine debet renunciari. Imo exiſtimo aliā circa hāc materiā fuiſſe renuntiatā conceſsionem non autē iſtam. Primo, quia dictus pater eā reliquit ſcriptāin libro ordinis, ſecūdo quia hæc nō deſtruit, nec aliquid obſeruantiæ regularis noſtræ ſacræ religionis tollit: cū arctiſsima paupertas ipſius intacta permaneat, vt ſtatim apparebit.

f Nauarrus in manu. c. 22. n. 42

g l. quis tale. 24. ff. ſolut. matri. Zaſius. in. l. maritum. n. 32. ff. eod.

h l. proponebatur. ff. de iuditijs.

i l. fra. § qq. ff. de cenſibus.

k l. 2. ff. de rebus dub.

l Roman. in l. maritum n. 17. ff. ſolu. matri. Soc. in. l. 2. n. 4. ff. de reb. dub.

## ARTICVLVS II.

*Virùm expediat vti dicta constitutione Pij Quinti.*

REspondeo dicendo, summe esse aduertendũ vnũ, in quo multi falluntur, scilicet, quod fratres, aut cõuentus regulæ obseruatissimi, minimè debẽt sibi persuadere, aliosfratres, & alios conuẽtus non ita rigorosè obseruantes regulam ipsam trãsgredi. Certum est enim Seraphicum Patrẽ nostrum Franciscũ regulam cum multo maiori rigore obseruasse, quam omnes eius fratres etiam obseruantissimi obseruauerunt. At non ex hoc debemus inferre, neminem eam obseruare: siquidem ad culmen obseruationis ipsius patris nemo vsq; hodie peruenit. Patefaciamus hoc exemplo morali desumpto à præcepto Ecclesiastico ieiunandi. Ita enim ieiunat sumens tantum panẽ & aquam, sicut ille, qui vna vice in die splendide epulatur. Et ad eundem modum, ita frater Minor adimplet regulã, & eius præceptum induendo vnam tantum vestem repetiatã, sicut ille, qui habet duas tunicas cũ vno caputio: siquidem regula ad id licentiam concedit. Verum tamen est, quod primi perfectius, secundi perfectè illam obseruant. Et ni fallor potest contingere, quod etiam si in aliqua prouincia aliquod præceptum cum maiori rigore obseruetur, hoc respectu vnius virtutis sit perfectio, respectu tamen alterius sit maior perfectio, non obseruare illud cum tanto rigore ad vacandũ alijs rebus magis arduis ad salutẽ animarũ, & ad cultum diuinum debite peragendum. Et gloriosus Bernardus in apologia ad Guilielmum Abbatem, hunc ipsum articulum proponens, propter controuersiam quæ orta fuit inter monachos Cluniacenses, qui communiter vocantur Sancti Benedicti, & inter monachos Cistercienses, qui Diui Bernardi nuncupantur, circa obseruãtiam suæ regulæ, hanc quæstionem eodem modo resoluit dicens, quod ille qui potest non manducet, & qui non manducat non damnet comedentem: afferens ad hoc Diui Pauli [a] autoritatem. Et hoc confirmat quodã pulchro exemplo. Nam sicut obseruat Euãgelium, qui ad vacandum Deo vitam agit continentem: & non illud frangit ducens vxorem; eodem modo monachi eandem regulam profitentes, diuersis vijs gradientes illam obseruãt, licet quidam magis punctualiter, quam alij. Et in rigore [b] scholasti co hanc eandem doctrinam nobis proponit [c] D. Thomas, dicens omne præceptum posse diuersis vijs adimpleri. Et licet vnus perfecte adimpleat, non propterea frangitur ab alio ipsum non adimplente in eodẽ perfectionis gradu. Hanc eandem resolutionẽ nobis proponit doctissimus [d] Nauarrus. Qui loquens de obseruantia regulæ Diui Augustini canonicorum regularium, quam ipsemet fuit professus, affirmat licitum esse canonicis regularibus recipere à conuentu certam portionem panis & vini pro quolibet mense: quam possunt consumere in rebus sibi licitis. Et autoritate grauissimorum Doctorum sufficienter probat non ex hoc frangere votum paupertatis. Confitetur tamẽ maiorem esse perfectionem istas portiones non recipere, sed conformare se cum refectione cõmunitatis. Imo addit istum modum viuendi recipiendo dictas portiones maximas secum ducere commoditates spirituales, & per ipsum maxima incõuenientia & obstacula contra perfectionem tendentia euitari.

Secundo notandum est, quod fratres Minores, & quicunque alij religiosi obligantur ad sciẽtiam explicitam & distinctã præceptorum suarum regularum. Et cum in hoc posset contingere error in duobus extremis, vnum & alterum prohibuit Pater noster Seraphicus in suo diuite & bene ordinato testamento: per obedientiam iniungendo Ministris, quod regulæ nihil addant, neque detrahant propter quod non minus erant regulæ trãsgressores addentes, sicut sunt transgressores minuentes. Et tam malum & periculosum est diminuere præcepta, dicendo non obligare ea, quę realiter obligant, sicut est malũ & pernicio sum ipsa augere fingendo præcepta, vbi non sunt propter occasionẽ peccandi datam conscięntię erroneę facientis aliquid, quod putat esse peccatũ. Et est error maximus eligere opinionẽ falsam fingentẽ aliquod præceptum in lege diuina, & ecclesiastica, & in regula prætextu euitandi aliquos relaxationes & peccata. Hoc enim non est causa sufficiens ad huiusmodi præcepta fingenda. Imo multo melius est propalare veritatem, affirmãdo non esse præceptũ, vbi non est, etiã si ex hoc aliqua relaxatio introducatur, quã affirmare esse præceptũ vbi minime est. Regimẽ

[a] D. Paul.

[b] D. Tho. 2. 2. 187. ar. 3. ad. 2

[c] D. Th. 2. 2 q. 187. art. 3. ad. 2.

[d] Nau. in c. nullã. 18. q. 2. n. 25. cum sequen.

enim spirituale nō mendacijs, sed solidis veritatibus debet ꝓponi, & edoceri, iuxta ea quæ tradūtur in iure Canonico [a] & quæ docte tradūt D. Thomas & Couarru. Alij alia via gradiuntur, ad aliud extremū declinantes in nullo scrupulizantes. Adeò, vt dicat quidā grauis Doctor, cōsiderando istam diuersitatem deuiantiū à vera intelligentia regulæ Patris nostri Frāciſci, quod de illis potest dici illud Apostoli de Christo Dño crucifixo, quod erat gētibus insipientia, Iudæis scandalū, fidelibus vero virtus & sapientia. Sunt enim quidā fratres adeò timoratæ cōscientiæ, & literales, vt in omnibus prꝫceptis regulæ sibi videātur scādalizari, & in omnibus peccati occasionē inueniūt. Alij vero sicut Gētiles literis & sapientia humana inflati, & quidquid agitur & dicitur circa regulā iudicant insipientiā, & irridēt in nullo peccatū inueniētes. Alij vero sunt discreti & veri fratres Minores, obseruantes regulam cum timore & discretione, timētes vbi debent timere, quibus dicta regula non est scandalū neque insipiētia, sed sapiētia & virtus Dei. Aliqui cōtra vsum supradictæ concessionis possunt arguere eius vsum minimè esse admittendū. Nam Gregorius XIII. vt dictū est in superioribus, reuocauit omnia cōcessa à Pio V. in fauorē regulariū contra decreta Concilij Tridentini reducendo ea ad terminos ipsius Cōcilij. *In* Cōcilio autem [b] Tridētino statuitur, vt omnes regulares tā viri, quā mulieres ad regulæ, quā professi sunt præscriptū, vitam instituant & cōponant. Et in eadē [c] sessione infra statuitur, & mandatur, vt omna cōtenta in dicta sessione regulares concernentia executioni mandentur, reuocando omnia priuilegia Apostolica in contrariū. Et sic videtur reuocari hoc priuilegium, & alia similia, quę abstrahunt regulares à pura suarū regularum obseruantia, quæ in dicto Concil. Tridentino prꝫcipitur regularibus. Nā respondetur ex traditis à Nauarro, [d] quod nō obligat concilium regulares ad istam reformationē reuocādo priuilegia in contrariū, nisi prius omnis cura & diligentia à superioribus adhibeatur. Et ita tenentur prælati fratribus necessaria suppeditare, & omnia ità componere, vt puritas regularis obseruetur. Vnde in religionibus, vbi non est facta, nec potest fieri reformatio, ita vt fratres possint secundum puritatem regulæ viuere, non est, cur subditi scrupulis agitentur vtentes dispensationibus Papalibus. Alij autē cōtra vsum dictæ cōcessionis Pij V. insurgentes dicunt non esse admittendam: per ipsam enim relaxatur nostra religio supra modū. Nam falso existimāt Prælati ꝙ possunt dispēsare in voto substantiali paupertatis vt, scilicet, possint fratres habere bona immobilia in particulari & in communi: quod si datur, nostra religio funditus euertitur. Et fundamētum supradictorum est, quia putant illa verba, *sine dispēsatione superiorū* bis in dicta cōcessione repetita ad omnia superiora referri & per consequens ad votum paupertatis. Nam respondetur supradictis, minimè esse referenda ad omnia superiora: nam sic referretur ad votum castitatis, & obedientiæ, in quibus prælati regulares minimè possunt dispensare, vt patet ex superioribus. Et ita illa verba tantum ad duo præcepta referuntur. Primū est quod fratres non possint portare calceamenta. Secundum quod nō possint iter facere equitando. Hoc autē concedit Sūmus Pontifex fieri dispensatione superiorum, aliqua, licet nō arcta necessitate cogente. Et hoc est magnū priuilegium, cū regula ea omnia concedat, manifesta necessitate interueniente. Reliqua autem præcepta suprapositā, scilicet, tria vota essentialia obedietia, castitas, & paupertas, necnon prohibitio recipiendi denarios, vel pecunias & præceptum de dicendo diuino officio secundū ordinem Romanæ Ecclesiæ, & prꝫceptū de ieiunijs in regula inditis inta cta permanent. In his enim minimè virtutè dictæ concessionis possunt prælati dispensare, sicut etiam non possunt dispensare in alijs præceptis, quæ statim subduntur, scilicet, de non intrando in clausuram monialium, &c. Ex quibus satis patet, quod nō obstante dicta cōcessione tenentur fratres Minores ad altissimam paupertatem, quam in regula profitentur, nec bona immobilia in communi illis conceduntur, cum denariorum & pecuniarum (quod minus est) receptio ipsis omnino denegetur.

[a] Cap. qui scandalizauerit de regul iuris in 6. D. Thom. 2.2. q. 43. artic. 7. ad. 2. Couarr. in reg. peccatum. 1. p. n. 4. verbo, primum.

[b] Conc. Trident. sess. 25. de reg. c. 1. & cap. 5.

[c] Sess. 25. c. 21. de regu.

[d] Nauar. in c. nullā. 18. q. 2. à nu. 25. vsque num. 36.

## ARTICVLS III.

### *In quibus releuātur fratres per dictam concessionem.*

REspondeo dicēdo, quod non releuantur in tribus votis essentialibus, neque in paupertate etiam in cōmuni, neque in

in prohibitione recipiendi denarios, vel pecunias: neque in præcepto de dicendo diuino officio secundū ordinem sanctæ Romanæ Ecclesiæ: neque in præcepto de ieiunijs in regula cōtentis: neque in præcepto de nō intrando monasteria monialium: neque in præcepto eligēdi ministrū Generalē: neque in præcepto petēdi à Domino Papa vnum Cardinalē protectorē ordinis: neque in præcepto de non recedendo à debita obedientia, & reuerentia Dñi Papæ. Concessio autē supradicta cōcedit primò, vt possint fratres portare calceamenta, & iter facere equitādo cum necessitate, licet nō sit arcta dispensante Prælato. In cæteris autem præceptorum transgressionibus, ait Summus Pontifex, quod nullus incurrat aliquod peccatū mortale, nisi quatenus aliquod ius, vel præceptum diuinum naturale, vel humanū fuerit transgressus, aut contemptum habuerit. Videamus igitur, quæ sunt ista ad quæ modo non remanent obligati, & dico primo quod modo virtute regulæ, nō prohibētur esse soliciti de rebus temporalibus nouitiorum. Dico virtute regulæ: nam alias remanent obligati ratione simoniæ, quæ in huiusmodi solicitudine potest interuenire. Secundo dico, quod modo non tenentur virtute regulæ vestibus vilibus indui. Dico tertio, quod fratres modo non obligantur habere solum vnam tunicam cum capuccio, & alteram sine capuccio, qui voluerint habere. Ad alia autem præcepta inuenio teneri non virtute & obligatione regulæ, sed naturali, diuino, aut humano iure. Tenentur enim primo ad receptionem nouitiorū secundum formam, quæ traditur in Concilio Tridentino, & secundum formam traditam à Syxto Quinto Pontifice maximo, prout infra in quæstione de nouitijs, quoad receptionem dicetur. Tenentur secūdo de iure naturali & diuino ministri & custodes, solum pro necessitatibus infirmorum & fratribus induendis solitam curam gerere. Tertio obligantur iuxta Canonicas sanctiones habere vnum ministrum Generalem, quibus & alijs inferioribus prælatis tenentur firmiter obedire. Quarto tenentur non esse compatres virorum, vel mulierum, sicut in iure Canonico alijs regularibus prohibetur: de quo infra in quæstione de Baptismo dicetur.

Quinto tenētur suspecta cōsortia mulierū ratione scādali de iure diuino euitare.

Sexto obligantur modo fratres ad seruiendum alijs fratribus infirmis, sicut volent sibi seruiri. *Et* hoc de iure diuino non virtute & obligatione regulæ, & ad eundem modum quo de iure naturali & diuino obligantur.

Septimo obligātur modo fratres nō virtute regulæ, sed virtute Concilij Tridentini, [a] sic præcipientis, non prædicare populo, nisi à suis superioribus de vita & moribus, & scientia, examinati, & approbati fuerint, ac eorum licentia etiam in Ecclesijs suorum ordinum prædicare non possunt. Cum qua licētia personaliter se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiant. In Ecclesijs vero, quæ suorum ordinum non sunt, vltra licentiam suorum superiorum, etiam Episcopi licentiam habere teneantur: sine qua in ipsis Ecclesijs non suorum ordinum nullo modo prædicare possint. De Decreti autem huius explicatione dicemus Deo duce in secundo tomo, in quæstione de Prædicatoribus.

[a] Conc. Trident. sess. 5. de reform. ca. 2. & sess. 24. de refor. cap. 4.

Octauo tenentur fratres non obligatione regulæ, sed obligatione iuris recurrere ad patres Prouinciales, vel ad habentes eorum potestatem, vt à peccatis reseruatis absoluantur. Et sic illud præceptum regulæ: quod habens casum reseruatum recurrat ad suum ministrum, non obligat modo: nisi sicut de iure Canonico obligat omnes fideles habentes casus reseruatos. De quo iam pauca suprà diximus in quæstio. de Abbatibus, quantum ad absolutionem à casibus reseruatis,

Nono obligantur fratres non virtute regulæ, sed virtute iuris communis sic præcipientis, non exire post professionem ab hac religione sine licentia Domini Papæ, aut alterius ad id facultatem habentis. De quo agemus infra. Hæc sunt, quæ modo tenentur fratres virtute regulæ, & virtute iuris naturalis, diuini, & humani. Circa quæ est notandum, quod respectu eorum ad quæ obligantur virtute regulæ, non possunt prælati dispensare, nisi in quatuor præceptis. Primo, in præcepto de non portando calceamenta. Secundo in præcepto de non equitando, etiam si non sit necessitas arcta. Tertio in præcepto de dicendo officio diuino, secundum ordinem sanctæ

Romanæ Ecclesiæ, nisi in aliquibus casibus possunt dispensare: prout infra dicemus in quæst. de officio diuino. [a] Quarto in præcepto de ieiunando ieiunijs regulæ. In hoc enim præcepto possunt in aliquibus casibus dispensare, quod summe notandum est ad consolationem multorum.

a Infr. q. 41. art. 2. & 3.

Secundo notãdum est, quod nõ possunt Prælati dispensare in his, quæ de iure diuino ipsis & fratribus præcipiuntur. Cũ nec Papa nec quicũque Prelatus inferior super ius diuinum aliquam habeat dispensatiuam potestatẽ. Et sic nõ possunt dispẽsare in præcepto impositio prælatis de prouidendis fratribus sanis & infirmis in suis necessitatib⁹: attamẽ possunt declarare ipsum ius diuinũ. Et sic declarant illud præceptum de exacta cura habenda ab ipsis fratribus erga alios fratres infirmos, quod, scilicet, sufficit ponere vnũ aut duos infirmarios solicitos & charitatiuos ad dictos infirmos curãdos, nomine ipsorũ fratrũ omnia infirmis necessaria cũ benedictione Dei administrãdo. Et non allegẽt circa hoc patres Guardiani paupertatem. Vbi enim est charitas, sicut non est æmulatio, ita non est ista allegatio.

Tertio est notandũ, quod possunt dicti Prælati dispensare in aliquibus casibus particularibus iusta interueniẽte causa in præceptis, ad quæ ipsi fratres iure humano Põtificio tenẽtur. Nam hoc possunt Episcopi propter necessitates quotidie occurrentes, ne iugum Ecclesię difficilè reddatur, vt iam dictum est in superioribus. [b] Et per consequens id ipsum poterũt Prælati regulares, eandem iurisdictionẽ Episcopalẽ habentes circa suos subditos. Ex his colligitur quam alleuiata sit modo regula Minorũ fratrum.

b Sup. q. 22. art. 8. & 9.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrùm fratres Minores possint recipere modo triticum, & alia superabũdantia, vt pro alijs rebus necessarijs commutentur.*

REspondeo dicendo, q̃ Pius V. in dicta concessione noluit eximere fratres ab obligatione regulæ, qua tenentur nõ recipere denarios, vel pecuniã, & per cõsequens voluit, vt propositum in titulo quæstionis minimè à fratribus fieri possit cum hoc sit recipere pecuniã. Sed licet Pius V. hoc minimè cõcesserit, non tamen per hoc reuocauit cõcessionem Leonis. X. Pontificis maximi, id sub certa forma fratribus Minoribus concedentis. Concessit enim Leo X. quod fratres Minores *possint recipere triticum ac alias res superabundantes, scilicet, quibus in propria specie fratres non habent necesse vti, aut non in tanta quantitate vt pro vino, carnibus, ac alijs rebus victui necessarijs per syndicum Romanæ Ecclesiæ eisdem fratribus datum commutentur, & permutentur, seu vt triticum & alia huiusmodi vendantur, & ex pecunia inde proueniente vinum, & carnes, & alia necessaria emantur.*

Ita habetur in supplemẽto [c] Ordinis. Circa quã concessionẽ aduertit collector [d] priuilegiorum mendicantiũ cauendum esse omnino ab ea, quia est expresse contra declarationem Nicolai. III. & sic relaxatiua, & destructiua nostræ strictæ paupertatis, quam in regula promisimus: cũtalia sic recepta sit manifeste pecunia, cuius receptio, quã prohibita sit, in nostra regula notoriũ est. Nec sufficit dicere, quod Papa dispẽsat in hoc. Nam per similes dispensationes, vel potius dissipationes religio nostra dissiparetur in altissima paupertate fundata, vt patet euidenter in conuentualibus. Sed doctissimus Corduba [e] ab hac rigida cẽsura optimo iure discedit, aduertens, quod Papa id concedit cum duabus limitationibus. Prima est, quod triticum, &c. possit peti & recipi pro rebus necessarijs, quæ alias sine pecunia cõmodè haberi nõ possunt. Secũda limitatio, quod per syndicum talia distrahantur pro alijs necessarijs. His ergo suppositis, ait constare, quod ibi nõ est maior dispẽsatio, neq; cõceditur alia relaxatio maior, quam quod per syndicũ procurentur, seu accipiãtur pecuniæ sicut habẽt patres Vltramõtani secũdũ cõstitutionem Martini V. qua posse vti patres Cismontanos dicemus latè infrà secundo tomo, in quæst. de syndico. Sed inueni quendã virũ satis piũ erga paupertatem Minorũ dicẽtem Papã minimè posse dispẽsare in hoc casu, cum fratres ratione voti solennis teneãtur nõ recipere pecunias, & cũ votũ cõcernat ius diuinũ, & solẽne sit, nõ potest dispẽsare super ipsũ. Ad quod argumẽtum

c Fol. 23. cõcess. 66.

d Coll. in titulo cõmutare.

e Cordu. in addit. ad cõpend. tit. cõmutare. v. quoad. §. 3.

tum respõdeo fratres Minores ratione voti minimè prohiberi recipere denarios, vel pecunias. Non enim omnia contenta in regula patris nostri franciſci obligant ratione voti: quod cum aliquibus videatur difficille creditu, articulo ſequenti late diſputabitur.

## ARTICVLVS V.

### Vtrùm præcepta regulæ Minorum ſint vota.

REſpondeo dicendo, quod multi exiſtimant vniuerſa præcepta regulæ Patris noſtri Franciſci eſſe vota ſolemnia. Sed contrariam ſententiam tenent viri ſapientiſsimi, Scilicet, quod cætera omnia præcepta exceptis præceptis de caſtitate obedientia & paupertate minime inter ſolẽnia vota eſſe cõputãda: ſed ſolũ eſſe præcepta Minoribus tradita, inſtar præcepti ieiunij quadrageſimalis Chriſtianis per Eccleſiã impoſiti. Hanc ergo propoſitionem argumẽtis luce meridiana clariorib⁹ veriſimã ac certiſsimã oſtendã. Principio eã Vienenſe Concilium definit, ac propè inſinuat. Sic enim ſcriptum legimus. Declaramus & dicimus, quod dicti fratres non ſolùm obligantur ad tria vota nude & abſolute accepta, ſed etiã tenẽtur ad ea omnia implenda, quæ ſunt pertinentia ad hæc tria, quæ ipſa regula ponit. Et paulo inferius. Neque tamen putandum eſt, quod Diuus Pater noſter Franciſcus profeſſores huius regulæ, quantum ad ea omnia contenta in regula modificantia tria vota æqualiter intenderit eſſe obligatos. Et iterum quando dubitatum fuit inter fratres, quæ eſſent prẽcepta modificantia prædicta vota plura explicat Vienenſis Synodus præcepta ea concernẽs ad tria vota. Quod quidem perſpicuum erit legẽti. Et hoc multiplici textu, hãc rationẽ ſic colligo. Concilium Vienẽſe decernit, & diuidit vota ſolemnia à præceptis in regula Minorum fratrum contentis, igitur præcepta & vota longe ſibi in vicem diſtant, ſicut cælum & terra. Si enim cuncta, quæ Minoribus præcipiuntur eſſent ſolennia vota erroneum profecto in Philoſophia, & proſus ab omni dialectica eſſet alienũ inter vota & præcepta diſcrimen aliquod conſtituere. Quis enim vnquã dialecticorum diſtinxit inter hominem rationalem & petram & lapidem gladium & enſem. Cuiusmodi ſunt vota ſolennia & prẽcepta? Supereſt igitur vniuerſale concilium diſcernẽs inter vota & præcepta apertiſsime noſtram inſinuaſſe propoſitionem. Quod ſi rurſus contendas præcepta omnino eſſe vota, quæro, ſint ne ſimplicia an ſolennia? Simplicia autem minime, nullum enim tale in profeſſione emittimus. Si autem ſolemnia, iterum rogo, continentur nè præcepta ſub voto ſolẽni abdicationis proprietatis, aut continentiæ? Nequaquam. Nullus enim hactenus in eam incidit amentiam, vt mandatum ieiunandi, non equitandi per vias, preces canonicas perſoluẽdi, & alia huiuſmodi generis, quæ Minoribus fratribus in regula præcipiuntur, affirmare audeat eſſe materiã paupertatis, aut continentiæ, vt ſub his votis cõtineantur. Erit ne obſecro, reus paupertatis, aut continentiæ frãgens ieiunium aut equitans per itinera? Ridiculum caput, quis ſanæ mentis hoc audebit excogitare, nedum aſſerere. At dices, vniuerſa præcepta cõtineri ſub voto ſolemni obedientiæ. Neque hoc quidem verum eſt. Nihil enim tam certum hac in re apud Catholicos, & omnes Sapiẽtes, quam neminem eſſe reum voti ſolemnis obedientiæ, niſi ea ſolum quis prætermittat quę virtute obedientię, aut ſub excommunicatione latę ſentẽtię ſibi à prælato aut verbo tenus, aut ſcripto præcipiuntur. Perlege obſecro, vniuerſa Minorum fratrum præcepta, & vno dempto de protectore Cardinali creando, nullum per obedientiam nobis traditum reperies in regula. Si igitur præcepta ſub nullo trium votorum ſolennium continentur, perſpicuum eſt apertiſsimumque erit non eſſe aliquomodo vota, ſed ſolũ modo prẽcepta à Diuo patre noſtro Frãciſco ipſius regulę autore, & ab Honorio Eccleſiæ principe eiuſdem regulæ confirmatore Minoribus fratribus impoſita. Scio aliquis his argumẽtis reſpondens, dixerit, eſſe quadruplex Minorun ſolenne votum præter illa tria, inquit, regularibus cunctis cuius cũque inſtituti communia, profitentur Minores peculiare quartum, ac ſolenne votum illud nempe, de obſeruanda regula. Sic enim præ cæteris regularibus Minores profitentur. Promitto toto tempore vitæ meæ ſeruare regulam fratrum Minorum. Ecce, inquit, quartum ſolenne votum, quo adſtringimur ad obſeruantiam prẽceptorũ, quæ in regula proponuntur. Huic argumẽto mox Deo fauente ſatisfaciemus. Hoc ſolum ex hac tua ratione colligo.

Ex

Ex ea manifeſtiſsime ſequi minime eſſe multiplex ſolenne votum, ſed vnicum tantum. Si enim promiſſio ſeruandi regulam omnia quæ in ipſa regula exprimuntur amplectitur, conſequens erit, vt promittens abſolute regulæ obſeruantiã, promiſerit, nec non ipſa met tria vota ſolemnia, fruſtra igitur & abſq; vlla vtilitate profitẽtes Minorũ regulam, adderent, viuendo in obedientia ſine proprio, & in caſtitate; quandoquidem hęc tria in ipſa regula cõtinentur. Quæ quidem vota non fruſtra exprimuntur, imo eſt perquam neceſſarium. Si enim profitentes non exprimerent tria vota, non adſtringerẽtur aliquo ſolẽni & regulari voto. Quod ſi hęc quę apertiſsima ſunt & à priori (quod aiunt) noſtræ ſententiæ ſuffragãtes non fi bi ſatis omnino faciunt, iterum rogo, poteſt ne Romanus pontifex manẽte Monachatu remittere alicui ſolenne ac regulare votum ſemel emiſſum? Eſto, exempli gratia, Pontificem maximum diſpẽſaſſe, vt Petrus Monachus fundi aut domus poſſet habere dominiũ, erit ne hæc indulgentia monachatui cõpoſsibilis? Minime profecto. Audi Innocentium [a] Papam. Abdicatio (inquit) proprietatis, ſicut & cuſtodia caſtitatis adeò eſt annexa regulę Monachali, vt cõtra eam neque Sũmus Pontifex poſſit licentiam indulgere. Illud proculdubio eſt in cauſa, quod ſolẽnia vota ſunt monachatui eſſentialia, ſublata autem rei eſſentia rem ipſam perire neceſſe eſt. Igitur ſi Minorum præceptа, de quibus modo eſt concertatio, ſunt vt affirmas, vota ſolemnia, apertiſsime conſequitur Papa (etiam abſque vlla cauſa) diſpenſante cum Franciſco ex familia Minorum, ne tempore aduentus ieiunare teneatur, in huius modi aduentum Franciſcũ ipſum non manere fratrem Minorem, quoniam ſublato ſolenni voto, vti diximus, nõ manet idem Monachatus, tolle è medio rei eſſentiã, velis nolis, res ipſa peribit. Profecto ſi Romanus pontifex Moniali ſanctæ Claræ clauſuram remitteret, quã Monniales huius inſtituti ſolenniter profitentur, eſſet proculdubio Monialis, non tamen inſtituti ſanctę Claræ. At vero frequẽtiſsime hactenus contigit, Romanum Pontificẽ peculiari ac pia quadam diſpenſatione, quibuſdam Minorum fratrum conceſsiſſe, ne ad aliqua ſuæ regulę præcepta præter quã ad tria ſolẽnia vota teneantur. Nec tamen ob hanc conceſsionem ab inſtituto liberantur & à Minorum obſeruãtia. Igitur huius modi præcepta nequaquam ſolennia vota ſunt nuncupanda. Aliter enim, qui iam obtenta præceptorum diſpenſatione, frueretur priuilegijs & immunitatibus nobis conceſsis; & in comitijs generalibus, aut prouincialibus haberet actiua & paſsiua ſuffragia, eſſet in ſtatu damnationis cum nõ eſſet ex familia Minorum, & ipſorum immunitatibus frueretur. Tandem hoc vno argumento propoſito verbum non amplius addam. Dicitur mihi. Habet nequis piam prælatorũ quãtumcumque ſit dignitate præditus vices Romanorũ Pontificum ſibi commiſſas, vt diſpenſare poſsit cum ſibi ſubditis in aliquo votorum ſolemnium? Hactenus nullus eſt. Tamen Pius ſecundus indulſit (vt dictũ eſt in ſuperioribus) Minorum prælatis, vt etiã extra arctam neceſsitatem diſpenſare poſsint in ſingulis regulæ præceptis pręter ſubſtantialia vota cum omnibus ſibi ſubditis. Apertiſsime igitur conſtat hæc præcepta, de quibus e ſtdiſpenſatio, non eſſe ſolennia vota.

ac. cum ad monaſteriũ de ſtatu reg.

## *Ad argumenta contrariorum.*

QVotquot ſunt contrariæ ſententiæ principio illud nobis obijciunt. In ipſo profeſsionis capite Minorum cuncti ſolẽniter profitentur dicentes. Voueo, & promitto Deo toto tempore vitæ meæ ſeruare regulam fratrum Minorum &c. Ex hoc loco ſic philoſophãtur. Promittens regulam, promittit omnia, quæ in ipſa continentur regula: vniuerſa autem ſupra recenſita præcepta, de quibus orta eſt cõtentio proculdubio nobis obſeruanda traduntur in regula. Igitur de primo ad vltimum (quod aiunt) promittẽs ſolenniter regulam promittit necnon eadem ſolennitate cũcta pærecepta ibi contenta. Huic argumento profecto ſatisfacere non auderem, niſi Diuus Thomas [b] Theologorũ lumen, & pater meus illuſtraſſet, qui argumento propoſito ſub his verbis reſpondet, ille qui profitetur regulam non vouit ſeruare omnia, quæ in regula continentur, ſed vouet regularem vitam, quæ eſſentialiter conſiſtit in tribus prędictis votis ſolemnibus. Hactenus D. Thomas. Cuius ſententia probatiſsima eſt, affirmat enim quod ipſa nos edocet ratio. Nempe illam promiſsionem indefinitã ſeruandi in vniuerſum regulam, modificari

b D. Tho. 2. 2. q. 186. art. 5. ad 1

cari ac restringi ad tria tãtum vota, quæ simul per vouentem ipsum exprimuntur. Idem enim est dicere, voueo regulam viuendo in obedientia sine proprio & in castitate ac si apertius diceret, voueo regulam non absolute, nõ omnia quę in ipsa cõtinẽtur sed subhac restrictione, viuẽdo in obedientia & infra. Hæc enim huius argumenti dilutio manifestissime colligitur ex traditis per Bonifacium, [a] & Nicolaum Pontifices maximos, affirmantes vniuersos Minores vouere Euangelij obseruantiam per ipsam regulam ipsis tribus specificatam, modificatam, & determinatam. Histantorum pontificum & Diui Thomæ autoritatibus suffragatur communis loquendi forma. Esto, quempiã alteri promittere perpetuũ obsequium sub hac verborũ serie: Promitto tibi omne meũ studium, omnẽ meã operam, omnem meũ laborẽ, omne denique obsequiũ, & solicitudinem meam obediendi tibi in cultura prædictorũ & structura domus, in huius modi euẽtu illud indefinitum promissum cuiuscũq; obsequij ad illa tantum duo perstringeretur, ad domus, videlicet, & prędictorum cultura: eodem prosus pacto hac in re est philosophandum, de qua est modo disputatio.

[a] c. exijt. de verb. sign. in. 6.

Secundo opponunt nobis aduersarij Concilium [b] Vienẽse aperte definiens Minores omnes obligari ex vi professionis ad omnia, quæ in regula proponuntur obseruãda sic enim scriptum legimus. Declaramus & dicimus, quod prædicti fratres non solum ad illa tria vota nude, absolutè ex professione accepta suæ regulæ obligãtur, sed etiam ad omnia implenda tenentur, quæ sunt pertinentia & ad hæc tria prędicta, quæ regula ipsa ponit. Hactenus Concilium. Quod quidem optime decernit vniuersos Minores ex vi suę professiones non solum teneri ad votorum solennium obseruantiam, sed etiã ad ea præcepta implenda, quæ in ipsa regula proponuntur. Ad huius autem difficultatis explicationem, quæ tantisper vigere visa est, illud omnino prędmittendum cẽseo, quẽpiam ex vi suæ professionis trifariam obligari ad explẽdam rem ipsam voto solenni promissam: qui enim pollicetur solemnẽ continentiam tenebitur proculdubio cauere non tantum coniugium, verum, & quodcũque libidinis genus. Eadem necnon promissione insuper erit obnoxius ad eas occasiones subterfugiendas, qui voti prævaricationẽ inducere possunt, veluti coniuges mutuam ex amborum consensu continentiam promittentes tenebuntur huius promissionis virtute cõmunem vitare thorum tanquã certissimam violandi votum occasionem. Tãdem virtute professionis tenebitur quis ad leges illius status seruandas: quem quidem statum in professione susceperit, & illo obligationis genere, quo illius status homines obligari sunt soliti, siue ad pœnam tantum siue ad culpam. Hoc nãque pacto proculdubio tenentur Carthusiani ex vi suæ professionis perpetuo abstinere à carnibus alioquin iustissime punientur, non quod ex professione huius modi abstinentiã fuerint polliciti, sed quia professores eum susceperunt statum, in quo hæ leges seruari cõsueuerunt. Ad rem modo respondemus. Minores vniuersos virtute suæ professionis obligari non solum ad illa tria vota solemnia, verum etiam ad vniuersa præcepta, quæ in regula ipsa exprimuntur, non quod illa solenniter, promiserint: sed occasione status, quẽ perpromissionem susceperunt, in quo huius modi sancitæ sunt leges instar Dominicorũ qui ex vi suæ professionis tenentur à carnibus abstinere ratione tãtum status, quẽ professi sunt. Nec tamen carnes comedentes sunt rei voti solennis.

[b] Clem. exiui de verb. signifi.

At vero aduersus hanc argumenti solutionem est acerrima ex eodem Cãcilio Vienensi argumentatio. Postquam enim definierat Concilium minores omnes obligari non solum ad tria vota, sed etiam ex professione suę regulæ ad vniuersa huius instituti præcepta, mox horum rationẽ subdit dicens. Nãsi ad hæc tria prędicta tantũ præcisè & nude promittentes se seruare regulã viuendo in obedientia sine proprio, & in castitate, & non etiam ad omnia contenta in regula, quæ hęc tria modificant arctarentur pronihilo, & vane profiterentur hæc verba, promitto semper hanc regulam obseruare. Ex quo de his verbis nulla obligatio nasceretur. Hactenus Concilium. Quodquidem apertissime refragatur omnibus supra recẽsitis argumentorum solutionibus, maximè autẽ Diuo Thomæ. Definit enim Concilium his verbis: Promitto seruare regulam, promissionem fieri seruandi vniuersa præcepta, quę in ipsa regula exprimuntur. Vt autem huic difficultati integram satisfactionem reddere possimus operæ precium erit, illud inuestigare, an omnia, quæ traduntur in pontificum decretis & quæ interponuntur

nũtur sæpissime in his ecclesiasticis sanctionibus, sint tanquam definita per ecclesiam suscipienda nec ne. An potius non nulla proponantur in decretis quæ ab ipso legis autore, nonnunquã proferuntur, non tanquam à legis conditore, sed tanquam à Doctore dicta habeantur. Concors hac de re est Scholasticorum[a] sententia, omnia, inquiunt in decretis tradita induplici sunt differentia. Quædam enim tamquã, definitiones legis latoris sunt suscipienda non nulla vero intermiscent, quæ non velut definita per legis authorem, sed ac si essent opiniones Principis condentis legem sunt accipienda: Super est modo inter hæc discernere, quãdo videlicet legislator definiat siue openitur? Accipe certissimum huius rei Canonem. Quandocumque enim Pontifex propositę respondet quæstioni, aut si loquatur autoritatiue quidquam imperans, aut obscurum declarans tunc proculdubio legis latoris personam agit & nõ Doctoris. At vero si contiger it quid quam interponere, quod minime consultationi respondeat nec vtatur verbo imperatiuo, nec loquatur autoritatiuè per hęc verba, declaramus, dicimus & alia huius modi, sed vel solum redditrationem definiti, vel quædam alia intermiscuerit ad consultationem minimè spectantia, tunc quidem, nulli est dubium non legis latoris, sed doctoris potius personã gerere. Non pauca de hac re sunt in ipso Canonico iure exempla. Nicolaus namque pontifex Bulgaris tantũ quærentibus, Baptismus collatus ab infidelibus esset iterandus nec ne? respondit, minime esse iterandum quanuis in nomine Trinitatis aut solius Christi, vt olim in actibus Apostolorũ fuerit collatus. Hactenus Nicolaus Papa communis autẽ & iuris consultorum & Theologorũ schola solum recipit tanquam per Nicolaum definitum baptismum etiam ab infideli collatum verum ac legitimum esse sacramentum. Non tamen multitudo Sapientium recipit Nicolaum sanxisse valere Baptismum Trinitatis aut Christi nomine solum modo ministratum non alia de causa, nisi quia responsio prior fuit reddita consultationi Bulgarorũ, reliquum vero fuit præter consultationem ab ipso pontifice sponte intermixtum. Legito Innocentium tertium, qui secernẽs inter pœnã peccato originali & actuali respondentem, affirmat cum originali tantum decedentes obnoxios esse pœnæ solũ dãni, reliquos autẽ morientes cũ actualiculpa pœnæ sensus esse plectẽdos. At vero quoniam non definitiue loquitur, ideo absque erroris labe posset nunc quis tueri Diui Augustini sententiam, asserentis paruulos absque baptismo migrantes perpetuis Gehẽnę cruciatibus esse puniendos, quam opinionem ex Doctoribus Scolasticis tutatur Gregorius Ariminensis. Ad rem igitur me conuertens intrepide respondere audeo Vienẽsem Synodum his verbis, quorum modo est disputatio, nihil prorsus definire, sed solum rationẽ definiti reddere. Prædixerat nãque sic autoritatiuè loquens, declaramus, & dicimus *Minores* ex professione suæ regulæ obligari non solum ad tria vota, verum etiã & alia quæ in regula continentur pertinentia ad hæc tria. Hactenus prędicta synodus definiens loquitur, mox autẽ definiti rationẽ subdit dicens. Nãsi ad hæc tria vota tãtũ obligarentur pro nihilo, & vane proferrentur hæc verba, promitto seruare regulam. His verbis nihil profecto definit, solummodo quod definitũ erat ratione confirmat: ideo non tamquam legislator sententiam profert, sed tamquam Doctor opinionem suam exprimit. Superest igitur nullam iniuriã Concilio irrogari siquis pridicta verba iuxta Diui Thomę sententiam interpretetur, quam in superioris argumenti solutione secuti sumus. Esto tamen Concilij Vienensis decretum insinuasse Minores omnes profiteri non solum informe illud solẽne religionis votum, verum & vniuersa prędcepta Minoribus ipsis per regulam obseruanda, perperam tamen inde colligitur præcepta ipsa quoquo pacto esse solennia vota: vouẽtes nanq; Minorum regularẽ vitam promittunt seruare cuncta quæ in eorũ regula traduntur, non tamen ad vniuersa eodem obligationis genere tenentur, sed ad vota prout sunt, quatenus monachatus substãtiam exprimunt, ad prędcepta autẽ vt prędcepta sunt & solũ prout Minorũ statui connectuntur. Audi[b] Nicolaum Pontificem Maximum similem contentiosam dirimentem quæstionem. Dato, inquit, quod absolutè diceretur, omnino promitto sanctum Euãgelium seruare, clare videtur, promissionem huiusmodi ad aliũ intellectũ non debere perstringi, nisi vt obseruãtia Euãgelij sit sicut tradita à Christo reperitur. Videlicet, quod præcepta vt præcepta, & consilia vt cõsilia à promittẽtibus obseruẽtur. Hactenus Nicolaus,

[a] in ca. hæc quidem de consecrat. d. 4. & DD. in. 4. in ma. de Baptism.

[b] c. exijt. §. & dato de ver. signifi. in. 6.

Vides

Vides neuo nqam pacto quando plura in vniuersum promittuntur non tamen omnia æque deuincrie vouentes. Quid plura? Audi Dominicanis ipsis præscriptā professi normā. Promitto (in quiunt) obedientiam secundum regulam Beati Augustini Episcopi, & secundum institutiones fratrum Prædicatorum, & infra. Idem prorsus apud illos significat, promitto obediētiam secundum regulā & institutiones huius ordinis, quod apud nos promitto seruare regulam. Et tantum illarum institutionum transgressores sola temporali pœna plectūtur, culpæ autem actuali minime sunt obnoxij. At dices qui fieri potest, vt obseruātiam institutionum quis promittat, nec tamen illorum transgressor reus sit voti? Nempe, quoniam huius promissionis materia nequaquam sunt ipsæ constitutiones in quocunque conuentu sub lethalis culpæ reatu obseruandæ. Sed solum quandocumque prælatus iuxta huius cemodi instituta, sub anathemate seu obedientiæ vinculo quid quam præceperit, potest enim prælatus intra regulam quod placuerit iubere, supra regulam autem minimè. Qua propter nequiret Dominicorum præpositus suos quo minus pecunias recipere valeāt deuincire, hoc enim superat ipsorum regulam. Poterit tamen (iusta id exigente causa) suos ab esu carnis sub anathemate coercere, cū hoc intra eorum sit regulam. Tandem solen niter instituta religionum profitentes, regularem tantum vitam iuxta sui instituti constitutiones peracturos pollicētur. Tunc autem huius promissionis pręuaricatores lethaliter peccabunt, quando prelatis quid quam intra eorum instituta præcipiētibus parere cōtempserint, aut citra cōtemptum obedientiæ vinculo restiterint. Minores autem quocumque euentu sua transgredientes instituta mortaliter peccant, quoniam ita huius modi pomissum consuetudo interpretata est, cæterorū ex solius promissionis vi. Non magis ad peculiaria instituta Minores arctantur, quam regulares vniuersi, omnes enim vel promittunt seruare regulam, vel obediētiam secundūregulam, quod idem prorsus sonat.

Iam vero inter nos non mediocris restat concertatio. Si enim Minores regulam præuaricantes nullius sunt rei voti solēnis qua ergo ratione præceptorum transgressores lethaliter peccāt? Huic ergo controuersiæ præmissa Scholasticorū doctrina, breuiter satisfaciam, frequentissima atque infallibilissima Theologorum sententia: omnem legem humanam obligare transgressores ad gehēnam vno ex quadruplici capite, siue ratione cōtēptus, veluti hoc solo animo peccans, vt ostendat se nolle subijci legis latori, cuius transgressionis erit reus quicumq; regularis hoc solo animo frāgens silentium vt prælato statutis horis illas præcipienti iniuriam irroget. Vel secundo lethaliter peccat, qui reus fuerit maximæ iniustitiæ in proximum, vt si non soluat fructuum decimas proprio sacerdoti. Aut tertio, si præceptum virtute obedientiæ, aut sub excommunicatione latæ sententiæ à superiori tradita violauerit. Vltimo quoq; dignus est damnatione æterna qui legitimam consuetudinē præuaricatur. Nam cum ipsa consuetudo sit optima legum interpres, si diuturna consuetudine apud nos præscriptum [a] fuerit legem aliquam obligare eius transgressores ad gehēnam, procul dubio huiuscemodi legis transgressor mortaliter peccabit. Quam sententiā Diuus [b] Augustinus apertissime docuit Casulanum quendam ipsum hac de re consulentem: cui sic rescripsit in his verbis. Inquibus nihil certi statuit diuina scriptura, mos populi Dei & instituta maiorum tenenda sunt, & sicut prævaricatores diuinarum legum: ita contemptores Ecclesiasticarū consuetudinum sunt coercendi. His tā quam verisimis prælibatis, vt cunque operę pretium erit inuestigare quatenus Minorum præcepta (citra contemptum) obligent suos transgressores ad gehēnam? Erit ne horum præceptorum transgressio iniustitiæ actus aduersus proximum? Minime gentium. Omnia namq; præcepta Minorum, si recte dissoluantur, ad temperantiam potius, quā ad iustitiā spectāt. Erunt ne reisua rum legum, quoniam sibi proponūtur sub excommunicatione latæ sententiæ aut virtute obedientiæ? Nequaquam, præter illud nanque mandatum de Cardinale protector creando nullum aliud in virtute sanctæ obedientiæ nobis proponitur. Super est igitur, vt Minores regulam prævaricantes lethaliter peccent, non alia de causa, nisi quoniam ab ipso primordio religionis nascentis consuetudine diutina apud omnes Minorum proceres & literatos etiam receptissimum semper fuit vniuersa huius regulæ præcepta damnare suos

[a] cap. cum dilect. de cōsuetud.

[b] c. in his, 11. dist.

tran

transgressores ad gehēnam. Hanc ergo sententiam in medium adducere non auderem nisi multis retro annis eam me docuisset Caietanus [a] Cardinalis Theologorum sapiētissimus, quam sub illa verborum serie proponit. Constat, inquit, quod siuè in communi, siuè in municipali iure vocabulum aliquod secundum communem sensum cōsueuit firmiter reputari obligatiuum ad mortale, proculdubio vbicumque ibidem ponitur, habet vim huius præcepti, vt in regula fratrum Minorum patet de vocabulo, teneantur, vt habetur in Clementina de verborum significatione, exiui de paradiso. Et per oppositum constat, quod quomodocūque lex vtatur verbo, si communis sensus intellexit, non propterea datam obligationem ad mortale, nō est tale præceptum. Hactenus Caietanus. [b] Qui apertissime testatur, Minores obligari sub peccati mortalis reatu ad obseruantiam suæ regulæ: non aliū de (vt ipsius verbis vtar) nisi, quia sic consueuit firmiter reputari. Huic etiam doctrinæ adstipulatur sententia Diui Thomæ inter regulares prorsus recepta, affirmantis nullū Monachale præceptum (dempto triplici solenni voto) quemquam citra contemptū obligare eius transgressorem ad gehēnam. Cum in regulis Diui Augustini, & Benedicti multa antonomatice præcipiantur, & tamen neminem obligāt ad mortale: cur obsecro sola Diui Patris nostri Francisci sub hac lege regula obligabit? Nempe, non alia de causa, nisi quoniam sic cōsuetudine interpretante præceptum est. Vnde obsecro Minores absque vlla necessitate per vias equitantes sunt rei lethalis culpæ? Forte quoniā in ipsorum regula interdicitur, vt non debeant equitare, nisi manifesta necessitate, vel infirmitate cogantur? Minime profecto nisi consuetudo id ita interpretata esset. Verbum namque, debet, nequaquam obligationem inducit, sed solum honestatem. Audi Honorium Pontificem maximum, cum desponsationē impuberum definiret, Filium, inquit nondum adultum (voluntas cuius decerni nō potest) [c] eius pater poterit cui voluerit matrimonio tradere: & post quam filius ad perfectam ætatem peruenerit omnino debet hoc adimplere. Vniuersi tamen iuris Canonici interpretes, huiusmodi filios ad implendas Patrum voluntates debito honestatis, non autē necessitatis teneri arbitrantur. Igitur verbū debet in Minorum regula cessante consuetudine neminem ad gehēnam damnaret. Prædictis refragatur Vienense Concilium, vbi sic scriptū legimus. Neque tamen putandum est quod Beatus pater noster Franciscus professores huius regulæ quantum ad omnia contenta in ea modificātia tria vota, seuad alia in ipsa regula expressa æqualiter intenderit esse obligatos. Quin potius aperte decreuit, quod quoad quædam ipsorum ex vi verbi transgressio est mortalis, & quoad quædam alia non, cum ad quædam ipsorum verbum apponat præcepti, vel æquipollentis. Et quoad reliqua verbis alijs sit contētus. Hactenus Concilium. Quod quidem apertissime definit verbū illud præcipere, aut æquipollens, prout sunt verba imperatiui modi, inducere obligationem sub reatu mortalis culpæ. Affirmat nanque præfata Viennensis synodus hanc diui patris nostri Fracisci fuisse mentem, vt vbicunque ponatur verbum illud *præcipio*, seu æquipollēs huiu modi leges obligare trāsgressores ad gehennā. Igitur ad hæc tenebuntur ex intentione legislatoris, & non ex consuetudine tātum. Facile mihi videor posse diluere hanc obiectionem, quæ nonnihil vrgere apparet, si prius proposuero verbum illud *præcipere*, aut æquipollentia, cuiusmodi sunt verba imperatiui modi, nullatenus virtute verborū damnare rebelles ad gehēnā. Legimus Christum Redemptorem nostrum cæcis quos illuminauerat præcepisse, ne cui miraculum illud propalarēt. Si enim Scriptum est: Et comminatus est illis Iesus dicens, videte ne quis sciat. Illi autem exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa. Quis autem dicat peccasse miracula Christi promulgātes? Etiam rursus apud Matthæum & Marcum Euangelistas accepimus Christum præcepisse Apostolis, ne in via portarent calceamenta: & tamen in actis Apostolorum legimus Angelum dixisse Petro, calcia te caligas tuas: & præcepit necnon eisdem Apostolis ne haberent duas tunicas. Et tamen Paulus rogat Timotheum ad se venturum, vt ferat secū penulā, quam ipse Apostolus reliquerat Troade, Penulā autem vt Theophilato placuit tunicam significat. Nunquid Ecclesię Principes ab Spiritus Paracleti desē su lethalis culpæ reos constituemus, quod ille caligis, iste multiplici vteretur veste? Nunquid fidei Patres, & morum doctores Euan-

[a] Caiet. 2. 2. q. 186. a. 9. & in sum. ver. præcepti. transgre. 55. verb. disiunctiua.

[b] 2. 2. q. 186. ar 9. in cor. q. & latius ad infra.

[c] c. 1. de def. impub.

Luc. 5. c.

Matth. 10. Mar. 6.

Euangelicam perfectionē præuaricati sunt, abſit. Igitur verbum præcipere, prout diuinum insinuat Euangelium, minimè obligat transgressores ad gehennam. His accedit, præcepta regulæ D. Augustini non constituere suos præuaricatores reos lethalis culpæ; & tamen in principio ipsius regulæ sic exorditur magnus Pater Augustinus: Hæc sunt, quæ vt obseruetis præcipimus in monasterio constituti. His suffragatur frequentissima præcipiendi norma, qua prohibentur non solum mortalia, verū etiam venialia ipsa. Sunt enim præcepta prohibentia mortalia, furtum, videlicet, & adulteriū: & alia huius generis. Sunt etiam præcepta, in quibus venialia prohibētur: quale est illud, mendacio non assuescat os tuum, quę traduntur verbis imperatiui modi præcepto æquipollētibus. Nonne vides venialia nonnunquam præceptiuis verbis interdici? Nō igitur quæcunque præceptum fieri vetat in vniuersum sunt lethalia. His apertissimè insinuatur verbum præcipere virtute suæ significationis neminem transgressorē constituere gehennæ reum. Tanquam verisimis, vtcumque his prælibatis, supereſt modo satisfaciamus Vienensi Concilio, affirmanti præcepta regulę fratrum Minorum obligare transgressores ad gehennam, quoniam proponuntur nobis hoc verbo, *præcipio*, aut æquipollenti. Affirmare ausim huiusmodi verba ex natura actus nemini imponere præcepta sub reatu mortalis culpæ, nisi vel apponatur excommunicatio ipso iure contrahenda, aut in virtute obedientiæ quidquid præcipiatur. Hoc nobis procul dubio insinuant Euangelij loca citata. Insuper & Diui Augustini regula. His addit axioma illud Theologorum. Eiusdem (inquiunt) prorsus autoritatis est superioris præceptū voce tenus, aut scripto prolatū. Illud certissimū nunc est, Romanum Pontificem tantum quidquid præcipientem non dānare perpetuis cruciatibus inobediētem. Igitur nec si scriptis præceptum illud proposuerit: eadem namq; est vtriusq; præcepti autoritas, & idē vtrobique legislator. Superest igitur præcepta regulę Minorū constituere trāsgressores reos lethalis culpę ex intentione D. Patris nostri Francisci, vt Cōcilium protestatur. Ex intentione (inquit) non absolutè & nude considerata, sed quia Minorum regularium cōsuetudo interpretata est eam fuisse mentē Sancti Patris nostri Frāciſci, vt regulę præuaritatores mortali subiacerent peccato. Tolle igitur è medio hanc legitimam & longissimo tempore præscriptam inter Minores consuetudinem, & non erit profecto, cur potius verbū præcipere, aut quodcumque aliud æquipollens obliget hos transgressores ad gehennā quam regulares cæteros Diui Augustini viuendi normam profitentes. At dices, obligant præcepta, quoniam Viennensis œcumenica Synodus iam explicuit. Fateor explicuisse, nullam tamen prętęr antiquā obligationem induxisse. Qui enim declarat legem nullam prorsus condit legem, sed pristinam tantū interpretatur. Quamobrem, si aliunde Minores non tenerentur ad regulę præcepta (nēpè inuiolabili, vt diximus consuetudine) nullum profecto vniuersale concilium obligationem addidisset. Iam verò huiusmodi præcepta (inquies) ratione materiæ reos gehennę constituit suos transgressores. Est ne grauissima materia ieiunium? est, necnon grandis perfectionis materia: perquam arcta cunctarum rerum penuria, & alia huius generis, quæ nobis obseruanda traduntur? Minimè, inquam, solius materiæ consideratione decernere quis poterit leges damnantes ad gehennam. Ius nāque positiuum plerumque minoris culpæ materiam grauiori vinculo coercet. Longè namque deterius est Deum ipsum blasphemare, quam clericum minorem lædere: & tamen sacrilegus in Deum nulla excommunicationis sententia plectitur, qua percutiens clericum innodatur. Esto tamen prout frequenter peritorum testatur sententia, leges omnes pro materiæ prauitate suos deuincire trangressores, nonne consuetudo ipsa plerumque materiæ prauitatem (prout cætera omnia) interpretatur? Legito Theleſphorum Romanæ sedis Episcopū: qui vniuersis Ecclesiasticis Quadragesimale ieiunium statim à Quinquagesima etiā inchoādum dixit; & præcepit, autoritate. Tamē consuetudine huiusmodi decretum violantes à labe lethalis culpæ excusantur. Mediolanensis Ecclesia eadem consuetudine interprete nonne initium Quadragesimalis ieiunij reiecit? Fatere igitur Ecclesiæ consuetudinem nonnunquam grauitati materiæ refragari, plerumq; autē legibus ipsis suffragari. Ita obnixè defendit doctissimus ille pater & meus præceptor pater frater Gaspar de Vzeda nostræ almæ prouinciæ

Sancti Iacobi regularis Obseruantiæ dignissimus alumnus in quadam explicatione nostræ regulæ, quam ad Pium Quintũ Pontificem maximum scripsit, cui propria manu suscripsit doctissimus Pater frater Bartholomęus à Medina ex Prędicatorum ordine ad primariam Theologiæ Salmanticensis assumptus.

## ARTICVLVS. VI.

### *Quis sit Prælatus, qui possit dispensare in præceptis de equitando & de portandis calceamentis, an necessario debeat esse Prouincialis?*

REspondeo dicendo, quòd doctissimus Sotus [a] & Nauarrus similem quęstionem discernentes, dicunt, quod Episcopi possunt tam in suis proprijs legibus, quã in legibus Papę dispensare, sed vel iuris concessione, vel consuetudine. Prætereà in triplici rerum ordine, nempe si materia leuis est, vel frequens casus, vel lex proprium bonum suæ ciuitatis, seu diœcesis respicit. Et hanc sententiam dixit esse Caietani. [b] Et aduertit Sotus leuia illa censeri, quæ nõ prę cepto proprie dicto obligante ad mortale, sed statuto posita sunt: qua ratione (ait) Prę lati nostri etiam Priores conuentuales dispensare possunt in esu carnium, in induendis lineis, & id genus cæteris. Frequẽtia deinde casuum causa est, vt possit Episcopus dispensare: vt in ieiunijs, licet sit lex superioris: quoniam grauissimum esset onus quoties quis dispensatione ad non ieiunandum egeret, adire Papam. Hæc Caietanus; Quod temperandum esse credit Sotus quod, scilicet, possit Episcopus in diem, aut in breue tempus cum assistente causa super huiusmodi legibus dispensare: non tamen se determinat, vtrum possit dispensare pro tota vita. Et Nauarrus [c] eandem doctrinam sequęs ait, quod absenti Episcopo parochus, & absenti prouinciale, quilibet prælatus cũ suis religiosis potest dispensare iuxta Diuum Thomam, & Caietanum. Ex qua doctrina colligo, quantum ad nostrum propositum, quod facultas dispensandi in præceptis regulæ cum aliquibus in casibus particularibus, & non pro tota vita residet apud generalem, & prouincialem: cum ad similitudinem Episcoporum habeant iurisdictionem Episcopalem, & ipsis absentibus etiam residet penes Prælatos inferiores, scilicet, Guardianos & præsidentes, qui in nostra religione per statuta generalia absentibus Guardianis, eandem habent potestatem. At videtur intelligendus Pius Quintus in sua concessione, scilicet, quod Guardiani, & præsidentes possint dispensare cum subditis in aliquibus casibus particularibus, vt possint equitare & portare calceamenta necessitate licet non arcta interueniente. Verum Generales, & Prouinciales possunt dispensare cum fratribus particularibus, non solum in aliquibus casibus pro vna aut duabus vicibus, sed etiam pro toto eorum tempore, necessitate licet non arcta interueniente, vt possint portare calceamenta & equitare. Neque obstat doctrina doctissimi Soti hoc ipsis Prælatis negantis. Nam Sotus non se determinat. Et licet se determinaret loquitur in casu differenti, scilicet, quando Prælati inferiores solum consuetudine dispensant in legibus superiorum, nulla expressa ipsis facultate à superioribus concessa. At in nostro casu ipsis Prælatis conceditur licentia ad dispensandum cum fratribus aliquali necessitate laborantibus, vt possint portare calceamenta, & equitando itinerare. Quæ concessio cum sit beneficium Principis ample debet interpretari iuxta ea, quæ de interpretatione priuilegiorũ latè diximus. Sed dubium est quid faciat subditus, vbi se inuenerit cum necessitate ad portandum calceamenta, & ad itinerandum equitando, nullo existente Prælato ad dispensandum? Ad hoc respondeo, quòd tunc recurrat ad epicheyam. Nam epicheya non est eximere subditum per licentiam casu, quo teneretur, sed explicare, quod illo casu non tenetur. Quare epicheya non solum Prælatis, verum etiam subditis competit. Et in hoc differt à dispensatione, quæ solum Prælatis competit. Vnde subditi in necessitate aliqua positi possunt vti epicheia sua propria autoritate existimantes, & sentientes in tali casu rigorem legis cum ipsis esse mitigandum. At videant ne mentiatur sibi iniquitas fingentes necessitatem in præceptis, aduertentes, quod licet Prælati possint dispensare cum ipsis non arcta existente necessitate, ipsi tamen non possunt vti epicheya, nisi manifesta necessitate vrgente.

[a] Sot. lib. 1. de iust. & iu. q. 7. ar. fi. Nauar. c. 21. num. 21.

[b] Caieta. 1. 2. q. 7. arti. 4.

[c] Naua. vbi sup. D. Tho. in 4. d. 15. q. 3. ar. 2. ad vltim. & 2. 2. q. 147. art. 4. vbi Caiet.

## ARTICVLVS VII.

### *Quis possit dispensare cum dictis Prælatis ad supradicta.*

REspondeo dicendo, quòd Prælati, qui possunt licentiare suos subditos ad supra dicta, videtur, quod non possint licentiare semet ipsos, quia nullus potest esse iudex in sua propria causa. Et hanc opinionem tenet Collector [a] Mendicantium priuilegiorum. Sed [b] Corduba dicit, saluo meliori iudicio contrarium esse dicendum, scilicet, quod Generales, & Prouinciales eo modo, quo possunt licentiare suos subditos, possunt licentiare semetipsos: & similiter alij Prælati inferiores eo modo quo possunt licentiare suos subditos, possunt licentiare semetipsos. Et fundamentum ipsorum est: quia in actibus, qui non sunt iurisdictionis, vel iudiciariæ potestatis, sed superioritatis tantum, bene potest quis licentiare se ipsum, sicut & alios subditos, quomodocunque habeat talem potestatem, scilicet, ex officio aut commissione facta sibi ratione officij. Sed ista omnia concludunt, quando Prælatus habet solum nudum ministerium licentiandi procedentem à Superioritate, & non ab actu iurisdictionis: cuiusmodi est dispensatio, quæ à iurisdictione procedit. Nam cum sit actus iurisdictionis, videtur quod nemo possit eum in semetipsum exercere. Et sic dicit Abbas, [c] quod Episcopus & similes Prælati non possunt dispẽsare in votis à se emissis, sicut possunt dispensare in subditorum votis. Vnde videtur secundum Collectorem vbi supra, quod deberet prouideri in hoc casu per concessionem Apostolicam: qua concedatur quod quilibet Prælatus possit secum dispensare, & iterum dum talis licentia minime obtinetur inferiores Prælati & Guardiani debent sibi prouidere in hoc auctoritate sui Prouincialis, vt scilicet, eam ab ipso obtineant, vt eorum confessor possit cum ipsis dispensare, prout dicitur in speculo fratrum Minorum. Prouinciales verò attendant suam commissionem, quam Generalis dat eis, videantque vtrùm ibi præfata facultas contineatur, vel comprehendatur. Et forte possunt iuuari ex indulto capitis finalis, de pœnitentijs, & remissionibus. Quod capitulum licet solum loquatur in confessione, videtur posse etiam intelligi de dispensatione, prout aliqui Doctores dicunt; cùm ipsi sint exempti per Papam, ad quem ipsi pro continuis necessitatibus recurrere difficillimè possunt. Vel dic, quod cum ipsi possint dispensare ratione iurisdictionis ordinariæ delegabilis, delegent suam autoritatem confessori ab ipsis electo: qui cum eis in hoc casu ratione iurisdictionis delegatæ poterit dispensare.

[a] Collector tit. accedere ad monasteria iuxta fin.

[b] Cord. in dict. loco.

[c] Abb. in c. magnæ de voto.

## ARTICVLVS VIII.

### *Vtrùm possint fratres vti dispensationibus sine causa impetratis?*

REspondeo dicendo, quod omnes fatentur, quod dispensare sine causa est graue peccatum, maius, aut minus secundum qualitatem negotij & materiæ, super quam fit dispensatio; prout concludit Diuus Thomas. [d] Certum etiam est, quod peccat iniuste dispensationem petens, & quando est causa, vt Prælati peccent, etiam concedendo. Quod verò hìc dubitatur est, an postquam talis dispensatio iniustè fuit data, an ea dispensati in foro animæ vti possint? Cui dubio variè à Theologis, & à Iurisperitis respondetur. At breuitate vtendo, quantum ad nostrum propositum respondeo, quod si religiosi ratione voti tenentur ad omnia regulæ suæ præcepta obseruanda, non possunt vti in foro conscientiæ dispensationibus sibi sine causa concessis circa dicta præcepta: cum sit notissimum, quod neque etiam Papa sine causa potest in votis dispensare, prout tenet quædam glossa, [e] quam sequuntur Caietanus, Sotus, Nauarrus, & Couarruuias. Quod est summe notandũ cõtra multos religiosos nostræ sacræ religionis impetrantes à Sede Apostolica facultatem ad nostræ regulæ præcepta non obseruanda sub obligatione peccati mortalis sine vlla causa iusta id postulante, attento quod secundum communem opinionem ad ea obseruanda sunt ratione voti obligati. Verum est tamen quod attenta opinione contraria, etiam si sine causa iusta ipsæ dispensationes impetratæ sint valebunt, cum non

[c] D. Thom. 1.2.q.79.artic.4.

[d] Glos. in c. non est de voto. Caietan. v. dispẽsare. Sot. li. 1. de iust. q. 1. ar. vltim. ad 2. Nau. c. 12. n. 76. Couar. in 4. 2. P. §. 9.

ratione voti, sed præcepti ad ea teneantur, prout defendimus vt probatissimum in superioribus. Aduertendum est, quod Prælati dispensantes in præceptis regulæ iuxta concessiones Pij secundi, & Pij Quinti & alia priuilegia, sine iusta causa in ipsismet concessionibus determinatis peccabunt, & minimè dispensationes valebunt cũ dispẽsationes factæ ab inferioribus sine causa minimè valeant, prout satis dictum est in superioribus. Ex quo sequitur dispeusationes datas fratribus ad equitãdum nulla necessitate prorsus interueniente, minimè valere, & per consequens in foro conscientiæ ipsis minimè vti possunt. Hæc sufficiant de potestate Abbatum, & Prælatorum. Reliqua autem in suis particularibus articulis proponentur. Ipsos autem per Deum viuum obsecro, & obtestor, vt in dispensando sint parci. Sicut enim vestis propter vnum paruum foramen paulatim rumpitur: ita regularis obseruantia per vnius dispensationis facultatem paulatim decidit. Et considerent quod exemptio aliquorum etiam iusta causa id suadente, est occasio, vt alij hoc exemplo ad similia sine dispensatione facienda moueantur, prout in quodam Concilio [a] Lateranensi Spiritus sancti lumine illustrato omnibus prædicatur.

[a] ca. in cunctis in princip. de electione.

# QVÆSTIO XXVII.

## De alienatione rerum monasteriorum, in tredecim articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæruntur tredecim.*

1 *Quid sit alienatio.*

2 *Quæ solennitates requirantur in alienatione rerum monasteriorum.*

3 *Vtrùm in aliquibus religionibus alienationes Generalibus, & Prouincialibus tantum committantur.*

4 *Vtrùm Abbas sine consensu sui Capituli, aut generalis possit opacas arbores scindere, & vendere.*

5 *Vtrûm Prælati ordinis Minorum possint commutare legata facta suis locis ad vnũ vsum in alium.*

6 *Vtrùm Syndicus fratrum Minorum possit extra ordinem aliquid donare.*

7 *Vtrùm idem Syndicus possit alienare triticum, & alia eleemosynaliter petita.*

8 *Quæ alienationes dicantur fieri in vtilitatem monasteriorum.*

9 *Vtrùm valeat alienatio facta in vtilitatem monasterij sine dicta solennitate.*

10 *An emptor teneatur rem monasterij ab ipso sine solennitatibus emptam restituere.*

11 *Vtrùm male alienans rem monasterij teneatur ad restitutionem damni.*

12 *Vtrûm Commendatarij perpetui ordinum militiarum possint alienare.*

13 *In quas pœnas incurrunt non seruantes in dictis alienationibus solennitates.*

## ARTICVLVS I.

### *Quid sit alienatio?*

RESPONDEO dicendo, quòd propriè & strictè, est omnis actus, per quem dominium transfertur, iuxta ea, quæ traduntur in iure. [b] Largissimè dicitur, quando aliquid datur in emphyteusim, & locatur ad longum tempus. Ait Panormitanus, [c] quod in materia odiosa alienatio capitur strictè: & consequenter solum pro contractu, per quem dominium transfertur. In materia tamen ampla & fauorabili, vt quando agitur de alienatione rerum Ecclesiasticarum alienationis verbum continet conductionem, scilicet, ad longum tempus, donationẽ venditionem, permutationem, & emphyteuticum perpetuum contractum, & secundum Archidiaconum comprehendit etiam contractum sub conditione factum, vt si soluatur tributum aut nauis veniat ex Indijs, quem sequitur Syluester, [d] Vnde cum nomine alienationis in nostro proposito omnia ista comprehendantur, de omnibus his in hac quæstione aliquid dicemus.

[b] l. & secundum. C. de fund. dot. glos. in cap. cũ nulli de reb. Ecclesiast. nõ alienand.

[c] Panormi. in dict. cap. nulli.

[d] Syluest. v. alienatio.

ART.

## ARTICVLVS II.

### *Quæ solemnitates requirantur in alienatione rerum monasteriorum.*

RESpondeo dicendo, quod Clemens Quintus, monasteriorum, & aliarum administrationum regularium dispendijs occurrere volens, perpetuo prohibuit edicto, ne quis religiosus monasterio prioratui, ecclesiæ, seu administrationi cuiuis præsidens redditus, ac possessiones eiusdem alicui ad vitam eius, seu ad aliud certum tempus pecunia etiam inde recepta quouis modo concedat, nisi necessitas, aut vtilitas monasterij, prioratus, ecclesiæ, aut administrationis huiusmodi hoc exposcat conuentus sui, aut si conuentum non habeat prælati proprij assensu, ad hoc nihilominus accedente. Si quis autem contra fecerit, pœnam suspensionis ab officio eo ipso incurrat; neque ex concessione ipsius recipientis ius aliquod adquiratur. Verum præmissa ad locationes, vel etiam reddituum, aut fructuum venditiones ad tempus modicum faciendas declarauit, non extendi. Ita habetur in quadam Clementina, [a] & Paulus Secundus in extrauagante ambiciosæ protulit sententiam excommunicationis in eos, qui bona ecclesiæ quæcunque alienant, vel pactum per quod ipsorum dominium transfertur faciunt concessionem hypothecæ locationem, & conductionem vltra triennium, necnon infeudationem, vel contractum emphyteuticum, præter quam in casibus à iure permissis, aut de rebus & bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis: & tunc ecclesiarum euidenti vtilitate, ac de fructibus & bonis, quæ seruando seruari non possunt, pro instantis temporis exigentia. Et similem sententiam protulit in eos, qui bona sic alienata recipiunt alienationemque ipsam nullius voluit esse momenti. Hæc de iure communi conceduntur Abbatibus, & Prioribus conuentualibus. Habent enim secundum ius liberam & generalem rerum suorum conuentuum administrationem, iuxta ea, quæ tradit Marcus Antonius Cuquus, [b] idem secundum ius de Guardianis determinans. Sed ista libera administratio, circa alienationes, & contractus supradictos limitatur, vt non fiant sine aliquibus solennitatibus, quæ ex dicta Clementina, & ex extrauaganti colliguntur. Prima est, quod causa adesse debet ante quam res monasteriorum alienentur, videlicet, necessitatis, prout diciturin iure. [c] Altera causa est vtilitatis iuxta alios sacros Canones [d], vel magnæ incommoditatis: quia res monasterij, quæ est alienanda, est magis damnosa, quam vtilis. Verbi gratia, seruus fugitiuus, prout traditur in iure [e]: & affirmant Guido Papæ, Ioannes Andreas, Angelus, & Rebuffus. Altera est pietatis, vt pro redemptione captiuorum, iuxta quandam legem, [f] & de his causis, vel earum altera debet constare per publicum instrumentum, alioquin nō creditur etiam Papam fecisse ex aliqua istarum causarum quando donat consanguineis, prout notat Præpositus. [g] Et multo minus credetur Episcopo, Abbati, vel alijs prælatis inferioribus. Secunda solennitas est, quę colligitur ex dicta Clementina, scilicet, quod vt dicta alienatio fiat assensu conuentus debet exquiri congregato capitulo conuentuali. Et sic non sufficit, quod sigillatim suffragia sua impendant, debent enim Conuentuales simul esse congregati: quia simul communicando apparebit, an sit vtile vendere vel non, prout post alios tradit Rebuffus [h], inferens inde cum Baldo, quod non valebit etiam consensus præstitus per literas. Et consensus iste debet præcedere alienationem, cum tractatus debeat interuenire, qui necessario debet præcedere consensum. Verum est tamen, quod si non præcedat consensus per sequentem consensum ipsa alienatio conualescit, cuius validitas, & ratificatio etiam collegialiter debet fieri, alias nullum effectum habebit: prout tenent Perusinus, [i] & Ioannes Andreas. Et dicunt Imola, Barbatia, & Socinus, quod quando Canonici alienationem factam ratam habent, id temporis adhibere debent tractatum, in quo deliberabunt, an expediat, & vtilis sit ratificare illum contractum, & ita facto illo contractu valebit alienatio.

Et aduertendum, quod non sufficit, quod consensus hic sit tacitus: necessarium enim est, quod sit expressus, nisi quando agitur

a habetur in clem. monasterior. de rebus eccles.

b Cuq. li. 3. maior. instr. ti. 4. de prio ri in medio & titul. 5. de guardiano.

c c. sicut. 12. q. 2.

d ca. tua de his quæ fiũt à prælatis c. fine exceptione. 12. q. 2

e c. fugitiui de reb. eccl. non alienã. Guid. q. 156. Andr. in ca. qui tacet de reg. iur. in 6 Angel. in §. neque. & in fine. de alienan. emphyteuti. collat. 9. Rebuf. de alie. rerũ eccles. n. 24.

f l. sancimus de sacrosan. eccles.

g Præpositus in c. non liceat Papæ 12. q. 2.

h Rebuff. in tract. de alienat. n. 91.

i Perus. in c. 1. col. 3. de rebus eccl. nõ alien. lib. 6. Andr. in ca. quod sicut, de election. Imola in c. 3. de his quę fiunt à prælatis. Barba. cõsil. 16. col. 2. volu. 3. Soci. consil. 15. col. 2. n. 1.

de alienatione rei respectu alicuius necessitatis, vbi parum læditur monasterium iuxta ea, quæ tradit Rebuffus, [a] intelligens in hoc casu glossam, & iura tacitum consensum & taciturnitatem sufficere annuentia. Qui tractatus debet fieri in hunc modum. Nam omnes fratres conuentuales debent vocari expresse ad sonum campanæ, vel alias iuxta morem ipsarum religionum ad tractandum, & deliberandum super venditionem, vel locationem perpetuam, vel aliam alienationem. Quibus congregatis præsidens ipsorum fratrum debet proponere causam, videlicet, debitum vrgere, vel aliam interesse necessitatem, super quæ debent tractare. Et postea si conuenerit maior pars in vnam sententiam, debet fieri instrumentum huius deliberationis & tractatus, videlicet, quod tales fratres post longum & diligentem tractatum cõmuni consensu confirmauerunt, quod talis professio propter tale debitum concedatur, vel alienetur, & pecunia ad dictam causam conuertatur, credentes hoc vtilius expedire monasterio, videntes minimè eius necessitati, aliter ex fructibus locationum rerum ipsius habitis, & ex rebus mobilibus, & ex alijs rebus minus fructuosis prouideri posse. Ita tenet Speculator. [b] Et requiritur, quod in instrumento alienationis nomina singulorum, qui consenserunt exprimantur, vt probat Bartolus, [c] & tenet Barbacia. Sicut etiam est necessarium, quod fiat in constitutione syndici, prout tradit Rebuffus. Aduertendum insuper, quod si monachorum maior pars dissentiret, & præsidens consentiat alienationi, non valebit dicta alienatio, prout à contrario sensu probatur in quibusdam Canonibus. [d] Sicut nec possent monachi dissentiente præsidente, alienare: quia non solum requiritur consensus fratrum, sed etiam Prælatorum autoritas: quæ si non interueniat, non valebit alienatio. Quod cõfirmatur. Nam etiam Sede vacante non poterit fieri alienatio per solum Capitulum, sed vltra requiritur superiorum authoritas, prout affirmant & probant per aliqua iura Præpositus, [e] & alij. Nec poterit hæc autoritas interponi à Capitulo, vt tradit Geminianus, [f] & vidimus ordinatum in quadam concessione Leonis Decimi, facta monialibus Sanctæ Claræ ad dictas alienationes peragendas. De qua & alia simili eiusdem Summi Pontificis facta monialibus Sanctæ Claræ & Tertiarijs, nobis infra hac quæstione erit disputatio. Nec contrarium existimo concedi Patribus Generalibus ordinis Cistertij. Quibus Eugenius Quartus (prout refertur in Compendio priuilegiorum & huius sacræ religionis) *Concedit, quod alienationes bonorum mobilium, & immobilium vtriusque congregationis, etiam in perpetuum per infeudationem venditiones, permutationes, & quoscunque alios contractus, & in eorum euidentem vtilitatem factas quandiu regularis obseruantia durat Generalis reformator concedere confirmare, & inualidare potest.* In ea enim cõcessione nihil præter, aut contra ius commune, de quo agimus modo existimo indulgeri. Tantum enim ibi conceditur quod Generalis reformator concedere, confirmare & inualidare potest alienationes iam per ipsos fratres factas, secundum ordinem iuris, quod præcipit, vt tales alienationes minimè possint fieri sine consensu ipsorum fratrum. Non dubito tamen in aliquibus alijs magna in dicta concessione contineri priuilegia. Primo in quantum concedit, posse fieri dictas alienationes rerum immobilium in perpetuum. Hoc enim est expresse prohibitum in Clementina Clementis Quinti, & in Extrauagante Pauli Secundi superius allegata. Qui Pontifices maximi vltra triennium etiam locationes fructuum monasteriorum fieri prohibuerunt. Secundo: Nam videtur quod Summus Pontifex in illis verbis (confirmare inualidareque) concedere videtur, quod si moniales aliquid alienauerint sine licentia sui Prouincialis, propter quod dicta alienatio sit inualida iuxta ea, quæ infra dicemus possunt ipsi Generales validare & ratificare dictam alienationem. Illud enim verbum validare significat validationem illius, quod ante minimè valebat. Sicut conuentus cum suo præsidente possunt ratificare alienationem factam sine eorum simul congregatorum expresso consensu: prout iam dictum est in superioribus. Tertio est priuilegium, in quantum per verba proximè allegata possunt dicti Generales ratificare

[a] Rebuf. de aliena. rerũ Eccleſiaſ. n. 118. Gloſ. in d. c. ſine except. c. poſſeſſiones. 16. q. 1.

[b] Speculat. tit. de locatio §. ſequitur. verſ. & ſcias.

[c] Bart. in l. 1. ff. de alb. ſcribendo. Barbac. conſil. 12. col. vltim. vol. 2. Rebuff. in arbitrũ except. in v. rationẽ ſyndici in litera O.

[d] c. ſine except. 12. q. 2. cap. monach. 16. q. 1.

[e] Prępoſit. & ibi gloſſ. per text. ibi in ca. ſiqua & precariæ de reb. Eccleſ. nõ alienand.

[f] Geminia. in cap. 1. de maior. & obed. lib. 6.

[g] Tit. alienatio bonorum.

tificare alienationes inualidas suorum subditorum propter defectum solennitatū, quæ ad earum validitatem requiruntur. Nō obliuiscantur tamē dicti prælati, quod prætextu dicti priuilegij non possunt ratificare dictas alienationes sine tractatu, & causæ cognitione. Non enim efficiuntur dissipatores, sed dispensatores fideles constituti super familiam suarum religionum. Et sic Eugenius Quartus in dicta concessione concedit ipsis prælatis ratificare, non quascunque alienationes per suos subditos factas, sed tantum eas, quæ in eorum
a Gem. cōs. 48 presbyt. col. 3. euidentem vtilitatem fuerunt factæ. Vnde ait Geminianus, [a] non posse dictos prælatos suam autoritatem impartiri sine causæ cognitione. Et si non interueniat causæ cognitio non valebit autoritas prælatorum præstita: & per consequens ipsæ alienationes minime conualescent.

Aduertendum insuper, quod solennitates supra memoratæ in dictis alienationibus minime presumuntur, secundum
b Barto. in l. sciēdū. ff. de verb. oblig. [b] Bartolum, & alios communiter. Et probatur: Nam solennitas extrinseca, vt autoritas tutoris in alienatione rei minoris, & similiter autoritas prælati, tractatus conuentus, & consensus solennis, non præsumuntur nisi probentur, secundum Alexandrum
c Alex. cōs. 17. viso instrum. col. 3. vol. 4. [c]. Quod secundum Doctores fallit ex longinquitate temporis, quia tunc omnia præsumuntur solemniter facta. Ita Socinus
d Soci. cōs. 15. col. 14. in 1. volum. l. filius famil. C. de petit. hæred. Dec. cōs. 341. vis. n. 13. [d] per quandam legem, & Decius. Vnde præsumptio est contra contractum, si non probetur solennitatem interuenisse. Verum est tamen quod si dicatur in instrumento solennitatem esse seruatam, is qui
e Panor. cōs. 41. colu. 3. vol. 1. dicit non seruatā vel causam nō fuisse verā, probare debet. Ita Panormitanus. [e] Ex supradictis infertur, quod prælati conuentuales non habeant omnimodam & plenam potestatem, quantum ad administrationem temporalium, cum secundum supradicta non possint res suorum monasteriorum alienare, sine consensu maioris partis conuentus, cuius res alienantur, & nisi talis alienatio fiat iusta, & vrgente causa id suadente. Et insuper in vtilitatem dictorum monasteriorum, prout supra explicauimus, & secundum diuersa regularium priuilegia minime tales alienationes sunt vt validè admittendæ, nisi generalium ipsarum religionum licentia & facultate celebrentur. Verum tamē est, quod Abbas ipsiusmet tantum autoritate nullo ipsius conuentus accedente consensu, quē ex monachis suis maluerit procuratorem ad exigendum, atque ad erogandum constituere potest, sicut potest multa solus facere nullo monachorum suorum adhibito, vel exquisito consensu. Nam & litem mouere, & eam excipere, atque defendere potest, nisi sit arduum negotium, vt ferendum non sit eos à negotio excludi, quos grauiter lædere contingere potest, prout tenet post alios Felinus, [f] & tradit Marcus Antonius Cuquus.

f Feli. in cā. edoceri, de rescript. Cuquus libr. 3. maior. insti. ti. 3. de Abbate. no. 33.

Neque his obstat, quod omnium optima regendi species est monarchica, in qua vnus solus gubernat, vnus omnia præcipit & vetat. Ideoque sapientium sententia postponitur illi Aristocratia & Democratia: in quibus totus populus, aut soli eius optimates gubernant. Huic enim obiectioni respondeo, concedendo absolute, & simpliciter optimam regendi speciem esse monarchicam, qua Reges vtuntur, in qua solus vnus gubernat, solus omnia præcipit & vetat secundum Aristotelem [g] receptum à Diuo Thoma: licet soleat per tyrannidem degenerare, quæ est pessima species mali regiminis, secundum eosdem. [h] Et quia prælati regulares & ecclesiastici in administratione eorum, quæ sibi committuntur administranda degenerabant ab specie gubernandi monarchica forte per tyrannidem: ideo in quam plurimis religionibus loco monarchicæ, instituta est Aristocratia, aut certe monarchica restricta, qua vnus de consensu multorum ad id deputatorū gubernat: quæ videtur quarta regendi species. Cui accedit alia Regum ætatis nostræ, qui de consilio multorum id faciunt. Quod & certe facerent Patres fundatores religionum, qui monarchicam instituerunt, si modo viuerent, suorumque huius ætatis statum cernerent; animaduerterentque prælatorum ac subditorum tantopere, quæ sua sunt quærentium ambitionem, scilicet, & cupiditatem. Et ita prouisum est per superius allegata priuilegia, & statuta circa hoc. Et hac nostra ætate iustissimis decausis Dominus Clemens Octauus Pontifex maximus circa largitiones munerum à regularibus faciendas quandam rigorosam edidit

g Arist. receptus à D. Th. li. 3. politi. lect. 5. & 4 poly. lect. 1 & li. 1. de regimi. Prin. c. 3. 4. & 5.

h præsertim in prin. 4. polytic.

constitutionem maxime monarchicum regimen coarctando, de qua constitutione nobis in inferioribus erit sermo.

Neque contra supradicta facit Concilium Tridentinum, [a] vbi sic habetur. Omnes regulares tam viri, quam mulieres ad regulæ, quam professi sunt præscriptum, vitam instituant, & componant, necnon ad communem victum, & vestitum conseruanda pertinentia fideliter obseruent. Et certum est totam administrationem tam temporalem, quam spiritualem pertinere ad solum Abbatem, Priorem, vel alium Præfectum, qui pro Abbate habetur, secundum primæuum aliquarum religionum statum, ad quem prædictum concilium iubet reduci omnes regulares: quod in vltimo capitulo sectionis superius in margine allegatæ, tollit omnia priuilegia, quæ concessa erant à Sede Apostolica impedientia executionem eorum, quæ in dictis duobus capitulis in margine allegatis ordinantur: prout videre est in dicto capitulo vltimo, & tradit Nauarrus. [b] Nam respondetur, concilium non agere de huiusmodi institutis primæuis. Nam si hoc esset verum, sequeretur destructio omnium reformationum elaboratarum, ordinis sancti Benedicti, Diui Bernardi, & Diui Hieronymi, & aliorum, in quibus magno conatu inductum est, ne soli Prælati pro solo suo arbitratu gubernent monasteria, & Prioratus ne fructus eorum impendant, sed cum consilio & consensu aliquorum, quos alibi Consiliarios, alibi Discretos, alibi Definitores appellant. Constat enim secundum originarium statum regularium totam administrationem debere ad eos solos pertinere. Mens igitur concilij non est decernere, vt status religionum reducantur ad primam omni modo formam præsertim iure communi, vel autoritate Papæ relaxatam, vel mutatam: sed solum ad eam, quæ habet vt tria vota substantialia seruentur, & vt nullus simplex regularis habeat quidquam proprij quoad dominium, neque quoad vsum aliter, quam regula permittit, vt ex tenore, tam capitis primi, quam capitis secundi dicti concilij superius allegatorum satis colligitur. Primum enim caput solum habet in summa, vt religiosi tria vota substantialia obseruent, & alia ad communem vitam, victum, & vestitum, & vestitum cõseruanda pertinentia. Secundum verò caput totum tendit ad hoc, vt nullus simplex religiosus habeat quidquam particulare, aliter, quam regula permittit, vt ex eodem legenti constabit, prout aduertit Nauarrus. [c] Et per præfata priuilegia & constitutiones, nihil cõtra vllum trium votorum substãtialium, neque contra pertinentia ad communem vitam inducitur. Imò ea priuilegia ordinantur ad maiorem horum obseruationem.

Ex his infertur intellectus ad concessionem quandam fratribus ordinis Sancti Hieronymi factam. *Nam Nicolaus Francus legatus à latere Syxti Quarti, Prioribus & fratribus monasterij Beatæ Mariæ de Monte Martha præsentibus & futuris facultatem dedit vendendi libere & licite hæreditates possessiones, redditus, & iura in testamentis legata, vel aliter eidem monasterio donata, vel donanda seu legenda, quæ difficile possint regi, & administrari sine damno ipsorum bonorum & incommodo monasterij, & pretia horum bonorum in alias vtiliores possessiones & redditus commutare, non obstantibus vltimis voluntatibus talia legantium.* Ita refert Collector [d] Compendij dicti ordinis Diui Hieronymi. Quæ concessio, licet facta fuerit Prioribus, & fratribus dicti monasterij: per Sixtum tamen Quintum hæc, & aliæ similes concessiones extenduntur ad monasteria omnia ipsius religionis vtriusque sexus, prout habes infra in quæstione de communicatione priuilegiorum. Circa quam concessionem primo est aduertendum: quod non conceditur Prioribus solis hanc posse facere alienationem: sed Prioribus & fratribus. Et ad veritatem copulæ requiritur, quod omnes tam Priores, quam fratres concurrant ad eam faciendam, iuxta tradita in iure, [e] & notata à Bartolo, Iasone, & Felino, Alexandro, & Bursato. Et ipsi fratres cum Priore debent in vnum congregari iuxta superius explicata.

Tertio

[a] Conc. Trident. sess. 25. de reg. ca. 1. & 2.

[b] Nauar. in Man. ca. 27. nu. 190.

[c] Nauar. in c. nullam, 18 q. 2. nu. 24.

[d] Tit. alienare.

[e] l. si hæredi plures. ff. de condit. inst. Bart. & Ias. in l. 1. nu. 2. ff. de iust. & iur. idẽ Bartol. & DD. in l. si is qui ducenta. §. vtrùm. ff. de reb. dud. Felin. in ca. 2. de rescript. Alexan. cõsil. 110. col 3 Burs. lib. 3. consil. 319. n. 1.

Tertio aduertendum est, quod dicti prio res & fratres habent facultatem per istam concessionem libere vendendi dictas possessiones, &c. Et appellatione venditionis, omnis alienatio continetur, & aliquando omnis contractus, prout dicitur in iure. [a] Vbi notat Bartolus dicens, quòd si venditio prohibita sit ratione rei, aut ratione personæ, tunc omnis contractus prohibetur: secus si ratione modi & formæ, vt notatur in iure. [b] Et hoc quando est eadem ratio in alijs contractibus: sicut in venditione, prout aduertit Iason. [c] & in proposito venditio hæc prohibetur ratione rei, quia Ecclesiastica & ratione personæ, quia regularis, ne ex libertate ad vendendum in laqueum proprietarium incidat diaboli. Et præterea agitur de materia fauorabili Ecclesiæ, & de publica vtilitate, & tunc ampliatur dispositio, iuxta quendam textum [d] singularem. Et ita in proprijs terminis tenet Antonius de Burgos, [e] dicens statutum prohibens venditionem fauore publico latè accipiendum, vt omnem comprehendat alienationem. Concessio autem huius priuilegij, licet pro vna parte sit concessio in quantum concedit Prioribus facultatem ad vendendum: pro alia parte est prohibitio, in quantum limitat ipsis ipsam facultatem, dicens iuxta superius explicata, quod non possit eam facere, nisi cum alijs fratribus. Et respectu huius prohibitionis non solum extenditur dicta concessio ad venditiones, sed etiam ad alios contractus. Tertio est aduertendum, supposito, quod idem sit venditio, quod alienatio, quod cum alienatio quatuor modis in iure capiatur teste Baldo, [f] quem sequitur Barbacia. Primo proprijssimè, vt pote quando plenum dominium transfertur. Secundo propriè, quando transfertur dominium directum, vel vtile, vt in emphyteusi. Tertio improprie: quando dominium rei non est translatum vel alienatum, sed aliquod ius tantum, vt vsusfructus, vel quando res pignori obligatur, & sic de similibus: euidenter sequitur, quod omnes has alienationes possunt facere dicti patres cum dictis fratribus, & nullam nec etiam alienationem per pignoris dationem possunt facere ipsi soli. Nam licet statuta & consuetudines prohibentes alienationem quando sunt pœnalia & odiosa propriè debeant intelligi; at hic sumus in materia fauorabili Ecclesiæ & monasterijs: & sic est ista concessio accipienda, vt comprehendat etiam impropriam venditionem, & per consequens, quod prohibeat hypothecam. Verum est tamen, quod quando est spes certa quod res pignori data redimatur, tenent viri docti dictos Priores solos posse dictas res hypothecare, iuxta tradita ab Alexandro, Barbacia, [g] & Rebuffo. Vltimo nota quod licet hæc concessio hoc indulgeat fratribus, & Prioribus, attamen in religionibus, vbi consuetudo, aut constitutio est in contrarium, scilicet, quod sine licentia alterius superioris non possit fieri alienatio: hæc indulgentia minimè prodest ipsis Prioribus, & fratribus. Primo, quia, si nunquam Papa in suis constitutionibus visus est derogare consuetudines, & statuta particularia, quæ cum sint facti verisimiliter ignorat, iuxta tradita in iure, [h] quomodo nobis possumus persuadere ipsum nolle concessiones aliquibus religionibus factas alijs religionibus communicari; ita quod Prælati, & fratres earum ipsis possint frui & gaudere, ac si ipsis directè essent concessæ, si sunt contra eorum priuilegia, consuetudines & statuta particularia?

Infertur secundo intellectus ad concessionem Leonis decimi: qui prout habetur in Supplemento, [i] *Concessit licentiam & facultatem Abbatissis & monialibus Sanctæ Claræ vltramontanis sub obedientia fratrum Minorum regularis obseruantiæ existentibus, vt de consensu ministrorum Prouincialiũ ac maioris partis conuentuũ possint bona suorum monasteriorum cuiuscunque annui valoris, & qualitatis fuerint, pro alijs immobilibus & stabilibus bonis, & annuis redditibus, & vassallis in euidentem vtilitatẽ eorundẽ monasteriorũ permutare, seu illa vendere, vt ex pretio illorũ alia bona eisdẽ monasterijs vtiliora emãtur: non obstãtibus quibuscũq;*.

[a] l. Statu liberi. §. quintus. ff. de statu liberis. c. vno de controuer. inter dominũ & exceptorẽ feud. vbi Bart. in fin.
[b] l. 2. C. de vsucap. pro empt. l. 2. C. de præd. minor. lib. 10.
[c] Iason in l. fin. n. 65. C. de iure emphyt.
[d] l. hoc modo. ff. de cõdit. & demonst.
[e] Burg. in rubr. de empt. & vend. collat. vltim.
[f] Bald. in authẽ. hoc ius C. de sacrosanct. Eccles. Barbac. consil. 13. vol. 1.
[g] Alexand. consil. 169. in spectato fine. vol. 6. Barbacia in rubr. huius tit. vol. 12. n. 71. Rebuf. vbi sup. n. 7.
[h] c. 1. de constit. lib. 6.
[i] Fol. 43. cõcess. 18.

Hoc enim priuilegium debet intelligi secundum superius notata. Infertur etiam intelligentia ad aliam concessionem Leonis Decimi, quæ habetur in eodem Supplemento. [a] *In qua concessit Abbatissis & monialibus Sanctæ Claræ ac Tertiarijs, vt pro emergentibus necessitatibus, & euidentibus vtilitatibus conuentuum & monasteriorum suorũ possint vẽdi, & alienari ac permutari quælibet bona immobilia suorum monasteriorum, de licentia tamen aut consensu Generalis aut Prouincialium, Ministrorum, & duarum partium conuentuum Minorum, & monasteriorum, quorum dicta bona fuerint. Ac similiter quod de cõsensu maioris partis eorundẽ etiam vltra trienniũ locare, (vltimis testatorũ voluntatibus nõ obstantibus) dummodò id in cõuentuum, locorũ, & monasteriorum ipsorum euidentem vtilitatem (habita diligenter informatione à duobus vel tribus viris locorum, in quibus talia bona consistunt) cedere dignoscatur, super quo conscientias Prælatorum & prædictorum bonorum virorum obligat.* Hæ enim duæ concessiones debent explicari iuxta ea, quæ latè superius diximus, & inferius dicemus. Et eandem concessionem inuenio factam à Gregorio Tertiodecimo fratribus & monialibus ordinis Eremitarum Sancti Augustini in constitutione nona incipienti: Dum ad vberes; quæ habetur in Bullario *Anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo secundo emanato, in qua concessit facultatem datam à Clemente Septimo anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo primo, Magistro generali, & Prouinciali Romano reformato ordinis Prædicatorum, & prouinciæ reformatæ huiusmodi sibi subditis in Italia conuentibus, fratribus, monasterijs, monialibus, necnon collegijs, ac personis vtriusque sexus de pœnitentia dicti ordinis nuncupatis, vti posse facultate licentiam concedendi, bona conuentuum, & locorum huiusmodi ad certum tempus, ac in perpetuum locandi, vel in emphyteusim ad lineam masculinam concedendi, siue commutandi, aut quocũque alio titulo alienandi bona immobilia & pretiosa mobilia minus vtilia, quæ nunc habent, & in posterum iusto titulo habituri sunt pro euidenti vtilitate ipsorum conuentuum. Prouiso tamen quod precio ipsorum bonorum immobilium, si vendantur, vel alias quouis modo alienãtur centum ducatorum auri de camera secundum communem æstimationem valorem annuum nõ excedãt, & in emptionem & reparationem aut augmentum aliorum immobilium, aut necessariorum bonorum, seu debitorum realem solutionem cum effectu conuertatur. Et ad hoc accedat consensus duarum partium vocalium conuentus quibusuis constitutionibus Apostolicis, & specialiter fœlicis recordationis Pauli Secundi contra alienantes res Ecclesiasticas non obstantibus.* Quæ constitutio reperitur registrata in libro priuilegiorum ordinis Prædicatorũ à reuerendissimo Stephano Vsusmaris Collector. Cui constitutioni Gregorius Tertius decimus in dicto priuilegio cõcesso Augustinianis addit. Fol. 204.

*Quoad cõcessionẽ in emphyteusim, quod illa non fiat vltra duas generationes, vel nominationes absque licentia Apostolica. Necnon vt accedat etiam Prioris Generalis approbatio, siue consensus in supra-*

[a] Fol. 33. cõcessio. 125.

*supradictis alienationibus loco consensus Sedis Apostolicæ.* Neque ponitur illa restrictio ducentorum centum auri, vt in ea videre est. Hæc enim & aliæ similes concessiones, quantum ad essentialia, quæ requiruntur in alienationibus rerum monasteriorum à Clemente Quinto, & à Paulo Secundo in dictis Clementina & Extrauaganti, nihil immutant. Solum enim ad maiorem vtilitatem monasteriorum aliqua adduntur. Videlicet, quod locationes possint fieri in perpetuum: & quod duæ partes conuentus debent consentire, non enim sufficit, quod maior pars consentiat, & alia, quæ solennitates suprapositas, minimè tollunt. Quæ concessiones in religionibus, quibus conceduntur debent obseruari; in alijs autem religionibus obseruabuntur ea, quæ ipsis fuerint concessæ. Cum enim hæc ad regimen & gubernationem temporalem pertineant vnaquæque religio gaudet suo sensu, secundum quem suis constitutionibus gubernatur pro necessitate temporum & locorum. Aduertendum tamen, quòd generaliter & regulariter loquendo quando prælatus cũ capitulo alienat eo ipso probata est præsumptiuè Ecclesiæ vtilitas, ita tenet Baldus, [a] quem sequitur Auendañus. Et sic solent cõuentus alienare cum tractatibus & licentia superioris absque alia informatione, & sic tenendum est argumento aliquarum legum. [b]

[a] Bald. in c. 1. §. 1. de his qui feud. dar. pos. Auendan. in c. prẽto. 1. p. c. 4. n. 41. v. & quia.

[b] l. minimè & l. si de interpretatione ff. de legib.

## ARTICVLVS III.

*Vtrùm in aliquibus religionibus alienationes & contractus Generalibus & Prouincialibus tantum committantur.*

REspondeo dicendo, quòd Alexander Quartus, *Irritauit, ac nullius existere firmitatis decreuit omnes conuentiones, obligationes computationes, & pacta, quæ fratres Minores etiam si sint Guardiani, vel custodes fecerint contra prædicti ordinis statuta, vel consuetudines absque Generalis, vel Minorum Prouincialium licentia,* & assensu. Ita habetur in libro Monumenta [c] ordinum. Insuper Honorius Quartus, *Decreuit irrita, & inania pacta quæcumque, quæ fratres Minores, & domus eiusdem ordinis cum Prælatis, Rectoribus, & Clericis Ecclesiarum in quarum territorio domus, & loca prædicta existunt, si absque licentia Generalis, Ministri & Capituli etiam generalis inire etiã præsumpserint in præiudiciũ dicti ordinis.* Ita habetur in eodem [d] libro Monumenta ordinum. Circa quas duas concessiones est aduertendum, quod fuerunt reuocatæ per quandam Decretalem [e] Bonifacij Octaui, *In qua statuit cõpositiones & pacta cum Prælatis capitulis, Rectoribus, & personis Ecclesiarum, ciuitatum, castrorum vel villarum, & locorum, in quibus domus, seu habitationes eorum existunt super iuribus parrochialibus, vel alijs, quibuscunque articulis à Prioribus conuentualibus, seu Cuardianis fratrum Prædicatorum, & Minorum, aliorumque Mendicãtium facta vel approbata de suorum conuentuum consilio, & assensu (Dum tamen aliâs sint licita & honesta) debere ab ipsis fratribus in locis, in quibus fuerint facta inuiolabiliter obseruari, non obstanteque, Magistri, vel Ministri aut Prioris Generalium seu Prouincialium prædictorum non interuenerit in eisdem assensus: neque ab ipsorũ generalibus, vel puincialibus capitulis extiterint approbata seu quod sedes apostolica in his, quæ per prædictos fratres facta fuerit autoritate suã nõ præstiterit, vel assensum.* At prout ait Collector priuilegiorum Mendicantium, licet prædicta priuilegia Alexandri Quarti, & Honorij IIII. fuerint

[c] In 1. impressio. fol. 48. & fol. 26. cõcels. 297.

[d] In 1. impres. fol. 48. & in fol. 132. concel. 297.

[e] Cap. quia excommunic. de pact. lib. 6.

fuerint per Bonifacium Octauum sublata, per Syxtum tamen Quartum fuerunt posteà reualidata cum motu proprio, *Et ex certa scientia autoritate Apostolica approbauerit, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decreuit omnia & singula priuilegia per quoscunque Summos Pontifices prædecessores suos ordini fratrum Minorum, & illius domibus & professionibus in genere sub quacumque forma verborũ concessa, ac propotiori cautela omnia & singula præ dicta de nouo concesserit, & indulserit,* prout habetur in libro Monumenta [a] ordinum. Et iam superius [b] diximus probando ex multorum Põtificum priuilegijs Clementis Septimi, Pij Quarti, & aliorum priuilegia Mendicantium reuocata per Concilium Lateranense esse per ipsos Sũmos Pontifices reualidata. Et sic in nostra sacra religione seruatur. Nullus enim Guardianus neque Abbatissa, etiam cum consensu suorum conuentuum aliquem contractum efficere possunt sine expressa patrũ Prouincialium autoritate, alioquin irritus iudicatur.

a In 1. impref. fol. 59 & in 2. f. 142 concef. 343.

b Sup. quæſt.

Aliud est priuilegium concessum à Iulio III. religioni Societatis Iesu, prout refert Collector [c] cõpendij ipsius Societatis *Quo potest, præpositus Generalis Societatis pro tempore existens, vel ipsa Societas dum erit generaliter congregata per se, vel per alios informatione extraiudicialiter, & summariè, ac simpliciter accepta, vel etiam ea omnino emissa bona domorum etiam probationis collegiorũ, & aliorum locorum eiusdem Societatis stabilia, & etiam mobilia pretiosa, præsentia, & futura pro illorum vtilitate, seu necessitate quibuscunque personis tã Ecclesiasticis, quam sæcularibus, cuiuscunque gradus, ordinis & dignitatis existentibus etiam Collegijs, communitatibus, & vniuersitatibus ad eam rationem, quæ facilius inueniri potest pro precio reperibili, vendere, alienare, permutare in emphyteusim seu libellum ad tres generationes, vel in aliud longum tempus dare, locare, etiam cum donationis, seu inuestituræ acceptione, ac præsentata pecunia, sine tamen diminutione soliti illorum redditus; necnon generaliter & specialiter obligare, & hypothecare, super illos census, quoscũque redimibiles imponere & vendere. Nec non de bonis eisdem compromittere, & quomodolibet super illis transigere, illisque simpliciter, vel liti desuper habitæ, & actionem etiam in non possessorem cedere & renunciare, vtilitatemque venditionum, & aliorum huiusmodi, vel etiam, necessitatem, aut aliam causam, propter quam fiant simpliciter, & absque figura iudicij cognoscere, iudicare, definire, & penitus determinare libere, liciteque. Et quod quicunque contractus super prædictis initi vsque ad huius concessionis tempus perpetuo valeant, parteſque ipsæ ad illorum obseruationem omnino obligantur, & tam ipsi hactenus initi contractus, quam ineundi in futurum, quibus ipsius Generalis Præpositi pro tempore existentis, vel etiam congregatæ Societatis consensus, seu confirmatio accesserit, alia Sedis Apostolicæ confirmatione, & approbatione non indigeant.* Ita concessit Gregorius Decimus tertius, prout in eodem Compendio [d] Societatis refertur. Circa quam concessionem multa sunt aduertenda. Primum est, quod Generales aliorum ordinum, aut capitula generalia, si habent communicationem priuilegiorum Societatis possunt vti hac concessione: & sic possunt

c Collect. titu. alienat. §. 2.

d Cõpẽ. vbi sup. tit. alienat. §. 2.

possunt renuntiare cuique actioni, & liti habitæ super iuribus ad monasteria pertinentibus, etiam sine consensu monasteriorum, ad quæ pertinet prædictum ius. Quod est magnum priuilegium. De qua facultate Generalium, & capituli Generalis vidi ego in facti contingentia aliquando dubitari inter viros doctos. Et sic debent notare Generales hanc facultatem ad sedandas lites, quæ aliquando non sine magno scandalo inter regulares ex vtraque parte, & inter regulares & Ecclesiasticas personas & laicas versantur. Aduertere tamen debent, quod non possunt hoc facere absolute, sed habita prius informatione summaria de necessitate, & vtilitate istarum litium sedandarum. Et si aliter faciant renunciatio minimè valebit, prout colligitur ex dicta concessione

Secundo est aduertendum super illa verba, ibi. *Actionem etiam in non possessorem cedere, & renunciare.* Quod in hac facultate magna quædam deciditur controuersia inter Doctores. An quando alienatur res, quæ præscribitur, sed non est adquisita Ecclesiæ, vt sunt res legatæ nõ dum traditę ipsis Ecclesijs, & monasterijs possint à Prælatis sine solennitate iuris repudiari, aut renunciari. Nam quidam dicunt, quod sic. Inter quos sic consuluit, [a] Federicus, & tenent Ioannes Andreas, & Lappus. Quia ante acceptionem res non censetur Ecclesiæ, iuxta ea, quæ traduntur in iure. [b] Sed quod res legata monasterijs adquirenda, non possit sine solennitate alienari, neque repudiari cum in Ecclesiam transferatur dominium sine traditione, tenent Ancharranus, [c] Oldradus, & Soccinus. Et sic ait Rebuffus, quod Prælatus non potest repudiare sine consensu capituli, nec capitulum sine autoritate Prælati. At priuilegium nostrum concedit dictis Generalibus, aut capitulo Generali cõgregato hoc sufficere posse. Et sic clarissimè innuit quod dicta repudiatio potest fieri sine prædicta solennitate, id est, sine consensu monasteriorum.

Aduertendum etiam est, quod dictum priuilegium conceditur etiam ipsi Societati Iesu generaliter congregatæ, quę non potest esse sine capite, id est, sine eo, quod aliquis in ipsa congregatione præsideat. Qui præsidens si non est Generalis non potest hoc efficere cum consilio ipsius congregationis, sed cum consensu suppositio tractatu inter Patres congregationis, vtrùm id expediat, nec ne. Quod probo; nam hoc priuilegium operatur, vt id quod secundum ius debebat fieri, cum consensu capituli monasterij, ad quod pertinet ius, & actio, fiat à congregatione generali generaliter congregata, in qua est interpretatiua voluntas omnium fratrum aliorũ conuentuum. Vnde cum secundum ius ad dictam alienationem requiratur non consilium, sed consensus capituli, ita etiam secundùm ius debet requiri consensus dictæ congregationis, sine quo nihil circa hoc effici potest.

Aduertant tamen dicti generales & Patres ne facile cedant prædictis iuribus, nisi reuera hoc sit in vtilitatem dictorum collegiorum, & conuentuum accommodatissimum. Nam vltra quòd dicta renunciatio claudicabit, iuxta supradicta, tenebuntur ipsi in conscientia satisfacere conuentibus & collegijs læsis. Nam Prælati qui potuerùnt quærere Ecclesiæ, & non quæsierunt ad interesse tenentur, vt tenent communiter Doctores, teste Perusino, [d] & Rebuffo.

Aduertendum etiam quod licet Leo Decimus concesserit Minoribus, vt ipsorum prouinciales cum consensu monasteriorum possent alienare, prout dictum est in superioribus, at Prouinciales Societatis minimè gentium, id possunt efficere etiam pro necessitatibus emergentibus, & euidentibus vtilitatibus domorum aut collegiorum: facultas enim supradicta soli Præposito Generali, & congregationi generali aut quibus duxerint committendum reseruatur, & ea rarissimè vtitur, & in illius vsu mittitur ad Præpositum Generalẽ informatio, de qua in dicto priuilegio fit mentio, vt licentiam concedere dignetur, prout in cõstitutionibus Societatis cõtinetur. Aduertit tamẽ collector compendij Societatis in dicta religione posse alienare mobilia nõ pretiosa, concedi omnibus superioribus auditis consultoribus, pretiosa etiam quæ centum, Prouincialibus vero quæ ducentorum valorem non excedunt, in vtilitatem tamen domorum, seu collegiorum. Quæ vero ad Ecclesias pertinent, quamuis minoris pretij sint, non nisi in Ecclesię ipsius ornamenta impẽdere licet, in alijs autem

[a] Federi. cõsil. 24. casus. Andr. in c. cũ Apostolica de his quæ fiunt à Prælatis Lapus. allega. 26.

[b] l. quisita. ff. de condit. instit.

[c] Anchar. in Clẽ. 1. de rebus Ecclesiast. nõ alienan. Oldra. cons. 9. Socin. in tracta. fallent. reg. 100. Rebuf. de alienand. rebus Ecclesiast. n. 30.

[d] Text. & ibi glo. in c. quicũq; de alienat. rer. Ecclesiast. q. 4. Perus. in c. 1. eod. tit. in 6. Rebuf. vbi sup. nu. 31.

tem religionibus videantur constitutiones quibus gubernantur.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrùm Abbas sine consensu Capituli sui & Generalis, possit opacas arbores locorum sui monasterij pro vberiori fructuum collectione cædere, præsertim si cæsarum arborum pretia in bonorum stabilium emptionem in commodum illius monasterij conuertit.*

REspondeo dicendo, quod sic, tum quia non videtur alienare rem immobilem neque mobilem pretiosam, quæ seruari possit, quia non alienauit solium cui adhærebant arbores, sed tantum arbores ipsas excisas, quas constat esse res mobiles, quæ seruando, seruari non possunt, & iura prohibentia alienationem rerum intelliguntur de rebus immobilibus, & mobilibus pretiosis, quæ seruando seruari possunt, vt tradit Panormitanus [a], & Clementina prohibens alienationem, solum comprehendit illum, qui concessit ius reddituum, & possessionem, & prædictus Abbas non concessit aliquod ius, tum, quia duo concurrunt in hoc casu, scilicet arborum cęsio, & arborum cæsarum venditio, quorum neutrum est delictum, sed potius meritum, arborum enim cæsio fuit vtilis & bona, quia sicut nimia raritas arboreti nocet fructui eius quærendo, ita nimia densitas nocet arboribus, & fructui ab eis quærendo, vt palam est. Ergo sicut herbas, rubos, lapides & alia nocentia arboribus potuit tollere solus sine consensu, ita potuit etiam tollere illas arbores, quæ impediebant augmentum fructuum, & vtilitatem aliquarum arborum sufficientium prædio, & ita nulla in hoc interuenit alienatio, sed nec damnificatio. Arborum autem venditio nullo iure prohibetur, quia erant res mobiles, & quæ seruando seruari non possunt, & consequenter licite poterant vendi, ita Nauarrus, [b] Qui tamen alio in loco ait, quod Abbas succidens arbores fructiferas & castaneas, & vendidit eas ad quantitatem duorum millium scutorum sine consensu conuentus, & superioris peccaret, & incideret in pœnas contra alienantes res ecclesiasticas, cum alienet res mobiles pretiosas.

[a] Pano. in c. cum nullo de rebus ec cle. nō alie. & alij in ca. fine exceptione. 12. q. 2.

[b] Naua. li. 3. cons. de rebus ecle. nō alien. con. 6. &. 7.

## ARTICVLVS V.

*Vtrùm prælati Ordinis Minorum possint commutare legata facta locis suis ad vnum vsum in alium.*

REspondeo dicendo, quod licet Baldus, [c] Angelus & Salicetus dicant, quod non licet Papæ alterare vsum earum rerum quæ per fideles sunt relictæ, hoc tamen intelligendum est de potestate ordinaria, & de legatis non pijs secus de absoluta potestate, vel de legatis pijs, & sic voluntas, & legata testatoris circa pias causas possunt per Papam mutari in alium pium vsum etiam sine causa se tenente ex parte rei; non autē sine causa se tenente ex parte ipsius Papæ, quia oportet, quod faciat bono fine, & omnis ratio motiua Principis habetur pro causa secūdum Baldum. [d] Per Episcopum vero secundum aliquos in distinēte mutari non possunt, quod Summa Roselæ [e] videtur tenere allegans, pro hoc quandam Clementinam licet ipse autor infra [f] ibidem oppositum sentiat, secundum alios vero possunt per Episcopum mutari. Primo ex causa legitima se tenente ex parte rei, non autem sine causa. Secundo quando est in dubio, an causa sit legitima nec ne potest enim iudicare esse legitimā. Ad Clementinam autem allegatam cōmuniter respondetur, quod Episcopus hoc non potest facere sine causa, & idem dicendum est de legato sedis Apostolicæ secundū [g] glossam ordinariam quam sequitur allegando alios Syluester. Et circa hoc Syxtus Quartus cō cessit, *quod prælati Ordinis Minorum possint cōmutare legata facta locis nostris ad vnum vsum in alium, sine scandalo tamen illorum ad quos solutio taliū legatorū pertinet*, prout habetur in libro Monumenta [h] ordinū, & in supplemēto, & Leo Decimus ampliando dictam gratiam Syxti Quarti *concessit, quod simili modo possint dicti prælati facere in rebus donatis per viuentes, si tamen, vt di-*

[c] Bal. Ange. & Salic in l. si testamētū C. de testam.

[d] Bald. rescripta. C. de precib. Imperatori offeren.

[e] ti. legatus § 6. glo. quia contingit d relig. domibus.

[f] §. 9:

[g] gloss. in d. clem. sit tit. legatū. 4. n. 12. in fine.

[h] in 1. impr. fo. 62. & fol. 66. conce. 95 & in suppl. fo. 95. conce 317.

*vt dictum est non sequatur scandalum.*

* Fol. 93. cō cess. 29. Ita habetur in supplemento * ordinis. Circa quam concessionem primo est notandu, quod continet magnum priuilegium, scilicet commutationem prædictam nō solum cōcedi generalibus, aut prouincialibus qui habent iurisdictionem quasi Episcopalem de quibus poterat esse dubium, cum etiam de Episcopis dubitetur prout dictū est in superioribus, sed etiam concedi Guardianis conuentuum, ait enim quod prælati ordinis Minorum possint dictas commutationes facere, Guardiani autem Prælati veri sunt prout insuperioribus [a] probaui mus: & idem priuilegium quoad Priores conuentuales est concessum ordini Diui Hieronymi per Nicolaum Francum legatum à latere Sixti Quarti, quod possent commutare relicta dictis monasterijs non obstantibus vltimis voluntatibus talia legantium, prout iam dictum [b] est supra hac quæstione, & hoc Summi Pontifices potuerunt concedere, cum huiusmodi legata & donata ad pias causas fuerint destinata.

a Sup. quęs.

b Sup. hac q. artic.

Secundo notandum est circa dictas concessiones, quod attenta puritate nostræ regulæ pecunia vel eleemosyna data à viuis ad vnum vsum non potest in alios vsus expendi cum ipsa pecunia semper sit in nomine dantis, & eius nomine consumatur prout dicitur in quadam Clementina, [c] & hic videtur Summus Pontifex Leo Decimus concedere, quod res donata per viuos ad vnum vsum, ad alium vsum per ipsos Prælatos possit conuerti, & appellatio rei latior est, quam appellatio pecuniæ, res enim comprehendit pecuniam, & plus aliud, prout ait Paulus [d] Iurisconsultus libro secundo ad edictum, & licet Prælati in nostra religione possint commutare dictas res donatas, hoc tamen intelligendum est de rebus donatis à viuis locis, & monasterijs nostræ religionis iuxta ea quæ cō cesserat Sixtus Quartus. Extensio enim Leonis Decimi ad eleemosynas à viuis donatas, debet intelligi iuxta concessionem Sixti Quarti quam ipsemet Pontifex ampliauit. Vnde cum Sixtus Quartus loquatur de legatis relictis locis fratrum, consequens est quod ampliatio & extensio Leonis Decimi tantum intelligatur de eleemosynis datis ipsismet locis, non autem de eleemosynis datis fratribus particularibus ad eorum necessitates releuandas. Si enim donatę fuerunt ad vnum certum, & determinatum vsum, non possunt dicti Prælati virtute prædictæ Leoninæ concessionis ad alium vsum eas commutare, & probatur, nam priuilegia recipiunt interpretationem à supplicatis, prout post alios tradit Iason, [e] & nos iam diximus supra in quæstione de priuilegijs, quoad eorum interpretationem, & Leoni Decimo fuit supplicatum ad instantiam patris fratris Antonij del Rincon: quia Sixtus Quartus concesserat, quod legata facta ad certum vsum possunt prælati ad alium vsum conuertere cessante scandalo executorum dictam gratiam ampliando, concesit quod eo modo possint dicti prælati facere in rebus donatis per viuentes, si tamen vt dictum est, non sequatur scandalum. Vnde sicut Sixtus Quartus fuit loquutus de rebus relictis à mortuis locis ipsius ordinis, & non de rebus donatis fratribus particularibus. Ita etiam Leo Decimus non locutus fuit de rebus datis & donatis fratribus particularibus ad certum vsum. Et confirmatur: nam lex & à fortiori priuilegium contra regulas iuris concessa debet intelligi, vt quanto minùs fieri possit corrigat ius commune, iuxta ea quę latè in dicta quęstione notauimus. Vnde cum dictum priuilegium sit contra ius commune dictæ Clementinæ statuentis, quod tales eleemosynæ datæ dictis fratribus semper sint in nomine dantis, & ad alium vsum sine eius licentia minimè conuertantur, reliquum est vt dicamus virtute dicti priuilegij minime dictas eleemosynas ad alium diuersum vsum posse transferri.

c Clement. exiuit de verb. signi.

d l. rei appellat. ff. de verbo. signif.

e Iason in l. casus. nu. 5. C. de transact.

Notanda sunt etiam verba ipsarum concessionum, ibi. *Sine scandalo tamen illorum ad quos solutio talium legatorum pertinet*, & ibi. *Si tamen non sequatur scandalum.* Hæc enim verba sunt posita quia quando ex causa legitima fit ista commutatio, requiritur ad eam faciendam consensus hæredis grauati. Ita Perusinus, [f] & priuilegia conceduntur sine præiudicio tertij, non enim Papa potest sine causa tollere ius tertio quæsitum, prout resoluunt Palacius [g] Rubius, & Rebuffus, & ideò hic non spectata soluentis, & dantium voluntate Papa com-

f Perusin. in Clem. quia cōtingit de religios. dominibus.

g Palac. in tract. de benef. vacant. in Cur. §. 4. cum seqq. Rebuff. in praxi bonorum in reg. de non tollendo iure quæsito gl. 6. n. 13. & 14

commutationem rerum oblatarum concedit ad alterum distinctum vsum, quia licet offerentes ad alium ipsas res destinauerint ipsis tamen parum prejudicij ex hoc prouenit, cum iam ipsarum rerum dominium ad piam causam à se abdicauerint, & certum est, quod Princeps potest concedere priuilegium cū præiudicio modico alterius iuxta ea quæ traduntur in iure [a]. Et sic præcipit vt dicta dispensatio fiat sine scandalo ipsorum vt sic eis minus præiudicium inferatur.

a l. quoties. C. de precibus imper. offerendis.

Aduertendum insuper circa verba dictarū concessionum, ibi, *Si tamē nō sequitur scandalum*. Nam hæc dictio, *si tamē* & hæc dictio, *prouiso*, & hæc dictio, *ita tamen*, & hæc dictio, *dummodo*, ferè æquiparātur & restringunt ac modificant præcedentia, iuxta ea quæ communiter notantur in iure, [b] & tradunt Lucas de Pēna: & Rebuffus. Vnde infertur quod si prælati fecerunt dictas commutationes non prouiso, quod non scandalizentur hi ad quos pertinet solutio tanquam transgressores suæ regulæ possunt puniri, cum sine facultate Apostolica ea fecerint, per quod eorūinstitutum violatur, & tales commutationes minimegentium valebunt.

b l. Lucius. § qui habebat & in l. ita tamē. ff. ad Trebel. Luc. de Pen in l. 1. C. de col. fūdi. fiscal. li. 11 Rebuf in cōcordat. de mādat. Apostolor. §. 1. in glos. ita tamen.

Ex his infertur quod legatum pro monasterio fiendo per has concessiones, non potest à prælatis cōmutari ad alium vsum, sine consensu hæredis, iuxta quandam decretalem. [c] Nam in hoc casu non solum cōtrauenitur voluntati testatoris relinquentis prædictum legatum ad prædictū vsum, sed hæredi fit maximum præiudicium, præcipuè, si ius patronatus prædicti monasterij debet acquirere, & per ipsum memoria defuncti conseruatur. Et non est credendū Summum Pontificem hanc facultatem in his indultis cōcedere voluisse. Verumtamē est q̄ si hæres est negligens, & monasteriū non potest ædificari de facto, quia pecunia est modica, vel non est locus aptus vbi ædificari commode possit, poterit in hoc casu fieri commutatio autoritate Episcopi, etiā si in testamento sit clausula q̄ ad aliū vsum conuerti non possit quam in deputatum, & ratio est, quia voluntas testatoris interpretanda est secundum ius commune, [d] vt res magis valeat, quam pereat, ideoque cum de iure cummuni, [e] possit in alium vsum conuerti, talis clausula non obstabit. Et sic si fiat legatum vt ædificetur monasterium in tali loco, quod fieri non potest, propter priuilegium quod habent Prædicatores, & Minores, vt prope eorum conuentus intra certas canas minime possit aliud monasteriū erigi, potest autoritate Episcopi in alio loco fieri, nec per dictas cōcessiones puto prælatos nostros hanc cōmutationem facere posse: nā si hoc intentarent scandalū causarent. Aduertendum tamen, quod Conciliū Tridētinū [f] determinat, vt tūc fiat dicta cōmutatio, quando fuerit necessaria dicens in commutationibus vltimarum voluntatum, quæ non nisi ex iusta & necessaria causa fieri debent Episcopi tanquam delegati sedis Apostolicæ summarie & extraiudicialiter cognoscant: nihil in precibus tacita veritate, vel suggesta falsitate fuisse narratum priusquam cōmutationes prædictæ executioni mandentur.

c c. nos quidem, de testamētis.

d c. Abbate. de verb. sig.

e d. ca. quia nos.

f Conc. Trid. sess. 22. de refor. c. 4.

## ARTICVLVS. VI.

### *Vtrùm Syndicus fratrum Minorum possit extra ordinem aliquid per donationem alienare?*

REspondeo dicēdo, quod Syndicus fratum Minorum habet autoritatem ad quinque casus, prout in quæstione de Sindicis clarius explicabitur, inter quos actus principalis est ad vendendum, commutandum, distrahendum omnes res pertinentes ad dominium Papæ, & ecclesiæ Romanæ quibus fratres Minores vti possunt, prout cōcessit Innocentius Quartus, & habetur in libro Monumenta 8 Ordinum: & certe si attente consideretur inter nostram religionem & alias habentes bona in communi, diuersitas non consistit in hoc, quod nō habent bona in particulari, sicut enim religiosi nostri non habent bona in particulari ita nec etiam religiosi aliarum religionum. Diuersitas igitur consistit in hoc, quod nostra religio non habet bona in communi, vt prælati possint res communitatis disponere iuxta necessitates emergentes, & facere alienationes necessarias, iuxta formam à iure constitutam: habet tamen Sindicum

in 1. impr. fo 29. & in 2. fo 113. concess. 247.

qui

qui nomine Papæ & Sedis Apostolicæ, qui bus proprietas & dominium rerum religio ni oblatarum reseruatum est, qui Syndicus eandem autoritatem habet ad administran dum & distrahendum nomine Papæ, qua- lem habent prælati aliarum religionum no mine totius communitatis. Dixi ad admini strandum & distrahendum. Quia non ha- bent autoritatem vt possint nomine mona steriorum succedere ab intestato, sicut ha- bent aliæ religiones. Hoc enim in nobis Franciscanis regularis obseruantiæ prohi- bitum est in quadam elementina. [a] Præ- lati autem aliarum religionum, & capitu- la earum non possunt facere religioso fa- cultatem vt det alteri aliqua, quæ directe vel indirecte non vergunt in vtilitatem mo nasterij, & sic non possunt concedere fa- cultatem prædicto religioso, vt faciat elee- mosynam vel aliquam remunerationem, quam ipsi facere non possunt, quia non pos sunt dare quod non habent, iuxta ea quæ notantur in iure [b] Canonico & Ciuili. Ex quo colligitur, quod in vtilitatem monaste rij possunt prędictã facere alienationẽ, iux ta ea quæ resoluuntur à Nauarro [c] dicente quod licet concedere facultatem dandi ali- qua religioso suis cognatis pauperibus vel socijs, amicis & famulis de se benemeritis quibus religionis ntuitu aliquanotabilia ab initio ingressus vel quę postea obuenerunt monasterio per successionem artem vel in- dustriam eius, vel aliqua munera quæ ges- sit vt Dominicani sancti Stephani Salman- ticæ solent Magistris eiusdẽ ordinis cathe- dras magnorũ reddituũ ibi regentibus per- mittere vt ex illis pauperibus cognatis sub ueniãt, & alijs remunerẽtur. Hæc Nauarrus. Vnde cũ syndicus habeat tantã facultatem ad distrahẽdũ nomine Papæ, & ecclesiæ Ro manæ in vtilitatẽ fratrũ, sicut habent præla ti aliarũ religionũ nomine totius cõmunita tis sequitur euidenter quod possunt dare fa cultatem cum licentia patrum generalium aut prouincialiũ ad donandum aliquid ex- tra religionem suis consanguineis, vel alijs benemeritis ex libris & voluminibus à se cõpositis resultans. Quod probatur primo: Nam licet prælatis sit prohibita alienatio rerum ecclesiasticarum sine certis solenni- tatibus, & per consequens sit eis prohibi- tum donare, prout traditur in iure. [d] Hoc intelligitur de donationibus gratio- sis, donare enim dicitur, quod nullo iure cogente conceditur, iuxta quandam legẽ. [e] Non autem de donationibus remunerato- rijs, iuxta quandam decretalem. [f] Quia non videntur tunc prælati donare, sed sol- uere potius debitum naturæ, prout mul- tę Iurisconsultorum leges [g] proclamant, & Canones sacri significant, & tradunt [h] Iason, & Decius, dicentes cum Docto- ribus communiter remunerationes debe- re fieri de rebus mobilibus, & æquiualen- tes meritis esse debere. Secundo probatur: nã licet dictis prælatis sit prohibita aliena tio rerum suorum monasteriorum, sine debitis solennitatibus, hoc tamen non pro cedit quando velẽt donare consanguineis pauperibus, scilicet pro victu & vestitu, vt sacri Canones [i] determinant, & tradit elegã ter Rebuffus. Ex quibus colligitur, quod ra tione remunerationis, & ratione eleemosy næ potest concedere ipse syndicus Apostо licus nomine Papæ facultatem religiosis li bros imprimẽtibus vt possint dare aliquid ex ipsis impressionibus cognatis, & ali- quibus personis extra ordinem, potest etiam ratione vtilitatis, quæ prouenit ipsis monasterijs & ordini faciendo dictas im- pressiones. Nam ex dictis impressionibus resultat monasterijs maxima vtilitas, & Or dini honor & gloria, & ecclesię salus anima rũ, cũ fratres imprimentes prędicta volumi na ad studẽdũ, & ad laborandũ in dictis im pressionibus faciẽdis maxime prouocãtur, videntes sibi aliquid cõcedi ad suas & suorũ necessitates subleuandas, & hoc indicat fa- cultas cõcessa ab Innocẽtio. IIII. ipsis syndi cis, ibi, & in fratrũ vsum conuertere, ideſt in vtilitatẽ fratrũ iuxta alia decreta Canoni- ca permittentia alienationẽ rerum ecclesia sticarũ in vtilitatem ecclesiarum. Neq; su- pradictis obstat, qꝑ si à Papa patitur prædi- cta facultas ad distrahendum & alienandũ extra religionẽ in eleemosynã, aut remune rationẽ, aut ipsius religionis vtilitatẽ cũ dif ficultate hoc cõcederet. Et sic videtur dicẽ- dum, quod prælatis & syndicis tam amplã facultatem minime concedat. Nam huic ra tioni respondetur cum doctissimo Nauar- ro [k], qꝑ Papa non solet, neq; debet semper & tã libere concedere religioso tantã facul tatem disponendi de quæsitis monasterio, quantã, & quam libere potest cõcedere Ab bas, & prælatus eius, & syndicus nostræ sa- cræ religionis cum consensu nostrorũ præ- latorum, & ratio huius dicti est, quia Papa

a clem. exit. §. porro. & seq. de verbor. signifi.

b cap. quod autẽ. de iu- repatron. l. si vniuerso C. de legat.

c Nau. in c. nõ dicatis- no. 25.

d. c. sine ex- ceptio. 12. q 2.

e l. dõnare. ff. de reg. iu ris.

f ca. si quos de reb. eccl. non alien.

g l. aquili. ff de donat. l. & si lege. § cõsuluit de petit hære.

c. cum inof ficiosis, de testamen.

h Ias. in cõ si. 116. mihi quoque in 4. vol. Deci. cons. 174. & pro tenuit col. 2:

ic. quisquis de reb. eccl. non alien. Rebuf. de reb. eccles. nõ alie. nu- me. 65.

k Naua. vbi su. n. 26.

neque debet neque solet tam libere disponere de fructibus ad Ecclesiarum & monasteriorum sustentationem deputatis quam libere disponit de deputatis immediate Sedi Apostolicæ, nec tam libere quam possunt ipsi prælati. Quod fundatur in quasi contractu, qui inter Ecclesiam, & monasterium, & prælatum contrahitur eo quod ipse seruiat ei, & illa eum sustentet vt dicit quædam Decretalis, [a] & in deputatione bonorum, & fructuum illorum, per ipsum met Papā immediate vel mediate ipsis facta, quibus commisit administrationem, cui velut cuidam quasi contractui non debet eius sanctitas libere, & sine aliqua causa, & consensu eorū cōtrauenire. Prælati autem inferiores possunt facere religioso facultatē disponendi de fructibus suis tantum quantum, & quomodo sibi licet per potestatē quam ab ipsomet Papa immediate, vel mediate accipit virtute tituli Canonici ei collati, & similiter sindicus cum consensu prælatorum nostri ordinis potest similia facere cum respectu alienationis extra ordinem habeant eandem potestatem, quam habent prælati aliarum religionum habentium bona in cōmuni. Ex quibus colligo non posse prælatos, & sindicos nostrę sacrę religionis facere facultatem religioso docto libros suos imprimenti vt omnem impressionis vtilitatem, & lucrum extra ordinem suis consanguineis possit dare, cum hoc non sit alienare in vtilitatem religionis, potest tamen cōcedere vt aliqua pars ipsis conferatur, cum ex hac cōcessione lux Ecclesiæ, salus animarum, religioni decus, & ornamentum, & monasterijs vtilitas prout dictū est, proueniat. Hoc enim fauore, & gratia, & concessione, ipsi religiosi anhelantes studijs incumbunt, vigilijs instant, & laboribus impressionum maximis accidentibus minime succumbut. Nec his obstat constitutio Clemētis Octaui de largitione munerum prohibita regularibus ea enim constitutio nō loquitur de donationibus remuneratorijs, nec de alienationibus factis in vtilitatē religionis sed loquitur tantum de donationibus gratiosis aut ambitionis causa factis. Per quas patrimonium Ecclesiæ dissipatur vt ex eius litera satis constat, per dictas autem donationes remuneratorias in casu posito patrimonū Ecclesiæ augmētatur, vt ex dictis patet, & sic prælati regulares possunt ipsas facere sicut ante dictā cōstitutionē faciebant, & prælati ordinis minorum possunt suā interponere autoritatem vt sindici ipsas possint facere, sine timore alicuius pænæ.

a c. nisi cum pridem de renuntiat.

## ARTICVLVS VII.

*Vtrūm sindicus fratrum minorum possit commutare triticum & alia eleemosinaliter petita pro alijs rebus ad victum necessarijs.*

CIrca hunc articulum vide quæ late habes supra, [b] in quæstione de Abbatibus quoad potestatem dispensandi in obseruantijs regularibus.

b Sup. q. 26.

## ARTICVLVS VIII.

*Quæ alienationes dicantur fieri in vtilitatem monasteriorum.*

REspondeo dicendo, quod ius commune, & priuilegia supra posita concedunt fieri prædictas alienationes quando ex eis vtilitas ipsis monasterijs resultat. Et ideo ad claram dictorum, & dicendorum explicationem, operæ pretium esse duxi, hic tractare in, quibus casibus, & quomodo ista vtilitas resultabit. Ad quod respondeo. Primo quod hoc iudicare boni, & prudentis viri arbitrio relinquendum est, quia illis relinquuntur determinanda quæ in iure non sunt determitata vt dicit quidam iuris Consultus, [c] & quædam Decretalis, & tradit Nauarrus, & ita considerandā sunt persona, locus, tempus, & finis in quem res conceduntur earum quantitas qualitas, & id genus alia. Sed cum hic agatur de dictamine prudentiali, ad singularia oportet deuenire circa quæ ipsa prudentia versatur, in vtilitatem autem ipsorum monasteriorum fiunt alienationes si conuertantur in rem monasterij, & duraturam, puta in emptionem alicuius rei, seu ædificium, vel aliud simile, iuxta notata in legibus, [d] & sacris Canonibus. Item conuerti dicetur in vtilitatem monasterij, etiam si mo-

c l. 1. ff. de iure delib. ca. de causa de offic. deleg. Nau. in. ca. non dicatis n. 25.

d l. 1. & l. 2. ff. de impos. in reb. dit. faciend. ca. quod quibusdam de fidei iussor.

si monasterium nō haberet perpetuam vtilitatem, sed temporalem ex tali alienatione, vtpote pro colendis agris, colligendis fructibus, seu alias, prout notat per aliqua iura Dominicus, [a] dicēs, quod non est vera vtilitas, neque etiam quando datur res in feudū licet retineatur homogeneum, & ob defectum homogenei non præstiti res potest cadere in commissum, quia non debet attēdi diuersa fortuna, vt tradit per aliqua iura Belamera. [b] Et sufficit quod tempore contractus dicatur vtilis, licet postea efficiatur deterior, quia attenditur tempus cō tractus, vt probat Calderinus [c]. Verū est tamen, quod si alienatio fiat causa necessitatis sufficit, quod ex contractu alienationis ecclesia non patiatur damnum. Ita resoluit Rebuffus [d] concludens, prout iam dictū est in superioribus, quod non sufficit, quod in instrumento dicatur fieri dictam alienationem causa necessitatis, aut vtilitatis, nisi talis necessitas & vtilitas probetur.

a l. in fundo l. sumptus. l. fisfundi. ff. d rer. vēd. Domi in ca. ea. n. §. hoc ius 16. q. 2. co. 2.
b l. inter. §. sacrā. ff. de verb. oblig. Bela. cōs. 33. quod si col. 14 vers. quo ad 2. difficultatem.
c. l. si volunt. C. d rescin. vendit. Calde. cōs. 5 d Rebuf. de alienat. rerū eccle. nu. 72

## ARTICVLVS IX.

### *An valeat alienatio facta in vtilitatem monasterij, etiam si non fiat cum prædictis solennitatibus.*

REspondeo dicendo, quod quando alienatio est facta in vtilitatem monasterij tunc etiamsi non interuenerit solennitas canonica valebit argumento pupilli ad monasterium. Videmus enim alienationē factam à pupillo sine autoritate tutoris valere vt ait glossa quædam singularis. [e] Nam vbi in aliquo actu debet interuenire aliqua solennitas habito respectu ad certū finem, tunc obtento fine, licet non interuenerit solennitas actus valebit, & sufficit quod solēnitas postea interuenerit argumēto aliquorum iurium. [f] Iura enim [g] nolunt nisi effectum ad finem, & ita tradit Corsetus. Verū est tamen, quod hoc in fauorem monasteriorum concedunt Doctores, sicut in fauorem pupillorū similiter cōcedūt. Nam quā do solēnitas in alienatione requiritur, non sufficit vtilitas nisi simul solennitas per legem requisita interueniat, vt post alios tradit doctissimus Petrus [h] Barbosa. Aduertē dum tamen, quod alienatio facta à monacho sine licētia sui prælati non obligat etiā in conscientia. Nam quando lex resistit alicui actui tunc nec naturalis, nec ciuilis obligatio oritur, prout dicitur in iure, [i] vbi notat Bartolus. Vnde in foro animæ non remanet obligata mulier contrahendo sine licentia viri, vt tenet Antonius Gomez [k] & Couarruuias, addens non iuste retineri posse rem quæsitam ex huiusmodi contractu nullo per alteram partem, etiam in foro animæ contra Sotum & Tiraquelum, quos refert & late examinat Menchaca, l hanc tenens partem, quem sequitur Gutierrez. Quod idem videtur à fortiori dicendum in monacho quem constat sine licentia prælati nihil posse alienare, & alienando peccare contra votum paupertatis, & lex canonica eius contractui resistit: & idem etiam dicendum videtur de pactis factis à monialibus sine licentia suorum superiorum: & si in instrumento alienationis hæc licentia nō apponatur, non præsumitur, interuenisse, nisi expresse concedatur, vel alias de ea constet, put ait & resoluit Antonius [m] Gomez limitans hoc, nisi possessor diu possedisset rē habitam à dictis monialibus, quia ex diuturna possessione præsumitur interuēisse dicta licentia, & per consequens tractatus retractari nō potest: vt latissime tenet Rodericus Xuarez, [n] & Palatius Rubeus ad hoc allegans Baldum [o] huius opinionis autorem. Et omnes isti patres tenēt, quod sufficit diuturna possessio decem annorum in alienatione facta à muliere.

Hæc quæ dicta sunt puto vera, loquendo de ista solennitate, idest, de licentia prælati, quæ adeo necessaria est ad prædictas alienationes, vt ea non obtenta ius reddat inhabiles ad contrahendū ipsos monachos & moniales, cū non habeant velle nec nolle. At loquendo de alijs solennitatibus sine quibus minime possunt aliquid alienare, videlicet sine eo quod fiat tale instrumentū, & in eo fiat mentio de tali & tali re nō puto alienationem à dictis fratribus, & monialibus factam iusta decausa in foro conscientiæ claudicare: prout concludit Nauarrus. [p] Nam solennitates ipsæ ad præsumendam causam iustam inductæ sunt, & sic non habent locum in eo foro, in quo standum est veritati quæ de eo paret, vt Scriptura sacra prædicat in sacris Canonibus q contenta.

i l. cū lex. & ibi Barto. ff. de fideius.
k Gom. in l. 3. tau. n. 124. Cou. in reg. peccatū. §. 3. n. 11. fo. 34
l Mench. li. 1 contro. vsu frequ. cap. 10. n. 19. Gutie. de iur. conf. firm. 1. p. ca. 1. n. 42. in fi.
m Ant. Go. 2. tom. ti. de lit. contra. n. 17.
n Xuar. in l. 3. for. q. 1. fo. 52. Rub. in l. 57. tau. nu. 3.
o Bal. in l. si filius. C. de pet. hęred.
p Nauar. de spolijs cler. §. 2. n. 6.
q cap. is qui &c. tua. de sponsalibus

(:)



e glos. in l. 2. ff. de acceptil.
f c. si qua de reb. 12. q. 2. & c. cū nos de his quæ fiunt à prælatis.
g l. 1. §. inde ff. de noui. oper. nunc. Cors. in addit. in verbo. pupillus
h Barbos. in l. 1. part. 5. n. 9 pag. 437. ff solut. matri.

## ARTICVLVS. X.

*An emptor teneatur restituere rem monasterij ab ipso emptam sine solennitatibus supra positis.*

REspondeo dicendo, ipsum esse excommunicatum vt patet ex dictis, & cum ipso iure sit ipsa alienatio nulla, tenetur ipse vel alius qui possederit rem ex tali contractu nullo, etiam vsus fructus restituere iuxta notata in quibusdam Decretalibus. [a] Et ait Rebufus quod curia parlamenti Parisiensis non solet rescindere alienationes factas sine solennitate si non insit læsio, & non tat quod ad hoc vt rescindatur, tria requiruntur, & solennitatis defectus, & læsio, & quod sit læsio notabilis, nō autem minima, de qua rationabiliter non debet curari, sicut neque prætor curat de minimis, vt ait quidam Iurisconsultus, [b] quod mihi certe videtur valde iuridicum præsertim si solum sit defectus in solennitatibus iuris positiui dequibus in superiori articulo egimus, non autem in causa, nam si ad alienandum iusta causa interuenit, tunc in foro conscientiæ talis alienatio valebit prout diximus ibi cum Nauarro, & sic sicut secundum Innocentium [c] communiter receptum electus tali electione quæ iure naturali tenet eo quod legitimus eligentium consensus interuenerit, licet ob defectum solennitatis iuris humani cassari possit bona conscientia retinet dignitatem, donec illa cassetur ita emptor bonæ fidei iusta causa interueniente res monasteriorum possidens titulo emptionis in qua solennitates iuris positiui defuerint bona conscientia potest dictas res detinere donec ipsa emptio in foro exteriori cassetur ob defectum prædictarum solennitatū. Et iuxta hoc intelligerem ego quoddam priuilegium quod refertur in Compēdio [d] priuilegiorum ordinis Cistercienſis concessum à Ioanne Vigesimosecundo congregationi montis Olueti, vbi dicitur.

*Quod siqua læsio in bonis, & iuribus monasteriorum ordinis per quasuis cuiuscunque status, gradus, habitus seu conditionis Ecclesiasticas, vel mundanas, vel regulares personas facta fuerit, etiam si culpa prælatorum monachorum, seu procuratorū illa contigerit ipso iure rescinditur, nec opus est super ea restitutionē in integrū quomodolibet impetrare.*

Intelligerem enim ego hoc priuilegium quando læsio fuerit notabilis, non vero quādo fuerit minima, de qua non est curandū iuxta superius notata. Et additur in dicta concessione, prout refertur in eodem compendio, [e] quod hoc ius siue priuilegium trahitur ad præterita nondum decisa, præsentia, & futura: qua clausula stante, cessat quæstio, quo vel, ad quod tempus petenda, & facienda sit in integrum restitutio, de qua glossa, [f] & Doctores agunt resoluentes, quod aduersus contractum vel quasi cōtractum datur quadriennium. Nam attento hoc priuilegio cum extendatur ad præterita nondum decisa, etiam transacto quadriēnio non poterit contra monasterium præscribi, nec etiam si vnius prælati autoritas intercedat in dicta alienatione bona fide facta: quando secundum ius autoritas alterius deberet interuenire contra tradita in sacris Canonibus [g] & resoluta à Rebufo.

a cap. siquis presbyt. de reb. Eccles. non alien. c. grauis de rest. spoliat. Rebuf. vbi sup. n. 102.

b l. scio. ff. d̄ min.

c Innoc. in c. quia pleriq; de immunit. Eccles. & in c. quādo sicut de elect. n. 8.

d Tit. Iæsiones.

e Tit. restit. in integrū

f Clem. vn. vbi glos. & DD. de rest. in integr.

g d. c. presb. de reb. Eccle. nō alienan. Rebuf. vbi sup. nu. 36.

## ARTICVLVS XI.

*Vtrū male alienans rem Ecclesiæ teneatur restituere damnum datum ei cui eam alienauit, vel è contra male accipiens rem alienam debeat soluere dānum alienanti, vel Ecclesiæ, cuius est res male alienata.*

REspondeo dicendo, quod Nauarrus [h] proponit hanc quæstionem, & pro eius resolutione dicit, quod ea resoluenda est in foro exteriori, & in foro interiori. Quoad forum interius dicit, quod interdū accidit, quod alienans peccat, & in hoc casu solū ipse tenetur ad restituendū, & interdū accidit solū accipientē peccare, & tunc ipse solus debet dānum restituere, & interdum accidit, vtrunq; peccare, & in hoc casu vtrū que debet alteri restituere. Ecclesia autem quia nō peccat, & delictum personæ nō debet nocere illi neutiquam teneri. Vnde quando excusantur a peccato alienans & accipiens excusantur similiter à restitutione: & ad sciendum quando à peccato excusantur est necessario consideranda qualitas

h Nauar. de alien. rebus Eccles. n. 24. & 25.

litas personarum negotiorum & erroris, aut ignorantiæ an sint iuris aut facti,& qualis iuris, an diuini, vel humani,& an clari, aut dubij, vt videre est apud Felinum. [a] Quoad forũ autem exterius idẽ respondẽdũ si idem probatur in eo,quod in interiori,sed frequẽter in exteriori iudicandum est secundũ præsumptiones aliquas allegatas, & probatas,quę frequenter sunt contrariæ veritati,& consequenter contrarium tunc est iudicandum in illo foro.

a Feli. in c.4 n.24. de præscrip.

## ARTICVLVS XII.

### Vtrùm Commendatarij perpetui Ordinum militarium posśint alienare.

REspondeo dicendo, quod Commendatarijs perpetuis ordinum militarium (excepta alienandi facultate) omnia competunt, quæ veris prælatis, iuxta sacros Canones, [b] & quæ resoluuntur de beneficiarijs pariter & de his commendatarijs accipienda sunt, prout aiunt Fulgosius [c] Dominicus, & Natta. Et ideo in specie dicit Calderinus [d], quod commẽdatarij possunt locare res ecclesiæ in plures annos ad similitudinem prælatorum, quem sequitur Gomezius, & faciunt quę de his commendatarijs tradunt Antonius Capici. & Probus. Quam conclusionem limitabis vt non procedat in locatione ad lõgum tempus. Nam cum hæc censeatur alienatio iuxta notata in quadam Clemẽtina [e] non poterit valere,nisi adhibeantur causæ & solennitates, de quibus in iuribus de rebus ecclesiæ nõ alienandis agitur,vt in specie consuluerunt Iason, [f] & Ruinus,& ideo merito Medina resoluit,quod prælatus,seu beneficiarius non possunt ecclesiæ commoditates ad longum tempus locare,nisi in ea locatione interueniant solennitates quæ à iure in alienatione rerum ecclesiæ requirũtur. Ex quibus infertur.quod in his casibus frustra quæritur, vtrum successor teneatur illam obseruare, cum & ipse qui eam fecit possit aduersus illam venire. Quare cum locatio facta ad vitã alicuius dicatur facta ad longũ tẽpus,iuxta quãdã glossam, [g] nisi solẽnitates requisitæ in alienationibus interuenerint,,put tradit Decius,nisi talis sit persona quæ verisimiliter non possit viuere vltra decẽ annos,habito respectu ad computationem,de qua in lege.hæreditatum.ad legem Falcidiam, & tradit Couarruuias, [h] & Rolandus sequitur quod absolute loquendo dicti commendatarij non poterunt facere locationem ad vitam,nisi causæ & solennitates supradictæ interuenerint.

b c.is qui 42 de elect.li.6 c Fulg.cons. 125. Dñicus cons. 417. Nat.c cõs.517 n.5.li.3. d Calderin. cõs.8.de locat.Gomez. in regul. de trien.q.5.pag.195. Capicius dec.3. n.9. Probus in c.1.ann.1. infra de reb. eccles. non alienan.li.6 e Clem.1.de reb.eccles. f Ias.cõs.94. li.1.Ruin.cõs.157.& seq. lib.1. g glossa. in clemẽt.1.v. eius de reb. eccl.nõ alienã.Dec.cõs.204.à n.2.

Et adde,quod si locatio fiat in nouenniũ cum pacto de retrouendendo in aliud nouennium,non valet,quia magis censetur locatio facta ad longum tempus,vt eleganter probat [i] Alexander,Iason,& noster Lusitanus Barbosa. Vnde venit explicandum priuilegium Clementis. VIII. concessum Ordini militiæ Alcantaræ anno Dñi millesimo quingentesimo nonagesimo quinto,die vero vndecima mensis Nouembris,quod incipit: Vniuersis singulis & venerabilibus fratribus,&c. in quo priuilegio constituit summus Pontifex pro isto ordine conseruatores,quibus inter alia sequentem tribuit facultatem, scilicet: *Quod ea quæ de castris villis, locis, terris, domibus, possessionibus,& alijs bonis,& iuribus prædicti ordinis alienata,vel vsurpata inuenerint illicitè vel destructa ad ius & proprietatem mensarum prioratuũ, præceptoriarum, domorum, locorum, membrorum, & beneficiorum dicti Ordinis reducendi plenã & liberam concedit facultatẽ.* Hæc enim facultas non extenditur ad ea, quæ secundum iuris ordinem fuerunt alienata,quod patet ex dicta cõcessione ibi alienata,vel vsurpata inueneritis illicite, & sic locationes ad longum tempus factas sine solemnitatibus & causis in alienatione rerũ ecclesiasticarum requisitis,possunt ipsi conseruatores Apostolici virtute prædictæ auctoritatis reducere ad dictam mensam.

h Coua.li.2. var.c.16.n.3 Rolan.de rebus eccles. pa. 347.no.3

i Alex.cons. 165.li.2. Ias. cõs.94. ann. 2.li.1.& in l. manumissiones à n.7.ff. de iust.& iu. Barbos.in l. si filio fam. 26.§.fi.ff.solu. matrim. n.27.

Vtrum autẽ cõmendatarij ordinum militiarum possint donare suis concubinis conuertitur. Et respõdetur,q nõ,prout sundat & bene probat Palatius [k] Rubeus,Antonius Gomez dicens ita iudicasse de facto in commendatarijs cuiusdam Ordinis militaris. Adeo hoc est verum,vt etiam donationes harum personarum iuramento firmata, sit irrita,prout tenet Couarruuias l allegans Aymon,Ripam &alios,& Didacus Perez, & hanc opinionem sequitur Gutierrez.

k Palat.in rebeti. de donat inter vir um & vxo. in rubric.in d. §.39.n.1. & seq.Anto Gome. in l. 3.tau.n.63. l Cou.in ca. quãuis pactum 2.§.1. n.4.ad finẽ. fo.68,Perez in l.1.ti.3.li. 1.ord.col 98 in ver.quod in tantũ Gutier.de iuramẽ.cõfir.c.1 1.p à nu.13. vsque ad fi.

## ARTICVLVS X.

*In quas pœnas incurrant non seruantes in dictis alienationibus solennitates supradictas.*

REspondeo dicēdo, quod Clemēs Quintus, [a] vltra quod irritat alienationes, determinat pœnas suspēsionis ipso iure ab officio eo ipso incurrere. Sed postea Paulus II. [b] grauiores pœnas addidit. Et prima est, quod alienatio sit nulla. Secunda est, quod tam is qui alienat, quam is, cui alienatur sit excōmunicatus. Tertia est pœna sacrilegij, vt dicitur in quodam Canone [c] vbi sic dicitur. Omnes Ecclesiæ raptores, atque suarum facultatum alienatores à liminibus eiusdem matris Ecclesiæ anathematizamus, autoritate apostolica pellimus, damnamus, atque sacrilegos esse iudicamus, & non solum eos, sed omnes consentientes eis dem &c. Quarta pœna, quod deponi debet omnis, qui alienat res Ecclesiæ, vt dicunt Canones [d] vbi Hostiensis, & alij. Quinta est, quod Episcopo seu Abbati alienanti interdicitur ingressus Ecclesiæ vt patet ex dicta extrauaganti ambitiosę. Sexta est quod si per sex menses immediate sequentes sub interdicto iste animo indurato perseueraue rit lapsis dictis mensibus à regimine suæ Ecclesiæ seu monasterij vbi prælidet in temporalibus & spiritualibus est ipso iure suspensus. Septima est, quod priuantur ipso iure suis beneficijs curatis, & simplicibus dignitatibus, administrationibus, vel officijs Ecclesiasticis sęcularibus, vel regularibus. Octaua est, quod nō obstante dicta alienatione res alienatæ reuertātur ad monasterium vel Ecclesias nullo dato pretio prout notāt Ancharranus, [e] & Florētinus, dicens emptorē habere recursum cōtra venditorē ad pretiū nō poterit tamen retinere dictas res prout notatur in quadā Decretali. [f] Alias pœnas missas facio ne fastidium in animis legentium ingeram, & hæ sunt præcipuæ, in quas minime incurrent alienantes res minimi momenti vel vtilitatis. Quod intelligitur de re mobili, & minus pretiosa, secus de re pretiosa, quæ æquiparatur immobilibus iuxta quandam glossam [g] singularem. Vnde deponitur alienās prædium Ecclesiæ licet exiguum, vt dicit quidam Canon. [h] Quod intelligitur nisi propter aliquod legitimum impedimentum non potuerit prælatus conuocare monachos. Nam tunc quando prædium est exiguum, & minus vtile potest alienare sine hac conuocatione prout explicando aliqua iura affirmat, & cōmendat Rebufus. [i] Nō incurrit etiā dictas pœnas quādo restituūtur ea quæ iniuste ab Ecclesia aut monasterio detinētur. Hæc enim restitutio potest fieri sine dictis solennitatibus. Nō incurritur etiā quando bona feudalia seu emphyteutica reuertūtur ad Ecclesiā vel essent cōsueta infeudari, tūc enim si nō cesset prima causa, poterūt iterū cōcedi in feudū iuxta cōsuetum modum vel in emphyteusim sine solēnitate prout tradunt, & probant cōmuniter Doctores. [k]

a Clem. monasteriorū de rebus Ecclesiæ.
b In extrauag. ambitiosæ de rebus Eccles.
c ca. omnis Eccle. 17. q. 4
d c. Diaconi d. alien. rer. ca siquis de reb. Eccles.
e Ancharr. per text. in c. i. de sebra mat Floren. 3. p. tit. 24. c. 9
f c. fi. de reb. Eccles. non alien.
g Glos. in c. tua de his qui fiunt à prælatis.
h c. quicunque. 17. q. 1.
i Rebuf. de reb. Eccles. n. 60.
k DD. in c. sup. de reb. Eccles. non alienand.

## QVÆSTIO XXVIII.

### De Altaribus, in tres articulos diuisa.

*Circa quam quæruntur tria.*

1 *Vtrùm necessario debeat dici missa in altari consecrato.*
2 *Vtrùm regulares possint altaria cōsecrare.*
3 *Vtrùm regulares possint celebrare in altari portatili.*

## ARTICVLVS I.

*Vtrùm necessario debeat dici missa in altari consecrato.*

RESpōdeo dicēdo, quod necessario debet dici missa super altare lapideū prout definitur in Concilio Hiponensi relato à Gratiano [l] hoc autē altare debet esse primo fixū, & nō est necesse quod sit ex omni parte lapideū sufficit enim quod superior mēsa ipsius aut ara super quam fit consecratio, & reponitur corpus, & sanguis Dñi nostri Iesu Christi sit lapidea, & habeat eā lōgitudinē, & latitudinē quæ possit capere maiorē partē calicis & patenæ cū hostia & sanguine consecrato sine periculo aliquo cadēdi, prout dicūt communiter Doctores, Paludanus, [m] Alēsis, Siluester, Sotus, Nauarrus. Hoc autē altare debet esse cōsecratū, & nemo ipsum potest cōsecrare, nisi Episcopus. Et Syxtus Quintus concessit fratribus Charmelitis quod quando diœcesani Episcopi noluerint gratiosè altaria

l c. altaria d consec. d. 1.
m Palud. in 4. di. 13. q. 2. art. 4. Alens. in 4. p. q. 38. memb. 3. alias. q. 10. memb. 5. ar. 2. Syl. verb. altare. Nauarr. ca. 25. nu. 83. Sot. in d. q. 2. ar. 3.

altaria suorum monasteriorum consecrare possint adire quoscunque antistites catholicos pro ipsorum altarium consecratione, & quod sede vacante possint ab Episcopis vicinis id ipsum petere, ita tamen, quod ex hoc in posterũ nullũ præiudiciũ inferatur: ita habetur in libro, Monumenta ordinũ. [a] Neq; puto hoc priuilegiũ per Conciliũ Tridẽtinũ [b] esse sublatũ, vbi dicitur, ꝙ nulli Episcopo liceat cuiusuis priuilegij prętextu põtificalia in alterius diœcesi exercere, nisi de Ordinarij loci expressa licẽtia, nam hoc intelligitur nisi ipsi Episcopi diœcesani requisiti bis aut ter, consecrationẽ huiusmodi facere noluerint, iuxta ea quæ communiter notantur in titulo de supplenda negligẽtia prælatorum. Et ita in nostro casu si diœcesani noluerint bis aut ter requisiti facere supradicta, aut sedes vacans ad id licẽtiam noluerit cõcedere possunt dicti fratres hoc vti priuilegio. Verũ est tamẽ, ꝙ alia priuilegia concedentia regularibus, vt quilibet catholicus Episcopus possit consecrare ecclesias eorum, & altaria & cœmiteria, calices & ornamenta, & omnes alios actus episcopales exercere in locis & personis fratrum prędictorum diœcesani loci, vel cuiuscunq; alterius licentia minime requisita, sicut concessit Leo X. fratribus Minoribus, sunt abrogata per Concilium Tridentinum, nisi Episcopi bis aut ter requisiti ea minime voluerint exercere.

a in i. impr. fo. 100. & in 2. fo. 183. cõces. 454.
b Cõc. Trid. ses. 6. de refor. c. 5.
c habetur in suppl. fo. 60. conces. 179.

## ARTICVLVS. II.

### *Vtrùm regulares possint altaria consecrare.*

RESpondeo dicẽdo, *Quod Abbas Cistertij, & alij primi Coabbates possunt altaria de nouo constructa seu trãslata, restaurata, aut mutata in quibuslibet locis dicti Ordinis Chrismate sacro prius ab aliquo Antistite catholico recepto consecrare, & etiam benedictionẽ solemnẽ post missarum, vesperarum, matutinarum solemnia in quibuslibet monasterijs, domibus, ac locis dicti Ordinis vtriusq; sexus seruatis gradib⁹ superioritatis inter eos elargiri.* Ita concessit Innocẽtius VIII. anno Dñicæ incarnationis millesimo quadringentisimo octuagesimo nono dictis quatuor Coabbatibus ad petitionẽ Ioannis Abbatis Cistertij, vt habetur in libro priuilegiorũ huius ordinis, impresso Compluti anno Dñi millesimo quingẽtesimo septuagesimo quarto priuilegio centesimo decimo octauo, pagina cẽtesima quinquagesima octaua. Et inuenio Gregorium XIIII, Romę sub annulo piscatoris die vigesima octaua Iunij, anno incarnationis Dñicæ millesimo quingentesimo nonagesimo primo, põtificatus sui anno primo, hæc & alia primorum Coabbatũ priuilegia ad omnes Abbates cõgregationis Cistertij in his Hispaniarum partibus extẽdere, prout latius in quæstione de cõmunicatione priuilegiorũ cõtinetur. Ex qua cõcessione colligitur, quod priuilegia illis quatuor Coabbatibus concessa iam omnibus alijs Abbatibus istarũ partiũ Hispaniarũ congregationis sunt cõmunicata: & per cõsequẽs, quod possunt in quibuscunq; locis dicti Ordinis Chrismate sacro prius ab aliquo catholico antistite recepto altaria, aras, & calices consecrare in quibuscũq; locis dicti Ordinis, nõ autẽ extra dicta loca, nã extra minime possunt dicta munera exercere sine licẽtia diœcesani: quia iuxta Conciliũ Tridentinũ superius allegatũ sine licentia diœcesani nullus virtute cuiuscũq; priuilegij potest pontificalia exercere, & sic in locis & monasterijs sui ordinis vtriusq; sexus possunt solẽnẽ benedictionem post missarũ, vesperarũ, & matutinarũ solẽnia elargiri, & pro Pontificali cũ baculo sicut solẽt Abbates missam celebrare. At si inuitẽtur in aliqua festiuitate ad celebrandũ in aliquo monasterio, vel ecclesia nõ sui ordinis minime possunt sine licẽtia diœcesani hęc Pontificalia exercere.

Aduertendũ est etiã circa istũ articulũ, ꝙ presbyteri religiosi societatis Iesu habẽt priuilegiũ cõcessũ à Paulo. III. anno Dñi millesimo quingẽtesimo quadragesimo nono, *Vt in locis remotissimis infidelium, vbi Episcoporum copia non habetur possint altaria consecrare.* Et ex priuilegio Adriani. VI. possũt prouinciales Indiarũ, & fratres eorũ habẽtes autoritatẽ omnimodam dicti priuilegij cõsecrare altaria etiã ꝓ vsu alieno in casu necessitatis Episcopis in prouincia non existentibus, prout concessit Leo Decimus fratribus Ioanni Glapioni, & Francisco de Angelis Ordinis Minorum, anno

Vease Juarez tomo. 3. q. 83. ar. 5. dispu. 81. sectio. 5. col. 2

Vease tambien supra q. 18. ar 3 & 4.

Domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo primo euntibus ad Indias occidentales. Et poſtea Adrianus Sextus anno Domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſecundo conceſsit denouo hoc priuilegium prouincialibus & quod poſsint communicare ſuis fratribus autoritatem ſuam, & conceſsit quod poſsint benedicere calices, & ſacramentum confirmationis fidelibus miniſtrare, de quo iam diximus in ſuperioribus in quæſtione de Abbatibus quoad poteſtatem benedicendi ea quæ ad cultum diuinum neceſſaria ſunt.

## ARTICVLVS III.

### *Vtrùm fratres minores poſsint celebrare in altari portatili.*

REſpondeo dicendo, quod licet Epiſcopis in itinere & vbicunque celebrare & celebrare facere in altari portatili ſecũdum facultatem ipſis à iure a communi conceſſam, & idem conceditur prædicatoribus & minoribus, vt vbicunque libere, id eſt ſine licẽtia diœceſanorum celebrare poſſint ſuper altari portatili ſine prẽiudicio Eccleſiæ parrochialis prout habetur in quadã decretali. [b] Ius autem parrochiale (prout allegans quandam conceſsionem & declarationem Gregorij Noni) dicit Siluester. [c] conſiſtit in tribus, ſcilicet in oblationibus, decimis, primitijs, prout etiam tradit Marcus Antonius Cuquus & id ipſum video cõceſſum ab Honorio Tertio prout habetur in ſupplemento [d] & à Clemente Quarto prout habetur in libro munumenta [e] ordinũ, & a Syxto IIII. prout habetur in eodẽ libro. [f] Quod priuilegium non intelligo eſſe abrogatum per Concilium Tridentinũ. Concilium enim non prohibet directe celebrare in altari portatili, ſed quod hoc minime Epiſcopi concedant: imo pro viribus prohibeant. Ex quibus verbis colligitur intentionem Concilij eſſe quod Epiſcopi pro libito non concedant licentiam ad celebrandum in oratorijs particularibus, & in altari portatili. At non negat ipſum Concilium dictam licentiam eſſe concedendam aliqua cauſa iuſta interueniẽte, iuxta decretum Concilij Triburienſis. [g] vt explicat doctiſsimus Nauarrus. Vnde non eſt audiendus Nauarrus [h] tenens dicta priuilegia per Concilium eſſe abrogata. Solum enim inuenio Concilium præcipere Epiſcopis vt hoc per cenſuras prohibeant non obſtante quocunque priuilegio & conſuetudine in contrarium: & ſic concedo ipſa priuilegia eſſe abrogata ſi Epiſcopi velint prædicta prohibere. At in foro conſcientiæ nõ intelligo ipſa eſſe reuocata Epiſcopis & ordinarijs tacentibus ſicut videmus eos tacere cũ ex vſu talis priuilegij, nulla irreuerentia diuinocultui ſequatur cum dicta altaria à regularibus ſemper in locis decentiſsimis collocentur, tum etiam quia ex tali vſu nullum præiudicium Eccleſijs parochialibus reſultat de quo præiudicio licet Honorius Quartus, & Clemens Quartus & Syxtus Quartus in prædictis priuilegijs nullam fecerint mentionem ſemper tamen ſubintelligitur, prout in ſimili dicit Salzedus affirmans ita declaraſſe Dominos Cardinales pro declaratione Concilij Tridentini deputatos. [1]

a c. quoniã de priuile. lib. 6.

b c. in his d priuil.

c Syl. v. altare. n. 5. Cuquus lib. 5. maior. inſt. tit. 6. de miſſa. n. 39.

d fol. 83. cõceſ. 242. & 243.

e In. 1. impr. fol. 76 & fo. 140. conceſ. 313.

f In. 1. impr. fol. 59 & in 2. fol. 143. cõceſ. 344.

g c. cũ ſedibus de cõſe. d. 1. Nau. li. 5. conſ. conſil. 16. pag. 562. n. 1. impreſ.

h Nauar. in man. c. 25. n. 81.

1 Salzed. in pract. crim. c. 38. pag. 121 col. 1.

# QVÆSTIO XXIX.

## De Appellationibus; In quinque articulos diuiſa.

### *Circa quam quæruntur quinque.*

1 *Quid & quotuplex ſit appellatio.*
2 *Vtrum ſit licitum regularibus appellare à grauaminibus ſibi illatis.*
3 *Vtrum deceat religioſos appellare.*
4 *Vtrum peccent iudices regulares appellationes negantes.*
5 *Vtrum ſuſpenſio à voce actiua & paſſiua ſuſpendatur per appellationem.*

## ARTICVLVS I.

### *Quid, & quotuplex ſit appellatio.*

REſpondeo dicendo, quod appellatio eſt à Minori ad maiorem vel ſuperiorẽ prouocatio prout dicitur in iure. [k] Et eſt duplex, ſcilicet, iudicialis quę eſt prouocatio iniquę ſenten-

k 2. q. 6. omnis oppreſſus & cap. ſi quis & cap. placuit.

sententiæ querelam continēs. Et extraiudicialis quæ est à præsenti aut verisimiliter futuro grauamine ad superiorem prouocatio appellatur enim aliquando extra iudiciū vt in electione prout ait quædā Decretalis. [a] Prima si est legitima suspendit pronuntiatum ac etiam iudicis iurisdictionem quoad illā causam, & ipsius ad superiorem trāsfert cognitionē. Secunda verò si est probabilis, ipsam causam ad superiorē trāsfert, vt ea pēdente nihil in ipsius præiudicium attentetur. Vnde appellatio operatur duplicem effectum scilicet deuolutiuum, & suspensiuum, qui suspensiuus est triplex id est in iudiciali, quia suspendit pronūtiatum, suspendit etiam iurisdictionem iudicis quantum ad illam causam, suspendit etiam præsumptionem quæ erat pro sententia. Sed tamen non semper istos effectus operatur in appellatione sententiæ censuræ Ecclesiasticæ quia propter sequentem appellationem talis sententia non suspenditur, sed appellatio, tunc operatur effectū deuolutiuū, deuolendo causam ad superiorē prout tradit Syluester. [b]

a c. constit. de appellat.

b Syl. tit. ex communic. 2. §. 1.

## ARTICVLVS. II.

### *Virùm licitum sit regularibus appellare à grauaminibus sibi illatis.*

REspondeo dicendo, quod licet in ordinibus præsertim mendicantium non permittatur grauato vti verbo appellationis, à correctionibus ipsi inflictis obseruatis consuetudinibus approbatis, & statutis regularibus debita maturitate & deliberatione pro vt dicitur in libro monumenta ordinum. [c] Quod ipsum Iulius Secundus sub excommunicationis pœna fratribus & sororibus ordinis prædicatorum prohibuit prout habetur in supplemento. [d] Hoc tamen intelligendum est loquendo de appellatione à correctione in mandatis regularibus legitime factis, secus de alijs sententijs, & mandatis non tangentibus illum, si modus regularis, & legitimus excedatur, etiam à correctione in mādatis regularibus. Nam cum appellatio sit de iure naturali quilibet à qualibet sentētia potest appellare nisi prohibeatur iuxta quādā glossam [e] cōmuniter receptam, & nullus iure communi prohibetur regularis appellare, imo in quadam decretali [f] grauiter iubetur castigari prior qui appellationem non admisit ex cuius glossa prima colligit Decius quod non solum potest appellare religiosus in causa ciuili vel criminali sed etiam in causa correctionis in qua regulariter etiam sæcularis prohibetur appellare iuxta quandam decretalem [g] vbi notat Panormitanus nisi modus correctionis excedat prout notat, & probat glossa in eadem Decretali, [h] & tenet Baldus communiter receptus teste Nauarro. Et licet ipsis grauatis diffugium appellationis esset omnino intercluſum possent tamen vti remedio defensionis quæ est iuris naturalis quā appellatio inse includit tum quia ipsi mendicantes non debent esse peioris conditionis quam alij, imo longe maioris propter quod sunt eis cōcessæ multæ immunitates, & priuilegia, tum etiā quia grauatus, etiam si non possit appellare, & per viam appellationis ad superiorem accedere posset tamen per viam simplicis querelæ adire superiorem gratum secundum Panormitanum, [i] & alios. Nam licet inter religiosos non seruentur, nec debeant seruari in his grauaminibus exequendis omnia ad amussim, sicut inter sæculares prout dicitur in iure, [k] ea tamen quæ sunt de iure naturali, & diuino non derogant eorum sanctitatem illa prosequi prout tradit eleganter Nauarrus. [l] Et iuxta hæc intelligenda sunt omnia priuilegia apostolica prohibentia regularibus appellare à suorum superiorum mandatis, & correctionibus, sunt enim intelligenda nisi correctiones in modo excedant. Nam tunc aut per viam appellationis, aut per viam simplicis querelę possunt optimo iure ad suos recurrere superiores. Et in nostra sacra religione viget quædā constitutio [m] Gregorij XIII. In qua sub pœna excommunicationis latæ sentētiæ Summo Pōtifici reseruata, & priuationis officiorum præcipitur fratribus minoribus de obseruātia ne ad sæcularia tribunalia appellent, concedit tamen eis ipse Summus Pontifex appellationem ad Generalem vel protectorē, vel Papam. Et à sacra Cardinalium congregatione est impositum decretum anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo septimo, vt appellatio hoc ordine prosequatur. A Guardiano ad Prouincialem, a Prouinciali ad Generalem, à Generali ad protectorem, à protectore ad sacram Congregationem. Et ista appellatio permissa est

c In. 1. impr. fol. 125. & in 2. fol. 220. cōcel. 499.

d fol. 121. cōcel. 553.

e Glo. vlt in l. qui restituere. ff. de re iudic.

f c. de priori de appellat.

g c. licet de offi. ordina.

h Glos. ibi verb. interclusum & verb. appellare Bald. in l. 2. § ordin. de his qui sunt sui. l. lien. iur. Naua. in c. nullā. 18. q. 1. n. 50.

i Panor. in c. cū dilect. de appellat.

k c. qualiter & quando. §. vlti. de accusat.

l Nau. lib. 2. cons. tit. de appel. cons. 5 à n. 6. in 2. impres.

m Const. 34

in constitutione Syxti Quinti, cuius tenorem supra [a] retulimus. Neque hoc est contra Concilium Tridentinum [b] ipsum enim non prohibet religiosos ad suos superiores per viam appellationis recurrere, sed tantum prohibet quod ad eos personaliter nō recurrant sine suorum superiorum licentia nisi ab eisdem aduocati fuerint. Et sunt qui dicant quod non obstante hoc decreto nō peccant mortaliter ad eos sine licētia accedentes scientes se nimis esse grauatos de quo in quæstione sequenti agemus.

a Sup.q.

b Con.Tri. sess.25.c.4.de regul

## ARTICVLVS III.

### Vtrùm deceat religiosos appellare.

REspondeo dicendo, certum esse ipsos religiosos posse appellare prout probatū est in articulo superiori; nihilominus tamen sanctissimè à religionibus hoc nomen appellationis est exclusum ad alia tribunalia. Nam etiam si possit euenire, & contingere casus in quo religiosi indigeāt hoc vnico remedio, damnum tamen quod ex negatione ipsius resultat cum pace, & tranquillitate & honore suæ religionis (quæ eorum est mater) compēsatur cum fortitudo, & decor illius consistat in eo quod religiosi inter se cum silentio, & quiete omnia negotia, & controuersias ita componant, vt ad notitiam aliorum tribunalium ecclesiasticorum aut sæcularium, neque per somnium (vt dicitur) perueniant. Experientia enim compertum est quod religiosis à suis claustris egressis eorum controuersias ventilantibus religionis decorem & honorificentiam delustrari. Vnde sicut lex naturalis dictat quod manus recipiant ictum & vulnus desuper ab aliquo illatum ad seruandum caput à quo vita & salus totius corporis pendet, ita etiam eadem lex naturalis dictat & intimè prædicat quod religiosus permittat se ictibus grauaminum opprimi & feriri ne ea grauamina & alia cadant super suam religionem quæ est eius Caput, & ipsis grauaminibus succumbat, & eius honor deturbetur. Quod considerantes Summi Pontifices cognoscentes & considerantes inconsiderationes aliquorum religiosorum, ipsis sub pœna excommunicationis iniungunt ne à mandatis & ordinationibus Prælatorum appellare valeant, prout dictum est in articulo superiori. Et licet concedatur ipsis vt possint ad Dominum protectorem recurrere, & ad sacram Cardinalium Congregationem, & ad Papam, & ad eius legatos habentes potestatem super regulares: Hoc tamen vt dicit Aragon [c] debet fieri in negotijs grauibus, & hoc cum debita consideratione: in negotijs autem minimis ad eos accedere redundat in maximum religionis nocumentum, cuius augmentum debemus omnes pro viribus procurare præcipuè in infœliciſsimis his temporibus in quibus hæretici sagittas suas cum carbonibus desolatorijs contra eam emittunt.

c Arag.2.2. q.69.ar.3.

## ARTICVLVS IIII.

### Vtrùm peccent iudices regulares appellationes negantes.

REspondeo dicendo, quod iura & priuilegia remouentia appellationem in aliquibus casibus, & admittentia regulariter in omnibus iuxta glossam [d] singularē: solum procedunt in foro exteriori quia in interiori iudex qui grauat, peccat non admittendo appellationem vel alia via grauamen non remouendo, siue sit casus quo liceat appellare, sine non, argumento aliquorum iurium: [e] qua in re quam plurimi litigantes vel aduocati, & procuratores eorum passim grauissimè peccant cum obligatione restituendi prout aduertit Nauarrus, [f] & ad hoc vt iudex peccet, non admittendo appellationem à parte interpositam, non requiritur quod sententia sit iniusta secundū acta, sed sufficit quod credatur esse ipsa re iniusta & peragenda, de nouo possit demōstrari esse talem, vt argumento aliquorum iurium tenet Nauarrus. [g]

d Glos.in.l. qui restitue re.ff.de re vend.

e l.1.ff.de appel.c.ad nostram. eod. tit.

f Nau.in manua.c.25.n. 15.

g Naua.vbi sup.

## ARTICVLVS V.

### Vtrùm suspensio à voce actiua & passiua suspendatur per appellationem sub sequentem.

REspondeo dicendo, quod sic. Nam regulariter omnis appellatio suspendit sententiam, & eius effectum etiam si secum

secum trahat executionem iuxta quandam
a l. furti. ff. de his qui notãt. infamia. legem, [a] & non videtur excepta huiusmodi suspensionis sententia, non enim excipitur ab illa regula omnis suspensio, sed solũ suspensio ab officio vel ingressus Ecclesiæ.
b c. is cui §. fin. de sent. excommu. Decretalis [b] enim quædam solum loquitur de his & nõ de alijs, & non est alius textus qui disponat idem de alijs, siquidem ante illum cõtrouersia etiam erat de illis, quãuis in alia decretali
c ca. ad hæc quoniam d appellat. [c] idem de interdicto haberetur, & à regulari iure non est recedendum nisi quoad ea quæ inueniuntur excepta, præcipuè cum in dicta Decretali appellatio legitima non suspendat omne interdictum, sed solum illud quo interdicitur ingressus Ecclesiæ vel aliquod officium diuinum, quod non sit in suspensione vocis actiuæ & passiuæ. Nam hæc non suspendit à diuinis. Vnde sicut interdictum ingressus possessionis agri vel beneficij vel possessionis eius, vel aliorum actuum qui non tangunt animam, suspenditur per appellationem, vt
d omnes in d. §. fi. & in d. ca. ad hæc quoniam. omnes [d] dicunt, & sentiunt: ita suspensio à voce actiua & passiua suspenditur per illam: & ita suspensus à dicta voce actiua & passiua, si post appellationem eligatur, vel eligat, valida proculdubio erit electio. Quod notent regulares quando vident aliquos priuari voce actiua & passiua in aliquibus Capitularibus Congregationibus vt sic ab electionibus excludantur, & Episcopatum eorum accipiant alteri, & mutantes transferantur filij eorum & mendicent, & eijciantur de habitationibus suis, & nõ sit illis adiutor, nec sit, qui misereatur pupillis eorum. Poterunt enim ab hac priuatione appellare, si fiat ab aliquo inferiori & posita & accepta possunt actiuè & passiue ad electionem procedere.

# QVÆSTIO XXX.

## De Apostatis, & à religione electis, in viginti octo articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæruntur viginti octo.*

1 *QVid sit & quotuplex sit apostasia & apostata.*

2 *Vtrùm portantes habitum subtus in abscondito sint apostatæ.*

3 *Vtrùm pœna fugitiui puniatur monachus qui ob aliquod leue peccatum supra modum grauatus ad suos superiores sine licentia pergit.*

4 *Vtrũ pœnæ quas ponit Paulus Quartus cõtra religiosos extra claustra vagantes & apostatas cum habitu, vel sine habitu tantum sint latæ contra Apostatas.*

5 *Vtrùm prælatus teneatur requirere apostatam & fugitiuum monachum.*

6 *Vtrùm prælatus possit vbicunque deprendere apostatam fugitiuum.*

7 *Quæ pœna puniantur hi fugitiui.*

8 *Quæ pœna puniantur dictos fugitiuos recipientes.*

9 *Vtrùm apostatæ & fugitiui fratres sint à suis prælatis benignè recipiendi.*

10 *Vtrùm bona apostatarum & fugitiuorũ ordinis minorum pertineant ad ipsum ordinem.*

11 *An prædicti apostatæ & fugitiui ad ordinẽ cum aliquibus bonis redeuntes tencãtur scribere memoriale creditorum & debitorũ & ipsũ suo prælato præsentare.*

12 *Vtrùm solum bona acquisita ab apostatis per negotiationẽ contra iustitiam applicentur Cameræ apostolicæ.*

13 *Vtrùm propter crimen apostasiæ quis à religione recte possit expelli.*

14 *Vtrũ apostata qui in nostra religione minorum non fuerit conuictus, neque ter punitus possit expelli à religione propter hæc & alia grauia delicta quæ in apostasijs & in religione commisit.*

15 *Vtrùm solum generalibus aut prouincialibus expulsio horum apostatarum & delinquentium committatur.*

16 *Vtrũ generales & prouinciales possint eijcere incorregibiles sine consilio patrum.*

17 *Vtrùm dicti prælati possint expellere à religione homicidam.*

18 *Vtrùm religiosus de crimine nefando conuictus possit à religione expelli.*

19 *Vtrùm iuste expulsi â religione teneãtur seruare regulam quam vouerunt.*

20 *Vtrùm à monasterio eiectus rogãs vt iterũ recipiatur possit remanere tuta conscientia*

*cientia in sæculo si prælati eum nolunt recipere.*

21 *Vtrùm legitimè electus possit intrare aliã religionem.*

22 *Vtrùm prælati possint expellere â religione incorrigibilem iubendo, & vt ingrediatur aliam strictiorem intra certum tempus.*

23 *Vtrûm promotus tantum ad sacrum subdiaconatus ordinem si expellatur propter eius delicta ab ordine possit ordinari alijs ordinibus ab Episcopis.*

24 *Cui Episcopo erunt subiecti expulsi à religione, an Episcopo originis, an domicilij.*

25 *Cui acquirant isti legitimè expulsi.*

26 *Vtrùm electus teneatur vti habitu clericali ordini suo conuenienti.*

27 *Vtrùm isti electi possint tradi brachio seculari vt corporaliter puniantur.*

28 *Vtrûm electus à sua religione si ad eam iterum recipiatur necessarium sit quod in ea iterum profiteatur.*

## ARTICVLVS 1.

### *Quid, & quotuplex sit apostasia, & apostata.*

a Glo. in c. 1. de apost.

REspondeo dicendo, quod apostasia iuxta glossam a solennem & receptam est triplex à fide, ab obedientia, & ordine vel religione. Hic autem solũ nobis est sermo de apostasia ab ordine monachali & religione, & licet apostasia generaliter sumpta dicatur ab obedientia & à præceptis obediendi retrocessio, & retractio, siue desertio, iuxta prædictam glossam, & Diuum Thomam. b Nõ tamen dicitur apostasia à religione accipiẽdo verbum hoc strictè in ea significatione in qua accipitur in toto titulo de apostatis, pro quacunque retrocessione. Sed requiritur primo, vt ipsa retrocessio sit criminosa, & mortiferè mala; vt erudite dixit Caietanus. c Imo ait quod non sufficit quod sit criminosa, & mortiferè mala, qualis est inobedientia qua monachus intra monasterium existens contrariè renuit obedire iussis prælati, etiam si violaret votum substantiale castitatis, licet enim tanquam inobediens, & impudicus possit castigari, non tamen tanquam apostata secũdum omnium mentem, imo neque sufficit, quod exeat monasterium sine licentia prælati, absque tamen animo deserendi religionem. Vnde retrocessio ab aliquo monasterio alicuius religionis sine licentia prælati cum animo tamen intrandi aliam religionem, etiam laxiorem, si intret illam non dicitur apostata, quia licet sit recessus ab illo monasterio & ab illo Ordine, non tamen est recesio à religione, & ita non incidit in pœnas apostatarum iuxta determinationem d Innocentij cõmuniter recepti, quam Caietanus vbi supra præclarè declarat. Imo neque omnis retrocessio per quam non solum peccatur mortaliter sed etiam incurritur excommunicatio maior sufficit ad constituendam illam apostasiam de qua loquimur, per desertionem enim temerariã habitus à religione fit retrocessio mortifera, & excommunicatione ipso iure punita, prout dicitur in iure. e Non tamen illa omnis est apostasia de qua loquimur, quia illa fit aliquando animo cito habitum reassumẽdi, ad hoc enim vt hæc apostasia constituatur necessarium est quod deseratur habitus sine proposito, illum reassumendi, vel aliam religionem intrandi. Ex prædictis colligitur, quod apostata à religione dicitur religiosus expresse, vel tacite professus qui deserit religionem quã professus est sine transitu ad aliam cum animo non reuertendi ad suam. Cui consequẽs est non omnem religiosum fugitiuum esse apostatam, omnis enim qui exit à monasterio sine licentia superioris retento habitu vagans, vel se celat ne inueniatur, est fugitiuus, vt Ioannes Andreas f & communis determinat, attamen non omnis talis est apostata per supradicta. Consequens item est nullum religiosum qui transit ad arctiorem religionem petita licet non obtenta licentia superioris esse apostatam quia eius transitio nõ est retrocessio criminalis siue mortifera iuxta sacros Canones. g Consequitur item eadem ratione nullum translatum ad aliam religionem vel ad alium locum mediante dispensatione legitima esse apostatam iuxta quandam extrauagantem h hoc definientem. Neque consequenter, qui est translatus ad Episcopatum iuxta sacros Cano-

b D. Tho. 2. 2. q. 12. art. 1.

c Caie. sup. D. Thom. in d. c. ar. 2.

d c. fi. de renũt. c. intel. leximus de ætat. & qualitat.

e c. 2. ne clerici vel monachi. lib. 6.

f Andr. in c. fi. d. regula. l. quis sit fugitiuus. ff. de ædilitio edicto.

g c. licet. de regul.

h Extrauag. viam ambitioſe de reg. ſub fin.

Canones. [a] Neque institutus perpetuo in aliqua Ecclesia desinit esse claustralis, iuxta quandam glossam singularem. [b] Neque ille qui per aliquos paucos passus sine licentia prælati egreditur monasterium, statim regressurus, quia non videtur egressio illa mortifera cum exiguitas in omni materia excusset à culpa mortali, prout tradunt D. Thomas [c] & Nauarrus.

a Clem.1.de elect.c.statutis. 19.q.1.
b Gloss. in Clem.1.§.ad hæc. de statu monach.
c D.Th.2.2. q.59.art.4. Nau. in manua.c.11.n.4

## ARTICVLVS. II.

### *Vtrùm portantes habitum subtus in abscondito sint apostatæ.*

REspondeo dicendo, quod portantes habitum subtus vel coopertum in abscondito an propriè vel impropriè dicantur apostatæ, an vero tantum excommunicati disputatum fuit à Rota & per maiorem partem fuit determinatum ipsos esse excõmunicatos, non tamen apostatas, vel si apostatas eos esse affirmamus, hoc de apostasia impropriè & lato modo dicta, esse accipiẽdum. Ita Quintilianus Mandosius, [d] & citabatur consilium [e] Oldraldi, qui volebat non incurri propterea aliquam inhabilitatem, sed tantum excommunicationem nisi adessent coniecturæ animi deserendi religionem. Aduerte tamen quod contra licentiam, quæ olim cõcedebatur passim religiosis portandi habitum subtus adest Concilium [f] Tridentinum, vbi determinatur contra talem licentiam, ne detur licẽtia cuiquã regulari occulte ferendi habitum suæ religionis.

d Mand. de sign. gratiæ tit. licentiæ. fol.101.pag. 2.col.2.
e Cons.202.
f Con.Trid. sess.vlt. sub Pio.4. c.14. in prin.

## ARTICVLVS III.

### *Vtrùm pœna fugitiui puniatur monachus qui ob aliquod leue peccatum supra modum grauatus ad suos superiores sine licentia pergit.*

REspondeo dicendo, talem nõ esse apostatã secundũ superius dicta, neq; pœna fugitiui esse puniendũ secũdũ Baldum [g] si accedit ad superiorem, vt ipsum à tali grauamine subleuaret, argumento aliquorum iurium. [h] Tum quia dicens se grauatum ob idque adiens superiorem, videtur appellare argumẽto cuiusdam Decretalis. [i] Vbi notant scribentes præsertim Decius. Neque supradictis obstat Concilium [k] Tridentinum, quod vetat omnibus religiosis recedere à suis conuentibus, etiam ob causam adeundi superiorem: nam respondetur non esse credendum Concilium voluisse derogare tam iustam conclusionem tam graui ratione nitentem: præsertim quod non est petenda licentia ab eo ad cuius grauamen tollendum pergitur ad superiorem iuxta glossam, [l] & communiter scribentes, & quod adire superiorem ob iustum grauamen habet vim appellationis apud religiosos à quorum superioribus posse appellari verbo vel facto irrefragabiliter probant Doctores in superiori quæstione allegati: vbi diximus Concilium Tridentinum hoc non vetare sed solum prohibere ne quis religiosus possit exire à monasterio sine licentia superioris, etiam vt adeat superiorem, non autem vetare ne grauiter grauatus per viam iusti grauaminis & appellationis iustę verbo vel facto interpositæ possit adire superiorem ad conquerẽdum de illo cum hoc sit obuia re etiam iuri naturali, quod malitijs hominum obuiãdũ est, ita explicat Nauarrus. [m] Quæ opinio mihi videtur sequenda cum solido nitatur fundamento, licet contrariam teneat Bañes, cuius opinionem posse sequi videtur, casu quo non constat de iniustitia grauaminis, & hoc ratione scandali, & iuxta hoc debet explicari quidquid circa hoc determinatum est pro regularibus.

g Bald.in.c. ad nostram de appellat. h l. contra pupillum.§. qui ad malus adiutorium.ff. de re iudicat.
i c.dilect.2. de appellat.
k Con. Trid. sess.25. de regul.c.4.
l Glo.in.ca. cum Pastoris.2.q.7.
m Nau.in.c. non dicatis n.61. Bañes 2.2.q.12.ar.1 pag.667.

## ARTICVLVS IIII.

### *Vtrùm pœnæ, quas ponit Paulus Quartus contra religiosos extra claustra vagantes & apostatas cum habitu, vel sine habitu tantum sint latæ contra apostatas.*

REspondeo dicendo, quod cum nullus fiat apostata per aliquem actum qui nõ sit peccatum mortale, sed solum per illum per quem fiat apostata à religione consequenter videtur dicendum quod pœnæ constitutionis Pauli Quarti, quæ habetur in constitutionibus [n] pontificalibus, confirmatę

n Fol.359.

firmatæ,& modificatæ per Pium Quartum in quadam constitutione huius Pontificis prima in ordine,quę habetur in eisdem constitutionibus a pontificalibus non fuerunt incursæ saltem quoad Deum & forum conscientiæ, nisi per eos qui exierunt monasteria & religiones per exitum mortiferum. Neque omnes qui per talem exitum exierunt,quia prædictæ Bullæ,non induxerunt pœnas nisi contra apostatas à religione, vt colligitur ex earum procœmijs & verbis. *Ibi apostatas,& ibi apostasia,* decies repetitis in Bullis Pauli Quarti,& Pij Quarti, & Bulla Pij Quarti, solum est intelligenda de his quos comprehendit Bulla Pauli Quarti quæ interpretatur illam. Cum lex interpretans aliam intelligenda sit de comprehensis in ea iuxtà quandam authenticam [b] & hoc determinat Cardinalis. Nec obstat quod Paulus Quartus dicit in sua Bulla. *Omnes & singuli, qui post professionem per eos in ætate legitima constitutos in aliquo approbato etiam militari Ordine pure & libere emissa temeritate propria,aut quouis prætextu aut causa extra claustra suorum regularium locorum degũt.*

a Fol.398.

b Auth.hæc constitutio. §.vnde collat.3.Cardi. propos. 3.in c.statum. v. cum sua de elect.

Quia dicti verba debent intelligi de prętextu & causa illicitis quoniam vna pars copulatiuæ dubij declaratur per aliam. Vnde cũ verbum prætextu,& verbum causa,sint generalia & dubia ad licita & illicita debent intelligi per aliam partem copulatiuæ, ibi temeritate propria de iniustis,&temerarijs, tum quia illa verba apostasia,& apostata decies repetita intelligẽda sunt de illis qui per apostasiam degunt extra claustra, repetitio enim eiusdem verbi in eadem lege vel Canone grande mysterium indicat iuxta glossam [c] celebrem,tum quia nisi illa Bulla ad apostatas restringatur, posset argui Pontifex in ea de iniquitate,quod non est dicendum de lege à Paulo Quarto sanctissime lata. Cum vt Theologus doctissimus noscet de legis essentiali qualitate esse iustitiam & honestatem iuxta ea, quæ in superioribus late diximus.Nec Pius Quartus eius constitutionem vt non iuridicam notauit, sed solum declarauit eam quantum ad formam procedendi & declarandi esse priuatos beneficijs & dignitatibus fore necessarium vt exhiberent licentias & à iudicibus apostolicis eorum veritas vel subrectio examinaretur. Vnde hodie constitutio Pij Quarti solum habet locum in apostatis & in his qui cum literis & dispensationibus subreptitijs in sæculo vagantur,qui per ordinarios possunt compelli vt ad suas natiuas religiones reuertantur eos beneficijs ecclesiasticis priuando,prout secundum Deum melius ipsis videbitur expedire.Et Concilium [d] Tridẽtinum habet quod non liceat regularibus à suis Conuentibus recedere,etiam prætextu ad superiores suos accedendi,nisi ab eisdem missi aut vocati fuerint,qui vero sine prædicto mandato in scriptis obtento repertus fuerit ab ordinarijs locorum tanquam desertor sui instituti puniatur. Ex quo colligitur quod non solum virtute constitutionis Pij Quarti,possunt ordinarij procedere cõtra apostatas,eos ad claustrum reducendo, sed virtute dicti Concilij Tridentini ipsis facultatem ad eos coercendos concedentis. Verũ tamẽ est quod nõ licebit ipsis ordinarijs ipsas sine licentia in scriptis per suũ territoriũ transeuntes detinere, neq; punire si fidem fecerint se grauatos appellasse, vel de grauamine protestatos corã senioribus iter arripuisse ad superiorem, & ideo licentiã in scriptis non deferre, quia noluit eam dare prælatus à quo appellarunt, vel iuste metuerunt eam petere,vel quia per appellationem vel licentiæ petitionem in carcerem in iuste coniecti aufugerunt prout affirmat Nauarrus, [e] hanc opinionem neruose defendens.Supradicta sunt conformia constitutioni Innocentij Octaui, quæ habetur in libro Monumenta [f] ordinum, qua præcipit omnibus ecclesiarum prælatis vt omnino euitent fratres Minores discedentes ab ordine post professionem,ac quod illos(cũ requisiti fuerint à ministris & custodibus) denunciari faciant fore excommunicatos, nam iam modo possunt vlterius progredi contra eos procedendo,iuxta decretum cõcilij superius allegatum.

c Glo. in.c.1 de iu. patronatus.

d Con. Trid. sess.25.de regul.c.4.

e Nau.in.c. nulla 18.q.1 in fin.

f In.1.impr. fol.17. & in 2.fol.121.cõ cel.163.

## ARTICVLVS V.

### *Vtrùm Prælatus teneatur requirere apostatam & fugitiuum monachum.*

REspondeo dicendo,quod Abbas,& quilibet prælatus conuentualis requirere debet monachos fugitiuos, & ad claustrum

strum deducere salua disciplina ordinis, iuxta quandam Decretalem. [a] Quæ requisitio mandatur ibi fieri annuatim in tempore Capituli. Quando tamen monachus fugitiuus, ita esset scandalosus, & periculosus alijs fratribus, & apte non posset capi, cogi, & detineri, ait [b] Syluester quod forte prælatus vel conuentus non teneatur reducere talē secundū Archidiaconū ne alijs noceat, si non speratur posse emendari quia vtilitas communis præponitur priuatæ. Et huic dicto suffragatur Diuus Bonauentura [c] dicēs de istis fugitiuis incorrigibilibus, Quod si Deo permittente aliqui se ipsos eijcerent gratiæ sunt Deo referendę non quia illi peccauerunt sed quod oues suas à pestifera cōtagione liberauit. Vnde Apostolus ad Galatas [d] scribens, ait, vtinam abscindantur, qui vos conturbant, scilicet, puritatem vestram, pacem & famam. Si autem speratur correctio & impeditio malorum eius si coerceatur, vel detineatur, tenetur prælatus vel conuentus, & corrigere & cogere ad redeūdum: iuxta determinationem cuiusdam Decretalis. [e] Et si nolint debent incarcerari. Dixi (salua ordinis disciplina) quia sic ponitur in regula Beati Benedicti, quæ habet quod ter egressus monasterium ad monasterium recipi non debet, vt dicitur in Capitulo secundo eiusdem regulæ. Et sicut incorrigibilis debet eijci à monasterio quando in ergastulis non posset commode detineri. Dixi (ita esset scandalosus) graue autem scandalum erit, quando alij dicunt se potius tale monasterium deserturos, quam simul cum illo moraturos, sicut ait Hostiensis se aliquando vidisse de facto, & similiter Archidiaconus hoc vidisse asserit in quadā moniali. At in hoc putat Syluester, [f] standum esse arbitrio boni viri.

a c. ne religiosi ex. de regulis.

b Syl. v. apostasia. n. 10.

c D. Bonauētu. sup. reg. q. 14.

d Ad Gal. 5.

e c. à nobis extra đ apostat.

f Sylue. vbi sup. no. 11.

## ARTICVLVS VI.

### *Vtrùm prælatus possit vbicunque deprehendere apostatam fugitiuum.*

RESpondeo dicendo, quod potestas prælati supra suum subditum regularē est tanta, vt etiam extra suum monasterium & territorium manentem fugientem & male vel benefacientem sine litentia ipsius possit capere realiter, & vinctum in suum monasterium adducere, sicut quicunque possidet aliquam rem potest propria autoritate vbicunque eam inuenerit capere & retinere, iuxta quandam legem. [g] Tum quia Dominus potest capere seruum fugiētem vbicunque ille eum inuenerit iuxta alias leges. [h] Quarum vna habet curialem vel cohortalem id est curiæ vel cohorti obligatum fugientem capi posse autoritate curiæ, vel cohortis cui obnoxius est. His & alijs hanc conclusionem probat Nauarrus. [i] Et licet hoc ius commune concedat, priuilegia tamen amplius concedunt fratribus minoribus, quod scilicet, eorum generales, & prouinciales, ministri ac custodes, & cæteri fratres ordinis Minorum possunt apostatas & insolentes dicti ordinis excommunicare, ligare, capere, & carceri mancipare, si videbitur expedire, vt concessit Innocentius Octauus. [k] Quod ipsum concessit Clemens [l] Quartus in quocunque habitu eos contigerit reperiri, inuocato ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij secularis & in Marimagno [m] fratrum Carmelitarum id ipsum conceditur. Et additur quod præfati fratres apostatæ possunt capi, & incarcerari &c. & in quocunque loco etiam si in curia Romana inueniri eos contigerit, in qua sicut extra possunt prælati dicti ordinis super subditos suos ratione professionis tam tacitè quam expresse emissæ, tam quam ordinarij procedere: ita habetur in libro monumenta [n] ordinum. Multa circa hoc inueniuntur priuilegia, quæ esset fastidiosum quid recensere & ne fastidium ingeram ea ex proposito subticeo, aduertendo ex ipsis colligi non solum prælatos suos subditos apostatas & fugitiuos capere posse, sed omnes alios sui ordinis apostatas & fugitiuos vbicunque eos sine licentia in scriptis inuenerint, inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis, & ita vsu & consuetudine in nostra & alijs religionibus receptum videmus. Aduertendum tamen quod licet Innocētius Octauus concesserit non solum prælatis, sed etiā alijs fratribus ordinis Minorum suprapositam facultatem, non tamen fratres qui non sunt prælati possunt ipsos apostatas excommunicare, nec carceri mancipare, cum hæc munera ad prælatos tanquam iudices spectet, poterunt tamen executioni mandare alia duo, scilicet, ligare & capere. Nolo tamen silentio pręterire quoddam indultum multorum Summorū Pontificū.

g l. quis. §. differentia. ff. de acquirend. posses.

h l. 1. §. per seruū. qui in fuga. ff. de acquirend. posses. l. 1. C. vbi curialis vel cohortalis.

i Nau. in. c. nullū. 18. q 1 n. 50.

k Habet. in lib. Monu. ord. in. 1. impres. fol. 37. & in. 2. fol. 121. conces. 264.

l Habet. in eod. lib. in. 1 impres. fol. 58. & in. 2. fol. 14. conces. 329.

m In. §. apostatas corrigi quoq; ordinis.

n In. 2 imp. fol. 186. conces. 470.

Quo

*Quo fugitiuos & insolentes Monachos vel qui alias apostolica licẽtia vel superiorũ habita intra tẽpus eisdẽ præfixũ conditionẽ & modũ adimplere cõtẽpserint, vagiq; rebelles ad monasteria sua redire negligentes se aliquarũ personarũ quacũq; dignitate etiã Cardinalatus honore fulgentiũ familiaritatis, aut capellanatus seruitijs in Romana Curia vel extra ascribũt, vel absq; apostolico speciali priuilegio in specie de monacho & de monasterio, cõgregationeq; facta mẽtione idẽ conantur, possunt superiores carceribus mãcipare in eisdemq; detinere, aut per cẽsurã ecclesiasticã vel alia iuris remedia appellatione postposita, & inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis ad solita compellere.* Ita concessit Leo X. congregationi Camaldulensi, & Eugenius IIII. congregationi montis Oliueti, & congregationi S. Iustinæ & S. Benedicti Hispaniæ, & Clemẽs III. & Clemẽs IIII. & Gregorius IX. Carthusiensibus prout refertur in Compendio [a] Cistertij ordinis.

a Tit. fugitiuus. §. 3.

## ARTICVLVS. VII.

### *Qua pœna puniantur hi fugitiui.*

REspõdeo dicendo, quod Eugenius IIII. pro ampliori cõseruatione cõgregationis Cistertij, & congregationis S. Benedicti Hispaniæ, anno Dñi millesimo quadringentesimo sexto, & Celestinus V. pro sua congregatione, *Prohibuit cuicunque ex monachis cõuersis & personis religiosis monasteriorũ earũ, ne sub excommunicationis incurrendæ pœna ipso facto sine generalis reformatoris vel etiam Abbatis, & cõuentuũ quorũ tũc religiosus fuerit petita, & etiam obtenta licentia à monasterio exire posſit, etiam si ad quẽcunq; alium ordinem vel locum, seu quodcunque aliud monasterium earum, vel alterius cuiuscunque ordinis transire velit, quam excommunicationem incurrere voluerunt Abbates, Priores, Religiosos, & superiores dictum transeuntem recipientes, si postquam per dictos congregationis monachos requisiti intra trium dierum spatium dictum translatum ad proprium monasterium à quo exierit sine difficultate non remiserint cum effectu, à qua tam recipientes, quã transeuntes, nisi in mortis articulo ad suum monasterium reduxerint absolui nequeunt.* Circa quam concessionem aduerte primo, cum Collectore [b] compendij Cistercij, quod ad nullum alium etiam Carthusiensium ordinum, nisi petita & obtenta licentia supradicta monachis Cistertij transire licet, etiam virtute literarum apostolicarum, nisi in eisdem de monasterio & ordine & dicta concessione, specialis, & expressa mentio habeatur cum decreto irritante, quidquid secus. Imo ait, quod concordia est facta inter Cistercienses, & Carthusienses, quod nullus monachus ordinum suorum de vno ad alium sine licentia possit transire.

b Collect. in comp. tit. fugitiuus. §. 1. & 2.

Secundo est notandum, quod licet monachi S. Benedicti, cõgregationis regni Portugaliæ supradicto gaudeant priuilegio, eo tamen ipsi non vtuntur, vt patet ex quadam constitutione facta à dictis Patribus in capitulo generali celebrato in Sancto Martino de Tibaes decimatertia die Mensis Maij, anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo, cuius tenor lingua Lusitana est qui sequitur.

*Quando algum Religioso da nossa Ordem se quiser passar à outra Ordem dos Mendicantes, nam facilmente se lhe conceda: mas neguemlha. Porem se elle à tomar nam lha concedendo, vase em boa hora: poys os Canones declaram que petita licentia, & non obtenta, o tal Religioso se podesse mudar à outra religiam mays estreyta. Ese de fora*

pedir

*pedir à tal licença denlha. Mas se com esta cor andar vagueãdo: mãdamos, que o prendam, & castiguem como fugitiuo.*

## *ARTICVLVS VIII.*

### *Qua pœna puniantur, dictos fugitiuos recipientes.*

REspondeo dicẽdo, *Quòd nullæ personæ Ecclesiasticæ, vel sæculares, quacumque dignitatæ præditæ aliquem ex Prælatis vel monachis absque superioris licentia apud eos diuertentẽ recipere, & penes se detinere audeant, etiam prætextu arctioris vitæ ordinis, vel obseruantiæ etiam autoritate quarumcunque literarum Apostolicarum, in quibus de Prælato monacho & congregatione nominatim expresse mentio facta nõ fuerit. Recipientes verò si intra tres dies post quã eis præsens priuilegiũ innotuerit prædictũ Prælatũ, vel monachum eidẽ congregationi cũ effectu non restituerint, vel à se realiter abiecerint, excõmunicationis sententia ipso facto innodati existant, in qua, nisi in mortis articulo, vel à Sede Apostolica absolui nullo modo possunt.* Ita cõcessit Leo X. congregationi Camaldulensi. Et Iulius II. cõgregationi mõtis Oliueti, & Innocẽt. IIII. [a] nobis Minoribus cõcessit, quod retinentes fratres fugitiuos, & ipsi fugitiui sint ipso iure excommunicati. Necnon remanent etiã excõmunicati eisdẽ auxiliũ, cõsilium, aut fauorem præstantes, prout cõcessit Iulius II. ordini Prædicatorum, & habetur in libro Monumenta [b] ordinũ. Attende tamẽ (prout ait Collector [c] priuilegiorum Mẽdicantium) quod in mari magno fratrũ Carmelitarũ additur quædam clausula, scilicet, quod possint Prælati ordinis promulgare sententiam excõmunicationis in detinentes fratres discedentes, vel apostatas, siue tales retinentes sint laici, siue clerici. Ita habetur in lib. Monumẽta [d] ordinum. Et ait Collector, se videre, quod hæc est magna autoritas concessa Prælatis ordinis: & quod alibi non inueniatur simile. Circa quam cõcessionem est aduertendum, quod recipientes, & detinentes supra dictos fratres, non in quantum fugitiuos & apostatas, sed in quantũ consanguinei affines, aut amici, & familiares benignitate quadam naturali ipsis benefaciendo non incidunt in dictam excõmunicationem: quod probatur. Nam etiã Bulla Cœnę, quæ quot annis publicatur, & intimatur excommunicat detinentes hæreticos aut eis auxilium præstantes. Et secundum communiter Doctores illa excommunicatio non comprehendit recipientes, aut auxilium præstãtes supradictis, non tanquam hæreticis, sed tanquam amicis, aut alio vinculio humanitatis addictis. Solum enim recipientes & auxilium præstantes ipsis hæreticis, in quãtum hæreticis cõprehendit, vt rectè notauit Caietanus. Tum quia potest quis, licet non teneatur, eisdem etiã non extremè indigentibus subuenire quatenus homo, argumento cuiusdam Canonis [e] loquẽtis de peccatore dicentis, quia peccator est, corripe quia homo miserere. Et ibi nulli homini claudenda est misericordia sicut nulli peccatori impunitas relaxanda est; tum, quia nullo Canone cõtrarium probatur. Licet multis probari possit, eum præsumi fauere hæretico, qui iciẽs eũ esse talẽ fauet ei sine aliqua circuitãtia, quæ excusare posset eũ etiã in foro exteriori à tali præsumptione, quales multæ occurrere possunt fundatæ in timore necessitate, cognatione, velvtilitate, in pace militia & bellis, in quibus videmus & legimus Catholicos Imperatores & Reges donis, dubus & militib9 fauisse Lutheranis. Quoad forum autẽ interius, in quo sola veritas respicitur, facile est decernere fauorẽ datũ alicui eo respectu, quo malus & hæreticus est à dato ab ipso, eo quod proximus, & à Christo redemptus. Ita doctissimus Nauarrus, [f] supradictis consentiens. Vnde sic debemus in nostro casu Theologizare, quod, scilicet, non remaneant excommunicati recipientes apostatas & fugitiuos, si hũc illis fauorem impendunt, non titulo & colore apostasiæ aut fugæ à religione, sed titulo pietatis, amicitiæ, & consanguinitatis, & benignitatis erga proximos afflictos satis debitæ. Et iuxta hanc Theologiam priuilegia suprapositа sunt explicanda.

[a] Ita habetur in li. Monumẽ. ord. in 2. impres. fol. 260. concess. 651.

[b] In .1 impres. fo. 237. concess. 554.

[c] Tit. apostatæ ab ordine. § 8. in fin.

[d] In .1 impres. fol. 183 concess. 452.

[e] Cap. duo ista nomina 23. q. 4.

[f] Nauar. in man. ca. 27. nu. 55.

ART.

## ARTICVLVS IX.

### Vtrùm apostatæ & fugitiui fratres sint à suis Prælatis benignè suscipiendi.

REspondeo dicendo, neminem negare posse apostatas & fugitiuos fratres, qui sui sacri ordinis habitu derelicto vagantur dignos esse regulariter vituperio, indignos auxilio. Tum, quia manum ad aratrum postquam miserunt retro aspexerũt, & effecti sunt indigni regno Dei, iuxta dictum [a] Domini nostri Iesu Christi. Tum, quia multa addunt & comittunt digna maximo supplicio: cum cæteris paribus omnia in eis peccata sint aliquanto maiora, etiamsi ob solam circunstantiam religionis non fiant semper mortifera, quæ absque illa solum sunt venialia secundum Diuum Thomam. [b] Ob quæ & alia multi pijssimi, & circunspecti viri nullo alio remedio iuuandos putant, quam vt redeãt in monasteria, vnde exierunt pœnas omnes quãtumlibet graues eis paratas subituri; & si redire noluerunt, vel redeuntes non recipiantur ab eis, nulla prętereà cura de eis habeatur: imò tanquam perditæ & derelictæ oues relinquantur à dæmonibus, vt plurimum deuorandę. At doctissimus, neminus pius Nauarrus [c] ex multis probat. Primo eos, qua parte fieri potest, tum blandiendo, tum docendo inducendos esse, vt ad idem aratrum, in quod manum miserant redeant, & ita pareant, vt contumacia & inobedientia, quibus vsi sunt in duplicatam obediẽtiam, & reuerẽtiam commutentur. Deinde, quod si ad id non potuerint induci audiantur, ex quibus impedimentis ad id peragendum retardantur, & iuxta illorum varietatem eis prouideatur, alijs quidem facta facultate transeundi ad eiusdem ordinis monasteria, alijs ad alias eiusdẽ ordinis prouincias, alijs ad alios ordines æquales, alijs etiam ad laxiores: quod prudentiæ, & superiorum iudicio relinquitur. Ex his colligitur, qua benignitate sint isti miseri recipiendi, & tanquam oues perditæ à pastoribus super humeros suos subleuandæ, non extinguentes hæc ligna fumigantia, & hos calamos cassatos, non infringentes. Ad similitudinẽ Saluatoris Domini nostri, considerantes Dominum posuisse hos homines super capita sua. Non solum enim sunt trahendi subditi à Prælatis super humeros, sed super capita. Nam eorum regimen non solum est onus humeri, sed etiam capitis. Debent enim viribus gubernari & discretione, & prudentia subleuari, & blanditijs attrahi.

[a] Lucæ. 9.

[b] D. Thom. 2. 2. q. 188. artic. 9.

[c] Naua. in c. statuimus. num. 13.

## ARTICVLVS X.

### Vtrùm bona apostatarum, & fugitiuorum ordinis Minorum pertineant ad ipsum ordinem.

REspondeo dicendo, quod ipsi apostatæ nihil sibi quærunt singulariter, nec monasterio, alicui suo. Quia licet regulariter religiosi aliorum ordinũ contrahendo vtiliter quærant suo monasterio, vel ordini iuxta doctrinam Innocentij, [d] siue cõtrahant nomine suo, siue nomine monasterij, vel ordinis, siue imperſonaliter, vt tradit Nauarrus [e] post Baldum. Frater tamẽ Minorita de Obseruantia non potest id facere: quia monasteria & ordo sancti Francisci de Obseruantia sunt incapacia dominij & possessionis omnium bonorum pecuniariorum, iuxta suam regulam à iure communi [f] confirmatam, & declaratam. Loquendo tamen secundum priuilegia ipsi ordini concessa, aliter est procedendum. Leo enim Decimus concessit, *Vt quandocũque acciderit, quod fratres Minores extra obediẽtiam vagãtes obseruãtiæ fuerint capti, aut sponte redierint ad ordinem, qui aliqua bona habuerint, quæ tẽpore apostasiæ diuersis vijs acquisierint, possunt Prælati ordinis, & alij fratres, quibus ipsi commiserint accipere talia bona, & ea exigere à quibuscunque personis ea detinentibus, & vti illis, si talia sunt quorum vsum, liceat fratribus habere, vel si huiusmodi non sint, quibus in propria specie fratribus vti nõ liceat, vt sunt pecuniæ, vestes sæculares, & similia, quod fiat de talibus rebus sicut fieri mãdatur in declaratione suæ regulæ de similibus, quando sibi ab alijs dantur, vel in testamentis legantur. Et concesit*

[d] Cap. Cum olim. 2. de priuileg.

[e] Nauar. in c. non dicatis. 12. q. 1. nu. 12. Bald. in l. seruum C. de pact.

[f] Cap. exijt. §. ad hæc de verb. signif. lib. 6. Clem. exiuit. §. proinde eodem tit.

quod

*quod si oportuerit huiusmodi bona in iudicio petere, possit hoc facere Procurator, seu syndicus ordini deputatus autoritate Sedis Apostolicæ, vel alius amicus spiritualis fratrũ, qui ab aliquo prælato ordinis ad hoc fuerit nominatus.*

[a] Fol. 62. cõcess. 203.

Ita habetur in supplemento. [a] Ex quibus infertur, quod omnes obligationes actiuæ, aliaque iura vtilia, quæsita per Minoritam apostatam pertinent ad Sedem Apostolicam, & possunt peti à dicto syndico, & disponi ab his, prout prælatus dicti ordinis ordinauerit, non tamen secundum rigorẽ syndicus tenetur ad omnia debita liquide cõtracta per dictum apostatã, cum ipse syndicus sit constitutus nomine Sedis Apostolicæ, quæ pro conseruatione ordinis, & quiete fratrum recipit in se dominium istarum rerum. Non tamen constituitur ad soluendũ debita ab ipsis fratribus contracta, cum ius resistat obligationibus ab ipsis initis: non tamen resistit acquisitioni dominij, quod per ipsos Sedi Apostolicæ in vtilitatem horum fratrum potest obuenire. Et hoc videtur tenendum. In quam partem inclinat Nauarrus: [b] licet in hac difficultate aliquantulum fuerit hallucinatus propter ignorantiã supradictę cõcessionis Leonis Decimi. Vnde infertur, quod apostatæ & fugitiui aliarum religionum habentium bona in communi, quibus potest acquiri aliquid in cõmuni possent petere prædictas actiones, & iura. Minimè tamen obligantur loquendo secundum rigorem ad soluendũ debita per ipsos apostatas contracta. Verum est tamẽ quod sicut ille, qui emit rem Ecclesiæ sine solennitate non potest repetere pretium ab Ecclesia, prout dicitur in iure, [c] nisi pretium sit conuersum in vtilitatem Ecclesiæ: vt argumento eiusdem Decretalis [d] tenet Syluester: ita etiam non possunt creditores petere à monasterijs sibi debita ab apostatis ipsorum monasteriorum, nisi id, propter quod debitum fuit contractum, conuersum sit in vtilitatem ipsorum monasteriorum. Qui enim sentit commodum, sentire incommodum quoque necesse est, prout ait quędam iuris regula. [e]

[b] Naua. lib. 3. consi. tit. de regulis cons. 85.

[c] 12. q. 2. ca. non liceat.

[d] Cap. 1. de depos. Syluest. v. alienat. n. 14.

[e] Cap. qui sentit de regul. iur. lib. 6. Clemẽ. 1. de censib.

(x)

## ARTICVLVS XI.

*An prædicti apostatæ, & fugitiui ad ordinem cum aliquibus bonis redeuntes teneantur scribere memoriale creditorum & debitorum, & ipsum suo Prælato præsentare.*

RESpondeo dicendo, quòd prædicti cuiuscunque sint ordinis, tenentur scribere aliquod memoriale creditorum & debitorum, & scripturarum, & testium, quibus ea, quæ oportet probentur, & tradere illud suis prælatis, petẽdo ab eis humiliter, vt dictis debitis satisfaciant: si quidẽ ipsi nihil habẽt, nec habere possũt propriũ, vt tales satisfactiones fiant, & debita per eos contracta soluantur. Sed quid, si apostata fuit propter apostasias & alia eiectus à religione per sententiam iuridicam & diffinitiuam: & cum esset in vinculis eius prælatus ipsi per obedięntiam præcepit, vt omnia eius debita propalaret, dicens se ex bonis ab ipso ad religionem per apostasiam adductis paratum esse omnibus creditoribus satisfacere: & ipse quandam debitorum summam patefecerit? Posteà autem eiectus à religione misit Epistolam ad prælatũ, qua ipsi alia in multo maiori quantitate debita satisfacienda iudicauit, dicens cùm hoc suam conscientiã exonerare? Nunquid tenetur prælatus ex dictis rebus hęc noue manifestata debita satisfacere? Ad quod respondeo, q̃ non tenetur ei credere in isto casu, cũ nemo secundum ius credatur peccare: & ipse apostata sub obedientia, & excõmunicationis sententia iussus manifestare omnia debita asseruit minorem multo summã obligatã esse persoluere. Cui asserto magis credendũ est, quam secundo: cùm primũ fuerit dictũ sub dicta censura, & obedientia, secundum autẽ non. Præterea potest præsumi de tali exclusso, quod eã summã & ea debita postea fraudulenter propalauerit, cõuentione facta cũ fictis creditoribus dicendo ea ipsis deberi: vt sic summa, quam in apostasia quæsierat ad suas manus posset peruenire, & ipsi religioni nihil relinqueretur: quod non est alienũ ab ipsis cum totã suam vitam in fraudibus, & cauilationibus cõsumant. Præterea hoc probatur: Nam secundũ iura rei cõfessioni primæ magis est credendum, quam se-

cundæ, præsertim quãdo prima est iudicialis, prout cum communi contra Bartolum tenet doctissimus Couarruuias, [a] Menchaca, & Iulius Clarus, & ita consuluit in facti contingentia, cui dicto subscripsit, quidam doctus & religiosus vir.

[a] Couar. li. 2 var. ca. 13. Mincha cõtrouer. vsufrequ. ca. 32. n. 4. Iul. Clarus in practic. crimi. §. fin. q. 53. num. 11.

Sed contra dicta in his duobus articulis, adest nobis quædam constitutio. Pij Quarti incipiens. Cupientes malitijs nonnullorum, &c. data Romæ anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo, septima die Decembris, Pontificatus sui anno primo. Qua determinauit, quod omnia acquisita per negociationem illicitam clericorum & religiosorum, quæ in tempore mortis eorũ remanserunt inconsumpta, vel quibus in vita priuantur Sedis Apostolicæ Cameræ applicari. Quam Bullam refert Nauarrus, [b] dicens, eam continere ius nouum: tum quia nusquam hoc alibi inuenitur statutum: tũ quia vtitur verbo, decernimus, quod inducit ius nouum. Quo fit vt non adeò sit firmum (vt ait Nauarrus) id quod quidã respõderunt, scilicet, omnia pertinere ad monasterium, vnde iam professus, sine licẽtia exiuit, in hac enim Bulla, quam ipsi non viderunt, contrarium videmus contineri, quod tanquam quotidianũ valde videtur notandum, & consulendũ esse monasterijs, quorũ religiosi talia taliter quæsierunt, vt se componant cũ Camera Sedis Apostolicæ, quæ in illa ius habet, quo iure optimo & firmo talia bona petere possint. Hæc Nauarrus.

[b] Nauar. de spol. cleric. §. 7. n. 4.

Ex qua Bulla ibi, aut *Quibus etiam illos viuentes priuari, & eis destitui cõtigerit.* Colligitur bona apostatarum, quibus ipsi in vita priuari, aut destitui contigerit, non pertinere ad monasterium, sed ad Camerã Apostolicam. Nam respõdetur, prædictam constitutionem intelligẽdam esse de bonis acquisitis illicite ab apostatis extra claustra degentibus, quæ inuenta fuerunt tempore mortis eorum. Hæc enim veniunt sub nomine spoliorum, non autem de bonis acquisitis à Regularibus apostatis aut fugitiuis, qui ad sua monasteria reuertuntur. Bona enim ista ad ea pertinent monasteria (iuxta decisionem iuris communis) quibus talis fugitiuus debet cum alijs fratribus alimentari, si in claustro manserit. Et si propter eius demerita expellatur, debet ei subueniri de vestitu, & alijs necessarijs, nè statim cogatur mendicare, iuxta doctrinam Nauarri. [c]

[c] Nau. vbi s. §. 7. nu. 5.

Et secundum hunc modum intelligenda est cõstitutio [d] Gregorij Tertij decimi, quæ habetur inter constitutiones Põtificales eiusdem Summi Pontificis. Quæ incipit. *Officij nostri partes sedulo, &c.* Nam ea constitutio loquitur de bonis apostatarum & fugitiuorum, aut religiosorum viuentium, & decedentium extra claustra, vt patet ex eius verbis, ibi. *Post eorum obitum,* & ibi, *sufficienti fuerint testandi, aut de illis disponendi facultate suffulti,* & ibi, *nomen & ius veri hæredis, illiusque naturã sortiri.* Et secũdum hunc sensum allegauit dictam constitutionem Nauarrus, [e] dicens per eã bona adquisita à religioso apostata decedente extra claustra Cameræ Apostolicæ deberi. Imò ex hac Gregorij Decimitertij cõstitutione, colligitur constitutionẽ Pij IIII. tantũ de his bonis esse accipiendã. Nam allegans constitutionẽ prædictam, dicit eã continuisse bona acquisita à dictis Regularibus extra claustra post eorũ obitum ad eandẽ Camerã Apostolicã pertinere. Et dictę cõstitutiones determinãtes omnia ista Cameræ Apostolicæ applicari, sunt intelligendæ deducto ære alieno, & solutis debitis, quibus ipsi Apostatæ tenebantur ficut explicat Gutierrez [f] aliam similẽ constitutionem Pij V. determinãtis ornamenta paramẽta, vasa, missalia, gradualia, libros cantuũ, & omnia auri & argenti consecrata, & omnia destinata per quẽcunque beneficiarium, aut Prelatos Cõmendatarios ad cultũ diuinũ applicari tẽpore mortis ipsorũ siue ab intestato, siue cũ testamento decedãt Ecclesijs, monasterijs, & beneficijs, vbi dicti beneficiarij Prælati & Cõmendatarij suũ titulum habent, & redditus colligũt, etiamsi ad testandum habeant facultatẽ. Hæc enim cõstitutio intelligitur iuridice ab ipsomet Gutierrez, deducto prius ære alieno & debitis, quibus alias minimè potest satisfieri.

[d] Const. 19 pag. 721.

[e] Naua. lib. 3. const. citu. de stat. monach. consi. 17.

[f] Gutier. lib. 2. pract. cap. 94. in fin.

## ARTICVLVS XII.

### *Verùm solum bona acquisita ab apostatis per negociationem contra iustitiam applicentur Cameræ Apostolicæ?*

REspondeo dicẽdo, q̃ dupliciter potest considerari negociatio illicita: quædã enim est contra virtutem iustitiæ specialem

cialem, quæ non solũ inducit peccatum, sed etiam obligationẽ ad restituẽdum. Alia est quæ fit cõtra virtutes Morales, vt quæ fit à Regularibus & Ecclesiasticis, quibus prohibitum est iuxta sacros Canones negociari, prout tradit Panormitanus, [a] & resoluit post alios Nauarrus. Et hæc solum induc it peccatum sine obligatione aliqua ad ali quid restituendum. Hanc differentiam innuit D. Thomas, [b] Gregorius Lopez, & Didacus Perez, & Nauarrus. Et iuxta hæc quæritur, an solum pertineãt ad Sedẽ Apostolicam bona apostatarum cum negotiatione illicita cõtra virtutem specialem iustitiæ acquisita, quæ obnoxia erant restitutioni, an etiã ea, quæ acquisierunt dicti apostatæ contra sacros Canones eis negotiari prohibentes? Cui dubio respondetur ex traditis ab ipsomet Põtifice Pio Quarto. Vbi, postquam dixit per illicitam negotiationẽ acquisita Cameræ Apostolicæ applicari, addit vel alias contra sacros Canones. Per quæ verba satis explicat ipse Summus Pontifex quæsita ab ipsis regularibus per modos eis à sacris canonibus prohibitos, Cameræ Apostolicæ applicari: quæ profecto magna ampliatio est. Nam eam consequitur, quod quæsita per quascũque personas Ecclesiasticas, & regulares ex beneficijs contra iura retentis, ex officijs sæcularibus contra iura exercitis ex arte Medicinæ & Chirurgiæ, vel alia eis prohibita, ex obsequijs item indecẽter regibus & alijs sæcularibus personis cõtra iura canonica exhibita sunt reseruata Papæ, & veniunt nomine spoliorum Cameræ Apostolicæ applicanda.

[a] Panormi. in c. 1. & 2. de postulat. Nau. c. 25. n. 100. & lib. 3. consil. tit. de succeff. ab inteſt. cõ fil. 3. pagin. 212. in 1. impreſſ.

[b] D. Thom. 2. 2. q. 62. artic. 1. & 2. & Greg. in l. 45. part. 1. v. con ſu voluntad. Perez in l. 3. titu. 1. verbo. mandamiẽto. lib. 1. ordin. Nau. li. 3. cõſ. tit. de teſt. conſil. 10. pag. 205. in 1. impreſ.

## ARTICVLVS XIII.

### *Vtrũm propter crimen Apostasiæ quis à religione rectè possit expelli?*

RESpondeo dicẽdo, quod expellere aliquem à religione res est maximæ considerationis. Et ideò ad explicandam istam difficultatem videndum est, in quo casu hoc sit licitum Prælatis regularibus. Et aduerte, quod Alexander Sextus fecit *Facultatem Generalibus ordinis Minorum, vt per semetipsos dũtaxat, & Prouincialibus vt per eos cũ consensu maioris partis capituli dicti fratres ordinis, quos incorrigibiles repererint, habitu ex poliare valeãt, & ab ordine eijcere. Atque contra quoscunque eis auxiliũ, consiliũ, fauorẽ publicè vel occultè, directè, vel indirectè, aut quouis quæsito colore supradicti habitus delatione præstãtes, etiam cuiuscunq; dignitatis, gradus, ordinis, aut cõditionis fuerint, per cẽsuras Ecclesiasticas, ac alia iuris opportuna remedia (appellatione post posita) ꝓcedẽdi, inuocando etiam, si opus fuerit, auxiliũ brachij sæcularis.* Ita habetur in libro Monumenta [c] ordinũ. Ex quo priuilegio colligitur, quod dicti prælati solum eijcere possunt à religione, quos incorrigibiles legitimè iudicauerint, prout aduertit D. Bonauentura [d] addens, oportere excessus, & incorrigibilitatem esse notoria: ita quod alij eius exemplo possint infici, si retineatur in ordine, & extranei scãdalizẽtur, quod talis in ordine sustineatur. Itaque propter vitandũ scãdalum & propter incorruptionẽ ordinis debet eijci preuaricator voti. Et sic secundum hũc sanctũ Doctorem tria debent cõcurrere ad hoc, vt iustè possint fratres ab ordine eijci. Primũ, quòd eorũ delicta sint notoria fratribus & sæcularibus. Secũdum, quod suo malo exẽplo corrũpant alios fratres. Tertio, quod probetur esse incorrigibiles. Nec obstat, ait Doctor sanctus, quod Papa Alexander VI. absolute cõcesserit in corrigibiles posse ab ordine expelli, nullam mentionem faciẽs de notoritate suorũ delictorum, & de corruptione aliorum fratrũ suo malo exẽplo. Nam respõdet, quod in foro exteriori possunt Prælati supradicta facere absolutè, at in foro cõscientiæ minimè id esse tutum iudicat. Quia nec prælati ordinis, nec Papa potest liberare fratres huiusmodi ab obligatione, qua in professionis emissione per votũ solenne se adstrinxerunt. Eijciendo autẽ tales absolutè extraordinẽ vltra scãdalũ, quod in animis sęculariũ potest generari, est exponere illos periculo dãnationis æternæ, cũ sic eiecti nequeãt seruare regulã, quã promiserunt. Sed tales debent perpetuis carceribus mancipari, ac secundũ exigentiam delictorũ puniri etiã vltimo supplicio, prout puniri solẽt clerici sæculares secundũ iura Canonica, quibus subjiciuntur

[c] In 1. impreſ. fo. 56. conceſ. 65.

[d] Bonauen. ſup. reg. fratrum Minor. q. 14.

ijciuntur religiosi, sicut reliquæ personę Ecclesiasticæ. Hæc D. Bonauētura. Bene possem aduersus hāc modificationē aliqua adducere. At cum eijcere aliquē à religione sit res magnæ considerationis, & considerē maximam huius Seraphici doctoris Ecclesiæ clementiā, in ea proponenda ipsam libētissimè amplector. Sed ad eius perfectā explicationem videndū est, quis dicatur incorrigibilis, vt sic à religione possit expelli. Pro quo aduertendū est primo, quod in religionibus hoc est per cōstitutiones ipsarū declaratum. Nam in cōstitutionibus ordinis Prędicatorum definitur, quòd incorrigibilitas fratris, quare ab ordine est eijciendus, est, quando, scilicet, culpas non timet committere & pœnas recusat ferre, vel ex earū sæpius repetita inflictione iudicio discretorū cognoscitur nō proficere. Talis de consilio discretorū si expediens iudicatur, potest magister ordinis, vel capitulum Prouinciale, vt exutus habitu ordinis de ordine expellatur. Sic habetur in cōstitutionibus [a] Prædicatorū nouiter impressis per Reuerendissimum Iustinianū, Romæ anno millesimo quingētesimo sexagesimo sexto. Per quā cōstitutionem exploditur à dictis patribus opinio Syluestri [b] dicentis, quod quādiu ille frater voluerit se corrigere non debet expelli à religione, quia secundū D. Thomam [c] hæc expulsio est sicut excommunicatio, quæ nō, nisi in contumacē & in eū, qui qui se corrigere nō vult, fieri debet. Et opinio Armillæ [d] dicētis, quod nullus religiosus quantumcunq; malus, si vult corrigi debet expelli, sed est sequestrandus, & incarcerandus, & ibi debet puniri secundū cōstitutiones; quia hoc magis conducit correctioni eius, & magis scādala vitantur. Et certè si eius correctio quæratur hoc præstat. At in nostra religione ille dicitur incorrigibilis secundū ordinationes [e] generales Toletanas, qui ter fuit iuridice cōuictus & punitus de eodē crimine graui, & non fuit correctus. Et in ordinationibus generalibus Vallisoletanis factis in capitulo Generali celebrato anno Dñi millesimo quingētesimo nonagesimo tertio ad coercendā delinquētiū insolentiā fuit declaratū, illū dici incorrigibilē, qui ter fuit cōuictus & punitus de aliquibus criminibus grauibus, etiā distinctis, & nunquā fuit emendatus. Ex quo colligitur, quòd cōmittens tres apostasias, propter quas fuit iuridice punitus, & nūquam fuit emendatus, potest expelli à religione: cū apostasia delictū graue ex sua natura sit, & cōmittentes ipsam in eodem crimine perseuerantes vt suspecti de fide ab inquisitoribus reputentur tanquā contēptores censuræ Ecclesiasticæ excommunicationis, in quā per Apostasiam incurrunt, & vt excōmunicati in suis religionibus anathematizantur. Dicit enim Concilium Tridentinū, [f] quod si quis obdurato animo censuris annexus in illis per annum insorduerit, etiā contra eum tanquam de hæresi suspectum procedi posse.

[a] In 1. dist. can. 19.

[b] Sylu. ver. religio. 6. §. 17.

[c] D. Thom. quodl. 12. in fin.

[d] Armil. v. religio. vlt.

[e] Cap. 6. tit. de incorrigibili.

[f] Conc. Trident. sess. 25 de reform. c. 3. in fin.

## ARTICVLVS XV.

*Vtrùm apostata, qui in nostra religione Minorum non fuit ter conuictus, neque ter punitus, possit expelli à religione propter hæc & alia grauia delicta, quæ in apostasys, & in religione commisit.*

REspondeo dicendo, quòd si quis religiosus quatuor cōmisit apostasias, in quibus per multum tempus perseuerans excōmunicatus sacra celebrauit & sacramentum pœnitentiæ sæpe sæpius ministrauit, & contra præceptū suæ regulæ pecuniam contrectauit, & alearum ludū prohibitum sæpe sæpius cum sæcularibus exercuit, cū maximo suæ religionis detrimento, & sæculariū scandalo, & fratrū, quos ad ludendū prouocabat, docendo eos aleārū ludos prohibitos, & inter fratres ipsos discordias disseminando, mēdacijs, & dolis eos infamando sine spe alicuius correctionis, & emēdationis ad meliorem frugē, potest iure optimo expelli in ordine Minorum ab ipsa religione tanquā mēbrum putridum, & incorrigibile. Pro qua opinione facit primò quædā declaratio Parlamenti Parisiensis: in qua fuit declaratū, quod in criminibus grauibus, in quibus nō imponitur pœna mortis reputatur clericus incorrigibilis ad effectū, vt degradatus possit tradi brachio sæculari, si bis ipsi venia fuit data. Quā doctrinā dicit Iulius Clarus & sibi videri iustā, & iuridicā, à qua non recedit Salzedo in sua practica criminali Canonica. Si igitur hic clericus, aut sacerdos reputatur incorrigibilis ad effectū, vt possit tradi brachio sæculari propter id solū, quod eius delicta bis fuerūt cōdemnata,

[g] Clarus in pract. crimi. q. 36. nu. 34. Salzedo in practic. ca. 140. §. incorrigibilis.

dēnata,& nō fuit emēdatus:à fortiori debet iudicari incorrigibilis dictus malus religiosus ad effectū, vt cum cōfusione possit expelli à religione; quæ nō est tam grauis pœna sicut degradatio & traditio brachio sæculari: cum eius grauia crimina nō bis, sed sæpe sæpius fuerint ab eius prælatis condonata, vtentibus clemētia a Cōcilio Tridēt. cōmendata, volentibus clemētia magis, quā rigore ipsum ad pœnitētiā adducere. Quod ppter eius induratū animum,&impœnitēs cornūquā efficere potuerūt. Et certe D. Paulus hanc nostram veritatē manifestat in epi
[a] Ad Rom. cap. 2. stola, quā ad [a] Rom. scribit, dicens; An ignoras, quod patiētia Dei ad pœnitētiam te adducit? An diuitias bonitatis eius patientiæ & lōganimitatis cōtemnis? Secundū autem duritiā tuam & impœnitēs cor thesauri zas tibi irā. Vides, quomodo Paulus notat habere impœnitens cor, id est, incorrigibile illum, qui cōtemnit clementiam & bonitatē
[b] Esai. 1. ca. iudicis delicta cōdonantis? Esaias [b] etiā nobis hanc veritatē prædicat dicens: Filios enutriui, & exaltaui; ipsi autem spreuerunt me. Et statim addit. Væ genti peccatrici, & populo graui iniquitate: populus autem graui iniquitate, nihil aliud significat, quā populū impœnitētem, & cor incorrigibile habentē. Causam autē huius sententiæ incorrigibilitatis asserit esse, Deū ipsis sæpè sæpius peccata condonasse, imò enutrisse, & exaltasse, ipsos autē ipsum spreuisse. Et etiamsi in ordinationibus Toletanis & Vallisoletanis nō iudicetur esse incorrigibilē illum, cui delicta sua sæpe sæpius fuerunt condonata & dissimulata, & nunquam ad pœnitentiam fuit adductus: sed solū illum, qui ter de aliquibus criminibus grauibus fuit cōuictus, & iuridice castigatus, & nunquā fuit emendatus, nō propterea debemus iudicare hūc religiosum non esse incorrigibilē ad effectū vt non possit expelli à religione. Ipsæ enim ordinationes generales solum ponūt quandam regulā certam, & determinatā ad cognoscendum, quis sit regulariter incorrigibilis de iure: nō autem negāt alios esse incorri
[c] Sylues. v. Abb. nu. 6. gibiles de facto, de quibus Sylvester [c] in sequentia verba prorumpit: *Abbas, vel prælatus non potest expellere monachū à religione: hoc tamen potest facere regula, vel cōstitutio priuata probata per Papā & etiam ius cōmune, aut ipse Prælatus iuribus regulatus. Vnde in capitulo. cum ad monasterium. de statu monachorum. Monachus deprehēsus in vitio proprietatis mādatur expelli. Dicit tamē Diuus Thomas in quodlibeto duodecimo, quod expelli non debet, quandiu vult corrigi: sed solum propter contumaciā. Quod intelligo, nisi incorrigibilitas præsumatur de facto propter conditiones viri, vel de iure propter regulam ita mandantem.* Hæc doctissimus Syluester. Ex quibus verbis. ibi· *Nisi incorrigibilitas præsumatur de facto propter conditiones viri.* Colligitur hunc monachū, de quo agimus, licet de iure secundū dictas ordinationes generales nō sit incorrigibilis, cū ter de delictis grauibus non fuerit iudicialiter cōuictus, & punitus esse nihilominus incorrigibilē de facto secundū cōditiones viri, & sic à religione posse iure optimo expelli. Neq; ordinationes generales hūc esse expellendum negāt: cū tantū loquantur de incorrigibilibus de iure. Probatur præterea nostra cōclusio. Nā loquēdo in alia simili materia iudices inferiores potestatē habēt arbitrādi pœnas secūdum circunstātias, adeò quod possūt eas arbitrari vsq; ad pœnam mortis, prout post alios tradit Marāta, [d] & vnū delictum potest habere tales circunstantias, adeò enormes, vt pro vna vice, qua cōmittitur possit digne imponi pœna mortis, vt post alios tradit Iulius Clarus. [e] Et eadem ratione, etiamsi hic religiosus nō sit cōuictus & punitus tribus vicibus criminaliter, & iudicialiter, tot sunt circunstātiæ delictorum, quæ in titulo quæstionis proponuntur, & talis potest esse conditio delinquentis, quod secundū ius possunt eius prælati iudicare ipsum esse incorrigibilē, & à religione per cōsequens cum confusione esse dismembrandum, & expellendum. Præsertim, cū, vt proponitur in titulo quæstionis soleret iste falsa testimonia in rebus grauissimis cōtra viros graues affirmare, & seditiones in conuentibus seminare, discordias inter fratres mouēdo. Quod delictum perniciosissimum est Reipublicæ: præsertim in religiombus, in quibus sicut est bonū & iucundū habitare fratres in vnum: ita est malū & infestum

[d] Marāta in suo specul. fol. 29. post num. 53.

[e] Clar. lib. receptarum sententiarū §. sacrilegiū num. 3.

paci & tranquillitati religionum habitare diuisos & cõtrarios. Et ita D. Thomas [a] & alij, quos refert & sequitur Nauarrus hoc vitium, vt pernicioſissimũ ex terminãdum esse proclamant. Probatur etiam nostra sententia. Nã Pius V. anno Dñi millesimo quingentesimo sexagesimo sexto. Pontificatus sui anno primo, decima nona die Septẽbris *Ordini D. Hieronymi in Hispanijs concessit, & indulsit, quod capitulum generale, aut priuatum tantum possit fratres delinquẽtes in casibus, quibus quis de iure cõmuni ad mortẽ dãnatur perpetuo in carcere, vel eos in perpetuũ, aut ad tempus ad triremes relegare & cõdemnare & in alijs delictis grauioribus, aut grauissimis velut inobedientiæ cõtumaciæ, seu incorrigibilitatis eos etiã vsq; ad priuationem habitus inclusiue punire, & castigare,*

Circa quod cõsideranda sunt illa verba, *Et alijs delictis grauib⁹ aut grauissimis.* Nam dictio, *alijs*, designat similitudinem, & refert diuersum in substãtia, sed idẽ in qualitate, iuxta quãdã legem [b] & decretalem, prout tradit Bartolus. Vnde dixit Baldus, quẽ sequitur Quintilianus Mãdosius, quod si statutũ dicit quod aliquis puniatur pœna pedis, vel alia, intelligitur de simili. Vnde nõ de pœna pecuniaria intelligitur, quia nõ conuenit in genere pœnæ neq; de amputatione capitis, quia lõge remota est à tali pœna. Vnde in hac cõcessione illa dictio *alijs*, denotat alia similia delicta non longe remota à qualitate præcedentiũ delictorum, sed quædã delicta grauia, quæ proponitur, hũc religiosum cõmisisse: scilicet, delictum inobedientiæ, contumaciæ, quã habuit iste delinquens, qui vt probatũ est, satis est incorrigibilis de facto. Et insuper probatur nostrũ assertum. Dicit enim Pius V. quod possunt Prælati procedere vsq; ad priuationẽ habitus inclusiuè in delictis grauibus, aut grauissimis. *Illa* autẽ alternatiua *aut* innuit Prælatos non solum propter delicta grauissima posse procedere vsque ad priuationẽ habitus, cuiusmodi est incorrigibilitas: sed etiã propter grauia quæ denotant grauitatẽ nõ ita qualificata incorrigibilitate affectã. Quę autem sint delicta grauia & grauissima nõ explicant Doctores, regulam certam cõstituentes: imò hanc rem arbitrio boni viri relinquunt. Et hanc dicit cõmunem opinionẽ Alciatus, [c] prout illum refert & sequitur Villalobos. Vnde resolutiuè dico, hunc delinquentem posse à religione eijci propter eius delicta: quæ non solum sunt grauia, sed grauissima, cũ virtute dictæ cõcessionis, cuius nos Minoritæ per cõmunicationem priuilegiorũ participes sumus, possint propter talia delicta fratres à religione expelli.

[a] D. Thom. 2.2.q.73. Nauar. in cap. inter verba. 11.q.3. concluſ.6. à no. 419.

[b] l. si fugitiuum. C. de seruis fug. cũ glo. fi. c. sedes & ibi omnes de rescrip. Bartol. in l. sed & si quis §. quæsitũ. nu. 2. ff. si quis vocatus. Bald. in l. cõueticulum. col. 4. C. de epiſc. & cle. Mand. in regul. can. regul. 3, reseruat. q. 8. nu. 2. & 3.

[c] Alciat. in c. cum non ab homine. n. 18. de iudic. Villalo. in sua collect. cõmu. opin. lit. D. no. 16.

## ARTICVLVS XV.

### *Vtrum solũ Generalibus, aut Prouincialibus expulsio horum apostatarum, & delinquentium committatur.*

REspondeo dicendo, quod Alexander VI. prout dictũ est in articulo supra proximo, hoc tantũ Generalibus & Prouincialibus cõmisit cũ cõsensu maioris partis capituli Prouincialis. At Pius V. modificans cõcessionem factam ordini D. Hieronymi in articulo superiori relatam anno Dñi millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, *Statuit, cõsiderans, quod Prior generalis per cõstitutiones dicti ordinis habet omnimodam & ordinariã potestatẽ quã ipsum capitulum Generale tempore quo celebratur, habet: in priori generali concessit facultatẽ relegandi & cõdemnãdi præfatos delinquentes ad triremes perpetuas vel ad tempus, necnon priuandi habitu, & ipsum habitum extrahẽdi, & auferẽdi per se vel per suos ministros, dum tamen hæc omnia faciat de cõsilio fratrũ Monasterij Sãcti Bartholomæi.* Et ita habetur in compendio [d] priuilegiorum D. Hieronymi. Circa quam concessionem est primo notandum quod ea gaudent generales aliarum religionum habentium communicationem priuilegiorum, & Prouinciales non possunt ea gaudere, nisi ad id habeant commissionem à Patre Generali. Secundo est notandum circa illa verba, ibi, De cõsilio fratrũ Sancti Bartholomęi, quod ponuntur in dicta concessione illa verba, quia

[d] Verb. coademnare.

quia pater generalis ordinis D. Hieronymi habet in dicto monasterio suam cõtinuam habitationẽ, nec inde potest egredi, nisi cũ maxima limitatione, iuxta dicti ordinis rigorosas circa hoc constitutiones: & si alibi suã habitationem mutaret, ibi idem posset efficere cum cõsilio discretorum monasterij, vbi tunc haberet habitationẽ. Priuilegiũ enim Generalis in hoc casu personale est, & eius sequẽs personam, nõ autem locale respectu discretorum dicti monasterij. Pro cuius rei explicatione est notãda regula, quod ad cognoscẽdum vtrum priuilegium sit personale, debet in primis haberi respectus ad qualitatẽ rei cõcessæ, prout tradit Aimõ. [a] Item, & ad causam cõcessionis iuxta quandã iuris regulã, [b] sentiunt Romanus Aretinus, Baldus, & post Ancharranũ Alciatus. Ac idem dicẽdum est, si cõstet causam principalem priuilegij fuisse personã, nã tunc cẽsebitur personale. Et per cõtrarium si constet causam principalẽ priuilegium concedendi fuisse rem vel locum priuilegiũ censebitur reale. Nã in qualibet dispositione causa principalis & immediata inspicienda est, nõ autẽ secũdaria seu remota, & impulsiua. Si autem de hac causa non cõstet, quia non inuenitur expressa in cõcessione, tũc si verba referantur ad personam, præsumitur personam fuisse causam præcisam & immediatam cõcessionis, vt colligitur ex communi traditione: quæ habet priuilegium in dubio cẽseri personale, prout tradunt quædã glossa, Bartol. [c] & alij relati à Deciano & Natta. Et per cõtrarium si verba cõcessionis referantur ad rem siue locum, præsumitur rem siue locum fuisse causam principalẽ concessionis. Personam autem fuisse causam remotam siue impulsiuam cõcessionis. Ac proinde attenta causa principali priuilegium censebitur reale, prout allegando alios resoluit Natta, [d] & vt receptum tradunt Boerius, & Tiraquel. Ex quibus colligitur, quod cũ verba dictę cõcessionis minus principaliter referantur ad monasteriũ sancti Bartholomæi, sed principaliter referuntur ad generalem tale priuilegium erit personale, sequẽs ipsum generalem, vbicumq; fuerit. Qui tamen debet prædicta exequi cum cõsilio patrum, & seniorũ, nõ sancti Bartholomei præcise, sed illius, vbi tunc habuerit habitationẽ: sicut alia grauiora nõ potest executioni mandare sine præfato cõsilio prius habito, vt articulo sequenti disputabitur.

[a] Aimon cõsil. 404 à nu. 1. lib. 3.
[b] l. in omnibus causis. id. n. 2. de regul. iur. Roman in l. maritum n. 32. & ibi Aretin. col. 3. in princ. ff. solut. matri. Bald. in l. apud Iulian. §. idem Iulianus ad med. ff. de legat. 1. Alciat. consi. 203. no. 21. aliis consil. 7. no. 27. volu. 4.
[c] Gloss. in sum. 25. q. 2. Bart. consil. 189. nu. 4. Decian. cõsil. 56. n. 52. Natta cons. 163. n. 7. li. 1.
[d] Natta vbi sup. nu. 16. Boer. consi. 205. n. 1. lib. 1: Tiraq. in tract. de priuog. q. 40. n. 72. in fin.

## ARTICVLS XVI.

*Vtrùm Generales, aut Prouinciales possint eijcere incorrigibiles sine consilio Patrum.*

REspondeo dicendo, q̃ hoc dubium mouetur propter verba posita à Pio V. in dicta cõcessione, ibi, de cõsilio fratrum. Quod dubium in simili specie mouet Bursatus. [e] Et respõdet negatiue ea ratione, quia cõsilium quod ab aliquo non participe officij requiritur, non est necessario sequendũ: & dicti patres consulentes non sunt participes officij, sed tãtum reuerendissimus generalis. Nec ex eo quod iubeatur conuocare eos, infertur, quod consilium sit necessario sequendum, sed habendum tantum, vt vberius & vtilius officiũ exequatur: quod potest multis legibus [f] & exemplis comprobari, quibus consilium ad vtilitatem nõ ad necessitatẽ requiritur. Atq; imperator [g] profitetur omnia cũ peritorũ cõsilio facturum. Scientis enim est de vnaquaq; re sigillatim cõsulere, vt veritas facilius detegatur per plures, vt dicitur in quodã Canone, [h] quod ex multis confirmat Bursatus. [i] Nec refert, q̃ in priuilegio siue concessione dicatur quod procedatur de cõsilio iurisperitorum, quæ dictio, *de*, causam proximam, materialemq; significat, quod secus est, si dicatur ex consilio, vel aliter indefinite adhibito cõsilio. Quæ verba non ita præcise consilium sequendum dicunt, licet adhibendum tantum. Nam huic obiectioni respondet Bursatus, quod omnes istæ dictiones in re dicti consilij adhibendi, non differunt, cum videãtur tendere ad eundem finem, vt scilicet, adhibito consilio causa expediatur. Quare si consilium adhibendum ex virtute dictionis *ex* vel ex virtute dictionis *cum* sequendum non est: nec etiam est sequendum cum dictione *de*, inter quas nulla in proposito differentia constitui potest, vt sentit Bartolus. [k] Reprobando enim distinctionem prædictam ostendit nullum esse inter se harum dictionum discrimen respectu consilij adhibendi, vt posita vna necessario sit sequendum, positis autem alijs solum necessario sit adhibendum. Nam dictio *de* non semper arctat ad iudicandum iuxta consilium: vt cõmuniter dicitur de Põtifice ordinante aliquid, de fratrum suorum consilio.

[e] Bursa. lib. 1. cons. cõsi. 90. à nu. 35.
[f] l. si auram. C. de ingen. & manumiss. l. dubium. C. de repud.
[g] l. humanũ C. de legibus.
[h] Ca. de qui 20. distin.
[i] Bursa. vbi sup. nu. 40.
[k] Bart. in l. 1. §. si plures ff. de exercit. act.

Et licet dici soleat, formā à lege præscriptā actum reddere nullū, si omittatur, vt in consilio sapientis neglecto annotauit Scala. [a] At illud procedit cum à lege pro forma cōsilium requiritur, vel datur autoritas alicui qui antea eam non habebat, & cū aliās à lege libera alicui potestas tribuatur iudicādi, vt contra religiosos insolentes conceditur prælatis ea quā habent Episcopi circa suos clericos, tūc licet postea eisdem cōmittatur vt de vel ex consilio alterius expediat, nunquā tamē cogūtur consiliū adhibere. Quod autē ipsi prælati habeāt hanc potestatē corrigendi suos subditos exēptos à iurisdictione Episcoporum, clarū est cum habeant iurisdictionem quasi episcopalē circa eos. Verū tamen est, q̄ si dicta sententia fuerit data non sequuto cōsilio fratrū, ab ea potest appellari tanquā à sententia iniusta, vere vel præsumptiuè, prout allegando multos tenēt Iason, [b] & Bursatus. Sed dices, ad quid dicitur quod fiat cum consilio seniorum, si non est necesse illud sequi? Huic dubio iam ex dictis patet responsio. Sed pro maiori, & clariori explicatione, dico nunc, quod potest esse quod tale consiliū sit vtile, quia potest remouere prælatos ad aliquid faciendū q̄ forsitā per se nō fecisset: quia quod à pluribus quæritur facilius inuenitur. [c] Et habito consilio deliberent an expediat eis sequi consilium. Et ideo dicit Panormitanus, [d] quod est vtile in casu dubio exquirere consilium à plurimis tā literatis, quā illiteratis, sapientibus & insipientibus. Nam quādoq; parū sapientes habent incerta re electū intellectū & ingeniū acutius, sicut habemus exēplū in Ietro socero Moysis. Ex quibus infertur quod prælati volētes ab ordine insolentes expellere virtute concessionis Pij. V. superius allegatæ non tenentur sequi cōsiliū seniorū. At volentes eos expellere virtute concessionis Alexandri VI. tenentur sequi cōsensum maioris partis capituli. Ibi enim non cōceditur ipsis vt eam potestatē possint exercere cum consilio maioris partis capituli, sed cum consensu. Pro cuius rei explicatione, & probatione nota, maximā esse differentiā inter hoc verbū, cōsensus, & consilium. Nam quamuis vtrunque ex his verbis varie soleat accipi, aliter à Theologis aliter à Philosophis, & aliter à Iurisperitis, prout ait Ioānes Tabien. [e] Et ideo nos omissa multiplici eorum distinctione & declaratione quam tradunt [f] Nemesius, & Damascenus, quæ ad rem non pertinent in præsentia sufficere nobis censuimus de his eo ipso sensu agere, quo iuris Doctores vtuntur huiusmodi in cōmentarijs suis tractantes. Illi enim quærūt, quādo lex consensum aut cōsiliū alterius in aliquo actu requirat, put & nos hic quærimus, quomodo hæc verba sūt accipiēda? Et videmus eos hæc vocabula potius ab affectibus quibusdā denominare & distinguere, quā ab ipsorū propria vi & natura. Vnde appellare solent cōsensū cū volūtatis significatione, & approbatione, qui quando à lege requiritur necessaria est omnino ad actus validitatem, iuxta quandā [g] glossam cōmuniter receptā. Et ideo, siue in ipso actu, siue etiam post, interponi necessario debet; modo ille qui consentire debet in eo de quo agitur conuenire & concordem esse constet, prout tenet Abbas. [h] At consilium dixerunt esse, aliquid faciendi, aut nō faciendi excogitatam rationē, siue inquisitionem quandā alterius sentētiæ, quam lex præcipit explicari. Quod propriū & regulare est huius nominis, vnde consilium vtilitatis dici solet: quod quando à iure præcipitur exquiri debet, ante quā actus ipse consiciatur: cum hæc consilij sit natura, vt actum gerendū præcedat, iuxta quandā glossam [i] cōmuniter receptam, licet petentē nō obliget, vt illud postea sequi teneatur, si præcise in ratione consilij consideretur, prout dictum est: siquidem non ponitur consilium inter proprios actus legis, cuius est præcipere, sed ponitur inter ea quæ suadēt tantum & priuatis competunt, prout tradit Diuus Thomas. [k] Ex quo sequitur, quod dato cōsilio, is qui petijt, si id non probet liberum sit ei, id nō acceptare, cum consilium voluntatis esse dicatur, at dato consensu minime ab eo licet recedere, cum ad ipsius actus validitatem requiratur, prout luculenter tradit Cardinalis Paleotus. [l]

a Scala de consi. sapiē. lib. 1. c. 7. & de cōtract. & vlti. volū ta. ca. 11.

b Ias. in rub de iure iur. in fine. Bursat. in d. cōs. in fin.

c ca. de quibus 20. d.

d Panor. in c. cū ad nostram de cō suetud.

e Tabiē. verbo cōsilium no. 1. & ver. consensus.

f Nemesius. li. 5. de Philosoph. c. 5. Damas. li. 2 de Fide ort.

g glos. in c. 1. §. fi. ne sede vacante. in 6. & in c. si porro verbo, assensu. de rescript. in 6.

h Abb. in c. 1. de his quę fiūt à prælato. no. 3. & in c. cū in veteri de elect. no. 12.

i glos. in c. cū olim. de arbitr. vbi Abbas. n. 4.

k D. Th. 1. 2. q. 92. ar. 2. ad 2.

l Paleot. de sacri cōsist. consult. 1. p. q. 3. ar. 1. pa. 19. cū seq.

## ARTICVLVS. XVII.

### *Vtrùm dicti prælati possint expellere à religione homicidam.*

REspondeo dicendo, q̄ hoc dubiū mouetur propter verba cōstitutionis Pij V. superius allegatę, quæ habet posse fratres eijci à religione propter delicta propter quæ si in sæculo existerēt pœna mortis afflí-

affligerentur.Et sic dico,quod cū pœna homicidij sit hodie pœna mortis secundū communem opinionem, quā tradit Bosinus. [a] Quæ pœna imponitur hodie homicidæ tā plebeio,quā nobili,vt recipit in practica Bolencius, [b] sequitur quod frater homicida pœna expulsionis à religione potest puniri.Pro cuius rei explicatione est aduertendū,quod pluribus modis cōmittitur homicidiū.Aliquando enim quis proprijs manibus alium interficit:aliquādo mandat alteri vt homicidiū cōmittat;quo etiam casu tenetur de homicidio propter mandatū,perinde acsi ipse interfecisset, prout resoluit Iulius Clarus, [c] dicēs,quod similiter dicetur homicida dans aliquid mortiferum alicui ad comedendum,vel bibendum, & ille, qui misit aliquem per viam, in qua sciebat esse eius inimicū vt occideretur. Quę omnia iuribus claris confirmat. Verumtamen est,q; etiam in casibus,in quibus pœna mortis essent afficiendi in sæculo fratres, si talia ipsi perpetrassent,non cōdemnarem eos pœna mortis.Et in his intrepide sequerer doctrinā D. Bonauēturæ tenentis, hęc & alia similia priuilegia & iura in foro exteriori posse seruari:at in foro conscientiæ minime esse executioni mandanda, nisi negotium sit notoriū & taliter delinquentes sint incorrigibiles. Nam possunt hi casus cōtingere his fratribus ita repente sanguine ad cor ascendēte, vt eorum culpa non sit ita notabilis & enormis, ratione huius circunstantiæ. Et etiā si sit notabilis possunt habere talē contritionem & propositum pœnitentiam agendi, vt sit cōtra misericordiam, & æquitatē eos à religione eijcere,in qua sine periculo trāsgressionis votorum, quibus se Deo sacraue runt, possunt, prout tenentur sui peccati agere rigorosam pœnitentiam.

Aduertendum tamen, quod aliqua sunt delicta,quibus in mundo pœna vltimi supplicij & mortis infligitur, propter quæ minimè à religione sunt eius patratores reijciendi.Pœna enim mortis in mūdo cōdemnātur secundū ius [d] eximentes de manibus iustitiæ condemnatum ad mortem de tali crimine legitime conuictum. Quam opinionem asserit frequentiori calculo receptam Plaça, [e] quem sequitur Craueta, & testatur in practica receptam Iulius Clarus. At non debent religiosi hæc cōmittentes pœna exclusionis damnari; cum vt plurimum hęc pietate moti licet libertate nimia faciāt. Et de similibus simile erit iudicium faciendum. Præoculis iudices regulares habebūt magis benignitatem,quam rigorem,intelligentes ipsos magis constitui iudices ad suorum subditorum medicinam & correctionem, quàm in vindictam malefactorum & laudem bonorum.

[a] Bosin. in tit.de homicidio.n.109
[b] Bolenc.in repet.l.capitoliū. §. famosos.n.64 ff. de pœnis.
[c] Clar. libr. 5.recept. §. fin.q. 88. & q.90.
[d] l.Cuiuscū que ff. ad l. Iul.ma.
[e] Plaça lib. 1. de delict. c. 38. nu. 7. Craueta in Pertitu 169 nu.2. in fin. Iul.Clar. in pract. crim. q.68.n.10.

## ARTICVLS XVIII.

### *Vtrùm religiosus de crimine nefando cō uictus possit à religione expelli?*

REspondeo dicēdo; quod omnes presbyteri sæculares,& etiā regulares, cuiuscunque gradus, & dignitatis huiusmodi vitium exercentes remanent priuati omni priuilegio clericali & quocunq; officio & dignitate & beneficio Ecclesiastico. Ita quod per iudicem Ecclesiasticum degradati potestati statim sæculari tradantur.Ita ordinauit Pius Quintus anno incarnationis Dominicæ millesimo quingētesimo sexagesimo octauo,tertio kalendas Septembris,Pōtificatus sui anno tertio.Dixi exercentes.Nā illi,qui non exercent huiusmodi actū,licet pœna capitis puniantur, nōtamē rigorosa huius constitutionis pœna afficiūtur,prout aduertit Nauarrus.[f] Quod tenēdum est, licet Salzedo [g] eadem rigorosa pœna esse puniendum quemcunque Sodomitam,etiam hunc nefandum actum minimè continuantē.Considerare enim debuerat, quod licet idem Pius Quintus in alia eius constitutione data anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo sexto, cuius constitutionis meminit in allegata cōstitutione nullam fecerit mentionem huius verbi exercentes:sed tantum dicat: Si quis perpetrauit, in dicta tamen constitutione non tam rigorosas pœnas adhibuit sicut in secunda:& ideò nimirū si pœna primæ constitutionis cōprehendat perpetrantes:pœnę autem secundæ,quia grauiores comprehendant tantum exercentes. Hæc obiter dicta sint,quantum ad nostrum propositum. Loquendo autem de his, qui aliquando fragilitate humana in hoc vitium cadunt,dico quòd pœna capitis & cōbustionis secundū leges imperiales plectūtur.Imò tantū in affectu hoc peccatū cōmittentes eadē pœna cōdemnātur. Nā in delictis atrocissimis punitur affectus,& conatus,etiāsi effectus non sequa-

[f] Nau.ca.27. nor.249.
[g] Salzed. in pract. crim. cap.66.

sequatur, prout tenet glossa,[a] quã dicũt cõmuniter receptã Felinus, Couarruuias, & Afflictis, affirmans, se hanc opinionẽ vidisse per multos determinatam. Verumtamẽ est quod si quis actũ non consummasset, quia scilicet, in ipsas partes pudẽdas membrũ nõ imposuisset, sed tantũ extra vas se polluisset, non debet puniri pœna mortis, sed alia extraordinaria, secus autem si mẽbrum imposuisset, licet intus semen non emisisset. Et ita dicit Iulius Clarus[b] fuisse iudicatum in causa cuiusdam quẽ tantũ modo virgis cædi iussum est, à qua opinione quia mitior, dicit non esse recedendum. Ex quibus, quãtum ad nostrum propositum colligo primo, quod religiosi qui hoc crimen exercuisse conuicti sunt, pœna cõbustionis sunt affi ciendi, secundum cæremoniam in religionibus pro huiusmodi crimine vsitatam. Et à religione sunt expellendi, aut in triremes relegandi, cum huic vitio assuefacti incorrigibiles reputentur. Alios autem non huic vitio assuefactos nõ condemnarem ad expulsionem à religione in eis signa contritionis considerans, & videns cum ex confusione huius grauissimi peccati, & ex pœna ipsis publicè illata sæpesæpius conuertantur, in ipsum miserabiliter cadentes ad maximam pœnitentiã agendam, & ad vitam monasticã prosequendã. Sicut ego vidi in quodam graui viro in facti contingẽtia accidisse: qui cũ maximo honore in religione ad patres suos fuit appositus. Et minus condemnarẽ ad dictam expulsionem hoc crimen attentantes, licet pœna cõbustionis essent digni.

a glos. in l. 1 §. hæc autẽ. verba. ver. bouutamus ff. quodquisq; iuris. Fel. in c. 1. nu. 9. verb. limita 2. de offi. de leg. Cou. in cle. si furiosus fo. 276. n 6. Afflict. super 3. p. cõsti. regni. in rubri. 42. in princ. post. nu. 19.

b Clari. li. 5 sententi. recepta. §. sodomia. n. 8.

## ARTICVLVS. XIX.

### *Vtrum iustè expulsi à religione teneantur ad seruandã regulã quã vouerũt.*

REspondeo dicendo, quod doctissimus Sotus[c] in hęc verba prorumpens ait: quod à voto quidem obediẽtiæ absolutus manet, postquam prælatus eum reiecit, ac subinde à voto paupertatis, quandoquidem conuentus eum nõ alit: ac proinde à persoluendo officio diuino, nisi fuerit in sacris constitutus, atque à ieiunijs & alijs annexis religioni, siquidem illorum non fecit votum expressum, nec ad illa tenebatur, nisi ratione religionis, à qua expellitur. Sed tamen à voto castitatis minime eximitur, eoq; expresse illud emisit, nec prælatus potuit eum ab illo liberare: Hæc Soto. Qui multum satis indulget huiusmodi expulsis & multa in supradictis inculcat, quæ examinare oportet. In eo autem quod ait, à voto obediẽtiæ esse liberatum, grauissimi viri cõtrarium constanter asseuerant, dicentes, nõ eximi à voto obedientiæ, cum statim tenea tur adire Episcopum, significando se esse monachum, & expulsum à sua religione, & per consequens suæ ditioni addictum paratumque iussis ipsius obedire, vt possit Episcopus curam illius habere: adeo vt dicat Federicus[d] teneri Episcopum ipsi aliquem locum solitarium assignare, in quo commode possit substantialia suæ regulæ obseruare. Ad quæ seruanda tenetur, licet ab alijs absoluatur, quod ait Nauarrus,[e] nullo iure probari. Sufficit enim, vt maneat & viuat in aliquo loco honesto inter suos cognatos & amicos vel solitarius, sub obedientia tamen Episcopi. An autem debeat esse subiectus Episcopo originis, an domicilij, maxime torquetur alibi Nauar. De quo infra dicetur. Doctissimus Molina[g] religiosę Societatis Iesu præclarus alumnus, loquẽs de his iectis, tenet, quod nullius rei dominiũ possint sibi comparare, tacita tamen ad id eis cẽsetur concessa facultas. Tum quia sub religionis obedientia ac regula non viuunt tum etiam commoditas & vsus rerum, quas comparant id prædicãt. Et sic reprobat Nauarrũ dicentem, ipsum iuste iectum incidere in obediẽtiam Episcopi, vt non solum eo modo, quo alij clerici, sed etiã ex voto obedientiæ teneãtur eo modo illi obedire, quo ante tenebantur obedire suis prælatis. Ait enim Molina, hanc opinionem esse contra praxim in ecclesia receptam & omnino improbabilem. Religiosi enim illi non ad aliã obseruantiã tenentur ex voto, quam ad illam, quam sua sponte se voto astrinxerunt sua autem professione non se astrinxerunt obedire extra religionem Episcopo, sed in religione prælatis religionis. Quo fit, vt eo ipso, quod per expulsionẽ à monasterio eximuntur ab obedientia prælatorũ regulariũ & ab obseruãtia regulæ nõ incidant in aliã obedientiæ obligationẽ Episcopi, quã in eã quã clerici atq; alij eiusdẽ Episcopi illi obedire teneãtur. Confirmatur, quoniã ipse Nauarrus[h] affirmat, q̃ non tenentur ingredi aliã religionẽ etiã laxiorẽ, esto religio à qua sunt expulsi, aut Sũmus Põtifex id illis cõcedãt, quoniã id nõ vouerũt: ergo nõ tenẽtur aliter obedire Episcopo quã cæteri clerici Epis-

c Soto. li. 7. de iust. q. 1. ar. 1.

d Feder. cõsilio. 38.

e Naua. li. 3. consi. tit. de reg. con. 79.

f Nau. in c. nõ dicatis. 12. q. 1. nota. 34.

g Moli. 2. 2. tract. 2. disput. 140. pagi. 768.

h Nau. in c. nullã n. 46.

Episcopatus; siquidem id etiã non vouerũt. Satis ergo erit, si conentur taliter viuere, vt digni sint, qui iterum admittantur, paratiq; sint in eadem religione Prælato obedire, si sublatis impedimentis iterum admittantur. Hæc Molina.

Quantum autem ad id, quod asserit Soto non teneri expulsos officium diuinũ recitare aduerte, quod contrarium tenet Nauar. [a] Qui persistẽs in sua opinione, quod regulares ratione status tenentur ad persoluendas horas canonicas, licet non sint sacris ordinibus insigniti, tenet expulsos cum remaneãt regulares ad ipsas teneri: quoniã culpa non debet eis patrocinari, neq; libertatem conferre, iuxta ea, quæ in sacris Canonibus [b] habentur, quæ certè opinio mihi videtur vera. Non enim cõuenit hos exonerare; si quidem sua culpa à iugo Domini suaui sunt segregati; nisi in his, quæ cõmode in sæculo existentes seruare nõ possunt, vt est paupertas, quam non possunt cõmode seruare, cum ad eum statũ peruenerint, in quo non possunt non quærere alimẽta, si quidem iam sibi à religione minime suppeditantur. At in eo statu bene possunt horas Canonicas recitare: si quidem aliqui deuoti sæculares negotijs implicati eas quotidie deuote persoluunt. Quod maiori & fortiori ratione est asserendum in expulsis ab ordine Minorũ: cum nõ solum, vt Ecclesiastici, sed etiam ratione præcepti regulæ teneãtur ad recitationem horarum canonicarum secundũ ordinẽ sanctæ Romanæ Ecclesiæ, prout in sua regula profitẽtur. Nec ego certe hos excusarem à ieiunijs in eorum regula contentis. Cum etiam sub pœna peccati mortalis ad ea teneantur. Nec Sotus cõtrariũ tenet. Loquitur enim de ieiunijs in regula cõtentis, quorũ trãsgressio nõ est mortalis: prout cõtingit in religione Prædicatorũ.

[a] Nauar. de orat. cap. 7. num. 20.

[b] Cap. 1. de postul. prælat. l. ita qui vllo. ff. de furtis.

## ARTICVLVS XX.

*Verũ à monasterio eiectus rogans, vt iterum recipiatur, possit manere tuta conscientia in sæculo, si Prælati eum nolint recipere.*

[c] Federicus cons. 38.

[d] Nauar. in c. non dicatis nu. 36.

REspõdeo dicẽdo, q̃ potest remanere in sæculo in habitu clericali, q̃ut cõsuluit Federicus, [c] loquẽdo de monacho expulso iuridice, non autẽ de expulso per collusionẽ & iniuste. Sed Nauarrus [d] ait, quod eiectus iuridice nõ solum quando rogat, vt recipiatur in monasterium, & nõ recipitur, vt ait Federicus; sed etiã antequã roget, potest manere in habitu clericali; quia de rigore iuris nõ tenetur redire ad illud. Cuius opinio magis mihi arridet, quã opinio Soti [e] dicẽtis, quod saltẽ tenetur q̃curare, vt in alia religione recipiatur. Addit etiã Federicus, quod monachus trãslatus ad Ecclesiã parochialẽ potest manere sub habitu clericali sęculari. Quod adeò verũ intelligit [f] Nauarrus, q̃ nõ solũ monachus priuatus, sed etiã depositus ab Ecclesia parochiali, ad quã fuit canonice trãslatus, ratione cuius subiacebat Episcopo, potest & debet remanere sub obedientia Episcopi: sed etiãsi spõte legitimè renunciauit Ecclesiã. Tũ, quia in vtroq; casu eadẽ est ratio, & idẽ ius suadet: quia in vtroque casu absolutus est à sua religione: & in neutro potest reuocari ad clausttrum, iuxta quandã glossam [g] cõmuniter receptam, & quã plurimos canones id suadẽtes. Et stãte quodã priuilegio Innocentij IIII. quo prohibuit directè, vt fratres Minores, quos generales, aut q̃uinciales ministros ab ordine pro suis culpis expellere cõtigerit, vel egressi fuerint proprio motu, nõ prę̃sumãt prędicare, seu confessiones audire, vel docere, nisi de licentia Sedis Apostolicæ, aut prædictorum Ministrorũ ad aliũ transierint ordinẽ. Et voluit, quod si cõtra huiusmodi inhibitionẽ aliquid fuerit temere attentatũ, possint dicti Ministri in illos sententiam excõmunicationis q̃mulgare. Ita habetur in lib. Monumẽta [h] ordinũ. Qua cõcessione aliæ possunt vti religiones participes priuilegiorũ ordinum Minorũ. Ex hoc colligitur, q̃ cũ ipsis officiũ prædicãdi, cõfessiones audiẽdi, interdicatur, quod tales sunt infames, vt notat Lappus. [i] Et vt tales nõ cõpellentur prælati eos recipere ad suã religionẽ; cũ secundum ius infames recipere, minimè cõpellãtur. Imo secundũ constitutionẽ nouissimã Sixti V. q̃hibentur recipi ad religionẽ hi, qui propter eorũdelicta inter infames numerãtur. Quę cõstitutio videtur extẽdenda etiã ad huiusmodi eiectos, qui velut sæculares quãtum ad hoc reputantur, cũ iam sint exempti ab obedientia suorũ regularium prælatorũ. Prętereà, si iustè eiecti possent cõpellere prælatos, vt iterum recipiantur, iã priuilegia eis concessa, quibus possunt perpetuo eijcere criminosos à religione frustratoria redderentur.

[e] Sot. lib. 7. de iust. q. 7. art. 1.

[f] Nauar. lib. 3. cons. titu. de reg. cõs. 79.

[g] Glossa in Clemẽ. 1. §. ad hoc de statu monacho. verbo, clausttrũ ca. si quis trãslatus 21. q. 1. & c. quædam. 16. q. 2.

[h] In 1. impres. fol. 36. & in 2. folio 120. concess. 261.

[i] Lappus ad dictũ Federici cõs. 38.

ART.

## ARTICVLVS XXI.

*Vtrum legitime eiectus possit intrare in aliam religionem sine licentia superioris, qui eum eiecit.*

REspondeo dicendo, quod doctissimus Nauarrus [a] tenet, quod possunt sine illa licentia transire ad aliam religionem, siue strictiorem, siue æqualem, siue laxiorem, quam possent intrare, si nunquam intrassent illam, à qua sunt iam soluti per sententiam iuridicam, & definitiuam, per quam extincta est obligatio, qua tenebantur tali regulæ: cum obligatio extincta non possit reuiuiscere, neque impedimentum tollere neque auferre, iuxta quandam legem. [b] Nec supradictis obstat quædam Decretalis, [c] que habet, prælatos superiores ordinum teneri ad requirendum quot annis fugitiuos & eiectos, & cogere monasteria ad eos recipiendos. Nam respondet Nauarrus, quod loquitur de fugitiuis eiectis iniuste, vel inordinate per sententias interloquutorias, vel sine causæ cognitione, vel etiam de iuste & ordinate eiectis, sed volentibus ad monasteria redire, prout soluit idē Nauarrus. [d] Nec huic solutioni obstant quæ addit additio ad consilium septuagesimum septimum Nauarri libro tertio consiliorum, titulo de regularibus. Vbi ait, quod periculosa est explicatio dicti capituli, si intelligatur solum de iniuste eiectis vel per sententiam interloquutoriam: quandoquidem ista Decretalis etiam expresse loquitur de illis regularibus eiectis, qui secundum ordinem regularem non possunt amplius recipi, qui non possunt esse alij, ni si iuste & definitiue eiecti. Nam huic obiectioni respondetur, quod possunt esse alij, præter iuste & definitiue eiectos, illi, scilicet qui fuerint eiecti iniuste, non seruato iuris neque regulæ ordine: qui seruato ordine regulari non possunt recipi, cum sint incorrigibiles de facto, & tot vitijs innodati, qui si recipiantur, eorum receptio ad religionem erit periculosa, nam poset multis religiosis ruina subesse immiscendo vitia, & corrumpendo bonos mores colloquijs prauis, & seminando zizaniam inter fratres, ad similitudinem inimici hominis, qui superseminauit zizaniam. Et etiam erit scandalosa sæcularibus & alijs regularibus propter notorietatem delictorum, quæ commiserunt: & ita deberent isti incarcerari in locis competentibus sine graui scandalo. Et iuxta supradicta debet explicari concessio Innocentij Quarti, qua concessit, vt eiecti, vel egressi de prædicto ordine Minorum possunt transire ad alios ordines approbatos, præter quam ad Beati Augustini Templariorum, Hospitaliorum, & aliorū religiosorum arma portantium, deferendo tamen literas testimoniales generalis, vel prouincialis dicti ordinis. Et inhibuit districte ne tales fratres aliter ad alium ordinem transeant, vel aliqui eos recipere, seu retinere præsumant, absque licentia speciali sedis Apostolicæ facienti de præsentibus mentionem. Ita habetur [e] in libro Monumenta ordinum.

Circa quam concessionem est notandum quod inhibuit Summus Pontifex ab alijs ordinibus recipi sine literis dimissorijs testimonialibus, non tamen irritauit receptionem, aut professionem, nihilominus puto professionem ab ipsis factam in his religionibus non valere. Est enim regula glossæ [f] singularis & solennis, quæ dicit, quod non valet confirmatio inquisitione omissa, quæ præmitti debet, & similiter in proposito videtur irrita dicta receptio non seruata inquisitione de literis testimonialibus. Et sic per dictam glossam tenet Felinus [g] communiter receptus, quod non valet actus ab eo cui data est potestas faciendi illum adiecta certa forma, si non seruat omnia, nec habet aliunde potestatem, qua illum faciat.

a Nau. li. 8. consi. tit. de reg. cō si. 78.

b l. qui res. §. aream. ff. solut.

c ca. vlti. de regu.

d Nau. in c. non dicatis n. 36.

e in 1. imp. fo. 37. & in. 2. fo. 120. cō ce. 162.

f glo. in clemen. 1. ver. inhibentes de iur. patr. c. promo. & elect. li. 6.

g Feli. in c. ex parte. co. 4. de consti.

## ARTICVLVS. XXII.

*Vtrum prælati possint expellere incorrigibilem à sua religione, iubendo ei, vt ingrediatur aliam strictiorem intra certum tempus.*

REspondeo dicendo, quod non, prout probat Nauarrus [h], quia iudici extra territorium iudicanti non est parendum, iuxta vulgaria iura. [i] Et sicut iudex non potest iudicare extra territorium, & locum, vbi habet iurisdictionem, ita non potest extra tempus, intra quod habet illam, valet enim argumentum de loco ad tempus, iuxta quandā [k] legem. Cum ergo prouincialis habeat iurisdictionem in suum religiosum quanto tempore subditur illi, at si mul vt priuatur habitu definit esse eius subditus: ergo nō potest in illud tēpus illū obligare, tum quia paria sunt facere aliqua in tempore prohibito, vel in tempus prohibi-

h Nau. li. 3. consi. tit. de reg. con. 77. n. 2.

i l. fi. ff. de iur. omni. iudi. c. 2. decō stit. lib. 2.

k l. viuum si cert. peta.

hibitū. Nā ſicut donatio coniugis facta con iugi tempore, quo non eſt coniux, nō valet: ita donatio ſponſæ, pro tempore, quo eſt futura coniux non valet, iuxta quandam legem. [a] Sed licet iſta opinio ſit vera fundamentum tamen Nauarri ad eam compro bandam non me conuincit. Nam illud prælati præceptum (vt ſupponitur) ponitur, vt pœna debita delicto ſubditi incorrigibilis. Et licet dicti prælati non habeāt iuriſdictionem in excluſum, poſtquam ipſe eſt iā ab eorum iuriſdictione exemptus, habent tamen iuriſdictionem in ipſum, vt iudices potentes eum cōdemnare ad ſimilia, & obli gare per ſentētiam diffinitiuam. Quod experientia & cōſuetudine comprobatur. Videmus enim prælatos diffinitiuè hos incor rigibiles condēnantes, eos obligare per expulſionis ſententiam, ne in tales ciuitates & territoriū ingrediantur, aut accedant gra uiſsimis id caulis ſuadētibus. Et nemo, quē ego viderim firmauit hanc ſententiam minimè dictos expulſos obligare: præſertim, cum ipſi ei aſſentirent. Ex alia ergo parte opinio Nauarri venit iure optimo ſequenda. Obligare enim aliquem per ſententiam diffinitiuam, vt ſtrictiorem religionem ingrediatur metas naturæ voti videtur tranſgredi, cum vota in dicta religione emittenda voluntaria eſſe debeant. Et ſicut quis propter eius delicta non poteſt in ipſorum pœnam obligari, vt religionem ingrediatur, & ibi emittat profeſsionem: ita ſimiliter hi expulſi minimè poſſunt ad id aſ-
[a] 2.tom.ca. 93.pag. 335. ſtringi, iuxta quæ latè notauimus in noſtra ſumma [a] confeſſorum.

## ARTICVLVS XXIII.

### *Vtrùm promotus tantum ad ſacrū ſubdiaconatus ordinē, ſi expellatur propter eius delicta ab ordine poſsit ordinari ab Epiſcopis.*

REſpōdeo dicēdo, q̄ ſi præfatus ſubdiaconus fuit iectus ob aliquod delictū inducens irregularitatē, à qua non poteſt Epiſcopus abſoluere, oportet pro diſpēſatione recurrere ad Papā, ſi antequàm eijciatur non fuit cum ipſo diſpenſatum per priuilegia ordinis ad id facultatē conceden tia. Vnde prælati regulares ſententia diffinitiua eos eijcientes debēt cum eis expreſſe diſpenſare in his, quæ poſſunt (ſi ipſis videbitur expedire) vt poſsint ad alios ordines aſcendere, & in promotis miniſtrare, ita vt Epiſcopis hæc pateant. Et fere ſemper hoc debent facere: nam regulariter iſti eijciuntur propter grauiſsimorum delictorum notorietatem, ratione quorum incurritur irregularitas Papæ reſeruata. Verū tamen eſt, quòd ſi dicta delicta, ob quæ ab ordine eijcitur inducunt irregularitatem, aut aliā inhabilitatem, ſuper quam poteſt Epiſcopus diſpenſare, poterit quidem Epiſcopus cui ſe ſubiecit recipere illum, & ſi habet beneficium ſufficiens ad honeſte viuendum, & eſt idoneus ætate, & literis, & moribus in ſacerdotem Domini ordinare, facta eis prius fide de alijs ordinibus ritè in religione ſuſceptis, & facta diſpenſatione in ſuperdicta irregularitate, & inhabilitate. Poterit etiam eū ad titulum patrimonij ordinare. Licet enim ipſe non poſsit habere proprium, quia dominium in particulari eſt cōtra votum paupertatis, à quo ſecundum cōmunem, non fuit per expulſionem abſolutus: non tamen eſt ei prohibitū habere bona quæſita Epiſcopo, & Eccleſiæ, vt in ſuperioribus dictum eſt, quibus ſe honeſtè & decenter inhabitu clericali ſuſtētare poſsit, ad quod patrimonium ſufficiens poſtulatur, ne, ſcilicet, mendicare cogatur. Aliqua ex dictis colliguntur ex traditis à Nauarro. [b]

[b] Naua. lib. 3. conſil. tit. de regul. cō ſil. 84.

## ARTICVLVS XXIIII.

### *Cui Epiſcopo erunt ſubiecti expulſi à religione, an Epiſcopo originis, an domicilij.*

REſpondeo dicendo, certum eſſe hos eiectos debere ſe Epiſcopis cum literis teſtimonialibus præſentare, prout dictum eſt inſuperioribus. Sed quod quærit titulus quæſtionis eſt, an ſe præſentare teneantur Epiſcopo originis, an Epiſcopo domicilij, vt ſub eorum ſicut alij clerici ſint iuriſdictione? Cui dubio reſpondet Nauarrus, [c] quòd debēt ſe præſentare Epiſcopo originis, quod ꝓbat: Nā, aut debēt eſſe ſubiecti Epiſcopo domicilij cui ſuberant ante religionis ingreſſum, aut Epiſcopo beneficij,

[c] Nauar. in cap. non dicatis. n. 42.

cij quod habent aut Episcopo in cuius ditione est situm monasterium, à quo ejiciũtur, aut Episcopo originis. Non Episcopo beneficij & monachatus & domicilij, nam hic est mutabilis, nõ enim durat nisi quoad fuerit Abbas monachus, aut beneficiarius secundum Bartolum [a] receptum: relinquitur ergo vt maneãt subiecta Episcopo originis, qui est immutabilis, iuxta quandam legem, [b] & non perditur per accessionem dignitatis, quæ non tollit sed accumulat domicilium, iuxta aliam legem, [c] vbi notat Bartolus. At ratio ista non omnino me conuincit, vt obligemus hos miseros subijci Episcopis originis cum maxima aliquando sui & suorum infamia, præcludendo eis viam, ne ad partes remotas transmeare possint: & sic existimo, hos cuicunque Ordinario posse se subdere. Nec obstat, quod ante quam se præsentent alicui Ordinario erunt sine capite: nã respondetur, quod tũc eorum Ordinarius erit Summus Pontifex, cum si per sententiam à natiuis prouincijs relegentur soli Papæ sint subiecti, vt concedit idem Nauarrus, [d] dicens, eius iurisdictioni spirituali subiectos iri, eique soli, quæcunque quæsierint quæsituros. Et si forte ab vrbe exterminentur satisfacerent forte suis conscientijs eligendo aliquem antistitem cui subdantur, argumento cuiusdam decretalis [e]. Vnde si moriantur antequam se alicui Ordinario præsentent bona per ipsos quæsita nomine spoliorum ad reuerendam cameram pertinebunt, iuxta quandã cõstitutionem Gregorij XIII. de qua in superioribus [f] mentionem fecimus.

a Bar. in l. 1. ff. ad municipa.
b l. assũptio ff. ad municip.
c l. senatores. ff. de senat. vbi Bartolus.
d Nau. in d. c. non dicatis n. 34.
e c. nihil de electio.
f. su. hac.

## ARTICVLVS XXV.

### *Cui acquirant isti legitime expulsi.*

REspondeo dicendo, quod non acquirunt monasterijs à quibus fuerunt expulsi cum desinant esse regulares, & membra obedientiaria talium monasteriorum, prout argumento aliquorum canonũ tradit Nauarrus. [g] Sibi autem ea acquirere non possunt cum sint incapaces cuiuslibet iuris pecuniarij ratione voti solennis, à quo per suam culpam & sententiam contra eos latam non absoluuntur. Vt tenet Cardinalis [h] dicens, quod quando priuatur monachus præbenda, si quam accepit, & voce in capitulo non desinit esse monachus, acquirit autem verum rerum dominium Deo, & ius administrandi vero eius vicario Papæ, & etiam speciale ecclesiæ sæculari, vel regulari, si ad eam legitime translatus fuerit, iuxta sacros Canones, [i] alioquin Episcopo, vt ait Panormitanus. [k] Tũ quia sub eius obedientia viuendum est illi quia per electionem iustam recidit in eam, à qua liberatus fuerat per professionem, ita Nauarrus. [l] Sed doctissimus Molina [m] recedit ab opinione Nauarri & aliorum, dicẽs q licet nullius rei dominiũ possit sibi comparare, tacite tamen censetur ei concessa: tum quia sub religionis obedientia, ac regula non viuit: tum etiã commoditas, & vsus rerum quas comparauerit. Nec acquiescit Nauarro & alijs dicentibus, debere dictum expulsum præstare obedientiam, vt monachum Episcopo, sufficit enim, vt ei præstet eam ad modum aliorum clericorum sæcularium, prout praxis iam recipit, quibus ego addendum iudico, quod licet alij clerici sæculares possent testari de rebus ab ipsis acquisitis, quocunque modo etiam de bonis ecclesiasticis, prout in Hispania receptum esse diximus in nostra [n] Summa confessorum: hi tamen expulsi licet subdantur Episcopo, vt clerici, non tamen possunt bonorum à se acquisitorum condere testamentum. Imo videtur bona quæ reliquerit nomine spoliorum Sedi Apostolicæ esse applicanda, iuxta constitutionem Gregorij Tertij decimi in superioribus citatã.

g ca. si quis trãslatus. 21. q. 2. & ca. ne pro cuiuslibet. 16. q. 1. Nau. vbi su. n. 33.
h Car. in clemẽ. 1. §. quia vero q. 1. de statu mona.
i ca. si quis iam. 21. q. 2. &c. ne pro cuiuslibet. 16. q. 1. iuncta glos.
k Panor. in c. fi. de regu.
l Nau. vbi su
m Mol. 2. 2. tract. 2. disp. 140. pa. 768.
n 2. to. c. 60. conf. 6. n. 7. pa. 25. col. 1.

## ARTICVLVS. XXVI.

### *Vtrùm eiectus teneatur vti habitu clericali Ordini suo conuenienti*

REspondeo dicendo, quod religiosus eiectus, & exautorizatus habitu per sententiam iustam, potest debetque vti habitu clericali ordini suo conuenienti sine vlla Papæ dispensatione, quia religionis habitu contra sententiam vti nequit, prout tenet Nauarrus. [o] Verum tamen est, quod eiectus à monasterio, quia nolunt eum recipere, non potest propria autoritate habitum relinquere, nec eius superior, imo nullus inferior Papa potest in hoc dispensare. Imo temere propria autoritate illum relinquens est excommunicatus, prout dicitur

o Nau. lib. 3. consi. tit. de reg. col. 76.

citur in iure. [a] Dixi temere:nam relinquēs bona fide sine scandalo, assumens alium religionis in genere habitum,putans sibi licere,non dicerem excommunicatum.Nā trāsgrediens ius humanum bona fide putans sibi licere non peccat mortaliter,prout tenēt Innocentius, [b] Baldus,& Felinus,D. Thomas & eius commētator Caietanus. Verum est tamen,quòd si transeat ad aliam religionem potest eius assumere habitū iuxta ea, quæ in iure [c] notantur.

## ARTICVLVS. XXVII.

### *Vtrùm isti eiecti possint tradi brachio seculari,vt corporaliter puniantur.*

REspondeo dicendo,quod si considerentur verba cuiusdam Decretalis [d] videtur dicendum, quod non debēt puniri ad mortem,sed tantum pœna exilij,vel alia legitima pœna;& verbum,alia, est de simili intelligendum. Sed in hoc non est insistendum: aliud enim praxis obseruat. Iudices enim seculares illos puniūt pœna mortis,& ita vbiq; seruari testatur Cassaneus. [e] Et vt clericus in sacris constitutus possit hac pœna puniri à iudice seculari, requiritur vltra degradationem,quod sit traditus Curiæ seculari. Clericus autem etiam depositus nō debet tradi Curiæ seculari, nisi sit incorrigibilis.Et hæc est cōmunis opinio, quā sequitur Abbas, [f] quam tenet Alexander [g] de Neuo & tradit Syluester. Dixi regulariter. Nā cum clericus cōdēnatus pro enormi crimine sit deponendus,& tradendus Curię seculari, post depositionem statim potest tradi Curiæ seculari, & non debet expectari quòd sit incorrigibilis, prout resoluit Bernardus Diaz [h] relatus & secutus per Couarruuiam & Follerium Plaçam & Iulium Clarum.Et idem dicendum est de monacho propter aliquod graue delictum cōuictum, & ad mortem condemnatum à iudicibus secularibus autoritatem Apostolicam ad id habentibus. Dixi à iudicibus secularibus: nam à iudicibus regularibus suæ religionis nunquam ad mortem condemnatur, iuxta determinationem Decretalis in principio allegatæ; sed tantum condemnatur ad exilium, aut triremes, ad quas possunt à dictis prælatis iure optimo condemnari iuxta ea, quæ tradunt Nauarrus, [i] & Duarenus. A qua opinione non recedit Iulius Clarus,prout diximus in nostra summa confessorum in ordine iudiciali.

## ARTICVLVS XXVIII.

### *Vtrùm eiectus à sua religione si ad eam iterum recipiatur necessarium sit, quod in ea iterum profiteatur.*

REspondeo dicendo, quòd cum essentia status religionis consistat in tribus votis essentialibus, à quibus eiectus nō fuit absolutus, vt constat ex dictis in superioribus,videtur dicendum, quod talis eiectus, non tenetur iterum profiteri. At pro contraria parte facit: nam cum religiosus ad aliam se conferens religionem teneatur in ea iterum profiteri, non obstante, quòd ea religio eadem vota essentialia habeat, sicut prima propter distinctas asperitates, quam secunda habet religio,videtur asserēdum,quòd licèt prædictus eiectus non fuerit à prædictis tribus votis essentialibus absolutus, si vult redire ad suum primæuum ordinem,debet in eo iterum profiteri, propter præcepta suæ religionis, à quibus per eiectionem secundum communem fuit liberatus:quorum obligatio nisi per nouum cōsensum minime reuiuiscere posse videtur. His pro vtraque parte positis, dico, quod minimè iste talis tenetur profiteri, sed solū tenetur se committere curiæ sui prælati:per quam submissionem iam subijcitur iugo religionis,à quo fuit liberatus, cui statui sunt annexa omnia alia ipsius religionis præcepta.Et si diceremus ipsum iterum teneri profiteri,consequenter est dicendum,debere & teneri annum probationis continuum conplere: Cū in omni religione minimè sit permissum ante annum probationis completum integrum, & continuatum, professionem emittere iuxta decretum sacri Cōcilij Tridentini. [k] Nec obstat quod adduximus incontrarium.Concedimus enim,quod si iste ad aliam se transferret religionem ibi necessario deberet iterum profiteri,non obstāte, quod tribus votis essentialibus semper fuit & remansit ligatus: nā talis ignorabat asperitates secundæ religionis, quibus se de nouo astringi necesse est. At in proposito cū hic reuertatur ad suam primā religionē, hæc ratio cessat: cum scientia experimen-

X tali

a c.2.ne cleric.vel vouent.lib.6.

b Innocē.in c.per tuas d̄ symon.Bal. in.l. ab eo. C.quoniā& quando Feli. in.c.1.fallent.7. de re iud.D.Tho. & Caiet.2.2 q.74.ar.3.

c c.gesta cū glo.74.d.

d c.cum nō ab homine de iudic.

e Cassan. in consuetud. Burg.fol.51 n.66.

f Abb.in. c. atsi clerici post.nu. 38. de iudi. versic.& sic residet

g Neuo,cōsil.59 nu.28. & n.30.Syl. v. degradatio n.4.

h Diaz in prac.c.9.Couar.lib.2.vari.c.20. post n.7.Folle.in pract. crim. fol.66 n. 47, circa fin.Plaça lib.1. de delict.ca.21. Clarus in pract. q. 36, n.40.

i Nau.in.ca. nullam.n.18 q.2. nu. 52. Duaren.li.2 de sacris eccle.myst.c.3 Clar. in practi.crim.§. fi.q.70.vers. frequens.

k Con.Tri. ses.25.de regul.c.15.

tali perceperit eius asperitatis. Præterea iste electus non fuit omnino absolutus à dictis accidentalibus obligationibus, sed tãtũ fuit suspensus ab eorũ obseruantia interim dũ extra religionẽ versaretur. Et hoc innuit cõmunis doctorũ tractans; Vtrũ ipse ad suã religionem teneatur procurare reuerti, & vtrum eius religio eum suscipere obligetur: de quibus in superioribus agemus.

Aduertendum tamen, quòd si de nouo iste recipiatur, non debet restitui ad eum locum, & gradum, à quo ante sententiam erat collocatus. Licet enim nunquam fuerit absolutus à dictis tribus votis, subiecit tamen se nouè potestati eius, à qua fuerat per expulsionem liberatus, commutando obedientiam datam Episcopo, in obedientiam de nouo datam prælato regulari. Et ita nouam, vt Episcopo tanquam iudici & prælato in spiritualibus subderetur, non tamen tanquam patri, ratione cuius non poterat ipse Episcopus eius vota irritare. Modo autem ad religionem se iterum conuertẽs sub ijcit se suo prælato tanquam iudici, manens sub eius iurisdictione, & tanquam patri manens sub eius potestate, & sic acquirit istam ex omni parte nouam subiectionem ratione cuius non debet habere eundem locum & gradum, quem ante sententiam habebat, sicut habent veterani religionum milites. Hæc mihi probatissima videntur; licèt Nauarrus [a] agens de hac posteriori difficultate varius & indeterminatus videatur.

a Nau in.d. consi.79.

## QVÆSTIO XXXI.

### De baptismo, in sex articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæ runtur sex.*

1 *AN monachi possint baptizare.*
2 *An Canonici regulares possint esse patrini in baptismo.*
3 *Vtrùm religiosi in partibus Indiarum possint baptizare.*
4 *Vtrùm filij Hispanorum vocati meslici possint in Indijs per fratres baptizari.*
5 *Vtrũ dicti fratres possint vti oleo Sãcto & chrismate antiquis in baptismo.*
6 *Vtrùm baptismus in his partibus possit conferri extra ecclesias.*

### *ARTICVLUS I.*

### *Vtrum monachi possint baptizare.*

REspondeo dicendo, q̃ Pelagius [b] Papa scribit probos, ac doctos monachos presbyteri honore dedicatos prædicare & baptizare posse, nec inuenio in iure canonico hoc illis prohiberi. Licet enim Eugenius [c] Papa prohibuerit monachos baptizare, hoc est intelligẽdũ, si id faciũt sine licẽtia ordinarij iuxta ea, quæ in quadã Clemẽtina [d] notantur. Quod autẽ inuenio in sacris canonibus prohiberi ipsis monachis est, esse compatres virorũ, vel mulierũ. Dicitur enim in Concilio Antisiodorẽsi, [e] ne monachi cõpatres cõmatres ve faciãt, & ne osculentur fœminas. Cuius Concilij quantũ ad hoc meminit Petrus Gregorius. [f] Et in eodẽ Concilio [g] dicitur: nõ licet Abbati, vel monacho de baptismo suscipere filios, nec commatres habere. Quod ipsum Eugenius Papa Monachis inhibuit, prout dictũ est supra. Et ratio huius prohibitionis meo iudicio fuit, quam tãgit quędã glossa, [h] scilicet, ne osculẽtur fœminas, in quibus tãgitur, vt inquit glossa consuetudo aliquorũ locorum, vbi cõpatres osculabantur cõmatres. Propter quã cõsuetudinẽ decreuerũt Conciliũ & Pontifices, ne monachi cõpatres fierent, ne hac occasione inter fratres vel de fratribus scãdalũ haberetur. Et seraphicus Pater noster Franciscus castitatis summe amator propter eãdẽ forte aliquarũ prouinciarũ consuetudinẽ, sicut in regula prohibuit suis fratribus habere suspecta consortia virorum seu mulierum: Ita etiam prohibuit eisdem fieri compatres virorum, vel mulierum, cuius præcepti causam adducit dicẽs, ne forte, scilicet, inter fratres, vel de fratribus scandalum oriatur, alludens fortè ad consuetudinem osculandi commatres.

b ca. doctos 16.q.1.
c c.placuit. 16.q.1.
d Clem.1.d priuil.
e c. monac. de consecr. dist.4.
f Pet.Greg. lib.8.synt agm iur.p. c.8. circa fi. & lib.1.c.13 n.17.
g c.nõ licet de consecr. d.4.
h Glo.d.ca. monachi, v. osculẽtur

Ex quibus infertur primo, quod non prohibuit Pater noster Franciscus in sua regula fratres suos baptizare. Non enim est credendum sanctissimum Patrem animarum maximum zelatorem prohibuisse suis fratribus, præsertim in extrema necessitate huius sacramenti administrationem: cum, propter maximã eius necessitatẽ, quia est ianua omnium sacramentorũ, Cõcilia generalia decreuerint, quod quilibet homo, qui loqui potest & lauare, est sufficiens eius mini

minister,siue sit vir,siue fœmina: fidelis siue infidelis,baptizatus vel non baptizatus, dũ modo sciat lauare & verba proferre cum debita intentione.Ita definitum est in Concilio Florentino sub Eugenio Papa, & probat ex multis Xuarez. [a] Et sic in Capitulo Meclinensi nostræ religionis generali declaratur prædictum præceptum nostræ regulæ in hunc modum; Scilicet, quod frater sacerdos in extrema necessitate possit paruulo dare sacramentum baptismatis dũ modo non adsit alius sacerdos etiam in præsentia virorum secularium laicorum. Et quod in regula prohibetur, ne fratres fiant compatres,&c.Intelligendum est,quoad eleuationem prædictam.Quia vt dictum est in casu necessitatis absente sacerdote seculari, vel alterius professionis, bene possunt fratres nostri sacerdotes baptizare.Ita habetur in libro Monumẽta [b] ordinum. Ex quo infertur,quòd in regula Patris nostri Fracisci solum prohibetur, quòd fratres fiant compatres quoad eleuationẽ de fonte baptismatis. Pro cuius præcepti explicatione nota ex D.Thoma, [c] quod ex institutione Ecclesię præceptũ est vt præter baptizatũ & baptizãtẽ,adhibeatur alia persona in baptismo solenni, quæ baptizatum suscipiat de sacro fonte.Quam consuetudinẽ fuisse antiquissimã constat ex D.Dionysio, [d] & ex Tertulliano & ex Augustino. Munus autẽ huius susceptoris præcipuũ est,vt puerũ baptizatũ de manu baptizãtis,velut sub tutela& cura sua suscipiat,vt colligitur excitatis patribus,& in iure [e] canonico cõtinetur, & hoc munus explicatur per actũ suscipiendi baptizatum. Non oportet autẽ hanc susceptionẽ solũ materialiter,seu grammaticaliter intelligere,sed intelligenda est moraliter:quia susceptor sub sua cura alterũ suscipit.Quanuis necessarius etiam sit aliquis corporalis contactus,quo munus illud exterius exerceatur,& significetur ipsa moralis susceptio & obligatio. Et ideo solet hic susceptor vocari,fideiussor,vt patet ex D.Dionysio, [f] & ex D. Augustino, & ex Tertulliano, [g] & ex Concilio Parisiensi:& fidei Doctor apud Augustinũ; [h] quia suscipiẽdo baptizatũ virtualiter fideiubet, & promittit se habiturũ curam salutis spiritualis illius. Atq; hinc incitatis decretis cautum est, vt hic susceptor idoneus sit, atque expeditus ad exercẽdum munus,ad quod assumitur. Vnde cum hæc cura & solicitudo nõ possit expediri à monachis;ideo vltra rationẽ supradictã prohibita ipsis fuit talis susceptio. Cõsiderauerũt enim S.Patres ipsos monachos,tamq; obedientiæ addictos, esse vagos & peregrinos, non habentes in hoc mundo ciuitatem permanentẽ,& non posse semper habere domicilium in loco vbi morãtur illi, quos de fonte baptismatis eleuauerunt; Et sic in eorum cura & solicitudine esse necessario defecturos. Ex qua ratione infero etiam, in baptismo priuato minime monachos & præcipue fratres Minores posse esse susceptores: cum etiam in eo virtualiter obligantur. Et secundum opinionem doctissimorum [i] virorum etiam per eam susceptionem cõpaternitas oriatur,cum oriatur spiritualis cognatio.

a Xuar. 3. p. q.67.disp.23 sess.1.

b In.i.impr. fol.228. tractat.3. &. 2. fol.249. tracta.2.

c D.Tho.3. p.q.67.art.7.

d De ecclesiast.Hierar. c.2.Tertull. de baptis.c. 18. August. lib.1. de pec ca.merit.134

e c.in catechis. & seq. de conse. d. 4.Con. Tri. sess.24.c.2.de reform.

f Diony.vbi supr.ca. nos autem de cõsec.d.4. August.in sermo. 216. & 13.& 215.de tempor.

g Tertul. vbi sup.Con. Paris.ab.1.c. 54.

h Augusti. epist.23.

i D.Tho. in 4.d.42.& Naua. in. man. c.16.n.34. & c.22.n.40.

## ARTICVLVS II.

### *An canonici regulares possint esse patrini eleuando baptizatum de fonte.*

REspondeo dicendo, quod idem videtur dicẽdũ de canonicis regularibus, quod dicitur de monachis,iuxta notata in iure [k] per Panormitanum cõmuniter receptum;quatenus dicit, quod leges disponẽtes de monachis habẽt locũ in Canonicis Regularibus,quando leges illæ fundantur in religione:& non cõtinent aliqua verba,quibus significent non includere canonicos.Ita tenet Nauarrus. [l]

k c.2.de postuland.

l Nau. lib.3. consi.tit. de statu mona. consi.10.

## ARTICVLVS III.

### *Vtrùm religiosi in partibus Indiarum possint baptizare.*

REspondeo dicendo, quod dato, sit peccatum mortale baptizare alienum parochianum extra necessitatem, vt ait Soto [m] cum communi, propter iniuriam, quæ infertur presbyteris parochialibus: quia sacramenta à suis presbyteris parochialibus sunt recipienda,iuxta ea, quæ dicuntur in sacris Canonibus, [n] & tradit Syluester; at nulla incurritur excommunicatio vel irregularitas si oppositum fiat à patribus Mendicantibus,quia nullibi talis pœna reperitur,nisi in administrando Eucharistiã matrimonium, & extremam vnctionem, vt patet ex quadam Clementina: [o] neque vlli priuilegio nostro derogatur quoad hãc mate-

m Sot.in 4. d.4 q. vnic. ar.3.conc. 2

n c.interdicimus.16. q. 1.Sylue.ver. baptis. 3.in prin.

o Clem.Religiosi de priuil.

materiam per Concilium Tridentinũ. Hoc supposito dico primo, quod fratres Indiarũ possunt omnia sacramenta infidelibus, & nouiter conuersis administrare. Hoc concessit motu proprio Paulus IIII. fratribus de Mexico, & prouincię S. Vincẽtij de Chiapa del Peru noui regni. Et hoc in præmium laborum suorum, & vt fides per prædicationẽ Euangelij, sacramentaq; administrãtium numerus magis indies crescat, cõcessum fuit anno Dñi millesimo quingẽtesimo primo. Et hoc idẽ concesserat Leo X. duobus fratribus ordinis Minorũ ad illas partes eũtibus anno Dñi millesimo quingentesimo vigesimo primo. Et postea Paulus III. anno Dñi millesimo quingẽtesimo quadragesimo tertio cõmunicauit fratribus prædicatoribus prouinciæ de Mexico, vt refert Pater Veracruz in suo cõpẽdio manuscripto. Et aduerte, quod causa quæ mouit Paulum IIII. ad concedendũ dictũ priuilegium fuit, vt fides Christi, quæ speratur in his terris per prædicationẽ nostrã & sacramentorũ administrationẽ cresceret magis, ipsis fratribus prædicantibus, sacramentaq; administrantibus infidelibus, & nouiter cõuersis. Hæc autẽ causa, & ratio modo etiã militat in illis, qui per fratres baptizati, & in illis, qui ex his descẽdũt nepotibus, vel pronepotibus dato, paruuli baptizati sint. Nã certe huius fidei dilatatio, rebus vt nunc, nequit fieri, nisi fratres dicti prædicẽt, sacramentaq; administrent nouiter cõuersis, & ab eis descendentibus. Quia licet in particulari nouiter cõuersi dicãtur, qui iam adulti sunt baptizati, nihilominus in generali considerantibus illã huius noui orbis Ecclesiam in Deo adunatam, omnes & singuli illarũ partium nouiter cõuersi apparebũt. Cuius rei testimonium firmiter pręstant quotquot patres graues ex illis partibus ad has Hispaniarum partes ascendunt. Et quod dicti fratres possint sic facere, probatur: quia idem Paulus IIII. concessit fratribus omnia priuilegia de nouo iuxta fauorabiliorem illorũ interpretationem; ergo debemus interpretari per nouiter conuersos etiam paruulos baptizatos, cum nomen hoc ferat hanc interpretationem: alias stricte interpretaremur.

Et aduertendũ, quod fratres solum debẽt baptizare in Ecclesijs monasteriorum sui ordinis, in quibus habitant, etiã in ciuitatibus seu oppidis Hispanorũ, vt fit Mexici & in locis, quæ habent de visita, vt vocant. Nam indecens esset, quod sacramentum, quod tãtas cęremonias, & solemnitates publicas petit administraretur in aliena parochia, sine licentia proprij parochi: quia sic confunderetur Ecclesiasticus ordo contra sacros Canones. [a] Quod si Papa, particulariter non exprimit in concessione, nullo modo debet intelligi, vel deduci ex cõcessione generali, vt est concessio Pauli IIII. nunquã enim Papa in generali cõcessione visus est alicui pręiudicare. Et nõ est dubiũ, quod in Ecclesijs fratrum supradictis possit fieri baptismus, alias cõcessio Pauli IIII. suũ effectum nõ cõsequeretur. Et sic de nouo cõcessit Pius V. anno Dñi millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, vigesima quarta die Martij, vt in omnibus monasterijs ordinũ, vel extra illa in locis ipsarũ partium ipsis deputatis, possint religiosi baptizare. Quo priuilegio vtũtur omnes prouincię Indiarũ, vt scilicet, in monasterijs ordinũ vel extra in locis ipsarũ partiũ ipsis deputatis possint baptizare. De Indis aliorũ populorũ puta clericorũ, vel alterius ordinis idem dico, quod scilicet, possunt baptizari per fratres in locis supradictis: quia sic fuit factũ à principio in his prouincijs, vt testãtur viri graues ex illis partibus ad has remeantes. Postea anno supradicto millesimo quingentesimo sexagesimo septimo Pius V. concessit fratribus Mendicantibus Indiarũ, vt in locis vbi supra, possint de licentia suorũ prælatorum in Capitulo prouinciali obtẽta administrare Indis omnia sacramenta prout hactenus cõsueuerunt. Et quia Pius V. dicit in locis signatis & signandis, videtur securius, quod solũ in locis signatis & signandis possit religiosus baptizare, seclusa necessitate.

[a] c. peruenit 11. q. 1.

## ARTICVLVS IIII.

### *Vtrùm filij Hispanorum vocati mestiços possint virtute Breuis Pauli Quarti, per fratres baptizari.*

Respondeo dicendo, videri eos posse per religiosos baptizari, quia in materia larga sub simplicibus veniunt mixta: prout tenet [b] Syluester. Vt si detur alicui potestas ad dispensandum cum adulterino & cum incestuoso separatim, poterit dispensare cum eo, qui simul est vtrumque: quia dato ex rigore iuris sub simplicibus mixta non contineantur; secus ex be-

[b] Sylu. v. dispensatio. 3.

ex benignitate. Sic ergo cum hoc priuilegium Pauli Quarti sit beneficium principis in remunerationem laborum fratrum, & in fauorem fidei ampliandæ, interpretatio latissima est facienda. Et confirmatur quia, prout asserit Veracruz in suo Compendio, Paulus Quartus concessit nobis de nouo nostra priuilegia, & concessa & cõcedẽda iuxta fauorabiliorem illorũ interpretationem. Qui pater refert quoddam viuæ vocis oraculum concessum à dicto Pontifice maximo: cuius tenor est qui sequitur. *Paulus Quartus, vt fidem fecit Cardinalis Alexandrinus, qui post fuit electus Papa Pius Quintus pro religiosis in noua Hispania & Perù, ad exaltationem diuini cultus proprio motu & viuæ vocis oraculo confirmauit omnia priuilegia data à suis prædecessoribus pro Indorum conuersione: præsertim quod possent fratres Mendicantes omnia sacramenta in fidelibus & nouiter conuersis administrare; & de nouo roborauit Apostolica autoritate, non obstantibus quibuscunque in contrarium.* Hoc fuit cõcessum die septima Iunij, anno Dñi millesimo quingẽtesimo quinquagesimo septimo. Ex quo patet priuilegia Leonis X. & Adriani VI. & Pauli III. quę fuerũt data in fauorẽ fidei & Indorũ, fuisse confirmata, & roborata peculiariter. Imo per Breue Adriani Sexti prouinciales, vel frater, cum potestatem prædicti patres cõmiserint, bene possunt filios Hispanorum & aliorũ, citra necessitatem baptizare cum limitationibus tamen, de quibus ibi. Concessit enim Adrianus Sextus ad petitionem Imperatoris Caroli Quinti, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo, quod prouinciales Indiarum, & fratres, quibus commiserint, possint omnes Indos & omnes Christicolas fratres comitãtes ad opus conuersionis absoluere in vtroque foro ab omni censura, etiam de Cœna Domini. Concessit etiam omnimodam in vtroque foro Papæ autoritatem tantam, quantam iudicauerint expedire pro cõuersione Indorum, & manutentione ac profectu illorum, atque aliorum præfatorum in fide catholica & obedientia Ecclesiæ Romanæ. Sed vt veritas huius dicti intelligatur oportet radicitus explicare hanc omnimodam Papæ potestatem, datam ipsis prelatis, & fratribus. In quo aliquantulum immorabor, cum plena istius concessionis explicatio sit necessaria ad intelligendum, quando fratribus liceat extra necessitatem baptizare, filios dictorũ Hispanorũ, aut Indorũ. De quo infra in quæstione de confessarijs, quo ad potestatem absoluendi erit nobis sermo.

## *ARTICVLVS. V.*

### *Vtrùm dicti fratres possint vti oleo sancto & chrismate antiquis in baptismo.*

REspondeo dicendo, quod fratres supradicti possunt vti oleo sancto & chrisma te antiquis vsque ad tres annos in baptismo conferendo. In his enim partibus, inquit Leo Decimus, sine difficultate magna nouum oleum, & balsamum habere nõ possunt. Propter quam rationem modo à Gregorio Tertiodecimo concessum est, vt possint vti oleo & chrismate antiquis vsque ad quatuor annos. Pro cuius rei explicatione notandum est, quod oleum sanctum tripliciter consideratur. Primum est chrisma, secundum oleum catechumenorum, tertium oleum infirmorum, & annuatim consecrandum est in die cœnæ Domini, prout dicitur in iure, [a] & vetus est comburendum. Verũ est tamen, quod nõ debet comburi, nisi post quam nouum adductum fuerit: nam præoccupante morte potest sacerdos vetere chrismate baptizare. Et Nauarrus [b] ait esse peccatũ mortale, nisi in mortis articulo, veteri baptizare: quod ipsum tenet glossa [c] communiter recepta. Qua ratione nõ debet cõburi, donec veniat nouũ chrisma. Ex quo sequitur, quod citra mortis articulũ possunt omnes vti chrismate veteri in baptismo paruulorũ, si nõdũ venit nouũ. Probatur: quia paruuli semper sunt in periculo mortis, propter eorũ tenellam ætatẽ. Et ideo mandatur quod omni tẽpore anni possint baptizari, quod antiquitus nõ licebat, nisi in articulo mortis, vt patet ex D. Ambrosio, & Augustino. Vnde ad concessionem Leonis X. superius allegatam respondetur, quod loquitur de adultis, quod, scilicet, intra terminũ trium annorum, vbi non inuenitur oleum nouum, dicti fratres etiam sine necessitate possint vti antiquo oleo, quod per Gregorium Tertium decimum, ad quatuor annos fuit ampliatum. Et aduerten-

a Licetus d. consect. d. 3. c. siquid de consec. d. 4.

b Nau. c. 25. n. 75.

c Glos. in c. quoniam d. sentent. excom. lib. 6. verb. dubiũ

dum, quod sacerdotes ministri etiam seculares in his partibus etiam extra necessitatem extremam baptizantes Indos, quatuor sequentia debent seruare, prout ordinauit Paulus Tertius, anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo quinto. Primum est, quod aqua sacris actionibus sanctificetur. Secundum vt Catechismus, & exorcismus fiat singulis. Tertium, quod sal, candela, & capellum detur duobus, vel tribus vtriusque sexus. Quartum est, quod tunc baptizandis omnibus chrisma ponatur super viri adulti, puerorum ac puellarum caput.

## ARTICVLVS VI.

### Vtrùm Baptismus in his partibus possit conferri extra ecclesias, sine præfatis ceremonijs.

REspondeo dicendo, quod vt constat ex compedio Indico Societatis Iesu Pius Quintus cõcessit fratribus de Societate in partibus Indiarũ anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo nono ad decennium, quod possint baptizare extra ecclesias, & sine consuetis cæremonijs, cum ministri iudicauerint id oportere ad maius Dei obsequium, propter ministrorum paucitatem. Et hoc ipsum postea concessit Gregorius Tertius decimus in alium decennium hoc indultum ampliando. Videant autem regulares quæ circa hoc ipsis sint concessa à sede Apostolica; secundum quæ debent se habere. Ego enim alia non potui inuenire.

# QVÆSTIO XXXII.

## De Bello.

### Circa quam vnum quæritur.

1 VVtrùm religiosi possint in Bello contra infideles exhortari dimicantes.

## ARTICVLVS VNICVS.

### Vtrùm religiosi possint in Bello contra infideles exhortari dimicantes.

REspondeo dicendo, quod omnes qui in Bello iniusto sunt causa mortis mandando, consulendo, præparãdo, & faciẽdo arma ad dimicãdum in dicto bello exhortãdo milites, & timore aduersarios configendo, remanẽt irregulares, cum sint causa proxima occisionum, quæ ibi committuntur. In bello tamẽ iusto offensiuo siue defensiuo licitum est ecclesiasticis adiuuare milites eos consulendo, & exhortãdo, vt ipsum prælium animo aggrediantur. Imo possunt in eodem prelio exhortari milites dicendo, Dimicate fortiter, vincite, vt fides exaltetur, & Rex noster vincat. Possunt etiam dicere alia verba similia ad dictam exhortationẽ ordinata: & etiã si ex his sequatur mors, aut mutilatio membrorũ non incurrunt irregularitatem. Hanc conclusionem tenẽt Nauarrus, [a] Couarruuias, & Syluester, allegãtes pro ipsa, aliquas sacrorum canonũ diffinitiones. Et ratio huius conclusionis est: nam cum irregularitas sit de iure positiuo, potuerunt summi Pontifices ordinare supra dicta in fauorem belli iusti, in quo ecclesia Dei defenditur, oppressi liberantur, inimici vincuntur. Et certe, si cõtrariũ diceretur, quasi totus exercitus in irregularitatis notã incurreret: & sic homines abstraherẽtur à supra dicti belli aggressu. Et etiã si ipsi exhortando virtualiter intẽdant mortem propter quod videantur contrahere irregularitatem, ad contrahendam tamẽ eam in bello iusto non sufficit intentio virtualis, sed requiritur quædam intentio specialis occidendi, iuxta ea quæ tradũt supra dicti doctores. Quod debuit cõsiderare Aluarus Pelagius [b] dicens, nõ inuenire rationem sufficientem ad liberandos supra dictos ecclesiasticos à nota irregularitatis. Et vt omnẽ Societas Iesu tolleret scrupuli occasionem obtinuit à Gregorio Tertio decimo, prout dicitur in compendio Indico eiusdem Societatis, quod sine periculo irregularitatis patres Societatis per varia Indiarum loca possint milites Lusitanos exhortari in bello cũ infidelibus ad fortiter dimicandũ, dũmodo patres ipsi non ferãt arma.

[a] Nauar. in man. ca. 27. n. 215. Cou. l. 2. p. relect. de hom. l. 3. n. 2. Sylue. verb. homicidiũ. 3. q. 6. n. 8. pronunciato. 4. & 6

[b] Pelagius de planctu eccle. ar. 48.

QVÆ-

# QVAESTIO XXXIII.

## De benefactoribus, in septem articulos diuisa.

*Circa quam quæruntur septem.*

1 *VTrum aliqua censura benefactores monasteriorum molestari possint ab Ordinarijs.*

2 *Vtrum prælati regulares possint applicare benefactoribus bona opera subditorum.*

3 *Vtrùm prælati regulares applicent benefactoribus communicationem quantum ad merendum.*

4 *Quid applicent prælati regulares de bonis subditorum.*

5 *Vtrùm possint applicare bona subditorum suorum iam facta.*

6 *Quomodo dicta applicatio proficiat benefactoribus.*

7 *Quæ sit differentia inter hanc communicationem, & indulgentiam.*

## ARTICVLVS I.

### *Vtrum aliqua censura benefactores monasteriorum molestari possint ab Ordinarijs.*

REpondeo dicendo, benefactores monasteriorum ob beneficia ab illis collata, seu quia subditi aliquorũ dominorũ sunt, & cũ monachis cõuersantur, ab eisq; sacra recipiũt molestari, aut grauari à quoquã nõ posũt, prout concesit Leo Decimus congregationi Camaldulensi, & Eugenius Quartus, prout habetur in cõpendio priuilegiorũ [a] Cistercienſi. Quod intelligitur, quando ex communicantur ex eo quod sunt benefactores nostri, prout innuit collector eiusdem cõpendij [b] dicens, non posse excommunicari regulares Cistertij. Addẽs id etiã in familiarium benefactorum, aut seruientium, vel ad molendina, & furna nostra venientium personis locum habere; neq; quia nobis communicant à quocunque excommunicari possint, alias irritum, & inane declarauit Innocentius. IIII. Hæc dictus collector [c] compendij Societatis dicendo, quod nullus prælatus potest contra aliquem nostrorum, aut contra alios nostra causa ferre sententiam excommunicationis, suspensionis vel interdicti contra priuilegia Societatis, prout concesit Paulus. III. Hæc collector. Notanda sunt illa verba, nostra causa. Ex quibus clare constat, quod si non religiosorum & monasteriorum causa vexentur, & excommunicentur, sed alijs distinctis & diuersis causis, bene possunt à quocũque prælato excommunicari. Et si priuilegia aliqua concedunt absolute, eos ab Ordinarijs nõ posse excommunicari, puto talia indulta per Concilium Tridentinum [d] esse ex parte sublata. Vbi dicitur loquendo de oblatis, & de quocunque modo addictis, aut sub nomine seruiẽtium militijs seu monasterijs, hospitalibus, collegijs, aut quocunque alio titulo assumptis, nihil ex priuilegijs ipsis concesis detractum esse Ordinarijs intelligatur, quo minus, in quibus ea iã concesa sunt, vel in posterum concedi contigerit, ipsis Ordinarijs tanquam Apostolicę Sedis legatis subiecti existant, exceptis tamen his, qui prædictis locis, aut militijs actu seruiunt, & intra eorum septa ac domos residẽt, subq; eorum obedientia viuũt siue his qui legitime & secundum regulam earundem militiarum professionem fecerint, de qua Ordinario cõstare debeat, non obstantibus priuilegijs quibuscunque, etiã religionis Sancti Ioannis, & aliarum militiarum. Hæc Concilium. Ex quibus verbis cõstat, ipsos benefactores non esse exemptos à iurisdictione Episcoporum, nisi actu seruiant in ipsis monasterijs, & intra eorum septa, ac domos resideant. Et si dicatur concilium non loqui de benefactoribus, respondeo, quod oblati & alij seruientes sunt maxime benefactores. Vnde si cum ipsis ita rigide fit, à fortiori cũ alijs benefactoribus cõmunibus rigidius procedi debere, certũ est.

[a] ti. benefactores. §. 1.

[b] Colle. in comp. Cister. ver. excommunicatio. §. 3. habet. in comp. societa. tit. prælatis. §. 2.

[c]

[d] sess. 24. de reform. c. xi

## ARTICVLVS II.

### *Vtrùm prælati regulares possint applicare benefactoribus bona opera subditorum suorum.*

REspondeo dicendo, quod Vrbanus V. concesit Generalem ministrũ posse dare de toto ordine suffragia indulgentiarum & orationum, & beneficiorum spiritualium quibusc unq; deuotis & benefacto

ribus nostri ordinis. Ita habetur in libro
a In.1.impr. fol.261. con cef.671.&in ſuppl.fo.209 conceſ.459. Monumenta [a] ordinū, & in ſupplemento. Et eandem conceſsionē habent prelati alij regulares. Pro cuius conceſsionis intelligen tia eſt notādum, quod nihil continet, quod iure communi non ſit conceſſum. Nam ſecundum ius commune prælatus poteſt cōmunicare bona ſuorum, ſuper quæ habet autoritatem. Is enim, qui præeſt alicui congregationi, poteſt communicare bona ſuæ congregationis, applicando ea, & intentionem ipſorum bonorum ad hunc, vel illum, vel illos determinate, confuſe, aut diſtincte. Probatur: quia eo ipſo, quod habet curam congregationis, habet autoritatem diſpenſatiuam communium bonorū ipſorum de congregatione; prout reſoluit doctiſſimus
b Cor.lib.5 quæſt. q.7. Corduba. [b] Item; quia, ſi quilibet poteſt bona ſua applicare, ergo & prælatus, qui eſt caput pro ſuis membris, poteſt bona ipſorum alijs ex cauſa rationabili applicare. Patet conſequentia à fortiori. Item idem patet autoritate Sancti Ioannis Arnatenſis Epiſcopi antiquiſsimi, qui cœpit concedere literas per quas applicantur ſuffragia ſubditorum, & autoritate Anſelmi & aliorum ſanctorum, & etiam cōcedit Diuus Thomas
c D.Tho.in 4.d.20.quiſ. 4.Palud.Ricard.DD.in 4.d.45.Vvaldenſis.3.to. de ſacra.tit. 10.contra Vvicleph. [c] & Paludanus Ricardus & Doctores cōmuniter, & Vvaldenſis cōtra Vvicleph, dicens hoc eſſe commune Theologorum. Ergo patet, quod prælatus generalis, prouincialis, prior guardianus, & alij prælati poſſunt cō municare bona communia ſpiritualia ſuorum ſubditorum, quo ad vim ſatisfactoriā.
d Nau.1.de indulg. notab.31.n.18. & Iniſtelij de Rotar ex 1 ſol.n.4.& 9 Et hanc opinionem tenet Nauarrus, [d] hāc conceſsionem declarans in multis ſuæ doctrinæ locis. Dixi, quoad vim ſatisfactoriā: eſt enim magna differentia inter participationem bonorum quoad vim ſatisfactoriā tantum, & inter participationem, quoad vim meriti tantum. Et prima differentia eſt nam communicatio quoad vim ſatisfaciendi, requirit ſpecialem intentionem, & applicationem eius, qui communicat tale bonū ſatisfactorium alteri; ita quod niſi illi ſpecialiter applicetur, talis ſatisfactio, vel ſit receptus ad participandum de ſatisfactionibus alicuius perſonæ, ſeu communitatis ſeu congregationis, non proderunt eis talia bona ſatisfactoria ad ſatisfaciendum pro ſuis peccatis. Quia alias ſequeretur, quod quicunque exiſtens in charitate immunis eſſet ab omni pena propter infinitatem theſauri eccleſiæ, quę cōmunicatur per ſacramenta vel per communicationem ſanctorum ratione charitatis. Vel ſaltem ſequeretur, quod exiſtens in maiori charitate eſſet debitor minoris pœnæ in hoc ſeculo, & in futuro: quod patet eſſe falſū ſecundum Scotum. Ergo non ex ſola intētione facientis, ſeu applicantis habetur participatio ad ſatisfaciē dum, participatio autem ad merendum ſeu potius ad merita per viam meriti de bonis alterius, non ſemper requirit ſpecialem intentionem, vel applicationem. Nam poteſt alicui valere meritū alterius ratione vnionis, quæ fit per charitatem, etiā ſine ſpeciali intentione, & applicatione facientis directa ad ipſum participantem, iuxta illud Symboli. Credo ſanctorum communionē, & illud
e Scotus quodli. 20. f Pſal.118. pſalmi [f] Particeps ego ſum omnium timentium te. Secunda differentia eſt: quia per participium ad ſatisfaciendum fiunt peioris conditionis omnes participantes: quia minuitur eorum vtilitas ſatisfactoria, ſaltē proueniens ex opere operantis, ex multitudine participantium. Similiter & bonum ſatisfactorium ipſius ſatisfacientis ipſi minuitur ex multitudine participantium quoad virtutem ſatisfactoriam proueniēte ex opere operantis; quanuis aliūde ei augeatur ex charitate ſcilicet, qua ſic alijs egētibus ſua ſatisfactoria opera applicat: quia & per hoc meretur de cōgruo remiſsionē ſuarū pęnarū, & omnia alia quę per bonū opus quis ſibi & alteri mereri poteſt. Ideo ſimpliciter eſt melior ſua cōditio ex hoc quod ex charitate poteſt alijs ſatisfacere de ſuis bonis ſatisfactorijs. Participiū autē meritorū nō minuitur ex multiplicatione participātiū. Nō enim fit deterior cōditio alicuius multiplicatis electis & ſanctis, & bonis operibus, ſed melior ex multiplicatione electorū & participātiū: cū ex hoc maior gloria Deo ſequatur. Ex dictis patet, quod prelati religionū faciētes per ſuas epiſtolas participātes bene factoresde bonis ſuarū cōgregationū quoad bona ſatisfactoria, neceſſario ipſa bona applicare debent: alias minime ipſis benefactoribus proderunt quoad vim ſatisfactoriam; bene tamen proderunt quoad vim meriti; prout explicatū eſt. Infertur deinde, quod per applicationem bonorum, licet aliquid eorum ſubditis minuatur de ipſis bonis, inquantum ſatisfactoria, nihil minuitur de ipſis, inquantum meritoria: imo ratione meriti aliquid ipſis augetur, prout declaratum eſt.

AR-

## ARTICVLVS III.

*Vtrùm prælati regulares applicent benefactoribus in dictis literis communicationem, quantum ad merendum.*

REspondeo dicendo, quod sic. Nam oratio, & bonum alicuius potest alijs prodesse ratione specialis intentionis orantis, & bonum opus facientis: & hoc modo potest valere iusto & impio. Et hoc solum illis valet per viam gratiæ, & liberalis misericordiæ Dei, & impetrationis Christi Domini, qui, vt Dominus omnium nulli obnoxius esse potest. Et sic quicunque voluerit potest ad preces, & merita amicorum beneficia impartiri. Quod participium ad merita non valet, ad hoc, vt ipsi participantes ex hoc immediate sine vno bono opere & dispositione habeãt gratiam gratum facientem, seu charitatem: licut neque ad meritũ, aut præmium gloriæ: Quia loquendo de lege ordinaria nullus potest alteri de condigno mereri gratiam & gloriam; sed tantum de congruo. Potest enim de congruo mereri, & per bona opera impetrari, vt Deus peccatorem conuertat, auxilia ipsi præbendo, vt tenent communiter Doctores. [a] Valet ergo talis communicatio meritorum alicuius personæ seu congregationis ad habendam à Deo gratiam conuersionis, & illuminationem, vt dictum est, & ad virtutum profectum, & ad præseruationem à peccatis à morte & ab alijs malis spiritualibus, seu corporalibus; & ad collationem bonorum spiritualium, & temporalium, seu corporaliũ, & huiusmodi, quæ vnus alteri potest de cõgruo mereri, seu impetrare à Dei misericordia liberali. Sicut per merita Abraham Dominus [b] liberauit Loth. Et propter iustos parcit, & benefacit iniustis, & tradunt communiter Doctores, [c] & specialiter D. Thomas, & latiùs Paludanus, & Adrianus.

a Docto. in 2.d.27.

b Genes.19.

c Doct. in.2 d.27.& 36. D. Tho. in addit.ad.3. p.q.27.art.1. Palu.in.4.d. 45.q.2.art. 2 Adri.quodli.8.ar.3.

## ARTICVLVS IIII.

*Quid applicet prælatus de bonis subditorum in literis ab eo concessis.*

REspondeo dicendo, quod regulariter non potest prælatus communicare ea bona, quæ eius subditus in particulari facit pro satisfactione suorum peccatorum, si talis subditus ipsis eget; nisi ad hoc aliquo modo consentiant. Et ratio est: quia cũ ipsum opus fiat determinate ab ipso subdito intendente actualiter, vel virtualiter pro suis peccatis ipsum applicare, iam non est bonum commune ipsius congregationis, sed particulare ipsius personæ operantis, quoad dictam vim satisfactoriam: & iã prælatus non habet potestatem ipsum alteri applicandi inuito ipso operante. Et in hoc concordant communiter Doctores, prout affirmat Corduba. [d] Et confirmatur, quia prælatus, etiam Papa non potest applicare nisi ea, quæ cederent in thesaurum suæ communitatis, si non applicarentur; & non cedunt in thesaurum dictæ communitatis, nisi ea quæ supersunt facienti. Ergo, licet subditus posset tollere a se necessarium alteri applicando; non potest tamen eo inuito id facere eius prælatus etiam Papa, quia nõ in omnibus absolute subditus subditur superiori, neq; in omnibus eius bonis habet plenariam potestatem, sed in spiritualibus, superabundantibus tantum communicabilibus, vt dictum est. Dixi regulariter: quia in aliquo casu & ex rationabili causa potest, sicut potest prælatus subditis egentibus pro se ipsis iniungere aliquando aliqua opera satisfactoria, ad quæ ipsi nõ tenentur alias, puta orationem, disciplinam, & huiusmodi, applicando ea pro alijs. Multa enim nõ possunt fieri regulariter, quæ possunt & debẽt fieri in casu particulari rationabili causa id postulante. Verum est tamen, quod bona satisfactoria, quæ subditus facit particulariter per se non applicando ea alicui, sed pro tota Ecclesia generaliter, aut pro animabus purgatorij, aut pro particularibus amicis, seu pro alijs, quibus Deus vult ea valere: & similiter bona, quę fiunt in communitate secundum eius instituta, aut ex dispositione, seu præcepto prælati; talia inquam bona dicuntur communia: quanuis ipse subditus ipsis egeat. Et talia, inquam bona potest prælatus inuito subdito communicare alijs specialiter, quo ad vim satifactoriam. Quo vero ad vim meritoriam omnia bona cuiuscunque subditi & congregationis tam particulariter, quam etiam communiter facta, tam supererogatoria, quam etiam necessaria, seu obligatoria, potest prælatus quibuscunque ea applicare, quia quo ad hoc nulli fit præiudicium: imo melior fit conditio operantis ex tali multitudine participãtiũ.

d Cord.l. 5. de indulg. q.42.ar.5.dicto.2.

## ARTICVLVS V.

### *Vtrùm prælati poßint applicare benefactoribus bona ſubditorum ſuorum iam facta.*

REſpondeo dicendo, quod bona opera quoad vim ſatisfactoriam, ſi antequam fiant, vel dum fiunt non applicantur, per facientem, vel ſuperiorem aliquibus actualiter, vel virtualiter, iam de cætero poſtquam facta ſunt, non poſſunt applicari alteri per ipſum facientem, neque per prælatum. Non enim faciens, neque prælatus poſſunt reſeruare bona particularia, vel congregationis opera, quo ad dictam vim ſatisfactoriam, vt ſint repoſita, & reſeruata tanquam in theſauro pro alio tempore futuro, vt in eo applicentur. Et ratio huius concluſionis non eſt, quia bona dicta ſatisfactoria non poſſunt reſeruari: ipſa enim reſeruantur in theſauro Eccleſiæ & per indulgentias diſpenſantur. Sed ratio eſt: quia nullus poteſt particulariter theſaurizare ſibi, vel alteri theſaurum ſatisfactorium particularem; & per conſequens neque de eo diſtribuere, aut alicui communicare. Si enim hoc concederetur, ſequeretur bona ſatisfactoria religioſorum eis abundantia nūquam recondi in theſauro Eccleſiæ communi, ſed ſemper remanere ſub poteſtate eorum, vel prælati, vt ea poſsint cui voluerint applicare. Et à fortiori ſequeretur, quod opera religioſorum defunctorum nō poſsint applicari per indulgentias aut alio modo, & ſic non eſſe theſaurum Eccleſiæ collectum de ſatisfactionibus ſuperabundantibus religioſorum, aut aliorum Sanctorum dum viuerent: quod abſit. Hoc videtur ſentire Diuus Bonauentura. [a] Quantum autem ad vim meritoriam, tam ipſe, qui facit, quam quicunque prælatus eius mediatus, vel immediatus poteſt ſemper ante, vel poſt communicare ſeu applicare talia bona præterita, præſentia, & futura, quibuſcunq; voluerit, vt virtute talium meritorum mereatur de congruo ipſi, vel alijs bona ſpiritualia, ſeu temporalia iuxta ea, quæ in ſuperioribus dicta ſunt. Nam de his bonis quoad vim meritoriam non congregatur theſaurus indulgentiarum, prout reſoluit poſt alios Corduba. [b]

a Bonau. in 4. d. 20. q. 3.

b Cor. lib. 5. q. de indul. q. 5.

## ARTICVLVS VI.

### *Vtrùm dicta participatio æqualiter proficiat omnibus benefactoribus, quibus dictæ epiſtolæ conceduntur.*

REſpondeo dicendo, quod quia talis communicatio, ſeu receptio ad participationem bonorum congregationis, communiter fit à prælatis informatis, eos, quibus conceduntur, eſſe benefactores ordinis: ideo ſi non ſunt benefactores, non valet eis talis receptio, niſi ſecundum ratam, ſcilicet, ſecundum quod fuerint benefactores: quia deficiente cauſa finali conceſsionis, deficit ipſa conceſsio; & non valet niſi in quātum acceſſerit ad cauſam talis conceſsionis: quod ſi ſine vlla cauſa, ſed ad libitum aliquis prelatus vult recipere, ad participationem aliquem bonorum ſuorum ſeu ſuæ congregationis ex pura charitate motus, tunc bene valebit talis conceſsio, ſeu communicatio ſecundū intentionem eius, quoad vim ſatisfactoriam & meritoriam.

## ARTICVLVS VII.

### *Quæ ſit differentia inter hanc communicationem & indulgentiam.*

REſpondeo dicendo, quod multiplex inuenitur differentia. Prima eſt, quia prælati, & alij ſic applicantes ſua, vel communitatis ſuffragia, ſeu bona opera quęcunque non vtuntur claue iuriſdictionis, nec remittunt, nec relaxāt pœnas peccatorum: in indulgentiarum autem conceſsione eſt talis iuriſdictio proprie & abſolute. Secunda differētia eſt, quia in indulgētijs, ſicut in ſacramentis applicantur merita paſsionis Chriſti, & hoc non, niſi per clauem Eccleſię. Communicatio autem ſupradicta non fit per clauem Eccleſiæ, nec de communi theſauro Eccleſię, ſed de bonis congregationis, nec fit autoritate poteſtatiua, ſuper theſaurum Eccleſiæ, aut ſuæ perſonæ, vel communitatis, ſed ſolum poteſtate fit communi naturali, quam quilibet habet in ſuis bonis, aut ſibi commiſsis ad diſtribuēdum, ſeu donandum, dum ea habet. Et inde fit, quod per indulgentias liberetur homo in foro

Dei,

Dei,& Ecclesiæ à pœnis debitis,etiam iniunctis per confessorem, quia constat de infinitate talis thesauri Ecclesiæ,seu de eius sufficientia: & quia fit autoritate eius, qui lege potest per indulgentiam liberare.Huiusmodi autem communicatio bonorum etiam si fiat per Papam cum non fiat, nisi de bonis personarum,aut congregationum, quæ nō sunt infinita,nec constat de sufficientia eius ad talem satisfactionem, ideo per eas non liberatur quis in foro Ecclesiæ à pœnitentijs iniunctis per sacerdotem,nec habent virtutem indulgentiæ.Sed communicationes, & suffragia dicuntur,prout tradit Diuus Thomas. [a] Tertia differentia est,quia indulgentiæ vt tales valent solum ad satisfactionem pœnarum Deo debitarum pro peccatis. Communicationes autem bonorum valent præcipuè ad impetrandum bona, aut remotionem malorum, aut pœnarum per viam meriti de congruo.Valent etiam ad satisfactionem pœnarum,si hoc aliquo modo intendit ipse applicans, alias non, vt patet ex dictis.Ex hoc infertur, quod cum per istam facultatem non concedantur indulgentiæ, sed tantum dicta communicatio non suspēditur,nec abrogatur ista facultas, per bullā Pij Quinti, omnes indulgentias quæstuarias tollentem,& prohibētem sub grauibus pœnis earum publicationem. Non enim ista communicatio indulgentia est. Secundo infertur, quod nō tollitur hæc facultas per bullam Cruciatæ:cum hæc facultas non sit priuilegium, sed ius commune prout aduertit Nauarrus. [b]

a D.Tho.in 4.d.30.& in addit.ad. 3. p.q.26.ar. 1.

b Nau.de in dul. notab. 31.nu.22. & 21.

# QVÆTIO XXXIIII.

## De beneficijs Ecclesiasticis à regularibus, & regularibus conferendis,in nouem articulos diuisa.

*Circa quam quæruntur nouem.*

1 *Quid & quotuplex sit beneficium.*
2 *Vtrum beneficia regularia sint beneficia.*
3 *Vtrùm monachus beneficium habere possit, & â quo sit collatio facienda.*
4 *Vtrùm monachus possit promoueri in Ecclesia collegiata ad aliquod canonicatum vel beneficium simplex.*
5 *Vtrùm religiosus possit acceptare beneficium in Ecclesia seculari sine licentia sui prælati.*
6 *Vtrùm monachus, qui factus est rector in Ecclesia seculari teneatur ad statuta sui ordinis.*
7 *Vtrùm religiosus acquirat monasterio, an Ecclesiæ,in qua habet beneficium.*
8 *Vtrùm possit monachus cogi à suis prælatis ad acceptandum beneficium, vel potest prohiberi, vt non accipiat.*
9 *Vtrùm prælatus possit cogere subditum ad relinquendum beneficium, quod habet, aut possit facere habilem ad duo beneficia ordinis.*

## ARTICVLVS I.

### *Quod & quotuplex sit beneficium.*

REspondeo dicendo, quod in materia canonica appellatione beneficij venit spirituale & Ecclesiasticum, vt docet Cardinalis. [c] Et quomodo cognoscatur beneficium Ecclesiasticum,docet Belamera, [d] & tradit late Rebuffus. [e] Et loquendo de beneficijs in genere,quædam sunt secularia quædam regularia. Secularia quędā sunt cum administratione, quædam sine administratione, vt sunt beneficia simplicia, de quibus agit Rebuffus. Regularia verò sunt quæ religiosis addicta sunt aut ex fundatione vel ex ordinarij, vel superioris institutione, vt dicūt communiter Doctores, [f] vel consuetudine seu prescriptione; [g] vt pote quia per regulares regi consueuerunt,& administrari per quadraginta saltem annos iuxta ea quæ traduntur in iure [h] & tradunt Selua,& Mandosius.Et hæc sunt in duplici differentia secundum quosdam. Quædam enim sunt duplicia,vt abbatitia regularis,quæ dicitur duplex: quia eam obtinentes duplici honore fun-

c Cardi. in c.2.nu.8. de iud.
d Bel.in nostra q. 3. de res. nu. 10. Reb.depacis possess.limit. 10.n.287.
e Rebuf.in prin. de praxi ben.
f Doct.in.c. 1. de. statu mona.
g c.cum de beneficijs & præbe n.li.6 Selua de benef.1.p. q.4. n.42.Mand. designatura gratiæ tit.reductionis ad secularitatē.fo.120.

funguntur, vel fungi debent tam circa personas, quam circa res monasterij, iuxta ea, quæ in sacris canonibus [a] traduntur. Huius modi sunt multa officia in religione, vt sunt prioratus conuentuales, prioratus claustrales. Dicitur enim prior claustralis, qui religiosis in claustro, & in monasterio præfectus est. Simplicia sunt prioratus simplex, ac monachatus regularis. Hi enim simplici honore funguntur, prout dicitur in iure [b] & tradit Rebuffus. Et aduertendum per reductionem ecclesiæ, & Abbaticæ regularis in secularem si est caput à quo aliæ dependent, quod cēsentur etiam, & aliæ seculares redactæ: cum accessorium principalis sequatur naturam, iuxta regulam iuris. [c] Absurdum enim esset caput, idest ecclesiam & Abbatem secularem esse, & alios prioratus & beneficia illius ecclesiæ esse regularia: nam res diuersi iuris censerentur contra regulā iuris. [d] Et sic quando vna ecclesia vnitur alteri, tunc vna sit ecclesia, vt ait quædam Decretalis, [e] Et illa vnita sortitur naturā & priuilegia ecclesiæ cui subijcitur, & adijci censetur cū omnibus iuribus suis, prout dicunt communiter Doctores. [f] Et hanc opinionem tenet præcise Petrus de Perusino, [g] dicens quod si ecclesia, quæ vnitur esset secularis, & is, cui adiungitur regularis, efficitur regularis. Aduertendum etiam, quod vniones quorumcunque monasterio rum prioratuum, locorumque, regularium seu aliorum beneficiorum ecclesiasticorum religionibus monachalibus, & alijs eorum priuilegijs gaudentibus factæ, & faciendæ sub apostolicis reuocationibus cassationibus, & annullationibus, in genere, vel in specie factis, & faciendis non comprehenduntur, nec præiudicium aliquod per illos eis infertur: sed illę omnes etiam cassationes huiusmodi, nisi de verbo ad verbum in eis inserērtur specialisque, & expressa, seu indiuidua de ipsis monasterijs, & congregatione mentio fiat in suo robore inconcussæ permanent, irritumque est & inane quidquid secus contingerit attentari. Ita cōcessit Leo Decimus congregationi Camaldulensi, & Iulius Secundus congregationi Montis Oliueti, & Eugenius Quartus congregationi Sāctæ Iustinæ. Quod si in prædictis vnionibus, annexionibus, incorporationibus, receptionibus, seu reformationibus, conuentiones & pacta illicita, & quādo apostolica confirmatione carerent expresse prohibita inuenirentur, interuenirent, illas tamen ratas & firmas fore, & esse, ipsaque pacta, & conuentiones obseruare libere, ac licite posse, statuit Iulius Secundus congregationi Montis Oliueti; conuentionesque pacta, & modos huiusmodi facta, & facienda in forma publica redacta eo ipso apostolico robore munita esse concesit Leo Decimus congregationi Camaldul. & Pius Secundus congregationi Montis Oliueti, prout refertur in compendio ordinis Cistercienſis, titulo vniones. Verum est tamen, quod modo Concilium [h] Tridentinum ordinat, quod potest Episcopus non obstante quocunque priuilegio examinare an sint tales vniones subreptitiæ.

a ca. cum ad monasteriū de stat. monach &c. in singula. de præb. lib. 6.

b In. cap. quod Dei timorem & c. fin. de stat. monach. Rebuf. in concor. in rubr. ā nominat. regula. ad prælat.

c l. cū principalis. ff. de reg. iur.

d l. cui quidem. ff. de vsu cap.

e ca. 1. ne Sede vacant.

f DD. in c. 2 de relig. dom.

g Perusin. de vnio. Ecclesiæ. c. 2.

h Con. Tri. sess. 7. c. 6. de refor. & sess. 24. c. 13. vers. in vnionib.

## ARTICVLVS II.

### *Vtrùm beneficia regularia sint beneficia.*

REspondeo dicendo, quod quædam personæ regulares, vel quæ regularibus accedunt titulo sæpe nominantur, quæ sacerdotum & Ecclesiasticarum personarum appellationem referunt. Imitantur etiam nomen & naturan quodammodo beneficiatorum, qui manualia vt appellant beneficia habent, quæ tamen proprie beneficia non sunt, iuxta glossam [i] communiter receptam; quia præfecti ijs beneficijs possunt amoueri adnutum Abbatis, vel Prioris. Sunt enim huiusmodi beneficia manualia regularia, non secularia: quorum aliqua in ordine Humiliatorum & Præmonstratensium ex consuetudine, esse, tradit Ioannes [k] Andreas. Pro cuius rei explicatione obserua posse beneficiū, vel prioratum regulare esse administrationis tantum causa, vel naturam habere beneficij perpetui. Et in primo casu amoueri potest ab Abbate præfectus, videlicet, si iusta amotionis adsit causa. Aliter enim posset monachus à beneficio manuali, sine causa amotus implorare superioris Abbatis auxilium, vt post Innocentium [l] & Decium tenent Selua & Rebufus. Et aduertendum, quod fit hoc beneficium irreuocabile, quando post concessionē Abbatis confirmatur possessor ex certa scientia, & expressa qualitate per Summū Pōtificem, vt notauerunt Imo. & Panormitanus quos allegat & sequitur Rebuffus. [m] Quod si prio-

i Glos. in v. cōsuetud. in c. vni. de ca. moniali. li. 6

k Andr. in addit. aditā. gloss.

l Inno. in. c. insinuante qui clerici vel vouent. Decius in. c. ad nostram circa finem de confirm. vtili Selua in tract. benef. p. 3. q. 68. Rebuff. de pacifica possessione n. 275.

m Rebuf. vbi sup. n. 279

si prioratus perpetui beneficij naturam habet, non poterit præfectus amoueri per Abbatem: cōcessio enim facta censetur cū sua qualitate iuxta ea, quæ dicuntur in iure. [a]

a Clem. vni ca de suppl. negli. prælc. vnico. de statu mona. in. 6.

## ARTICVLVS III.

### *Vtrùm monachus beneficium habere possit, & à quo conferri possit.*

REspondeo dicendo, regularia beneficia regularibus, & secularia secularibus esse conferenda iuxta ea quę dicuntur in iure [b] & patet ex priuilegijs concessis ordini Diui Ioannis Hierosolymitani. *Nam Pius Quartus dicit in bulla confirmationis eorū quod presbyteri, qui in dictare ligione professionem non emisissent, nisi de expressa licentia, vel consensu magistri seu priorum seu præceptorum, vel fratrum (quos id tangeret) ad seruiendum parochialibus, & alijs ecclesijs, aut capellis ipsius religionis nullatenus admittere tur, sed in quibuscunque parochialibus, & alijs ecclesijs & capellis hospitalis huiusmodi capellani eiusdem religionis per locorum ordinarios sub excommunicationis latæsententiæ pœna, si contra fecerint eo effectu incurrenda, ad requisitionem seu præsentationem baiuliuorum, priorū, præceptorum, & fratrū absque aliqua exactione & oneris impositione recipi & admitti deberent.* Hæc Pius Quartus confirmat referens Clementem Septimum hoc iuridicè ordinasse. Nec conferendo beneficium regulare seculari: nec contra conferendo seculare regulari, ideo censetur dispensatum, nisi in signatura, vel prouisione de commenda expresse fiat mētio, prout habetur in regulis Cancellariæ [c] Pauli Tertij. Rursus regularia, vt prioratus ecclesiarum, vel administrationes non debent cōferri monachis alterius ordinis, quā eius, per quos solet, sicut hactenus possideri sine autoritate Sūmi Pontificis, prout dicitur in iure. [d] Et ipsi monachi debent expresse esse professi, vel debent omnino admittere professionem, & habitum suscipere tenentur ex Concilio [e] Tridentino. Quā quam in senatu consulto Parisiensi anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo quarto die vigesima prima Februarij iudicatum sit, oportere præcedere prouisionem, professionem, & certam, nec sufficere tacitam vel expressam professionem, sine die; prout refert Petrus Gregorius. [f] Monachis autem Mendicantibus nulla beneficia concedi possunt, prout asserunt antiqui interpretes in regula tertia Cancellariæ Innocentij Octaui. Cū enim expresse emittāt votū abdicationis proprietatis, & pauperta tem profiteantur incapaces sunt redditu ū & prouētuū annaliū, prout dicitur in quadā Clemētina. [g] Habent tamen hi mēdicātes sacrę familiæ prioratus suos, sed nō sunt beneficia, sed administrationes sui ordinis, & regulæ. At alij monachi non Mendicantes possunt beneficia possidere sibi conuenientia, & ex electione & confirmatione iuxta sacros Canones, [h] proprie tamē parochialibus ecclesijs præfici non possunt, iuxta sacros Canones. [i] Quia secularia beneficia sunt prout tradit Petrus [k] Gregorius. Ex dictis infertur, quod ad capellam fundatam in quadam ecclesia ordinis militiæ sub hac conditione, vt ad ea admittatur consanguineus fundatoris potest admitti consanguineus professus in dicto ordine militari. Nā dicta capella cum sit sita in ecclesia regulari est perconsequens regularis. Ad iuris patronatus enim acquisitionem non sufficit constructio & dotatio, sed est necessaria superioris autoritas scilicet, regis militarium ordinum cōsilij cuius est ecclesia, vt tenet Abbas [l] Lambertinus. Absurdum enim videtur vt posset laycus in ecclesia regulari, & regiæ potestati subiecta, absq; regia facultate, capellā fundare, ipsos regulares excludēdo. Vnde cū dicta capella sit regularis, & regularis ordinarij collationi subiecta dicto regulari cōsanguineo est adiudicanda, si sit propinquior; nam secundum iuris regulam semper propinquior est præferendus, seruata sui gradus prærogatiua, vt probāt aliqua iura [m] neque obstat, quod scilicet, in monasterium per professionem monachi non transit ius sanguinis, vel consaguinitatis quid personalissimum. Nam cum monasteria non sint persona vera, non possunt habere il-

b ca. nullus de elect.

c Tit. de cōmenda.

d c. cum singula. 32. & præb. in. 6.

e Sess. 14. de reform. canon. 10.

f Greg. li. 17 sintagm. iuris. 2. p. n. 27

g Clem. exiui. §. cumq; annuireddi tus de verbor. signifi.

h ca. doctos & c. si monachos & seq. 16. q. 1.

i ca. de monac. §. fin. & c. seq. 16. q. 1

k Greg. vbi sup. n. 28.

l Abb. Cōsi. 59. 2. volu. n. 3. Lambertinus de iure patrona. consi. 1. 1. q. principali. 2. p. lib. 1.

m l. fin. ff. de verb. signif. l. cum vero l. cum ita legatur. §. insi dei cōmisso ft. de legat. 2

re illam qualitatem consanguinitatis. Ita Antonius Gomez, [a] & Couarruuias. Vnde si consanguineus monachi vendat aliquam rem immobilem, non poterit monasterium illam retrahere pro tanto, prout probatur in quibusdam [b] legibus regalibus, & tradit Spino. Nã respondetur, quod ius sanguinis in præsentiarum non transit in monasterium, sed in religiosum militarẽ, sui prælati licentia habilem ad dictam capellam obtinendam, non solum iure propinquitatis, sed etiam, vt religiosus militaris ad beneficia regularia habilis. Et nostram sententiam videtur tenere Nauarrus, [c] dicens quod religiosus militiæ Sancti Stephani potest habere beneficium regulare & seculare commendatum, vel retentum per dispensationem, vel dependentẽ ab ordine suo. Hæc autem capella à dicto ordine militari dependet.

a Gom. l. 7. Tauri Cou. in pract. qq. c. 16. n. 4. & lib. 3. variar. c. 11.

b l. 6. & 7. tit. 7. lib. 5. ordina l. 7. & 8. tit. 11. lib. 5. nouæ cõpil. Spin. in specul. testamẽ. glo. 12. delegato monacho relicto n. 26.

c Nau. lib. 3. cõsilior. tit. de regulari. consi. 10. n. 9

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrûm monachus posſit promoueri in ecclesia collegiata ad canonicatum, vel aliud beneficium simplex ipsius ecclesiæ collegiatæ.*

REspondeo dicendo, quod non: prout dicitur in iure. [d] Si vero eligatur ad ipsam dignitatem ecclesiæ collegiatæ, vt ad præposituram, de hoc sunt opiniones, vt refert Abbas. [e] Nam Hostiensis, & Calderinus tenet, quod potest eligi; sed debet postulare, vt causa ipsius postulationis, quæ in iure reputatur iusta possit promoueri, sine enim dispensatione nemini promoueri potest, Abbas tamen contrarium vult, cum ratio curæ & prædicationis ita militet in hoc casu, sicut si promoueretur ad dignitatẽ episcopalem in ecclesia seculari. Si verò nõ promoueatur ad ecclesiam cathedralẽ, nec collegiatam, sed ad aliam ecclesiam non curatam, non potest in hoc casu promoueri, quia illam obtinere non potest ex quo cessat ratio curæ. Quando verò ecclesia est curata communiter tenetur, quod possit promoueri; & ita tenet Abbas [f] ponderans ad hoc quandam Decretalem; quæ Decretalis innuit nõ esse necessariam dispensationem, & cogetur Abbas per superiorem consentire, vt monachus præficiatur ecclesiæ secularí, vbi non inuenirentur idonei & sufficientes clerici & monachus est bonus prædicator, & modestus in vita, argumento aliquorum Canonum. [g] Et dicit Hostiensis [h] in summa. Quod non est dicendum esse speciale in dignitate Episcopali, quo ad religiosum præficiendum. In hoc enim ratio curæ potius est considerandã, & aliquæ rectoriæ inuenientur, quæ maiorem curam habent animarum, quam duo vel tres episcopatus, vt Parisijs ecclesia Sancti Germani, vbi Rector curam habet plus quam quadraginta mille animarum, prout refert Gregorius [i] Lopez, quod etiam confert ad id, quod dictum est de præfectura ecclesiæ. Et confirmantur supra dicta: nam facilius conceditur, quod monachus ad præsulatum ascendat quam quod præsul ad monachatum, iuxta decreta Canonica. [k] Quando tamen in ecclesia monachi collegialiter habitant, quæ ecclesia, seu monasterium habet populum tunc seculares clerici ibi sunt ponendi vt habetur in iure, [l] & non est præficiendus curæ aliquis monachorum, quod Abbas reputat mirabile, laborans circa rationẽ diuersitatis, cur in primo casu monachus eripiatur à monasterio, & præficiatur ecclesiæ seculari, & tamen in monasterio habente populum monachus curam populi exercere non possit.

d ca. super eo de regul.

e Abb. in. c. quod Dei timorem de statu mona.

f Abb. in. d. c. quod Dei timorẽ per textũ ibi.

g c. cũ pro. de vtilitate iũcta glo. ibi. 16. q. 1.

h Hostiens. de statu monach. §. vtrũ col. 1.

i Greg. in. l. 25. tit. 7. part. tit. 1. v. Iglesias paroch.

k ca. nisi cũ pridẽ. §. nec putes de renunt. c. licet §. illo semper de regula.

l ca. 1. de capellis monacho.

## ARTICVLVS V.

*Vtrùm religiosus posſit acceptare beneficium in ecclesia seculari ſine licentia ſui prælati regularis.*

REspondeo dicendo, quod non, prout habetur in iure, [m] etiam si promoueatur in Papam, vt dicit quædam glossa singularis. Et si prælatus nolit consentire, quãdo necessitas, vel vtilitas exigit compelli potest ad consentiendum, propter bonum publicum secundum Abbatem, [n] & Doctores communiter. Atque ita licitum non est monacho cuicũque aliquod eorum etiam beneficiorum quorum prouisio pertinet ad Abbates perse, vel per alium impetrare, vel eius de illo electioni consentire, seu acceptare in aliquibus religionibus, absque capituli,

m ca. 1. & 2. 63. d. c. si religiosus de electio. lib. 6. glos. in. cap. quam sit. 18. q. 2.

n Abbas & DD. in. d. c. quod Dei timorem.

tuli,vel reformatoris generalis licentia,alias caret impetratis, & ad aliam habilis perpetuo redditur. Quod si monitus intra tres dies non acquieuerit excommunicationis sententiam ipso facto incurrit, à qua;nisi satisfactione subiectionis facta,ne illum absoluāt monachi in virtute sanctæ obedictiæ,& maledictionis æternæ inhibuit Eugenius Quartus, prout refertur in Compendio [a] ordinis Cistertij. Verum est tamen,quod si apud Sedem Apostolicam vacare contigerit dicta beneficia , vel alias dispensationi apostolicæ reseruata fuerint,& Papa collationē eorum faciat alicui monacho , sciens esse monachum, & inhabilem,ad acceptandum beneficium , sine licentia sui Abbatis, videtur Papa dispensare , & collatio tenet, quia Papa quoties aliquem contra humana iura promouet dispensare videtur,secundū Innocentiū, [b] & Bartolū & communē,quā resoluit Nauarrus : secus verò quando fit collatio ab inferiori à Papa . Tunc enim nō censetur facta dispensatio . Aduertendum tamen, quod hodie non solum fratres, seu monachi non admittuntur , seu dispensantur ad beneficium seculare curatū, imo obtinentes priuantur , prout continetur in quadā Bulla Pauli Quarti,& tradit Quintilianus [c] Mandosius . Attamen hæc Bulla Pauli Quarti fuit redacta per Pium Quartum ad viam iuris,& sic perinde est,ac si nō emanasset,prout in quadam decisione resoluitur.Notandum etiam,quod fratribus Sācti Ioannis Hierosolymitani & Sancti Iacobi Despata militiarum , & religiosis ordinis Beatæ Mariæ Theutonicorum & canonicis monasterij Sancti Antonij de Sancto Antonio Vianensis diæcesis , & membrorum eiusdem ordinis Sancti Augustini, nec dabatur nec datur dispensatio ad obtinendū beneficium seculare, vel alterius ordinis regulare;nec illorum beneficia dātur clericis secularibus,nisi in titulum , prout argumento cuiusdā Canonis [d] tenet Quintilianus Mandosius.

Aduertendum etiam circa hoc,quod Calixtus [e] Tertius statuit , & ordinauit,quod nullus religiosus cuiuscunque religionis, etiam Mendicantium beneficia secularia , seu regularia quouis modo in titulum,vel cōmendam pro tempore habentiū possint capitulis generalibus , vel prouincialibus, seu congregationibus,seu negotijs,vel officijs aut alijs ad ministrationibus ordinis(ni si generalis pro tempore cōsensu inteuenie te)quomodolibet admitti sub excommunicationis pœna , quam admissi & admittentes ipso facto incurrunt.Et idem ordinauit Syxtus Quartus [f] pro Carmelitis. At idē Syxtus Quartus [g] statuit , vt si aliqui fratres Minores,aut prædicatores obtinuerint habilitationem adhabenda beneficia ecclesiastica,& quod interim , vel postquam habuerint valeant residere in domibus dicti ordinis,& ibidem cameras ac vocem actiuam, & passiuam in capitulis generalibus habere ex priuilegijs dictorum fratrum,& ordinum gaudere . Et quod isti tales postquam aliquod beneficium pacifice adepti fuerint aut pro capellanis in aliquibus ecclesijs deseruire cæperint concessionibus prædictis nequeāt gaudere , aut alijs cōsimilibus ordinem concernentibus , nisi de prælatorum consensu . Et idem statuit de promotis ad cathedrales etiam titulares,ac alias dignitates ecclesiasticas.

a Tit.beneficia Ecclesia. §.2.

b Innoc. in c.diuersis fallacijs de cleric. coniug.Bart. in l. Barbarius Philip.ff. de offi.præt.n. 11.Nau.in.c. si quādo de rescript.excep.10. n.3.

c Mandosi. designa.gratiotit.dispē. pro obtı. beneſic.

d c.nouali-bus.16.q.7. Quinti. vbi sup.

e Hab.in li. mon.ordin. in.1.imp.fo. 92.& in.2. fol.175.concel.410.

f Habe. in eod.lib.in.2 impr.fol.188 concel.481.

g Habet. in 1. impr.fol. 66. & in. 2. fol.149. concel.365.

## *ARTICVLVS VI.*

### *Vtrùm monachus , qui factus est Rector alicuius ecclesiæ secularis teneatur ad statuta sui ordinis.*

REspondeo dicendo, secundum Hostiē sem , quod si talis ecclesia pleno iure pertinet ad monachos præfatus monachus in ea remanet subiectus Abbati,& seruabit omnia, sicut prius propter tria,scilicet,ieiunium, silentium & vigilias,quæ cō mode seruari non possunt in ecclesia seculari.Si vero ecclesia non pertinet ad monachos,sed adEpiscopū,tūc monachus institutus à tribus substantialibus votis non absoluitur simpliciter, nā & continentiā seruare tenetur ab obedientia abbatis ; absoluitur quidē,sed imperio Episcopi subijcitur,qui decætero erit Abbas suus,& tēporalia dispē sabit ratione cōmissę administrationis.Et si habet socium monachum non excusabitur abesu carniū , iuxta sacros Canones, [h] nisi sit infirmus iuxta eosdem sacros Canones, [i] vel nisi imperet Episcopus , qui est Abbas suus . Si autem socium monachum non habet,potest se cum quibus is viuit cōformare,iuxta eosdē sacros Canones. [k] In omni tamen casu habitum deferre debet, nec

h cap. quod Dei timorē de statu monacho.

i c.came. de consec.d. 5.

k c.quisquis 4.d. eareco lentes extra de statu mo.

nec potest ipsum temerarie dimittere, alias Monachus factus curatus absoluitur ab officio monachali, quia debet se conformare officio clericorum secularium, vt tenet Baptista [a] de Salis, allegans ad hoc quoddam decretum. Et aduertendum, quod Gregorius Vndecimus statuit, & ordinauit, quod omnes & singuli religiosi quorumcunque ordinum, etiam Mendicātium Sedis Apostolicæ capellani perinde eorum superioribus & ipsorum correctionibus in omnibus & per omnia sint subiecti ac si prædicti capellani non essent, non obstantibus exemptionibus, & alijs quibuscunq; priuilegijs in cōtrariū facientibus. Ita habetur in libro [b] Monumenta ordinum, quod ipsum statuit Bonifacius IX. vt in ipso libro [c] continetur. Et hoc est conforme decreto Concilij Tridentini statuētis, nequis regularis, sine sui superioris licentia prædicationis, vel lectionis, aut cuiusuis operis prætextu subijciat se obsequio alicuius prælati, principis vel vniuersitatis, vel communitatis, vel alterius cuiuscunque personæ secularis nec ei aliquod priuilegium, aut facultas ab alijs super his obtenta suffragentur.

a Bap. in sūma tit. monac. fol. 175 col. 2.

b In. 1. impr. fol. 37. & in 2. fol. 35. concef. 39.

c In. 1. impr. fol. 126. concef. 563. Cō. Trid. sef. 25. de regul. c. 4

## ARTICVLVS VII.

### *Vtrum religiosus adquirat monasterio, vel ecclesiæ, in qua habet beneficium.*

REspondeo dicendo, quod religiosus, præsertim canonicus regularis non simplex, sed beneficiarius quærit suæ ecclesiæ, vel beneficio quod non subest monasterio suo nec ordini, quem professus est. Ita Nauarrus. [d] Et probatur: nam religiosus translatus ad Episcopatum, vel beneficium quærit illi ecclesiæ, vel beneficio, & desinit esse sub obedientia & potestate prælati, & monasterij regularis, quibus antea subserat, & incipit subesse ordinario, cui illa ecclesia subest secundū glossam, quā dicit singularem Calderinus, [e] & eam commendat Panormitanus, & est communiter recepta. Et eadem ratione idem est dicendum de religioso promoto ad beneficium regulare sui ordinis non subiectum illi pleno iure, sed ordinario saltem quoad institutionem, & destitutionem: quia etiam is est à potestate superioris exemptus, cum ab eo non possit amoueri, nec reuocari ad clausträ, nec aliquid ei iubere de pertinentibus ad illam ecclesiā, nisi ad summū petere pensionem annuam, vel aliquod aliud onus, si quod ei iure impositum est, de fructibus eius, soluendum, vel subueniendum monasterio cuius membrum est, iuxta sacros Canones. f Quod ipsum eadem ratione etiam dicendum est de religioso, qui transfertur ad ecclesiam regularem, pleno iure subiectam monasterio: ita tamen quod non sit ad nutum nec sine culpa ad id sufficienti amouibilis, siue id iure communi siue priuilegio siue consuetudine iusta contingat. Cum enim nulla ratio efficax diuersitatis reddi posse videatur, idem iuris in eo confitemur. Imo eadem ratione dicere oportet de eo, cui ex certa scientia Papa concedit ad vitam suam beneficium regulare siue iure pleno subsit prælato, siue non, siue ad nutum amouibile siue non; quia is nō potest onerari, nec etiā amoueri à prælato suo, nec reuocari al clausträ, plus quā si esset præfectus alicui ecclesiæ seculari; prout cum doctoribus communiter tradit Nauarrus [g]

d Nau. in. c. non dicatis 12. q. 1. nu. 6.

e Gloss. vbi Calder. in Clem. 1. v. clausträ de statu mona. Panor. in. c. monach. de statu mona. & in. c. fin. de capel. monachi.

f c. de monachis. c. auaritia de præbēdis.

g Nau. in. c. non dicatis 12. q. 1. n. 6.

## ARTICVLVS VIII.

### *Vtrùm monachus possit cogi à prælato ad accipiendum aliquod beneficium vel prohibere ab eius acceptione.*

REspondeo dicendo, quod non possit cogi ad accipienda beneficia secularia. Tum, quia non licet ei accipere illa argumento aliquorum Canonum. [h] Tum, quia licet per dispensationem Papæ id sibi liceret, tamen id non pertinet, ad regulam suam, nec ad suum monasterium, ad quæ & alia pertinentia tantum potest cogere ex mente Diui Thomæ. [i] Nec ad regularia aliorum ordinum, imo nec ad beneficium alterius monasterij eiusdem ordinis. Tum, quia grauiter id prohibitum [k] est: adeo quod sæpe fit ineligibilis, imo & inhabilis vt ei alias conferatur: vt neruose probat Rebuffus. [l] Verum est tamen, quod potest cogi ad accipiendum beneficium consuetum regi per regulares sui monasterij: quia regularis obedire debet suo prælato in omnibus, quæ secundum regulam

h c. 2. de statu monac. c. cum de beneficio de præbēd. li. 6

i D. Tho. 2. 2. q. 104. art. 5.

k c. cū singula. §. prohibemus de præb. l. 6.

l Rebuff. in prax. benef. tit. de dilpēsat. cum regula. n. 3.

gulam & quæ pertinent ad eam,& ad monasterium: & gubernatio beneficiorum monasterij pertinet ad ipsam.Et quod ait Nauarrus, [a] procedere videtur in beneficio parui valoris,& non sufficientis victui canonici regularis ad effectum cogendi eum accipere: non autem ad effectum relinquendi monasterium & victum in eo sibi debitum: etiam si statuto caueretur id,quod secũdum ius [b] præcipitur:videlicet, vt beneficiarij eant ad sua beneficia,& in eis resideant. Supradictũ est verum, etiam in beneficio manuali, siue ad nutum amouibile. De hoc enim beneficio, ac de alijs regularibus perpetuis idem est iudicandum. Excepta,vt ita dicam,manualitate:prout colligitur ex iure, [c] & tradit glossa.Nisi iusta causa se excusare posset. Qualis forte erat illa,qua quidam recusabat accipere,eo quod probabiliter credebat vel le eum mittere ad aliud, quod erat litigiosum,vt sua & suorum industria labore & pecunia pacificaret illud, animo statim amouendi eum ab eo,& conferendi alteri. Non enim est malitijs hominum indulgendum, iuxta quandam legem. [d]

a Nau.in. c. statuimus 19.q.3.n.29.

b Clem.1.§. cæterũ.v.sanè. de statu monach.

c Clem.1. d̃ supple. negli. prælat. glos.in.d.§. cęterum. v. residere.

d l.infundo ff.de reiudic.

## ARTICVLVS IX.

*Virùm Prælatus possit cogere subditum suum ad relinquendum beneficium manuale, aut habilem facere ad duo beneficia etiam sui ordinis & monasterij.*

REspondeo dicendo,quòd potest cogere ipsum ad relinquendum beneficium manuale. Et hoc tantum sua voluntate, etiam si nulla alia causa iusta extet iuxta sacros Canones, [e] modo id non faciat malo animo:prout resoluit Nauarrus. [f] At non potest ipsum cogere, nec habilem facere ad duo beneficia, etiam sui ordinis & monasterij per quandam Decretalem. [g] Ex qua notat Rebuffus, quod licet monachus, & regularis possit vnum habere beneficium regulare:tamen duo habere non potest,nec quidem capellam, vel pensionem, aut portionem monachalem cum beneficio. Nam quodlibet beneficium,est incõpatibile monacho cum primo: & ita dispensatione opus est, etiam si duo tantum simplicia vellet habere. Adeo quidem quod regulariter non solet concedi dispensatio, vt possit duo beneficia sui ordinis in titulum retinere: secus in seculari. Sed poni solet in dispensatione, vt religiosus vnum habeat in titulum, & aliud in commendam. Et ratio est: quia si religiosus in titulum haberet duo in diuersis monasterijs esset sub diuersa obedientia contra quandam Decretalem, [h] & esset monstrum habens duo capita contra aliam Decretalem; [i] nisi illa duo beneficia dependerent ab vno & eodem monasterio. Tunc enim posset ea simul in titulum habere: quia non subest in hoc casu diuersis,sed vni tantum.Aut nisi connexa essent, vel vnita: nam in his casibus non requiritur dispensatio ad ea obtinenda, prout dicitur in quadam Decretali. [k] Ex qua illud colligit Nauarrus,& tradit Rebuffus.Ex quibus infertur, quod si regularis iam habens parochialem Ecclesiam, petat aliam sibi commendari, & Papa dicit in signatura,fiat, vel concessum, vt petitur in titulo:si Papa alias non dispensauerit, tenebitur hic regularis dimittere primam, & secundam habere in titulum: quia regularis sine expressa dispensatione non potest duas parochiales Ecclesias in titulum habere,iuxta quandam Decretalem, [l] nisi in aliquibus casibus.Et hunc casum,ait Rebuffus, [m] sibi in proprijs terminis contigisse, & cuidam monacho consuluisse, vt primam rursus impetraret,& vna cum secunda posset illam obtinere cum dispensatione opportuna ad illa duo. Verum,si dispensatum fuerit cum regulari,vt vna cum prioratu, vel alio beneficio regulari possit vnum seculare beneficium cum cura,vel sine cura, si sibi alias canonice conferantur,recipere,& quo ad vixerit retinere,non valebit tamẽ ordinarius, commendare beneficium seculare illi monacho:quia seculare beneficium non datur regulari in commendam,etiam à Papa,nisi in signatura sit expresse concessum,& in dispẽsatione,quod etiam ordinarius eidem cõferre,& cõmendare possit.Et hoc debet ita fieri;quia interdum quis amisit beneficium ob hoc,quòd hæc clausula fuerit omissa. Et ait Rebuffus,hæc tanquam noua esse notanda. Nec quidem in titulum ordinarius dare potest:quia duo non dantur per titulum, maximè regulari, nisi hoc in dispensatione fuerit concessum. Ideo in dispensatione debet exprimi, quod illa duo in titulum habeat contra regulam [n] iuris ordinariam. Quod secus est in secularibus. Et ratio diuersi-

e ca.ad nostram, & ca. porrecta.de cõfirm. vti.

f Nauar.vbi sup.n.65.

g c.cum singula in princi.de præbẽ. Rebuff. vbi sup.n.8.

h c.fin.de religio.domi.

i ca.quoniã inplerisque de offi.ordi.

k d.ca.cum singula. Naua.vbi supr. n.23.Rebuf. in praxi benef.tit. d̃ dispensa.cũ regul.nu.8. &.9.

l c.Monach. de statu monac.c. quod Dei timorẽ de statu.regula.

m Rebuff. vbi sup.n.13

n ca.cũ singula.§.prouidemus de præb.lib. 6.

uersitatis est: quia ad vitam non commendantur beneficia ab Episcopo iuxta sacros Canones. [a] Et hoc est maxime prohibitum (vt scilicet duo habeat) in Concilio Lugdunensi: cui non potest derogare ordinarius, iuxta glossam [b] communiter receptam.

a c. nemode elect. lib. 6.

b Glo. in. c. cum dilect. de elect.

## QVÆSTIO XXXV.

### De cura animarum, quam habent regulares super Indos in sex articulos diuisa.

*Circa quam quæruntur sex.*

1 *VTrùm in partibus Indiarum possint religiosi Mendicantes extra sua monasteria esse ecclesiarum parochi.*
2 *Vtrùm Reges Hispaniarum possint signare Ministros sine licentia Episcoporum.*
3 *Vtrûm licentia ad exercendum officium parochi in partibus Indiarum debeat cõcedi pro fratribus in capitulis prouincialibus.*
4 *Vtrũ capitulũ prouinciale possit cõmittere hãc licẽtiã fratribus alterius prouinciæ.*
5 *Vtrùm religiosi Indiarum sint curati.*
6 *Vtrùm Episcopi post intimationem Breuis Pij Quinti possint auferre à fratribus populos aliquos Indorum.*

### ARTICVLVS I.

*Utrùm in partibus Indiarum possint religiosi Mendicantes extra sua monasteria esse ecclesiarum parochi.*

REspondeo dicẽdo, quod Pius V. anno Dñi millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, vigesima tertia die Martij ad instantiam Philippi Secundi Hispaniarum Regis, *Concessit Capitulis prouincialibus Indiarum quorumcunque ordinum, etiam nõ Mendicantium, vt possint dare licentiã suis fratribus, vt in monasterijs sui ordinis, vel extra commorantibus in locis assignatis & assignandis officium parochi exerceãt, sacramenta ministrãdo, prout hactenus consueuere, ordinariorum licẽtia minime requisita, & quod ibi, vbi dicti religiosi curam animarum exercent nihil innouent Episcopi autoritate Apostolica statuit.* Ita refert Veracruz, in suo compendio. Circa quam concessionẽ primo est notandum, quod personę, quibus cõceditur supra dicta potestas exercẽdi officiũ parochi sunt religiosi cuiuscũq; ordinis, licet in petitione Regis solũ petitum fuerit pro fratribus Mendicantibus. Quare religiosi nõ habentes prouincialẽ, & capitulũ prouinciale in his terris, nõ possũt gaudere dicta potestate: quia debet cõcedi & haberi in Capitulis prouincialibus à suis prælatis.

Secundo nota, quod sub hac potestate officium parochi exercendi includitur prędicare, vt dicitur in eodẽ Breui. Et ait glossa [c] quædã, quod pertinet de iure curatis. Quod confirmat Conciliũ Tridentinũ. [d] Includitur etiam sepelire Indos, & associare eorum corpora cum Cruce alta, etiam transeundo per terminos parochię clericorum: quia alij curati possunt, ergo qui exercent officium parochi. Et etiam includitur habere scholas puerorum. Debet tamen iste curatus quicũque sit habere scientiam linguarum suarum ouium, quia in Concilio [e] Tridẽtino mandatur, quod resideat, & quod sit habilis atq; perseipsum curã animarũ exercere possit: alias quod prouisio, vel collatio irritetur. Si autẽ non habet scientiã linguarũ nõ potest per se officiũ parochi exercere, puta prædicare sacramenta dare, &c. quod alijs canonibus antiquis erat iã decretũ. Et Ludouicus [f] Gomez docet esse regulã Rotæ, quod is qui Ecclesiæ cathedrali prouidetur, nisi intelligat idioma loci vbi Ecclesia huiusmodi cõsistit, prouisio sit nulla. Et dicit ipse, quod regula fundatur in iure. [g] Et dicit prædictã regulã habere etiã verũ in Ecclesia cõmendata. Et quæstione sexta dicit, q̃ hæc regula ligat etiã extra curiã: quia vbiq; militat eius ratio, scilicet, salus animarũ, argumento aliquorum iurium, & argumento eorum, quę tradit Felinus. [h] Includitur etiã in hoc officio parochi, quod continetur in quodam Canone [i] Gregorij VII. Vbi dicitur, quod omnis Christianus procuret ad missarum solennia aliquid Deo offerre, & ducere ad memo-

c Gloss. in Clem. dudũ de sepult. §. verum.

d Conc. sess. 24. de refor. c. 4.

e Con. Trid. sess. 7. ca. 3. de reform.

f Gomez in reg. de idiomat. pa. 230.

g Extrag. Ioan. 22. tit. de priuil. sedis Apostol.

h Felin. in c. 2. de rescripti.

i cap. omnis Christian. de cõse. d. 1.

memoriam,quod Deus per Moysen dixit: non apparebis in conspectu meo vacuus. De quo aguntPanormitanus & Soto. [a] Aduerte tamen,quod curatus non potest cognoscere de causis matrimonij, puta de celebratione diuortij:quia hoc pertinet ad dignitatem episcopalem. Et sic nec fratres virtute huius Breuis Pij Quinti possunt de hac re cognoscere. Verum est tamen,quod virtute concessionis Adriani Sexti possunt de hac re cognoscere: cum in ea prouincialibus & fratribus ab ipsis deputatis concedatur omnimoda potestas. Et similiter parochus non potest punire delicta, vel ferre excommunicationem quia non habet iurisdictionem contentiosam. Et per consequens huiusmodi fratres non poterunt id efficere,nisi virtute indulti Adriani Sexti,in quo ipsis conceditur, vt dictum est, omnimoda facultas cum certis limitationibus. De quibus late dicemus.

[a] Panor. in c.iuam de fi monia,Sot. de iust.lib.9 q.3.ar.1.

Tertio nota, quod loca, in quibus potestas huius cõcessionis datur, exercenda per fratres, sunt monasteria sui ordinis, modo sint sita in oppidis Hispanorũ, modo in populisIndorum:quia omnia sunt monasteria ordinis:& similiter extra, putà, in populis de su visita.Habetur enim in litera,postquã dicitur,in monasterijs sui ordinis,in locis ipsarum partium assignatis,& assignandis, officium parochi exercere possunt, de licentia suorum prælatorum,in capitulis prouincialibus obtenta, sine licentia episcoporum. Extra tamen hæc loca non possunt fratres officium parochi exercere:quia non conceditur nobis absolute, hæc potestas, sed limitatiue. At vero in dictis populis possumus audire confessiones omnium Indorum, etiam si non sint de nostra iurisdictione, eosque baptizare Eucharistiam & extremam Vnctionem conferre, & factis bannis, & informatione suorum matrimoniorum eos matrimonio coniungere, etiam modo post Concilium per priuilegia Leonis Decimi, & Pauli Quarti supra citata in quæstione de baptismo. Et ait Veracruz, quod sic erat vsus, & se vidisse & fecisse sæpe.Et in hoc Breui Pij Quinti conceditur,vt in dictis populis possimus officium parochi exercere,matrimonium celebrando, sacramenta ministrando;prout hactenus consueuerunt,non obstante Concilio Tridentino, & alijs quibuscunque. Neque obstat, quòd Gregorius Tertiusdecimus reuocauerit omnia,quæ contra Concilium Tridentinum concesserit religiosis Pius Quintus. Nam respondetur,quod ista reuocatio non extenditur ad concessionem pro partibus Indiarum, in quibus multa hodie contra Concilium Tridentinum conceduntur,pro conuersione infidelium, & manutenentia conuersorum. Modo autem non placet, quod possint Indos alterius iurisdictionis matrimonio coniungere,quia abundant ministri, & quia sequitur confusio: secus si alter est nostræ iurisdictionis illorum, qui volunt matrimonium contrahere: quia Concilium,non prohibet,nisi sponsos alterius parochiæ,quod tales non iungat matrimonio, nisi eorum parochus.

Nota quarto, quod Capitula prouincialia sine alia licentia non possunt signare populos,quos voluerint suis fratribus ad prædictam potestatem exercendam,puta, assignamus fratrem,N. pro populo, N. indifferenter. Absurdum est enim hoc; neque concessum in Breui, confusioque iurisdictionis, & hierarchiæ ecclesiasticæ: & esset commune iurgium inter pastores ouium Christi,& sic non possumus illud inferre ex commissione generali,cum non clare concedatur. Quare verba huius Breuis ibi, locis ibi assignatis,vel assignandis intelliguntur, quòd Episcopi,vel prorex, vel gubernator, qui vices gerunt Regis concedunt fratribus tales populos, & tũc prouincialis siue prior commendat fratri curam illarum. Quod sic dicit Breue. Ait enim, quod in huiusmodi populis, qui tempore dati Breuis sic erant fratribus assignati, vel post assignabuntur, quod possint dicti fratres officium parochi exercere, habita licentia suorum superiorum in capitulis prouincialibus: quia cũ non possint capitula prouincialia assignare fratribus ad prædictum officium exercendum,populos clericorum,nisi de licentia ordinarij sequitur quod cum in hoc Breui Pij Quinti cõcedatur capitulis prouincialibus, vt possint licentiam dare suis fratribus, officium parochi exercendi in populis assignatis & assignandis,necessario debet intelligi de assignatione facta per Episcopum, vel proregem de tali & tali populo conuentui talis monasterij, v t dixi, vel facta per Regem Philippum, vel eius gubernatorem, quia est Patronus Indiarum, vt declarabitur sequenti articulo.

## ARTICVLVS II.

### *Virùm Reges Hispaniarũ, possint signare ministros sine licentia Episcoporũ.*

REspondeo dicendo, quod Reges Hispaniæ sine cõsensu Episcoporum, possunt assignare dictis fratribus populos Indorum, vt ibi exerceant hanc potestatem parochorum. Et sic refert Veracruz practicatum fuisse Mexico anno millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, mense Augusti. Commendauit enim fratribus Prædicatorum populum de Tepexic contra voluntatem Episcopi, de Tlaxcallan; & sepe in noua Hispania sic practicatum est. Et similiter ait dictus pater, se vidisse illo etiam anno ibidem populum de Iehoacam per dictam audientiam committi fratribus Minoribus, non obstãte quòd ibi residebat clericus per Episcopum dictum, de Tlaxcallan. Et hanc autoritatem habent Reges Hispaniæ per Breue Adriani Sexti concedens Regibus dictis Hispaniarum conuersionem Indorum huius noui orbis, stricte præcipiendo eis, vt mittant viros timentes Deum, doctos, peritos & expertos ad instituendos illos in fide catholica. Et sic per hanc commissionẽ per Papam factam Regibus Hispaniarum: possunt assignare fratribus populos Indorum, vt eos in fide instruant: quia in hoc fungũtur autoritate Papæ, ac si ipse Papa faceret: quia subrogatus debet sapere naturam subrogãtis: & delegatus non habet iurisdictionem iure proprio, sed iure delegantis, vt notant Panormitanus: [a] & quod iniungit nõ sua, sed delegãtis autoritate iniungit, prout dicitur in iure, [b] & notat Panormitanus. Et sic facit Rex: & per expressum mandatũ Regis fit assignatio à proregibus in noua Hispania, & à gubernatoribus alibi. Et si dixeris, quomodo Papa aufert Episcopis suã autoritatem? Respondeo, quod Papa non aufert eam Episcopis: qui potest vbiq; terrarum ministros præficere pro salute animarum, sine consensu ordinariorum, prout dicitur in quandam decretali, [c] vbi glossa ait, ipse fuit vocatus in plenitudine potestatis, vt ipse concurrat cum omnibus prælatis: ideo inter ipsos est locus præuentioni. Et hanc potestatem præficiendi ministros pro salute animarum, potest Papa committere quibus sibi visum fuerit: & sic commisit Regibus Hispaniæ.

a Panor. in c. Sanè quia de potest. de leg. n. 2.

b c. cũ in iure vbi Pano. n. 2. eod. tit.

c c. 2. de præben. lib. 6.

Et aduerte, quod Rex Hispaniarum duplici via potest prouidere ecclesijs Indorũ de ministris. Prima, iure patronatus, quo gaudet in his partibus: sicut in regnis Granatæ, & Cordubę. Secũda, ratione delegationis sibi factæ per Bullam Alexandri VI. Et sic incũbit Regi Hispaniarũ prouidere de ministris pro conuersione Indorum, & non Episcopis, nisi Rege non prouidente, & non prę ficiente. Ipsi enim soli per Sedem Apostolicam commissum est & hoc antequam essent Episcopatus creati in his partibus.

Ex quo patet, quod nulla iniuria Episcopis in hoc infertur. Non enim eis auferretur ius prouidendi de curatis, nisi prius Papa prouidisset: quia, vt dixi, concurrit cum omnibus prælatis in procurando, & gubernando populum Christianum, cum ipse sit ordinarius ordinariorum, & ordinarius totius orbis & vrbis.

Et Rege non prouidente de huiusmodi ministris prouident Episcopi: & cum Rex prouidet, statim cedit etiam præfectus, & prouisus ab Episcopo iuxta tradita in sacris Canonibus, [d] & notata à Panormitano dicente, Episcopum, neque alium prælatum habere potestatem constituendi rectorem in beneficio, sine præsentatione Patroni illius Ecclesiæ. Et quando rex iure patronatus prouidet de ministris, tunc videtur seruare ordinem iuris, vt prouideat de idoneis ministris, non alterius Episcopatus, sed illius, prout dicitur in sacris Canonibus, & tradit Antoninus dicens, quod si patronus præsentat non idoneum, quod potest & debet Episcopus illum repellere. Quod est notandum pro istis nouiter prouisis nesciẽtibus linguam Indorum: sunt enim repellibiles.

d c. decernimus. 16. q. 7. Panor. in rubric. de iure patron. n. 4.

e c. decernimus. 16. q. 7. c. hortamur d. 71. Anton. 3. p. tit. 12. c. 12. §. 4. in princip.

Aduertendum tamen, quod hæc habent verum, quando illa loca, vbi Rex mittit Autoritate huius concessionis Alexandri Sexti prædicatores, & ministros non haberẽt Episcopum, vel capitulum Sede vacante. Et ratio est, quia Alexander Sextus solum committit Regibus Hispaniarum, vt mittant viros doctos ad instruendum Indos in fide. Quod vero ex his verbis concedatur regibus, quod contra voluntatem Episcoporum possunt prę ficere parochos indecẽs, videtur officio episcopali, nec admittendum talem sensum ex verbis illis generalis concessionis Alexandri, puto: quia notabiliter læditur iurisdictio

risdictio Episcoporum : Et de hac læsione non fit mentio. Et sic non debemus talem intellectum admittere, iuxta tradita à Syluestro, [a] & Panormitano. Secundo, quia Rex mandauit, prouideatur Indorum Populis, vocato Episcopo, & prouinciali coram Vicerege. Tertio; quia si religiosi haberent populos Indorum sibi à Rege assignatos, & Rex præciperet, vt inde exirent, si religiosi adhuc ibi manentes sacramentum matrimonij administrarent ibidem, non valerēt: quod quidem est absurdum. Dixi virtute huius concessionis Alexandri Sexti. Nam modo ablatus est scrupulus per Breue Pij Quinti: quia ibi conceditur, vt religiosi sacramenta ministrent, sine licentia Episcopi. In hoc enim casu Rex prouidit, vt legatus, & non vt patronus. Quando autem Rex prouidet de ministris secunda via, scilicet, vt legatus pro conuersione Indorum, tunc non tenetur prouidere secundum iura superius dicta, scilicet, de filijs Episcoporum: quia tunc non prouidet vt patronus, sed vt delegatus Papæ, mandantis ei vt destinet viros timentes Deum, doctos, peritos, & expertos ad instruendum Indos in fide catholica. Et sic solum debet Rex in hoc adhibere, qui melius poterunt instruere Indos in fide catholica, & illos præficere populis Indorum. Et hoc nō aliter probatur, nisi quia facit autoritate Papę: commendantis ei conuersionem Indorum. Et hinc est, quod si aliquis ecclesiasticus in his partibus non exēplariter viuit, statim euocatur à Rege in Hispaniam; quia impeditur conuersio Indorum per suum malum exemplum. Et similiter si magister ordinum mendicantium, mittit vicarium visitatorem in has partes, debet se prius Regi præsentare. Et similiter, si aliquod priuilegium impetratur à Papa, quod tangat gubernationem in spiritualibus in his terris, non debet poni in practica, nisi prius registratum fuerit à consilio regio Indiarum. Et similiter nec Metropolitani, nec Episcopi possunt publicare Concilium prouinciale, vel synodale quousque Rex in Hispania videat ne perturbent, seu impediant conuersionem Indorum. Conquesti sunt enim religiosi Indiarum, quia per sua statuta Episcopi perturbabant eos in suorum priuilegiorum vsu, quæ Rex Hispaniæ eis impetrabat à Papa. Et sic Rex prouidit, vt dixi. Quæ omnia sapiunt non ius patronatus, cum valde limitatum sit, sed delegationem autoritate Apostolica factam. Et notanter dixi, quod tangat gubernationem spiritualem in his terris: quoniam si est lex communis, vt de non agitandis Tauris, & declarationibus Concilij Tridenti, & alia similia, non oportet quod registrentur à Consilio Regio: quia in hoc non impeditur gubernatio pro conuertendis Indis: sed iuuatur. Ex hoc infertur, quod si quis religiosus habeat literas à suo generali pro visitatione facienda in noua Hispania regimini ordinis, vel gubernationi conueniens, etiam si literæ in Senatu Regio non fuerint approbatæ, habent suum vigorem, non solum in foro conscientiæ, sed etiam in foro exteriori.

[a] Sylu. ver. priuil. §. 3.

Non tamen ex dictis inferas, quod sola assignatio populorum religiosis facta per Regem sufficit, ad hoc, vt ipsi possint sacramenta ministrare sine licentia Papæ, vel Episcopi: quia Rex in dicta assignatione populorum, solum assignat materiam, in qua possit qui à Papa habet potestatem sacramenta administrare. Et sic videmus in hoc priuilegio petisse Regem Philippum hanc autoritatem à Papa Pio Quinto, pro fratribus Mendicantibus Indiarum à suis superioribus in Capitulo prouinciali ad hoc nominatis. Habita autem licentia poterunt fratres, sacerdotes in populis sibi à Rege assignatis sacramenta ministrare officiumque parochi exercere sine voluntate & licentia Episcopi. Nec obstant iura [b] contrarium ordinantia: loquuntur enim de iure communi: nos autem loquimur de priuilegio particulari concesso per Sedem Apostolicam Regi Hispaniarum.

[b] d. c. pastoralis.

## ARTICVLVS III.

### *Vtrùm licentia ad exercendum officium parochi in partibus Indiarum debeat concedi fratribus in capitulis prouincialibus.*

REspondeo dicendo, quòd prædicta licentia ad exercendum officium parochi, quæ mandatur à fratribus obtineri in Breui Pij Quinti, in Capitulis Prouincialibus debet necessario fratribus ibi committi. Sic enim dicitur in Breui,

non tamen necessarium erit, quod fratres ibi se personaliter præsentent: quia breue solum dicit, quod in capitulis prouincialibus obtineatur illa licentia, & posset tunc definitorium dicere, quod omnes fratres, quos nominauerit prouincialis, vel priores, vel vicarij domorum in sacramentorum administrationes circa Indos, habet ipsum diffinitorium pro nominatis, & quod ex tunc & pro tunc ipsum diffinitorium eos nominat, conceditque licentiam officium parochi exercendi in populis Indorum tunc assignatis, & pro tempore assignandis, quia hoc tantum est ac si in ipso Capitulo prouinciali daretur licentia: quæ iam ibi confertur. Et hoc probatur argumentorum, quæ quotidie versantur in praxi, scilicet, quando delegato conceditur, vt quos ipse prælatos, vel in procuratores nominauerit delegans ipse, scilicet, Episcopus, vel ordinarius ex nunc pro tunc habet pro nominatis, & ipse eos nominat. Tunc enim non delegatus sed delegans nominat, prout tenet glossa, [a] communiter recepta, quam sequitur Sylvester. Et sic dato, quod non sit ordinaria, nec delegabilis hæc potestas huius Breuis, potest tamen hoc modo committi. Et quia Breue non mandat, quod fratres, qui obtinere debent hanc licentiam sint personaliter præsentes in Capitulis prouincialibus, neque quod ibi examinẽtur, sed solum quod ibi obtineatur, si quomodocunque verificetur, quod in capitulis prouincialibus, licentia obtinetur, sufficit; quia tunc verum est, quod in capitulis prouincialibus obtineatur.

[a] Glo. in c. is cui de offi. deleg. li. 6 & c. 1. d pro cur. Sylue. 2 delegat. §. 8 p. 6.

## ARTICVLVS IIII.

### *Vtrùm Capitulum prouinciale possit cõmittere hanc licentiam fratribus alterius prouinciæ.*

RESpondeo dicendo, quod fratribus alterius prouinciæ licet eiusdẽ ordinis sint non potest Capitulum prouinciale cõmittere hanc potestatem, quia Breue concedit fratribus subditis, & habentibus ibi suos prælatos: isti vero non sunt subditi, nec capitulũ prouinciale similiter est superior. Nõ enim isti fratres vocãt prouincialem huius nostræ prouinciæ prouincialem, sed prouincialem suæ prouinciæ; nec prouincialis huius prouinciæ poterit irritare vota facta horum fratrum. Et sic non posset Capitulum prouinciale committere istis fratribus hanc potestatem: & quia non seruatur forma rescripti nihil fit iuxta sacros Canones: [b] vbi notat Panormitanus. Nihilominus, licet virtute dicti Breuis hanc minime habeant potestatem, virtute tamen Breuis Pauli Quarti, poterunt dicti fratres sacramenta omnia Indis in illis populis de consensu prouincialis, vel prioris, aut vicarij, ad ministrare. De quo Breui in quæstione de baptismo, [c] fecimus mentionem.

[b] c. cum dilect. de rescript. & ibi Panor. n. 4.

[c] Supr. q. 31. ar. 3.

## ARTICVLVS. V.

### *Vtrùm religiosi Indiarum sint curati.*

RESpondeo dicendo, quod Episcopus potest præficere monachum de licentia Abbatis ecclesiæ parochiali sæculari, prout tradunt Couarruuias, [d] Turrecremata & Sylvester: imo posset compellere, nisi sit exemptus, prout tradit Sylvester allegans ad hoc quandam Decretalem. Attamen religiosi Indiarum, nec per Breue Pij Quinti, nec per capitula prouincialia sunt curati Indorum, quia vnumquodque recipitur per modum recipientis. Modus autem hic recipiendi in Indorum populis officium Parochi, nunquam fuit receptus à fratribus per modum curatorum, & vt curati: semper enim fugerunt fratres hoc graue onus suis humeris imponere. Item, quia ante hoc Breue Pij Quinti certissimum erat, quod fratres non erant curati: hoc enim petebant Episcopi ab eis, & ipsi renuebant: ergo neque postquam venit dictum Breue, consequentia patet: quia in Breui nihil religiosis iniungitur, vt curatis: quia illa verba dicti Breuis ibi, valeãt officium parochi exercere non hoc probant. Nam statim Papa subdit, vt hactenus consueuerunt: sed antea non erat hoc in consuetudine: ergo nec modo. Item, quia Papa per prædicta verba non creat fratres curatos, sed dat licentiam eis officium parochi exercendi, sicut ante faciebant voluntate ordinariorum non requisita. At verò tenentur religiosi de iustitia facere in dictis populis Indorum non totum quod curatus tenetur de officio facere: quia non sunt curati, sed totum,

[d] Couar. de test. c. 2. n. 3. Turrecr. d. 58. c. 2. Sylu. v. religio. 7. §. 3. & 9. cap. quorũdam §. fi. de test. lib. 6.

totum,quod alias feciſſent ibi clerici,vel religioſi,inde amoti vel impediti,ne ibi intrēt & ſacramenta adminiſtrent:quia ratio naturalis dictat,vt vnuſquiſque ſoluat damnum quod ſua cauſa fuit illatum: ſed cauſa aliquorum religioſorum, & precibus coram Rege factum eſt,quod in populis illis aſsignatis non reſideant clerici curati,vel alij religioſi,qui Indis ſacramenta adminiſtrent, mortuos ſepeliant, miſſas diebus feſtiuis agant. Ergo tenentur de iuſtitia hæc omnia reſarcire ſua cauſa populis Indorum ſublata, licet ex charitate adminiſtrent eis ſacramenta. Hoc exemplo declaratur. Qui enim incipit audire confeſsionem alicuius cepit ex charitate: at vero poſtquam cepit tenetur de iuſtitia præficere propter iniuriam, quæ pœnitenti faceret, ſi non perficeret, prout tenet Soto [a] cum communi. Sic in præſentiarum fratres inceperunt ex charitate hæc facere, ſed accepta hac prouincia tenentur de iuſtitia omnia ſupradicta executioni mandare. Vnde infertur, quod Epiſcopus manet verus paſtor populorum ipſis religioſis aſsignatorum,& aſsignandorum,& poteſt confeſsionem illorum audire ſacramenta adminiſtrare diuortia celebrare, & punire delicta. Tum quia per hæc non impeditur, quin fratres ibidem parochi officium exerceant, tum etiam, quia per Breue Pij Quinti non tollitur Epiſcopis iuriſdictio,quam ſuper illos populos habent iure ordinario. Nihilominus ſic debēt hæc ab Epiſcopis fieri, vt non perturbētur fratres in conuerſione, & manutenentia Indorum: quia priuilegium Papæ nec etiam indirecte frangi debet,nec contra ipſum aliquod intentare, iuxta quandam Decretalem: [b] quod mente tenendum eſt. Infertur etiam quod licet ante Concilium Tridētinum parochus potuiſſet delegare licentiam ad audiendas confeſsiones ſubditorum ſecundum opinionem quam tenuiſſe Mantium, & Gallum, refert Henriquez, [c] putantes, quod ſubſiſtente cauſa, ſi parochus ſit fatigatus,aut infirmus,poteſt nunc poſt Concilium Tridentinum delegare eandem licentiam viro docto aut regulari ex ratihabitione Epiſcopi abſentis: quia parochus eſt iure communi ordinarius, cui Tridentinum Concilium non videtur derogaſſe,niſi pro foro exteriori dicens. Nec idoneum reputari confeſſorem ad audiendas confeſsiones ſecularium, niſi ab Epiſcopo approbationem obtineat. Tamen dicti fratres minime poſſunt, etiam ſubſiſtentibus dictis cauſis ſupradictam licentiam delegare, cum ipſi non ſint parochi, nec iuriſdictionem habeant ordinariam. Vnde neceſſum eſt ad has neceſsitates ſubleuandas licentiam ab Epiſcopis ipſorum locorum,obtinere quibus per Breue Pij Quinti,non tollitur iuriſdictio.

a Sot.in.4.d. 18.q.41.

b ca.quanto de priuil.

c Henri.l.6. de indulg.

## ARTICVLVS VI.

### *Vtrùm Epiſcopi poſt intimationem Breuis Pij Quinti poſsint auferre à fratribus populos aliquos Indorum.*

REſpondeo dicendo,quod ſi Epiſcopi modo poſt plenā intimationē, dicti Breuis velent auferre populos aliquos Indorum fratribus, qui tempore datæ Breuis erant eis aſsignati, nihilominus fratres poterunt ibidem officium parochi exercere, & matrimonia celebrare: quia autoritate Papæ faciunt qui mandat Epiſcopis in hoc Breui,ne vbi fratres incumbunt confeſsioni ſeu conuerſioni Indorum, aliquid innouent, & priuilegium ſuperioris non poteſt diminui per inferiorem, ſecundum Panormitanum. [d] Et ſic non poſſunt Epiſcopi aliquid innouare in populis aſsignatis dictis religioſis tempore datæ Breuis, vel quia poſtea aſsignabūtur, & ſi illos eis auferrent,nihil facerent, & fratres poſſent ibi officium parochi exercere contra Epiſcoporum voluntatem,quia ſic cōcedit Breue,dū dicit ordinariorum voluntate, minimè requiſita. Imo ſi Epiſcopus tolleret religioſis populos Indorum ipſis aſsignatos tempore datæ huius breuis, nihil faceret dato ignoraret, vel ei nō intimatum fuiſſet Breue hoc:quia ligat à tempore datæ, vt tenet Panormitanus.[e] Et Alexāder Quartus decreuit irritas omnes ſententias, quas Archiepiſcopi, & Epiſcopi prælati & rectores ferre præſumpſerint contra indulta apoſtolica conceſſa ordini prædicatorum, vel in poſterum, concedenda, prout habetur in ſupplemento, [f] & quædam gloſſa, [g] iuncto textu ibi, decreuit, quod ſententia lata contra priuilegium Papæ non valet:quod ipſum clarius tenet Panormitanus.

d Panor. in c.niſi ſpecialis de offic. deleg.

e Glo.Pano. in.c.cognoſcentes de cōſt.in margi.litera. C. idem Pano. in.c.cognoſcentes,de conſt.

f In ſupple. fol.115.conceſ.509.

g Glo.iūcto tex.in.c.ex parte & ver. ſign.Panor. in.c. audita de reſt. ſpoliat.n.14.

# QVAESTIO XXXVI.

## De potestate ad conferendum, & ad gubernandum beneficia regularia in septem articulos diuisa.

*Circa quam quæruntur septem.*

1 *Quis possit beneficia regularia dare.*
2 *Quod salarium debeat cõstitui seruientibus ecclesijs parochialibus monasterijs vnitis.*
3 *Vtrùm Episcopi possint visitare ecclesias ordinum militiarum.*
4 *Vtrùm Episcopi possint punire fratrem professum seruientem beneficio curato propter defectus in ipsa cura.*
5 *Vtrùm sententia Cõcilij regalis noceat exẽptioni ab Episcoporum visitatione.*
6 *Vtrùm priores ordinum militiarum in Ecclesijs annexis ipsorum prioratibus possint pontificalia exercere.*
7 *Vtrùm oblationes & anniuersaria pertineant ad commendatarios, seu præceptores militiarum, an ad vicarios & rectores.*

## ARTICVLVS I.

*Quis possit hæc beneficia regularia dare.*

REspondeo dicendo, quod eo ipso quod Ecclesia concessa monachis est, ipso iure intelligitur concessa ipsis facultas conferendi ipsam & instituẽ di rectorem etiam quoad autorizabilem institutionem, supra curam: ita tamen, quod hæc faciant vice Episcopi vel Papæ concedentis Ecclesiam pleno iure, tã quam gerentes vicem Episcopi vel Papæ secundum Ioannem [a] Andræam, Ancharranum, Imolam & Abbatem: licet Antonius aliud voluerit. *Et Leo Decimus & Iulius Secundus conceßerunt, quod omnia quæcunque beneficia Ecclesiastica cum cura, vel sine cura ad præsentationem, & electionem, seu quauis aliam monasteriorum dispositionem spectantia (præterquam, si apud Sedem Apostolicam vacare contigerit, vel alias dispositioni Apostolicæ reseruata fuerint) impetrari non possunt, nec sub gratijs, expectatiuis, aut prouisionibus seu alijs dispositionibus à dicta Sede conceßis, & concedis comprehenduntur, sed eorum præsentationes, electiones, & dispositiones occurrente illorum vacatione ad Abbates & conuentus libere pertinent, quibuscunque non obstantibus.* Ita concessit Leo Decimus congregationi Camaldulensi & Iulius II. congregationi Mõtis Oliueti prout refertur in cõpẽdio [b] ordinis Cistertij. Et hoc ipsum concessum est ab Innocentio VIII. & confirmatum à Pio Quarto in Bulla, quæ incipit, circunspecta Romani Pontificis prouidentia, data Romę apud D. Petrũ anno Dñi millesimo quingentesimo sexagesimo, Kalendis Iunij Pontificatus sui anno primo, pro ordine Sancti Ioannis Hierosolymitani. *Vbi Pius Quartus ordinat quòd beneficia Ecclesiastica ad præsentationem seu collationem Baiuliuorum priorum, & præceptorum Hospitalis huiusmodi suffragari debere decernit, ita quòd presbyteri seculares illa ad præsentes, in commendam, seu alias quomodolibet obtinendas commendæ huiusmodi cedere aut illa alias dimittere nequeant, nisi de consensu eorum, ad quos præsentatio seu collatio spectat, & in fauorem dictæ religionis seu personarum, quæ habitum eiusdem religionis portant.*

Et aduertendum, *Quod Syxtus Quintus præcepit & mandauit omnibus Archiepisco-*

[a] Andræas Ancharra. Imola Abb. & Anton. in d. cap. de monachis.

[b] Comp. tit. eccles. beneficia.

*chiepiſcopis, Epiſcopis & locorum ordinarijs, vt parochialibus, & alijs Eccleſijs, in quibus fratres congregationis de los Loys alias Sancti Ioannis Euangeliſtæ regni Portugaliæ animarum curam exercent vicarijs, & perpetuis parochialium Eccleſiarum, in quibus pro earum cura ſeculares clerici, deputari conſueuerunt, monaſterijs & alijs locis congregationis eiuſdem, perpetuo vnitis pro tempore vacantibus edicta proponere, & concurſum iuxta Concilij Tridentini decretum, quod de ſecularibus Eccleſijs tantum intelligendum eſt, minime de cætero facere præſumant, ſed regulares ordinis, & congregationis prædictæ, ac ſeculares clericos ab eiuſdem congregationis & alijs dictorum monaſteriorum ſuperioribus, iuxta conſtitutionem Pij Quinti, debito tempore nominandos, ſi ab ipſis idonei reperti fuerint, abſq; edictis, & abſque aliorum concurſu in parochialibus Eccleſijs, & vicarijs prædictis admittant, & inſtituant, prout ipſe admittendos & inſtituendos eſſe decernit. Quod in parochialium Eccleſiarum, & beneficiorum curam animarum habentium, quæ de eiuſdem ordinis, & congregationis iure patronatus eccleſiaſtico extiterint, & ſecularibus clericis conferri conſueuerint, earum vacatione, quandocunque occurrente, quanuis per Epiſcopos ad concurſum & examen admitti poſſint alij, & vltra eos, qui per eiuſdem congregationis ſuperiores patronos erunt nominati: nec tamen per eoſdem Epiſcopos, ſi ad eos inſtitutio & non ad alium pertineat, inſtituere ordinare, niſi illos tantum qui inter approbatos & ab examinatoribus idoneos repertos eiuſdem ordinis & congregationis prælatis patronis digniores & magis idonei iudicati, & pro inſtitutione recipienda eiſdem Epiſcopis præſentati fuerint. Quod ſi inſtitutio non ab ipſis Epiſcopis, ſed ab alijs erit facienda: tum quidem, ſoli Epiſcopi ex dignis digniorem, eligere debent: ſed non ante ab eo, ad quem ſpectat inſtitui poſſint quam ab eiſdem patronis ei fuerint præſentati: ſicque in præmiſſis per eoſdem & alios quoſcũque iudices vbique iudicari, &c.*

Hæc conceſsio fuit data à Syxto Quinto decima tertia die Decembris, anno Domini milleſimo quingẽteſimo octuageſimo octauo: & habetur in libro priuilegiorum impreſſo Olyſiponi cum autoritate ſancti officij authenticato per notarios apoſtolicos ad petitionem ſuperiorum, congregationũ de los Loys in Regno Portugaliæ, folio ſeptuageſimo ſeptimo eiuſdem libri. Et ipſum inuenio conceſſum à Syxto Quinto anno Domini milleſimo quingenteſimo octuageſimo octauo, anno tertio ſui pontificatus, congregationi Sancti Benedicti regni Portugaliæ, prout conſtat ex libro eiuſdem cõgregationis priuilegiorũ, impreſſo Romæ ex typographia Titi & Pauli Diadianis, anno Dñi milleſimo quingẽteſimo octuageſimo nono pagina vigeſima quarta. Et aduertendum quod Concilium [a] Tridentinum determinat, quod nec in eccleſijs regularibus etiam ad nutũ amouibiles aliqui deputentur niſi de Epiſcopi conſenſu, ac præuio examine per eum, aut eius vicarium faciendo, excepto monaſterio Cluniacenſi cum ſuis limitibus, & exceptis etiam alijs monaſterijs, ſeu locis, in quibus Abbates generales aut Capita ordinum ſedem ordinariã principalem habent, ac alijs monaſterijs ſeu domibus, in quibus Abbates, aut alij regularium ſuperiores iuriſdictionem Epiſcopalem & temporalem in parochos & parochianos excercent.

[a] Con. Tri. ſeſ. 25. c. 11. de reform.

## ARTICVLVS II.

*Quod salarium debeat constitui seruientibus ecclesijs parochialibus monasterijs vnitis.*

REspondeo dicendo, quod Syxtus Quintus anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo octauo, pontificatus sui anno quarto *Concessit congregationi Sancti Benedicti in Regnis Portugaliæ quod parochiales ecclesiæ, quæ per monachos ordinis Sancti Benedicti solitæ sunt curari ad vitam ipsorũ per presbyteros seculares, vel etiam, per monachos ad nutum remouibiles curentur, constituto eis salario decente ab ordinarijs locorum, bene viso. Reliqui verò fructus in vsus monachorum conuertantur.* Hæc concessio habetur in dicto libro dicti ordinis superius citato pagina vigesima septima. *Et Raynũcius ex autoritate Papæ sibi concessa cõcessit rectoribus & religiosis congregationis de los Lois, id est Sancti Elisi, siue congregationis Sancti Ioannis Euangelistæ in Regno Portugaliæ cum quibusuis capellanis per ipsos fratres, pro seruitio ecclesiarum parochialium vnitarũ suis monasterijs pro tempore deputatis (dum tamen personæ idoneæ sint, & per loci ordinariũ approbentur) pro salarijs seu stipẽdijs eis pro eorũ mercede & seruitio annuatim persoluere, concordare libere & licitè possint, & valeant, & ad maiorem portionem seu maius salarium, siue stipendium, prout concordabunt, ijsdem persoluendũ, minime teneãtur, nec ad id, à quocunque etiam loci ordinario & illius visitatoribus, compelli, aut propterea aliquibus censuris innodari valeant.* Hæc concesio habetur in dicto libro de los Lois superius allegato folio septuagesimo octauo. Et est maxime conformis Concilio Tridentino; [a] vbi imponitur ordinarijs dicta beneficia visitantibus, vt per idoneos vicarios perpetuos, si opus fuerit prouideantur ab eis cum tertia parte fructuum, aut maiori vel minori, arbitrio ipsorum ordinariorum, portione etiam super certa assignanda, ibidem deputandos, non obstantibus quibuscunque priuilegijs. Et sic Syxtus Quintus in cõcessione superius allegata à limitibus Concilij Tridentini minime recessit: hoc non superiorum regulariũ arbitrio sed ordinariorũ iudicio comittens, ne paruitate salarij rectores cogantur aliunde necessaria quærere; & cura animarum negligenter exerceatur. Et iuxta hæc debent hodie practicari tradita in iure. Quod, scilicet, monasteria, quibus sunt vnita beneficia nõ possunt ad libitum alterari ad antiquum statum ecclesiæ, sed tenentur conseruare rectores, seu vicarios illarum ecclesiarum, in antiquo statu; vnde non possunt diminuere solitam pensionem quæ datur illis rectoribus, nec possunt augere pensionem quã à principio soliti erant recipere iuxta quandam Decretalem: [b] vbi notat Abbas, debent ergo religiosi, quibus per Episcopum conceditur ecclesia pleno iure, conseruare illam, quantum ad clericos in suo statu, ita quod possint congrue sustentari, secundum statum, antiquum, vt tradũt Antonius, [c] Imola & Abbas. Quod vt fiat recte arbitrio Episcoporum, in Concilio Tridentino committitur.

[a] Sess. 7. de reformat. c. 7. & sess. vltim. de reform. c. 16.

[b] c. auaritiæ vbi Abb. d. notabi. 1. de præbend.

[c] Anton. & Imo. in c. d monachis de præben. Abb. in c. 2 d religiosis domi.

## ARTICVLVS III.

*Vtrùm Episcopi possint visitare ecclesias ordinum militiarum, exigendo rationem à rectoribus & ab œconomis visitando confratrias, & eremitas.*

REspondeo dicendo, quod Episcopus ius habere non potest visitandi ecclesias dictorum ordinum. Quod probatur primo, quia dictæ ecclesiæ & earum gubernatio pertinet ad superiores militiarum & per consequens nullum ius ad earum visitationem habere potest Episcopus, cum duo domini eiusdẽ rei in solidum esse non possint,

a DD. in.l. vt certo.§.fi duobus cōmodat.

posſint,vt dicunt communiter Doctores a Nec in his eccleſijs Epiſcopus habere poteſt iuriſdictionis partem, ad hoc, vt poſsit viſitare & corrigere quæ correctione digna fuerint:quia ſpiritualia indiuiſibilia ſunt cū nullo corpore conſtāt. Et ita ſeruitutes dicuntur indiuiduæ cum nullum habeant

b l. ſtipulationes non diuiduntur ſi.de verbo. obli.

corpus, vt probat quædā lex. b Cuius verba ſunt. Stipulationes non diuiduntur earum rerum,quæ diuiſionem, non recipiūt. Quod etiam probant alia iura. c Et ratio fundamentalis eſt: quia naturaliter eſt indiuidua iuriſdictio, & ſine iuriſdictione, hæc eccleſia viſitare non debet, cum ſit res incorporea intellectualis,& indiuiſibilis ſecūdum iuris diſpoſitionem.Et ad iſtam materiam eſt regula, & doctrina ſingularis & neceſſaria, quod illud dicitur indiuiduum, quando pars eius non affert tantam vtilitatem reſpectu partis,quantam,totum reſpectu totius. Quam regulam & doctrinam probant multa iura. d Et hanc rationem aſsignant Bartolus, e Iaſon Alexander & alij, quos refert & ſequitur Antonius Gomez. Et quod iuriſdictio ſit indiuiſibilis tenet expreſſe Speculator. f Ex quibus conſtat,quod Epiſcopus non habet iuriſdictionem, nec in totum nec in parte:nec etiam poteſt dici,quod Epiſcopus ſaltem cumulatiue vti poterit iuriſdictione, præſuppoſito quod in eo loco ſit locus præuētioni,& qui prius inceperit cognoſcere de aliqua cauſa, ipſe cognoſcat ea. Nam reſpōdetur ex ſuperioribus,quod iuriſdictio pertinet ad ordinem(verbi gratia Alcantaræ)& alios ordines communicantes in priuilegijs,vt eſt ordo militiæ de Auis. Et ea ſemper vſi fuerūt pleno iure. Et Epiſcopi nunquam in eis locis exercuerunt, vel ſaltim ſi exercuerunt non bona fide & titulo ſufficienti ad præſcriptionē,nec tempore neceſſario ad complendam iuriſdictionis præſcriptionem; & ſic nec cumulatiue, nec priuatiue eam habere poterunt. Hæc autem opinio his noſtris temporibus maximè controuertitur: ideò oportet argumentis quæ contra ipſam proponuntur reſpondere:ex quorum reſpōſione veritas ipſius magis patebit,& probabitur.

Primum Argumentum, quod contra eā proponitur, eſt huiuſmodi. Nam videtur, quod tam de iure communi, quam ex ipſo Concilio Tridentino ius viſitandi eccleſias Epiſcopis concedatur : prout in quodam Canone g expreſſe determinatur. Cuius verba ſunt:Decretum eſt vt omnes eccleſię cū dotibus ſuis & decimis, & omnibus ſuis iuribus in Epiſcopi poteſtate conſiſtant atque ad ordinationem ſuam ſemper pertineant. Ex quo euidenter colligitur, quod Epiſcopus habeat ius viſitandi,in ſua dioœceſi,cum habeat omnes eccleſias ſibi ſubiectas qui tanquam ordinarius poteſt caſtigare, punire, coercere & inquirere contra male factores, prout dicitur in iure, h vbi communiter notant ſcribentes. Et quod magis eſt, Epiſcopus ratione officij & dignitatis tenetur præciſe viſitare eccleſias in ſua dioœceſi cōſtitutas: & aliter faciēdo procederet cōtra ſacros Canones i determinātes,quod Epiſcopus tenetur, quolibet anno eccleſias in ſua dioœceſi cōſtitutas viſitare,& ſi aliqua viderit,quæ reparatione indigent,reparari iubere. Quod ipſum confirmat Concilium Tridentinum. Vbi probatur,quod ordinarius,cuiuſlibet loci quolibet anno teneatur omnes eccleſias viſitare.Huic argumēto reſpōdetur veriſſimū eſſe,quod Epiſcopus habeat omnes eccleſias,& omnia ad eas pertinētia,ſua poteſtate. Quod tamen intelligē dū eſt neceſſario de eccleſijs in ſuis dioœceſibus conſtitutis:nā extra nullā iuriſdictionē habere noſcuntur. Et quod ſit intelligendū prædictum decretum de eccleſijs in ſuis dioœceſibus conſtitutis,cōſtat ex alio decreto k Cuius verba ſunt.Epiſcopū percunctas dioœceſis parochias ſuas per ſingulos annos ire oportet. Conſtat etiam ex alio iure, l vbi dicitur. Habeant igitur Epiſcopi ſingulariū vrbium in ſuis dioœceſibus liberam poteſtatem. Ex quibus locis colligitur hoc ius viſitandi, quod poteſt habere Epiſcopus competere ad hoc,vt ſuam dioœceſin viſitet;non vero ea,quæ ſint nullius dioœceſis:quia hæc tāquam extra ſuam eccleſiam cōſtituta viſitare non poterit:quia Epiſcopi extra ſuam dioœceſim, intelliguntur priuatæ perſonæ, argumento aliquorum iurium. m Quod etiam colligitur ex Concilio n Tridentino Et quod eccleſiæ ordinū militiarū,non ſint alicuius dioœceſis, conſtat ex conceſsione Sūmi Pontificis Lucij Tertij:qui declarauit ordinem Alcantaræ,& omnia ad eum pertinentia eſſe nullius dioœceſis.Et id ipſum defiiuit Papa Gregorius. Quorum pōtificum Bullæ ſunt in archiuo conuētus Alcantaræ ad quas poteſt recurri cum fuerit neceſſe. Qua conceſsione funguntur alij ordines militares

g c.decretū 10.q.1.

h .cap.1.de offi.ordina.

i c.decreuimus.10.q.c. fin.de elect. & d.ca.placuit.c. relata.10. q. 1. Conc.Trid. ſeſ.7. de reform.c.8.

k c.Epiſ. 10. q.1.

l c.11.de officio ordin.

m l.cōfinia cum ſimilibus.ff. de iuriſdictione omniū iud. n Con.ſeſ.6 c.5.de reformat:

d l.in executione.§.2.ad opus. ff. de ver.oblig.l. rei operatio §. opere. ff. de verb fig. e Bart.in. d. l.ſtipulatio. non diuidū tur,col.3. in fin.nu.8.Iaſ. n.14.Alex.1. colu.in medio Gom.in vari.reſolu. 2.to.c 10.n. 15.ad mediū f Specul. de præſer.n.28

litares priuilegiorum, communicationem habentes. Probatur præterea; quia locus exemptus,quod ad exercendam iurisdictionem per Episcopum æquiparatur loco existēti,extra diœcesim,prout ait Federicus [a] de Senis, & Dominicus quos refert & sequitur Altamiranus.Et propter Bullam superius allegatam ordo Alcantaræ nunquā permisit,vt dictæ ecclesiæ per Episcopos visitarentur. Imo semper visitatores dicti ordinis eas visitauerunt, à tempore immemoriali. Visitauerunt etiam sactissimum sacramentum altaris,oleum,& pilamBaptismalē reparantes, quidquid oportebat reparari, castigantes beneficiarios iuxta eorum,delicta facta ita in officio siue extra petentes rationem villicationum suarum, ab æconomis & confratribus earum ecclesiarum sine vocibus,& strepitu,& sine aliqua contradictione.

a Feder.consil.16.Domi. in.c.cū Episcop.n. 3. de offi ordi. li. 6.Altami. d visitatione v.propriam diœcesim. n.45.fol. 22. col. 2.

Sed his,quę diximus obstare videtur Cōcilium [b] Tridentinum,vbi videtur probari quod Episcopus proximior, visitet ecclesias, quæ nullius diœcesis esse dicuntur. Et sic ecclesia hæc,quanuis sit nullius diœcesis visitanda videtur ab Episcopo diœcesis,si est proximior. Sed huic decreto respondetur habere locum quando fit visitatio in ecclesijs secularibus ob seruitium, nō vero in regularibus.Quod colligitur ex illis verbis,

b Sess.24. c.3 de reforma.

*Eadēque etiā inhis ecclesijs secularibus.*

Quæ verba aperte indicant contrariū,esse in ecclesijs regularibus secūdum notissimā iuris regulam,quod,scilicet,expressio vnius sit exclusio alterius. Et pro hac opinione, scilicet, quod ille canon intelligendus sit de ecclesijs secularibus non verō de regularibus est bonus textus in Concilio [c] Tridentino; vbi probatur,quod Episcopus tenetur visitare commendata monasteria,etiā Abbatias,& prioratus; sed non illa vbi viget obseruantia regularis. Probatur etiam ex eodē Cōcilio [d] Tridētino; cuius verba sunt:Abbates, qui sunt ordinū capita,ac cæteri prędictorū ordinū superiores Episcopis non subiecti, quibus est in alia monasteria prioratus ve legitima iurisdictio eadem sibi subiecta monasteria & prioratus,suo quisq; loco ex officio visitent. Ex quibus verbis constat,quod regulares, qui Episcopis non sunt subiecti, debent visitari ab eorum superioribus,& non ab Episcopis:& sic nec eorū ecclesiæ. Quia si ecclesias eorum visitarent indirecte cognoscerent, de regularium,causis,quod Concilium Tridentinum nō vult.

c Con. Trises.21.c 8.de reformat.

d Trid. sess. 25.ca.20. de reform.

Secundum argumentum desumitur ex Concilio Tridentino: [e] vbi dicitur, quod ordinarius cuiuslibet loci teneatur quolibet anno visitare omnes ecclesias, quamuis exemptas,& quamuis quocunque apostoli co gaudeant priuilegio, & appellatione remota procedere, non obstantibus priuilegijs & consuetudinibus etiam immemorabilibus,& prescriptis.Ex quo videtur,deduci, esse abrogata omnia priuilegia,quę habent ordines,militares ad hoc,vt non visitentur, ob ordinarijs.Quod etiam probatur ex eodem Concilio [f] Tridentino,sed respondetur ,quod Concilium Tridentinum debet intelligi in casu, in quo loquitur:non enim ait,quod visitent Episcopi,sed iudices ordinarij illius loci,quod colligitur ex principio dicti capitis octaui Concilij Tridentini, ibi,

e Con. Tri. form.c.3.& sess.24.de,re, 9.&.10.

f Con. Tri. sess.7.c.8. de reform.

*Locorum ordinarij ecclesias quascunque quomodolibet exēptas autoritate apostolica singulis annis visitare teneantur,*

Per quę verba innuit Concilium, quod quicunque iudex ordinarius est obligatus visitare ecclesias sibi subiectas, singulis annis siue Episcopus siue alius iudex ordinarius maior,aut minor aut habeat æqualem iurisdictionem. Et in his ecclesijs iudex ordinarius,est Dominus Rex, sicut magister,& administrator perpetuus istorū ordinum militariū,&visitatores eius nomine. Vltra hoc iudex ordinarius est supremum Consilium ordinum autoritate apostolica,quod cognoscit quamcunque causam litem,aut delictum dictorum ordinum etiā si sit grauissimum.Nec potest dici,quod Episcopus solū sit iudex ordinarius,cum possint esse alij iudices ordinarij, qui ordinarij vocantur,vt sunt Archiepiscopi, Episcopi, Abbates,& alij ecclesiarum,prælati,prout notant communiter Doctores. [g] Et hoc modo sunt intelligenda multa iura Concilij Tridentini, in quibus sæpe sæpius fit mentio ordinarium.Ipsa enim loquentia in hac materia, & in alijs similibus sunt intelligenda,non tantum de Episcopis, sed etiam de alijs iudicibus inferioribus, & superioribus iurisdictionem ordinariam exercentibus: nisi ex proprietate rei illum actum nullus præter Episcopum facere possit,prout est ordines conferre,oleum & chrisma consecrare, vel confirmare,vel alia similia,quæ ad Episcopatus officia

g c.decerni mus de iudicijs ver.Ecclesiarum prælati.

officia sunt pertinentia. Pro hac explicatione facit quoddam decretum eiusdem Concilij Tridentini sessione decima quarta,capite quinto de reformatione , ibi , *Ut corã Episcopo,vel alio superiori ordinario.* Ex quibus verbis constat esse alios iudices præter Episcopos, qui ordinariam iurisdictionem exercere possint. Ad idem etiam est textus in capitulo primo.§.hanc autem. de censibus,libro sexto.ibi, *Episcopis alijs que prælatis ordinario iure,* Et quotiescũ que priuilegium exemptionis est simpliciter vniuersaliter concessum, tunc monasteria,& alia loca exempta à iurisdictione prælati sui visitari nõ possunt. Nam visitari est quid annexum iurisdictioni alicuius , vt in aliquibus iuribus probatur : per quæ ita tenet Altamiranus. [a] Et ad hunc modum est intelligendum dictum decretum Concilij Tridentini, in capite octauo,superius allegato,ibi. *Locorum ordinarij ecclesias quascunque quomodolibet exemptas auctoritate apostolica.* Vel aliter potest dici, quod loquitur Concilium de ecclesijs secularibus exemptis habentibus ante priuilegia quod minime visitentur. Hæc enim debent visitari ab ordinarijs. Et sic reuocat priuilegia in contrarium cum talia priuilegia redundent in maximum damnum dictarum ecclesiarum non habentium hominem, qui illarum curam habeat. Et quod necessariò intelligatur de alijs ecclesijs secularibus, & non de regularibus constat ex eo,quod ecclesiæ regulares habeant priuilegium,quod non visitentur. Et ait Concilium [b] Tridentinum,quod debent seruari circa hoc regularium priuilegia . Imo ponit formam,quæ debet haberi in visitatione regularium, & suorum monasteriorum , & ecclesiarum,& earum,quæ habent iudices ordinarios regulares vt sunt tres ordines militares de Alcãtara,Sancti Iacobi,& Calatrauæ,& alij ordines militares,& monachales, & mendicãtes & aliæ similes religiones. Ex quo sequitur, quod siquidem ecclesiæ regulares non debent visitari per Episcopos, sed per suos ordinarios,quos habuerint,aut eorum visitatores generales,decretum Concilij Tridentini superius allegatum tantum est intelligendum de ecclesijs secularibus exemptis ratione aliquorum priuilegiorum,non autẽ de ecclesijs regularibus.

Nec aliquod præiudicium huic ecclesiarum iuri generatur ex eo,quod aliquis Episcopus aliquam ecclesiam dictorũ ordinũ visitauerit, & petierit rationẽ ab œconomis. Nam respondetur quod ad præscribendũ contra dictarum ecclesiarum exemptionẽ erat necessarium , vt haberent præscribentes in principio præscriptionis titulũ, & bonam fidem , quæ omni tempore de iure canonico requiritur , vt in eodem iure Canonico [c] continetur. Ex quo ita colligunt Dinus,& communiter Doctores, Bartolus,& Baldus,& Abbas. Quãuis de iure ciuili probato in quadam lege partitarum aliud dicetur [d] sed tamen in hac materia præscriptionis,quamuis dicta opinio de iure ciuili comprobetur per legẽ regni, nihilominus iuris canonici dispositionibus stare debemus,cũ hæc ad salutem animarum pertineant, & non possit res aliena sine peccato possideri, si scientia Domini superuenerit,prout aduertit Gregorius [e] Lopez . Et quod non habuerit Episcopus bonam fidem,constat, si quidem sciebat dictam ecclesiam esse ordinis,& quod visitatores generales dicti ordinis eam visitent . Et cũ sit ordinarius(qui reuera est)sciebat , aut debebat scire,quod habebat visitatores:& per cõsequens, quod non habuit potestatem ad visitandum : si quidem non visitat alias regulares ecclesias eo solum , quia sunt regulares . Et etiam si Episcopus habuisset bonam fidem, sibi suadens , quod Concilium Tridentinum in locis superius allegatis licentiam illi conferebat,ad visitãdum dictam ecclesiam , hoc nihil ipsi suffragatur attento quod dicta ecclesia erat exempta, & quod nullum ius habebat ad eam visitandam ; nec à Concilio Tridentino talis ipsi facultas concedebatur prout in superioribus late dictum est.Et dato,quod Episcopus visitauit quiete ac pacifice petendo rationem ab ipsis œconomis,& faciendo omnia alia, quæ pertinent ad eum qui habet verum ius ad visitandum,non ex hoc dicendum est , quod acquisierit verum ius,quantum ad proprietatem, & quod verus Dominus cẽseatur respectu dictæ visitationis: siquidẽ paruũ tẽpus interuenit talis possessionis. Contra ecclesiã enim regularẽ nulla currit præscriptio minoris temporis quam quadraginta annis roborata vt probatur in iure . [f] Ex quo colligunt communiter Doctores . Et licet , loquendo de quadra-

a Alta. vbi sup.n.68.fo. 27.col.1.

b Con.Tri. sess.4.ca.5.de refor.& sess. 25.c.8.& 20. de reforma.

c c.possessor de regu.iur. in.6.vbi Dinus & communiter doctores Bart. in.l.naturaliter col.2.ff vsu cap. Abbas& alij in c. vltim. de præscript o. Bald.de prę scrip.2. p.3. p.princi.q.7 d l.12.tit.p.3 e Grego.in. d.l.glo.1.

f ca.illud & ca.de.4. vbi Docto.

dragenaria præscriptione, ad eā nō sit necessarius titulus, sed tantum bona fides, prout post alios resoluit Couarruuias [a] Hoc tamē habet locum quando ius commune non resistit præscribenti, vel iuris prēsumptio contra eum, qui præscribit, non est. Nam alias tempus quadraginta annorum & bona fides, nō sufficerēt: sed est necessarius titulus qui possessori iustam possidendi causam tribuat, vel allegatio, & probatio tanti temporis possessionis, cuius initia memoriam hominum excedant. Pro qua doctrina est quę dam Decretalis expressa, [b] & singularis, vbi probatur, quod prælatus, vel ecclesia, quæ allegabat se præscripsisse decimas alterius parochiæ cum ius commune habebat cōtra se deberet probare titulum & bonā fidem; & possessionē quadraginta annorum vel tantum tempus possedisse, quod hominum memoria non fuisset in contrarium, quod refert Baldus. Et sic in nostro casu, vt intelligatur, quod dictus Episcopus præscripserit iurisdictionē ad posse visitare dictā ecclesiam debuisset eam visitare quadraginta annis, cum bona fide & pacifice visitādo. Cuius contrarium accidit, si eam visitauit excommunicationibus cōstringendo, vltra quod interrupta fuit etiam præscriptio à die, qua fuit lis mota exparte ecclesiæ contra Episcopum. Et hoc à fortiori procedit, si ipsa ecclesia est sub commenda, quæ habet aliam ecclesiam, quæ nunquam solita fuit visitari ab Episcopo; sed est annexa ipsi ecclesiæ non solitæ visitari tanquam capiti. Nam in hoc casu illud, quod dicitur de principali secundum regulam [c] notissimam iuris dicendum est de accessorio. Supradicta etiam confirmantur ex quodam priuilegio Eugenij [d] Quarti concesso monasterio Sācti Pauli, extra muros; quod etiam concessit Pius Papa Quartus anno Domini millesimo quingentesimo septimo, pridie nonas Iunij, pontificatus sui anno quarto congregationi montis Oliueti. Quo priuilegio conceditur, quod, sicut contra Romanam ecclesiam, non nisi centenaria currit præscriptio, secundum constitutiones canonicas, & legitimas sanctiones, ita quoque prædicto monasterio minoris temporis præscriptio non obsistat. Et notandum est hoc priuilegium ad totum ordinem deriuari. Nam priuilegia vnius monasterij toti congregatiōni sunt communia & eius particularibus monasterijs, quando ipsa priuilegia alijs monasterijs & locis dictæ congregationis adaptari & conuenire: possunt, prout concesit Alexander [e] Sextus congregationi Sanctę Iustinæ. Vnde cum ordo militiæ Christi in Regno Portugaliæ habeat communicationem priuilegiorum Sancti Benedicti, & Sancti Hieronymi & aliorum mendicantium per Bullam Pij Quinti de quo agemus infra in quæstione de communicatione priuilegiorum, sequitur, quod cō tra ius non visitandi eius ecclesiam, de qua nobis est sermo, non potest currere minor præscriptio, quam præscriptio centum annorum, præsuppositō, quod ecclesia sit eius ordinis, qui habet communicationem supradicti priuilegij. Insuper nostrum assertum confirmatur, ex Concilio [f] Tridentino, cuius verba sunt: Vniuersitates generales, & alia collegia Doctorum, seu scholarium, & regularia loca, necnon hospitalia actu hospitalitati seruientia, ac vniuersitatum, collegiorum locorum, & hospitalium cuiusmodi personæ in præsenti Canone minime comprehendantur, sed exempta omni modo sint, & esse intelligantur. Ex quibus verbis constat, non solum non esse abrogata priuilegia dictorum ordinum; imo esse à Concilio approbata per illa verba; Et regularia loca ordinum, & omnes personæ dictorum locorum regularium in dicto Concilio declaratæ: & sic posse dictos ordines vti priuilegijs, quę habuerint concessa à qui buscunque pontificibus. Et in particulari ordo de Alcantara potest frui multis Bullis quæ declarant esse dictum ordinem nullius diœcesis, & alijs multis concedentibus multa priuilegia, de quibus omnibus fit mentio in definitionibus dicti ordinis compilatis per Dominum fratrem Petrum Gutierrez, sacristam maiorē eiusdem ordinis, quæ fuerunt impressa anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, & latius in alijs definitionibus antiquis impressis anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio. Quæ bullæ sunt omnes in conuentu Alcantaræ. Quæ omnia quando oportuerit possunt videri; ne hic ordo militaris & alij ordines militiarum suis priuilegijs defraudentur, & sua exemptione ab ordinarijs propter eorum ignorantiam priuentur. Et in archiuo conuentus de Auis ordinis militaris regni Portugaliæ est quædam Bulla Leonis decimi cōcessa magistro ordinis de Auis Domino Georgio, anno Domi-

a Cou. in regu. possessor 2. p. §. 5. n. 7.

c c. 1. de præscrip. c. vbi Baldus. n. 6.

c l. cū principales. ff. de regul. iuris.

d Habet. in li. priui. congrega. S. Benedicti impresso Romæ anno Dñi. 1589: pag. 801.

e Habet. in d. li. pag. 93

f Con. Trid. sess. 4. c. 5. de reformat.

Domini milleſimo quingenteſimo decimo quarto, confirmata per Dominum Papam Gregorium Tertium decimum, & ad petitionē Sebaſtiani Regi Portugaliæ gubernatoris,& perpetui adminiſtratoris dicti ordinis à Pio Quinto conceſſa anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, vt fratres priores, & Curæ,qui reſident in eccleſijs, dicti ordinis non puniantur, neque caſtigentur,per Epiſcopos aut Archiepiſcopos diœceſumvbi reſident,nec ratione delicti nec ratione beneficiorum, nec ratione exercitij ipſorum,etiam ſi ab ipſis conferantur: quia non decet ipſos puniri in duobus tribunalibus ordinis ſcilicet, & ordinarij.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrùm Epiſcopus poſſit corrigere fratrem beneficiatum, dicti ordinis ſeruientem dictum beneficium curatum in eo,quod deliquerit, circa miniſterium curatus.*

REſpondeo dicendo, quod non;cum dictæ eccleſiæ ſint ſubiectæ ordinibus militaribus, & habentes beneficium curatum dictorum ordinum in dictis ordinibus ſint profeſsi,& beneficium,& iuriſdictio tam temporalis,quam ſpiritualis ſit dictorum ordinum. Et ſic dicti fratres beneficiati debent caſtigari & corrigi per ſuos iudices ordinarios, prout patet ex dictis in articulo ſuperiori. Sed contra nobis obſtat, [a] Concilium Tridentinum, vbi conceditur facultas Epiſcopis corrigendi & caſtigandi illos;qui animarum curam exercent,tam regulares,quam ſeculares, ſi deliquerint in ſacramentorum adminiſtratione, & in alijs ad eius officium pertinentibus. Verba Concilij ſunt,In monaſterijs, ſiue domibus virorum,ſeu mulierum, in quibus,imminet animarum cura,perſonarum ſecularium, præter eos, qui ſunt de eorum monaſteriorum, ſeu locorum familia,perſonæ tam regulares quam ſeculares huiuſmodi curam exercentes, ſubſint immediate in his, quæ ad dictā curam & ſacramentorum, adminiſtrationē pertinent iuriſdictioni,viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in cuius diœceſi ſunt ſita. Hæc Concilium. Ex quibus verbis videtur colligi, quod Epiſcopus poſsit procedere contra beneficiarium dicti ordinis,& caſtigare ſi deliquerit in adminiſtratione ſacramentorum, & alijs rebus ad officium curatum,pertinentibus.Sed huic argumento reſpondetur, quod non poteſt iudicari de particula alicuius,legis, niſi tota lege perſpecta vt ait quidam iuris Conſultus. [b] Vnde oportet perlegere totum capitulum Concilij Tridentini; vbi poſt quam dictam clauſulam argumenti poſuit, ſtatim in hæc verba prorumpit. Excipiendo ea quæ ſequuntur in hunc modum, excepto monaſterio Cluniacenſi, cum ſuis limitibus,& exceptis etiam his monaſterijs, ſeu locis, vbi Abbates,generales,aut capita ordinum,ſedem ordinariam principalem habent, atque alijs monaſterijs, ſeu domibus,in quibus Abbates,& alij regulares ſuperiores, iuriſdictionem epiſcopalem, & temporalem in parochos & parochianos exercent.Hæc Concilium Tridentinum. Ex quibus verbis colligitur, quod regulares ſeruientes beneficia curata ſui ordinis, qui non ſunt ſubiecti Epiſcopis,in quorum diœceſi extiterint;nō debent per Epiſcopos viſitari,ſi tales habuerint Abbates, aut generales aut ſuperiores, qui habeant iuriſdictionem ordinariā, qualem habet magiſter ordinis de Alcantara, & magiſtri aliorum ordinum militiarum. Vnde planiſsime conſtat, quod Epiſcopus non poterit viſitare, nec caſtigare fratrem profeſſum dictorum ordinum,habentem & ſeruientē beneficium curatum.Quod patet ex dictis. Et quod ordo Alcantaræ,& eius magiſter,qui eſt Dominus Rex Hiſpaniarū habeat iuriſdictionem ordinariam, ita ſpiritualem, ſicut temporalem, & quod poſsit cognoſcere, vt iudex ordinarius, cuiuſcunque cauſæ, litis & delicti, quantuncunque grauiſsimi, declarat Paz [c] in hæc verba;ſi militer etiam in ordinibus militiarum Diui Iacobi: Alcantaræ & Calatrauæ coram prijs iudicibus ordinum,& non coram Epiſcopis cauſæ clericorum, & meræ eccleſiaſticæ & reliquę ad forum eccleſiaſticum pertinentes tractantur.Et idem Paz, [d] ait declarationem factam, à ſupremo ſenatu regali ad id, quod iudices inferiores non poſsint cognoſcere de cauſis matrimonialibus, & criminalibus,non obtinere in iudicibus prę dictorum ordinum militiarum, ad quos etiam grauiſsimarum cauſarum cognitionem pertinere ait.Et ſupra retulimus ordinem

a Conc.Tri. ſeſſ.25.c.11.de reform.

b l. inſcibile.ff. de legibus.

c Paz. 2. to. præludio. 1.

d Vbi ſupr. n.10.

nem militiæ de Auis in Regno Portugaliæ, habere priuilegium Leonis X. supradicta confirmans. Ex quo poterit inferri, quod fratres qui fuerint alicuius ordinis militaris habentes priuilegia notoria, quod non possint conueniri coram alio iudice ordinario sed corã proprio eiusdem ordinis, non sunt obligati respondere citationibus Episcoporum, aut suorum prouisorum, quia priuilegiatus notorie non est obligatus ad citationem comparere, prout tradunt communiter Doctores [a] & tenent Bartolus, & Summistæ, & sic non possunt procedere iudices contra citatum, si non comparuerit, habentem priuilegium notorium exemptionis, si cut habẽt fratres Mendicantes. Et ideo nõ tenentur ipsi respondere citationibus à iudicibus factis. Vnde cum priuilegium dictarum ordinum militiarum sit notorium, nullus fratrum professus in dictis Ordinibus tenebitur respondere citationibus Episcoporum: & propter hoc non condemnabuntur vt contumaces: & si propter hoc excommunicentur, excommunicatio erit nulla, tã quam lata à non suo iudice. Et quod Ordines militares habeant iurisdictionem ordinariã in oppidis eorũdem Ordinum visum est mihi ponere in præsentiarum quid senserit circa hoc doctissimus Doctor & præceptor meus Sahagun, prælegens in sua cathedra primaria sacrorum Canonum in vniuersitate Salmanticensi capitulum primũ de foro cõpetenti, quod explicãdoait: Respondeo, nostrum decretum non esse restringendum ad solos Episcopos. Hoc enim defendi non potest, siquidem ex decidendi ratione probauimus ecclesiasticam cognitionem à Pontificibus fluxisse in prælatos inferiores, & prelatorũ significatione etiam comprehenduntur omnes superiores, & inferiores, ordinariam iurisdictionem habentes, vt probant iura in argumento allegato. Quare vera nostri textus interpretatio etiam dum meminit proprij Episcopi intelligitur de proprio iudice ordinario, siue superior sit, vt Archiepiscopus, siue inferior prælatus, siue eandem iurisdictionẽ habeat vt ordinarij militiarum Diui Iacobi Alcantarę, & Calatraue. Et vide quos prelatos in hac specie appellauit capitulum secundum de iudicijs, vocat ordinarios Concilium Tridentinum in dicto capite vigesimo, ad omnes enim iurisdictio pertinere diximus in præcedenti argumento. Et probat Sarmiento libro tertio Selectarũ, capite finali: quod etiam confirmat Concilium dicto capite vigesimo; quod tamẽ reformat quoad causas matrimoniales & criminales solis Episcopis reseruandas eodem capitulo, versiculo, ad hæc. Quæ sanè reformatio intelligenda est quoad prælatos inferiores Episcopis subiectos, non quoad alios eandem iurisdictionem habentes, licet episcopali nõ gaudeãt dignitate, vt sunt iudices militares. Nec obstat vltima pars argumẽti de superioribus. Videtur enim textus expresse velle primæ instantiæ cognitionem pertinere ad proprium iudicem. Expresit tamen Episcopum: quia frequentius Episcopi primam cognitionem habent. Et sicut licet dixerit Episcopũ intelligimus Ordinarium, etiam inferiorem: ita in illa prima cognitione, quãuis Episcopi superiores habeant, excluit eos omnes quoad primam instantiam, & disposuit expediendam esse coram proprio iudice. Quod multis rationibus obseruare hodie præcepit Concilium Tridentinum in dicto capite vigesimo, hoc extendens etiam ad legatos in versiculo. legati. Quare noua illius legis constitutione hodie prima instantia ecclesiasticorum coram proprio iudice expedienda est vsque ad definitiuam, nisi Pontifex manu propria contrarium subscripserit, iuxta formam dicti Concilij. Et ita executioni mandatum esse non semel pronunciatum est in regio consilio. Hæc doctissimus Doctor Sahagun. Nec supradictis obstat textus in capitulo primo, in paragrapho, in eos, versiculo, nisi forsan, de priuilegijs, libro sexto, innouatus per Concilĩu [b] Tridentinum, & confirmatus in lege Partitarum, nec quod tradit Couarruuias, quoniam loquuntur, & procedunt quando religiosi sunt destinati ad monasteriorum suorum prioratus, Episcopis, vel Archiepiscopis subiectos ad regimen eorundem prioratuũ, vt constat manifeste ex dicto paragrapho, in eos, ibi, *Ordinarijs ijsdem subiectos*. Ex quibus constat, quod si prioratus nõ subiecti sunt ordinarijs, non possũt castigari, nec excommunicari tales religiosi per ordinarios sæculares, vt expresse desiniuit lex [c] Partitæ in versiculo finali his verbis: *Fueras si el monasterio cõ todos sus prioraz gos y con todas sus cosas, y cõ todas sus granjas fuesse franqueado*. Et sic intellexit Couarruuias, [d] & Sylvester. At cum

a Doct. in c cũ ordinẽ. de regu. vbi Abb. nu. 5. Felin. nu. 8. Bart. in l. 2. n. 9. cũ seq. ff. si quis in ius vocatus Summistæ ver. priuilegium.

b Con. Tri. sess. 7. c. 14. l. 9 ti. 9. parti. 1. circa fi. ver. mas si alguno. Cou. in pract. qq. c. 11. n. 5.

c lex partit. vbi su.

d Cou. vbi su. n. 5. ver. si. posset tamẽ si velter verboexemptio in fine

tum oppida & Eccleſiæ dictarum militiarum, ſint pleno iure, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, ſubiecta dictis ordinibus, & religioſi, & priores earundem ſint exempti ſimpliciter non ratione loci, ſed generaliter, & nō ſubiecti alicui Epiſcopo, non poſſunt citari nec caſtigari, nec excōmunicari ab ipſis Epiſcopis, etiā ſi delinquant in ſuo officio priorum, niſi ſolū, quando adminiſtratio & gubernatio Eccleſię parochialis pertinet ad Epiſcopum, vt expreſſe tenet & probat Couarruuias. [a] Et regulariter prioratus dictorū ordinū, non gubernantur, nec adminiſtrantur ab ipſis, nec in illis habēt ali quid prēter id ſolū, quod approbant curam ſeculare aut regularē, qui per patronū fuerit præſentatus, ad tenendū & ſeruiendū dicto prioratui, ſi ſit habilis, & ſufficiēs, iuxta determinationē, examinatorū ſynodalium: quo finito nihil aliud reſtat Epiſcopis concludēdū: omnia enim alia diſpoſitioni dictarū religionū, remanent ſubiecta. Et hoc ſolū cōmuniter conceditur in bullis aggreganti bus aliqua beneficia aliquibus religionibus, prout infra dicetur. Ex quo ſumitur efficax argumentum, pro noſtra ſententia. Nam ſi ſolū in dictis bullis conceduntur ſupradicta, clarū eſt, quod alia negātur. Nam exceptio particularis firmat regulā, in contrarium: & incluſio vnius, eſt excluſio aliorum, prout, probatur in iure, [b] & docet Decius.

[a] Couar. in d. n. 5. in verſi. ex quibus apparet in verſi. poſſet tamen.

[b] l. cū prætor. ff. de iudic. ca. nōne de præſumptio. l. ſi maritus. C. de procurator. Dec. conſil. 82. n. 2.

## ARTICVLVS V.

*Vtrum ſententia conſilij regalis, noceat ſupradictis, quæ declarauit Epiſcopum quemdam, non facere vim, viſitando & prætendendo viſitare Eccleſias dictorum ordinum, & caſtigare fratrē dictorum habentem curam cuiuſdā Eccleſiæ ipſorum in eo, quod deliquerit in adminiſtratione ipſius curatus.*

REſpondeo dicendo, quon non; etiam ſi dictus frater, huiuſmōdi ſententiæ obedierit & correctioni dicti Epiſcopi ſe ſubiecerit. Nam ſententia ſupradicta, in ſe nulla fuit. Conſilium enim regale non potuit eſſe iudex contra dictum fratrem, cum eſſet profeſſus, dictorum ordinum, etiam ſi cauſa, per viam vis ad dictum conſilium ſupremum, fuiſſet deducta. Nam in his partibus Hiſpaniarum, in oppido Matriti ſunt tres iudices, cōmiſsionis nominati à catholico Rege noſtro Hiſpaniarum, virtute cuiuſdam Bullæ, quā habet ad decidendas lites reſultantes inter ordines militares S. Iacobi Alcantaræ & Calatrauæ & Epiſcopatus, totius ſui Regni. Et ſicut non potuit conſiliū ſupremum, eſſe iudex huius cauſæ: ita ſentētia per ipſum pronunciata, erit nullius effectus, contra ius, quod habent dictę Eccleſię, ne, ſcilicet, ab Epiſcopis viſitentur. Ex quo ſequitur, quod ſentētia, erit nullius, præiudicij: nō enim poteſt tollere ius quod habēt dicti ordines in quacunq; lite per Epiſcopos mota. Nec obſtat dicere, quod dictus frater, cōſenſit ſententiæ dicti cōſilij regalis. Nā ſecundū ius nō potuit hoc facere: quia nullus Eccleſiaſticus, poteſt in iudicē non ſuum cō ſentire abſq; expreſſa licentia, proprij iudicis, prout probatur in iure, [c] & tenet Abbas, & cōmuniter ſcribētes. Adeo quod nec etiā in alium iudicē Eccleſiaſticum, poteſt clericus conſentire, prout tenent etiā communiter [d] ſcribentes. Quod procedit & habet locū à fortiori in regularibus, quia clerici, habent liberam voluntatem: regulares vero nō habent velle, nec nolle, non potuit præiudicare eius cōſenſus in aliū iudicē nō ſuū. Prēterea facit, quod exēptus, qui immediate ſubeſt Summo Pontifici, quāuis velit non poteſt in iudicē ordinariū non ſuū conſentire, nec eius iuriſdictionem prorogare, quia Sūmus Pontifex eſt diœceſanus exemptorum, prout notant communiter ſcribentes, [e] cum Panormitano. Et cum Summus Pontifex, ſit diœceſanus exemptorū, & nullus abſq; licentia diœceſani poſsit in aliū iudicē conſentire, vt ſupra probatū eſt, merito in caſu, de quo in præſentiarum non potuit prorogari iuriſdictio abſq; Summi Pontificis licentia, & ſic prorogatio abſque ea facta erit nullius momēti. Confirmatur: nam nullus exemptus, qui immmediate, ſubeſt Summo Romano Pontifici, poteſt ſuo priuilegio renunciare, abſque licentia Papæ, nec ad abſolutionem recipiendam, nec ad forum contentioſum, prorogando iuriſdictionem. Nā per exemptionem exemptus fit non ſubditus, & immediate ſubeſt Papæ, vt probatur in iure. [f] Nam dicitur ſubditus, quaſi ſub alterius iuriſdictione, & poteſtate conſtitutus. Sed ſic eſt, quod per exemptionis priuilegium, Epiſcopus deſinit habere iuriſdictionem, & poteſtatem in exempto, vt probatur in iuribus allegatis: ergo Epiſcopus in

[c] c. 1. & c. ſi diligenti. & c. ſiquis contra clericū de foro cōpeten. Abb. in d. c. 1. n. 1 & 2.

[d] Glo. in c. ſignificaſti in. v. clerici de foro cōpeten. Abb. conſ. 25. q. 1

[e] Doctor. in d. c. ſignificaſti. vbi Panor. gloſ. in c. autoritate v. ſedis Apoſtolicę d priuil. lib. 6.

[f] ca. Papa de priuil. lib. 6. c. pen. de offic. ordinar.

exemptum nõ habet potestatem, nisi in casibus sibi expresse concessis, & sic non potest exemptus eius iurisdictionem prorogare. Exemptio enim non cõcernit tantum fauorem exempti, sed & superioris, qui eum exemit, vt probatur in iure.[a] Et ita resoluit de rigore iuris cum Ioanne Andrea, & Abbate, Syluester.[b] Tametsi quoad forũ pœnitentiale & sacramentale cõcedat ipse Sylueſter, posse exemptũ subijci Episcopo in casu necessitatis. Ex quo quoad nostrum casum resolutum manet, quod non potuit prorogari iurisdictio ab ipso fratre, etiam in ipsum supremum senatum, cum ordines militares habeãt priuilegium exemptionis, in quo cauetur, quod omnes horum ordinum immediate iurisdictioni Summi Pontificis subsistant: & sic absque eius licentia non possunt huic exemptioni expresse renunciare. Pro quo est textus[c] clarus & expressus. Vnde prorogatio facta per dictum fratrem ad hoc consilium Regale cognoscens de vi facta per Episcopum volendo ipsum castigare propter delicta in eius officio curatus commissa fuit nulla, cum facta fuerit sine licentia sui superioris, qui est Summus Pontifex, & eorum magister, & consilium supremum ordinum autoritate Apostolica, & cum iam sint iudices Apostolici certi deputati ad dicendas lites ortas inter ordines Militares & Episcopos. Præterea regula est generalis iuris, quod ius alteri quæsitum, non potest ab ipso auferri sine suo ipsius facto aut culpa, quam regulam late prosequitur[d] Tiraquellus, vbi eam ampliat, etiam si spe tantum sit ius quæsitum, & est communis secundum Antonium Gomez, hanc regulam cõprobãdo multis iuribus. Quibus adde Stephanũ Aufrer,[e] Et sequitur Franciscus Decius, amamplians etiam quod ius in spe consistens per Principem auferri non potest ab agnatis ad successionem feudi, & sic factum, & consensus particularis dicti fratris non potuit præiudicare, nec de facto præiudicat in aliquo dictæ exemptioni, & priuilegio totius religionis. Et quando prædicta locum non haberent per viam restitutionis, possent dicti ordines, & eorũ personæ procedere adiuti priuilegio quodam Ioannis Vigesimi Tertij, facto congregationi montis Oliueti, prout habetur in compendio priuilegiorum ordinis Cistertij, verbo, restitutio in integrum. Vbi dicitur:

a c. Apostolicam de regula.
b Sylueſter ver. absolutio 5. n. 2.
c c. dum tẽpora de arbitrijs.
d l. vlti. C. si contra ius vel vtili. publi. Tiraq. de retra cõnu. § 1. glo. 7. n. 20. Gomez in l. 40 tauri n. 30. e Aufrer. in decis. capel. Tolos. dec. 43. glossa. magna, ver sic. sed fortius. Deci. consi. 56. n. 15.

*Si qua læsio in bonis, & vsibus monasteriorum ordinis per quamuis cuiusque status, gradus, habitus seu conditionis Ecclesiasticæ, seu sæcularis, mundanæ, vel regularis personam etiam culpa prælatorum, monachorum seu procuratorũ facta fuerit ipso iure rescinditur, nec opus est aliquam in integrum restitutionẽ à quoquã super ea quomodolibet impetrare. Et hoc ius siue priuilegium trahitur ad præterita nondum decisa præsentia & futura.*

Et aduerte, quod super casu in articulis superioribus ventilato, fuit data quædam sententia definitiua contra dominum Episcopum Salmanticensem à Catholico Rege nostro Philippo, autoritate cuiusdam Breuis Gregorij Decimitertij sibi concessi ad sedandas dictas lites, & fuit data apud Diui Laurentij monasterium Regale vigesimo quarto die mensis Iulij, anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo primo. Quæ sententia fuit intimata dicto domino Episcopo Salmanticensi secundo die Octobris eiusdem anni: cui post aliquas instantias tãdem obediuit, anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo tertio, die tertia decima Maij. Et virtute dictæ sententiæ executorialis prior de Rollan ordinis Alcantaræ alumnus fuit nominatus Iudex Apostolicus & ordinarius dicti oppidi de Rollan, & vniuersæ Commendæ Magdalenę eiusdem ordinis, qui residet Salmanticæ, habens ibi suum tribunal, in quo sua vtitur iurisdictione, & dimissorias sæcularibus eiusdem Commendæ impartitur.

## ARTICVLVS .VI.

### *Vtrum Priores ordinum militarium, in quorum prioratibus sunt aliquæ ecclesiæ annexæ possint aliqua munera Episcopalia exercere*

REspondeo dicendo, quod ipsi habent iurisdictionem quasi episcopalem, vt patet ex eorum prouisionibus, & per consequens possunt benedicere omnia ornamenta, cum ea possint benedicere Abbates habentes iurisdictionem quasi episcopalem

Glo.in.ca. Abbates v. tonsurã de priuil.lib.6.

lem,vt docet glossa, [a] & tenent cõmuniter Doctores.Nec obstat, quod non sint Abbates.Nã respondetur quod Abbatibus nõ cõpetit tale priuilegiũ,quatenus Abbates sunt sed quatenus habẽt iurisdictionẽ quasi episcopalẽ.Vnde cũ dicti priores habeant iurisdictionẽ,quasi episcopalem,id poterũt.Nec etiam obstat,quod non sint benedicti, sicut sunt Abbates. Hoc enim non obstante,habent iurisdictionẽ quasi episcopalẽ. Id autẽ consequitur,ad dictã iurisdictionem,& non ad benedictionem.Et præterea Abbates nõ benedicti,vt dictũ est in superioribus, [b] possunt supradicta facere:imo ipsis cõmunicantur priuilegia Abbatum benedictorũ. Non tamen supradicti priores possunt benedicere calices nec corporalia, quia nec Abbates secundum ius cõmunne habentes episcopalẽ iurisdictionem, id possunt efficere,prout tradit quędã glossa, [c] quã sequuntur Syluester,Rosela,Angelus, & Tabien.At cũ modo Abbates nõ benedicti possint benedicere calices & aras per priuilegiũ in superioribus citatum, non ab re videtur dicendum, quod si habent cõmunicationẽ priuilegiorũ concessorũ & cõcedendorũ dictis Abbatibus possint supradicta benedicere. Quod mihi magis indubitatũ est,loquendo de benedictione corporaliũ,cũ ipsam possint cõferre priores conuentuales & guardiani,qui iurisdictionẽ non habent episcopalẽ. Vtrũ autẽ possint concedere secularibus suorum prioratuum Reuerendas, maxime controuertitur.Nam congregatio Cardinalium declarauit,quod Abbates Metinæ & Vallisoleti,& alij habentes iurisdictionẽ quasi episcopalem,nõ possunt dimissorias concedere, prout refert Enriquez adducẽs pro hac sententia Mandosium, Lappum & Maiorẽ locis statim citandis. Verũ est tamen,quod cũ adhuc sub iudice lis sit,vtrũ Abbas omnino exemptus & immediatus Sedi Apostolicæ possit in praxi concedere reuerendas clericis secularibus sibi subditis, vt Abbas Benedictinus S.Facundi Sahagũ,& idem notauerũt Dominicus Frãcus, [d] & alij & Mãdosius, non damnarem huiusmodi Priores, & alios habentes iurisdictionẽ,quasi episcopalem qui reuerendas clericis secularibus concederent,nec clericos,qui ipsis vterẽtur, nec episcopos,qui eas admitterent.Nam hi omnes videtur sequi opinionem probabilẽ, & per hoc excusantur priores de Alcantara Magazela Salamea, & Rollã,& alij ordinũ militarium priores,& vicarij,qui post Concilium Tridentinũ has reuerendas communiter concedunt.Nec etiã ipsi Priores quantumcunq; sint exempti possunt post Concilium Tridentinum conferre primã tonsurã, & ordines minores secularibus sibi subditis, non obstantibus quibuscunq; priuilegijs præscriptionibus, consuetudine etiã immemoriali.Nã etiam si Abbates habẽtes iurisdictionem episcopalem,poterant cõferre suis subditis secularibus primam tonsuram, & ordines minores,iuxta glossam [e] cõmuniter receptam,secundum Syluestrum, Angelum,& Armillam, Nauarrũ, & Enricũ: at post Cõcilium Tridentinum, id nõ possunt vt docet Enriquus, [f] citans Maiorem, & Mandosium:& etiam tenent Lappus, & Nauarrus.Concilium enim Tridentinũ, id prohibet omnibus abbatibus & alijs quantumcunq; exemptis respectu secularium : nõ tamen respectu suorũ subditorũ, regularium. Ex quibus videtur inferri, quod cum ordo Alcantaræ habeat cõmunicationem priuilegiorũ,ordinis Cistertij, prout dicitur in diffinitionibus Alcantaræ, factis Matriti anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo sexto, titulo trigesimo septimo, & per consequens,quod sicut Abbates, ordinis Cistertij possunt conferre ordines Minores suis subditis:ita etiam videtur, quod dicti priores, possint dictos ordines Minores conferre. Sed respondeo, quod Concilium Tridentinum id prohibet,vt dictum est. Et licet Abbates Diui Bernardi possint suos subditos prima tonsura & minoribus ordinare, non tamen possunt priores dictorum ordinum per communicationem priuilegiorum, suos conuentuales fratres ijsdem ordinibus insignire: communicatio enim priuilegiorum ordinis Cistertij, vt constat ex Bulla Leonis Decimi, data anno Domini millesimo quingentesimo decimo tertio: qua probatur, ordinem de Alcantara habere participationem priuilegiorum, ordinis Cistertij, solum habet locum respectu illorum,quę sunt in vsu.

At priores dictorum ordinum militiarum,nunquam consueuerunt ordines supradictos conferre.

[a] Glo.in.c. Abbas v. tonsurã de priuil.lib.6.

[b] Supra.q.

[c] Glos.in.c. Abb.Syl.v. benedictio: q.4.Angel. 1.Rosel.n.2 Tabien.v.si Abbas.q.5. n.12.

[d] Fran.in.c. 3 § fi.de tẽpori. ordin. Mandosi. reg.24.Pancilus.q.2. n. 8.

[e] Glos.in. c. Abbas, de priuil.in. 6. verb. quasi episcopalẽ & v. tõsurã Sylu,ordo.2 q.1. Angel. ordo. 2. in princ.Arm. v.Abbas. §. 6.Nau.lib.5. consilio.tit. de priui. cõsil.13.nu.13. Enriq.li.10. summ.c.33. §.3.

[f] Enriq. vbi sup. Maiol. li.3.ca.23.n. 12. & lib. 4. cap.2 nu.3. &.c.5.nu.4. Mãdo. reg. 24. cance.q. 2.Lapus alle gatione.138 Nau.vbi su. n.4. Conci. Trid.sess.23. c.10.

## ARTICVLVS VII.

*Vtrùm oblationes & anniuersaria pertineant ad Cõmendatarios seu præceptores Militiarum, an ad Vicarios & Rectores ecclesiarum, quibus imposi ti sunt prælati præceptores.*

REspondeo dicendo, quod secundum Panormitanum, [a] oblationes pertinentes ad ecclesiam cedunt Rectori ipsius ecclesiæ, qui habet administrationem spiritualem, intra parochiam suam, iuxta id quod disponitur in iure. [b] Sed sic est, quod præfati vicarij sunt loco rectorum, seu superiorũ igitur ad eos pertinẽt oblationes factæ suis ecclesijs. Secũdo facit: quia decimæ & oblationes differunt inter se, vt patet ex rubrica de decimis & oblationibus, vbi ponuntur, quasi diuersæ, & diuersitas vocabulorum inducit diuersitatem rerum secundũ ius. [c] Sed sic est quod commendatarijs nõ sunt datæ nisi perceptiones decimarum, vt patet ex serie Bullæ Apostolicæ ipsas concedentis, ergo non possunt extendere manum ad oblationes, & anniuersaria, quæ nõ veniunt sub appellatione decimarum. Tertio suffragatur. Nam si alicui laico fiat collatio oblationum ecclesiæ, non potest ipse recolligere per se, sed debet ponere clericũ pro illis colligẽdis, prout resoluit Abbas [d] post Hostiensem. Vnde conuincitur, quod prædictæ oblationes aliquod præcipuum habent. Facit etiam pro ista parte. Nam in iure [e] dicitur, quod funeralia debentur curatis & rectoribus: & anniuersaria æquiparantur distributionibus quotidianis, distributiones autem quotidianæ non debentur nisi interessentibus diuinis officijs, prout dicitur in iure: [f] vbi Papa reprobat consuetudinem in contrarium. Ergo si clericus qui est capax istorum, non percipit eà in absentia, certe multo minus cõmendatarius, qui nullatenus seruit in ecclesia. Et sicut ad percipiendas distributiones in absentia est necessaria Papæ dispensatio, quam non consueuit concedere, prout testatur Ioannes [g] Andreas: ita ad percipiendas oblationes & anniuersaria per commẽdatarios militiarum oportebat, quod in bulla ordinis hoc specialiter, & nuncupatim illis concederetur. Illa enim quæ speciali nota digna sunt & maximè quæ violant ius commune debẽt specialiter exprimi, alias non veniũt prout dicitur in iure. [h] Vnde sub generali verbo oblationum, de quo in bulla, non veniunt.

Sed contra arguitur ex traditione Doctorum, & maxime Felini [i] dicentis, quod si perceptio fructuum & reddituum spectat ad principalem taxata certa portione vicario iure stipendij, tunc decimæ & oblationes atq; obuentiones simul cum fructibus & redditibus debentur ipsi principali & nõ vicario. Sed sic est quod in hac quæstione vicarius habet certam portionem taxatam iure stipẽdij: & quod omnia alia sunt annexa & incorporata dictis ordinibus, & particulariter hoc contingit in ordine militiæ Christi Dñi in Regno Portugaliæ: Quod patet, quia dicit titulus ipsius incorporationis; Istæ ecclesiæ, sunt dicti ordinis, & sunt illi annexæ: ergo sunt cõmendatarij & non vicarij. Ex quo patet & sequitur, non obstare quod prædicti cõmendatarij non ministrant in ecclesia, nec sunt priores nec rectores, quia non attenduntur eorum personæ, sed ordo qui est capax, & eius vicarius loco dicti ordinis, qui pro administrandis diuinis recipit taxatam portionem ab ordine: vnde reliqua omnia pertinent ad commendatarium recipientem de manu eiusdem ordinis. Huic argumento respondetur, quod portio vicarijs assignata, & taxata non est nisi respectu decimarum, quæ commendatarijs conceduntur pro bellico contra infideles seruitio, non vero respectu anniuersariorum, & oblationum, quæ debentur rectoribus ecclesiarum inseruientibus diuinis, iuxta superius allegata. Et præceptoriæ militiarum non sunt fundatæ, nisi super decimis, vt patet ex literis Apostolicis. Nec verum est dicere, quod ecclesiæ parochiales sunt vnitæ ordini, quia literæ Apostolicæ hoc non dicunt: sed quod Summus Pontifex erigit certas præceptorias, quibus erectis applicat & appropriat decimas Ecclesiarum parochialium. Non vero dicit, quod vnit ecclesias ordini, prout aduertit doctissimus Lusitanus noster Aluarus Velascus. [k]

QVAE-

[a] Panor. in c. pastoralis de his quæ fiũt à præla.

[b] c. ad audiẽtiã 1. de eccle. & diffi.

[c] c. omnino 21. d. l. fi idẽ C. de codicil.

[d] Abb. in c. fi. ad fin. ne præla. vices suas.

[e] Clem. dudum de sepul.

[f] ca. vnic. de cleri. nõ reci. li. 6.

[g] Andre. in d. ca. vnico.

[h] l. item apud Labeonem. § & generali ter. ff. de iurijs.

[i] Feli. in ca. dilectus de offi. Ordin. col. 2.

[k] Velasli. 1. consulta. 14.

# QVÆSTIO XXXVII.

## De beneficijs Ecclesiasticis nouitiorum in duos articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæruntur duo.*

1 *VTrùm beneficium quod habet nouitius, quando ingreditur religionem vacet.*

2 *Vtrùm renũtiatio beneficij facta ante duos professionis menses valeat.*

## ARTICVLVS I.

### *Vtrum beneficium, quod habet nouitius quando ingreditur religionem vacet.*

RESpondeo dicendo, quod Bonifacius [a] Octauus statuit, vt beneficium illius qui religionem ingreditur, non sit ante annum probationis alicui conferendum, nisi ipsius ad id accedat assensus, aut constet, quod vitam voluerit absolute mutare, vel expressam professionem fecerit, seu sciẽs habitum professorũ receperit, sed interim eidẽ beneficio per alium deseruire debebit assignata sibi cõgrua de ipsius prouentibus portione. Circa quã cõstitutionẽ primo est notãdum circa illa verba, sciens habitum professorum acceperit, &c. quod non sufficit dictum accipere habitum, nisi professionẽ tacitã per ipsius habitus susceptionẽ fecerit. Tũc autem tacite quis profitetur, quando sciens se non esse professum post annum integrũ probationis per triduũ habitũ professorũ libenter accepit de manu potentis eũ ad religionem admittere, prout in secundo tomo in quæstione de nouitijs quoad eorum professionẽ dicemus. Secũdo est notandũ, quod cõgrua portio de prouentibus ipsius beneficij Vicario assignãda est taxãda per ordinariũ iuxta ea, quę in simili specie in Concilio [b] Tridẽtino decernũtur. Quod tenet Sylvester in loco infra citãdo. Tertio nota, quod reliquũ beneficij deducta dicta portione vicario assignanda, erit dicti nouitij, ne sit onerosus monasterio iuxta ea, quæ in sacris canonibus [c] traduntur, & nõ est hic nouitius religiosus vt ipsi denegetur reliquum beneficij. Licet enim in fauorabilibus religiosus reputetur, in odiosis tamen minime pro tali habetur, & consequenter iure suo defraudari non debet; hoc secundum rigorem, vt verius amplectitur Sylvester, [d] qui dicit consuetudini in hoc esse standum. Quod puto verum, etiam si assumant habitum in ordine Patris nostri Francisci regularis obseruantiæ. Hoc enim residuum potest ipsi ad alimenta præstari, cum adhuc non sit istius sacræ religionis professus. Cui annui reddit⁹ minime debentur, cum ea religio nec in communi neque in particulari eos habere possit. Verum est tamẽ, quod fratres Minores facient contra præceptum suæ regulæ tale residuum procurando.

a c. benefic. de reg. l. b 6

b Con. Trid. sess. 7. de reform. c. 7. & sess. vlt. de reform. c. 16.

c c. lapsis. 16. q. 6.

d Sylu. v. religio. 2. §. 8.

## ARTICVLVS II.

### *Vtrùm renuntiatio beneficij facta ante duos professionis menses valeat.*

RESpondeo dicendo, quod Concilium [e] Tridentinũ ordinat, quod nulla renuntiatio, aut obligatio nouitij ante professionẽ facta etiã cũ iuramẽto, vel in fauorem cuiuscunq; causæ piæ valeat, nisi cũ licentia Episcopi siue eius vicarij, fiat intra duos mẽses proximos ante professionẽ: ac non alias intelligatur effectum suum sortiri, nisi secuta professione, alitervero facta, etiam si cum huius fauoris expressa renuntiatione iurata sit irrita & nullius effectus. Quod decretum nõ procedit in renuntiatione alicuius beneficij ecclesiastici facta duodus mensibus ante professionem cum dicta solẽnitate. Licet enim nouitius suum renuntiet beneficiũ cũ dicta solennitate, talis tamen renuntiatio simoniaca censetur, cũ in tali renuntiatione sit quoddã tacitũ pactum cũ recipiẽte beneficiũ initum, scilicet, quod nõ secuta professione, id ipsum ad ipsum nouitiũ non profitentẽ deuoluatur. Tum etiã, quia, licet dicta renuntiatio nõ sit simoniaca, alia via est inualida. Ille enim, qui recipit beneficium, nõ recipit illud à renuntiante, sed à conferente. & collatio beneficij debet esse perpetua & non temporalis, prout dicitur in iure. Et etiam renuntiatio debet esse perpetua, cui, nec etiam collationi potest opponi expressa, nec tacita conditio, scilicet, quod non secuta professione beneficium dicto nouitio

e Conc. sess. 25. ca. 16. de regul.

restituatur. Restat modo videre, quomodo nouitius in anno nouitiatus possit beneficio ecclesiastico supradicto renunciare. Ad quod respondeo, quod attento, quod renũciatio beneficij debet esse perpetua, & non temporalis, & attento etiam quod vult Cõcilium ipsam renunciationem nouitiorum non fore perpetuam, & stabilem, sed temporalem & conditionalem, si ipse nouitius profiteatur, quod mens Concilij est, quod ipse beneficium minime possit renuntiare, nisi paulo ante post professionem. Quod probatur: nam si ante duos mẽses proximos professioni renunciaretur, cum dicta renunciatio iuxta iuris metas sit perpetua, stabilis & absoluta, posset euenire casus, in quo nouitius cogeretur profiteri, videns se à beneficio absolutum, & debere necessario mendicare, quod est cõtra mentem Concilij, & sacrorũ canonum volentium nouitios in sua libertate vsq; ad professionem conseruare: Relinquitur ergo, vt ipsa renũciatio nõ possit fieri, nisi paulo ante professionẽ, quãdo, scilicet dictus nouitius iam ad ipsam professionem accingitur, & est receptus ad professionem à fratribus, & omnia sunt parata ita vt moraliter loquendo professio indubitanter sequi debeat. Nam hoc modo nõ defraudatur nouitius iure renunciandi: nec etiam defraudatur libertas maxime à sacris canonibus intenta.

## QVAESTIO. XXXVIII.

## De bonis regularium in septem articulos diuisa.

*Circa quam quæruntur septem.*

1 *Vtrum religiosi male acquisita & ablata, & eorum dispositioni relicta possint sibi applicare.*
2 *Vtrum religiosi possint habere bona emphyteutica.*
3 *Vtrum bona fœudalia possint monachi recipere.*
4 *Vtrum bona deperdita sint aliquibus religionibus applicata.*
5 *Vtrum aliqua alia dictis fratribus pro redemptione captiuorum debeantur.*
6 *Vtrum bona monasteriorum desertorum pertineant ad fratres.*
7 *In quas pœnas incurrant occupantes bona regularium.*

### ARTICVLVS I.

*Vtrum religiosi male quæsita & ablata & eorum dispositioni relicta possint sibi applicare.*

REspondeo dicẽdo, quod Alexander IIII. concesit, quod *Ex male quæsitis, & incertis relictis possint fratres Minores recipere quæcũque data fuerint, ac de illis quæ eorundẽ fratrum dispositioni relinquuntur libere valeant ordinare & disponere.* Ita habetur in libro Monumẽta [a] Ordinum. Et idem Alexander IIII. concesit *Vniuersis executoribus testamentorum, vt de male ablatis, & illicite acquisitis quæ testatores nescientes quibus talium restitutio fieri debeat, nec non de his quæ ijdem testatores indistinctè non expressis personis vel locis eorundem testamentorum executoribus arbitrio in pios vsus erogãda cõmiserunt, possint indigentijs fratrum Minorum prouidere, non obstante contradictione prælatorum Ecclesiasticorũ, & aliquorum aliorũ.* Ita habetur in dicto libro, [b] & Paulus Quartus cõcesit religioni Societatis Iesu *Quod possit præpositus generalis domus, Ecclesias & collegia à quouis constructa, seu testamẽto mãdata, vel quouismodo oblata cũ omnibus ad id necessarijs & opportunis ad loc cũ pro huiusmodi cõstructione illis oblatũ recipere. Qui Sũmus Pontifex cõcessit: quod domus, ecclesiæ, collegia, cellæ & oratoria vbilibet per fratres Societatis constructa, vel illis donata, eo ipso autoritate Apostolica erecta confirmataque sint, ac censeantur. Quod idem satis concessit Pius Quartus, & idẽ Paulus Tertius cõcessit eidẽ Societati, quod quæ-*

[a] in 1. impr. fo. 26. cõcel. 16.

[b] in 1. impr. fol. 25. & in 2. fo. 28. concel. 21.

*quæcunq; bona nisi ad Sedis Apostolicæ collatione pertineant pro collegiorum do te seu scholariũ ibi cõmorãtiũ sustẽtatio ne donata, relicta, & legata, eo ipso au thoritate Apostolica perpetuo applicata & appropriata sint ac censeantur.* Ita habetur in compendio [a] Societatis: vbi col lector ait, quod solius cõgregationis genera lis, & generalis præpositi est acceptare do mus & collegia, ac bona etiã quæ obligatio nẽ aliquã adiunctã, vel conditionem grauã tem habent. Qui collector refert quandam concessionem Iulij Secundi datam congre gationi Sancti Saluatoris per literas sub plumbo anno Domini millesimo quingen tesimo duodecimo, quarto nonas Aprilis,

a §. 1. & 2.

*Qua absque alia Sedis Apostolicæ concessio ne per viam cõmunicationis, potest & ipsa So cietas apprehendere, & capere loca quæcun que, domus, Ecclesias etiã parochiales, & cu iuscunque ordinis sint ac conditionis Societa ti, & eius personis per quoscunque oblatas.*

Vbi aduertit collector Ecclesijs etiam paro chialibus accipiẽdi facultatẽ cõcedi quoad ædificia tantum, non quoad redditus & cu ram animarum: & hoc seruata limitatione, quam supra posuerat. Qui met collector re ferens concessionem Martini Quinti, & aliorum Pontificum factam fratribus Men dicantibus Diui Hieronymi dicit. *Quod per eam potest præpositus generalis per se, vel per alium, seu alios, quæcunq; loca secularia, vel regularia, necnon Ecclesias Eremitoria, & monasteria cuiusuis ordi nis, etiam si forent strictioris obseruan tiæ, in quibus tamen ea non teneretur cũ earum bonis omnibus mobilibus, & im mobilibus libere recipere, si pia largitio ne fideliũ illa sibi donari contigerit, aut ad id eisdẽ Ecclesijs, Eremitorijs, & mo nasterijs præsidentes, siue in illis degẽtes personæ, seu eorum maior pars, aut illi, quorum interest, consentiant, ipsaq; etiã si alijs Ecclesijs, monasterijs, seu locis sint vnita, in collegia seu domos erigere atq; fundare, & ad societatis institutum, & obseruantiam reducere, omnemq; alium ordinem in eis supprimere.*

## ARTICVLVS II.

### *Vtrum religiosi possint habere bona emphyteutica.*

REspõdeo dicẽdo, quod per concessionẽ Leonis X. factã Societati charitatis de vrbe anno Dñi millesimo quingẽtesimo decimo nono, quinto Calendas Februarij. *Bona fœudalia & emphyteutica atiã Ec clesiastica donari possunt, seu relinqui modo ad ea onera teneãtur, ad quæ dona tor, seu testator occasione huiusmodi bo norũ tenebatur, & quæcũq; alia, quæ ip se testator seu donator etiã imposuerit: & si ad certũ numerũ generationũ, aut nominationũ eadẽ bona cõcessa fuerant.* Ita habetur in compendio [b] priuilegiorum Societatis.

b Comp. so ciet. §. 6. tit. bona.

Pro cuius priuilegij explicatione est notã dũ primò, quod Emphyteusis vocabulũ Grę cũ est, & Latine dicitur melioratio propter hoc quod olim per istũ contractũ solum vi les quædã terræ, & steriles cõcedebantur, vt accipiens melioraret, & fertiles redderet, sed deinde permissum est de rebus fertilibus, & fertilissimis emphyteuticari posse, vt in qua dam lege [c] habetur. Vnde emphyteuta est qui rẽ immobilem hæreditario iure meliorã dã, vel colendã sub certo pretio, pactis, & cõ ditionibus accipit perpetuo, vel ad tempus: puta in secũdam, & tertiam generationem, vt dicitur in quadam authentica. [d] Imo cõtrahi potest ad decem aut viginti annos, & vsque ad tempus illud succedit hæres.

c l. 1. C. de iu re emphyt.

d Authẽ. de non alienã. §. emphyt.

Dubium autẽ est circa istã materiã. Vtrũ si pensio ratione emphyteusis debita solui monasterio, non soluatur, cadat emphyteu ta in cõmissum, & possit expelli autoritate prælati monasterij. Et inuenio glossam [e] te neri, quod sic: quam vt cõmuniter receptam refert Syluester. Nec obstat, quod hæc ex pulsio daret materiam rixæ, & consequẽter sit fugienda. Nam hoc est verum, nisi à lege detur licẽtia. At contrariam opinionem, vt

e Glo. in l. 2 C. de iur. em phyt. Sylu. v. emphy. n. 2. vers. Et. 7.

securiorē amplectitur Syluester; cū emphyteuta habeat ius in re, ideoq; propria autoritate non debet expelli, vbi ius administratur. At patres religionis Sāctissimæ Trinitatis redemptionis captiuorum regnorū Portugaliæ, habēt ad sedandā hanc controuersiā concessionem à Pio V. Pontifice maximo factam, cuius tenor sequitur.

*Pius Episcopus seruus seruorū Dei: Venerabili fratri Archiepiscopo Olysiponē si, vel dilecto filio eius officiali salutē, & apostolicā benedictionē. Dilecti filij Prouinciales & alij ministri ac conuētus Sāctissimæ Trinitatis redēptionis captiuorū Vlysiponensis, & oppidi de Sanctarem Vlysiponen. diœcesis eiusdē ordinis Sanctissimæ Trinitatis monasteriorū proponi fecerunt corā nobis, quod ipsi emphyteutas ipsorū monasteriorū, qui per biennium in solutione canonis, seu census eisdem monasteriys debiti cessarunt, ac infra annum post lapsum bienniy huiusmodi censum, seu canonem tunc debitum soluēdo moram dictæ solutionis purgare non curarunt, dubitant de bonis emphyteuticis quorum canonem, seu censum, vt prefertur, per biennium soluere cessauerant; & moram solutionis post bienium huiusmodi infra annum purgare non curarunt propria autoritate posse expellere. Quare pro parte ipsorum prouincialis & ministrorum ac conuentuum, vt ne contingat eos, & pro tempore existentes Prouincialem, ac ministros & conuentus præfatos conditionem dictorum monasteriorum, præter eorum intentionem reddere deteriorem; nobis fuit humiliter supplicatum, vt super his, eis prouidere paterna diligentia curaremus. Nos igitur, volentes indemnitati dictorum monasteriorum, prout tenemur, succurrere; fraternitati tuæ fratri Archiepiscopo, seu discretioni tuæ fili officialis per Apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis vocandis bona emphyteutica contra illorum emphyteutas, qui in solutione canonis, seu census huiusmodi per biennium pro tempore cessauerint, & infra annum à fine bienny huiusmodi computandum moram purgare, non curauerint in commissum cecidisse, ac Prouincialem, ministros, & Conuentus præfatos emphyteutas prædictos de bonis emphyteuticis huiusmodi propria autoritate expellere posse, autoritate nostra nuncies, & declares, prout iuxta casus huiusmodi successū fuerit de iure faciendum.* Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno Dominicæ Incarnationis millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, pridie nonas Decembris, Pontificatus nostri anno primo.

Hoc priuilegium habetur in libro quodam habito in conuentu Sanctissimæ Trinitatis Vlysiponensi, qui intitulatur pulcher libellus, impressus Olysipone anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo tertio. Et fuit intimatum & receptum à Vicario generali domini Archiepiscopi Olysiponensis, anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo septimo, die trigesima prima Ianuarij in ciuitate Olysiponensi. Et Vicarius vocabatur Ludouicus Aluarez de Oliuera, vt constat ex literis authenticis, quas ego vidi in dicto monasterio.

## ARTICVLVS III.

### Vtrùm bona fœudalia possint monachi recipere.

REspōdeo dicendo, q̄ bona etiā fœudalia possunt monachi recipere, ac licite retinere, prout indulsit Celestinus V. suæ congregationi, & licet Ecclesiastica sint eidem

eidem donari & relinqui possunt dummodo onera ad quæ donator seu testator illorū occasione tenebatur,vel ab eo imposita susciprat,& si ad certum numerum generationum,vel nominationū concessa fuerint, cōgregatio per viginti annos pro qualibet generatione illa retinere poterit. Quæ tametsi inuestituræ de illis,vt solet non fiant, non propterea cadunt in cōmissum, prout concessum est congregationi sancti Georgij in Alga,& habetur in cōpendio [a] Societatis,& in compendio [b] Cistertij.Circa quā concessionem notat Collector compendij, quod iuri communi non refragatur,præsertim quādo seruitium, si quod imminet per monasteriū vel alium prestari potest,prout tradit [c] Decius;etiam si restitutioni sint obnoxia,quia tunc monasterium vsumfructū vita monachi durāte habebit.De quo agit Abbas.Pro cuius rei explicatione est notā dū,quod fœudum secūdū Gofredum est cōcessio rei facta homagio,prout dicitur in iure. [d] At secundū Hostiensem,& Azonē est beneficium alicuius rei inuestitura interuiēte,sic cōcessæ vel datæ alij,vt dñium penes concedentē remaneat.Cuius occasione recipiens, & successor eius cōcedente dño ad id seruitium,de quo & vsq; quo cōuenit aut fœudi natura requirit, tenetur directo dño : vtile autē ad fœudatariū transit;sicut loquendo de emphyteusi notāt scribētes. [e] Quæ autē sit naturafœudi,per quā distinguitur ab emphyteusi tradit Syluester. [f] Hoc autē fœudū multis accquiritur modis inter quos primum& præcipuū est per inuestiturā.Puta cum dñs tradit alicui possessionē rei immobilis corporaliter,cum hasta vel baculo,aut aliquo tali dicēdo,se per hoc illum inuestire,vel per id quodhabetur loco inuestituræ. Vt cum dñs alicui dicit: Vade in possessionem illius fœudi,& tene illud pro fœudo. Et de natura fœudi est, ꝙ dñs mittere debet vassallū in possessionē,prout cōmuniter notāt scribentes.[g] Aduertendum etiā,quod seruitiū præstandum à monachis fœudalia recipientibus debet esse compassibile cum statu monachali.Nam secundū cōmuniter scribentes,[h] si quis habens bona fœudalia ad sacros ordines promoueatur,renunciare videtur fœudo transeundo ad statū incompassibilē seruitio infœudali.Nec poterit in isto casu seruire per substitutū,nisi sit fœudū,ex quo præstaretur solū seruitiū reale, quod nō est propriè fœudum, vel ex quo præstaretur seruitium personale non repugnans ordini eius. Ex quo colligitur,quod tunc monachi possūt fœudum recipere,quando seruitium præstandum non repugnat ordini monachali, nec possitper substitutum præstari.

a in cōp. Societ.ti.bona. §.7.
b comp.Cister.§.4.
c Deci.in c. in præsentia.à nu. 74. de proba.& ibi Abbas.
d ca.ex diligenti de fimo.
e Scrib.in l. vni.§. qui me.ff siager vec.p.
f Sylu. verb fœud. §.2.
g Scrib. in c.vni.inquibus causis, fœu.amit. hinc.d mulcta de præb. & in capite gratia de rescript.

## ARTICVLVS IIII.

### *Vtrùm bona deperdita,sint aliquibus religionibus applicata.*

REspondeo dicendo, quod iurisconsultus Vlpianus [i] fere omnes casus comprehendit,in quibus loquendo de bonis deperditis dicit,cui sit facienda restitutio. Vnum tamen omisit,qui non semel solet cōtingere,scilicet,quando Dominus rei deperditæ diligenti facta inquisitione non reperitur,vtrùm is qui illā reperit sibi possit retinere.Et quidem tempore Vlpiani,& iure antiquo ciuili, licet Doctores nostri non explicent non videtur hoc continere magnam difficultatem, cum res alienas nulli,nisi domino teneatur quis restituere, & sufficit rem non esse petitoris, vt reus absoluēdus sit,prout dicitur in quadā lege. [k] Sed de iure nouo etiam in foro exteriori tales res esse restituēdas pauperibus videtur expressum in quadam Authētica, [l] ex qua notant communiter Doctores : quod vbi non possunt domino res restitui,pauperibus sunt distribuenda. Quod maxime in foro conscientiæ nostri Doctores probant vt non inuento domino vero rei deperditæ sit pauperibus, vel alicui pio operi applicanda. Et hæc est communis opinio, prout constat ex traditis per Felinum, [m] & Cassaneum.Sed hanc opinionem refellit Sarmiēto dicens,quod nulla est ratio,nec lex, quæ eam probet, imo ratione euidenti ostendit esse falsam.Nam si ratione naturali id quod in nullius bonis est occupantis fit, consequens est nulli esse restituendum, prout ait Iulianus Imperator. [n] Simili ratione dicemus de eis quæ in cuius bonis sint apparere non potest:paria enim sunt & eiusdem rationis, prout dicitur in quadam lege, [o] & tradit Tiraquellus. Et hanc opinionem vltra Sarmiento tenuit doctissimus Soto, respondens ad iura quæ pro contraria parte allegari solent.Dicensquod Vlpianus in superioribus allegatus loquitur quando domino reddere non vult, vel lucri faciendi causa dominū nō perquirit non antē loqui

i l. falsus.§. qui alienū. ff.de furt.
k l.fi.C. de reivendica.
l Authenti. omnes peregrini. C. cōmu. de succes.
m Fel. in c. cū dilecti.n 7.de accusa. Cassa. in cō suet. burg. rubrica.1.§. 12.& 13.Sarmi.selectar. tomo.2.li.6. c.10. n.§.fera. de rerū diuisio l.in l.ff.de contrahen. emp. Tira. de vtroq;retra.1.p.§.1. glos.10.n.19 Sot.lib.5.de iust.q.3.ar.3

tur,quando post factam inquisitionem diligentem dominus nunquam comparet. Et alia iura loquuntur de his, quę sunt male ac quisita.Illa enim &si dominus non reperiatur,vel ille cui debentur, nunquam poterũt retineri, sed pauperibus sunt restituenda, si dominus inueniri non potest.Et in hac specie loquitur D.Thomas. [a] Ita ipsum intelligit Caietanus, licet inclinet ad opinionem contrariam nostræ,& Soti.At ea quæ reperiuntur sine delicto capiuntur: nõ enim peccat qui rem deperditam colligit, vt eam vero domino restituat.Cum autem hæc deperdita possit ea colligens non inuento vero domino facta diligenti inquisitione applicare,videtur dicendum, quod ius petendi pecus seu mostrencos, quod de iure competit Prætori tantum ipsi in foro exteriori competat: ita vt si petat,necessario sit sibi supra dicta deperdita restituenda;& ipso non petente possunt talia bona apud inuenientem remanere sine vlla in foro conscientiæ obligatione,ad eademmet restituenda: prout tenet Aragon, [b] dicens de validitate legum ea prætori applicantium aliquos doctos [c] viros dubitare. Ex quibus infertur primo, quod cum Reges Hispaniarum hoc ius datum prętori transtulerint in fratres ordinis de la Merced, & ordinis Trinitatis pro redemptione captiuorum, quibus ordinibus datur locus præuentioni, sicut datur locus præuentioni in causa mixti fori, ipsi fratres circa dictas res non habẽt maius ius quã habebat ipse prætor. Et sicut ipse prætor tãtũ ius habuerit in foro exteriori, ipse etiã fratres similiter tãtũ ius habẽt in foro exteriori.Et aduertendũ,quod quidã extẽdũt dictũ ius ad quodcunque animal deperditum,aut aliam rem, quæ pro derelicta habeatur, vt prædicti fratres promulgãt.Quanuis(vt ait Henriquez [d])in prima concessione solũ haberetur de lo mostrenco y de la res.Et si modo quæsitus dominus diligenter non compareat intra annum & diem, quo frater depositarius tenet redemptioni adiudicatur,si semel in mense intra eum annum voce præconis proclametur. Intra quod spatium, si dominus reperiatur, ipsi deductis expensis debet restitui. Sed de tam breui temporis præscriptione murmurant Couarruuias, [e] Peña, & alij recentiores,quos allegat Henriquez. Et sic dicit quod dicta lex, & aliæ similes sunt temperandæ,quod habeant solum locum in foro exteriori.Vnde cum ista deperdita solum debeãtur in foro exteriori, si petantur ab ipso prætore cui Rex tale ius applicauit, videtur dicendum,quod redemptioni captiuorum supra dicta tantum debentur in foro exteriori, si petantur.Nam Rex nullum aliud ius applicauit redemptioni captiuorum,quam quod eius prætori per ipsum erat applicatum. Et Gregorius Tertius decimus, confirmans priuilegium regale Philippi Secundi Regis Hispaniarum, nullum aliud ius redemptionis captiuorum concesit: sed tantum de nouo concesit, & confirmauit ius ab ipso Rege applicatum: quod tantum est actio in foro exteriori ad petendum. Vnde si aliquis inuenit ipsum pecus perditum occulte, & expendit illud, & alia iumenta, aut res inuentas in opera pia præsertim de consilio Episcopi, aut parochi, vt mos est, manet tutus in conscientia, secundum ea, quæ tradit Nauarrus. [f] Et pro eis posset etiam facere compositionem. Ea enim bona non habent certum dominum, cui debeat fieri restitutio. Nam redemptio captiuorum non habet dominium talium rerum. Solum enim habet ius petendi, & si non petat supradicta manent in sua natura incertorum, & perconsequens de ipsis potest fieri compositio sicut de alijs incertis. Nec his obstant excommunicationes paulinæ impetratæ à Nuntio Apostolico, quæ quotidie publicantur contra detentores ipsarum rerum, & aliarum,quæ pertinent ad redẽptionẽ captiuorũ;vt sic facilius per censuras colligãtur ea bona, quæ pro derelictis habẽtur.Nã respõdetur, quod excõmunicatio nõ cõfirmat aliud ius, quã quod ex lege ciuili cõcesit Rex, at Rex tantũ videtur cõcedere prætori actionem exigendi,prout dictum est. Et sic vt illud ius consistens in actione tantum effectum habeat concedũtur dictæ Paulinæ. Vnde si animal & supradictæ res inuentæ sint iam consumptæ, quia operibus pijs applicata, cum nulla sit iam actio exigendi non habet locum excommunicatio.Verum si dictæ res non sint applicatæ ab inuentoribus, & sint in propria specie, tenebuntur earum inuentores eas restituere sub pœna dictæ excommunicationis,si petantur. Et super his non poterit habere locum compositio, cum si petãtur certus sit earum dominus cui ius earum in foro exteriori est determinatè applicatũ, prout declaratum est.

[a] D.Th.2.2. q.62.ar.5.in fol.ad.3.

[b] Arag.2 2. q.66.art.5. pag.430.

[c] Couar.in reg.peccatũ 3.p.§.1.n.31

[d] Hẽriq.li.7 de indulg. c.36.liter.G

[e] Couar.in reg. possess. 2.p §.11.n.3 in fi & lib. var.c.9.nu.5 Henriq.vbi sup. liter.H

[f] Naua.c.17. n.93.& c.27 n.259.

Hæc

Hæc quoad dictas religiones pro redemptione captiuorum loquendo de incertis dicta sint. Quo vero ad alias religiones notandum est, quod Clemens Quartus, *Concessit, vt cum aliqui assumentium habitum fratrum Minorum fuerint obligati ad restitutionem aliquorum bonorum diuersis personis, quæ sciri, & inueniri non possunt, ministri, & custodes, & eorum vicarij, eorumque singuli in locis sibi commissis possint bona huiusmodi in pios vsus conuertere, prout secundum Deum viderint expedire.* Ita habetur in libro Monumenta [a] ordinum. Circa quam concessionem est notandum, quod ista concessio nihil seruit alijs religionibus. Nam secundum ius commune possunt omnes hoc modo de huiusmodi dispensare. Deseruit tamen plurimum ordini nostro Minorum cum in nostra regula omnibus huius religionis alumnis prohibeatur, ne de rebus intrantium religionem hanc sint soliciti, sed mittant eos ad aliquos Deum timentes, vt libere faciãt de rebus suis quid quid Dominus inspirauerit eis.

a In.1.impr. fol.58. & in 2.fol.141.cõ cel.334.

## ARTICVLVS V.

### *Vtrùm aliqua alia dictis fratribus pro redemptione captiuorum debeantur.*

REspondeo dicendo, quod habent hi monachi in oppidis secularem, quem vocant fratrem, aut Syndicum, quibusdam priuilegijs gaudentem, cui incumbit mostrencum retinere in depositio, & colligere legata, aut quæ voto, aut promissione mandata sunt in redemptionem captiuorum in testamento, aut donatione, & quinque blancas, vt aiunt, quibus tabellio in testamento exhæredare solet debitum in opera pia, & redemptionem captiuorum. Mos est enim tabellionum dicere in testamento: Item mando à la Merced, y Trinidad, para la ayuda de la redempcion de los captiuos, à cada vna dos, ò quatro maraue-dis. Colligit etiam septimas consuetas, & septimæ Hispanæ, quæ dicuntur consuetæ obligationes. Et ordinariæ sunt triginta quinque dipondia, ex quibus decem dantur Mercedi, quindecim Trinitati, quinque Ecclesiæ maiori, & alia quinque Beato Antonio, aut Lazaro: si modo vnus alium præueniat. His item fratribus adiudicatur quinta pars bonorum morientium ab intestato absque hærede intra quartum gradum, sed deducto eo, quod pro anima datur. Alij dicunt totum deberi Trinitatis monasterio deducto quinto pro anima. Et hoc conforme est decreto in quadam authentica: [b] Ex quo colligunt scribentes, quod bona decendentium ab intestato deficientibus consanguineis fisco adiudicentur. Et hæc bona vacantia dicuntur apud iurisconsultos, [c] & apud Imperatores. Vnde cum dicta bona fisco secundum leges imperiales applicentur, nimirum, si ipsis fratribus secundum priuilegia regalia adiudicentur. Pro quo maxime est notanda quædam lex ordinamenti, [d] cuius tenor sermone antiquo Hispanico est huiusmodi.

b authẽ.omnes peregrini.C. cõmu de succes.

c l.1.ff.d iur. fisci.l.1.C.d vacat.

d l.1.tit.8.li.1.ordin.

*Porque acaesce, que los Procuradores de las ordenes de la Trinidad, y de sancta Olalla, y de las otras ordenes, diziendo tener cartas, y priuilegios de los Reyes nuestros predecessores, y dela nuestra cancellaria, se entremeten, à apremiar, y constreñir à los nuestros subditos, vassallos, y naturales, que les muestrẽ los testamentos de los defunctos, y mostrados demandan los legados y mandas, q̃ son hechos à lugares no ciertos, y otrosi si en el testamento no manda el finado à las dichas ordenes cosa alguna, dizen, que les pertenece la quantia de la mayor manda del dicho testamento. Y assi mismo, si algunos mueren sin testamento, que les pertenecen los bienes del defuncto, y no à los herederos. Y porque desto se han seguido muchos daños, y cohechos reuocamos los priuile-*

*uilegios y cartas que sobre esta razon son dados alas dichas ordenes. Pero q̃ si las dichas ordenes de la Trinidad ò de la Merced mostraren los tales priuilegios aquellos declaramos, y interpretamos q̃ se entiendan q̃ los Reyes pudierõ dar lo q̃ perteneciere a su camara, ò fisco, y no en otra manera Y mãdamos q̃ si el defuncto dispuso en su vida q̃ fuessen excusas las dichas ordenes y frayles, q̃ aun en el tal caso no ayã lugar los priuilegios, que mostraren. Y defendemos, que los conseruadores desto no se entremetan, ni los legos sean escriuanos, ni procuradores de las tales cosas.* Applicantur etiam dictis fratribus bona naufragorum, quæ reperiuntur in mari, aut flumine absque certo domino, quæ dicuntur, los Algariuos. Et omnia quæ prædictis fratribus ad effectum redemptionis debentur iure iuxta priuilegia Apostolica & regalia confirmata, visita ta & custodita, confirmat Philippus Secundus Rex Hispaniarum, & id ipsum comprobauit Gregorius Tertiusdecimus anno Domini milliesimo quingentesimo octuagesimo secundo in quodam Breui prout refert Henriquez. [a] Quæ omnia debent maxime procurare Prædicatores, & confessores, vt soluantur cum pro tam pio opere sint applicata, & à regularibus pro amore Christi maximo labore colligantur.

a Hẽtiq. vbi sup. in fin.

## ARTICVLVS VI.

### *Vtrum bona monasteriorum desertorum pertineant ad fratres.*

REspondeo dicendo, quod Clemens III. *Concessit fratribus Minoribus, vt cum de prioribus locis suis ad alia loca transierint, possint tam omnem ædificiorum materiam locorum, quæ dimittunt (dedicatis Ecclesijs duntaxat exceptis) quam libros, calices, & paramenta secum ad alia loca transferre; ac ædificia ipsa cum solo, & alijs ad eadem loca pertinentijs (præter Ecclesias) per personas ad hoc à Sede Apostolica deputatas vendere, ipsorumque pretium in aliorum locorum ad quæ dicti fratres se transferunt ædificationem, seu alias in eorum vtilitatem conuertere secundum quod eis melius videbitur expedire.* Ita habetur in libro Monumenta ordinum. [b] Et aduertendum, *Quod Concilium Constantiense statuit, quod generalis fratrum Minorum possit, & debeat conuentus sibi subditos, ad statum strictæ obseruantiæ consonum iuxta declarationes, & statuta Sedis Apostolicæ, & ordinis reducere, tollendo quascunque superfluitates, siue sint in rebus mobilibus, quantum fieri poterit bono modo, habito semper consilio maiorum, & discretorum sibi obedientium: ac eligendo si opus fuerit, aliquas personas, quæ ipsas superfluitates autoritate dicti Concilij vendant, commutent, aut alias in opera conuentuum conuertant.* Ita etiam habetur in dicto libro. [c] Quod vero attinet ad monasteria monialium aduertendum, *Quod Syxtus Quartus, statuit vt cum contigerit monasteria monialium Sanctæ Claræ monialibus destitui, adeo vt de illorum reformatione spes nulla supersit, illa, quæ sic destituta existunt, & destitui contigerit in futurum, cum eorum bonis omnibus perpetuis vsibus fratrum domus dicti ordinis (eisdem destitutis monasterijs propinquioribus sub quorũ cura erant) applicentur: ita vt fratres ipsi possint de illis, & eorũdẽ monaste-*

b In. 1. impr. fol. 58. & in 2. fol. 142. cõ cel. 340.

c In. 1. impr. fol. 26. & in 2. fol. 110. cõ cel. 236.

*steriorũ structuris, & ædificijs pro eorum vtilitate disponere. Prouiso tamen quod eorum Ecclesiæ & oratoria ad profanos vsus non redigantur; sed in illis quandoque diuina celebrentur officia.* Ita habetur in eodem libro. [a] In quo etiam libro continetur idem quasi ad literam contineri in Marimagno Carmelitarum, [b] & in Marimagno Prædicatorũ: [c] & in Marimagno Augustinienſiũ. [d] Circa quas concessiones primam Clementis quarti, & secundam Syxti Quarti, est aduertendum, quod additur in ipsis, prouiso tamen, quod illorum Ecclesiæ, & oratoria ad profanos vsus non redigantur. Hæc enim clausula est conformis sacris Canonibus. [e] Ecclesia enim secundum ipsos, & præcipuè consecrata, vel oratoria, monasteria, & huiusmodi reuerti non debent ad secularem habitationem & vsus profanos. Si tamen destruatur monasterium secundum glossam [f] quandam, de lignis & lapidibus construi potest dormitorium, vel alius locus honestus; vel etiam in coquina sua ligna comburi à monachis possunt iuxta eosdem sacros canones: [g] sed ad priuatos vsus conuerti non debent. Locus autem manet sacer, licet dirutum sit ædificium, prout aduertit Syluester. [h]

a In.1.impr. fol.60. & in 2.fol.144.cõ cel.349.
b In.2.imp. fol.181. con cel.443.
c In.2.impr. fol.241. con cel.582.
d In.1.impr. fol.250. con cel.633.
e 16.q.3. ca. quæ semel, &c.quoniã
f Glos.in.d. c.quę semel
g c.ligna.d. 1.
h Syl.v.Ecclesia.2 n.7. in.1.dicto.

## *ARTICVLVS VII.*

### *In quas pœnas incurrant occupantes bona regularia.*

REspondeo dicendo, quod Eugenius Quartus concessit congregationi Mõtis Oliueti, prout habetur in cõpẽdio [i] Societatis Iesu, & in cõpendio [k] Cistertij, *Quod quæcunque persona cuiuscunq; status, gradus, seu qualitatis, Ecclesiastica, vel secularis, quanuis etiam põtificali perfulgeat dignitate, quæ monasteria, res, & bona mobilia, seu immobilia, possessiones domos, molendina, aquas, piscaria, iura, iurisdictionem, & alia quæcunque ad præfatam congregationem, & illius monasteria pertinentia, perturbare, vel fatigare præsumpserit, nisi infra tres dies postquam huius indulti certior facta fuerit se correxerit, aut debitam cautionem de restituendo, & satisfaciendo non præstiterit excommunicationis sententiã ipso facto incurrit, in qua nisi à Summo Pontifice, aut in mortis articulo beneficium absolutionis nequit obtinere.* Et idem priuilegium inuenio concessum à Leone Decimo Eremitis Sãcti Augustini, prout continetur in cõpendio [l] Societatis, & habetur in supplemento, [m] id ipsum concessum fuisse dictis patribus à Iulio Secundo.

i §.5.tit.60.
k tit.bona.§ 9.
l Vbi sup.§. 5.
m Fol.76.cõ cel.227.

## QVÆSTIO XXXIX.

### De canonica portione in nouem articulos diuisa.

*Circa quam quæruntur nouem.*

1 *Quid sit canonica portio.*
2 *De quibus, & à quibus debeatur quarta funeralis.*
3 *Vtrùm quando aliquis de facto contra voluntatem fratrum in eorum ecclesijs sepelitur debeatur quarta portio.*
4 *Vtrùm quarta funeralis debeatur nouitio decedente in anno nouitiatus extra monasterium eligente in monasterio sepulturam.*
5 *Vtrùm quando aliquis, cuius maiores solent ab antiquo in aliqua Ecclesia sepeliri, ea dimißa, eligit sibi sepulturam, debeatur canonica portio Ecclesiæ dimissæ.*
6 *Vtrùm valeat electio sepulturæ in aliquo monasterio non legando Ecclesiæ parochiali quartam funeralem.*
7 *Vtrùm legatum Ecclesiæ parochiali ab eo, qui alibi eligit sepulturam computetur in quartam funeralem debitam parochiæ.*
8 *Vtrùm canonica portio possit renuntiari.*
9 *In quam pœnam incurrant prælati, vel curati cogentes fratres, vel testamentarios defuncti ad soluendam quartam.*

AR-

## ARTICVLVS I.

### *Quid sit canonica portio.*

REspondeo dicendo, quod canonica portio dicitur quę sit à canonibus approbata, & debita iure decretorum, iuxta ea, quæ in eisdē sacris canonibus [a] proponūtur. Et est duplex. Vna est debita Episcopo ab omnibus Ecclesijs totius diœcesis de omnibus relictis factis eisdem, quam tamen non habent ab Ecclesijs suis extra diœcesim, de qua agit Couarruuias. Et aduerte, quod Episcopo debetur quarta portio, ex his, quæ legantur fraternitatibus, quæ congregationem quandam prætextu pietatis præ se ferunt: cū hæc legata pietatis causa fiant. Et vt hæc canonica portio debeatur satis est pia esse legata, prout dicitur in iure. Hanc opinionem sequitur Menochius, & eam communem dicit Couarruuias. [b] Alia est debita Ecclesiæ parochiali de relictis à parochiano vel obuenientibus ratione funeris loco illi, in quo eligit sepulturā: de qua nobis in præsentiarum est agendū. Et hæc est varia, idest, medietas, tertia, vel quarta, secundum varia iura, & varias consuetudines; quibus consuetudinibus est standū, iuxta quandā Decretalē, [c] & si ibi consuetudo non apparet expectanda est consuetudo Ecclesiæ metropolitanæ secundum Hostiensem. Et si neque illa appareat expectanda est consuetudo vicinarum Ecclesiarum. Quæ si varia sint secūdū Gofred. quarta debetur, quia in hoc iure magis concordare videtur, prout tenēt Archidiaconus & alij, quos refert & sequitur Syluester. [d] Et hāc tenentur religiosi soluere ecclesiæ parochiali, prout habetur in Concilio [e] Tridentino, & post alios tradit Molina. [f]

[a] c. de his. 10 q. 1. c. decernimus, &. c. cōstitutum 16 q. 1. Clemdudū de sepult.

[b] c. requisisti & c. vlt. de test. Menoch. 15. remed. recup. poss. s. q. 5. Cou. in ca. officij de test. n. 12.

[c] c. certificare extra de sepult.

[d] Sylu. v. canonica portio. n. 1.

[e] Con. Trident. sess.

[f] Molin. 2. 2. tract. 2. disp. 215.

## ARTICVLVS II.

### *De quibus & à quibus debeatur quarta funeralis.*

REspondeo dicēdo, quod debetur solum ab Ecclesijss, vbi aliquis sepelitur, vel ad quam transit se cōuertendo modo, & si alias essent exemptæ, secundum Innocentium, [g] non autem ab alijs Ecclesijs, vel personis. Et debentur de omnibus, quæ obueniunt ratione funeris, scilicet in die funeris. Et de omnibus legatis factis Ecclesię in qua quis eligit sepulturam, prout dicitur in iure. [h] At Nicolaus Quintus, *Concessit fratribus Carmelitis, vt de illis, quæ eis pro fabrica Ecclesiarum, & conuentuum suorum Ecclesiasticis ornamentis, luminaribus, anniuersarijs, septimo, vigesimo trigesimo, & alijs diuinis cultibus, pitantijs, indumentis, calciamentis emendis, celebrandis & habendis in eisdem necnō annuis censibus redimēdis, ad quorum solutionem aliquæ domus, prædiaq; cum hortis, & alijs locis ordinis eiusdem obligatæ noscūtur, per Christi fideles elee mosyna pietatis intuitu, siue in funeralibus oblationibus, sepulturis, vltimis volūtatibus, legatis, aut alias quo quomodo, etiam absoluta largientur, nulli canonicam portionem aliquam teneantur exhibere, aut ad id valeant coarctari. Et neque ab eis, vel vltimarum volūtatum executoribus, seu descendentium hæredibus de præmissis bonis aliquid extorquere, vel exigere præsumant, districte inhibuit. Non obstante constitutione in Concilio Vienensi edita, quę incipit. Dudum, & alijs constitutionibus.* Ita habetur in libro [i] Monumēta ordinum. Et aduertit collector [k] priuilegiorū Mēdicantiū, quod hæc concessio est copiosior, quā sit in omnibus alijs priuilegijs fratrū Mendicātiū in materia ista. Nā dicit, quod non solum nō teneantur fratres soluere quartā, vel canonicam portionem, de omnibus in alijs concessionibus contentis, sed neq; etiam de funeralibus, oblationibus, neq; de his, quæ eis absolute quomodocunq; legantur, vel largiuntur, non obstante Clementina, dudum de sepulturis, & alijs quibuscunq; in contrarium facientibus, & cum decreto irritante, quod ponitur in fine Bullæ. Quod priuilegium Alexander VI. confirmauit, prout habetur in eodē libro; [l] & concessit Leo X. cō gregationi Camaldulēsi: & Celestinus V. suę cōgregationi, & Iulius II. cōgregationi mōtis Oliueti, & Eugenius Quartus congregationi

[g] Inno. inc. relatū. & in ca. in nostra extra de sepult. &. c. requisisti extra de test.

[h] Clem. dudū. § verum de sepult.

[i] In. 1. impr. fol. 86. & in 2. fol. 169. cū cess. 395.

[k] Colle. tit. canonica portio. §. 4.

[l] In. 1. impr. fol. 76. & in 2. fol. 159. cō cess. 378.

tioni sanctę Iustinę per Breue datum Bononiæ quinto nonas Iunij millesimo quatercentesimo trigesimo sexto, Pontificatus sui anno sexto, prout refertur in compendio Cistertij.

[a] V. quarta portio canonica §.1 & 2

Sed videamus quid circa hoc decreuerit Concilium [b] Tridentinum. Ad quod respõdeo, quod decernit sancta Synodus, quibuscunque in locis, iam ante annos quadraginta, quarta quæ funeralium dicitur cathedrali, aut parochiali Ecclesiæ solita esset persolui, ac postea fuerit ex quocunq; priuilegio, alijs monasterijs, hospitalibus, aut quibuscũque locis Pijs concessa, eadem post hac integro iure, & eadem portione, quæ antea solebat, cathedrali seu parochiali Ecclesiæ persoluatur, non obstantibus concessionibus, gratijs, priuilegijs, etiam mare magnum nũcupatis, aut alijs quibuscunque. Circa quod decretum aduertit Collector [c] compendij Cistercij pro suo ordine, quod non solum à quadraginta annis citra: verum nec etiam à tempore immemoriali nulla portio de supradictis quæsitis à dicto ordine aliquando fuit soluta. Et ita quoad ipsos in nullo fuerunt eorum priuilegia reuocata. Secũdo est aduertendum, quod Pius Quintus anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, prout refert Gutierrez, [d] motu proprio declarauit concilium loqui tantum de monasterijs ante annos quadraginta fundatis, quæ ipsam quartam soluere consueuerunt. Et sic licet fundata fuissent monasteria ab annis quadraginta, si non soluebant quartam, modo non tenentur soluere. Et etiam concedit, quod monasteria, quæ fuerunt à quadraginta annis citra fundata non soluant dictam quartam. Cuiusmodi sunt omnia monasteria nouæ Hispaniæ apud Indos. Nec Gregorius Tertius decimus in sua constitutione, quam tradit Nauarrus, [e] reuocauit hanc Pij Quinti declarationem. Tãtum enim ibi reuocauit aliqua, quæ Pius V. concessit regularibus à Concilij Tridentini tramite discedens. Non autem reuocauit declarationes Concilij Tridentini in fauorem regularium à Pio V. factas. Et vt omnis tollatur ratio dubitandi, proponam hic declarationem illustrissimorum Cardinalium hoc ipsum affirmantẽ. Quæ est huiusmodi.

[b] Con. Trid. sess. 25. c. 13.

[c] In d. compen. Cistertij. §. 2.

[d] Gutier. de iuramen. cõfirma. 2. p. c. 4. n. 3.

[e] Naua. c. 27. in fin.

*Congregatio Concily censuit non comprehendi monasteria ædificata à quadraginta annis citra, aut quæ in dies ædificantur, vel in futurum ædificabuntur; præsupposito quod huiusmodi monasteria sint eius religionis, cui à Sede Apostolica indultum sit, vt quartam funeralem non debeant soluere Episcopo.*

*Antonius Carraffa.*

ET vt omnibus notum sit, hanc declarationem esse authenticam, & facere fidem in iudicio, & extra iudicium, vide eius approbationem sequentem.

*El Doctor Christoual de Mesa Cortes Canonigo en la sancta Iglesia de Cordoua, y Prouisor general en ella, y su Obispado, por quanto el padre Fray Alonso de Aluarado Procurador general de la Orden de Sant Francisco, hizo muestra ante mi de vn papel en lengua* Latina, *firmado del illustrissimo Antonio Carraffa, y con su sello, sin estar roto, ni tener otro vicio ninguno. Y me pidiò, que tiene necessidad de imprimir algunos traslados para poner en los Conuentos de su orden, por tanto por la presente doy licencia a qualquier impressor que lo imprima, y se lo de autorizado como lo pide. Fecha en Cordoua à quatro de Iulio de.* 1592.

*El Doctor Christoual de Mesa Cortes.*

*Luys Royz Notario.*

*Corregido con el original.*

*Luys Royz Notario.*

ET refert Veracruz in suo compendio, quod cum controuersia fuisset inter fratres & Episcopum de Guatimala, data fuit sententia executorialis per Reuerendissimum Archiepiscopũ Mexicanum in fauorem fratrum, vt non soluerent dictam quartam. Et ratio, quæ mouere potuit Pium Quintum, & hos illustrissimos patres ad decla-

declarandum,quod monasteria,quæ fuerũt à quadraginta annis citra,id est ( de quaren ta años à ca ) fundata non soluerent dictam quartam, siue soluerint illa siue non, fuit quia non præscribitur consuetudine, nisi per annos quadraginta, etiam contra Ecclesiam parochialem, vt tenet Panormitanus [a] communiter receptus. Et monasteria fundata ante quadraginta annos, quæ soluebant quartam,tenentur modo soluere quia non eximuntur à Concilio,nisi non haberent consuetudinem soluendi: tunc enim iam est præscriptum. Nec volunt tollere Pius Quintus & illustrissimi Cardinales ius præscriptum, sicut etiam facit Concilium Tridentinum.

a Panor. in c.fi. de consuet.n.9.

Tertio est aduertendum,quod qui tenentur soluere quartam, non tenentur soluere tunc de omnibus relictis fratribus, sed tantum de his,quæ cum corpore defuncti conti gerunt deferri,non autem de missis & de cãdelis,vel alias quomodolibet fuerint donata.Ita Pius Quintus in dicto motu proprio. Et iam consuetudine introductum est in Ecclesia, vt de nullo alio soluatur quarta, nisi de his,quæ cum corpore defuncti deferuntur,prout aduertunt Cardinalis, [b] & alij, quos allegat Couarruuias.Qui post Panormitanum ait consuetudine receptum esse, etiam quando aliquis in aliena parochia sepelitur,Ecclesiam sepulturæ non teneri soluere quartam de oblationibus factis post diem sepulturæ,sed solum de his,quæ in die sepulturæ fiunt. Et ita ait Molina, [c] quod concilium solum facit mentionem de quarta funeralium,quasi innuens, quod hæc solum soluitur de his, quæ offeruntur in die funeris.

b Cardi. in d Clem. dudum.§ verũ Couar.in.c. vlti.de test. n,6.&.7.

c Molin .2.a tract.2.disp. 215. colum. 1309.

## ARTICVLVS III.

### Vtrùm quando aliquis de facto contra voluntatem fratrum, in eorum Ecclesijs sepelitur, debeatur quarta portio.

REspondeo dicendo,quod quãdo aliquis defunctus de facto contra voluntatem fratrum sepelitur in eorum Ecclesia, vt tẽpore interdicti,& multa offerũtur, quarta non debetur secundum Federicum, [d] & Geminianum. Et ratio est, quia talis tempore interdicti nõ potest eligere sepulturã apud Mendicãtes,vt notat Innocẽtius, [e] quãuis liceat ipsis accipere mortuoria vt orent pro defunctis,si cum pœnitentia decesserũt iuxta sacros Canones. [f] Et præterea facit:quia quarta debetur Ecclesiæ parochiali ratione iniuriæ quæ sibi fit iuxta quandã Decretalẽ. [g] Nullã autẽ iniuriã illi facit,ex quo ibidẽ nõ poterat sepeliri.Imo plus dicit Federicus;quod si Mendicantes eũ sponte tali tẽpore sepelirent nõ debetur quarta, licet teneãtur tanquã violatores interdicti ad pœnã,quæ contra violatores proponitur;cum solũ debeatur quarta quãdo mortui sepeliũtur in casu à iure concesso; secus quando in prohibito,vt decretũ [h] est.At hoc minime habet locũ attentis priuilegijs cõcessis Mẽdicãtibus,quibus ipsis cõceditur, quod tempore interdicti possint in suis ecclesijs aliquas personas seculares libere sepelire. De quibus agemus late in secũdo tomo in quæstione de interdictis. Nã cum dictæ personę sepeliantur casu à iure concesso ratione priuilegiorum,certum est,quod quarta funeralium debetur. Vt si sepeliatur syndicus fratrum Minorum, & cæt. & si sepeliatur aliquis tempore interdicti autoritate ordinarij concedentis pro tunc,vt suspendatur interdictum: nã in hoc casu iam hic sepelitur in casu à iure permisso. Aduertẽdum tamẽ, quod si Ecclesia parochialis est interdicta ex culpa sua,& nõ parochiani defuncti, tũc talẽ quartã non habebit, siue parochianus sepeliatur alibi ex electione sua, siue non; Quia,verbi gratia, nõ eligendo sepulturam sepultus est in sepultura maiorum suorum: prout notat Geminianus. [i] Sed si non fuit sepultus in Ecclesia electa, neque in ea vbi sunt sepulchra maiorũ suorum,sed alibi fuit sepultus de facto,& non de iure, nihil dabitur, si Ecclesia parochialis dedit causam interdicto. Secus si non fuit in culpa;quia in hoc casu non debet suo iure priuari, secundum Petrum de Ancharrano, quem sequitur Geminianus. [k]

d Fede. cõs. 119 Gemi. in.c.1. de sepult.lib.6.

e Innocẽ.in c. vt priuilegia & priuil. & c.cũ plantare eod.tit.

f c. quicũq; 11.q.3.

g c.certificari de sepult.

h c.ex parte il.1.capit.cũ liberum, & c. in nostra, in fin.de sepult.

i Gemin.in c.1.de sepul. lib.6.

k Gemin. vbi sup.

## ARTICVLVS IIII.

### Vtrum quarta funeralis debeatur Ecclesiæ parochiali nouitio decedẽte in anno nouitiatus extra monasterium & eligente sepulturam in monasterio.

REspondeo dicendo , quod nouitius decedens intra annum nouitiatus debet sepeliri in conuentu , vt religiosus

ligiosus, neque debetur quarta funeralis Ecclesiæ, cuius erat parochianus, prout aduertunt [a] Ancharranus, & Philippus Francus. Quæ opinio est tenenda; licet contrarium tenuerit [b] Dominicus. Licet enim status nouitij non sit religiosi, iuxta ea, quæ traduntur [c] à Tiraquello: qui affirmat hunc statum esse dubium in pendenti consistentem: attamen in multis reputatur nouitius religiosus, gaudet enim beneficio canonis. Ec sic mihi certum est nouitios gaudere omnibus indulgentijs & gratijs profesis à sede Apostolica concessis, etiã si in nullis literis Apostolicis hoc exprimatur. [d] Ius enim non solum concedit facultatem testandi iure militari militibus, sed etiam illis, qui non sunt milites, dum modo in militia sint labores & pericula militum supportantes. Et sic iure communi, delicta cõmissa intra nouitiatus annum castigantur à prælatis regularibus prout [e] Angelus, resoluit & Nauarrus. Et ipsis conceditur priuilegium, vt in monastè rijs, vbi sunt nouitij sepeliantur tempore interdicti, aut cessationis à diuinis cum solennitate, ac si non esset interdictum, neq; cessatio, sicut alij fratres professi sepeliuntur, prout dicemus in secũdo tomo in quæstione de interdictis. Vnde infertur, q̃ si nouitius egrediatur intra annũ nouitiatus à monasterio vt cum habitu in domo parentum curetur, si ibi decedat sepelietur in eius conuentu sine aliqua ad quartam funeralem obligatione.

a Ancha. & Francus. in c. cum nullus de tempor. ordin. lib. 6.
b Domin. in c. cum quis de sepult. li. 6.
c Tirac. de retract. linag. glos. 8. n. 21. & nu. 38.
d l. vni. ff. de bon. poss. exteſt. mili.
e Angel. in l. 1. ff. de pç. Nauar. li. 3. consil. ti. de regul. cõsil. 58. in. 1. im pres.

## ARTICVLVS V.

*Vtrùm quando aliquis, cuius maiores solent ab antiquo in aliqua Ecclesia sepeliri, ea dimissa eligit sibi sepulturam; vtrum canonica portio debeatur Ecclesiæ dimissæ.*

REspondeo dicendo, quod non: sed potius illi Ecclesiæ, in qua consueuit audire diuina, & recipere sacramenta, vt innuit quædam [f] Decretalis. Quod si in vna parochia solet audire diuina, & in alia recipere sacramẽta, videtur quod canonica portio debebitur ei, vbi consueuit recipere sacramenta, argumento cuiusdam [g] Decreti. In contrarium facit, quod notat [h] Innocentius quærens, quid si aliquis in capella audiuit diuina, & in plebe recipit Ecclesiastica sacramenta? Et concludit, quod fiet diuisio inter plebem & capellam. Quam opinionem sequitur Panormitanus. Et idem dicendum est de Regibus & Ducibus, & alijs personis, quæ per anni circulum in diuersis Ecclesijs audiunt diuina, & percipiunt sacramenta, quasi habentes duo, vel plura domicilia, in quibus pariter se collocabant, & eligunt se pulturam in alio loco. Nam in hoc casu Ecclesiæ domicillorum diuident quartam inter se. Nec confrater acceptus alicuius loci religiosi liberatur à solutione quartæ, si extra parochiã eligat sepulturam, nisi oblatis ipsi loco religioso omnibus suis bonis, retineat sibi aliquid ad victum: vt ex argumento aliquorum [i] Iurium tradit Hostiensis; siquidem hi solum, & non alij sunt exempti à iurisdictione Episcopali.

f cap. cum quis de sepult. lib. 6.
g c. 1. de sepult.
h Innocen. in c. de his extra eod.
Panor.
i c. cũplantare extra de sepult. vbi Hostiẽ.

## ARTICVLVS VI.

*Vtrùm valeat electio sepulturæ in aliquo monasterio non legando Ecclesiæ parochiali quartam funeralem.*

REspondeo dicendo, quod [k] Hostiensis tenet, quod talis electio non valet: & sic clerici parochiæ possunt demãdare corpus defuncti. Sed doctissimus [l] Gregorius Lopez, ait hoc sibi dubiũ videri, quod, scilicet, hæc omissio vitiet electionẽ. Iura enim tantum volunt, quod de relictis Ecclesiæ sepulturæ detur canonica portio Ecclesiæ parochiali, aut quarta funeralis, iuxta ea, quę supra articulo secundo sunt declarata: non vero quod teneatur expresso suo iudicio relinquere. Et ita ait esse intelligendam decisionem capituli primi de sepulturis. Et non prohibetur ibi sub anathemate, si aliter eligatur, sed si canonica portio non soluatur. Nec ait, obstat capitulum secundum de sepulturis. Ibi enim, licet iubeatur relinqui quarta, non tamen ex omissione annullat electionem sepulturæ; sed vult quod debeatur etiam si non relinquatur. Et hoc cõprobat Gregorius [m] ex lege partitarum, & alijsiuribus, affirmans hanc opinionem tenere [n] Abbatem.

k Hostien. de sepult. §. at apud quã Ecclesiã ver sic. vel non reddatur.
l Grego. in l. 5. titu. 13. part. 1. v. ósi no dexasse.
m Greg. in d. l. 5. per tex. ibi.
n Abb. inc. de his de sepult. not. 2. per tex. ibi.

Ab AR-

## ARTICVLVS VII.

*Vtrùm legatum Ecclesiæ parochiali ab eo, qui alibi eligit sepulturam, computetur in quartam funeralem debitam parochiæ.*

REspondeo dicendo, quod [a] Hostiensis Cardinalis, Ancharranus, & Decius tenent partem negatiuam. Contrariam tamen opinionem, scilicet, quod computetur, tenent [b] Antonius, Imola & Abbas, Federicus, Salicetus, Alexander & Corneus, & est magis communis secundum Gregorium Lopez. Verum est tamen, quod prima opinio probatur à quadã [c] lege partitarum cõtra communem. Et ait Gregorius Lopez, quod forte ista opinio secuta per istam legem est de iure verior, quando testator non reliquit totam quartam Ecclesię parochali. Nam si totam reliquisset nihil aliud posset peti ab Ecclesia parochiali, affirmãs hoc voluisse tenere Hostiensem.

a Host. in. c. officijs de test. Card. in clem. dudũ §. verũ. q. 27 vbi Anchar ra. q. 2. Decius in authent. præterea. C. vn de vir. & en col. 8.

b Antonius Imol. Abb. in. d. c. offi. Federic. cõsil. 3. Salice. & Alex. in d. auth. præterea vbi Corneus.

Grego. vbi sup. v. de mas.

c d. l. 15.

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrũ canonica portio possit renunciari.*

REspondeo dicẽdo, quod secundum Ancharranum [d], non valet pactũ quando Ecclesia damnificatur. Vnde si ex huiusmodi pacto & renunciatione aliquod dãnũ Ecclesiæ cathedrali, aut parochiali obuenerit, minimevalere existimo. At si fiat renũciatio cũ protestatione, quod per hoc non possit allegari aliquod ius cõtra ecclesiã, nõ video, loquẽdo secundũ ius commune, causam, ratione cuius talis renuntiatio sit nulla, etiam si fiat sine autoritate superioris. Non enim, nisi ob vehementes causas maximi iudicis debeat vocari autoritas, prout traditur in iure. Et aduertendum quod [f] Bonifacius VIII. statuit. *Quod compositiones, & pacta cum capitulis & rectoribus Ecclesiarum super iuribus parochialibus à prioribus conuentualibus, seu guardianis fratrum Prædicatorum, aut Minorum, & aliorum mendicantiũ facta, vel approbata de suorũ conuentuum cõsilio, & assensu (dum tamen alias sint licita & honesta) debere ab ipsis fratribus in locis, in quibus fuerint facta inuiolabiliter obseruari: non obstante quod magistri, vel ministri, aut priores generalium seu prouincialium prædictorum non interuenerit in eisdẽ assensus,* Prout latius cõtinetur in secũdo tomo in quæstione de pactis. In quo reuocantur priuilegia circa hoc cõcessa ab Alexãdo IIII. & ab Honorio IIII. In quibus ad validitatẽ harũ cõuentionum requiritur autoritas patris generalis, vel capituli generalis, prout habetur in libro [g] Monumenta ordinum. Aduertit tamen Collector priuilegiorũ Mendicãtium, quod hęc priuilegia fuerunt postea reualidita à Sixto IIII. Et Leo X. *In Concilio Lateranensi statuit, quod pacta & cõuentiones inter fratres & prælatos, ac curatos (pro tempore inita) valeant, nisi per subsecutum capitulum proximum generale, vel prouinciale refutata, & per eos refutatio huiusmodi intimata debito tempore fuerit.* Prout habetur in supplemento.[h]

e l. fin. C. de procurat.

f c. quia ex eo de pact. lib. 6.

g In. 1. impref. fol. 48. & in. 2. fol. 132. concef. 297.

h fol. 26. cõ cef. 75.

## ARTICVLVS IX.

*In quam pœnam incurrant prælati, vel curati cogentes fratres, vel testamentarios, vel hæredes defuncti ad soluendam quartam.*

REspondeo dicendo, quod [i] Sixtus IIII. anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto. *Tulit pœnã interdicti ingressus Ecclesiæ in locorum ordinarios & in alios sententiam excõmunicationis ipsofacto si directe, aut indirecte ad solutionẽ quartæ alicuius parochialis, vel canonicæ, vel alterius portionis, seu oneris, dũ apud fratres fideles tumulãtur: cogũt quoquo modo fratres, vel testamentarios, vel defuncti hæredes.* Vnde licet [k] glossa, & D. Antoninus dicãt posse curatos compellere supradictos ad soluendam quartã: hoc tamen pro dictis fratribus

i In. li. monum. ord. 1. impref. fol. 61. & in 2. fol. 145. cõ cef. 356.

k Gloss. in clem. dudũ de sepultu. Anto. 3. tit. 10. c. 2. n. 15.

bus est tenendũ in locis, vbi non soluii ipsa quarta consueuit abhinc quadraginta annis, secundum dispositionem Concilij Tridentini. Nam nos loquimur hic secundum priuilegia, glossa autem & Antoninus loquuntur secundum terminos iuris communis. Nec per Clementinam, dudum, reuocatur priuilegium Sixti IIII. Solũ enim ibi reuocantur priuilegia quorumcunque etiam exẽptorum, in quantum impediunt solutionem quartę funeralis. At per hoc nõ reuocatur priuilegium Sixti Quarti facientis ipsos exemptos à iurisdictione ordinarij etiam quoad hoc. Verum tamen est, quod possunt cogi per suos iudices ordinarios regulares & per Papam, & eius legatum, nisi aliud ordinarijs concedatur. Ita [a] Siluester. Nec ego inuenio in Concilio Tridentino aliud diffiniri. Ibi enim solum dicitur, quod quarta soluatur vbi est consuetudo, sed nõ dicitur vt religiosi ad id ab ordinarijs compellantur. Et sic contra eos per excommunicationem & alias censuras ecclesiasticas minime procedere possunt, cum excommunicare sit iurisdictionis actus.

a Siluest. v. canonica portio in fi.

## QVÆSTIO XL.

### De Cãtu in duos articulos diuisa.

*Circa quam quæruntur duo.*

1 *Vtrùm apud regulares sit licitus cantus organicus in officio diuino.*

2 *In quas pœnas incurrunt huic cantui organico insistentes.*

## ARTICVLUS I.

### *Vtrùm apud regulares sit licitus cantus organicus in officio diuino.*

PEspõdeo dicẽdo, q voces & cãtus in Ecclesia multis testimonijs sunt laudanda. Et sic videmus apud [b] Lucã Angelos angelica voce proclamasse hymnũ. Et in [c] actibus Apostolorũ legitur Paulum in carcere cantasse. Et in libris [d] Regũ & Paralipomenon cantus diuini approbantur. Æquum igitur est, vt in ecclesia cantu diuina mysteria celebrentur. Vnde in præfatione missæ quotidie dicit ecclesia: Qui non cessant quotidie cla[illegible]re dicentes, Sanctus sanctus, &c. Et considerãdum est, quod cantus in ecclesia incepit à tẽpore sancti Ignatij, qui audiuit Angelos cantantes, vt refert Nicephorus in historia ecclesiastica. Et [e] Antonius de Mocharis: tradit [f] Castro contra hæreses allegando Diuum Thomam & tradit etiam Soto. Qui dicũt, quòd in resurrectione mortuorum sancti clamabunt cantantes, & laudantes Deum, qui patres & alij infra referendi addunt, quòd cantantes non debent solo cantu esse contenti, sed corde; & quid cantu dicant obseruare & custodire tenentur. Ad quod aliqua ex sacra Scriptura, & ex sacris Canonibus adducunt, non reprobantes ex hoc vocibus altis & sonoris laudes diuinas cecinẽtes: imo potius laudant, & extollunt. Et sic [g] Rota noua post quandam Clementinæ glossam dicit quod inter alias qualitates, quas clericus debet obtinere, est, quod sciat bene cantare. Et hanc catholicam veritatem nos docuit sacra synodus Tridẽtina in Spiritu sancto congregata. Et multa in eius confirmationem, & qualiter cantus in ecclesia & missarum celebritate fieri debeant, videatur apud [h] Diuum Isidorum, & Vvaldensem & Ioannem Ekium, Soto, Brunum, Albertum Pighium contra Erasmum, & F. Antonium Rubeum contra eundem Erasmũ. Inter alia autem, quę in confirmationẽ & declarationem huius catholicę veritatis adducunt, est doctrina D. Hieronymi in epistola ad Ephesios, quæ in hunc modum se habet, prout refertur à [i] Gratiano. *Cantantes & psalentes in cordibus vestris Domino. Audiãt hæc adolescentuli, audiant ij, quibus in ecclesia est psalendi officium Deo non voce sed corde cantandum, nec in tragædorum modum guttur & fauces dulci medicamine collinenda, vt in ecclesia theatrales moduli audiantur & cantica.* Vbi glossa in hæc prorumpit verba. *Linire autem vt melius centent, & non pronuntient, veluti electuario, peccatum non est, si ad laudem Dei, & non gratia laudis consequendæ deliniantur.*

Hæc de cantu in communi dicta sunt. Nũc autem operæpretium est descendere ad cantum organicum specialiter. Et ex dictis &

b Luc. 2.

c Act. 16. c.

d Reg. 17. Paralipom. 22. & 16.

e Monachatius de sacrif. miss. li. 4. c. 12. & 13.

f Castro aduersus hæreses. v. cãtus D. Tho. 2. 2. q. 13. ar. 2. Soto li. 10 de iust. q. 5. art. 2.

g Rota decis. 18 de cõcei. prębẽd. clem. 1. in glos. 1. eod. tit. Concil. Trid. sess. 22. de obser. in missa.

h Isidor. de diui. offi. li. 1. & lib. etymolog. c. 27 & Vvaldẽs. de sacramẽ. tit. 2. c. 47. Ekius in enchirid. sacerdot. c. 52. Soto vbi sup. Bruno de ceremo. eccles. lib. 5. c. 2. Pighius contra Erasmum lib. 6. c. fi. Rubeus cõtra Eras. assertio. 9.

i c. cantantes. 92. dist. vbi glos. v. collinẽdæ.

alijs ait doctissimus, pius, & religiosus Doctor [a] Nauarrus, peccare hodie cõmuniter aliquot cantores, qui in horis canonicis, & missa canunt cantũ organicum, & similiter procurantes ipsum cantum organicum. Tũ, quia, vt augeretur attentio & deuotio propria, vel aliena permissus fuit cantus in officio diuino, vt determinat [b] Ioannes XXII. Ait enim dictus pontifex. Ideo enim in ecclesia Dei psalmodia cantanda præcipitur, vt fidelium deuotio excitetur, & in hoc nocturnũ diurnumque officium, & missarum celebritates assidue à clero ac populo sub maturo tenore, distinctaq; gradatione cantatur, vt eadẽ distincte & mature collibeant & delectent. Hęc Ioannes XXII. At is cantus organicus communiter est causa, vt non audiantur, minusq; intelligantur voces, quæ canuntur. Et communiter adimit duas species trium attentionum, quæ possunt haberi in officio diuino, præsertim apud eos, qui vix explicant verba asserentes solo cantu citra vim & significationem vllam verborũ peritos cantores debere mouere auditores. Cui consequens est hodie cõmuniter cantũ operari contrariũ eius, ob q̃ fuit inuẽtus, & in officijs diuinis permissus, ac proinde frequenter esse abusum & peccatũ, argumento cuiusdã legis [c] & decretalis. Nam cum non bene audiant, & minus intelligant id, quod canitur, cuumq; nonsit facile ipsis ascendere ad fastigiũ conuersationis diuinæ, sine verborũ, quę canũtur intellectu, qui seruiat pro scala & gradu descẽdunt ad humanã. Quia intellectus, vt plurimum acuti, quales sunt, vt plurimum religiosorũ ad aliquid semper agendum sunt propensi, nequeuntque esse otiosi. Tũ, quia delectari, aut delectari velle in officijs diuinis magis cantu, quam verbis est peccatum, vt cõfitetur [d] D. Augustinus in hæc verba prorumpens. Cum mihi accidit, vt me amplius cantus, quam res, quæ cãtatur moueat, pœnaliter me peccare confiteor: & tunc mallẽ nõ audire cantantẽ. Præterea, vt sit licitus cantus, inter alia est necessariũ, ne cantetur existimando, quod cãtatũ per se magis arrideat Deo, quã recitatum, vt [e] recte probat Caietanus. Non abre dixi in principio de cantu organico. Contrapunctus enim, qui non turbat Gregorianũ siue planum licitus est, iuxta ea quæ addit Ioannes XXII: qui postquam vetuit cantum organicum hæc verba dixit: Per hæc autẽ nõ intendimus prohibere, quin interdũ diebus festis, præcipue solẽnibus in missis & prædictis diuinis officijs aliquæ cõsonantiæ, quæ melodiã sapiũt, puta, octauę, quintę, quartę & huiusmodi supra cantũ ecclesiasticũ simplicem proferantur, & nihil ex hoc de bene memorata musica immutetur. Maxime, cũ huiusmodi consonantiæ auditũ demulceãt, deuotionem prouocent, psalentiũ *Deo* animos torpere non sinãt. Hęc Ioannes XXII. Et ita [f] Nauarrus ait, quod huiusmodi cãtus vsitatur in tota vrbe. [g] Qui infra pulsum organorũ inficiatur allegans [h] *D.* Tho. vbi cõmentator suus Caietanus de hoc agit. Et idẽ Nauarrus [i] refert quod cũ in quadã ecclesia principali Leonis de Sola Rona plures cãtu organico diuinas laudes decantassent cum fastidio eo quod inter ipsos optime cantantes quidã senex rascus ceciniſſet audita est vox de cęlo dicẽs: *Solueraucus auditur.* Quare vsque hodie ait Nauarrus in dicta ecclesia non vsi sunt Dñi ministri cantu organico. Deniq; Ioannes XXII. de consilio fratrum solũ prohibet, q̃ nõnullę nouellę scholæ discipuli (vt ipse ait) dum temporibus mensurandis inuigilant nouis votis, intendũt fingere suas, quã antiquas cãtare malunt, in semibreues, & minimas ecclesiastica cantantur: notulis percutiuntur, nam melodias hoquetis intersecant, discantibus lubricant, tripis & motetis vulgaribus nonnunquã inculcant; adeo, vt interdum antiphonarij, & gradualis fundamenta despiciant, ignorent super quod ædificant, tonos nesciant, quos nõ discernunt, imo confundunt: cũ ex earũ multitudine notarum ascensiones pudice descẽsionesq; temperatę plani cãtus, quibus toni ipsi secernuntur ab inuicem offuscentur. Currunt enim & quiescũt, aures inebriant, & non medentur: gestibus simulãt quod de promunt, quibus deuotio quærenda contẽnitur, vitanda lasciuia propalatur. Hęc Ioannes vigesimus secundus in dicta Extrauagãti, quæ meritò collocatur sub titulo de vita, & honestate clericorũ: quasi hæc aliena sint à grauitate & modestia ipsorum. Et sic incipit dicta extrauagans: Docta sanctorum patrum decreuit authoritas, vt in diuinæ laudis officijs, quæ debitæ seruitutis obsequio exhibẽtur, cunctorum mens vigilet, sermo non cespitet, & modesta psalentium grauitas placida modulatione decantet. Et certe cum cantus organicus decantatur, experientia docet mentem non vigilare, sermonem cespitare cùm alij in choro intereſſentes horas

a Nauar. de orat. c. 26. n. 32. cum seq.

b Extrauag. 1. de vita. & honest. cleric. D. Tho. 2. 2. q. 91. ar. 1.

c l. legata inuiliter ff. de adim. legat. ca. ad nostrãde appellat.

d Aug. li. 10 confes.

e Caiet. 2. 2. q. 91. ar. 1.

f Nauar. vbi sup. n. 36.

g Naua. vbi sup. n. 46. cũ sequent.

h D. Tho. vbi sup. ad 4

i Nauar. in c. quãdo de cõsecr. dist. 1. ca. & notab. 8. n. 7.

ras canonicas priuatim ibi persoluant, non ea deuotione, & attentione requisita propter tumultuantem turbam organice canentem, & horis ab ipsis recitatis, statim omnes colloquuntur: ita vt chorus magis videatur locus conuersationis, quã orationis.

## ARTICVLVS II.

### *In quas pœnas incurrunt huic cantui organico insistentes.*

REspondeo dicendo, quod ipsemet Ioannes XXII. in dicta Extrauaganti subiungit. Si quis vero cõtra fecerit per ordinarios locorũ vbi ista cõmissa fuerint, vel deputandos ab eis in non exemptis, in exẽptis vero per prepositos, seu prælatos suos, ad quos alias correctio, & punitio culparum, & excessuum huiusmodi, vel similiũ pertinere dignoscitur, vel deputãdos ab eisdẽ per suspensionem ab officio per octo dies authoritate huius canonis, puniatur. Non ignoro tamen hanc extrauagantem non esse in vsu, cum in Ecclesijs cathedralibus cantus organicus maxime frequentetur; & ipsum canẽtes minime ab ordinarijs puniantur. Vnde in [a] Concilio Tridentino dicta Extrauagãs minime innouatur. Solum enim ibi præcipitur, vt prælati remoueant ab ecclesijs eas musicas, vbi siue organo, siue cantu lasciuum, aut impurum aliquid miscetur. Sed ideo supradicta adduxi, vt omnibus notum sit dictum cantum organicum depictum admodum, quo eum depingit Ioannes XXII. secundum eius & fratrum sententiam ab honestate & grauitate clericorũ maxime religiosorum esse alienum: & per consequens vitandum, aut ad minus moderandum: præcipue in ecclesijs regularium propter eorum grauitatem.

a Concil. Trid. sess. 22 in decret. de vit. & obser. in mis.

# QVÆSTIO XLI.

## De capitulis generalibus & prouincialibus in quinque articulos diuisa.

*Circa quam quæruntur quinque.*

1 *Quid sit Capitulũ & quomodo celebrandũ.*
2 *Quæ in Capitulis generalibus & prouincialibus possunt fieri.*
3 *Vtrum solis Capitulis competat depositio Abbatum & Abbatissarum.*
4 *Vtrùm intereſſentes in ipso Capitulo generali possint plenariè absolui.*
5 *Quam authoritatem habeant Capitula prouincialia fratrum mendicantium Indiarum.*

## ARTICVLVS I.

### *Quid sit Capitulum, & quando celebrandum.*

PRespondeo dicendo, quod Capitulum aliquando est locus, vbi res capitulares formantur: aliquando significat lectionem, aliquando secundum aliquos distinctionem, vt ille liber hãbet quinque capitula: aliquando congregationem multorum præcipue ecclesiasticorum; prout notat [b] Ioannes Andreas. Et sic est hic sermo de capitulo, cuius scilicet authoritas & potestas consistit in maiori parte, & saniori: ita quod totũ capitulũ facere dicitur, quod facit maior pars, & sanior, iuxta sacros [c] Canones. Verum tamen est, quod quando maior pars Capituli delinquit, & propterea est sua potestate priuata, tunc tota Capituli potestas residet in minori parte, quæ non deliquit: prout notat [d] Panormitan us. Et iuxta hoc debet intelligi cõcessio Clemẽtis III. & Celestini III. facta Carthusiensibus. *Qua dicitur, quod quanuis Capitulo omnes capitulares intereſſe nequiuerint, quidquid tamẽ à maiori parte, & ſanio rum conſilio ſtatutum fuerit ratum ab omnibus obſeruari debet.* Et hoc Capitulum in nostra sacra religione Minorũ regularis obseruantiæ per Leonem X. in [e] bulla Vnionis ordinatur. *Vt miniſter generalis primo triennio ſui officij celebrare tenea tur vnum Capitulum generale in partibus, in quibus in ſuo ſexẽnio non erit Cõ miſſarius generalis, ſcilicet, in partibus, vnde ipſe fuerit aſſumptus, ad quod conueniant vocales illarum partium à qui-*

b Andr. in. c. capitulũ de reſcript.

c Cap. cũm in cunctis de his, quæ fiunt à mai. part.

d Panormi. in. cap. 1. de his quæ fiunt.

e Habetur in ſupplem. fol. 29. conceſ. 96.

*bus assumptus fuerit. Et quid similiter aliud Capitulum in partibus, in quibus assumptus non fuerit per se, vel per suum commissarium (ad quod omnes vocales illarum partium accedere teneantur) celebrare debeat. At quod super hoc fiat, quod generalis minister cum capitulo generali iudicauerit faciendum.* Qui etiam Summus Pontifex in eadē [a] bulla vnionis, *Statuit, quod ministri prouinciales possint infra triennium sui officij, à suis Capitulis prouincialibus, quæ secundum regulam, & consuetudinem celebrabūtur, si minus vtiles inuenti fuerint ab officijs prouincialibus absolui, & quod idem iudiciū de custodibus per omnia habeatur.* Ex quibus colligitur in nostra religione Minorum de obseruantia de triennio in triennium capitula generalia & prouincialia esse celebranda. Quod modo non video reuocatum. Solum enim inuenio Gregorium XIII. Pontificē maximū statuere, & ordinare, vt officiū generalis duret per sexenniū, officiū autem cōmissarij generalis per triennium, officiū vero prouincialis per triennium, cui cōsequitur Capitula prouincialia de triēnio in trienniū esse celebranda, vt electio prouincialiū fiat: capitula autem generalia de triēnio in trienniū, vt fiat electio cōmissarij generalis. Quæ capitula generalia de triēnio in trienniū in nostra sacra religione vocātur congregationes generales interme diæ: sicut etiam in ea vocantur congregationes prouinciales intermediæ, illæ, quæ celebrātur in medio triennij durationis prouincialium. In ordinibus autem monachalibus, verbi gratia, Cistercij, ordinatum fuit ab Eugenio IIII. [b] vt generale Capitulum, & intermedium huius congregationis sub certis modo & forma singulis triēnijs celebretur.

a Habetur in suppl. 30 conc. 97.

b Habetur in compēd. ord. Cister. tit. capitul. generale. §. 2.

## ARTICVLVS II.

### Quæ in Capitulis generalibus, & prouincialibus possint fieri.

RESpondeo dicendo, quod *Capitulo generali plenaria & omnimoda potestas definitiones & statuta in spiritualibus, & temporalibus pro conseruatione & soliditate regulari faciendi, & emendandi, corrigendi, nec nō censuris & pœnis obseruari faciendi, saluis tamen ordinum & regularum substantialibus.* Concessit Innocētius VIII. ordini Cistercij, & Martinus V. & Eugenius IIII. & Leo X. cōgregationi Camaldulensi, quæ à Sede Apostolica confirmata & roborata eo ipso statim censeantur; prout concessit Iulius II. congregationi montis Oliueti. Et per consequens dictis ordinationibus, definitionibus, & declarationibus, & correctionibus quibuscunq; omnes & singuli subditi efficaciter & omnino parere debēt. Licet propter illarum violationem (nisi ex contemptu) peccatum mortale non incurratur, prout concessit Leo X. congregationi Camaldulensi. Et quanuis eidem omnes capitulares interesse nequiuerint: quidquid tamen à maiori parte & saniore consilio rationabiliter & prouide statutum fuerit, ratū & firmum ab omnibus haberi, irrefragabiliterq; obseruari debet: prout concessit Clemēs tertius, & Celestinus tertius Carthusiēsibus. Hæc omnia habetur in [c] compēdio Cisterciensi. Et hoc idem dicendum est de statutis factis à regularibus; de quibus iam aliqua diximus supra in [d] quæstione de statutis regularibus quibus religio conseruatur.

c Habetur in. d. compend. §. 2. & 4.

d sup. q.

## ARTICVLVS. III.

### Vtrùm solis Capitulis competat depositio Abbatum, & Abbatissarum.

RESpondeo dicendo, quod secundū quod dam indultum Eugenij IIII, relatum à collectore cōpendij ordinis [e] Cistercij. *Capitulo generali soli & nulli alij competit generalem reformatorem Abbates & Abbatissas dicti ordinis & monasteriorum congregationis certo modo & forma corrigere: suspendere, destituere, atq; illorum loco alios deputare.* Qui Eugenius quartus decreuit quod absolutio & depositio ab officio ipsius generalis Capitulo

e Habetur in. d. compend. vbi supra. §. 5.

lo generali competat, quod si monitus renũciare renuat elapsis duobus diebus ipso facto iurisdictione & potestate priuatus intelligatur. Quod ipsum Ioannes XXIII. [a] concessit congregationi montis Oliueti. Sed circa hoc videndę sunt regularium definitiones & constitutiones,

a Habetur in eod. compend. tit. generalis. §. 13

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrùm intereſſentes in ipſo Capitulo generali poſſint plenarie abſolui.*

RESPONDEO dico dō. *Quod cōfessores à Capitulo generali nominati singulas vtriusq; sexus monasteriorū personas cōfessionibus illarū audit is, & salutaribus pœnitentijs iniunctis ab omnibus præterquā Sedi Apostolicæ reseruatis criminibus, quoties eis visum fuerit, absoluere poſſūt, ac super irregularibus ex quauis causa contractis (homicidij voluntarij membri mutilatione, ac bigamia duntaxat exceptis) cum eisdem, vt ad omnes etiam sacros ordines promoueri & in eisdem ministrare poſſint, omnem inhabilitatis & infamiæ maculam siue notam per eos contractam abolendo dispensare.* Ita concessit Eugenius IIII. Ordini Cistercij. Et Pius IIII. congregationi montis Oliueti, prout habetur in compēdio [b] dicti ordinis Cistercij. Vbi collector addit, quod facultas ista durat etiam finito Capitulo vsque dum suspendatur cum priuilegium generaliter loquatur, & quoad vtriusq; sexus personas. Aduertendum tamen, quod *Omnes alias personas prædicti ordinis, & congregationis, scilicet, nouitios, donatos, & seruitores commēsales nuntios, & procuratores, qui eidē generali Capitulo interfuerint ab omnibus, & singulis excōmunicationis, suspēsionis, & interdicti censuris, & ecclesiasticis pœnis à iure vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, atq; etiam ab omnibus quibuscunque enormibus peccatis, criminibus, & excessibus, etiā si talia forēt, propter quæ Sedes apostolica merito esset cōsulenda salutari iniuncta pœnitentia absoluere, atq; super irregularitatibus quouis modo & qualitercunq; contractis, vel cōtrahēdis cū eis & earū qualibet dispēsare, nec non cōfessor idoneus ab ordine deputatus eisdē indulgentiā plenariā, & omniū peccatorū remissionē singulis annis in eodē capitulo intra viginti dies immediate sequentes semel dūtaxat impēdere & cōcedere potest.* Prout cōcessit Sixtus IIII. ordini [c] Cistercien. circa quā cōcessionē aduertendum, quod licet in ea concedatur facultas ad dispensandū super irregularitatibus quouis modo, & qualitercunq; contractis, exceptæ debent censeri irregularitates procedentes ex homicidio voluntario, mutilatione membrorū, & bigamia. Nā in quacunq; generali dispēsandi concessione semper hęc tria excepta intelliguntur, nisi expresse cōcedātur, quod dicit notandum [d] Collector priuilegiorum ordinis Cistercij.

b In compēd. Cistercij tit. Capitulum. §. 7.

c Habetur in. d. cōpēd. tit capitulū generale. §. 8.

d Titulo ab solutio. §. 1. verbo homicidij voluntarij.

Aduertendum etiā, *Quod plenariā & perpetuo duraturam indulgentiā concessit Pius secūdus omnibus & singulis dictæ congregationis professionibus cōuersis, & oblatis vere pœnitentibus & cōfessis, qui eidē generali Capitulo seu monasterio, in quo celebrabitur interfuerint, nisi per hanc ad illicita committenda procliuiores reddantur.* Prout concessum est congregationi mōtis [e] Oliueti. *Et eādem consequūntur monachi, fratres & cōuersi cōgregationis etiā à loco vbi capitulū generale celebrabitur absentes qui vere pœnitētes & confessi pro eius felici successu preces ad Deū secundū ordinis statuta deuotefuderint.* Prout viuæ vocis oraculo cōcessit [f] Sixtus IIII. cōgregationi dictę mōtis

e Habetur in eod. compend. tit. capitulum generale. §. 9.

f Habetur in eod. compend. §. 10.

tis Oliueti, & his priuilegijs gaudent mẽdicantes, & eorum priuilegijs gaudentes.

## ARTICVLVS V.

### *Quam autoritatem & poteſtatem habeant capitula prouincialia patrum mendicantium Indiarum.*

REſpondeo dicendo (vt refert Veracruz in ſuo compendio priuilegiorum). *Quod poteſt diffinitoriũ capituli prouincialis confirmare, vel caſſare fratrem electum in prouincialem & ad acceptandũ dictum officium cenſuris eccleſiaſticis compellere. Et ſi contingat definitorium in partes æquales diuidi, tunc ab eodem definitorio vnus religioſus eligatur de dicta prouincia, & ea pars definitorij, cui talis electus adhæſerit prouinciale caſſet vel confirmet prout videbitur expedire:* Ita conceſsit Clemens VII. anno Dñi milleſimo quingẽteſimo trigeſimo ſecũdo. Pro cuius conceſsionis explicatione nota, quod nomine definitorij in hoc priuilegio venit vicarius generalis, qui ibi prę eſt, & quatuor definitores, quia ſine capite non poteſt eſſe definitoriũ. Et ad argumentum quomodo poterit tunc definitoriũ in partes æquales diuidi: reſpondeo, quod quãdo vicarius, qui ibi præeſt eligitur in prouincialẽ, ne hęc cõceſsio fruſtranea reputetur: notãdũ eſt etiã, quod licet iſte frater, qui debet eligi quãdo definitoriũ ſe in partes æquales diuidit appareat prima facie, q̃ debet eſſe filius prouincię, quia alius nõ dicitur de iſta prouincia, ſed de prouincijs Hiſpaniarũ: at nõ debet intelligi, niſi de fratre aſsignato in hac prouincia dato non ſit filius eius. Nã quando conſtitutiones Prædicatorum volunt facere hanc diſtinctionem exprimunt, vt patet, de definitore Capituli generalis, & de ſocio eius, & habetur in cõſtitutionibus [a] Prædicatorũ.

a dist. 21 ca. 5. n. 4.

Alia multa cõceſsit Cardinalis à latere in Hiſpania anno Dñi milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio, autoritate Apoſtolica Iulij III. Pontificis maximi Ioannes Poggius nomine. *Conceſsit enim Capitulis & cõgregationibus fratrum Prædicatorũ, & fratrũ Minorum, & fratrum D. Auguſtini prouinciæ nouæ Hiſpaniæ, vt inquolibet Capitulo ex dictis ordinibus tres vel quatuor dictorum ordinum profeſſores idoneos in confeſſores pœnitentiarios nuncupandos, qui omnes & ſingulos vtriuſque ſexus ad eos accedentes ab omnibus peccatis, à quibus locorum ordinarij abſoluere poſſunt, & ſuper caſibus eiſdem ordinarijs reſeruatis diſpenſare, ac vota, quæ ipſi ordinarij poſſunt commutare, poſſunt ipſi libere & licite commutare, conceſsit hoc perpetuo authoritate Apoſtolica, & ad perpetuam rei memoriam.* Et notandũ, quod quãdo Capitula prouincialia hoc faciunt aduertatur, vt prouincialis dictis confeſſoribus concedat omnimodam autoritatem Adriani VI. & autoritatem Clementis VII. & aliorum ſummorum Pontificum, qui conceſserunt indulta pro his partibus. Et ſic habebunt ampliorem poteſtatem illa quam cõcedit Cardinalis ſupradictus: poteſt enim hoc facere prouincialis prout dicetur infra.

[b] De poteſtate autem, quam habent Capitula prouincialia Indiarum aſsignandi fratres in curatos ſatis diximus ſupra in quæſtione de beneficijs.

b Infra in q. de confeſſarijs quoad poteſtatẽ abſoluendi ſeculares

## QVÆSTIO XLII.

### De celebratione diuinorũ quoad officium diuinum in viginti vnum articulos diuiſa.

*Circa quam quæruntur viginti vnum.*

1 *Vnde habuerunt originem ritus, quem eccleſia Romana ſeruat in diuino officio faciendo.*

2 *Quomodo ſit officiũ diuinum rectandũ.*

3 *Vtrum ſatisfaciant fratres officio diuino ſupplendo poſtea defectus.*

4 *Vtrum officium diuinum poſsit dici mentaliter.*

5 *An fratres poſsint officium diuinum mutare ratione alicuius negotij, aut magnæ occupationis.*

6 *An religioſi recitantes horas canonicas ex libro lucrentur indulgentias.*

7 *Vtrum prælati poſsint diſpenſare cũ fratribus infirmis in officio diuino recitando.*

8 *Vtrum itinerantes fratres poſsint recitare horas*

*horas canonicas non per breuiarum, quo astringũtur eas recitare.*

9 *Vtrum socius alicuius religiosi possit recitare horas canonicas iuxta priuilegium concessum dicto religioso.*

10 *An religiosus liberatus propter eius infirmitatem à recitatione horarum canonicarum sit etiam liberatus ab earum auditione, aut à parte, qua potest recitare.*

11 *Vtrum possint prælati regulares immutare aliquid addendo, vel minuendo de officio diuino.*

12 *Vtrum aliquis ratione priuilegij possit recitare secundum diuersa breuiaria.*

13 *Vtrum qui non tenentur breuiario Romano nouo vti possint eo extra chorum.*

14 *Vtrum religiosi teneantur dicere officiũ defunctorũ, & septem psalmos pœnitentiales, & canticum graduum in choro & extra chorum, vbi est consuetudo.*

15 *Vtrum regulares & clerici seculares teneantur dicere officium Beatæ Mariæ in choro vbi erat consuetudo ante breuiarium reformatum.*

16 *Vtrum fratres Minores possint ferijs quintis relicto sancto semiduplici occurrente recitare officium corporis Christi.*

17 *Vtrum regularis obligatus ad recitandum horas per breuiarium reformatum si præficiatur ecclesiæ seculari teneatur per ipsum etiam tunc horas recitare.*

18 *Vtrum officium diuinum possit anteponi & post poni.*

19 *Vtrum laici fratres ad sacerdotium sine licentia superiorum promoti teneantur recitare officium diuinum.*

20 *Vtrum moniales teneantur recitare officium diuinum, & an potiantur facultatibus fratribus cõcessis quoad ipsius recitationem.*

21 *Vtrum religiosi & religiosæ possint recitare de sanctis suorum ordinum.*

## ARTICVLVS. I.

*Vnde habuit originẽ ritus, quem ecclesia Romana seruat in officio diuino faciẽdo*

RESpondeo dicendo, quod ritus illi, quos ecclesia sancta Romana in diuinis faciendis, & horis canonicis dicendis obseruat nõ sunt Papistarum inuentũ, vt filius ille diaboli Lutherus asserebat, sed ab ipso mundi primordio originem traxerunt, & figurã. Vt sanctũ Abel aliosq; Prophetas, & Patriarchas omittendo, videre poteris in Dauide, qui vt sũmã erga omniũ sanctorũ Dñm ostẽderet deuotionem, ac reuerentiam nõ solum ipse diuinis laudibus incumbebat, sed instituit Sacerdotes, Leuitas, ac Cantores, cæterosq; templi ministros in tanta copia, vt vna quaque hebdomada viginti quatuor essent assignati per vices suas vt patet in multis locis veteris testamenti, & in Paralipomeno.[a] Et in nouo etiã testamẽto doctor gẽtiũ D. Paulus[b] hortabatur, inquiẽs. Nolite inebriari vino, inquo est luxuria, sed implemini Spiritu sancto, loquẽtes vobis metipsis in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus cantãtes, & psalentes in cordibus vestris Dño. Cuius vestigia sequutus eius discipulus D. Dionisius Areopagita (cuius discipulus fuit S. Eugenius martyr primus Toletanæ ecclesiæ antistes) ait hãc esse SS. Apostolorũ traditionem, pro vt infesto S. Eugenij, q̃ decima quinta die Nouembris agitur, refertur. Hãc etiãveritatem nos luculenter docet D. Clemens,[c] & doctissimus Dominus Martinus de Ayala de diuinis & Apostolicis traditionibus. Ait enim. Habet ecclesia Dei per vniuersum mundum dispersa, quæ Christi non solũ policia, sed spõsa est, præter scripturam sacrã, & sacramẽtorũ traditiones sacrosanctas, ritus venerãdos, consuetudinesq; laudabiles ab ipsis primordijs per Christum Dominũ, & Apostolos, aliosq; ipsorũ successores introductas, ac ab omnibus vniuersalicõ sensu receptas, quibus salubriter regitur, prudẽter ordinatur, recte in viã cælorũ erigitur. Multa in confirmationem huius catholicæ veritatis dicuntur in Concilio Agatensi,[d] & in Cõcilio Turonẽsi. Et vltra Basiliũ Cæsarianum Chrysostomũ & alios antiquos patres aliqua de hoc modo definit sacro sancta Synodus Tridentina.[e] Debet ergo omnis orbis conformari ritibus Romanæ ecclesiæ tanquã matris, vt habetur in quodam canone, & probat Albertus Pigius & Soto[f]. Ad quam obligationem particulari præcepto voluit nos in sua regula Seraphicus paterno ster Franciscus obligare. Et modo Pius V.

a lib. 1. c. 23. & 24.
b Ad Ephe. c. 5.
c Clemẽs. de constit. Apost. maxime. l. 7. Ayala. 4. par. ad principes. § habet.
d Agatens. c. 80.
e Turon. can. 14.
e sess. 23. can 5. sess. 24. c. 1.
f Pigius. li. 1. Ecclesiast. Hierar. c. 6. lit. 1. Sot. 10. de iust. q. 5.

& Gregorius XIII in quibusdam cõstitutionibus, quę habentur in breuiarijs, & in missalibus omnes religiosos (quibusdam tamen exceptis) obligauit, de quibus in hac & insequenti quæstione nobis erit sermo.

Et officium canonicarum horarũ ex eo originem habuit. Nam aliqui Christiani de
a Luc. 18. siderio, quo ardebant semper orandi iuxta illud Redemptoris [a] oportet semper orare, & nũquã deficere, & reputãtes nõ posse eos id facere propter fragilitatem, & necessitatẽ humanã, diuidebãt noctes inquator partes eo modo, quo milites eas diuidunt in quatuor vigilias, quæ ternis diebus constabant: & vna quaq; earũ orare, in singulis quidem tribus pronunciãdo singulos nocturnos, & in quarta laudes vt Diuus [b] Isidorus & Thomas. Et Vualdẽsis declarãt, imitantes Esdrã vltra dicta, quæ nocte faciebant, pronuntiabant die primã, tertiã, sextã nonam, vespertinum & cõpletorium singulas earum separatis horis singulariter. Tum, q; ijdẽ antiqui alij, aut aliter in vna quaq; noctium surgebant adibantq; Ecclesiam, vt simul orarẽt. prima quidẽ vigilia, quando plebs dormiebat surgebant soli clerici, qui tempestiue cubabant. Post verò mediã noctem clerici, & coniugati, soluti, pueri, & puellæ testante id Cosmo. [d] At postea refrigescente charitate & crescente concupiscentia multa & turpia in Ecclesijs in congregationibus nocturnis fiebant. Et factum est, vt pauci etiam clerici noctu dictas congregationes adirent, imo nec etiã canonici ecclesiarum cathedralium. Vnde in religionibus bene ordinatis ille mos vsq; hodie perseuerat. Et religiosi vt hæc conseruent debent considerare quã magnus erat ille ardor, quo ardebant Ecclesiæ primitiuæ fideles inseruiendi suo Creatori & Redemptori: quanta cura & solicitudine vigilabant die ac noctu, & quã parum gaudebãt hi qui iã suas horas absoluissent & ab obligatione eas dicendi iã soluti essent & nunc plerique gaudemus quantoq; magis optabant reuerti adorandũ & colloquẽdum cum Deo, petendumque ab eo gratiã & opem quam nos. Nos vero contra affligimur desiderio finis orandi & horas recitãdi prout lamentatur Nauarrus, [e]

b Isidor. li. 1. de diuin. offic. ca. 23. Vuald. de sacram. ca. 24.
c Esdræ 2. c. 6.
d Cosmus in pag. qualiter horæ ver. officiũ.
e Nauar. de orat. ca. 3. not. 3. n. 31. & c. 8. infin.

## ARTICVLVS II.

### *Quo modo sit officium diuinũ recitãdũ.*

REspondeo dicendo quod Innocentius [f] tertius in concilio Generali districte præcipit in virtute obedientiæ omnibus prælatis, & clericis seu personis Ecclesiasticis, vt diuinum officium nocturnũ pariter & diurnũ (quantũ eis dederit Deus) studiose celebrent, pariter & deuote. Circa quam constitutionẽ est aduertendũ, quod Leo X. prout refertur in [g] supplemento. *Concessit q; fratres Minores dicendo horas canonicas, & alia officia diuina in choro, vel extra satisfaciant præcepto Capituli, dolentes, de celebratione missarum de dicendo studiose pariter & deuote, ac etiã regulæ suæ etiãsi propter aliquam fatigationem vel aliam causam dicant sedendo, aut deambulando, vel non integre verba proferendo, prout scripta sunt propter negligentiam, aut imperitiam, aut malam pronuntiationem naturalem, propter defectum linguæ, seu alias qualitercunque horas imperfecte dicant, aut cum animi distractione sensuum vagatione, dum tamen non ex malitia hæc faciant. Et similiter concessit q; cũ talibus male pronuntiantibus, vel alios supra dictos defectus facientibus, dicunt officium diuinum, non teneãtur reiterare ab alijs imperfecte dicta, aut ab eis non integre audita propter distantiam localem, vel strepitum, vel aliam causã sed satisfaciãt præcepto Ecclesiæ, aut regulæ suæ, qualiter cũq; audiẽdo quæ alij debẽt dicere præsertim in choro.*

f c. dolẽtes de ce. miss.
g fo. 59. concess. 159.

Circa quas concessiones multa sunt notanda. Et primo notandum est circa illa verba, sedendo aut ambulando, quod Episcopus Parisiensis Gulliel in sua Rhetorica diuina ait proprium corporis habitum ãd priuatim cũ deuotione, & citra distractionẽ orãdũ esse sedere, & intuitu alicuius rei late re sinistro cor in eo residẽs, vnde manat omnis motus in & inquietudo quiete fruaturi Cęterũ cũ corpus, q; hcorrũpitur aggrauat animã, & grata sitin omnibus rebus varietas [h] Sapien. 9. &

& fastidij expultrix, qua in recitãdo horas canonicas vsi sunt etiam fratres Ægyptij, vt significat Ioãnes Cassianus, [a] nõ inutile erit quandoq; geniculare, nonnunquam stare, aliquando sedere. Quin ait Nauarrus [b] experientia reperisse deambulationẽ & si sæpenumero nocet prodesse quãdoque, præsertim cũ somnus impugnat, eleuatis tamen oculis in cælum. Exquibus videtur, quod qui orat priuatim, etiã si horas canonicas recitet, potest citra peccatũ orare procũbens, iacens, vel recũbens, ambulãs, vel quiescẽs, secundũ Innocentiũ & Hostiẽsem: præsertim si hoc fiat propter fatigationẽ vel aliã causam, nõ tamẽ ex malitia. Si enim ex malitia hæc fiãt distrahẽdose ita, vt nõ habeãt attentionem, ad minus virtualẽ satisfaciẽdi nõ satisfaciũt, & si malitia eorum fuerit quædã distractio voluntaria, & diuagatio mẽtis non tollens prædictã intentionem, & attentionem satisfaciunt, at minime merebuntur. Quod proh dolor frequentissime multi priuatim recitãdo facimus, & cõsequenter perdimus fructum meritoriũ & satisfactorium earum horarũ, quia per peccatũ veniale nihil mereri possumus, cum per illud male mereamur, & vno eodẽq; actu bene & male mereri nequimus: prout resoluit Nauarrus. [c] Exquibus infertur primo quod concessio supra dicta Leonis decimi, ibi, *Sedendo aut ambulando*, Non includit aliquod priuilegiũ secũdum eundem Nauarrum. [d] Secundo infertur, intelligentia ad illa verba eiusdẽ cõcessionis ibi, *Dũ ex malitia hæc non fiãt*, Quod scilicet, sint intelligenda de malitia voluntaria perquam perditur attẽtio ad minus virtualis satisfaciendi præcepto recitandi horas canonicas, non autem de malitia nõ tollente prędictam attentionem. Nõ obstante enim ipsa licet recitans minime mereatur dicto tamen præcepto satisfacit. Et in cõcessione Leonis decimi tantum conceditur quod satisfaciat præcepto non autem quod meritum consequatur.

Circa eadem verba ibi, *Sedendo vel deambulando*, Dubitatur, vtrum se vestiendo recitans horas canonicas satisfaciat. Et licet Diuus Antoninus [e] dicat esse dignos reprehensione, & vix satisfacere præcepto, quia exprofesso se immiscẽt actibus ab attẽtione auertentibus, Quæ ratio videtur concludere, idem esse dicendum de his quos passim videmus recitare horas, colligendo herbas, rosas, vuas, instruendo ignem, pectendo caput manus, ac faciẽ lauando, calamos ad scribẽdũ aptando, & id genus alia faciendo. Attamen contrariũ ab omnibus obseruari videmus. Quis enim non aliquando recitãdo se scalpit aut ad pullicẽ pungentẽ manum porrigit, nõ tendit oculos ad viridarium, & deambulans in margine fontis, fluuij, vel ripę non prospicit illa gaudetq; ruacum perlẽ ta murmur saxa ciat, vt inquit poeta à Diuo Hieronymo f citatus? Secũdo totus fere mũdus credit & seruat id vt ait Caietanus, g non peccare recitãtes dum se induunt, dũmodo pro viribus recitãdis attẽdãt. Et Ioãnes Maior ait, quem posse iuste exuendo recitare, cum non agat actum repugnantem actualihorarũ attẽtioni, sicuti deambulatio non est actus contrarius dictæ attentioni, prout dictũ est in superioribus. Ex quibus colligitur, quod si sint actus contrarij dictę attentioni minime satisfaciunt eos faciẽtes recitando, cuiusmodi sunt surgere de lecto, induere & calceare se valde festinanter, magna attẽtione instruere focum, & præparare libros. Quorum actuum certa regula minime potest constituiideo arbitrio boni viri relinquẽdũ est, quãdo sunt actus repugnãtes attẽtioni, vel nõ iuxta iuridicã g doctrinam. Cuius muneris erit non solum naturam operis exteriꝛis, sed etiam modum & habilitatem agentis considerare. Posset enim quis induens vestem, ita esse intentus recitationi præfatæ, vt non solum satisfaceret, sed etiam vt omnino non peccaret: & è cõtra ita esse intentus ambulationi, aut indutioni (vt ita dicam) vt non solũ non satisfaceret, sed etiã peccaret. Et tales circunstãtiæ possunt interuenire, vt nõ solũ satisfaciãt sic recitantes debitã attẽtionẽ habẽtes, sed etiã mereantur id in statu gratiæ faciendo, prout concludit doctissimus Nauarrus [i] vnde infertur intelligentia ad concessionẽ, Leonis decimi, *Quod scilicet, tales circunstantiæ possunt interuenire in mentis distractione, & sensuum vagatione, vt non solum non peccent fratres sic horas canonicas recitantes, sed etiã mereãtur si in statu gratiæ id faciant*. Quod vt clarius patefiat exemplo illustratur. Verbi gratia, quando aliquis vir spectatæ authoritatis peruenit ad finem alicuius horæ visitaturus aut interrogaturus horas

a Cassian. lib.2. de inst. cano. ca. 11. & 12.
b Nauar. de orat. c.4. n. 13.
c Nauar. in man. Palu. 7 n.2.
d Nauar. de orat. c.13. n. 85.
e D. Ant. 2. p. tit. 9. ca. 3. §. 5. ver. tertia negligẽtia.
f c. nũquã de cons. d. 5.
g Caie. 2. a. q. 83. ar. 3.
g. c. casus de offi. deleg. l. 1. ff. de iur. de. lib.
i Nauar de orat. c. 13. n. 49.

horas canonicas recitantem, quam horam non potest finire, & simul, vt decet illum recipere, nisi recitet cōponendo se simul capillos, pilum, vestē calceos, & alias vestes mutando. Hoc enim casu non videtur peccare modo conetur mediocriter ad recitationē attendere. Alio exemplo hoc ipsum declaratur. Verbi gratia, quādo aliquis lecto absque culpa incumbens ad celebrandam missam publicam hora insolita vocetur, & recitare vsque ad primam inclusiue & pergere ad eam celebrandam tempore opportuno nequeat, nisi surgendo, vestiendo & calceandose, & alia ad id præparatoria faciendo recitet, nam in hoc casu id absque peccato facere poterit.

Circa eandem concessionem ibi, *vel non integre verba proferendo*. Nota quod nō satisfaciunt præcepto recitandi horas canonicas hi, qui dum cantant, aut recitant, omittunt tantam partem versuum, vel psalmorū vel deglutiēdo, corrumpendo, vel Syncopādo verba, Syllabas, vel literas, adeo quod ex ita omissis, vel corruptis fiat pars notabilis horæ. Qui enim id faciunt non recitāt eas integras iuxta decreta [a] Cōcilij Romani, & Concilij Vienensis, quæ grauissime hęc reprobarunt, & maxime reprobauit statutum [b] Ecclesiæ Gallicanæ, dicens non debere nos recitare horas canonicas pronunciando ingutture, aut interdentes deglutiendo, aut syncopando dictiones. Quod visione quadam optime confirmat diuus Antoninus. [c] Ex qua doctrina infertur intelligētia ad verba proposita dictæ concessionis Leonis decimi, quod scilicet, non sint intelligenda de omittentibus partem notabilē, in his siquidem non militat ea ratio, quæ militat in parte nō notabili, nam priuilegia sunt restringenda, & non amplianda in his, quæ possunt esse occasio peccandi. Et si dicatur quod secundum hoc nihil proderit hoc priuilegium, contra tradita [d] in iure: respondetur, quod licet hoc priuilegium, nihil concedat vltra ius, multum tamen confert ad pellendos scrupulos, & alios effectus in eo contentos, prout notat Nauarrus [e]. Quod satis sentit Collector [f] priuilegiorum mendicātium, qui recitans supra dictum priuilegiū ait in margine profratribus scrupulosis. Secundo respondet idem Nauarrus, [g] quod hoc priuilegium prodest ad tollendā obligationem, qua religiosi nonnunquam obstringi possunt, ad supplendum sub pæna peccati venialis aliquos defectus qui solum peccatis venialibus cōmittuntur. Proqua intelligentia facit, quia hoc priuilegium nō excusat à peccato veniali eos qui committunt defectus in eo contentos, solum enim conceditur in fauorem recitantis, vt non obstantibus dictis defectibus videatur satisfacere decreto capituli dolentes, etiam si eos postea non suppleat, quod clarius articulo sequenti patebit.

a c dolentes de celebra. mis. c. 1. eod. tit.
b. Tit. qualiter horæ di. extra chor.
c Ant. 2. p. tit. 9. c. 13. §. 30. col. 3.
d c. in his de priuileg.
e Nauar de orat. c. 13. n 17.
f Collet. tit. officium diuinum. 1. §. 8
g Naua. vbi sup. s. n. 88.

Circa eandem concessionem in quantū dicit, quod recitans horas canonicas, *Non tenetur reiterare ab alijs imperfecte dicta*, Nota non esse vtilem repetionem aliquorum scrupulosorum, qui quasi murmurando supplent in choro, vel extra chorum principia horarum capitularū & eorū quæ de consuetudine vnus solus dicit: imo talis repetitio à viris doctis & timoratis superflua & superstitiosa reputatur, & peccatum inquietans intellectum dicitur, cum sit maius Dei obsequium audire illa deuote, humiliter, & tranquille, prout aiunt Paludanus [h] & alij quos refert & sequitur Nauarrus. qui ait, quod non est tam vtile recitare priuatim prius in domo, aut in Ecclesia ea quæ postea canenda & dicenda sunt communiter in choro eo prętextu, quod ea recitatio communis, vel cātatio sæpe fit minus attente, quia partem attentionis adimant aliena errata partim propria, partim, quod dictum ab vnis nō satis auditur ab alijs, partim colloquia, aut nimis posterus vnius vel alterius aggressus, aut tardus ingressus, aut id genus alia. Et quod interdum sit damnosum probatur. Nam qui priuatim recitant horas, vt plurimum non curant satis circunspecte eas recitare, eo quod iterum eas sunt recitaturi & postea eas recitantes minus attendūt eis eo quod iam semel dexerint. Ex qua doctrina colligitur supra dictam concessionē Leonis decimi nullum continere priuilegium sed tantum fuisse impetratam ad pacandas scrupulosas & timoratas cōsciētias fratrū.

h Palud in. 4. d. 45. q. 20 Nauar. de orat. c. 10. q. 4. n. 45.

## ARTICVLVS. III.

### *Vtrùm satisfaciant fratres officio Diuino supplendo postea defectus.*

RESpondeo dicendo, quod qui contrahunt Syllabas & dictiones deglutiunt & suos versus incipiūt, ante quam hi, quibus

quibus cum recitant suos absoluant, grauissime peccant, & etiam qui recitant cum his, qui toties hoc faciunt, vt iudicio boni viri fiat notabilis confusio, mortaliter peccãt, quanuis qui parum non nisi venialiter, pro vt tradit Nauarrus. [a] Quod intellige, si hoc faciunt sine proposito iterum recitandi, & de facto nõ recitãt. Vnde Sixtus quartus [b] *Concessit omnibus fratribus Minoribus non valentibus persoluere diuinum officium bene ac diligenter in choro, prout tenentur, quod si per defectum visus, vel auditus aliquid prætermiserint, non teneantur illud omissum, iterum persoluere, sed dicant vnum psalmum infine horarum & hoc sufficiat eis.* Et Innocẽtius [c] VIII. *Concessit quod quando fratres Minores aliquid dimittunt de diuino officio, non ex dolo, possint supplere cum aliquo psalmo, vel dicendo orationem dominicam, vel Aue Maria, & idem ad literam reperitur concessum per Alexãdrum Sextum.* [d] Et notanda sunt illa verba, nõ ex dolo, nam secundum ea est intelligendum & restringendum priuilegium Sixti quarti, quod, scilicet, fratres, qui ob defectum auditus dolo & lata culpa aliquid prætermiserint, non possint illud supplire cum psalmo, aut dicẽdo orationem dominicam, vel Aue Maria. Et hoc etiam modo est intelligenda concessio Leonis [e] decimi, qua *Concessit quod quicunque dixerit post quanlibet horam diei infrascriptam orationem, & infine illius vnum Pater noster, & Aue Maria pro fælici statu suæ sanctitatis, & ecclesiæ sanctæ Dei consequatur plenariam remissionem omnium defectuum in illa hora humana fragilitate commissorum.* Nã aduertendum est quod dicit, humana fragilitate, & non humana malitia, & dolo. Oratio autem quæ dici debet est sequens. *Sacrosanctæ atque indiuiduæ Trinitati crucifixi Iesu Christi Dñi nostri humanitati & beatissimæ ac gloriosissimæ Virginis Mariæ fæcunditati, siue integritati, & omniũ sancto rũ vniuersitati sit sempiterna laus, honor virtus, & gloria, ab omni creatura nobis q; remissio peccatorum per infinita sæculorum sæcula amen. Et beata viscera Mariæ Virginis quæ portauerunt Christum Dñm.* Et idem Leo X. [f] ampliando prædictã gratiam, *Concessit quod non solũ sufficiat supra scriptam orationẽ dicere pro supplemẽto vnius horæ quãdo dicitur per se sola, sed etiã omniũ horarũ, quæ dicũtur semel siue vno cõtextu, licet aliquod paruũ interuallũ inter vnã & aliã fiat.* Et supra dicta priuilegia, dicit Nauarrus [g] esse intelligenda de parte non notabili, & quando tam exiguum est, quod omittitur, quod licet omitteretur cum culpa, & nõ suppleretur non imponeret necessitatem repetendi sub pæna peccati mortalis. Et ita ait Nauarrus de oratione capite decimo nono numero octuagesimo nono, quod caueant fratres qui dicta cõcessione vti voluerint, nesit eis occasio negligentius horas canonicas recitãdi.

a Nauar in man. c. n. 11.
b Habetur in li. monu. in. 1. impref. fo. 62. & in 2. f. 66. cõcef. 98. & in sup. pl. fo. 100. vsque 383.
c. In 1. impref. fol. 66. concef. 249.
d Habet in. supplem. f. 99. concef. 362.
e Habetur in suppl. fo. 61. concef. 268.
f in suppl. fo. 61. concef. 268.
g Nauar. de orat. c. 19. n. 84.

## *ARTICVLVS IIII.*

*Vtrũ officiũ diuinũ possit dici mẽtaliter.*

RESPONDEO dicẽdo, quod [h] Leo decimus concessit, *Vt ne fratres Minores mutuo se impediãt in officio diuino, aut alijs sint fastidiosi q; illa quæ in ordinario iubentur dici secrete sub silentio tam in horis canonicis, quam etiam in missa non teneantur proferre vocaliter, sed satisfaciant dicendo mentaliter, aut legendo inter se librum, quia aliqui deuotius sic dicunt, & absque impedimento & fastidio illorum, & quod eodem modo possit facere, qui solus dicit officium per se cum prolatio verbalis sit præcipue, vt ab alijs intelligatur.* Circa quam concessionem in quantum dicit, quod mentaliter possunt

h Habetur in suppl. fo. 59. conc. 70.

possunt fratres dicere illa quæ sub silentio sunt recitanda, est notandum secundum Nauarrum [a] in hoc non esse priuilegium, quatenus continet sufficere dicere horas canonicas absque expressione vllius verbi, quod audiri possit ab alio, licet cõtineat priuilegiũ quatenus dicit, sufficere dicere mentaliter absque vlla voce secreta, vel publica. Nam omnis oratio publice, aut secreto dicenda requirit verba saltem secretè interdentes & labia formanda: omnes enim canones & statuta breuiariorum decernunt, vt horæ dicantur, & nulla, quod mente tantum concipiantur,

a Nauar. de orat. c. 19. n. 83.

## *ARTICVLVS V.*

### *An fratres possint officium diuinum mutare, ratione alicuius negotij, aut occupationis magnæ.*

REspondeo dicẽdo, quod Leo decimus *Concessit fratribus Minoribus, vt possint officia feriarum, quæ sunt prolixiora anticipare diebus, quibus sunt otiosi, & officia festiua, quæ sunt breuiora reseruare in eos dies, quibus credunt se esse occupatos concionibus, & confessionibus, modo id non faciant in frauẽ sed ad melius studendum, & prædicandum & confessiones audiendum.* Quod ait Nauarrus [b] non esse priuilegium, cum quasi simile & tantundem concessum sit à iure cõmuni. Secundum enim legem ordinariã, c ũsuperuenit aliqua occupatio subito, vel eo modo, quo non potest ei prouideri, neque omitti sine scandalo, aut peccato est iusta causa non recitandi horas canonicas, secundum Henriquum de [c] Gandauo, cui suffragãtur Maior & Syluester. Vt si occurreret necessitas subito horas omittendi ad pacificandum populum rixari volentem, aut necessitas habendi concionem, quæ non nisi magno cum scandalo omitti potest. Et idem iudicat Nauarrus de confessarijs audientibus confessiones septimana sancta, aut tempore talis iubilei, ad quod quærendum oporteat quem omnium omnes in vna hebdomada confessiones audire. Hi enim secundum Nauarrum recitando horas canonicas maiores citra preces excusarentur à minoribus, ab officio defunctorum, à cantico graduum & à psalmis pœnitentialibus, etiam si ad ea recitanda priuatim tenerentur. Quin & tanta posset occurrere necessitas, vt merito excusarentur à maioribus. Et fortiori ratione satisfaceret is, qui sciens se die sequenti occupatissimum fore anticiparet eas in vespere precedẽti. Quod ipsum dicit Nauarrus de illo, qui prælectionẽ habere deberet illo die in cõcursu publico aliorum candidatorum, & deberet defendere aliquas conclusiones, quod vt debite fieret plurimum Republicæ, vel ipsius met priuatæ personę interesset, & studium in id necessarium recitationem officij non compateretur. Ex quibus constat, hoc priuilegium parum aut nihil concedere. Et ad hunc modum est accipienda alia concessio facta ab Eugenio quarto anno Domini millesimo quadringẽtesimo tregesimo sexto. cõgregationi Sanctæ Iustinæ, & a Iulio secundo anno Dñi millesimo quingẽtesimo septimo, cõgregationi Camalduleſi, & à Leone decimo anno Dñi millesimo quingẽtesimo decimotertio, *Quod scilicet, fratres in officijs monasteriorum occupati, ideoq; in choro interesse nequeuntes, aut qui alias non docti sunt aut minus experti, vt officium diuinum commode dicere possint (dum modo in sacris non sint ordinibus cõstituti, licet professionem emiserint) ad persoluendum integre diuinum officium non tenentur, sed prælati consideratione subditorum, vltra officium Beatæ Virginis, ad quod obligatos remanere Summus Pontifex voluit aliquid aliud dicendum, illis imponere possunt, quod cũ animi alacritate persoluãt* Hoc enim priuilegium nullum est si occupatio, & ignorantia, & imperitia ita dictos fratres premit, vt recitãdo ab officio diuino sint exẽpti. Et similiter explicãdũ est priuilegiũ cõcessum à Clemẽte VII. societati clericorum sancti Syluestri & sancti Andreæ de vrbe qui alias Theatini, nuncupatur vt refertur in [d] compendio diui Hieronymi, dicente, *quod fratres prædicationi Verbi Dei, audientiæ confessionum, & sacræ Theo-*

b Nau. vbi sup. infine.

c Gandauẽ. quod libet 15. q. 10. Maior. in. 4. d. 12. q. 6. co. 4. Syluest. ver. hora. q. fin.

d In compẽ. d. Hier. Hispani. fo 103. §. 70.

*Theologiæ, & sacrorum canonum studijs insistentes ad suam, & animarum fideliũ vtilitatem, & qui occupantur infirmitate propria, aut infirmorum fratrum curatione, satisfaciant pro horis canonicis recitando certum numerum psalmorum per priorem eis assignandorum, numero non minus septem aut sex cum deuotione, aut orationem dominicam septies, & Symbolum apostolorum bis, grauiter autem ægrotantes orationem dominicã septies indie recitãtes, septem horis canonicis similiter satisfaciant,* Et similiter est explicandum priuilegium Leonis X. [a] de ante positione horarum & post positione propter aliquas occupationes. Et aduertendum, quod Innocentius [b] octauus *concessit q̃ fratres minores professi nescientes per se plene persoluere officium diuinum, non teneantur ad id sub pœna peccati mortalis, donec sciuerint illud dum modo faciant quod in se est & dicant sicut sciunt; & vltra dicant horas fratrum laicorum.*

a Habetur in supplem. fol. 60. concel. 128.

b Habetur in libr. monum. ord. fol. 65. in 1. impres. §. in 2. fol. 96. concel. 156. & in suppl. fol. 100. concel. 375.

## ARTICVLVS VI.

### *An religiosi recitantes horas canonicas ex libro lucrentur indulgentias.*

c Habetur in supplem. fol. 94. concel. 298.

RESPONDEO dicẽdo, quod [c] Leo decimus, *Concessit fratribus minoribus, qui recitauerint suas horas ex libro, vt lucri facerent indulgentiam medietatis peccatorum, quæ die quo sic dixerint officiũ perpetrauerint.* Et hoc est mere priuilegiũ, & iure optimo concessum, cum melius sit dicere horas canonicas ex libro, quam memoriter. Sed contra hoc facit nam ad contẽplandum Deũ & diuina mens recitantis memoriter videtur esse magis libera & minus occupata, & ità paratior ad maiorem attentionem. Sed responderi potest, quod licet hoc respectu melius sit recitare memoriter, quam ex libro, alijs tamen est melius, puta indoctis, recitare ex libro. Tum, quia recitans multa memoriter distrahitur facilius ad extranea, quam si ex libro recitet, præsertim si est indoctus non intelligens ea, quæ recitat. Tum quia nonnihil colligitur ex lectione ad habendam attentionem ad minus verbalem respiciens verba & eorum ordinem. Quare Nauarrus [d] in quit, ipsum experientia recepisse sibi melius esse recitare partim legẽdo, partim vero memoriter. Necessitas enim, vel propositum recitandi, semper legendo vel semper memoriter id faciendo attentionem actualem impedire solet. Item [e] Alexãder sextus *Omnibus dicentibus in hymnis Beatæ Virginis, Quem terra pontus &c. & Gloriosa Domina &c. Versum, Maria mater gratiæ* Decẽ annos indulgentiarum pro qualibet vice. At hac concessione non possunt modo frui religiosi obligati ad recitandum horas canonicas, iuxta ritum breuiarij Romani reformati. Ad cuius breuiarij maiorẽ obseruationem ordinatum est â Pio quinto Pontifice maximo, vt nihil possit addi, neque minui, vt statim declarabitur. Ex quibus constat, quod cum in dictis hymnis talis versus minimè contineatur, minimè etiam sit addendus.

d Nauar. de orat. c. 19. n 88. con. 10.

e Habetur in lib. mon. 1. impres. f. 66. & in 2. fo. 70. con. cel. 170.

## ARTICVLVS. VII.

### *Vtrùm prælati possint dispensare cum fratribus infirmis in officio diuino recitando.*

f Habetur in supplem. fo. 59. cõcel. 171.

RESPONDEO dicẽdo, quod Leo [f] decimus, *Quia fuit sibi expositum, quod aliqui fratres scrupulosi (quando sunt infirmi) fere nunquam possunt, nec sciunt se determinare quando licite possunt dimittere dicere horas canonicas, concessit quod siue propter febrem aut dolorem intensum, vel aliã infirmitatẽ fratres fuerint grauati satisfaciũt dicẽdo pro horis canonicis psalmos, hymnos pater noster, Aue Maria vel alia iudicio prælati, seu præsidẽtis loci, aut cõuẽtus assignãda.* Et hoc quando medicus corporalis (si cõmode potuerit

potuerit haberi) dixerit esse nociuum infirmo, excusat à recitatione horarum secundũ Innocentium. [a] Quod non de quacunq; ægritudine est dicendũ, sed de illa tantũ, qua ægrotanti pronunciatio horarum directe, aut indirecte obest notabiliter. Et est aduertendum, quod est aliquis morbus, quo excusamur ab horarum recitatione vsque ad meridiem, aut vesperas, & non tota die: qualis est febris tertiana, aut quartana statim à meridie cessans: ita vt medici docti & probi iudicio non neceat ægrotanti illa horarum pronunciatio. Dixi, probi, quia nõ nulli ita sunt faciles in absoluendo ægrotos ab obligatione & legibus ecclesiasticis, imo & ab ipsius Dei præceptis, acsi earum ipsi met essent authores. Vnde ait Ambrosius. [b] Contraria sunt diuinæ conditioni præcepta medicinæ quæ à ieiunio reuocant, lucubrare nõ sinunt ab omni intentione meditationis adimunt: itaq; qui se medicinis dederit se ipsum sibi abnegat. Et ille ægrotus, qui potest serio loqui, & alia negotia profana tractare cum suis amicis ab horarum recitatione minime excusatur, cum hoc non sit illo facilius, prout aduertit [c] Nauarrus. Vnde videtur parum, aut nihil concedere priuilegium supra dictum cum non libere concedatur prælatis authoritas ad dispensandũ in supra dictis, sed tũc quando medicus corporalis (si commode haberi potest) dixerit esse nociuum infirmo recitare. Vnde ad alia copiosiora priuilegia deueniendum est scilicet, ad concessionem Eugenij quarti.

*Qua concessit, quod quilibet pro tempore Abbas Prior, siue prælatus quorumlibet monasteriorum congregationis sancti Benedicti Hispaniæ possunt libere dispensare cum omnibus, & singulis præsentibus & futuris monachis quoruncumque monasteriorum huiusmodi qui sine tædio non possunt dicere horas canonicas, quod tempore infirmitatis vel post quam conualuerint loco horarum, ac officiorum ad quæ alias tenebantur, dicant aliquid certum ad arbitrium ipsorum monasteriorum, & non teneantur ad illud officium canonicum. Ac cum prælatis ipsis simili modo, quilibet presbyter monachus perquenuis eorum eligendus etiam dispensare possit.* Et eandem concessionem pro infirmis & senibus fertur cõcessisse Martinus quintus fratribus sancti Hieronymi, prout habetur in compendio mendicantium. [d]

[a] Innocen. in ca. 1. de celib. miss.

[b] c. contraria. de consecra. dist. 5.

[c] Nauar. de orat. c. 10. n. 2 cũ sequẽt.

[d] §. &. §, 11.

## ARTICVLVS. VIII.

*Vtrùm itinerantes fratres possint recitare horas canonicas non per breuiariũ, quo astringũtur eas recitare.*

REspondeo dicendo quod Innocentius [e] quartus prout habetur in libro monumenta ordinũ *Cõcessit fratribus Minoribus, vt quando ratione itineris vel alterius rei causa extra conuentus, seu loca sua quẽ libet, vel quos libet eorũ cõtigerit degere, possint diuinũ officium fatres cum fratribus, aut simul cũ alijs regularibus personis, vel quilibet separatim facere, alio quam Romano ordine placuerit. Et quod id sufficiat ad persoluendum debitum, ad quod fratres ratione regulæ tenentur, nec iterum proprium officium dicere teneantur.* Sed videtur hoc priuilegium esse derogatum per constitionem Pij V. datam Romæ apud Diuum Petrum anno incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo, octauo idus Iulij Pontificatus sui anno III. qua præcipitur regularibus, vt breuiario Romano reformato per Concilium Tridentinum vtantur, & vt nullo alio possint vti, nec ipsi aliquid addere, vel minuere. Et addit. *Ac etiam abolemus quæcumque alia breuiaria, vel antiquiora, vel quouis priuilegio munita, vel ab Episcopis in suis diœcesibus promulgata, omneq; illorum vsum, de omnibus orbis ecclesijs, monasterijs, conuentibus, militijsque, & ordinibus & locis virorum vel mulierum etiã*

[e] In 1. im. pref. fol. 55. & in 2. fol. 138. concess. 305.

exemptis

*exemptis, in quibus alias officium diuinum Romanæ Ecclesiæ ritu dici consueuit, aut debet, illis tamẽ exceptis, quæ ab ipsa prima institutione à Sede Apostolica approbata, vel consuetudine, quæ vel ipsa cõsuetudo ducẽtos annos antecedat, aliys certis breuiarijs vsa fuisse cõstiterit.*

Quæ constitutio est considerãda ibi, omnemque illorum vsum. Per hæc enim verba videtur, quod non possint fratres vti dicto priuilegio. Sed respondeo, contrarium esse tenendum. Nam etiam si Pius Quintus supradicta præciperet, reuocando ibi omnia priuilegia in contrarium, hoc debet intelligi, quando semper relinquitur vsus dicti breuiarij: at non quando virtute alicuius priuilegij particularis. Causa legitima concurrente dispensatur, vt per aliud aliquando breuiarium possint horæ canonicæ recitari. Ex quibus infertur priuilegia relata in articulo superiori concessa infirmis, & senibus minimè esse per dictam constitutionem reuocata, cum ipsa dentur in casibus particularibus iustis causis ea petentibus. Aduertendum insuper, prout in nostra summa confessorum latè dixi, quod etiam si in dicta constitutione, & in alia Gregorij Tertij decimi, quæ habetur in officijs Hispaniarum in breuiario contentis præcipiatur, vt ordo breuiarij minimè immutetur: non tamen erit peccatum mortale duabus aut tribus vicibus hunc ordinem mutare recitando deferia, aut de sancto in diebus, in quibus de ipsis minimè celebratur. Erit tamen peccatum mortale id sæpè sæpius facere: cum recitans deficiat notabiliter ab vnitate & conformitate, quam vult Summus Pontifex adesse in horis canonicis recitandis. Quæ vnitas maximè fuit commendata in Concilio [a] Toletano quarto, & vndecimo. Iuxta quam doctrinam debet explicari quod absolutè sine aliqua limitatione concedit Pater Medina in sua instructione confessorum.

[a] Conc. Tolet 4. c. 1. §. 11. c. 3. Medin. in lum. fol. 105.

## ARTICVLVS IX.

### *Vtrùm socius alicuius religiosi possit recitare horas canonicas iuxta priuilegium concessum dicto religioso.*

REspondeo dicẽdo, quòd religiosus dispensatus, vt possit recitare horas canonicas breuiario breui, aut recitare ante tẽpus, potest recitare cum socio: ita vt dictus socius possit vti tali priuilegio, & satisfacere suæ obligationi. Et probatur: nam tale priuilegium extenditur ad sociũ, vt tenet & probat Hẽriquez. [b] Quod probat argumento priuilegiorum & lucrorum, quæ in contractu Societatis obueniunt. At hoc fundamentũ non omnino concludit, vt vniuersaliter talis opinio, vt vera recipiatur. Nam lucra obuenientia in contractu societatis ideò veniunt, quia ex voluntate cõtrahentium constat voluisse eos hac conditione contrahere, at quis vnquam audiuit priuilegium regale vni ex socijs quæsitum alteri socio conuenire. Vnde reciperem ego opinionem Henriquez casu, quo priuilegium alicui concessum esset aliquo modo frustratorium, si socio non communicaretur. Velut si alicui ratione senectutis, aut necessitatis alicuius concederetur priuilegium recitandi horas canonicas per quoddam breuiarium trium lectionum, intelligens ipse concedens ipsum per se solum minimè horas canonicas etiam breues sine socio, nisi cum maxima difficultate posse persoluere. Nam hoc casu sicut priuilegium concessum vni ad suum correlatiuum extendetur, iuxta tradita à Nauarro, [c] & à Didaco Perez: ita hoc priuilegium datum alicui seni cæcutienti ad suũ præsumptum correlatiuum, scilicet, socium, sine quo non potest decenter, & vt decet recitare extenditur, alias priuilegium esset inutile, cum ipse difficile posset inuenire socium, qui cum ipso vellet orare, si recitando cum eo non adimpleret suam quoq; obligationem. Et certè priuilegium contra ius commune datum in aliquo debet verificari: quo dato, in alijs debet restringi, iuxta tradita à Rebuffo, [d] & à Mandosio, & à Nauarro. Ex quo cõcluditur supradictum priuilegium extra supradictum casum nõ esse protelandũ. Vt, v. g. si priuilegiatus posset sine aliqua necessitate eligere quenquam

[b] Henriq. lib. 7. de indulg. ca. 30. n. 4.

[c] Nauar. ca. 22. n 47. Perez. in l. 3. & fin. col. penult. titu. 1. lib. 5. ordin.

[d] Rebuf. in praxi. benefi. tit. dispensatio. ad plura. num. 64. Mandos. in reg. de idoneita. q. 7. n 5. & reg. 18. quæst. 7. nu. 1. Nau a. c. 12 n. 79. & indulg. not. 9. num. 8.

socium, vt recitãdo secum à recitatione horarum canonicarum per breuiarium nouẽ lectionum liberaret. Et cõfirmatur. Nam dispensatus ad ordines intelligitur ad minores: quia in hoc casu potest dispensatio verificari: & ideo cum sit contra ius ad alium casum minime est extendenda.

## ARTICVLVS X.

### *An religiosus liberatus propter eius infirmitatem à recitatione horarum canonicarum, sit etiam liberatus ab earum auditione, aut à parte quam potest recitare.*

a Gerar. de assidui. orã.

RESpondeo dicendo, quod Gerardus [a] tenet, non esse exemptum ab earũ auditione, si haberet, qui eas recitaret. At

b Innoc. in c. 1. de celebra. miss.

contrarium est tenendũ cum Innocentio. [b] Iure enim communi cauetur, vt horas pronuncient clerici, nõ autem vt audiant, laici vero vt audiant, & non vt pronuncient, vt

c Palu. in 4. d. 15. q. 5. ar. 5.

singulariter notauit Paludanus [c]. Quantũ vero ad alteram partem propositam in articulo quæstionis dico videri, quod non excusantur à parte quam commode possunt recitare: sicut excusatus ab aliquibus diebus quadragesimæ ieiunandis, non excusatur à parte quam potest ieiunare. Sed in nostro casu contrarium est dicẽdum: alioquin nullus infirmus, cæcutiens, aut aliquo modo impeditus, qui aliquanto tempore consueuit recitare excusaretur, quãdoquidem vix vllus talis est, qui aliquam partem horarum memoriter dicere nequeat. Præterea, quia præceptum obligans ad aliquid certo modo faciendũ, nõ obligat ad quãlibet partẽ eius eo modo quo fieri potest faciendã, vt præceptum eundi Romam non obligat impotentem ad eundum vsq; ad mediũ itineris, si possit, secundum mentem omnium

d DD. in c. cum dilecti de dol. & cõtumac.

Doctorũ. [d] Nec qui tenetur audire missam totam in die festo tenetur audire partem eius, quando totam minime audire potest. Et ratio horum est: quia non hoc intendit Legislator siue præcipiens. Vnde in proposito ille, qui propter infirmitatem non potest & excusatur à recitando officio diuino licet posset aliquam partem eius commode recitare, ad ipsius recitationem minime te-

e Nauar. de orat. ca. 10. à nu. 9. vsque ad n. 18. inclusiuè.

netur: quia ad hoc nõ fuit intentio Legislatoris illum obligare, vt explicat Nauarrus [e]. At obligatus ad ieiunandum totam Quadrageſimam non potens eam totam ieiunare, non excusatur à parte, quam commode potest, cum Legislator hoc intenderit. Sed dices: ex quo colligitur talis intentio? Ad hoc respõdeo, quod colligitur ex eo quod perplexitas in lege diuina, & humana est euitanda. Et si Legislator obligans ad eundum Romam, & ad totam missam audiendam, & ad horas canonicas recitãdas vellet impotẽtes hæc efficere, ad partes quas possent teneri, certe perplexitas esset maxime intricabilis; cum nemo posset facile decernere quas partes posset & quas non. At in præcepto ieiunandi hæc perplexitas moraliter loquendo nõ consistit, cum facile quis posse totam quadragesimam ieiunare, at partem, sic arbitrio medici corporis, & spiritualis compensandam. Ex quibus colligitur explicatio ad supradicta priuilegia, scilicet, quod illi cum quibus dispensatur, vt horas canonicas minime teneantur recitare, quia commode propter eorũ infirmitates id minime possunt efficere, ab earum recitatione omnino liberantur, etiamsi aliquam earum partem possent commode persoluere.

## ARTICVLS XI.

### *Vtrum possint prælati regulares mutare aliquid addendo vel minuendo de officio diuino.*

RESpondeo dicendo, q̃ glossa [f] quædam cõmuniter recepta dicit: posse Episcopos in suis diœcesibus nouã formã pronunciandi horas canonicas inducere, & per cõsequens possunt addere & minuere. Sed Pius V. in constitutione superius allegata hãc autoritatem Episcopis abstulit in hunc modum. *Omni itaq; alio vsu cuilibet, vt dictũ est interdicto hoc nostrũ breuiariũ, ac precandi psalendiq; formulam, in omnibus vniuersi orbis ecclesijs, monasterijs, ordinibus & locis, etiam exemptis, in quibus officium ex more & ritu Romanæ ecclesiæ dici debet aut consueuit, salua prædicta constitutione & consuetudine prædictos ducentos annos superante, præcipimus obseruari: statuentes breuiarium ipsum nullo vnquam tẽ-*

f glo. in ca. 19. dist.

pore

*pore, vel totum, vel ex parte mutandum, vel aliquid addendum, vel omnino detrahendum esse.* Hęc Pius V. Vnde infertur, quod quoad nostram religionem Minorū, & ad alias, quæ per breuiaria ante ducentos annos cōposita non recitabant, reuocatum est iam ex parte priuilegium Leonis [a] Decimi. Qui concessit quod capitulum generale duntaxat habeat facultatem declarandi dubia, quæ occurrerint circa officium diuinum, & ordinandi, & addendi, & mutandi quidquid videbitur pro fratribus expedire, tam in regulis, quā in Kalendario. Dixi ex parte: nam iam non habent authoritatem aliquid immutandi minuendo, aut addendo, prout dictū est in constitutione Pij V. Habent tamen autoritatem declarandi dubia, sicut Doctores interpretantes iura: licet ipsis non concedatur autoritas ad aliquid ipsis addendum, aut minuendum cum non sint legislatores, habent tamen autoritatem ad doctrinaliter interpretandū. Vnde venit explicandū aliud priuilegiū [b] Leonis X. in quo concedit, *Quod ministri fratrum Minorū in singulis Capitulis prouincialibus respectiue possint de consilio definitorum nominare duos vel tres fratres, qui sic nominati possint ordinare vnum Kalendarium sanctorum, feriarū, & Dominicarum pro toto anno cum regulis necessarijs. Itaq; semper in quacūque prouincia tam fratres, quàm moniales illarum prouinciarum respectiuè idem officium, & de eodem sancto, vel festiuitate, aut feria faciant, ne varietati & discordiæ locus detur, dum tamen nō multū discrepent à kalēdario Romano.*

Hæc enim verba posteriora, ibi: Dum tamē non multū discrepent à Kalendario Romano iam hodie nō habent locū: ipsi enim patres nec multum neq; parum possunt discrepare à Kalendario Romano reformato. Et sic sublatis dictis verbis, iam priuilegiū supradictum, priuilegium minimè dici potest, cum secundum potestatem ordinariā, possint prælati prouinciales prædictum ministerium fratribus committere.

[a] Habetur in supplem. fol. 59. concess. 170.

[b] Habetur in supplem. fol. 61. concess. 190.

## *ARTICVLVS* XII.

### *Vtrùm aliquis ratione priuilegij possit recitare secūdum diuersa breuiaria.*

REspondeo dicendo, q̄ hæc quæstio potest habere duas partes. Prima est, an possit quis ratione priuilegij recitare vno die secūdum vnū breuiariū, & alio die secundū alterū? Secunda pars est, an ille, qui secundum formam duorum breuiariorum potest satisfacere, satisfaciat recitando horas vnius diei secundum formam vnius breuiarij, & horas alterius partis diei secundum formam alterius breuiarij? Quantum verò ad primam partem dico, quod licet à nonnullis in dubium verti soleat: tenendum tamen est, quod recitans omnes vnius diei horas in choro, aut extra eum, secundum formam breuiarij alicuius, secundum quam licet ei recitare ratione cuiusdā priuilegij, vel ratione iuris cōmunis, nō obligatur ad pronuntiandū vllam illarum secūdum formam alterius breuiarij, etiam si horas præcedentis diei per ipsum recitauerit. Vnusquisq; enim dies eo saltē durante suā propriam habet obligationem, cui nec post neque ante illum satisfieri potest, prout determinat Ancharranus, [c] & Cosmas.

Quantum verò ad alteram partem dico videri, quod satisfaciant illis diebus, in quibus secundum vtrunque breuiarium dicitur officium de vno eodem sancto, vna eademq; feria, vel Dominica, maxime si quod recitatur secundum formam breuiarij extraordinarij, sit prolixius, quam quod recitatur secundum formam ordinarij. Et probatur: quia nullo iure obligatur quis ad pronunciandum iterum vno eodemque die eandem horam legitimè recitatam in eundem saltem finem. Dixi, in eundem finem: quia horæ debitæ recitatæ domi ad finem satisfaciendi præcepto pronuntiandi horas canonicas, debent secundo recitari, aut cantari in choro ad finem lucrandi distributiones, quæ ibidem earum gratia dantur. Verum tamē est, quod affirmat Nauarrus, [d] quod non satisfacit, si de alio recitetur in choro, secundū formā breuiarij ipsius. Omnes enim horę diei sunt vnū idēq; officiū, vna & eadē oratio, prout tradit idē Nauarrus. [e] Et intētio iuris communis & priuilegij, quę diligēter est cōsideranda esse

[c] Ancha. in c. 1. de celebrat. miss. & Cosmas tit. qualiter horæ dicendæ sunt. V. syncopandum.

[d] Nauar. de orat. ca. 20. nu. 69.

[e] Nauar. ibi cap. 7. n. 7.

videtur, vt vnicum istud vnius diei officiū integre recitetur de vno, & reliquū de alio, nisi quando id habet formula breuiarij. Habet autem quando in noua includiue finitur officium, in qua secundum breuiarium Pij V. videmus finiri, omnium festorū simpliciū, & feriarum officia, in quibus concedi potest recitari posse matutinum vsq; ad nonam includiuè, de vno secūdum formam vnius breuiarij, & vespertinum de alio secundum formam alterius: quia ratio huius dicti cessat in illis, vt palam est.

## ARTICVLVS XIII.

*Vtrùm qui non tenentur Beuiario Romano nouo vti possint, si velint, vti eo extra chorum.*

REspondeo dicendo, q̄ Pius V. in sua cōstitutione nō videtur voluisse diuersitatem ponere in his, quæ sunt vnius ordinis habitus & capituli: & si eis quibus permittitur vti veteri breuiario in choro, liceret vti nouo extra chorum poneretur magna diuersitas: quia alij dicerent extra chorum per nouum, & alij per vetus cōtra prædicata in sacris Canonibus. [a] Et certè indecens videtur in eodē monasterio vsus duorum diuersorum breuiariorum. Et hæc opinio videtur colligi ex dicta constitutione Pij V. quatenus reseruat officia ante ducentos annos instituta per hæc verba, ibi. *Inueteratū illud officium nō adimimus: si hoc nostrū magis placeat, dūmodo Episcopus & vniuersum capitulū in eo consentiat, vt id in choro dicere, & psalere possint permittimus.* Ex quibus verbis à contrario sensu colligimus, quod obligatus ad recitandas horas per breuiariū ante præfatos ducentos annos cōpositum possit relinquere illud, & dicere secundum nouum consentiente prælato, & maiori parte illius capituli, vel conuentus. Significant enim à contrario sensu, quod non potest id facere suo solo consensu priuato. Argumentum enim à cōtrario sensu firmum est in iure. [b] His tamen non obstantibus hoc vniuersaliter non est tenendum. Nam constitutio Pij V. vult dicere quod ad hoc, vt illi, qui post ducentos annos vtebantur quodam breuiario possint vti in choro nouo, debēt id facere cū cōsensu prælati, & maioris partis Capituli. Attamen extra chorū possunt vti dicto nouo breuiario sine consensu Capituli, nec superioris. Et ita tenet Nauar. [c] explicans dictam constitutionem.

[a] Ca. in noua actione. 16. q. 7. & Clem. 1. de elect.

[b] l. 1. ff. de offi. cui mā dat. est ca. à nobis eccl. 2. de sentēt. excom.

[c] Nauar. li. 3. consil. tit. de celebra. miss. consil. 15.

## ARTICVLVS. XIIII.

*Vtrùm religiosi teneantur dicere officiū defunctorum, & septem Psalmos, & canticum graduū in choro, & extra chorum, vbi est consuetudo.*

REspondeō dicendo, quòd Diuus Thomas [d] insinuat, quod mos dicendi officium defunctorum potius introductus est ratione præbendarum, quas clerici possident, quàm ratione meri ordinis. Ad officium nanque animarum postridie festi omnium sanctorum manifestum est omnes clericos in sacris constitutos teneri cum sit illius diei proprium; sed ad aliud officium, quod secundum diuersarum Ecclesiarum consuetudines, diuersimode, aut dietim, aut hebdomadatim soluitur, apparet nō teneri, nisi eos, qui decimis viuunt, puta beneficiati, vt censere Diuus Thomas [e] videtur: etiam illi, qui in scholis existunt, non retribuitur pro bonis, quæ mortui Ecclesijs reliquerunt. Et ideò ait Soto [f] In religionibus tenentur singuli clerici secundum statuta sua sub pœna peccati mortalis illud exsoluere. Sæculares autem clerici, qui nullum Ecclesiasticum beneficium habent, nō est ita constans, ad eiusmodi onus lege cogi, tametsi cum iam sint sacris emancipati, videntur more teneri Ecclesiæ, cui subduntur. Hæc Soto. Cuius opinio iam hodie nō habet dubium. Pius enim Quintus in constitutione superius allegata, iam exemit ab obligatione recitandi officium defunctorū in breuiario Romano signatum. Nec obstat, quod ipsum recitare soleat consuetudine. Nam Pius Quintus postquam exemit ab obligatione recitandi officium defunctorum, & Beatæ Mariæ, & Psalmos septem pœnitentiales, & graduales statim loquēs solū de officio Beatæ Virginis addit. *Hæc autem concedimus sine præiudicio sanctæ consuetudinis illarum Ecclesiarum,*

[d] D. Thom. quodlib. 6. art. 6.

[e] D. Thom. vbi sup.

[f] Sot. lib. 10. de iustit. q. 5. art. 4.

*rum, in quibus officium paruum Beatæ Mariæ semper Virginis in choro dici cõ sueuerat.* Vnde cum solum loquatur de officio B. Virginis solito in choro recitari, clarum est voluisse Sũmum Pontificem tollere obligationem dicendi officium defunctorum, Psalmos pœnitentiales, & canticũ graduum in choro, & extra chorum, etiam si dici solerent, prout notat Aragon. [a] Ex his infertur, quod moniales Sanctæ Claræ minimè ad officium defunctorum celebrandum tenẽtur, cum [b] Leo X. *Declarauerit moniales Sanctæ Claræ sub cura fratrũ Minorum viuentes non teneri ad officium defunctorum, nisi prout tenentur prædicti fratres Minores, quorum ritui in diuinorum persolutione regula ipsarum præcipit eas conformari.*

[a] Arag. 2.2. q.83. art. 12. pag. 856.

[b] Habetur in supplem. fol. 40. concel. 128.

## ARTICVLVS. XV.

### An regulares & clerici sæculares teneantur dicere officium B. Mariæ Virginis in choro, vbi erat consuetudo ante breuiarium reformatum.

REspondeo dicendo, quod Pius V. in dicta constitutione, licet absoluerit eos ab obligatione dicendi officium Dominæ nostræ extra chorũ, addit tamen *Quod hoc concedit sine præiudicio sanctæ consuetudinis illarum Ecclesiarum, in quibus officium paruũ Beatæ Virginis in choro dici cõsueuerat.* Ex quibus verbis colligitur, quod nõ maiorẽ imponit obligationẽ recitandi dictũ officiũ in choro, quã ante habebãt. Videamus igitur, vtrũ dicta cõsuetudo ante breuiariũ reformatũ vim habuerit præcepti? Soto [c] in hæc verba prorumpit, dicẽs; De officio B. Virginis conuertitur itidem inter Doctores, vtrũ sit in præcepto, eo quod hac de re nullum sit ius, sed sola cõsuetudo. Imò verò, si historias cõsulas res nõ est antiqua, sed forte à trecẽtis hinc annis. Nã ante D. Bernardi tẽpora & religionũ Mendicantiũ institutionẽ non increbuerat tãta Virginis deuotio. Quocirca si coniecturis agere licet, hæc cõsuetudo non cæpit tanquam vim habens præcepti, alias alicubi legeretur, sed ex pietate, & deuotione, qua sanctissima Virgo dignissima erat. Atq; huius nonnullũ indiciũ est, quod in institutione ordinis Prædicatorũ iussum est, vt surgentes fratres illic in dormitorio officiũ B. Virginis nocturnũ recitando soluant. Quod si præceptũ esset Ecclesiasticũ in choro iuberetur solui. At vero discursu temporis consuetudo adeò inoleuit, vt nullus Doctorum, aut Sanctorum Patrum negare audeat vim habere præcepti. Hæc Soto. Cuius opinionẽ libenter amplector, propter deuotionem Matris Domini mẽi.

[c] Soto vbi sup.

## ARTICVLVS XVI.

### Vtrùm fratres Minores possint feriis quintis, relicto sancto simplici occurrente, recitare officium corporis Christi.

REspondeo dicendo, q; Pius V. die octauo Ianuarij anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, *Dilectis filiis Ministro generali, & vniuersis fratribus ordinis Minorũ de Obseruantia indulsit, vt qualibet quinta feria, quæ totius Quadragesimæ aut Aduentus non fuerit, aut aliquod festũ, aut aliqua octaua nõ inciderit omisso occurrẽti officio illud de corpore Christi, iuxta illud, quod in præsenti breuiario Romano in eius solennitatis die recitandũ proponitur, recitare libere & licite valeãt. Districtius inhibens, quibuscunque locorum ordinarijs, & quibusuis alijs quacũque autoritate fulgentibus, vel cuiuscunque gradus existentibus, ne dictos fratres, & eorũ quemlibet quouis prætextu super præmissis quomodolibet molestare, perturbare, aut inquietare sub excõmunicationis sentẽtia, aliisq; arbitrio suo moderãdis, & infligendis pœnis audeant,*

*dent, vel præsumant.* Hæc Pius V. circa quam cõcessionẽ est notandum, quod maximè sunt dubitatũ, vtrùm occurrente festo simplici possit fieri officium de Sacramẽto. Et aliquibus non sine fundamẽto visum est, minimè tale officium esse tunc recitandũ: & sic Papam noluisse excludere propter festũ Sacramenti, festum simplex alicuius sancti. Pro quo facit quod ait Pius V. ibi. *Aut aliquod festũ.* Quę verba cũ sint indefinita æquipollent vniuersali, cõprehendentia quodcũque festũ etiam simplex. Et sic videtur velle Sũmus Pontifex, quod si in quinta feria cõcurrat quodcũq; festum, etiam simplex nõ fiat de Sacramento. Sed ego nũquam mihi persuadere potui talem opinionem esse sequendã, cum vsus quasi omniũ Prouinciarum sit in contrarium: & in rubrica breuiarij contrariũ dicatur, q, scilicet, tantũ occurrente festo semiduplici, aut octaua dictũ officium minimè recitetur. Nec argumentũ, quod pro contraria parte adducitur quidquã obstat. Licet enim illa verba, ibi. *aliquod festum*, etiam festum simplex comprehẽdat, secundum suam significationẽ: ex antecedentibus tamen restringenda sunt ad festũ semiduplex, & non extendenda ad simplex, cum verba indifferentia & dubia ex antecedentibus limitentur, prout supra [a] late probauimus agendo de modo interpretãdi leges. Quod autem prædicta verba tantum ad festũ semiduplex referantur patet ex antecedentibus, ibi. *Vt in qualibet quinta feria, quæ totius Quadragesimæ, aut Aduentus non fuerit.* Ex quibus verbis colligitur, quod in vigilijs Sanctorum totius anni extra Quadragesimam & Aduentum, quæ cadunt in feria quinta potest recitare officium de Sacramento. Quo supposito probatur nostrum intentum: Vigiliæ Sanctorum præferuntur sanctis simplicibus, taliterq; concurrente sancto simplici cum vigilia fit de ea totum officium cũ cõmemoratione sancti in laudibus, sed officiũ Sacramenti expellit vigiliam per dictã constitutionem; ergo & etiam expellet sanctũ simplex, cum sit inferioris gradus, quam vigilia. Ex quibus constat prædicta verba ad sanctum simplex minimè esse extendenda.

[a] Sup. quæs.

## ARTICVLS XVII.

### *Vtrùm regularis obligatus ad recitandum horas per breuiariũ reformatũ, si præficiatur Ecclesiæ sæculari, teneatur per ipsum etiam tunc horas recitare?*

REspondeo dicendo, q religiosus Ecclesiæ sæculari perpetuo præfectus Ecclesiæ illius ordinem in precibus seruabit: ad tẽpus verò translatus monasterij ritum nõ deseret. Ita tenet Sylvester, [b] Albericus, & alij, quos refert & sequitur Marcus Antonius Cuquus. Quod fallit in religiosis ordinum Prædicatorum; qui licet ad tempus translati sint ad Ecclesiã parochialem, possunt tamen officium illius Ecclesię, ad quam sunt translati recitare, prout tenẽt Sylvester, & Cuquus superius allegati, dicentes hoc in eorum cõstitutionibus contineri. Nec hoc est cõtra constitutionem Pij V. præcipientem prædictos regulares omnino debere se cum breuiario reformato cõformare. Nam respondetur, quod Pius V. voluit id à religiosis adimpleri cõtinentibus se intra religiones, vbi per dictũ breuiarium Romanũ recitare horas præcipiuntur. Nam si ad alias autoritate Apostolica euolauerint, tunc tenentur sequi formam breuiarij, quod in eis autoritate Apostolica est receptum. Et simili modo monachi ad beneficia sæcularia translati possunt recitare horas canonicas secundum formulam breuiarij, quod in tali Ecclesia recitatur.

[b] Sylues. de horis cano. q 5. n. 5. Alberic. de horis canonic. n. 62. Cuquus lib. 5. maio. instit. tit. de horis cano. num. 65.

## ARTICVLVS XVIII.

### *Vtrùm officium diuinum possit anteponi, & postponi.*

RESpõdeo dicẽdo, q Leo [c] X. concessit, *Quod quando fratres Minores habent aliquas occupationes possint sine cõ scientiæ scrupulo anteponere, siue postponere officium diuinũ, dicendo matutinũ ante mediam noctẽ quacunq; hora voluerint, & alias horas de mane vsq; ad vesperas exclusiuè etiã si occupatio non sit multũ necessaria: sed satis est quod cogi-*

[c] Habetur in supplem. fol. 60. concess. 128.

tent

*tent nunc deuotius, & quietius dicere.* Pro cuius rei explicatione est notandum, horas canonicas, quæ publicè in Ecclesia canuntur, aut recitantur, & etiam quas priuatim, & extra eam vnusquisq; clericus per se, aut cum socio recitat, dicendas esse horis statutis, debitis, & nō sine iusta causa in alijs. Tū, quia ita fieri iubetur in iure, vbi notant Innocentius, [a] & Hostiensis & Doctores cōmuniter. Tum, quia non iubentur dici statutis horis, tā fauore recitantiū, quā ad augendum cultū diuinū, & ad efficiendū magis cōtinuam, diuturnioremq; orationē: & cōsequenter non possunt ei renuntiare. Tum, quia Ioannes Andræas [b] relatus & receptus ab omnibus refert Angelum solere Eremitæ cuidam sancto in recitandis horis statutā sibi debitā præuenienti horam ferre vuas immaturas comedendas, postponenti vero marcidas: dicenti verò statuta debita maturas, & sanas. Et patet monachum illū nō solere recitare horas publicas in Ecclesia, sed priuatas in suo cubiculo. Tum, quia adagium Hispanū habet, *Visperas de noche, y maytines de dia, no plazen à Dios, ni à Sancta Maria.* Quod tamen est intelligendum de dictis absque causa. Et sic illud dictum Vgonis [c] de Sancto Victore relatum per Paludanum, & alios, scilicet, ante horam orare prudentiæ, post negligentiæ, debita verò obedientiæ, est intelligendum secūdum eosdem de eo, qui iusta de causa præuenit debitam horam, & sine ea, aut cum ea potens præuenire, postponit eā. Et quādo Marcus Antonius Cuquus [d] ait, quod non est vituperandus, qui officiū diuinum vespere antecedenti quasi præueniendo recitat, quo possit alijs negotijs vacare, non tamen vt mollius somnum dormiat; similiter est intelligendum, quomodo etiam est explicandum id quod tradit Nauarrus, [e] dicens, cōsultius esse tam animæ saluti, quam studiorum cōmodis matutinam orationem prima parte noctis recitare laudes verò & primam mane. Ex quibus colligitur, quod anteponere, vel postponere horas debitas sine causa peccatum est, & melius esse anteponere illas, quam postponere. At verò non esse peccatum, sed meritum propter honestas occupationes matutinas horas vespere præcedenti recitare, & mane vsque ad nonam inclusiuè, & post meridiem reliquas. Quia, vt ait D. Thomas, [f] melius est anticipare laudes Dei, & post alium actum studiosum agere, quam vnum per alterum impedire, quanuis anticipans, vt voluptuosius mane dormiat, venialiter peccat. Ex quibus sequitur priuilegiū Leonis X. superius citatū & alia priuilegia Regularibus concedentia, quod possint propter occupationes anteponere & postpone re officium diuinum, parum, aut nihil concedere, cum id secundum ius ordinariū ipsis concedatur. Solum enim aliquid operabuntur priuilegia, quādo occupationes nō ita sint necessariæ, vt secundum Epicheyā cum supradictis non intelligatur clare & manifeste esse dispensatum.

Aduertendum, quod, vt refert Veracruz in suo compendio manuscripto, Pius V. *Concessit quod fratres sine scrupulo officium matutinū possint persoluere, ante solis occasum dicto completorio. Itē concessit etiam, quod fratres, qui ratione itineris, vel alterius occupationis, quando creditur, quod cum maiori deuotione dicetur officium diuinum de mane possint dicere totum officium vsq; ad completorium inclusiuè.* Quæ concessio si est vera magnū priuilegium habet, cum cōcedat vt mane etiam completorium possit recitari. Et puto veram, cum à doctissimo illo patre adducatur.

[a] Innocent. in cap. 1. de celebr. miss. vbi Hostiē.

[b] Andræ. in c. de celebr. miss.

[c] Vgo in ca. 3. reg. Iancti Augustī. Paluda. in 4. d. 15. q. 5. col. 4

[d] Cuquus lib. 5. maio. institu. titu. 7. de horis canoni. n. 59.

[e] Nauar. ca. 3. de horis cano.

[f] D. Thom. quodl. 5. ar. 28.

## *ARTICVLVS XIX.*

### *Vtrùm laici fratres ad sacerdotium sine licentia Superiorum promoti teneantur recitare officium diuinum.*

REspondeo dicēdo, quod Leo X. statuit, *Quod quādo aliquis frater laicus ad clericatum ascenderit, extra obedientiā Prælatorum ordinis, etiamsi vsque ad sacerdotium promotus sit, postquam reuersus fuerit omni honore clericali priuetur, nec permittatur canonicum persoluere officium, sed laicorū officiū persoluens ad merū statum laicalē reducatur.*

Virtute cuius cõstitutionis in capitulo Generali Lugduni celebrato fuit renouatũ statutum, ne fratres laici ad clericatum ascendant sine consensu Generalis ministri, aut capituli Generalis, & hoc virtute prædicti indulti à sanctissimo domino Papa Leone nouissimè ordini concessi. Et ratione præfati statuti autoritate Apostolica facti, non possunt ex tũc vllo modo aliqui fratres laici ad ordines sacros, neque ad clericatũ promoueri, vel assumi à quibuscunque Prælatis ordinis Generali ministro inferioribus, etiam in suis capitulis Prouincialibus, nisi de nouo obtineatur autoritas Apostolica specialis, vel generalis, vel habeatur cõmissio à Ministro generali. Aduertit tamẽ Collector [a] priuilegiorũ Mendicantium, quod istud nõ habetur in priuilegijs ordinis impressis, sed fuit publicatum in Capitulo Generali Lugdunensi anno Domini millesimo quingentesimo decimo octauo, præsidente autoritate Apostolica Reuerendissimo domino Cardinali de Aracæli, & fuit positum in tabula diffinitionis prædicti Capituli Generalis. Aduertendum etiam, quod nõ possunt laici ad clericatum ascendere cum licentia Commissarij generalis, si laicus fuerit de eius familia. Nam licet secundũ bullam vnionis Cõmissarius generalis habeat in sua familia vices generalis Ministri, vt dicemus late infra in quæstione de Commissario generali: quantum tamen adhoc est eius autoritas limitata per dictam Leonis X. constitutionem.

[a] Collect. in cõpend. Mẽdicant. titu. laici fratres §. 4.

## ARTICVLVS. XX.

### *Vtrùm moniales teneantur recitare officium diuinum; & an potiantur facultatibus fratribus concessis quoad ipsius recitationem.*

REspõdeo dicẽdo, quòd religiosus adolescens sacris non initiatus obligatur ad recitationem horarum canonicarum priuatim ratione status regularis, sub quo iam militant, prout tenent Doctores cõmuniter cum Syluestro, [b] D. Antonino, Soto, & Nauarro. Quæ opinio est tenenda, licet alij teneant cõtrarium dicentes ratione status regularis minimè teneri: & consequenter id ipsum de monialibus affirmant; quod scilicet, non teneantur ad prædicta ratione status regularis, quem professæ sunt. Quorum opinio mihi nunquã potuit placere, & dictos iuuenes, & moniales in hoc defectuosos à peccato minimè liberarem. Vnde cum dicti iuuenes & moniales in hoc sentiant onera religionum, etiam secũdum ius fauores habere debent, & per consequens debẽt gaudere omnibus priuilegijs, quibus fratres in recitatione horarum canonicarũ potiuntur, quantum ad recitandum de sancto, relicta feria, vrgente aliqua occupatione, aut necessitate; & ad supplendum quid quid fuerit relictum, & ad anteponendum, & postponendum, & adhoc vt ipsarum monialium Prælati possint dispensare cum debilibus, & infirmis, sicut dispensare possunt cum suis fratribus, prout in superioribus dictum est. Et hoc probatur: quia monialles per communicationis viã sunt participes omnium priuilegiorum, immunitatum, gratiarum, & fauorum, concessionum, & indultorum spiritualium, & temporalium religiosis suorum ordinum concessis, prout infra quæstione de communicatione priuilegiorum dicetur. Aduertendũ tamen pro explicatione, quod loquor de monialibus priuatim officium diuinum recitantibus. Nam in communitate non est dubium, eas consuetudine Ecclesiastica ad id obligari. Aduertendum etiam, quòd non loquimur quantum ad iuuenes, de iuuenibus sacris non initiatis in ordine patris nostri Francisci: nam hi non solum ratione status regularis, sed etiam ratione præcepti suæ regulæ, cui sunt obnoxij, ad id recitandum tenentur. Aduertendum etiam, quod licet religiosi Societatis IESV tria tantum vota simplicia promittentes, sint verè religiosi, secundum constitutionem Gregorij Tertij decimi, de qua in superioribus egimus mentionem: non tamen tenentur dicere officium diuinum in choro, prout illis concesserunt Paulus Tertius, Iulius Tertius, & Gregorius Tertius decimus: prout refertur in compendio Societatis. Imò nec etiam extra chorum tenentur sacris non initiati: prout in eorum constitutionibus à sede Apostolica approbatis continetur.

[b] Sylueſt. v. hora. q. 2. D. Anton. 3. p. tit. 13. c. 4 Soto lib. 10. de iust. q. 5. ar. 3 Naua. in manua. ca. 7. n. 2. & 5.

ART.

## ARTICVLVS XXI.

### *Vtrùm religiosi, & religiosæ possint recitare de sanctis suorum ordinum.*

REspondeo dicendo, quod Pius Quintus Pontifex maximus anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo nono die vigesima quinta Maij, Pontificatus sui anno quarto, viua voce *Concessit, vt officia sanctorum fratrum Minorum imprimerentur, & à fratribus & monialibus eiusdem ordinis dicerentur, vt ponitur in breuiario Romano in principio sanctorũ ordinis Minorũ.* Ex quibus verbis colligitur ipsos fratres posse recitare de sanctis sui ordinis etiam alijs sanctis occurrentibus iuxta ea, quæ no tantur in Rubrica, quæ ponitur in principio dictorum sanctorum. Notandum est tamen hoc priuilegium esse reale cum cõcessum sit fratribus, & monialibus. Per quæ verba clarè colligitur tale priuilegium non esse singulis fratribus concessum, sed toti ordini; & sic esse reale. Nam priuilegium, quod cõceditur certo generi personarum, quod per fictionẽ iuris nunquã videtur perire, iuxta cuiusdã legis [a] decretum reale, & perpetuo cõceditur, sicut est priuilegiũ concessum ciuibus alicuius ciuitatis. Nam sicut conceditur esse reale & perpetuum priuilegium, quod cõceditur ciuitati, vel locõ iuxta quandam legem; [b] ita idem dicendum est si ciuibus concedatur, prout probatur in iure, [c] & tenent Romanus, & Socinus. Vnde cum fratres ex priuilegio possint de sanctis suorum ordinũ relictis alijs sanctis occurrentibus secundum formam præscriptam in breuiario Romano recitare, nõ dubito quin possint ipsi priuatim dicto priuilegio renunciare, recitando de sanctis in kalendario Romano contentis, & non de sanctis suorum ordinum. Et hoc tantum quantum ad ius tangens renunciantem tantum, non autem quantum ad ius tangens ipsum ordinem, cui est dictum priuilegium concessum. Nam, vt ait Panormitanus, [d] libe rum est vnicuique renunciare priuilegio suo, modo non tangat ius superioris, aut tertij. Vnde priuilegio exemptionis renunciare non potest priuilegiatus sine licentia Papæ, nec clericus cuilibet priuilegio suo, neque Abbas, neque conuentus secundum ea, quæ tradit Bartolus, [e] cũ hæc priuilegia tangant ius tertij, scilicet, Prælatorum, quibus ipsi per exemptionem subduntur.

[a] l. propone batur. ff. de iudic.

[b] l. forma. §. quanquã ff. de consi. 69.

[c] l. 2. ff. de reb. dub. Roman. in l. maritum. n. 17. ff. solut. matrim. Socin. in l. 2. n. 4. de reb. dub.

[d] Panormit. in cap. si decret. de renuntiat.

[e] Bartol. in c. cum dilectus de religios. domib.

## QVÆSTIO XLIII.

### De celebratione diuinorũ quantum ad missam, in decem & septem articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæruntur decem & septem.*

1 *QVid sit missa, & vtrùm ante lucem dici possit.*

2 *Vtrũ missa possit celebrari post meridiem.*

3 *Vtrùm Prouinciales secluso priuilegio possint dispensare vt missæ ante auroram, & post meridiem celebrentur.*

4 *Vtrùm missa possit dici extra Ecclesiam in altari portatili.*

5 *Vtrùm priuilegia superius allegata quoad modum, tempus & locum celebrandi missam sint per Cõcilium Tridentinũ sublata.*

6 *Vtrùm modo post Concilium Tridentinum possint Prælati regulares nullo priuilegio extante dispensare, vt missæ extra locum sacrum celebrentur.*

7 *Vtrùm missa possit audiri extra parochiã in Ecclesijs regularibus.*

8 *Vtrùm possit dici missa votiua priuata in festo.*

9 *Vtrùm religiosi possint pro vna missa cõmendata vnius festi dicere aliam.*

10 *Vtrùm pro missis quæ dicuntur Diui Gregorij, pro animabus possint dici aliæ missæ.*

11 *Vtrum missa Dominæ nostræ possit in Sabbato concurrenti festo celebrari: & idem de officio defunctorum quæritur, in quocunque festo.*

12 *Vtrùm in Ecclesijs regularibus sint duæ missæ dicendæ in Quadragesima, Aduentu, & vigilijs, scilicet, vna de feria, & alia de sancto occurrenti.*

13 *Vtrùm generales ordinum posſint reducere miſſas capellarũ ad minorem numerũ.*

14 *Vtrùm gloria in excelſis Deo poſsit dici à regularibus in miſsis votiuis.*

15 *Vtrùm in feſtiuitatibus Sanctorum ordinum debeat dici Symbolum Apoſtolorũ in miſſa.*

16 *Vtrùm religioſi cum vna miſſa poſsint pluribus pitantijs ſatisfacere.*

17 *Vtrùm teneantur curati negare celebrationem miſſarum peregrinis, aut ignotis regularibus.*

## ARTICVLVS I.

### *Quid ſit miſſa, & vtrùm ante lucem dici poſsit.*

REſpondeo dicẽdo quod miſſa eſt actio, qua ex inſtitutione Chriſti in memoriã eius paſsionis, panis & vinũ in eiuſdem corpus & ſanguinẽ conſecrãtur, & illa ſub eadem ſpecie Deo Patri offeruntur. Nec dictio, miſſa, eſt nouè, vt nonnulli aiunt ficta, ſed deducta olim à patribus ex Hebræo & Chaldæo, Miſſach, quod oblationem ſpontaneam ſignificat, vt piè & eruditè tradit eruditiſsimus Antonius Democharis.[a] Et hoc eſt tenendum, licet aliqui immemores cuiuſdam loci Deuteronomij[b] originẽ aliunde deducant. Dici autem debet miſſa in initio auroræ. Initium autem auroræ eſt terminus ante quem regulariter non licet miſſam inchoari: prout determinant Diuus Thomas[c] Alenſis, Diuus Antoninus, Gabriel, & omnes Summiſtæ. Et patet ex conſuetudine, & regulis miſſalis. Aduertẽdum tamen quod initium auroræ non intelligitur ortus Solis, ideſt aſcenſus corporis Solaris ſupra noſtrum horizontem, ſed initium crepuſculi diei, ſeu prima lucis irradiatio. Hinc tenet Gabriel[d] ſequens Scotum, licitum eſſe inchoare miſſam vna hora & quarta parte alterius ante ortum Solis. Xuarez[e] tamen ait, quod nimia eſt ad rem moralem hæc mathematica menſura, non enim poſſunt res morales tam indiuiſibiliter præſcribi, præſertim quia crepuſculũ diei non ſemper eſt æquale, non ergo erit peccatum hora & dimidia ante ortum Solis ſacrificare. Imo ait Paludanus[f], & clarius Victoria, poſſe licite inchoari miſſam dimidia hora ante crepuſculum, ita vt finis miſſæ ſit ſub initium crepuſculi plus minus ve. Et hoc eſt in praxi ſeruandũ. Aduertendum tamẽ quod ex priuilegio Pij II. conceſſum eſt, q *Generalis fratrum Minorum poſsit dare fratribus autoritatem celebrãdi miſſas per horam vnam ante auroram eis, quibus ſibi videbitur autoritate Apoſtolica*[g] prout habetur in ſupplemẽto g. Conceſſum eſt etiam à Syxto IIII.[h] q *Fratres Minores obſeruantiæ ſacerdotes cauſa neceſſitatis poſsint ante & poſt horam ſtatutã ab eccleſia celebrare.* Quæ priuilegia ſemper ſunt intelligenda ſecundũ anticipationẽ totius temporis in priuilegijs cõceſsi ad totum tempus illud, in quo ſine priuilegio poteſt miſſa legitime dici. Itaq; ſi priuilegiũ concedit vnius horæ anticipationẽ, poterit miſſa inchoari tribus horis ante ortum Solis: cum ſine priuilegio poſsit inchoari duabus horis ante Solem. Et ratio eſt, quia priuilegium tãtum operatur, quantum ſonat. Et iuxta hęc ſunt intelligenda tradita circa hoc à Quintiliano Mandoſio.[i]

a Democha. in c. 1. de ſacrifi. miſ.
b deut. 16.
c D. Th. in 4 d. 13. q. 1. ar. 2. Alen. 4. p. q. 36. mẽb. 2. D. Anto. 3. p. ti. 13 c. 6 §. 4 Gab. lect. 14 in cano.
d Gab. vbiſ. Scot. in 4. d. 13. q. 2.
e Xuar. 3. p. diſp. 80. ſeſ. 4. pa. 120. colum. 1.
f Palu. in d. d. 13. q. 2. Victo. in Sum. q. 97.
g fo. 97. conceſ. 346.
h habet. in li. mon. ord. fo. 63. in 1. im preſ. & in 2. fo. 67. cõceſ. 109. & in ſupple. fo. 96. cõceſ. 324.
i Mando de ſignat. gr. titulo. altare port. 1. fol. 109. parte. 2. circa. finẽ.

## ARTICVLVS II.

### *Vtrum miſſa poſsit celebrari poſt meridiem.*

REſpondeo dicendo, quod legitimum tempus, intra quod debent miſſæ abſolui vel inchoari eſt ante meridianum tempus: ita vt ante meridiem debeant per ſe loquendo miſſæ inchoari, vt legitimè dicantur. Hęc eſt magis recepta ſententia, magisque communis, quam tenent Gabriel,[k] Ioannes Maior, Sotus, Marcellus & Durãt. Non ignoro tamen, quod Nauarrus[l] poſt Durandum & Angelum, & Roſellam, & alios quos refert, & ſequitur Durant. tenent quod hora tertia poſt meridiẽ poteſt inchoari miſſa. At Pius V. in quadã conſtitutione incipienti, Sanctiſsimus in Chriſto pater, quæ habetur inter cõſtitutiones Põtificales pagina quingenteſima ſeptima conſtitutione ſecunda inter conſtitutiones Pij Quinti iã hanc opinionẽ exterminauit. At ad-

k Gab. lect. 14 in cano. Maio. in 4. d 13. q. 4. vbi Sot. q. 2. ar. 2 & lib. 10. de iuſt. q. 5. ar. 4 Marcell. de horis cano. c. 41. Durãt. li. 2. de reddit. eccleſ. cap. 7.
l Naua. c. 25. n. 22. Durãd in 4. d. 13. q. 2. Ange. Roſel. v. miſſa. n. 46. Durãt. vbi ſup.

Aduertendum dictam constitutionem loqui, quando aliquis regulariter, & absque causa facit sacrum dici, aut celebrat hora vespertina: non vero quando in aliquo casu rarò; vt, verbi gratia, si festum est solenne, & missa publica, & concio non finitur vsque ad nonam, vel duas horas post meridiem. Tunc enim posset missa priuata inchoari post finitum solenne festum; maximè ne aliqua pars populi missa priuetur, iuxta doctrinam quandam celebrem [a] Leonis Papæ. Idemque permitti potest, si ratione itineris occurrat necessitas celebrandi in die festo paulò post meridiem; dūmodò vnius horæ tempus non excedatur. Quod significat Soto, [b] & fauet consuetudo. Imò & regula missalis, in qua non sine causa additur illa particula *communiter*, ac denique quia res morales, quando non sunt per legē omnino declaratæ ac limitatæ, non possunt indiuisibiliter definiri: præsertim, quia hæc res non est tam grauis, vel necessaria ad honestatem, vt intercedenti rationabili causa non possit prædicto modo ampliari. Nec obstant verba Pij Quinti, ibi. *quocunque prætextu*. Hæc enim verba debent explicari, iuxta subiectam materiam, scilicet, vt intelligantur de prætextu licentiarum & priuilegiorum Pontificum concedentium, vt post meridiem hora tertia liceat celebrare, non autem quando interueniente causa id fit. Interueniente enim causa, etiam modo hora tertia post meridiem licet sacrum perficere, quando scilicet ante meridiē inchoatur. Quod in solenni funere Regum practicatum fuisse Salmanticæ, testatur Henriquez, [c] dicens fuisse finitam tunc missam hora quarta post meridiem. Et pro hac explicatione facit verbum dictæ constitutionis Pij Quinti ibi, præsumant. Quod verbum dictat tantum prohiberi in ea audaciā & temeritatem iuxta communem, quam resoluit Nauarrus. [d] Ex quo verbo colligitur dictam constitutionem loqui de his, qui prætextu licentiarum & priuilegiorum reuocatorum celebrant, aut celebrari faciunt, non autem de his, qui prætextu alicuius causæ legitimæ hoc aliquando, & rarò faciunt. Ex quibus infertur, quod priuilegium concessum, vt vna hora post meridiem possint regulares celebrare causa interueniente cum licentia suorum prælatorum (vt concesit Gregorius Tertius decimus presbyteris Societatis, dicens:

[a] Epist. 81. ad Dioic. c. 2.

[b] Soto vbi sup.

[c] Henriquez.

[d] Nauar. in c. statuimus 19. q. 3. n. 51. & in c. 27. n. 155. & 159.

*Quod possint celebrare missam ante horam ante auroram, vel infra horam post meridiē, itineris, vel alterius impedimenti legitima causa, de licētia præpositi generalis, vel cuiuslibet alterius ad id ab eo deputati*, prout habetur in compendio Societatis [e]) parum aut nihil continet priuilegij, quoad id, quod concedit, vt infra horam post meridiem possint celebrare, cum hoc ex supradictis iure cōmuni cōcedatur.

[e] Verb. missa. §. 3.

## ARTICVLVS. III.

*Vtrùm Prouinciales secluso priuilegio possint dispensare, vt missæ ante auroram, & post meridiem celebrētur.*

REspondeo dicendò, q̄ Glossa [f] celebris tenet, quod Episcopus dum iter agit, potest missam ante auroram dicere, vel alteri concedere, vt eam sibi dicat. Quæ Glossa est communiter recepta. Et forte ait Xuarez [g] hoc nō est tam ex priuilegio, quā ex ordinaria potestate. Quia omnes doctores aiunt posse Episcopos dispēsare in hac prohibitione, & facultatē concedere celebrādi ante prædictum tēpus auroræ. Et sic multò magis poterūt Episcopi iter agentes, vel secum dispēsare, vel cum alijs, qui sibi ministrent. Imò non obstante constitutione Pij V. in superiori articulo allegata, potest Episcopus ex rationabili causa dispensare, vt sacrum fiat post meridiem. Quia hæc constitutio solū reuocat priuilegia & licētias hoc generaliter concedentia à Sede Apostolica vel eius legatis, ac etiā à maiori pœnitentiario. Hi enim ad hoc concedendum absolutā habent potestatem. Non autem reuocat licentiam, quā in casu particulari potest Episcopus concedere: quā secundum iuris communis metas possunt omnes Episcopi interueniente causa concedere. Alioqui non esset iugum Ecclesiæ suaue, si his quotidie necessitatibus occurrentibus ad Papam, vel ad eius legatos, aut maiorē pœnitentiarium esset recurrendum. Et hoc confirmatur: Nā si Episcopus potest dispensare in anticipatione horæ, vt, scilicet, liceat vna hora ante auroram celebrare; consequens est, vt possit dispēsare in postpositione horæ, vt scilicet, hora post meridiē liceat celebrare.

[f] Glos. in c. vlt. de priuil. leg. lib. 6.

[g] Xuarez 3. p. disput. 80. sect. 4. pag. 1202. col. 2.

Exi-

a Nau. vbi s. pa. 1203. col. 2.

Existimat tamen Nauarrus, [a] quod in nostro casu potest concedere licentiam & priuilegium generale, hoc enim proprium est Summi Pontificis propter supremam potestatem. Potest tamen in casu particulari dispensare rationabili causa occurrente. Ex quibus infertur, quod cum Prouinciales habeāt iurisdictionem quasi episcopalem, possunt etiam cum suis subditis dispensare, causa legitima interueniēte, vt possint sacrum facere ante auroram, vel post meridiem. Et hic venit explicandū priuilegium Leonis X.

*Quo concessit fratribus Minoribus obseruantiæ, vt de licentia suorum superiorum (quorum conscientijs remittit, quomodo fratres debeāt vti hac gratia) possint celebrare illico post matutinum, & post meridiem, præsertim diebus, quando est de audiēda missa præceptum, quādo fratres debent ambulare, seu quando de via veniunt, & non possunt ante meridiē applicare ad locū vbi comode possint missam audire, vel honeste celebrare. De æstate verò, quando noctes sunt breuiores etiam ante matutinum chori, vel infra, dūmodo celebraturus illud per se, aut cū socio dixerit, prout consuetum est in ordine cumprima.* Ita habetur in supplemento.

b fo. 92. concel 275.

[b] Circa quā cōcessionē est notādū, q̄ si illa verba, de licētia suorū superiorū intelligantur de licentia dispensatiua nullū continent priuilegium, cum ex superioribus prælati regulares superiores possint in hoc dispensare, & etiam inferiores in absentia superiorū. In eo autē quod addit, quod possint fratres facere sacrum ante matutinum chori, aduerte quod hæc concessio loquitur quando matutinum recitatur in choro post mediā noctem tertia videlicet hora propter aliquam necessitatem occurrentem. Nam tunc fratres possunt celebrare post mediam noctem ante finitum matutinum in choro. Et addit Summus Pontifex: Dummodo celebraturus illud per se, aut cum socio dixerit, prout consuetum est in ordine cum prima. Circa quæ posteriora verba est notandum, quod dicti fratres possunt celebrare iuxta istā concessionem etiam non recitato matutino, neque prima. Ea enim verba non ponuntur, vt cōditio limitatiua, & restrictiua superioris cōcessionis: sed ponuntur vt quid secundum ius commune requisitum. Secundum enim opinionem communem & antiquam, quam sequitur Nauarrus, [c] non possunt sacerdotes Dñi facere sacrum, sine eo quod prius recitent ad minus matutinum. At cum hodie iam defendatur contraria Soti [d] opinio quam sequitur nouissime doctissimus Xuarez, in ea sum sententia, vt fratres dicti possint celebrare etiam non recitato matutino præsertim instāte aliqua necessitate. In qua etiam tenet Nauarrus [e] non obligari præcedere recitationem matutinalem missæ celebrationem.

c Nau. ca. 25
d Soto. in 4. d. 13. q. 2. art. 2. & libro. 10 de iusti. q. 5. ar. 4. Xuar. in 3. p. disp. 82. sec. 1. pa. 12. q. 5. col. 1.
e Nauar. de orat. c. 3. nu. 70.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum missa possit dici extra Ecclesiā in altari portatili.*

REspondeo dicendo, quod circa hoc habent regulares multas cōcessiones; sed solum hic proponam concessiones sequentes, in quibus omnia in alijs concessa concedūtur. Et aduertendum primo, quod Sixtus Quartus *Concessit fratribus Minoribus, vt non solum in oratorijs, & locis quibus degunt, sed etiam in quocunque alio loco congruenti, & honesto possint super altare portatile missas libere, & licite celebrare.* Ita habetur ln libro [f] Monumenta ordinum. Et Alexander VI. *Concessit eisdem fratribus Minoribus, vt possint celebrare missas in cameris sæcularium vel in plateis, dato quod non videantur loca honesta, quia in cameris dormiunt coniugati, & in plateis fiunt multa profana.* Ita habetur ineodem libro [g] & in supplemento. Et in compendio priuilegiorum Societatis Iesu continetur quod, *Gregorius XIII. cōcessit quod nō obstāte decisione Concilij Tridentini sessione vigesima secūda in decreto de obseruādis & euitādis in celebratione missæ possint presbyteri Societatis in missionibus quæ à supe-*

f in 1. impr. fo. 59. & in 2 fo. 143. concel. 344.

g in 1. impr. fo. 70. cōce. 173. & in supplem. fo. 99. cōce. 371.

*à superioribus fiunt seruata alias forma concessionis Pauli Tertij (videlicet cum debita reuerentia & honore) sacrificiũ missæ super altari viatico celebrare vbique gentium, etiam in castris militum. Modo loca etsi communia & profana tuta & honesta sint, & præpositus generalis, aut per eum prouincialis præpositi eo tunc vtendum fore iudicauerint, poterunt que ibi ipsi presbyteri sanctissimum Eucharistiæ sacramentum ministrare fidelibus ad illud sumendum debite præparatis.* Estque aliud priuilegium eidem religioni concessum. *Vt in suis domibus in priuato oratorio à prouinciali approbato possint missæ dici sine alia Episcopi approbatione, non obstante Concilio Tridentino, prout concessit Gregorius Tertius decimus, & refertur in* a *cõpẽdio Societatis.* Circa quas cõcessiones primo est notandum, quod sancta ac decens est consuetudo consecrandi, & benedicendi ecclesias ad sacrificium Eucharistiæ offerendũ destinatas, prout de fide determinatur in Concilio [b] Meldensi. Et in Concilio Bracharensi [c] secundo præcipitur, prout dicitur late infra in quæstione de ecclesijs. Vnde de iure communi ait Diuus Thomas, [d] non potest offerri hoc sacrificium extra ecclesiam, seu locum sacrum ad hoc particulariter deputatum. Ita tenent omnes Doctores [e] Angelus, Syluester Nauarrus, & Diuus Antoninus. Et ratio est: quia hoc est præceptum ecclesiasticum renouatum in Concilio Tridentino. [f] Ex quo infero, trãsgressionem huius præcepti ex genere suo esse peccatũ mortale, vt probat Xuarez, [g] affirmans, quod nimis excedere videtur Soto opinans non esse opus magna necessitate, vt in hoc peccatum mortale excusetur. Loquitur enim expresse contra id, quod in iure [h] definitur, vbi dicitur, hoc minime licere, nisi summa necessitas coegerit. Et liberius subiungit Soto addẽs. Imo vero vbi nullus sit contemptus, vel scandalum vix arbitror posse contingere peccatum mortale per celebrationem extra ecclesiã. Quod certe si esset verum, sequeretur, nõ esse peccatum mortale celebrare in propria & priuata domo seu oratorio non ex contemptu sed ex deuotione nec cum scandalo, sed secreto. Consequens autem est absurdum, & contra communem sensum totius ecclesiæ. Non est ergo necessarium scandalum, seu contemptus, vt peccatum graue sit, sed sufficit, quod sit voluntaria transgressio præcepti ecclesiastici. Et etiam si eos qui celebrant, vel celebrari faciunt in locis à iure nõ concessis dicat [i] Syluester esse ipso facto interdictos ab ingressu ecclesię, Xuarez tamen hanc pœnam solum contrahere celebrantes aut celebrari facientes in loco interdicto per specialem ecclesiæ censuram affirmat hoc pacto, explicãs verba capituli. qui celebrant, de priuilegijs libro sexto, ibi, Nisi quatenus eis à iure conceditur. Ex quibus patet, quantum priuilegium nobis Minoribus per Syxtum Quartum, & Alexandrũ sextum sit concessum: siquidem nobis conceditur, vt in quocunque loco congruenti liceat sacrum facere. Et magis se explicans Alexander sextus ait, dicens, id ipsum licere in cameris sæcularium, vel in plateis: siquidem conceditur per dicta indulta regularibus, vt possint celebrare extra ecclesiã.

Secundo circa concessionem Syxti Quarti, in qua datur facultas dictis fratribus Minoribus, vt in altari portatili possint celebrare, nota quod Vicecancelarius concedere potest ex regulis Cancellariæ dominis terrarum & locorum, necnon Abbatibus, & prioribus monasteriorum solitorum gubernari per priores prælatisq; maioribus, & maiorum Principum cõsiliarijs, vt super altare portatile possint celebrare. Alius autem hanc potestatem altaris portatilis post Pontificem maximum facere non potest, prout dicitur in iure, [k] & tradit Quintilianus Mandosius, & Marcus Antonius Cuquus. Familiares quoq; includẽtur cum eo, cui fuerit concessum, & non alij, nisi dictum expressumq; fuerit in priuilegio. Qui etiã aduertit, quod non plures quinque vt plurimum includi personæ solent, iuxta Mandosiũ [l]. Subditi illius tamen non excludun tur cui fuerit concessum. Parce autem concedi solet in locis Apostolica, vel ordinaria autoritate interdictis, vt ait Staphileus in tractatu breuium. Fratres autem Prędicatores & Minores habent priuilegium à iure [m] com-

a Compẽd. Societ. ti oratoria.
b c. 8.
c cano. 6.
d D. Th. 3. p. q. 83. ar. 3.
e Angel. & Sylue. ver. missa. Nau. c 21. n 81. Anto. 3. p. ti. 13. c 6.
f sess 22. de. cte. de obser uan. & euitand. in celeb. mis.
g Xuar. 3. p. disp. 81. ses. 3. pa. 12 14. colu 2. Sot. in 4 d. 13. q. 2. ar. 3.
h c. sicut de consecr. d. 1
i Sylu. ver. missa 1. q. 5. §. 3.
k ca. melius de priui. Geminia. in c. fi. eod. ti. de priuile. in 6. n. 5. Mando. in signat. v: altare portatile Cuq. li. 5 maio. instit u. titu. 6. de missa. n. 43.
l Mãdo. vbi supra.
m ca. in his quæ de priuileg.

cõmuni, vt in altari portatili absque Episcopi licentia celebrare possint: quod ipsum concedit Sixtus IIII. in priuilegio superius allegato. Altare autem portatile est illud, quod etiam viaticum, seu mobile dicitur, de quo fit clara mentio in iure, [a] eo quod portatur de loco in locum. Eoque vtuntur in exercitu præsertim, & peregrinatione; & alijs in locis, in quibus quis continuè persistere non potest: super quo ritè celebratur, vt traditur in iure, [b] & tradit Geminianus. Vnde magnum priuilegium datur Minoribus, vt in quocunque loco honesto etiam permanenti possint in altari portatili celebrare. At non conceditur tantum à Gregorio Tertio decimo presbyteris Societatis Iesu, vt scilicet in castris militum possint in missæ sacrificio altari portatili vti, cũ in iure communi iter agentibus hoc cõcedatur. Dicitur enim in Cõcilio [c] Tiburiano: In itinere verò positis si Ecclesia defuerit, sub diu, seu in tentorijs: item si tabula altaris cõsecrata, cæteraq; sacra ministeria ad id officium pertinentia ibi affuerint, missarum solennia celebrari concedimus.

a Cap fi de priuil. lib. 6.

b Cap. concedimus de consecra d. 1. Gemin. in d. c. fin. n. 5.

c d. cap. concedimus.

Tertio est notandum circa illam concessionem Gregorij Tertij decimi, in qua dicitur, quod in domibus Societatis in oratorijs à prouincialibus deputatis possit fieri sacrum. Xuarez [d] tenet quod non solum sacerdotes Societatis, sed etiam quilibet alij sacerdotes possunt ibi celebrare, quia priuilegium, vt ex verbis eius constat, non dirigitur ad solas personas sacrificantes, sed ad locum, & ad Prouincialem, cui communicatur illa Episcopi facultas approbandi absolute locum illum ad sacrum faciendum.

d Xuarez 3. p. disput. 80. sect. 3. in fin.

## ARTICVLVS V.

### *Vtrũ priuilegia superius allegata quoad modum, tempus, & locũ celebrandi missam sint per Concilium Tridentinum sublata.*

REspondeo dicendo, quod quidam autor tenet, omnia supradicta priuilegia regularibus concessa dicendi missam quoad modum, tempus, & locum esse iam per Concilium Tridentinum sublata, allegans in suum Patrocinium Nauarrũ: [e] sed celebrari debent secundum Rubricam missalis noui, iuxta constitutionem Pij V. quæ in missalibus reformatis habetur. Sed ego cum consilio doctissimorum virorum semper tenui contrarium. Et vt hæc veritas omnibus patefiat, libuit in præsentiarum tenorem Cõcilij [f] Tridentini afferre, quod ordinarios alloquens, ait, *Ne patiantur priuatis in domibus, atque omnino extra Ecclesiam, & ad diuinum cultum dedicata oratoria, ab eisdem ordinarijs signanda, & visitanda sanctum hoc sacrificium à sæcularibus, aut regularibus quibuscunque peragi, &c.* Et addit infra, *Ne sacerdotes alijs, quã debitis horis celebrẽt, neve ritus alios, aut alias cæremonias & preces in missarum celebratione adhibeant præter eas, quæ ab Ecclesia probatæ, ac frequenti & laudabili vsu receptæ fuerint. Et postea subdit in fine Concilium. Hæc igitur omnia, quæ summatim enumrata sunt, omnibus locorum ordinarijs ita proponuntur, vt non solum ea ipsa, sed quæcunque alia huc pertinere visa fuerint, ipsi pro data sibi à sancta Synodo potestate, ac etiã vt delegati Sedis Apostolicæ prohibeant, mandent, corrigant statuant, atque ad ea inuiolate seruanda censuris Ecclesiasticis, aliisque pœnis, quæ illorum arbitrio constituentur fidelium populum compellant non obstantibus priuilegijs, exemptionibus, appellationibus, ac cõsuetudinibus quibuscunq;.* Ex quorum verborũ tenore colligitur Cõcilium non reuocare priuilegia, sed tantum præcipere ordinarijs, vt non obstantibus dictis priuilegijs compellant regulares in foro exteriori censuris, & alijs remedijs opportunis, ne facultatibus in ipsis priuilegijs concessis vtantur. Et sic non impediẽtibus Episcopis, nõ est cur religiosi scrupulis agitentur. Imo addo, quod iuxta resoluta in articulis superioribus multa in dictis priuilegijs conceduntur religiosis, quæ iure communi conceduntur. Quas cõcessiones cum sint iuris communis, non puto velle Concilium

e Nauar. in Man. ca. 15. n. 82. in fin. & nu. 86.

f Sess. 22. in decret. de obser. & cui.

lium Tridentinum ab Episcopis impediri, cum ad ipsorum derogationē expressa mētio eorum fieri debuerit, prout à communiter scribentibus traditur. Aduertant tamen religiosi, ne vtantur priuilegijs concedentibus, vt missæ possint celebrari in cameris secularium, vbi ipsi dormiunt, & fœminis non solum suis, sed etiam forte alienis coniunguntur. In quibus copulis etiam licitis aliqua aliquando obscœna interueniunt. Indecentissimum enim est vti talibus priuilegijs, & licentijs similibus locis, nisi aliqua vrgentissima necessitate instante. Nam dicit doctissimus necnon pijssimus magister Sotus [a] magis velle, quem non audire missam, etiamsi non possit ad Ecclesiam ad eam audiendam ire, quam permittere, vt in dictis cameris dicatur, nisi esset persona admodum illustris, cum qua facilius dispensatur. Ex his infertur quod modo possumus vti dictis priuilegijs, non contradicentibus Episcopis.

[a] Soto in 4. d. 13 q. 3. ar 3. pag. 172 colum. 2.

## ARTICVLVS. VI.

### *Vtrùm modo post Concilium Tridentinum possint prælati regulares nullo priuilegio extante dispẽsare, vt missæ extra locum sacrum celebrentur.*

REspondeo dicendo, quod licet Concilium Tridentinum restrinxerit facultatem, quā [b] de iure habebant Episcopi dandi licentiam, vt extra Ecclesiam in domibus priuatis, seu oratorio, nec consecrato, neq; benedicto possent sacerdotes Domini sacrificium offerre, cum in eo Concilio Tridentino [c] ordinetur ne Episcopi patiantur in domibus priuatis, aut extra Ecclesiam, aut oratorium ad id dedicatū missam celebrari. Per quæ verba ipsi obligantur ad illud seruandum, prout resoluit Nauarrus [d]. Existimat tamē Xuarez [e] nō esse ablatam Episcopis potestatem concedendi licentiam in casu necessitatis, vt in aliquo honesto loco fiat sacrum: quanuis talis locus non sit ad diuinum cultum destinatus. Cum iure ordinario possit hoc fieri vel concedi in casu necessitatis, prout resoluūt autores in superioribus citati, Soto [f] scilicet, & Nauarrus. Concilium autem non abstulit hoc ius ordinarium & commune, neque de casu necessitatis quidquam locutus est, sed absolute de communi modo celebrādi. Item quia facultas hæc est per modum dispensationis; Concilium autem non abstulit ab Episcopo facultatem rationabiliter dispensandi, quam habet in huiusmodi rebus: quia multi casus occurrunt, in quibus & fieri potest sine irreuerentia sacramenti, & fieri etiam oportet. Tandem vsus hoc confirmat: quia ita fit sine vllo scrupulo. Ex quibus prima facie videtur cōcludendū, prouinciales regulares habētes iurisdictionē quali episcopalem posse cum suis subditis dispensare in casu necessitatis, vt celebrent extra Ecclesiam in altari portatili, etiam nullo priuilegio Apostolico eos adiuuante. Sed qui hoc asserunt toto cœlo aberrant, non considerantes prouinciales supradictos nō habere absolute iurisdictionem episcopalē, sed tantum iurisdictionem quasi episcopalem. Quæ dictio, quasi, limitationem aliquam includit: ita vt iurisdictio ipsorum non extendatur ad ea, quæ sunt muneris pontificalis. Vnde cum muneris pontificalis sit consecrare Ecclesias ad diuinum officium peragendum ad idem munus pertinere necesse est dispensare, vt in locis extra Ecclesiam & oratorium deputatum ab ordinario in casu necessitatis ipsum sacrificium celebretur; & per consequens prouinciales non possunt in hoc dispensare, cum potestas ipsorum, & episcoporum non quoad omnia sit æqualis. Vnde iuridice ait Collector priuilegiorum Societatis aduertens circa priuilegium Gregorij Tertij decimi, concedens sui instituti Prouincialibus, vt possint in eorum domibus diputare oratoria, vt ibi sacrum celebretur, quod prouinciales non vtuntur hac facultate, nisi in locis remotis ab oppidis, in quibus ordinarij existunt, aut vbi probabiliter timetur, quod illi cum opus fuerit difficiles se exhibebunt ad huiusmodi oratoria deputāda. In quibus verbis clarè innuit, quod deputatio oratorij ad missam celebrandam ad ordinarios pertinet, tanquam quid concernens munus pontificale: & per consequens ad idem munus pontificale pertinet dare licentiam, vt extra Ecclesiam in locis priuatis celebretur.

[b] Ca. missa de consecr. dist. 1.

[c] Sess. 22. in decret. de obs. & euit. in celeb.

[d] Nau. lib. 1 consil. tit. de consilit. consil. 1. q. 57.

[e] Xuarez vbi sup. disp. 81. sect. 2 pa. 1216. col. 2.

[f] Soto vbi. & Nauar. in d. cap. 25.

ART.

## ARTICVLVS VII.

*Vtrùm missa possit audiri extra parochiam, in monasterijs religiosorum.*

REspondeo dicendo, quòd Leo V. autoritate Apostolica *Concessit, quod omnes Christi fideles vtriusq; sexus, qui nõ contempto proprio sacerdote parochiali in Ecclesijs fratrum mendicantiũ ordinum Dominicis ac festiuis diebus missas audiunt satisfacere præcepto Ecclesiæ de missa audienda, nec aliquam labẽ peccati mortalis, pœnamque propterea incurrere in contrarium facientibus nõ obstantibus quibuscunque.* Ita habetur in supplemento. [a] Qui idem Summus Põtifex præfatas literas confirmauit, & ampliauit, & super eas aduersus cõtradictores conseruatores dedit, vt in eodem supplemẽto [b] habetur. Nec hoc indultum est reuocatum per Concilium [c] Tridentinum, quatenus habet teneri quẽm ad audiendã concionem in parochia sua si cõmodè fieri potest. Quia concilium non agit de missa, sed de concione. Imò si rectè perpendantur verba concilij, non designant ad id teneri fideles sub peccato mortali. Ait enim concilio: *Moneatq; Episcopus populum diligenter teneri vnumquemque parochiæ suæ interesse, vbi commodè id fieri potest ad audiendum verbum Dei.* Notanda enim sunt illa verba, Moneat Episcopus, quæ designant monendos non obligari sub peccato mortali. Si enim obligarent diceret concilium statim, quod si noluerint eius monitis adhærere, astringat populum vt concionem audiat. Præterea ait concilium, populum teneri interesse suæ parochiæ, vbi commodè hoc fieri potest ad audiendum verbũ Dei. Quod intelligẽdum est, quando in monasterijs non prædicatur. Cum enim in ipsis prædicatur commodius multo est parochianis audire concionem in ipsis, quam in parochia, cum in monasterijs officia diuina cum maiori deuotione celebrentur, & propter multitudinem sacerdotum non deficiant missæ, quas fere ad Ecclesiam cõfluentes audire possent, & præcepto Ecclesiæ satisfacere. Et cum regulariter loquendo, prædicatores in monasterijs prædicantes sint præstantiores, quam prædicatores in Ecclesijs parochialibus verba facientes: & quia audientes verbum Dei à prædicatoribus ordinum Mendicantium lucrantur indulgentias, de quibus infra in quæstione de prædicatoribus dicetur. Vnde Paulus Tertius, *Concessit religiosis Societatis Iesu, vt omnes Christi fideles, qui cõcionibus prædicatorũ societatis interuenerint, possint eiusmodi diebus in Ecclesijs, in quibus dicti religiosi concionantur missas, & alia diuina officia audire, & sacramenta recipere, ita vt non teneantur pro his adire suas parochias.* Ita habetur in Cõpẽdio [d] Societatis. Ex quo priuilegio propter vtilitatem spiritualem prædicationum horum patrum colligitur, à Paulo Tertio non monasterijs, neque collegijs, nec conuentibus ipsorum ipsum fuisse concessum; sed ipsis patribus prædicantibus. Et sic cum sit personale sequitur personas ipsorum in quacunque Ecclesia prædicauerint, ita vt ibi possint omnes fideles missam audire, & alia sacramenta recipere. Nec etiam obstat idem Concilium [e] Tridentinum quatenus habet, vt *Episcopi moneant populum, vt frequenter, saltem dominicis diebus, & festiuitatibus solennibus ad suas parochias accedant.* Non enim ait Concilium, vt iubeant, nec eos teneri, sed solum vt moneant, quod nõ ponit necessitatẽ iuxta ea, quæ traduntur in iure. [f] Obstat tamen secundũ aliquos fortiter, id, quod statim subdit Concilium, *posse Episcopos autoritate Apostolica iubere circa hoc opportuna.* Ad hoc respondeo nõ debere videri oppor tunum iuxta superius allegata, præsertim, vt cum scandalo tot laicorum monachorum tam generalis cõsuetudo, quam etiam in vrbe seruari videmus vt talis cõsuetudo tollatur. Præterea felicis recordationis Pius Quintus in quadam bulla in fauorẽ religionum lata anno Dñi millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, *Declarauit audiẽtes missas in festiuis diebus in monasterijs*

[a] Concess. 90.

[b] Fol. 47. cõcess. 142.

[c] Conc. Trident. sess. 24 cap. 4. de reformat.

[d] Compẽdi Societa. vi missa. §.

[e] Sess. 22. in decr. de obs. & cust. in celebr. miss.

[f] §. fin. 4. distinct. c. præcipitur. 14. quæst. 1.

*sterijs mendicantium satisfacere præcepto audiendi missam*. Nec obstat, quod Gregorius Tertiusdecimus reduxerit omnia concessa à Pio Quinto regularibus ad terminos iuris communis, & Concilij Tridentini. Nam respondetur, quod consuetudo ante Concilium Tridentinum tolerata in omni Ecclesia habet, vt missa possit audiri in dictis diebus in quocunque loco sacro etiam in eremitis. Adeo, vt dicat Sylvester, [a] quod Episcopus suis subditis contrarium præcipere non potest, quia consuetudo est generalis. Et sicut Episcopus non potest tollere, neque restringere ius commune argumento cuiusdam canonis, [b] sic neque generalem totius orbis consuetudinem, quæ vim eandem habet iuxta quandam legem. [c] Et perconsequens excommunicatio, quam contra eam ferret esset nulla, argumento cuiusdam Decretalis. [d] Et Concilium Tridentinum licet tollat alias consuetudines, non tamen hanc ita toleratam, & approbatam, & vtilem omnibus Christi fidelibus. Et Gregorius Tertius decimus solum reuocat, quæ à Pio Quinto in fauorem Mendicantium concedun-tur, quatenus sunt contra Concilium Tridentinum. Ita colligitur ex traditis à Nauarro: [e] & hanc opinionem tenet Henriquez. Quod confirmatur. Nam fuit dubitatum in sacra congregatione Cardinalium, an ex dicto decreto derogatum sit decreto & priuilegio de quo in capite vltimo de priuilegijs in sexto. Fuitque ab omnibus Cardinalibus die decima nona Iunij anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo octauo decisum negatiue: quia intentio Concilij est tollere abusus: & in ipsis non est abusus cum fiant ex causa vt quotidie missam audiant: quam non audirent, si illi priuilegio Episcopi derogaretur. Ex qua declaratione colligitur Concilium non tollere consuetudinem rationabilem, de qua nobis modo sermo est. Præterea in eadem congregatione considerando verba dicti decreti, ibi *Moneant etiam*, decisum est, quod populus monendus est, vt Dominicis diebus & festis maioribus missas in suis parochijs audiant. Non est tamen ad id per censuras ecclesiasticas cogendum. Aduertendum tamen, quod per illa verba superius allegata Concilij [f] Tridentini, scilicet, *Hæc igitur omnia, quæ summatim enumerata sunt omnibus locorum ordinarijs ita proponuntur, vt non solum ea ipsa, sed quæcunque alia huc pertinere visa fuerint ipsi pro data sibi à sacrosancta Synodo potestate, ac etiam vt delegati Sedis Apostolicæ prohibeant, mandent, corrigant, statuant, atque ad ea inuiolabiliter seruanda censuris Ecclesiasticis, aliisque pœnis, quæ illorum arbitrio constituentur, fidelem populum compellant*. Possunt Episcopi compellere regulares vt in offertorio missarum conuentualium, quæ Dominicis diebus in monasterijs celebrantur, declarent fidelibus, quæ festiuitates & ieiunia in illa hebdomada occurrant: ne ignorantia horum festorum & ieiuniorum præcepta ecclesiastica à fidelibus transgrediantur. Hoc enim opportunum quid est, & maxime consentaneum: & ita vidi obseruari à quibusdam fratribus ordinum Mendicantium in Regno Portugaliæ in Archiepiscopatu Eborensi.

[a] Syl. v. missa. 2. q. 1. §. 1.

[b] c. inferiori. 1. d.

[c] l. de quibus. ff. de leg.

[d] c. 1. de sen. & re iudic.

[e] Nau. in manu. c. 21. n. 6. Henr. 2. to. lib. 9. de missa. c. 25. n. 9. in fine.

[f] in. d. Decreto de obser. & cuit.

## ARTICVLVS VIII.

### *Vtrùm possit dici missa votiua priuata in festo.*

RÉspondeo dicendo, quod ex causa quocunque die possunt dici missæ priuatæ votiuæ quando non celebratur officium duplex, prout ait Pius Quintus in sua constitutione posita in missali, & continetur in regulis eiusdem missalis. Id tamen non debet fieri passim, sine causa rationabili. Causa autem erit rationabilis, vt si quis data pitantia petat missas dici de Requiem: nam ita sunt dicendæ, quia speciale officium est vtilius & oratio magis directe, & immediate de se magis mouet ad impetrādum à Deo prout tradunt Diuus Thomas [g] Syluester, & post alios Maiolus, & Nauarrus. In festo verò duplici rectius sacerdos pro eo defuncto debet celebrare de proprio festo, prout tenet Soto, [h] vt ita se conformet missali, & communi vsui, satisfacitque debi-

[g] D. Tho. in d. 45. Syl. v. missa. § 4. Maiol. lib. 3. de or. regu. ca. 24. in fin. Nau. in manu. c. 25. nu. 134. & lib. 3. consi. tit. de celeb. mis. consi. 6.

[h] Sot. in. 4. d. 13. q. 2. ar. 1. col. penu.

debitæ. Quia ex opere operato non minus satisfactionis applicatur defuncto, suppleturque directa vis interpretationis ex de uotione festi & Sancti: Et ait Nauarrus, [a] quod pro missa longa de Passione satis implet sacerdos, si celebret de festo etiam semiduplici, aut infra octauam.

a Nauar. de cosil. 6. n. 8.

## ARTICVLVS IX.

### *Vtrum religiosi possint pro vna missa commẽdata vnius festi dicere aliam.*

REspondeo dicẽdo, quod Clemens VII. *Concessit fratribus Minoribus obseruantiæ, quod cum aliquis petierit ab eis, vt celebrent missam de passione, licet eis missam de Cruce, vel de quinque plagis, & loco Euangelij Passionem secundum Ioannem dicere, siue in fine missæ huiusmodi passionem præfatam dicere, & sic censeatur satisfactum fuisse petitionibus illorum qui petierunt.* Ita refertur in compendio [b] Mendicantium, vbi collector ait esse viuæ vocis oraculum authenticum. Sed ego intelligo, quod hac concessione modo post constitutionem Pij Quinti minime vti possunt fratres, qui obligantur cantare, vel dicere missam iuxta ritum missalis reformati. Pius enim Quintus anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo, pridie Idus Iulij Pontificatus sui anno quinto, in constitutione quæ incipit. Quo primum tempore, quæ habetur in principio missalis reformati, *Mandauit, ac districte præcepit omnibus & singulis Ecclesiarũ patriarchis, administratoribus, aliisq; personis quacũq; Ecclesiastica dignitate fulgentibus, & presbyteris secularibus, aut cuiusuis ordinis regularibus, ne in celebratione missæ alias cæremonias vel preces, quã quæ hoc missali continentur addere, vel recitare præsumant.* Et addere missis de Cruce, aut de quinque plagis Euangelium Ioannis, sicut concesit Clemens Septimus, puto esse additamentum in dicta constitutione prohibitum. Dixi, qui obligantur cantare, vel dicere missam iuxta ritum missalis reformati: nam aliæ religiones, quæ super ducentos annos missarum celebrandarum in eisdem Ecclesijs assidue obseruata sit (à quibus Pius Quintus præfatam celebrandi constitutionem, vel consuetudinem nequaquam aufert) possunt vti priuilegio supradicto, cum secundum canones [c] antiquos poterant addere aliqua cum consilio Doctorum, aut approbatione alicuius Synodi. Et licet prædicti fratres possint facere prædictam commutationem dicendo pro missa de Passione missam de Cruce, vel de Plagis, minime tamen poterunt loco vnius missæ priuatæ alicuius sancti commendata aliam missam de sancto occurrente dicere. Verum est tamen quod non peccabit, si sine scandalo aliquando hoc fecerit, vt se conformet ordini & ritui missalis reformati. Sine enim causa rationabili, regulariter loquendo, ordo & ritus ipsius missalis minimè debet prætermitti, iuxta ea, quæ in nostra Summa [d] confessorum diximus, & articulo sequenti dicetur.

b Tit. missa. 3. §. 13.

c Conc. Carthagi. 3. can. 23. Cõci. Milcuit. c. 11.

d 1. tom. ca. 244. tit. missa. concl. 24. pag. 715.

## ARTICVLVS X.

### *Data est cuidam monasterio quędam eleemosyna, vt eius prælatus missas Diui Gregorij pro anima defuncti faciat celebrare. Quæritur, vtrum satisfaciat dicendo alias missas de Sãctis, & Dominicis occurrentibus recordatione solum habita in memento de dicta anima, ibique valorem missæ ei applicando.*

REspondeo dicendo, quod ratio huius dubij pendet ex missali Romano antiquo, & maxime ex impresso Parisijs anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo septimo, in quo dicitur missas Diui Gregorij cum commemoratione defuncti, vel defunctæ celebrandas esse has.

Prima

Prima est, de Dñica prima Aduentus. Secũda de Natiuitate Domini. Tertia de Sancto Stephano protomartyre. Quarta de Sancto Ioanne Euangelista. Quinta de Innocentibus. Sexta de Epiphania. Septima de octaua trium Regum. Octaua de purificatione Beatæ Virginis. Nona de Septuagesima. Decima de Dominica prima Quadragesimæ. Vndecima de Dominica secunda Quadragesimæ. Duodecima de Dominica quarta Quadragesimæ. Decimatertia de Annũtiatione Virginis. Decimaquarta de Dominica in Ramis Palmarũ. Decima quinta de Cœna Domini. Decima sexta de Resurrectione Domini. Decima septima de Ascensione Domini. Decima octaua de festo Pentecostes. Decima nona de festo Trinitatis. Vigesima de Dominica prima post Pentecosten. Vigesima prima de Dominica secunda post Pentecostẽ. Vigesima secunda de Sancto Ioanne Baptista. Vigesima tertia de Sancto Petro, & Paulo. Vigesima quarta de Sancta Maria Magdalena. Vigesima quinta de sancto Laurentio. Vigesima sexta de Assumptione B. Mariæ. Vigesima septima de Sancta Cruce. Vigesima octaua de S. Michaele. Vigesima nona de sancto Gregorio, vel de omnibus Sanctis. Vltima de mortuis. Et post celebrationem harum missarum recitandę erant vigiliæ mortuorum, & omni die ieiunandum. Referuntque Innocentium Papam concessisse plures indulgentias dicentibus, vel dici facientibus dictas missas. Hoc supposito, dico non esse obligatum prælatum dicti monasterij ad eas dicere, aut celebrare facere, cum iam suæ obligationi satisfecerit, quanuis neque illas missas antiquo missali præscriptas, nec quotidie celebrauerit: dummodo tamen aliæ triginta missæ de festis occurrentibus dictæ sint, & actualem aut virtualem intentionem habuerit in Memento illarum pro tali defuncto offerre. Quod probatur primo. Nam pactum nudum, vt obliget necessum est, quod sit honestum, licitum & possibile, vt innuit Diuus Thomas: [a] Iam autem relinquere eas missas, quæ Missale nouum Romanum post Concilium Tridentinum editum singulis diebus, & maxime solennibus celebrandas ordinat, & præcipit, est illicitum. Tum, quia indecens & absurdum esset quadragesimali tempore dicere missam de Resurrectione, vel Ascensione: quæ tamen dicendæ essent ab eo, qui iuxta antiquum illum ritum vellet primo die illo cineris incipere illas triginta missas. Tum, quia in diebus festis, etiam si non de necessitate, ex congruitate tamen tenetur quilibet audire missam de festo occurrenti argumẽto aliquorum canonum. [b] Ex quibus colligit Angelus, [c] non excusari à peccato celebrantes, qui relicta proprij festi missa aliam particularem votiuam dicunt: & tales sacerdotes reprehensione dignos affirmat. Tandem in officio missę, vt ait Diuus Thomas [d] non solum reperitur sacrificium, sed etiam orationes, & ex parte sacrificij oblati æqualiter prodest viuis & defunctis de quocumque missa dicatur. Ex parte vero orationum, negari nequit prodesse quam plurimum missam, quæ incipit, Requiem æternam, institutam pro defunctis: in qua sunt orationes ab Ecclesia determinatæ pro mortuis. Iste tamen fructus, & vtilitas cum recompensari possit propter maiorem deuotionem, vel eius, qui dicit missam, vel per intercessionem sancti, cuius suffragium imploratur in missa: idcirco æque satisfit per celebrantem obligationi, dicendo missam de Sanctis, siue de Dominica, ac si diceretur illa de defunctis. Vnde Hostiensis [e] refert Vgonem Cardinalem solitum dicere, quod celebrando de Dominica faciebat celebrari pro defunctis. Ita Rosela, [f] Syluester, Armilla, Tabien. Præterea huiusmodi triginta missæ sunt dicendæ de necessitate continuè, & absque interruptione singulis diebus celebrandæ. At obligatio, qua quis obligatur singulis diebus celebrare iuxta terminos iuris [g] debet interpretari, quod debet celebrare quanto frequentius poterit, salua honestate sua & debita reuerentia, ac deuotione ad Sacramentum. Alias enim esset illicita constitutio, vt quæ daret materiam peccandi; cum non semper sit homo rectè dispositus ad tantum Sacramentum percipiendum. Iam autem, quod in die Resurrectionis, vel in alijs solennitatibus fiant collectæ pro defunctis, non est Ecclesiæ consuetudo, imo Bulla Pij Quinti, qua confirmat Missale nouum Romanum, tollit vsum cæterorum Missalium, & nihil addendum ipsi præcipit.

a Di. Tho. 2. 2. q. 11.

b c. quidam laicorum de celebr. miss.

c & hoc. de cons. dist. 1.

c Angel. v. miss. §. 33. & v. feriæ. §. 42

d D. Tho. in 4. d. 45. q. 2. ar. 3. q. 1. ad. 3.

e Host. in c. 2. de celebr. miss.

f Rosel. ver. missa. §. 14. Syl. §. 4 Ar mil. §. 28. Tabien. nu. 48. & 52.

g c. significatũ de presbyt.

## ARTICVLVS XI.

*Vtrùm Dominæ nostræ missa celebrari possit in sabbato concurrenti festo. Et idem de officio defunctorum quæritur in quocunque festo.*

RESpondeo dicendo, quod si institutor capellæ iubeat omni feria secunda cantari missam defunctorum, vel sabbato missam Dominæ nostræ votiuam præter principalem & maiorem missam illius ecclesiæ, aut monasterij, conseruanda est intentio, prout tenet Sylvester,[a] & post alios Nauarrus, vt volùtati testatoris sit satisfaciendum, iuxta ea quæ tradit Couarruuias.[b] Quod quidem affirmant Henriquez,[c] quãdo mos est, vt dictæ missæ dicãtur, vt tenet Nauarrus.[d] De qua consuetudine agunt Couarruuias[e], & Cassaneus. Et mos in ecclesijs collegiatis, & in ecclesijs quarundam religionum, vt præter missam principalem cantetur missa defunctorum moderatur generalem regulam missalis Romani, & fauet Pius V. in rubrica missalis: vbi dicit, quod quãdo officiũ sit de feria, potest missa principalis esse votiua, vel de defunctis: si vero fiat officiũ duplex, vel semiduplex non fiat missa principalis nisi de die. Vbi non vetat, quin minus principalis, vt in capella fiat pro defunctis, aut de Domina nostra, etiã in duplici. Idem ordinatum fuit in synodo Compostellana[f] anno Domini millesimo quingẽtesimo sexagesimo septimo. Imo cũ licentia Episcopi interdum fit missa principalis votiua de conceptione, aut de alio festo Beatæ Virginis, vt ait Henriquez.[g] Et idem in religionibus potest fieri cum licentia suorũ prouincialiũ, qui quãtum ad hoc licentiam habẽt quasi episcopalem. Nec obstant iura[h] in contrariũ: quia consuetudine derogata sunt, prout aduertit[i] Nauarrus. Ex his deducitur, quod etiã in festo duplici potest dici in sabbato missa Dñæ nostræ, sicut mos antiquus introductus est ex deuotione patrum ipsorum dicendi dictam missam cum maxima solennitate in quocunque sabbato. Nec hoc est contra regulã & rubricam missalis reformati.

a Sylu. ver. missa. §. 4. Nau. c. 25. n. 139.
b Cou. in c. cũ esses in 1 de testamẽ.
c Henriq. 2. tom. li. 9. de missa. c. 23. n 7.
d Nau. vbi s.
e Cou. a. li. 1. var. c. 10. n. 3. Cassan. de glori. mũd. c. 12. n. 13.
f art. 3. c. 38.
g Hẽri. vbi su. lit. n.
h ca. hoc & attendendũ de consecratio. d. 1.
i Naua. d. cõsi. 6. n. 7.

## ARTICVLVS XII.

*Vtrùm in Ecclesijs regularibus sint duæ missæ dicendæ in quadragesima, aduentu, & in vigilijs, scilicet, vna de feria, & altera de Sancto occurrenti.*

RESpondeo dicendo, quod Pius Quintus in constitutione missalis reformati tenet quod in ecclesijs collegiatis duæ missæ dicãtur in quadragesima, aduentu, & in vigilijs, scilicet vna de feria & alia de Sancto occurrenti. Et ecclesia collegiata non dicitur ex eo quod plures in ea clerici ei administrantes congregari soleant, nec enim personarum, clericorumque multitudo sola collecta facit collegium, nisi alia præter hæc interueniant, nempe, vt principio velut collegium ibi institutum, erectumque sit non minori trium clericorum numero, prout tenent quædam glossa[k] Innocentius, Ioannes Andræas & alij, quos refert & sequitur Marcus Antonius Cuquus. Si autem primæ institutionis nulla extant documenta, ex quibus collegij priuilegium tributum esse appareat, signa tamen nonnulla collegij vestigiaque ibi enitescant, collegiata censebitur. Vt si constituere syndicum consueuerit, ac per eum iurare, & lites mouere, sigillumque commune habere, & si consueuit prælatum suum eligere, & similia facere. Non autem desideratur, vt quispiam velut eis caput, ac rector præsit, iuxta Felinum,[l] & traditur à Marco Antonio Cuquo. In cathedralibus autem ecclesijs præsumitur in dubio conuentus collegij nomine, & titulo haberi, etiam si nullum ex prædictis vestigium appareat. Vnde sequi videtur, quod in ecclesijs regularibus secundum supradictam constitutionem, & rubricam duæ missæ sunt dicendæ in prædictis ferijs. Contrarium tamen est dicendum, pro vt declaratum fuit in ceremoniali nostræ religionis autoritate congregationis generalis Toletanæ editi, vbi dicitur, quod monasteria nomine ecclesiarum collegiatarum minime comprehenduntur. Et non obstant supradicta: Nam licet monasterijs nomen collegij competat, necesse tamen erat

vt

k glo. in ca. nobis de iure patro. v. in conuentualibus. In noc. in c. postulast. de iure patrona. Andr. in c. statutum de elect. libr. 6. Cuq. libr. 4. ma. insti. ti. 1. de elect. n 5.
l Feli. in ca. exliteris colu. 4. de constitut. Cuq. vbi su. n. 13.

vt in constitutione supra dicta diceretur quod in Ecclesijs collegiatis secularibus, aut regularibus duæ missæ dicerentur. Sicut enim nomine Ecclesiasticorum in odiosis regulares minimè comprehenduntur. Ita etiã nomine Ecclesiarum in hoc onere monasteria minimè veniunt.

Ex quo infertur, quod si Ecclesia collegij ius habeat, quanuis re ipsa collegij more nõ regatur, inter collegiatas censeri poterit, si aliqui canonici ex ea adsint: quanuis nec collegium congregare, nec sigillum commune habere, nec syndicum facere soleat: in his saltem, quæ fauore potius, quam adeò digna existimantur, prout tradunt Alexander [a] & Felinus. Vnde, cum hic non agatur de fauore, asserendum est quod hæc Ecclesia collegiata non tenebitur ad dictas duas missas. Aduerte, quod Martinus V. *Concessit, quod in quatuor temporibus, vel in diebus quadragesimæ, aut Litanijs sufficiat in monasterijs Sancti Hieronymi celebrare missam de feria (si hoc velint) cum commemoratione festi, quod in ipsa die celebratur: nisi eadem die sit duplex, aut semiduplex. Super hoc tamen onerat conscientiam Prælati, si non est tanta multitudo fratrum, quod possint duas missas dicere.* Ita collector [b] priuilegiorum Mendicantium; qui asserit se vidisse hoc sub viuæ vocis oraculo non authentico. Ex quo infertur, quòd licet supradicta Rubrica Missalis ad Ecclesias regulares extenderetur, fratres Mendicantes in foro conscientiæ vnã missam dicentes, aliam relinquentes, vbi non est tanta multitudo fratrum, non peccarent, attento supradicto priuilegio, quo ipsi gaudent.

a Alex. cõs. 74. col. 1. li. 4 Feli. in. c. accedẽtes col. 4. de præscript.

b In comp. mendic. rit. missa. 3. quo admodum. §. 17.

## ARTICVLVS XIII.

### *Vtrum generales ordinum possint reducere missas Capellarum ad minorem numerum.*

REspondeo dicendo, quod si in capella, aut anniuersario sit magnus missarum & sacrificiorum numerus pro tenui stipendio Episcopus potest & debet ad minorem numerũ reuocare, prout ordinatur in Concilio [c] Tridentino, monente vt habeatur ratio de pia voluntate testantium, constituta tamen congruente stipe, ita vt ex multis pitantijs efficiatur vna victui sufficiens diurno. Vt anniuersaria commutet Episcopus, eget Synodi consilio, iuxta Concilium Tridentinum. Vt si in vna Ecclesia, aut oppido mandatę sint à testatoribus plures missæ, sed ob ministrorum paucitatem non posśũt quotannis impleri anniuersaria, etiam data pingui stipe posset Episcopus reducere ad pauciores cum commemoratione singulorum testatorum, vt ait Concilium Tridentinũ; [d] & multo magis potest si stipes sint tenues. In Ecclesia Salmantina approbante Synodo, facta est constitutio, qua hæc facultas committitur Episcopo cum cõsilio Capituli. Sed vt onera dicendi missas in Beneficio (qualis est capella collatiua) temperet Episcopus, non eget Synodi congregatæ consensu. Ita recentiores consulti, prout asserit Henriquez [e] & Nauarrus. Qui addit, quod posset Episcopus absque Synodo anniuersaria sine Synodo commutare iure communi, & moderari numerum missarum: quia hic est casus necessitatis. Et hanc opinionẽ non repudiat Henriquez, [f] affirmans doctissimum Doctorem Veram hanc tenere etiam opinionem. Sed ad id quod in articulo quæstionis propositum fuit deueniendo dico, quod Abbates & generales ordinum in suis capitulis generalibus re diligenter perspecta possunt pro sua scientia in prædictis Ecclesijs, quas hac prouisione indigere cognouerint, statuere circa hoc quidquid magis ad honorem Dei, & cultum, atque Ecclesiarum vtilitatem viderint expedire. Ita tamen, vt eorum etiam defunctorum commemoratio fiat, qui pro animarum suarum salute legata ad pios vsus reliquerunt. Ita determinatur in eodem Concilio [g] Tridentino.

c Con. Trid. sess. 25. de reform. c. 4 & sess. 21. de reform. c. 7.

d Concil. d. c. 4. in fin.

e Henriq. 2. tom. 9 rit de missa. c. 22. n. 6. liter. P. Nauar. c. 25. nu. 138.

f Henri. vbi sup.

Circa quod aduertit Nauarrus, [h] quoad Abbates & generales esse quoddam ius nouũ; sed nõ quoad Episcopos, cum argumento aliquarum decretalium [i] cum eis notatis possint Episcopi hoc facere sine Synodo iure antiquo: quod nõ videtur per hoc sublatum cum fuisset additum ad maiorem iuris antiqui obseruationem.

Secundo est aduertendum, quod huiusmodi facultas Episcopis Abbatibus ac gene-

g Con. Trid. sess. 22. de refor. c. 4.

h Naua. vbi sup.

i c. cũ accessisset. & ca. cũ ex parte de constit.

neralibus conceſſa intelligitur tantum de onere miſſarum, ante Concilium Tridentinum impoſito. Sicut ita fuiſſe ſibi reſponſum ab illuſtriſsimis Cardinalibus ſanctiſsimæ congregationis interpretibus anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio teſtatur Paraſſelus. [a] Necnon & ipſa congregatio alibi reſpondit hanc taxationem eſſe intelligendam de miſsis tantum, & non de alijs ſuffragijs, necnon de miſsis in fundatione poſitis, ſed pro alia cauſa à teſtatoribus relictis.

a Paraſſe. in tract. priuil. fol. 232.

Tertiò eſt notãdum, quod Iulius II. anno Domini milleſimo quinquageſimo octauo, in quadam conſtitutione ſua facta, protectori generali ordinis Minorum, qui tunc erat, conceſsit, vt in viſita poſſet in multitudine miſſarum diſpenſare. Adeo, vt in miſſa poſſent poni vſq; ad nouem collectæ, & quælibet collecta valeret pro miſſa. Ac poſtea per Leonem X. anno Dñi milleſimo quingenteſimo decimo tertio in conſtitutione, quæ incipit, Expoſcit dilectorum, &c. ſupra dicta conceſsio fuit ampliata: vt non tantum dictæ collectæ valerent pro tot miſsis ſpecialibus, & integralibus: ſed etiam hoc extendit ad omnem alium futurum generalem, vt poſſet talem miſſarum moderationem in eorum viſitis facere. Quæ conſtitutiones integræ ponuntur à Paraſſelo. [b] Et omnibus generalibus, qui pro tẽpore erunt ſupradicta datur facultas. Hoc enim priuilegiũ nõ perſonis, ſed officio conceditur, & ſic eſt priuilegiũ reale & perpetuũ. Et declarauit Synodus Toletana celebrata anno Domini milleſimo quingẽteſimo octuageſimo tertio, actione ſecunda, capite decimo, quod vicarius Epiſcopi aut viſitator id nõ poteſt: quia Concilium ſoli Epiſcopo vel generali regulari id committit. Ita tenet Henriquez [c] dicens, quod expedit, vt dicta commutatio fiat per expreſſam intentionem generalis religionis, aut capituli generalis cum Papæ autoritate commutantis voluntatem. Quarto eſt aduertendum, quod dicti prælati in diminutione dictarum miſſarum debent eſſe ſatis circunſpecti conſiderantes quod agunt de mutanda teſtatorum voluntate, quod ſolum Papæ committitur. Et ſic ad faciendam dictam diminutionem debet iuſta cauſa præcedere, & ita debet fieri, vt quominus poſsibile ſit voluntati teſtatoris, aut inſtitutoris anniuerſarij defraudetur. Et ſic oportet, quod dicta diminutio compenſatione compenſetur. Vnde iuſtè poſſunt obligare, vt loco miſſarũ, quæ à numero antiquo detrahũtur, celebrãtes miſſas pro ipſis defunctis, ipſis applicẽt vnũ de tribus valoribus. Primũ eſt correſpõdens obligationi pro ipſis celebrandi. Secundum correſpondens memoriæ actuali, quæ in Memento pro defunctis, pro ipſis habetur. Tertium ponendo pro ipſis aliquas defunctorum collectas, ſicut alias ordinauerat Iulius Secundus. Quæ collectæ etiam in feſtis ſolennibus apponiure poſſunt in miſsis priuatis, cum nullo iure contrarium præcipiatur, vt reſoluit Nauarrus. [d] Et hoc cõfirmatur ex quadam cõceſsione facta à Leone X:

a Paraſſ. in d. lib priuil. fol. 45. & 58.

c Henr. vbi ſup. lit. Q.

d Nau. lib. 3 conſi. tit. de celeb. miſſ. conſ. 56. fol. 346. in. 1. im. preſ.

*Fratribus Minoribus regularis obſeruantiæ, qui poſſeſsionem accipientes monaſteriorum conuentualium noſtræ ſacræ religionis, videntes magnis anniuerſarijs perpetuis eſse ita oneratos, vt præ multitudine ipſorum illis eſſet neceſſum ab officijs diuinis deficere, ſi omnia in anniuerſarijs contenta ab ipſis ad amuſsim eſſent ad implenda, Supplicauerunt ſuam ſanctitatem, vt de benignitate Apoſtolica prouidere dignaretur; qui reſpondit ad ea, & ad alia ſimilia onera non eſſe obligatos dummodo tam in communibus officijs, quæ quotidie in dictis Eccleſijs celebrantur, quam in priuatis orationibus, & in extraordinarijs miſsis, & ſuffragijs, quæ in dicto ordine pro ſingularibus benefactoribus fieri ſtatutum eſt illorum, qui redditus, vel ornamenta pro ipſis anniuerſarijs reliquerunt, memoriam ſpecia-*

liter

*liter faciant. Quod idem monialibus Sãctæ Claræ concessum est.* Ita habetur in supplemento [a] ordinis.

a Fol.18.cõcel.58.

## ARTICVLVS XIIII.

### *Vtrum Gloria in excelsis Deo dici possit à regularibus in missis votiuis.*

REspõdeo dicendo, quod Alexãder IIII. *Concessit fratribus vniuersis ordinis Minorum, quod in missis votiuis tam solenibus, quã priuatis, quas de Spiritu Sãcto, aut de B. V. Maria dixerint possint dicere Hymnũ Angelicũ, scilicet, Gloria in excelsis Deo, ac quod similiter possint dicere prosas, seu sequentias.* Ita habetur in libro Monumenta [b] ordinum. Et Syxtus Quartus. *Concessit fratribus Minoribus de obseruantia, vt possint dicere in omnibus missis votiuis Gloria in excelsis Deo,* Prout habetur in eodem libro, [c] & in supplemento. At modo cantantes & dicentes missam iuxta ritum Ecclesiæ Romanæ reformatum, iuxta cõstitutionem Pij Quinti superius citatam, vt sunt fratres Minores, iam non possunt vti dictis priuilegijs, sed debẽt dicere missas iuxta supradictum ritum. In quo instituitur, dicatur, Gloria in excelsis, quandocunque in matutino dictus est Hymnus, Te Deum laudamus. Præterquam in missa feriæ quintæ, in Cœna Domini, & Sabbati Sancti: in quibus Gloria in excelsis dicitur. In missis verò votiuis non dicitur, nisi in missa Beatæ Mariæ, & Angelorum. Et nisi missa votiua dicenda sit pro re graui, vel pro publica Ecclesię causa. Nec etiã dicitur in missis defunctorum. Ita habetur in rubrica missalis reformati. Circa quam Rubricam est aduertẽdum, quod tũc missa dicitur pro re graui, quando fit aliqua processio generalis quæ nunquam sit, nisi pro re graui, vel quando aliquæ missæ dicũtur in aliquibus Ecclesijs cathedralibus collegiatis, & regularibus, vel parochialibus pro salute vniuersali alicuius principis, vel pro salute totius Reipublicæ, vel pro aliqua intentione temporali, bonum commune immediatè concernenti. Vel quando fit in gratiarum actione pro aliqua re graui petita & obtenta: veluti pro victoria parta, aut pro aliqua supradictarum rerum à Deo optimo maximo consecuta.

b In.1.impr. fol.23. & in 2.fol.25.con cel.14.

c Habet. in 2.impre.fol. 69.concel. 143.& in supple.fol.100. concel.389.

## ARTICVLVS XV.

### *Vtrum in festiuitatibus Sanctorum ordinum debeat dici Symbolum Apostolorum in missa.*

REspondeo dicendo, quod Syxtus IIII. *Concessit, quod fratres Minores possent dicere Credo, in solennitatibus Sanctorum sui ordinis, & Sanctæ Clarę.* Ita habetur in libro Monumenta ordinum, [d] & in supplemento. Ex quo priuilegio colligitur, quod dicti fratres nonpossunt dicere, Credo, in octauis nec in die octauo dictorum Sanctorum. Quod patet ex alia concesione eiusdem Syxti Quarti, qua conceditur, quod prædicti fratres posint dicere, Credo, in octaua Sancti Francisci, prout in eisdem libris [e] habetur. Sed iam hodie hoc non est ita limitatum, secundum ritum Missalis Romani reformati; in cuius Rubrica loquendo de Symbolo dicitur, *Quod dicatur, Credo, in festis principalibus ordinum, & per eorum octauas in Ecclesijs tantum illius ordinis.*

d In.1.impr. fol.63. & in 2.fol.67.concel.118.& in suppl.fol.96 concel.329.

e In.1.impr. fol.63. & in 2.fol.68.concel.133.& in supp fol.100 concel 380.

Principalia autem nostræ religionis festa sunt festum Beati Patris nostri Francisci, Sancti Antonij, Sancti Bonauenturæ, Sancti Ludouici, Sancti Bernardini, Sancti Didaci, Stigmatum Beati Patris Francisci, & Dedicationis Ecclesiæ Portiunculæ.

Dubitatur autem, vtrum debeat dici, Credo, in missa Beatæ Mariæ, quæ omnibus Sabbatis aliquo festo duplici non impeditis celebratur primo manè in aliquibus religionibus ex antiqua deuotione earum religionum ad Virginem Mariam; ad quam omnes fratres concurrunt, tanquam ad missam solemnem; & versus eum. Alleluia, senioribus commendantur:

ſicut ſolet cõmendari in alijs feſtiuitatibus ſolennibus. Et reſpondeo, quod Miſſale reformatum loquẽs de miſsis votiuis inquit. Item dicitur, Credo, in miſsis votiuis, quæ ſolenniter pro re graui, vel pro publica eccleſiæ cauſa celebrantur. Ex quibus verbis videtur probabiliter colligi, Credo, in dictis miſsis dici poſſe cum ſolenniter celebrentur. Sed dices, quod non celebrantur pro re graui: quod vt dicatur, Credo, requiritur. Ad hoc reſpondeo, videri pro re graui celebrari cum celebrẽtur ex antiqua conſuetudine ipſarum religionum, ex maxima erga Virginem deuotione, vt ipſa pro eis intercedat ad Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium eius. Pro cuius deuotione hoc puto probabile, licet contrarium, loquẽdo ſecundum rigorem ſit probabilius.

## ARTICVLVS XVI.

### *Vtrum religioſi cum vna miſſa poſsint pluribus petentijs ſatis facere.*

REſpondeo dicẽdo, quod Leo Decimus, *Informatus, quod in quibuſdam religionibus pro celebratione vnius miſſæ certæ pecuniæ quantitas dari conſueuit in eleemoſynam fratribus Minoribus, tam valde parua & tenuis, quod dicti patres ob eleemoſynam, quæ ſingulariter à pluribus elargitur, tot miſſas, quot ſunt largientes pro ſingulis celebrare non valent, declarauit & conceſsit prædictis fratribus obſeruantibus, quod celebrando vnam miſſam duntaxat, ſi eleemoſyna æquiualens vni Iulio, id eſt decimæ parti ducati non elargitur, etiam ſi duas, tres, vel quatuor, aut plures miſſas celebraturi eſſent, occaſione diuerſarum, vel plurium eleemoſynarum huiuſmodi, & in dicta celebranda miſſa pro omnibus, qui pro dictis miſsis in eleemoſynam vſque ad Summam huiuſmodi contribuunt commemorationem in genere faciendo, in hoc conſcientiarum prædictarum dictorum fratrum ſatisfactum ſit.* Ita habetur in ſupplemento ordinis. [a] Circa quã conceſsionem notat Collector [b] priuilegiorum Mendicantium omnino ab ea eſſe cauendum: quia ait, re vera nullius eſt valoris, prout multi viri famoſi Theologi, & iuriſperiti ſuper hoc conſulti reſponderunt. Nam vltra multa, quæ contra huiuſmodi conceſsionem dici poſſent, conſtat bene intuenti relationem, quod ſubreptitie obtenta eſt. Quapropter Reuerendiſsimus pater frater Ioannes Clapion dum inſtitutus eſſet Procurator Curiæ Romanæ promiſit procurare reuocationẽ ſeu potius declarationẽ nullitatis huius conceſsionis: Et credendum eſt quod obtinuit, licet ad manus noſtras non peruenerit. Hæc Collector. At licet nobis conſtet de reuocatione huius conceſsionis, & de ſurreptionis vitio, & licet per contrarium vſum ſit abolita, dato quòd fuerit legitimè impetrata operæpretium eſſe duxi agere de vitio nullitatis, quo à Collectore notatur: in qua re conſideratione opus eſt. Pro cuius rei explicatione ſequentes propono concluſiones.

[a] Fol. 10. cõ. ceſ. 62.

[b] Collec. in comp. Mẽd. tit. miſ. §. 14.

Prima concluſio eſt: Si ſtipendium miſſæ lege aut conſuetudine taxatum ſit, & commendantes miſſas non totum illud, ſed diminutum ſtipendium perſoluant, in hoc caſu licet pauciores miſſas dicere accipiendo pro illis vſque ad quantitatem ſtipendiorum ſibi debitam, ſecundum legem vel conſuetudinem: nec eſt obligatio reſtituendi. Maximè, ſi per iudicem illud ſtipendium conſuetũ ſine ſcandalo & litibus & alijs in cõueniẽtibus exigi poteſt, ex quo id taxatũ & certũ ſibi debitum eſt ex lege, vel conſuetudine, ſicut de alijs debitis liquidis & certis cõmuniter dicitur à Doctoribus. Quod eſt intelligẽdum, dũmodo nõ velint ſatisfacere vna miſſa obligationi eleemoſynæ datę vltra quãtitatẽ lege aut conſuetudine pro vna integra miſſa taxatam. Nam ſi vltra dictam quantitatem eorum ſatisfactio pro vna miſſa vellent extendi, abuſus quidem eſſet ſcãdaloſus, & incentiuum præbens auaritiæ & pluribus iniquitatibus. Ita tenet Honcala. [c] Quod eſt verũ vt aduertit Corduba, excepto, vbi expreſſe plures miſſę integrę ſecũdũ illa plu-

[c] Honca. de valore miſ. n. 11. & 16. Cord. lib. 1. qq. q. 4.

illa plura stipendia quanuis diminuta peterentur, & acceptarentur. Itaque quod illa stipendia non darentur, nisi tot missæ dicerentur, quot ille commendauit, expresseque petiuit, tunc enim non satisfaceret nisi tot quot promissæ sunt dicantur, alias fieret iniustitia, & esset obligatio restituendi.

Secunda conclusio: Si certum stipendium sufficiens, vel insufficiens pro vna missa lege vel consuetudine taxatum non sit, non licet Guardiano nec prælato plura stipendia pro vna missa accipere vsque ad quãtitatem necessariam pro decenti sustentatione vnius diei subditi sui missam ipsam celebrantis. Hanc opinionem tenent Doctor Medina [a] & Nauarrus, quos sequitur Corduba contra Honcala & Soto. Et probatur, quia si tota sustentatio decens pro illa missa illius diei deberetur: ergo sacerdoti valde honorabili in dignitate cõstituto plus deberetur ad suam decentem sustentationem, & iste plus posset auferre, quam pauper: quod absit. Paupertas ergo sacerdotis, vel abundantia nec tollit, nec ponit iustitiam, aut debitum illorum, qui illi pro missa vna tantum, & non amplius stipendium dare voluerunt. Quod confirmatur: Nam sicut, qui tenue beneficium acceptauit, etiam si non sufficiat ad decentem sustentationem tenetur ei deseruire, nec amplius potest exigere, prout habetur in iure, [b] & tradit late Medina; sic similiter de stipendio missæ quantumlibet diminuto dicendum est, si sic sacerdos acceptauit, quia eadem vtrobique ratio est.

Nec obstat illud Pauli [c] dicentis, qui altari seruit de altari viuere debet. Nam respondetur, quod Diuus Paulus loquitur indeterminate, & debet intelligi proportionabiliter, quod, scilicet, secundum ministerium & laborem ita quilibet in spiritualibus ministrans præmietur, aut sustentetur, plus vel minus recipiendo, secundum quod plus vel minus seruit, atque laborat. Alioquin diaconus, vel alius, qui solum seruit altari, legendo Euangelium, vel Epistolam, vel missam offerendo æqualem deberet mercedem, vel sustentationem vitæ accipere, sicut qui celebrat, & ipse simplex sacerdos, sicut curatus, vel Episcopus. Nunc autem constat, quod in præparatione, & celebratione missę sacerdos vnam vel duas circiter horas duntaxat consumit. Reliquum autem tempus si est secularis consumit in horarum recitatione, & in negotijs ad suam familiam pertinentibus. Si est religiosus consumit in sequendo chorum noctu diuque, & in alijs operibus religiosis, & exercitijs spiritualibus. Non ergo tenetur propter missam totum victum diei tribuere is, pro cuius causa celebrauit; acsi totum pene diem ad eius vtilitatem expenderet. Et ex consequenti neque ipse sacerdos potest nisi gratis datum exigere, aut accipere vltra id, quod lege aut cõsuetudine dari solitum est.

Tertia conclusio: Potest sacerdos per dispensationem Papæ prædicta plura stipendia pro vna missa accipere, etiam quando stipendium missæ taxatum sufficiens est, ali qua causa rationabili interueniente. Licet enim Papa non possit in præiudicium tertij alteri temporalia concedere, quia non est dominus, sed dispensator diuinæ legis & naturalis, neque habet potestatem in destructionẽ, sed in ædificationem ecclesiæ; neq; habet dominium omnium rerum temporalium hominum, & contractuum humanorum; sed tantum iurisdictionem & potestatem, ad debitam eorum gubernationem, quatenus ad finem supernaturalem aliquo modo expediunt; prout tradit Syluester: [d] potest tamen, si causa rationabilis adsit, cum aliquibus dispensare, vel id concedere; sicut & ex causa potest relaxare obligationem votorum, iuramentorum, pactorum, & promissionum inter homines initorum, licet iure diuino & naturali Deo, & hominibus ad id teneamur: cum eorum obligatio ex nostra consurgat voluntate. Rationabilis autem causa, dum aliud non constat, censenda est, vbi Papa id concedit siue dispensat. Quare ait Corduba, [e] quod rationabilis causa est, quando aliquibus monasterijs aliquarũ religionum aliquãdo Papa cõcedit, vt possint ad tẽpus duntaxat, pro vna missa stipendia vsque ad vnũ Iuliũ, siue regale accipere: quia magna tũc premũtur paupertate, quia ex eorum sustẽtatione, & obseruãtia regulari intra sepța suorum monasteriorum magna vtilitas prouenit ecclesiæ, & secularibus ædificatio. Quæ obseruantia maxime deperditur quęritando eleemosynas ostiatim extra suorum monasteriorum sepța, vias publicas cõtinue cursando, non totũ pene diem in cultu diuino, literis, & orationibus prædicationibus, & confessionibus expendendo. Et quia ipsis missas commendantes maximum

[a] Medin.de ordin.q.50. Nau.in manua.cap.25. Cord.vbi sup.dub.2.

[b] c.cleric.19 d.Medin.de ora.q.3.fol. 186.

[c] 1. Ad Corint.9.

[d] Sylu.v.Papa.q.12. & q.13.

[e] Cord. vbi sup.dub.3.

emolumentum accipiunt, cum tamquã benefactoribus bona opera religiosorum quotidie applicentur. Hæc Corduba. Ex quibus patet, concessionem Leonis Decimi non esse inualidam, & vt talem omnino repudiandam, sicut Collector intrepidè affirmat. Cum Leo Decimus dispenset in casu minus difficili, scilicet, quando stipendium est valde paruum & exiguum; & respectu dictorum fratrum adsit causa rationabilis, sicut in dicto priuilegio continetur. Nam si hæc aut similis causa rationabilis non adsit minime erit tuta dispensatio, etiam si sit temporalis. Ad id autẽ, quod replicat Collector, quod, scilicet, informatio, cui causa innititur est surreptitia: ad hoc respondeo, hanc quæstionem facti non iuris esse, & de quæstionibus de facto partibus inauditis non est nostrum iudicare, cum tot circunstantiæ possint concurrere, vt informatio primo aspectu surreptitia, vt vera & sufficiens causa à doctis iudicetur.

## ARTICVLVS XVII.

### *Vtrùm teneantur curati negare celebrationem missarum peregrinis, aut ignotis Regularibus.*

REspondeo dicendo, quod Episcopus aut parochus non debet facile peregrinos, aut ignotos alterius diœcesis sacerdotes admittere ad celebrandum sine dimissorijs patentibus proprij Episcopi, prout ordinatur à Concilio Tridentino, [a] & tradit Nauarrus dicens, quosdam Episcopos solere rigide prohibere ne Parochus admittat tales sine eiusdem Episcopi licentia, cum satis sit licentia proprij Episcopi habita, aut debita. Vt si habet ius adeundi ad studia Academiæ, & tamen Episcopus licentiam iniuste negat. Aut, si non multo antea dederat reuerendas, quibus initiatus est, aut licentiam peregrinandi, aut studendi in Academia. Ex cuius Doctoris grauissimi mente sufficit religiosis peregrinis, q̃ ostendant suorum prouincialiũ aut prælatorum licentias ad iter peragendum. Et aduerte, quod potest admitti in parochia, aut monasterio peregrinus, vt celebret, etiam publicè, quando notus est; prout dicitur in iure, [b] & tradit Nauarrus, & Trotius: aut etiam quando bonis coniecturis creditur non esse impeditum: quia peregrinus nullo iure suspensus est, etiam quoad alios; prout post alios tradit Didacus [c] Perez, cui fauent Hostiensis, [d] quem alij sequuntur. Quod confirmatur; Nam Syxtus Quintus in quadam constitutione data Romæ anno Incarnationis Dñicæ millesimo quingẽtesimo octuagesimo tertio, sexto Kalẽdas Decẽbris, Põtificatus sui anno tertio, *Prohibuit omnibus Prælatis regularibus, ne hospites fratres reciperent, nisi à superioribus locorum, vbi residẽt, expressam licentiam discedendi in scriptis obtentam, seu literas commendatitias secum deferant, atque exhibeãt.* Et addit Summus Pontifex; *Vel nisi ita cogniti sint his, ad quos diuerterint, vt de eorum personis nullus omnino dubitationi, aut suspicioni locus relinquatur.*

a Con. Trid. sess 22. de obser. & euit. in celebrat. miss. & sess. 23 c. 16. Nau. c. 27. n. 153. & lib. 3. consil. tit. de celeb. miss. consi. 5.

b ca tuæ. de cleri. peregr. Nau. d. cons. 5. Trotius de perfect. cleric. lib. 2. c. 31 nu. 6.

c Perez in l. 2. tit. 9. li. ordin. pag. 279

d Hostiẽ. in d. c. tuæ.

## QVÆSTIO XLIIII.

### De clausura monialium in communi, in quatuor articulos diuisa.

*Circa quam quæruntur quatuor.*

1 *VTrùm Ecclesia habeat potestatem ad instituendam clausuram monialium.*

2 *Vtrum omnium monialium generalis clausura præcipiatur ab Ecclesia.*

3 *Vtrum extrauagantes Pij Quinti, & Gregorij XIII. eandem clausuram obseruari præcipiant.*

4 *An moniales conuersæ, seu seruitrices ad clausuram astringantur, & ad habitum & professionem recipi valeant.*

AR-

## ARTICVLVS I.

### *Vtrum Ecclesia habeat potestatem ad instituēdam clausuram monialium.*

RESpondeo dicendo, quod clausura monialium, nec iure diuino nec naturali est, sed tātū de iure humano. Hiphigenia enim, quā Diuus Matthæus religiosam effecerat, vt cōstat ex eius historia, & apud Caietanū a: & aliquot aliæ sanctimoniales tempore Apostolorum, non seruabant huiusmodi clausuram, seruaturæ profecto, si lege naturali & diuina esset indicta. Loquēdo vero de iure humano aduertendum est, q̄ in cōcilio Carthaginensi primo celebrato sub Syluestro, & Marco anno Dñi trecentesimo trigesimo sub persecutione nona Diocletiani in capite tertio in hunc modum diffinitur. *Nullus nullaq; sanctimoniæ & virginitati deseruiens propter blasphemiam ecclesiæ si vobis placet in vna domo cum extraneis penitus commorari debent. Vniuersi dixerunt, qui nolunt nubere & pudicitię meliorem eligere partem, hęc vitare debent. Et non solum non habitare simul, sed neq; habere ad se aliquem accessum.* Qui accessus significat ingressum ad monasteria monialiū. Ex quo cōcilio colligitur ecclesiam ab anno millesimo ducentesimo octauo ingressum ad monasteria monialium prohibuisse. Postea autem anno Domini trecentesimo nonagesimo septimo sub persecutione decima Arrianorum in concilio Carthaginensi tertio, circa tempora Siricij Papæ approbato à sexta synodo in Trullo, in capite vigesimo tertio hæc proponuntur verba: *Virgines sacrę cum parentibus à quibus custodiebantur priuatæ fuerint Episcopi prouidentia, vel presbyteri, vbi Episcopus absens est in monasterio virginum, vel grauioribus fœminis commendentur, vt simul habitantes inuicem se custodiant, ne passim vagantes Ecclesię lędant existimationem.* Hæc antiquitus circa monialium clausuram. At Bonifacius Octauus, b qui præfuit ecclesiæ circa annum incarnationis Dominicæ millesimum ducentesimum nonagesimum nonum plurimum illam auxit, & strictiorem præcepit. Cuius constitutio licet non fuerit recepta; postea tamen per Concilium Tridentinum fuit innouata. Et Pius Quintus per suam Extrauagantem incipientem: *Circa pastoralis*, datam Romæ anno Domini millesimo quingētesimo sexagesimo sexto, quarto Calendas Iunij innouauit, tam constitutionem Bonifacij VIII. quam constitutionem Concilij Tridentini. Et Gregorius XIII. in constitutione, quę incipit, *Deo sacris*: data Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, tertio Calendas Ianuarij, Pontificatus sui anno primo id ipsum confirmauit, addens aliqua pro conseruatione clausuræ. Pro quorū perfecta explicatione est videndum, an ecclesia cōpellere possit vniuersas & singulas cuiuscunq; ordinis moniales, etiam eas quæ clausuram non vouerunt ad eam perpetuò seruādā. Et aduertendū est pro horū resolutione, q̄ duo inhibentur in monialiū clausura. Primū, monialium extra monasteriū egressus, & aliorum cuiuscunque sexus intra monasteriū ingressus. Et extra cōtrouersiā Papa prohibere potest aliarū vtriusque sexus personarum ingressum in monialiū monasteria. Quilibet nanq; pater familias, & præsertim qui familias habet, inhibere valet aliorum in suam domū ingressum. Præterea & quilibet prelatus, Abbas, Prior & Guardianus, Prioriſſa, & Abbatiſſa, in sibi subditis conuentibus hunc ingressum interdicere potest: Ergo & summus Pontifex sub cuius obediētia & protectione sunt omnium monialium monasteria hunc ingressum proculdubio interdicere valet.

Sed quantum ad monialium extra monasteria egressum est difficultas nō parua. Ad cuius lucidiorem explicationem duo sunt notabilia præmittenda. Primum notabile est, bifariam contingere, prælatum prę-cipere secundum regulam promissam. Primo modo explicite, seu directe: vt quando prælatus subdito iubet aliquid, quod expresse continetur in regula. Altero modo contingit prælatum secundum promissam regulam, implicite, seu indirecte præcipere, vt quando id quod præcipitur, non con-

a Cai. 2.2. q. 88. ar. 11.

b c. 1. de statu regula. libro. 6.

continetur expresse in regula : veruntamen ad eius commodiorem obseruationem vel ad vitandam transgressionem conducit: vt sunt quam plurima, quæ in monachorum ordinibus statuuntur præcepta. Vt quando prælatus instituit cantorem, sacristam, ianitorem & coquum, sine quibus ministerijs regularis obseruantia neutiquam consisteret. Idem etiam est, si prælatus, præcipiat silentium, disciplinam, & quod fratres ad diuinas laudes domino persoluendas in choro conueniant. Conducunt enim hæc ad regulæ pleniorem obseruationem. Et si monialibus Præpositæ familiaritates, & virorum colloquia inhibeat, quis non videat ista hæc ad regulam, vel indirecte pertinere, quandoquidem ad castitatis custodiam expediunt, non parum? Secundum notabile est, id omnino certum esse, quod omnes vtriusque sexus regulares suis astringuntur parere prælatis, quando id, quod præcipitur ad regulam spectat, siue explicite siue implicite: Sic docet Diuus Bonaventura [a] super regulam fratrum Minorum. Vbi exponens illud verbum, obediãt suis prælatis in omnibus quæ promiserunt Domino obseruare, addit ipse, supple, explicite, vel implicite. Et Diuus Thomas, [b] inquit: Subditus tenetur obedire in his, quæ pertinent ad regulam directe, vel indirecte. Et idem D. [c] Thomas sic scribit: Ad regulam pertinere intelligenda sunt non solum ea, quæ expresse continentur in regula: sed etiam illa, quæ quocunque modo ad regulam reducuntur; & obedire in his est de necessitate obedientiæ. Si tamen aliqua sunt, quæ nullatenus ad regulam reducuntur, obedire in huiusmodi non est de necessitate, sed de perfectione obedientiæ. Hæc ille. Ecce iam vides, sanctos hoc Doctores docentes & illa ad regulam pertinere quæ quocũque modo ad regulam reducuntur. Obserua verbum, quocunque modo. Non inquit Diuus Thomas, quæ ad illam reducuntur, tanquam media necessaria ad sui obseruantiam, sed ait, quæ quocunque modo ad illã reducuntur, hoc est, siue directe siue indirecte. Quare & illa re vera ad regulam pertinent, quæ ad commodiorem & puriorem regulæ obseruantiam conducunt. Quo fit illud non esse supra regulam, aut supra votum, quod ad regulam, quomodocunque siue directe, siue indirecte spectat, & reducitur. Idem tenent Syluester, [d] & Corduba.

a D.Bonau. sup reg.c.20

b D.Tho.in 2.sent.d.vlt. q.3.

c D.Th.ibi q.10.art.10.

d Sylu. relig.10.6.§ 6.& Cord. supr. reg.fiat.mino c.10.q.2 in.1.puncto

Sed & rationibus probatur hoc secundũ notabile. Prima ratio est: Omnes regulares, seu monachales ordines vltra ea, quæ in regula expresse continentur, autoritatem habent sua condendi statuta, quibus ea præcipiuntur, quæ ad commodiorem regulæ obseruantiam spectant: & subditi eius modi statuta seruare astringuntur: non ob aliud, nisi, quia ad regulam implicite seu indirecte spectant. Verum est ergo, quod in secundo notabili asseritur. Præterea Ecclesia omnibus fidelibus præcipit ieiunium quadragesimale, & alia ieiunia, & delectum ciborum, & clericis præcipit cælibatum, quæ omnia grauia sunt ac difficilia. Et quanquam hæc non continentur expresse in Euangelio, nec sint media necessaria ad legem Dei seruandam; veruntamen, quia implicite & indirecte ad illam commodius & facilius obseruandam conducunt ad eorum obseruantiam obligamur atque abstringimur. Et cum Christus [e] Saluator noster præcepta Pharisæorum, vocasset, grauia & importabilia, subdit. Omnia quæcunque dixerint vobis seruate & facite.

e Matth.23.

His sic constitutis id certissimum esse cẽseo, quod Ecclesia omnibus monialibus cuiuscunque sint ordinis, eis etiam, quæ non vouerunt, neque vnquam seruauerunt perpetuam clausuram, potest imponere clausuram, ne vnquam monasterij septa egrediantur. Sic tenent glossa, [f] & communiter scribentes, vbi nullus de hoc dubitat, Angelus, Florentinus, & Syluester. Qui inquit, omnes moniales teneri ad perpetuam clausuram, iuxta decretum Bonifacij [g] Octaui: quia strictior vita regularibus potest imponi in his, quæ conducunt ad suam professionem commodius obseruandam. Hæc Sylvester, & id ipsum tenet Nauarrus. [h]

f Glos. vbi communit. scribẽtes in d.c. periculoso. Ange. v.religiosus §.30. Floré. 3.p.tit.16.c. 7.§.3. Sylu. v.relig.7.§. 16.

g In.d.c.periculoso.

h Nau.in.c. statuimus. n.40.

Probatur etiam hæc ex secundo, quod permisimus notabili: Regulares prælato precipienti id, quod ad regulam quocunque modo reducitur, & spectat directe, siue indirecte, explicite, siue implicite, parere tenentur. At quis non videat, præceptum de clausura, ad regulam reduci directe seu indirecte, siquidem ad commodiorem & puriorẽ castitatis obseruantiam, conducit? Ergo Ecclesia hanc clausuram monialibus valet imponere. Fateor clausuram, ad obseruanda quæ promiserunt vota, non esse medium

neces-

necessarium: sed est valde accommodatum, ad eorum obseruantiam,&sine quo sunt occasiones & pericula professionem minus pure seruandi.

Confirmatur:Nam & Bonifacius octauus & deinde œcumenica Synodus Tridentina, vt protinus notum faciam, hanc monialibus perpetuam clausuram, de facto imposuerunt:ergo imponere poterunt. Et quidē postquam hæc clausura abEcclesia iussa est, iam de Ecclesiæ autoritate ad eam præcipiendam dubitare non licet;alias diceremus Bonifacium Octauum,& generale Tridentinum Concilium decreta edidisse,quæ condere non valebant. Confirmatur & explicatur præterea nostrum assertum. Nam tempore,quo hoc decretum concedebatur, dubitarunt Patres Concilij in Sanctę Synodo Tridenti congregati de Ecclesia autoritate, ad hanc indicendam clausuram, & decreuerunt, quod Ecclesia id præcipere possit, & defacto præceperunt. At post decretum iam conditum de Ecclesiæ autoritate dubitare fas non est. Sic docet optime Diuus Augustinus, [a] dicens,in his temporalibus legibus quanquam de his homines iudicent cum eas instituunt, tamen cum fuerint institutæ & firmatæ non licebit iudici de ipsis dubitare, sed secundum ipsas iudicare.

a Augusti.li. de vera relig. habent. in.c. in istis dist. 4.

## *Ad argumenta.*

SVnt autem pleraque argumenta, quæ negantem partem suadere videntur. Nempe,quod Ecclesia non possit ad clausuram, compellere eas moniales, quæ eam non vouerunt,neque vnquam seruauerunt. Diuus enim Bernardus in libro de præcepto & dispensatione sic scribit: Nihil præcipiat mihi prælatus eorum,quę non promisi:nihil prohibeat eorum quæ promisi. Subditus per legem obedientiæ non est congendus vltra promissum. Et Diuus Thomas [b] pertractans hanc quæstionem,vtrum religiosus teneatur suo prælato in omnibus obdedire,inquit:Religiosi non tenētur obedire prelato in his,quæ sunt arctiora,quam regula:sed in his obedire est obedientię perfectę.Et infra; Obedientia non se extendit vltra ius, vel potestatem prælationis,quæ quidem limitatur secundum regulam, religiosus nanque non tenetur ad plura, quam seculares, nisi quatenus se per votum obligauit:sed religiosus per votum, professionis non obligatur, ad obediendum nisi secundum regulam: ergo non tenetur in pluribus obedire, quam quæ sunt secundum regulam. Alias si obedientię generalitas non determinaretur secundum regulam,omnes religiosi ad idem tenerentur,& sic esset religionum confusio. Hoc ibi.Hoc ipsum tenet Ioannes, [c] Gerson in tractatu de vita spirituali. Et ipse idem Diuus Thomas alibi ait:Religiosi obedientiam profitentur,quantum ad regulare conuersationem,secundum quam suis prelatis subduntur. Et ideo quantum ad illa solum obedire tenentur, quæ ad regularem conuersationem pertinere possunt. Et hæc obedientia est sufficiens ad salutem. Si autem obedire voluerint etiam in alijs, hoc pertinebit ad cumulum perfectionis.Diuus Bonauentura [d] disputans, vtrum religiosi suis prælatis teneantur obedire in omnibus quæ non sunt contra Deum inquit: Si loquamur de obedientia secundum necessariam obligationem,hæc habet terminum,& mensurarum iuxta magnitudinem voti emissi, tantum enim tenentur, obedire suis prælatis in his, quæ promiserunt Domino obseruare. Vnde si prælatus aliquid præcipiat, quod sit supra votum, subditus non tenetur ad illum implendum. Et ideo concedendum est, quod religiosi non tenētur obedire prælatis suis in omnibus, licet sanum sit consilium, quòd obediant in omnibus, quæ non sunt contra Deum. Et infra addit: Obtemperare in omnibus, quæ dicuntur non tantum est difficile, sed est impossibile: & ideo fines ponuntur promissioni obedientiæ.Hęc ille.Ad idem est glossa [e] iuris canonici dicens;Monachis non potest imponi arctior regula:Ex his omnibus præmissis contra assertionem nostram sic colligo argumentum: Sed huiusmodi generalis & perpetua clausura est arctior, quam sit monialium regula, & est supra votum promissum:ergo Ecclesia non potest illam præcipere: & consequenter quantum ad hoc nec moniales parere astringuntur.Et confirmatur.Nam Diuus Gregorius,prout refertur in decreto [f] ait;iustum est,vt nemo cresc ere compellatur in vitijs. Et Nicolaus Papa [g] sic scribit. Quod quis non eligit, nec optat,profecto non diligit quod autem non deligit,facile contemnit. Nullum ergo imponatur.Et apud Matthæum [h] inquit Christus Dominus:sivis perfectus esse,vēde omnia

b D.Tho.q. 10.ar.10.

c Gerson. lect.5.&.6.

D.Tho.2.2. q.104.ar.5. ad 3.

d D.Bonau. in.2.d.vlt.q. vlt.

e Glo.in.c. relatiua ne:

f c.Gesta.74 dist.

g c.præsens 20.q.3.

h Matth.19.

omnia, quæ habes, & da pauperibus, & sequere me. Et ibidem; Sunt Eunuchi, qui se ipsos castrauerũt, propter regnum cælorum.

a 1. Corint. Et D. Paulus [a] scribens ad Corinthios ait: De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do. Vnde inquit Ambrosius, [b] integritas corporalis expectanda est à nobis, quam ego pro cõsilio suadeo, non pro imperio præcipio. Et Glossa [c] sic ait: Hinc colligitur argumentũ, quod monachi nõ possunt inuiti compelli ad districtiorem vitam, quia res est magis voti, quã præcepti, & magis liberæ volũtatis, quã coactionis. Ergo huiusmodi clausura inuitis & renitentibus monialibus non est imponenda.

b Habet. in c. integritas 32. q. 1.

c Gloss. ibi v. voti.

Sed istæ obiectiones facile diluũtur. Huiusmodi nanq; clausura non est super regulã, nec supra votũ, nec est arctior, quã regula. Hoc patet ex secundo notabili, quod nuper præmisimus. Ad regulam siquidem pertinent non solum ea, quę expresse continentur in regula, sed etiam illa, quæ ad regulam quomodocunq; reducuntur: sicut docent D. Thomas, & D. Bonauentura, & cæteri autores, quos supra citauimus. Et iuxta dictam distinctionem sunt intelligendi autores in obiectionibus citati, sicut ipsi ibidẽ se ipsos exponunt. Monialium autem clausura, cum pertineat ad commodiorem castitatis custodiam, non est arctior, quam regula, neque supra regulæ votum. Et hæc est volita antecedenter in sua causa, nempe, in voto obedientiæ.

## ARTICVLVS II.

### *Vtrum omnium monialiũ generalis clausura præcipiatur ab Ecclesia.*

d c. periculoso de statu reg.

e Gab. in 4. d. 38. Caiet. in summ. v. monachi & moniales.

f Andre. in nouel. supr. d. c. periculoso.

g Victor ca. suum lib. 6.

h Con. Trid. sess. 25. de reg. c. 5.

RESpondeo dicẽdo, q̃ Bonifacius [d] VIII. omnibus monialibus præceptũ imposuit clausurę: sed eius decretalis per contrariã consuetudinẽ scitã & notani & ab ipsis Romanis Pontificibus derogata fuit; prout tradit Gabriel [e] & Caietanus. Et Ioãnes [f] Andreas ait, in Gallia non fuisse receptam: & quod ipse viderat Venetijs non seruari. Et Victor [g] casuum testatur, moniales quasdã à perpetua clausura fuisse defensas per senatum Parlamenti à conantibus ad clausuram cogere. Et in nostra Hispania certo scimus hanc Bonifacij clausurã nũquam fuisse alicubi seruatam. At Concilium [h] Tridentinum Bonifacij constitutionem renouauit; subdens post renouationem. Nemini sanctimonialium liceat post professionem exire à monasterio, etiam ad breue tempus, quocunque prætextu. Ex quo hanc colligo argumentationẽ: Conciliũ generaliter omnibus sanctimonialibus imponit clausurã: sed quæ illa nõ vouerũt neq; vnquam seruauerũt sanctimoniales sunt: ergo ad eã seruãdã astringũtur. Et quidem, cum minor pars sit earum, quæ non vouerũt, quomodo vere possumus dicere: Nemini sanctimonialium liceat exire, si omnibus, quæ clausuram non vouerunt, exire fas esset? Quod & hoc exemplo manifestius fiet. Si enim Concilij generalis decreto sic statueretur, Nemini regularium post professionem carnes comedere liceat, quis diceret, quod hoc decretum eos duntaxat regulares comprehenderet, qui vt carnes nõ ederent voto se astrinxerãt? Quis non videat, quod hoc decreto omnes cõprehenduntur regulares? Præterea, si Cõcilium sic statueret: Nemini Regularium liceat decætero aliquid in communi possidere; quis diceret hoc decreto eos duntaxat comprehendi, qui se nihil in cõmuni possidere vouerunt, & non potius omnes. Vere ergo Cõciliũ nostram probat assertionẽ. Hoc ipsum probant & secundo eiusdẽ concilij verba vbi sic legitur: Hæc omnia & singula in superioribus decretis contenta obseruari sancta Synodus præcipit in omnibus monasterijs quarumcunque sanctimonialium virginum atq; viduarum; etiam si illę viuant sub gubernio militiarum etiam Hierosolymitani, & quocunq; nomine appellẽtur, sub quacunq; regula, vel cõstitutionibus, & sub gubernatione cuiuscunq; ordinis Mendicantium, vel non Mendicantiũ, vel aliorũ regularium, monachorũ, aut Canonicorũ quorũcunq;; nõ obstãtibus earũ omniũ, & singularũ priuilegijs sub quibuscunq; formulis verborũ conceptis, etiã in fundatione obtentis necnon constitutionibus, & regulis etiã iuratis atque etiam cõsuetudinibus immemorabilibus. Hactenus Concilium ibi.

i d. sess. c. 11.

Circa quod Decretũ obserua primo, quod volẽs sacra Synodus hoc loco explicare de quibus monialibus ibidẽ appositа decreta, sint intelligenda, addit hoc vltimũ decretũ. Quasi diceret; quæris de quibus monialibus sit intelligendũ quintũ supra positum decretum simul cum alijs decretis reformationis monialium pertractantibus, Respondet sancta Synodus dicens. Hæc omnia & singula decreta obseruanda sunt in omnibus mona-

monasterijs, quaruncunque sanctimonialium,virginum ac viduarum.Ex his verbis sic colligo. Sed quintum decretum clausuram indicens est vnum de superioribus decretis: ergo illud de quibuscunque sanctimonialibus est intelligendum. Cum autem sint plures religiosæ fœminæ,quæ non vocantur sanctimoniales, videtur forsan has sub hoc decreto nō comprehendi. Ad quod excludendum subdit sancta synodus: Hæc intelligenda sunt de quibuscunque sanctimonialibus,virginibus,ac viduis,& quocūque nomine appellentur. Quod clarius expressit Bonifacius [a] Octauus, qui has non sanctimoniales, sed moniales nuncupat.

a in d.c.periculoso.

Sed rogatus iterum, nunquid sub hoc decreto, & illæ comprehendantur, quæ ex sua regula ad clausuram non tenentur? Ad hoc respondeo, quod vt has etiam comprehenderet addidit:Hæc decreta seruanda sunt à quibuscunque sanctimonialibus,sub quacunque regula,& constitutionibus viuant,non obstantibus constitutionibus & regulis etiam iuratis.

b d.c.5.

Obserua autem sacrum concilium [b] addidisse:Indultis quibuscunque, & priuilegijs non obstantibus. Alibi autem idem concilium [c] dicit: non obstantibus priuilegijs sub quibuscunque formulis verborum conceptis, etiam in fundatione obtentis, & non obstantibus consuetudinibus immemorabilibus. Ex quibus verbis patet, Moniales ad clausuram esse astringendas,etiam si habeant priuilegia in fundatione obtenta, quod non compellantur ad clausuram: & etiam si sit ibidem immemorabilis consuetudo non seruandi clausuram.

c d.c.22.

Quod si quæras,quid de monialibus,quæ ordinibus nō mendicantibus,sed vel monachis,vel canonicis subdūtur? Respōdet prædictū decretum: Hæc seruanda sunt à quibuscunque monialibus, siue subdantur ordinibus Mendicantibus, vel non Mendicantibus,siue monachis aut canonicis quibuscūque. Quod si scire cupis quid de monialibus quæ viuunt sub gubernio militiarum,vt Diui Ioannis Baptistę,& Diui Iacobi,audi sanctam synodum dicentem: Hæc seruanda sunt à quibuscunque monialibus etiāsi illæ sub gubernio Militiarum,etiam Hierosolymitanæ viuant.

Circa hæc verba obserua,patres non ignorasse has moniales clausuram non vouisse. Imo hoc illis compertissimum erat; & stante hac scientia inquiunt, singula prædicta decreta, ab his etiam seruanda fore. Quare apertissime ex dicto decreto [d] deducitur etiam, eas moniales, quæ clausuram non vouerunt ad eam astringi,atque teneri. Iam vides quam aperte sacrosanctum Concilium definierit, omnes, & singulas moniales sub quocunque gubernio,& regula viuant ad clausuram teneri.

d d.c.22

Pro huius decreti [e] intelligentia prænotā dū est illud Iurisperitorū vulgare principiū scilicet,quod ea quæ in præfationibus dicuntur in fine repetita esse censentur: pro vt dicunt multa iura [f] vbi notant Doctores. Quare cum hoc vltimum decretum dicat prædicta omnia, & singula de quibuscunque monialibus intelligenda per inde est,ac si in quolibet decreto diceretur, intelligatur hoc de quibuscunque monialibus sub quacunque regula viuentibus. Et hæc clausula ad finem omnium decretorum apposita eandem vim habet,ac si singulis decretis apponeretur, & in singulis repetita esse censeretur. Quod vt manifestius fiat, obserua præterea,quod sacræ synodo non sat visum est dixisse,quod intelligantur supradicta omnia decreta de quibuscunque monialibus,sed addit:omnia & singula,si enim tantum dixisset, omnia,videretur hæc clausula generalis,& cū generales clausulæ patiātur non raro fallentias & exceptiones, tunc forsan dubitandi locus relinqueretur. Verum ad omne dubiū amouendum addit sancta synodus, omnia & singula. Quibus verbis hæc clausula non generalis,sed specialis censetur.

e d.c.22.

f c. secundo requiris de appellatione. vbi Decius.

Instabis tamē,quādoquidē Sācta synodus voluit in dicto quinto capite sessionis vigesimæ quintæ de regularibus de quibuscūq; monialibus inteligi,cur hoc nō expressit in eodē decreto, sed illud ad vltimū vsq; reseruauit exprimendum? Respōdetur,q; reuera hoc sufficiēter explicatū est in eodē decreto quinto, quādoquidē Bonifacij VIII. cōstitutio ibidē renouatur. Et præterea in eodē decreto generaliter præcipitur, q; nulli sanctimonialium liceat à monasterio exire, etiā ad breue tempus. Aliter & secūdo respōdeo,consulto hoc fecisse sanctā synodū. Statuerat nāq; plura de monialiū reformatione decreta, quæ omnia & singula à quibuscunque monialibus seruari voluit: & quia longum esset ac molestum vnicuique decreto hanc clausulam apponere, hoc intelli-

telligitur de quibuscunque monialibus, sub quacunque regula, & sub quocunque gubernio, etiam militiarum viuentibus, non obstantibus priuilegijs,& consuetudinibus. Esset enim hæc clausula tam longa toties repetita molesta nimis. Quare Spiritu Sancto ducta Sancta Synodus ad finem omnium decretorum, de reformatione regularium, apposuit vltimum decretũ; quo explicaret de quibus monialibus sint intelligenda omnia,& singula supra dicta decreta. Præterea & Patres intellexerunt, quod eandem vim haberet hæc clausula ad finem omnium opposita,ac si singulis apponeretur: ideò consultissime in finem apponendam patres reseruarunt. Simili consilio vsa est sancta Synodus. Cum enim plures patrum instanter peterent,quòd clausula illa,salua semper autoritate Sedis Apostolicæ, quam pluribus apponeretur decretis, meliori consilio ducta non apposuit illam singulis decretis;sed ad finem totius Concilij generale apposuit decretum dicens. Omnia & singula decreta salua semper Sedis Apostolicæ autoritate intelligi debere. Intellexit enim sancta Synodus, quod hæc clausula pluries repetita legentibus esset molesta: & præterea quòd ad finem apposita eandem vim haberet, ac si singulis apponeretur decretis, & in singulis repeteretur.

Tertio & principaliter hanc assertionem probant alia eius quinti decreti verba. Ait nanq; sancta Synodus;Sanctimonialiũ clausuram, vbi violata fuerit, diligenter restitui Episcopis præcipit.Primo sub ostentatione diuini iudicij. Secundo eisdem Episcopis præcipit, quod inobedientes atq; contra dicentes, per censuras Ecclesiasticas cõpellãt. Et tertio præcipit,vt procedant appellatione postposita. Quarto præcipit,quod inuocẽt,si opus fuerit brachij secularis auxiliũ. Quinto omnes principes Christianos ad eiusmodi auxilium, præstandum hortatur. Sexto & vltimo omnibus magistratibus secularibus sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda præcipit,vt hoc auxiliũ præbeant.Hactenus decretũ. Et reuera facillimum est,ex his verbis sanam ac verisimã huius decreti colligere intelligentiam.

Pro cuius rei explicatione,primo obseruã dũ est, cõmodissimam viã ad dignoscẽdum venialia à mortalibus colligi ex ipsa pœna à lege inflicta. Vis cognoscere de aliquo peccato veniale sit,aut mortale, recurre ad scripturas. Ex quibus vel pœnas æternas, vel corporis mortẽ cõminatur,scriptura, ea indubitato crede esse peccata mortalia. Quæ autẽ leuioribus pœnis castigat venialia esse scito,prout in nostra Sũma confessorum & supra tomo isto late tetigimus.Simili via cõiecturari licebit, an lex loquatur de arduo aliquo ac difficillimo præcepto valde,an de leuissimo,recurrendũ enim est ad media à lege præcepta ad eiusdem mandati,executionẽ.Si enim lex requirat ardua atq; difficilia media,qualia exigere solet,quoties aliquod arduum præcipit ac difficillimum, profecto coniectura est non leuis, quod illa lex aliquod arduum imponat præceptum.Si autẽ circa executionẽ leuissime procedit, signũ est,quòd nõ arduũ sed leue aliquod iniũgat præceptum. Hanc differentiã docet ipsa rei natura,& lumen ipsum rationis,quod signatum est super nos.Cũ autẽ in proposito dubitemus,vtrũ sanctũ istud decretum imponat leue aliquod præceptũ, cuiusmodi est, quod moniales quæ clausurã vouerunt illã seruent,quod quidem leuissimum est, an verò arduum & difficile imponat, quale est, quod omnes moniales etiã quæ clausuram non vouerunt ad illã astringãtur, obseruemus iam, quæ media lex requirat ad huius executionẽ facilia an difficilia. Et hinc colligemus,an præceptũ facile sit an difficile.Ob seruauimus autẽ in huius argumentationis initio sex media ad clausuræ executionem præcipi à sacra Synodo, quæ non nisi pro difficillimæ rei executione lex ecclesiastica præcipere solet. Si autẽ sancta Synodus, id duntaxat præciperet,quod,scilicet, moniales quæ clausurã vouerũt illã seruent,quod leuius poterit imponere præceptũ?Et si hoc tantũ præciperet,quorsum tam facilis præcepti executionem præciperetEpiscopis sub ostentatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ?Et vt contradicentes cõpescant per ecclesiasticas censuras? Et vt procedant appellatione postposita?Si id duntaxat sancta Synodus præciperet quod clausuræ votũ seruaretur quis, quæso cõtradiceret?Qua fronte,quis appellaret? Quorsum pro tã leuissima re pœna excõmunicationis ipso facto incurrenda magistratibus sæcularibus,auxilium denegantibus,iniũgeretur? Quorsum ad id præstadum S.Synodus,omnes Christianos, principes hortaretur? profecto hinc euidentẽ collectionẽ mihi colligere videor,nẽpe,S.Synodũ,intellexisse

xisse præceptum quod de clausura in hoc decreto quinto monialibus, imponebatur, non leue aliquod aut facile præceptum: sed arduum & difficile: siquidem ad eius executionem omnia appoluit media, quæ pro difficillima re implenda apponi solent. Crede mihi, quod in materia morali non sunt exigendæ mathematicæ demonstrationes. Sed hic est efficacissimus demonstrādi modus, quo nostra hæc assertio euidenter demonstratur. Quæ etiam efficax argumentatio colligitur euidenter ex decreto [a] Bonifacij octaui, vbi Bonifacius huius clausuræ executionē, sub eodem termino Episcopis, & alijs prælatis districte præcipit.

a c.periculoso. §. fin.

Confirmatur etiā: Nam Salmanticę anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, fuit celebratum concilium prouinciale Compostellanum. Et cū patres congregati sacri Cōcilij Tridentini decreta executioni demandare vellent aliquorū Theologorum sentētias circa huius quinti decreti intelligentiam audire voluerunt. Et inter cætera de hoc publice disputarūt, ac sententias suas protulerunt tres Theologi, qui Cōcilij Tridentini celebrationi præsenti decreto præsentes fuerant, nempe, sapientissimus Magister Franciscus Sāctius postea Episcopus Sergobiensis, & pater frater Ioannes Ramirez, meæ prouinciæ S. Iacobi Regularis obseruantiæ minister, qui nomine generalis nostræ sacræ Religionis eius vicem & vocē habuit, in prædicto decreto edendo & à catholico Rege nostro Philippo fuit missus ad hanc sanctam synodum, tanquam vir literis religione & prudentia illa ętate pręstantissimus; & magister Pater frater Ioannes Gallo ordinis Prædicatorum. Qui omnes nemine dempto præfatam assertionem veram ac tenendam asseruerunt, quam etiam tenet doctissimus [b] Nauarrus. Sed non desunt aliqua argumenta cōtra hanc partem: quibus operę pretiū est respondere, vt cunctis magis pateat hæc veritas.

b Nauar. in c.statuimus n.40.

## *Ad Argumenta.*

Primo arguitur, ex decreto Concilij Tridentini. Vbi postquam præfatam constitutionem Bonifacij octaui approbat, sicait: Præcipit sancta Synodus vniuersis Episcopis, vt in omnibus monasterijs clausurā sanctimonialium, vbi violata fuerit diligenter restitui, & vbi inuiolata est, conseruari maxime procurent. Hæc ibi. Ex quibus verbis sic colligo, in monasterijs monialium quę neq; ex voto, neq; ex regulæ prępcepto ad clausuram adstringuntur violata nō est, siquidem viuunt iuxta suum institutū & regulam. Ergo nulla est ibi clausura per episcopos restituenda, neque moniales ad vlteriorem, seu strictiorem tenentur. Hoc argumentum petit horū verborū intelligentiam. Pro cuius explicatione obserua, hoc decretum in sui initio antequā Episcopis illud iubeat, monialibus vniuersis clausurā indicere: cū dicat Sācta synodus, Bonifacij octaui cōstitutionem quę incipit, periculoso, renouare. Tum sic: Sed Bonifacij constitutio cūctis monialibus prępcipit clausuram: ergo & sacrū Conciliū hanc cōstitutionē renouās, eandem quā instituerat Bonifacius, prępcipit clausuram. Quod, si scire cupis quęnam sit hęc clausura quam renouat sancta synodus, subdit hoc decretū: Nemini sanctimonialium liceat exire à monasterio, & nemini intra septa monasterij ingredi liceat. Et postquam, hanc prępcipit clausurā, eius executionem Episcopis committit dicens: Sancta synodus constitutionem Bonifacij octaui renouās, Episcopis prępcipit in omnibus monasterijs clausura monialium, vbi violata fuerit diligenter restituatur. Sic intelligit hoc decretū, Gregorius XIII. in extrauaganti *Deo sacris Virginibus* in sui initio dicens: Post Tridentinū decretum, quo Bonifacij institutio renouatur, ne aut ipsis monialibus ex monasterijs suis egredi, aut vlli cuiuscūque sexus personę ad eas ingredi liceat. Et prętera vniuersis Episcopis prępcipitur, vt in omnibus monasterijs clausuram monialiū, vbi violata fuerit, restituant. Hęc omnia approbauit Pius V. Hęc ibi. Sensus ergo huius decreti est: Renouamus Bonifacij constitutionem, quod nemini monialiū liceat exire, & post huius prępcepti, impositionem Sancta synodus, Episcopis prępcipit, vt quoties in suis visitationibus nouerint hanc clausuram esse violatam, vel nō seruatā eam seruari seu restitui diligēter procurent. Et pro euidentiori huius intellectus confirmatione, sunt verba concilij considerāda. Et primo illud futuri temporis verbū, vbi violata fuerit: quod perinde significat, sicut, vbi in posterum siue post hęc violata fuerit. Cum enim lex non prętęritum, sed futurum semper respiciat, hinc est, quod lex ista futura prospicit violationem, & ei subueniri ac mederi intendit.

c Concil. Triden. sess. 25. de regu. c.4.

Obserua secũdo, quod tunc violatur clausura, quando lex clausuram præcipiẽs violatur, seu non seruatur. Violatio nanque idem est quod legis transgressio. Si enim nulla esset lex clausuram præcipiens, nulla profecto clausura violatur, si lex eam præcipiẽs minime seruatur.

Obserua tertio, quod cum duplex reperiatur lex de clausura: Altera est votum ipsum seu regulæ præceptio, quo inclusæ moniales ante Tridentinum Cõcilium ad clausuram tenebantur. Altera est lex ecclesiastica in Tridentino Concilio sancita. Sic etiam duobus modis contingit clausuram violari. Si enim in monasterijs ex voto, vel regulæ præcepto inclusis nõ seruaretur, tũc vtraq; lex & votũ, seu regulę præceptum, & præterea lex ecclesiastica violaretur. Sed si in monasterijs, vbi moniales ad eã nõ tenẽtur ex voto, seu regulæ præcepto nõ seruaretur, tũc tantũmodo violaretur ecclesiasticum præceptum, propter quod clausura violata censeretur.

His sic constitutis facillimum est, ad formam argumenti respondere. Præmissarum enim huius discursus minor est falsa. Nam si in monasterijs, neque ex voto, neque ex regulæ præcepto ad clausurã astrictæ moniales, à monasterio exeant, clausura violatur. Quamuis enim viuant secũdum suum institutum & regulam: violant tamen hoc ecclesiasticum de clausura præceptum. Curẽt ergo diligẽter episcopi clausuram vbi violata est restitui. Cum enim omnibus monialibus ecclesia legem imposuerit de clausura seruanda, si moniales à claustro exeant, violatur quidem clausura, non ea ad quam ex sua regula tenerentur, sed ea, ad quam ex hoc ecclesiastico præcepto astringuntur. Fateor ergo, quod in huiusmodi monasterijs, quãuis moniales à claustro exirent, clausura nõ erat violata, ante Concilium: quia cum non esset lex recepta illam prohibens consequẽter, neque erat violatio, seu transgressio legis. At nunc stante hoc decreto ex hac lege ecclesiastica talis exitus violatio esset legis, & consequenter clausura esset violata. Hoc est fortissimum argumentum contrarię partis: propter quod vnum, aliqui de hac nostra assertione dubitauerunt: imo partem oppositam tenuerũt: qua propter, prolixius quã par erat in eius solutione fum immoratus.

Manifestatur autem exẽplo veritas istius solutionis. Si Sacra synodus omnibus regularibus præceptũ ieiunandi bis in hebdomada aut perpetuam ab esu carnium abstinentiam imponeret, & rursum diceret: Curent autem Episcopi, vbi hæc abstinentia, vel ieiunium fuerit violatum, seruetur: & sint aliqua monasteria, in quibus hoc ieiunium vel abstinentia non seruatur, reuera abstinentia & ieiunium, ibidem sunt violata. Quod si dicas, isti seruant suam regulam, iuxta quã ad huiusmodi ieiunium, vel abstinentiam non astringuntur: ergo hæc non sunt violata: consecutio re vera nullius momẽti est: nam violata est. Quamuis enim ad eam ex vi suæ regulæ, non sint astricti, astringuntur tamen ab ecclesię præcepto, propter cuius transgressionem, & ieiunium & abstinentia violata censentur: atque ideo prelati ea seruari curabunt.

At dicis: Concilium vti verbo restitui, inquiẽs: Sancta synodus Episcopis præcipit, vt in omnibus monasterijs, clausuram sancti monialiũ vbi violata fuerit diligenter restitui curent: sed restituere est relarcire seu in pristinum statum reponere: ergo clausuram restitui non est aliud quam eam reponi in pristinum, seu antiquum statum, iuxta vniuscuiusque institutum, & regulam; Respondeo, quod verbum, restitui curent, perinde significat in hoc loco, sicut seruari curẽt. Hic sensus colligitur ex præcedẽtibus & cõsequẽtibus huius decreti verbis, & summos pontifices Pium quintũ, & Gregorium tertium decimum, sic intellexisse, ex suis extrauagantibus iam citatis, satis constat. Præterea, verbum restituere, inter cęteras, quas habet, significationes, significat, sicut est autor Calepinus, idem, quod instaurare seu reficere. Cicero in Topicis inquit. Si cui vsusfructus alicuius domus legatus sit, si domus corruerit, hęres non est restituturus: quod perinde significat, sicut non est instauraturus, aut refecturus domum. Significant ergo huiusmodi decreti verba, clausura restituatur, idem, quod clausura instauretur, in suã dignitatem atque ius reponatur. Quare cõsultissime Sancta synodus verbo, restitui, vsa est. Viderat enim olim clausuram præceptam, & antiquatam, & propterea iubet eã restitui, id est, instaurari, reponi in suum ius, & dignitatem in suum antiquum statum, vel quem aliquando habuit tempore Bonifacij, vel quem iuxta eiusdem cõstitutionem, habere debuisset. Ad hunc ergo sensum, clausura renouatur, instauratur & restituitur.

Ter-

Tertium argumẽtum ſumitur, ex eodem Concilio [a] Tridentino: vbi ſic decernitur: Mobilium vſum ita ſuperiores permittant vt ſupellex ſtatui paupertatis, quam profeſſi ſunt regulares, conueniat. Hæc ibi. Tunc ſic arguo: regulares habent inæqualem mobilium vſum. Alij enim habent ditiorem, & alij ſtrictiorem ſeu pauperiorem, non ob aliud, niſi, quia eorũ ſupelex ſtatui paupertatis, quã profeſſi ſunt cõuenire debet: ſed monialium clauſura ſtatui ſuæ profeſſionis conuenire debet: ergo non omnibus erit æqualis, ſed quibuſdam laxior, & quibuſdã ſtrictior.

[a] In eadem ſeſsio. c. 2.

Huic argumento reſpondetur, diſparem eſſe rationem. Concilium nanque ibidem expreſsit, quod regulares habeãt mobilium vſum qui paupertati, quam profeſsi ſunt cõueniat, & non inquit, omnes habeant æquiparem vſum, ſed iuxta regulam quam profeſsi ſunt. Cum autem aliquæ regulæ ſint ſtrictiores, & aliæ laxiores quãtum ad vſum mobilium Concilium definit, quod non omnes regulares teneantur ad æqualem paupertatem, quantum ad vſum. Et eodem modo de clauſura monialium loqueremur, ſi cõcilium diceret, ſeruent omnes moniales clauſuram iuxta ſuum inſtitutum, & regulam. Tunc enim non tenerentur omnes ad eandem clauſuram, ſicut bene probat argumentum. Verum cõcilium non ſic loquitur: ſed omnibus monialibus eãdem impoſuit clauſuram, dicens: nemini ſanctimonialium liceat exire. Vnde iam patet, quod ratio in argumento aſſumpta nihil concludit aduerſus noſtram aſſertionem.

Quod ſi rurſum inſtes; ſi omnes moniales tenẽtur ad æqualem clauſuram, iam videretur, quod omnes in profeſsione debent vouere clauſuram, huic obiectioni reſpondetur, quod imo non tenentur, eam vouere, cum ad eam non ex voto, ſed ex eccleſiæ præcepto aſtringantur, ſicut fideles omnes ex præcepto eccleſiæ tenentur, ad ieiunium quadrageſimale; & tamen illud nec vouent, nec vouere tenentur.

[b] ca. 1. eiuſdem ſeſsio.

Quarto arguitur ex eodem Concilio [b] Tridentino, vbi ſic dicitur: Sacroſancta ſynodus, quo facilius vbi collapſa eſt regularis diſciplina inſtauretur, & vbi conſeruata eſt perſeueret, præcipit vt omnes regulares tam viri, quam mulieres vitam inſtruant iuxta regulam quam profeſsi ſunt. Hæc ibi. Tunc ſic colligo: Sancta ſynodus præcipit, vt regulares vitam inſtruant iuxta regulam quam profeſsi ſunt: ſed huiuſmodi clauſura non eſt iuxta regulam, ſed ſupra regulam, quam moniales profeſſæ ſunt: ergo Sancta ſynodus, non intendit eas ad hanc clauſuram obligare.

Huic argumento reſpõdetur, quod cum clauſura reducatur ad regulam, atque proinde ad illam pertineat, tota ratio propter quam inducitur clauſura, eſt, vt moniales viuant iuxta regulam, quam profeſsæ ſunt. Hæc enim clauſura eſt accõmodatiſsimum medium, ad viuendum iuxta regulam, & vt collapſa diſciplina inſtauretur, prout patet ex late ſupra reſolutis.

Quinto arguitur. Quod omnes tangit ab omnibus debet approbari, at lex hæc de clauſura, quæ omnes moniales tangit, non eſt ab eis omnibus approbata: ergo neque eas obligat, neque vim legis habet. Confirmatur. Vt lex obliget, requiritur, quod ſit recepta, & moribus vtentium comprobata: ergo non obligat non recepta. Præterea, eſto, quod aliquando vim legis habuiſſet, iam contraria conſuetudine derogata ſeu reuocata eſt: videtur ergo, quod non obliget.

Reſpondetur huic argumento, quod concilium repreſentat vniuerſalem eccleſiam: ſiquidem ibi ſunt omnes primates, & capita populorum, omnes Epiſcopi & prælati, & omnes omnium religionum prælati generales, ibi etiam adſunt Imperatores & omniũ regum oratores: quare leges, quæ ibi conduntur, vlteriori populi approbatione non indigent. Simile eſt: nam & leges ciuiles, quæ conſentientibus ciuitatum procuratoribus totum regnum repreſentantibus fiunt, quamuis omnes tangant non requirunt vlteriorem populi conſenſum, ſiue approbationem. Et quidem hoc procedit multo fortius in legibus eccleſiaſticis. Eſt enim diſcrimen, obſeruatione dignum inter poteſtatem ciuilem, & eccleſiaſticam. Quod poteſtas ciuilis eſt immediate à tota republica, & à republica deriuatur in Regem: verum poteſtas ſpiritualis & eccleſiaſtica, non eſt immediate in eccleſia, quæ eſt tota collectio fidelium: quare nec Pontifex maximus nec Epiſcopi habent ſuam autoritatem ab eccleſia ſiue à republica Chriſtiana: ac propterea leges eccleſiaſticæ in generali concilio factæ omnes tangentes non requirunt populi approbationem ad hoc vt vim

obligandi habeant. Ex quo infertur, quod ad hanc legem de clausura condendam non requiritur monialium consensus seu approbatio: sed sufficit quod à Papa Pontifice maximo confirmentur, qui à Christo Domino habet iurisdictionem.

## ARTICVLVS. III.

### *Vtrùm extrauagantes Pij V. & Gregorij XIII. eandem monialium clausurã obseruari præcipiant.*

REspondeo dicendo, circa clausuram monialium, duas effluxisse à Sede Apostolica constitutiones, vnam Pij V. & aliã Gregorij XIII. Quę quantæ sint authoritatis patet ex his, quæ tradit Ludouicus [a] Gomez. Cuius verba sunt: Nota quod Extrauagans, vt dicunt omnes Doctores, idem operatur, quod lex: & est vera lex generalis & perpetua, quę morte conditoris non recipit mutationem. Sed si extrauagans fuerit ignota, neque reperiatur inserta in aliquo certo volumine, sed vagetur in incertum, & quodam modo delitescat, eadem solennitas est in ea seruanda, quam seruari oportet in regulis cancelariæ. Ad hoc enim, quod similes Extrauagantes innotescãt, & sine aliquo vitio appareant necessarium est, ad cancellariũ recurrere, vt de earũ veritate & certitudine constet, vt sic de eis in posterum non dubitetur. Et ita se habet stylus Curiæ. Crederem tamen, quod quamuis in eius extractione non seruaretur prædicta solennitas; si tamẽ cõtrarius vsus non probetur, & allegetur in causis, q̃ sententia cõtra illas non valeret: siquidẽ est vera lex. Secus autẽ est de regulis cancellariæ: siquidem tales regulæ variantur, per successiones Põtificum, & cum morte concedentiũ expirant. Hæc Gometi[a]. Hoc sic cõstituto, Papa Pius V. in sua extrauagãti, quæ incipit. *Circa pastoralis*: De qua in primo articulo fecimus mentionẽ, sic ait. *Hac perpetuo valitura constitutione inhærentes, etiam constitutioni Bonifacij octaui quæ incipit, periculoso, & decretis Concilij Tridentini super clausurã monialiũ editis, autoritate Apostolica Statuimus atque perpetuo decernimus vniuersis & singulis monialib⁹ præsentibus atq; futuris cuiuscũq; religionis, ordinis, vel militiarũ etiãsi Hierosolymitanæ sint quæ vel iã receptæ sunt, vel in posterũ, in quibus suis monasteriys, siue domibus recipientur, & tacite vel expresse religionem professæ, etiam si conuersæ, aut quocunq; alio nomine appellentur, etiam si ex institutis, vel fundationibus regulæ earum ad clausuram non teneantur, nec vnquam in earum monasteriys, seu domibus etiam ab immemorabili tempore non seruata fuerit, sub perpetua in suis monasterys seu domibus de cætero debere permanere clausura, iuxta formã dictæ constitutionis Bonifacij octaui, quæ incipit, periculoso, in sacro Concilio Tridentino approbatæ, & innouatæ, quam nos autoritate præfata etiã approbamus & innouamus, in omnibus & per omnia ac illam districte obseruari mandamus.* Hactenus Pius V. Quibus verbis nihil clarius pro nostra assertione posset excogitari aut desiderari. Et sic nullus profecto relinquitur dubitandi locus.

[a] Gomez in reg. cancellar. q. 2.

Obserua verbum illud, *vel militiarum etiã Hierosolymitanæ*, vt hinc colligas, ad hanc clausurã astringi omnes moniales, quorumcunq; ordinum militiarum, nedũ S. Ioãnis, sed & sancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, prout annotat [b] Nauarrus.

[b] Nauar. in d. c. statuimus. n. 44.

Obserua præterea, quod hæc verba *In suis monasteriys, seu domibus*, Pro eodem sumuntur & idem significant, scilicet, ædificiũ monialibus dicatum, & septum intra quod sit aliqua ecclesia, vel capella ad faciẽda, vel suscipienda sacra inclusis monialibus necessaria. Sic annotauit [c] Nauarrus. Idem Pius V. infra addit. *Quod si aliquæ moniales forsan reperiãtur, quæ fretæ consuetudine etiam immemorabili, aut statu, vel fundatione regulæ suæ huic clausuræ animo obstinato resistant, ordinarij vna cum superioribus earũ cõpellant easdẽ omnibus iuris &*

[c] Nauar. vbi sup.

*& facti remedijs ad præcisè subeundum & perpetuo obseruandum dictam clausuram. Hæc ibi.*

At dices. Scio Tertiarias Moniales clausuram non vouisse, nec vllo regulari præcepto ad eam teneri, quare de eis optarem egò alij quam Papalē in specie audire definitionem declarantem, an scilicet, Tertiariæ ipsæ ad clausurā teneantur. Satis proculdubio ex supradictis constat, eas sub generali præcepto de clausura cōprehendi, siquidem moniales sunt. Verum tamē vt omnia luce meridiana fiant clariora, audi eundem Piū ibi dicentē: *Mulieres quoq; Tertiariæ seu quæ de pœnitentia nuncupātur, cuiuscunq; fuerint ordinis in congregatione viuentes, si & ipsæ professæ fuerint, ita, vt solēne votum emiserint, ad clausuram præcisè, vt præmittitur, & ipsæ teneantur.* Hæc ibi. Sciebat Romanus Pōtifex has Tertiarias aliquādo vocari moniales, aliquando Hispano sermone, Beatas. Quare vt vtraq; comprehenderet, noluit in sua definitione dicere Moniales Tertiariæ, sed quod ait, Mulieres Tertiariæ. Vt autem istæ clausuræ subdantur duo copulatiue requirit Pius V. Primū est, quod in congregatione viuant: quo fit, vt quæ separatim in suis domibus degūt ad clausurā non astringantur. Alterū & secundum est, q̄ solēne religionis votū emiserint. Vis adhuc apertius cognoscere Pium V. omnes mulieres religiosas solenne Religionis votum habentes, nemine dempta, ad clausuram astrinxisse, audias ipsum ibidem dicentem. *Quod si mulieres, quæ Tertiariæ, seu quæ de pœnitētia dicūtur, cuiuscunq; fuerint ordinis, in cōgregatione viuentes votū solenne non emiserint, ordinarij vna cū superioribus earū hortentur, & persuadere studeāt, vt illud emittant, & profiteātur, ac post emissionem, & professionem eidem clausuræ se subijciant.* Addit infra, quod, si noluerint nullam deinceps in suam congregationem recipiant. Quod & ipsum idem Pius V. in sua extrauaganti, quæ incipit. *Decori & honestati*, de qua infra dicemus, confirmauit.

Quod si adhuc dubites, de intellectu præfati decreti, & prefatarum Pij Quinti Extrauagantium, audias Gregorium tertiū decimū in sua extrauaganti, quæ incipit. *Deo sacris virginibus.* Qui sic ait. *Post sacri Concilij decretum, quo constitutio Bonifacij octaui, quæ incipit periculoso renouatur, prohibet, ne aut ipsis Monialibus è monasterijs suis egredi aut alij cuiuscunq; sexus, aut ordinis personæ ad eas ingredi liceat. Et præterea vniuersis Episcopis præcipitur, vt in omnibus monasterijs clausurā sanctimonialiū vbi violata est diligenter restitui: vbi verò inuiolata conseruari maximè procurent, Piæ memoriæ Pius Papa quintus superiora illa approbauit, atque innouauit eademque omnia etiam in monialibus quarumcunque militiarum, etiam Hierosolymitanę omnibusque alijs religionem tacite, vel expresse professis, quocunque nomine censerentur locum habere decreuit.* Hæc ibi. Quod si scire desideras, an forte Gregorius XIII. huius clausuræ rigorem tēperauerit, vel aliquid mitius circa eā statuerit: audias ipsum ibidem dicentem. *Declaramus præterea, nullis monialibus etiā Tertiarys licere habere ostium, per quod possit introiri ex monasterio in ipsarum monialium ecclesiam exteriorem, in quā secularibus ad missas, & diuina officia patere solet accessus: sed omnino muro obstruendū. Nec itidē licere monialibus, etiā Tertiarijs egredi à ianua monasterij quę est pro clausura ipsius monasterij, etiam ad claudendam aliam vlteriorem ianuam, qua patere solet aditus secularibus, venientibus, vel ad rotā, vel ad crates seu loca colloquijs destinata, quę vulgo parlatoria vocantur, vel ad pulsandam ianuam clausuræ, quæ loca cum saltem*

*pro causis prædictis patere soleant seculari-bis extra clausurã cẽseri debẽt, etiã quo tẽpore clausæ sunt. Deniq; Episcopis præcipim⁹, vt has præsentes nostras literas singuli in sua ciuitate & diœcesi publi cẽt, easque vna cũ prędictis, ac alijs prædi ctis Pij V. & aliorũ prædecessorũ nostrorũ literis & cõstitutionibus & iussionibus pro integra clausuræ instauratione custodia & firmitate editis, inuiolabiliter obseruẽt, & obseruari faciãt, nõ obstãtibus quibuscunq;.* Hæc ibi. Circa q; ait

a Nauar. in d. ca. statuimus. n. 57.

[a] Nauarrus: his verbis duo per se patẽtia, & noua statui, quæ & si iusta sint, & prouida, multis tamen vt arbitror, dura videbuntur, nisi secum reputent, multorum huius sęculi virorum petulantiã, procacitatem, & malitiam sanctimoniæ sanctimonialium inimicam, fuisse causam ea statuendi. Hæc ille.

Eadem hæc assertio adhuc comprobatur ex literis in forma Breuis eius sanctissimi Gregorij XIII. missis Domino Ioanni Manueli tunc Çamorensi, & postea Segũtino Episcopo. Cui in forma breuis dati sub annulo piscatoris die vigesima secunda septembris, anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo, Pontificatus sui anno primo cõ misit, vt ipsas Tertiarias in sua diœcesi existentes ordinario subiectas ad clausuram compelleret, & subiectæ regularibus per earum superiores Regulares, ad eandem clausuram compellerentur.

Sed vnum quod dam restat dubium resoluendum. Nam Gregorius XIII. in bulla, quæ incipit: In tanta negotiorum mole data Romæ pontificatus sui anno primo, reuocauit omnia, quæ Pius Quintus, eius prædecessor ediderat in fauorem regularium, reducendo ea ad terminos iuris communis, & Concilij Tridentini decreta: & sic videtur Gregorius XIII. derogare ea, quæ ad clausuram pertinent monialium per Pium Quintum statuta. Occasione huius difficultatis operæpretium esse duxi, declarare quid Gregorius XIII. in dicta Bulla reuocauerit. Pro cuius rei explicatione obserua primo, quod Gregorius XIII. non reuocat omnes extrauagantes, seu declarationes à Pio Quinto in quacũque materia editas. Imo neque reuocat quidquid ille statuit, quod regularium regimen, seu statum concerneret. Si enim hoc reuocare intendisset vno verbo dixisset. Sunt nanque quam plurimæ constitutiones nedum pro aliorũ, sed pro regularium statu, ab ipso editæ, quæ omnes in suo robore ac firmiter illibatæ perseuerant. Quid ergo reuocauit Gregorius XIII, in dicta bulla.

Pro hoc obserua secundo, quod Gregorius XIII. reuocat duas Pij V. Extrauagantes, quas ille in hac Bulla refert. Prima harum Extrauagantium edita est à Pio V. decimo septimo calendas Iunij Pontificatus sui anno secundo. Et quod de hac loquatur, est euidens, quia Gregorius XIII. istius meminit in hac extrauaganti. Et præterea refert ipse sub compendio ea omnia, quæ ibidem Pius V. statuerat ac declarauerat. Et Gregorius XIII. reduxit ad terminos iuris communis, & decretorum Concilij Tridentini, quidquid Pius V. circa statum regularium in hac Bulla statuerat, seu declarauerat. Ecce vides primam Bullam derogatam. Itidem Pius V. edidit aliam Bullam, quæ est secunda in qua tractat de beneficijs vnitis regularium monasterijs, & de portione vicarijs prestanda. Et hanc quoque Bullam idem Gregorius XIII. in. §. postea de vicarijs perpetuis ad terminos iuris cõmunis reduxit, & Concilij Tridentini.

At dices, nullas alias Pij V. literas præter has extrauagantes citatas derogat hoc loco Gregorius XIII. Respondeo, quod derogat profecto & omnes alias literas ab eodem Pio V. editas de eisdem rebus per tractantes: vt constat ex verbis dictæ Bullę ibi. *Nos hac varietate cognita, & infra, statuimus prædictis & alijs omnibus literis & constitutionibus, quæ ab eodem prædecessore eisdem de rebus pro quorumcunq; Regulariũ, etiam Mendicantium ordinibus, & congregationibus, quomodolibet emanarunt, ac omnibus & quibuscunque in eis contentis, eam deinceps dispositionem ac decisionem pro subiecta materia futuram esse, quæ siue ex iure veteri siue ex sacris dicti Concilij decretis ante dictas literas fuisset.* Hæc ille. Ex quibus verbis constat non de-

roga-

rogare generaliter omnes alias literas, & cõstitutiones a Pio V. editas, circa statum Regularium, sed cum restrictione, ac limitatione omnes inquam literas, quæ eisdem de rebus ab eodem emanarunt. Vbi verbum, *Eisdem de rebus*, obseruandum est. Non enim dixit, de similibus rebus, sed, eisdem de rebus. Si enim de similibus dixisset forsan non deessent qui hanc derogationem ad omnes literas à Pio V. circa Regularium statum editas extenderet. Vt autem constaret derogationem, seu reductionem hanc minime esse extendendam, seu ampliandam ad omnes literas circa statum Regularium aliquid disponentes, non dixit, se derogare omnes literas a Pio V. de similibus rebus editas, sed de eisdem rebus editas.

Obserua vltimo, quod licet in prædictis literis multa statuerit ac declarauerit Pius Quintus monialium statum concernentia: tamen in his nihil statuit, neque declarauit, quo eisdem clausuram præciperet, sicut easdem bullas intuenti perspicuum est. In priori nanque bulla id tantum declarauit, quod Episcopi in monialium monasterijs sibi subditis, & non in alijs ingrediendi licentiam legitima causa concurrente concedere valent. Quare de omnibus monialium clausuram concernentibus hanc solam, & non aliam declarationem ad Cõcilij Tridentini terminos reducit Gregorius XIII. Nam constitutiones aliæ à pio V. editæ, quæ moniales ad clausuram, astringunt, non pertractãt de eisdem rebus, de quibus agitur in præfatis bullis, ac propterea non censentur derogatæ. Quo fit, vt quæ ipsę circa monialium clausuram perpetuo seruandam statuerant, in suo robore nunc permaneant.

Sed licet recte responsum sit, & ad explicationem dictæ Bullæ Gregorij XIII. dicta responsio maxime deseruiat, aliter respondendum esse duxi, quod, scilicet, Gregorius XIII. quidquid continetur in præfatis literis, & in alijs de eisdem rebus verba facientibus reduxerit ad terminos iuris cõmunis, aut Concilij Tridentini. Notissimũ tamen est moniales omnes ad clausuram teneri ex eodem Concilio Tridentino, & Pium V. nihil præcipere in suis extrauagãtibus, quod in Concilio Tridentino saltim implicite non sit præceptum, vt in superioribus latè probauimus. Et solum ipse met Gregorius XIII. dictam clausuram, & literas Pij V. confirmauit apponendo remedia, vt dicta clausura ab omnibus suauiter obseruetur, vt cõstat ex eius Bulla incipiẽte, *Deo sacris virginibus*, quam in superioribus allegauimus.

## ARTICVLVS IIII.

*An moniales conuersæ, seu seruitiales ad clausuram astringantur & ad habitum & professionem recipi valeãt.*

REspondeo dicendo, quod de huiusmodi seruitialibus sororibus, non semel, sed pluries vtraq; S. Clarę regula meminit. In capite enim secundo prioris regulæ sic legimus. *In examinatione & receptione sororum seruientium extra monasterium seruetur forma prædicta.* Et capite nono. *Sorores seruientes extra monasterium longam moram non faciant, honeste debeant ambulare, & parũ loqui vt intuentes semper ædificari valeant: Neque præsumant rumores de seculo inferre in monasterio.* Vrbanus in capite secundo posterioris regulæ inquit, *Possint in singulis monasterijs recipi aliquæ, licet paucæ sub nomine seruitialium, vel sororum ad huius professionis obseruantiã astringẽdæ, præter quam ad articulum de clausura, quæ de mãdato, vel licẽtia Abbatissæ interdũ poterunt egredi ad negotia monasterij procurãda.* Et cũ in capite tertio dicatur. *Quod moniales in professione inter cętera debent etiã clausurã vouere, subditur, Similis profitendi modus in seruitialibus, vel sororibus, quæ de licentia Abbatissæ egredi possunt exterius, præter articulum de clausura per omnia obseruetur.* Et rursus in capite decimo nono prędscribuntur leges ab ipsis exeuntibus seruitialibus extra monasteriũ obseruandæ. Ecce vides vtrãque S. Claræ regulã ad professionẽ has seruitiales recipere, neque eas ad

clausurã astringere: imo eis egressum à monasterio de licentia Abbatissę concedere.

Sed iam quid circa has conuersas sorores Romani Põtifices innouauerint intueamur. Circa quod duo suboriuntur dubia. Alterum est de earũ clausura: & alterũ de earũ receptione & professione. Et vt singula suo ordine discutiamus, primo quæro, an hæ sorores seruitiales professæ ad clausurã teneantur, sicut & cæterę moniales? Circa quod dico primo, quod vbi conuentus non indiget ad sui sustentationẽ, quod seruitiales professæ in colligendis eleemosynis occupentur, ad eandem omnino clausuram, sicut & cæteræ moniales & ipsæ seruitiales professæ ex præcepto Romanorum Pontificum astringuntur. Sic tenet [a] Nauarrus. Secundo dico, si moniales indigent, quod conuersæ professę ad conuentus necessariam institutionem colligant fidelium eleemosynas, quæ huiusmodi ministerio destinantur, non possunt intra monasterium degere: sed extra in domibus contiguis commorabuntur: & inde eis ad congregandas eleemosynas exire licebit, cum moderaminibus à Romanis Pontificibus expressis. Ita tenet idẽ [b] Nauarrus. Vtrunque istorum, præcipit Pius Quintus in extrauaganti, *Circa pastoralis*, in principio. Cum enim omnibus monialibus clausuram indixisset addidit. *Etiã si conuersæ aut quocunque alio nomine appellẽtur.* Et idem Pius in ea Extrauagãti: in §. *Porro ne moniales* ait, *ad necessariã sustentationem monialium inclusarum eleemosynę colligantur, per conuersas, quæ non sint professæ, vel si professæ fuerint, sint tamen ætatis annorum quadraginta, & in domibus contiguis extra monasterium degant, & non ingrediantur clausuram aliarum monialium, nisi in casibus, ex earum constitutionibus permissis, & de earum domibus exire non possunt pro huiusmodi eleemosynis colligendis, nisi de licentia ordinarij, vel superioris.* Et Gregorius tertius decimus in Extrauaganti *Deo sacris virginibus* refert ad literam hæc verba Pij Quinti. Pro pleniori huius dubij explicatione addiderim tertium dictum. Et sic dico tertio, quod in conuentibus, vbi seruitiales professæ propter cõuentus inopiã in his colligẽdis eleemosynis exercebãtur cessante eiusmodi necessitate, tũc prędictę cõuersę professę intra monasterium recludantur, & omnino ad eãdem cum cæteris monialibus clausuram seruandam tenebuntur. Quod si prædictæ conuersæ professionem adhuc non emiserint, profiteantur, & eidem clausuræ se subijciãt, aut habitum dimittant. Sic tenet Nauarrus: & sic præcipit Gregorius tertius decimus in prędallegata Extrauagãti. §. Cęterũ, dicẽs. *Cæterum, quod attinet ad conuersas professas, quas prædictus Pius sub certis conditionibus permisit posse manere extra monasterium pro colligendis eleemosynis, eisdem locorum ordinarijs iniungimus, vt vbi monasterijs prædictarũ monialium, quibus quotidianis laboribus computatis supradicta ratione, vel qualibet alia, de sufficienti subuentione & sustentatione prouisum esse cognouerunt, easdem conuersas sub eadem clausura cum alijs monialibus reducant, nec à suis monasterijs amplius exire permittant. Conuersæ vero non professæ, & profiteri nolentes, dimisso habitu domum redeant.*

Sed vlterius secundo dubitatur, vtrum hodie liceat, has sorores seruitiales, seu conuersas ad Religionem, & professiones recipere? Et quidem Pius Quintus in sua constitutione in §. de cætero, videtur omnem conuersarum receptionem ac professionẽ prohibere & annullare. Is enim nulla facta distinctione generaliter loquitur, dicens. *De cętero nullæ aliæ conuersę professę recipi amplius etiam de consensu suorum superiorum, vel prętorũ possint. Quod si aduersus hãc nostram prohibitionem, receptæ fuerint, illarum receptio nulla, irrita, & inanis sit: prout ex nunc nullam & irritam facimus & annullamus.*

[a] Nauar. in d. ca. statuimus. n. 44.

[b] Naua. vbi sup. n. 56.

Hæc

Hæc ibi. Videtur reuera, quod Pius quintus his verbis omnium harum conuersarum & receptionem & professionem prohibeat, atque irritam faciat. Sed Gregorius decimus tertius immediate post ipsius verba iam citata videtur concedere, quod ad professionem admittantur, dum modo clausuræ se subijciant, cum dicat, *Nec aliás* (scilicet conuersas) *in futurum nisi professionẽ suo tẽpore emissuras ac sub perpetua clausura mansuras in monasteria huiusmodi recipi permittant.* Hæc ibi. Quæ verba significare videntur conuersas, quæ valent profiteri, & in perpetua clausura, sicut aliæ moniales manere, posse recipi. Sed immediate post præcedentia verba aperit mentem suã Gregorius, dicens, *Quod autem idẽ Pius prædecessor noster statuit de cætero nullas alias conuersas professas recipi amplius etiam de consensu suorum superiorum posse, ita esse intelligendum declaramus præter illas conuersas, quæ extra monasteriũ in domibus contiguis degerẽt* Ex quo sequitur, conuersas intra monasterium non esse admittendas ad habitum, neque ad professionem, etiã si clausuræ se subijciant. Reuera Gregorij præcedentia verba nuper citata dubia videbantur, poterantq; ad vtranque partem citari. Sapientissimus Nauarrus a S.D. Gregorij in Curia maior pœnitentiarius sic scribit. Quia præfata verba S.D. Gregorij in vtramque partem poterant flecti, eius sanctitatem humiliter consuluisse. Qui respondit mentem Pij quinti fuisse illam, quã verba exprimunt, scilicet, ne vllæ cõuersæ posthac reciperẽtur: suã vero non fuisse discedere à mente eius, sed declarare illã non procedere in conuersis ad quæstum eleemosynarum necessarijs, quæ extra monasterium in domibus contiguis manere deberẽt, vt ipse statuit. Hæc Nauarrus.

a Nauar. vbi sup. n. 56.

Ex præfatis omnibus duas ex mente Nauarri colligẽ responsiuas assertiones. Prior est, si ad huiusmodi necessarias eleemosynas colligendas conuentus alijs seruitialibus sororibus opus habeat, eas & ad habitum & professionẽ recipere valẽt, quę extra monasteriũ in domibus contiguis commorabuntur & inde ad petendam eleemosynam eis exire licebit, cũ moderaminibus, de quibus supra meminimus.

Secunda assertio. Vbi moniales ad colligendam eleemosynam his seruitialibus non indigent, non possunt eas eidem clausuræ cum cæteris monialibus subijcientes pro alijs domesticis ministerijs ad professionem recipere: quod si secus attentatum fuerit, receptio ac professio irrita est & nulla. Quę postrema conclusio dura nimis visa est ex rationibus inferius citandis, & contra vsum aliquarum religionũ quæ hodie conuersas, quæ dicuntur laicæ ad habitum, & professionem admittunt, pro qua re patres nostrę religionis sacræ consului. Qui mihi responderunt, quod in nostra religione quædam sunt sorores seruitiales ad eleemosynas colligendas destinatæ, quæ alio nomine Hispanè vocantur, *Donadas*, Et alio *Beatas*. Aliæ vero sunt sorores seruitiales, quę omnia vota emittunt, quæ aliæ moniales ad chorum distinatæ profitentur. Moniales autem ad chorum destinatæ in Religione sanctæ Claræ vltra tria vota essentialia, votũ de clausura seruanda emittunt, & similiter sorores istæ vota emittunt essentialia & aliud quartũ de clausura seruãda, & sũt vere monachæ Hispanico sermone, *Sargẽtas* vocatæ. In habitu tamen differunt, quia ad chorum destinatæ deferunt velum nigrum, laicę vero albo velo signantur. Quo supposito dicunt hi patres, quod quando Gregorius Decimus tertius prohibuit sorores seruitiales ad professionẽ admitti, locutus fuit de sororib⁹ seruitialibus, quæ duo tãtum vota castitatis & obedientię emittunt, quæ vocantur donadas. Hæ enim cum non sint vere religiosæ noluerunt Summi pontifices ad professionẽ admitti, nisi tantum necessarias ad eleemosynas petendas, & noluerunt ad clausuram obligari: quia non sunt vere religiosæ; & vt tales determinauerunt quod in domibus contiguis monasteriorũ habitationem haberent, & minimè ingredi possent ad clausuram ipsarum monialium. At non prohibuit Gregorius decimus tertius, nec Pius Quintus admitti ad professionem conuersas, quæ quatuor vota essentialia, & clausuram profitentur, & sunt veræ Religiosæ, & non possunt egredi à dicta clausura, sicut aliæ religiosę ad chorũ destinatæ. Ex his infertur intellectus ad id q̃ dicit Gregorius decimus tertius determinans iuxta Pij V constitutionẽ

easdem conuersas sub eadem clausura cum alijs monialibus ab ordinarijs & superioribus esse reducendas. Loquitur enim de conuersis tria vota essentialia emittẽtibus, quæ sunt verę religiosæ. Quãdo vero ait; Iuxta eandem Pij quinti constitutionem de cętero nullas alias conuersas recipi amplius etiam de consensu suorum superiorum posse intelligendus est de seruitialibus, quæ duo tantũ vota emittunt, & non sunt veræ Religiosæ. Et ideò prohibet ne monasteria monialium ingrediantur illæ, quæ habitant in dictis domibus contiguis ad eleemosynas quarendas destinatæ, nisi in casibus à sede Apostolica permissis. Quod summè notandum est. Ex ignorantia enim differentiæ harum conuersarum fuit Nauarrus in explicatione harum constitutionum allucinatus. Et certe non erat facile credendum, Summos Pontifices rationabiliter in omnibus procedentes, voluisse prohibere receptionem conuersarum, quæ ab initio admissæ fuerunt ad religionem, vt cum cęteris monialibus tria vota profiterentur, & modo ad clausuram tenerentur. Primo quia habenda est ratio cõsuetudinis plusquam immemorialis habendi tales conuersas, quod approbarunt Seraphicus pater noster Franciscus institutor primę regulæ sanctæ Claræ, & Innocentius quartus eiusdem confirmator, & Vrbanus Quartus institutor, & author secundæ regulæ sanctæ Claræ. Secundo, quia decere videtur, vt quemadmodum in monasterijs virorum, quidam sunt monachi vel fratres professi ad seruiendũ choro & capitulo, & alij cõuersi seu laici, qui alijs ministerijs temporalibus & inferioribus deputantur iuxta ea quæ notantur in iure a ne alij ob ea facienda ab altiorum virtutũ operibus auocentur exemplo apostolorum, qui diaconos instituerũt, ne ipsi relicto verbo Dei ministrarent mensis, vt in actibus b Apostolorum legitur: ita quoque in monasterijs mulierum alię inseruiunt choro, & capitulo, quæ dicuntur monachæ vel moniales, & aliæ ministerijs inferioribus coquendi panẽ, culinæ operam dandi, verrẽdi & alia ministeria inferiora excercendi, quæ dicuntur conuersæ, & sermone Hispano sargentas. Tertio quia istarum conuersarũ receptio modo illæ quoque profiteantur, & perpetuam clausuram seruent, nihil videtur obstare clausuræ seruandæ, quam præfati Pontifices maximi pręcipue intendunt. His & alijs rationibus videtur distinctionem supra positam conuersarum rationabiliter esse admittendam pro explicatione distarũ constitutionum. Et consuetudo multarum nostri ordinis prouinciarum, quæ est optima legum interpres, ita illas interpretatur admittendo in ordine sanctæ Claræ dictas Conuersas ad professionem & clausuram, cum alijs ipsius instituti monialibus: alias autem conuersas, quæ oblatæ, & hispano sermone donadas apellãtur, ad clausuram minime admittendo. Et licet Nauarrus c loquendo de oblatis monialium nullo se voto, neque obedientiæ nec castitatis astringentibus dicat ipsas ad clausurã Concilij Tridẽtini minimè teneri, idem omnino puto, dicendum de huiusmodi oblatis duo dicta vota emittentibus, cum dictæ donatæ nõsint verè religiosæ. Et verba Concilij Tridentini & dictarum constitutionum tantum ad moniales voto solenni religionis addictas adaptentur, & iuxta Bartolum d Paulum de Castro & communiter scribentes cũ Felino, lex & dispositio nõ cõprehendit eum, cui verba eius adaptari nequeunt.

a ex eo. §. 1. de elect. li. 6

b act. 6.

c Naua. li. 1. consil. tit. de statu. monac. cõs. 6

d Bar. in. l. 4. §. quoties ff. de damn. in fect. vbi Paul. & omnes Felin. in c. nonnulli co. 51. de rescrip.

## QVAESTIO. XLV.

### De Clausura monasteriorum virorum vel mulierum, quãtum ad accessum in septem articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæruntur septem.*

1 *VTrum sit prohibitum mulieribus accedere ad monasteria virorum.*

2 *Vtrùm sit prohibitus accessus ad monasteria monialium.*

3 *Vtrùm sit prohibitum mittere literas ad moniales.*

4 *Vtrùm fratres minores ex vi suæ regulæ prohibeantur accedere ad monasteria monialium.*

5 *Vtrùm prælati possint licentiare fratres Minores ad accessum ad moniales.*

6 *Quis prælatus possit dare hanc licentiam.*

7 *Vtrũ Custos & Guadianus qui possunt licentiare suos subditos ad dictos accessus & ingressus possint licentiare se ipsos.*

ARTI-

## ARTICVLVS I.

*Vtrùm sit prohibitum mulieribus accedere ad monasteria virorum.*

REspondeo dicendo, iure cautum esse vt omnis suspicio mali arceatur ne mulieres ex quacũque causa ad monasteriorum claustra accedant. Scribit enim Diuus Gregorius [a] Epistola ad Valentinum, Abbat. *Peruenit ad nos, quod in monasterio tuo passim mulieres accedant, & quod grauius est monachos tuos sibi cõmatres facere, & ex hoc incautã cũ eis cõmunionem habere. Ne ergo hac occasione humani generis inimicus sua eos, quod absit, calliditate decipiat, ideo huius te præceptiserie commonemus, vt neque mulieres in monasterio tuo deinceps qualibet occasione permittas accedere neq; monachos tuos sibi commatres facere. Nam si hoc denuo ad aures nostras quocunque modo peruenerit sic te seueriſſime noueris vltioni subdendum, vt emendationis tuæ qualitate cæteri sine dubio corrigantur.* Hæc Gregorius. Et apud Rutenos, seu Moscouitas ex laudabili instituto monachi viuẽtes sub Archimandrita Abbate, vel prioribus, quos vocant Igumenios, si cithara, aut alio musices instrumento vtantur, grauissime puniebantur, Lex Ioannis Metropolitæ Moscouiæ prout refert Sigismundus, liber Bayo, in chorographia Moscouiæ est huius modi. *In monasterio conuiuia aduocãdo mulieres non habeãtur.* Aq; in Rusia ducatu Moscorũ monasteriũ est in Solomulki insula Septentionẽ versus inter Duuillã & Corelam Prouincias, in quod mulierẽ aut Virginem ingredi magnum Piaculum est, sicut & Chartusijs impium prout refert Petrus Gregorius. [b]

[a] Perueñit. 18. q. 2.

[b] Greg. lib. 15. Syntag. iur. part. 2. c. 14. in. fine

* * *

## ARTICVLVS II.

*Vtrũ sit prohibitus Accessus ad monasteria Monialium.*

REspondeo dicendo, quod synodus [c] octaua diffinuit duplex monasteriũ scilicet virorum, vel mulierũ minimẽ fieri quia scandalum & offendiculum multis efficitur. Quæ autem hactenus fuerunt dupla secundum regulam sancti Patris Basilij, & secundum præceptionem eius, ita formentur. Non habitent in vno manasterio monachi & monachæ, adulterium enim intercipit habitatio si habeat aditum monachus ad monachãm, vel monacha ad monachum, secreto, singulariter ad collocutionẽ: non cubet monachus in mulierbri monasterio, nec singulariter, cum monacha cõmuetur. Et quando necessaria vitæ ex parte virorum ad moniales deferuntur extra portam hoc suscipiat Abbatissa in monasteriũ fæminarum cum quadam vetula monacha. Et concilium Agathense [d] statuit quod monasteria puellarum seu monialium longe à monasterio monachorum aut propter insidias Diaboli aut propter oblocutiones hominum collocentur. [e] Innocẽtius secundus sub pæna anathematis interdixit, ac prohibuit, ne sanctimoniales simul cum canonicis, & monachis in vno choro conueniãt ad psalendum. Et in quodam Canone sic habetur: Monasteria monialium si quis piam clericus sine manifesta & rationabili causa frequentare præsumpserit, per Episcopum arceatur & si non desierit ab officio ecclesiastico reddatur immunis, si laici excommunicationi subdantur, & à cætu fidelium fiant penitus alieni. Et in quadam Decretali [e] innouata per Concilium Tridentinum, & percõstitutionem Pij quinti vetatur simpliciter accessus ad ea & in alia prohibetur frequentia. Vbi glossa ait, hinam locutionem denotare frequentationem ad dicta monasteria. Verum tamen est, quod Nauarrus [f] indicat hoc esse prudentis iudicis arbitrio relinquẽdum, qui ait ipsum non iudicare aliquem dicta monasteria frequentare, quoad prædictum effectum qui duodecies tribus annis semel singulo quoque trimestri allocutus esset, & econtra iudicare cum frequenter allocutum, qui ter tribus continuis diebus alloqueretur.

[c] ca'. diffini mus. 18. q. 2

[d] c. monasteria. 3. q. 2.

[e] Monasteria. de vit et honest. clerico.

[e] periculoso d' stat. monach.

Glos. in d. c. monasteria. ver. frequẽtare.

[f] Nauar. in c. statuimus vbi.

Ad

Aduertendum etiam, quod non omnis frequentia damnatur, sed quæ fit sine causa rationabili, & manifesta. Et sic non vetatur in dicto iure solus accessus causa audiendi Diuina, vel alia aliena à locutione & ab aspectu actiuo, & passiuo. Ex quibus colligitur quod Capitulũ, periculoso (innouatum per Concilium Tridentinum) quod non solum vetat frequentiam, sed etiam accessum quantum ad accessum non est innouatum, cum Concilium nihil agat de accessu, prout dicetur infra articulo quarto. Et sic synodus [a] octaua statuit, quod si cõtigerit monachum aliquam suam propinquam videre velle, vt in præsentia Abbatissæ huic confabuletur per modica & compendiosa verba, & in breui ab ea discedat. Et Conciliũ Hispalẽse [b] statuit, ꝙ circa Monachos talis cautela seruetur, vt remoti à monialiũ familiaritate neq; vsque ad vestibulum habeant accedendi familiare permissum, sed neque Abbatem nec eum, qui præficitur extra eam, quæ præest loqui Virginibus Christi aliquid quod ad institutionem vel administrationẽ earum pertinet, liceat, nec cum ea sola, quæ præest frequenter eos loqui oportet, sed sub testimonio duarum, vel trium sororum, ita vt rara sit accessio, & breuis omnino locutio. Et sic in capitulo generali Tolos. celebrato anno *Domini* millesimo quingentesimo trigesimo secundo statutum est, arceantur studiosissimè fratrũ accessus ad monialium & sororum loca, & nullo modo cũ eisdem loqui possunt, nisi à ministro prouinciali licentiã in scriptis habeãt, liceat tamẽ hospitij, & celebrationis gratia ad huiusmodi loca accedere vbi fratrũ cõuẽtus nõ sunt.

Est etiam aduertẽdum, quod regulares ad euntes monasteria monialium absque Episcopi licentia incidunt in pœnam excõmunicationis, quam Episcopus suo edicto proposuit, nisi Regulares illi haberent ex priuilegio, non posse ab *Episcopis* excõmunicari quia deberẽt puniri à suis superioribus alia pœna: qui regulares sic excomunicati non possunt absolui à suis superioribus, sed ab Episcopo, qui sibi hanc absolutionem reseruauit. Ita sacram congregationem illustrissimorum Cardinalium super Concilium respondisse inuenitur die nona Aprilis anno *Domini* millesimo quingẽtesimo octuagesimo septimo, prout refert collector Capucinus in compendio Mendicãtium. Circa quam declarationem est notandum, quod fratres Minores habentes priuilegium ne ab aliquo legato nisi delatere sedis Apostolicæ possint excommunicari suspendi, vel interdici, nisi literæ ipsę plenè & expresse de præfato ordine, & indulto huiusmodi facerent mentionem, prout infra in quæstione de exemptione fratrum latius dicetur

a Ca. definimus 184. q. 2

b 18. q. 2. ca. in decima.

## *ARTICVLVS III.*

### *Vtrùm iure aliquo sit prohibitum mittere literas ad moniales.*

REspondeo dicendo, quod licet iure communi prohibeatur frequentatio & accessus ad monasteria monialium prout dictum est in superiori articulo, non tamen vetatur missio epistolarum ad ipsas moniales. Verum est tamen, quod prout affirmat Nauarrus [c] *Romæ* est edictum promulgatum, nequis vir vel fœmina nocte vel die loquatur vel scribat alicui monachę vel prælatę vel zelitę, siue puellę in monasterio inclusæ, quacunque de causa sine licentia vicarij Papæ, vel protectoris ordinis sub pœna quingentorum ducatorum, & alia arbitraria, excepto deferente eleemolynam, vel exceptis aliquid in ipsis monasterijs operantibus, qui solam Abbatissam & vicariã poterũt alloqui. Quod adaliasnõ extenditur prouincias. Tum, quia factum est à vicario Papæ vel protectoris ordinis, quẽ Romæ tantum morari constat: proderit tamen eius notitia omnibus gentibus, vt ita matricem omnium Ecclesiarum imitentur. Refert etiam idẽ Nauarrus [d], quod Gregorius XIII. prohibuit sub excommunicatione latæ sententiæ, ne cuiusdam ordinis fratres scribant ad aliquas moniales sui ordinis, ꝙ statuto particulari aut mãdato speciali alicui facto contingere potest in religionibus: quos fratres scribẽdo dictas literas & perueniendo ad ipsas moniales, nemini dubium esse potest incidisse in dictam excomunicationẽ, si ipso facto fuit imposita. Dixi perueniẽdo ad ipsas moniales: nam licet scribant eas si nõ peruenerint, videtur quod non remaneãt excommunicati. Nam verba videntur intelligenda cum effectu, etiam extrinseco, nisi aliter intendat legislator vel alius disponens, de cuius mente & intẽtione cõstat expresse vel tacite argumẽto cuiusdã legis [e] disponẽtis promittẽtẽ inuenire latronẽ nõ satisfacere nisi illũ capiat & iudici exhibeat. Constat etiam ex duobus

c Na. in. d. c. de statui.

d Naua. li. 5 consil. tit. de sent. ex. communic. consil. 19.

e l. si balsare ff. de fide in.

bus dictis Bartoli de inueniente bannitos & de inueniente aliquem cum armis qui nō dicuntur satisfacere, nisi capiant, licet enim verbum inuenire proprie non significet capere inuentum, ex mente tamen & intentione statuentium præsumitur id voluisse significare. Licet ergo verba Gregorij, & cuiuscunque alterius regularis statuti, vel mandati, quod, scilicet nemo fratrū scripta mittere audeat proprie non requirant, vt scriptum perueniat: præsumitur tamen id voluisse, quia non noceret missio scripturæ, nisi perueniret adquem mitteretur. Vnde opinatur Nauarrus [a] peccasse quidē cōtra obedientiam religiosum mittentem epistolas ad moniales contra dicta statuta, & mandata, sed in excomunicationē minime incidisse, nisi prefatæ Epistolæ peruenissent ad moniales, ad quas mittebantur: & per cōsequēs celebrando minime irregularitatem contra xisse.

a N au. vbi sup.

## ARTICVLVS IIII.

### *Vtrùm fratres Minores prohibeantur ex vi suæ regulæ accedere ad monasteria Monialium.*

REspondeo dicendo, quod circa hoc est duplex opinio. Prima est multorum. Et videtur communiter haberi, & practicari, quod scilicet ex vi regulæ solū est prohibitus ipsis fratribus ingressus ad præfata monasteria. Accessus autem, ad loca exteriora non est illis ex vi regulæ prohibitus, sed solum præcepto Papali seu Ecclesiastico, seu prælatorum nostrorū. Probatur primo. In regula solum nobis prohibetur ingressus ad monasteria monialium, vt tenēt eius expositores teste Corduba, [b] affirmante viros Doctos hanc tenere opinionē. Alia opinio est quod ex vi regulæ & de eius intentione est nobis prohibitus] præfatus] accessus, ad loquēdū] ad monasteria quorūcūq; monialiū vt tradit idē Corduba: [c] vbi de hac relate agit. Mihi tamē videtur verior prima opinio cum dicat regula, *Ne ingrediantur monasteria monialiū, nisi illi qui à sede apostolica habuerint licentiam specialem.* Notādum enim est verbū, *Ne ingrediantur*, Vbi clarum est non vitari accessum, sed ingressum. Notanda etiam sunt verba, *præter allos, quibus à sede apostolicā &c.* si enim Regula loqueretur, etiam de accessu non adderet illa, esset enim ius intolerabile impetrare facultatem ad accessum à sede Apostolica, cū necessitates accedendi sint quotidianæ, & pro quotidianis non sit] recurrendum ad Papam iuxta tradita à Diuo Thoma [d] & Nauarro. Quod autem in controuersia versatur est an præfatus accessus ad exteriora monasteria monialium quarumcunque dato quod ex vi regulæ prohibitus non sit, nō bis saltim sit prohibitus per Papam.

b Cord. in addit. ad compen. in tit. accedere ad monasteria moniali.

c Cord. super regul. §. 11. q. 3.

Circa quod sunt duæ opiniones. Prima est satis communis fere omnium, & dicit quod sic, vt patet per Nicolaum [e] tertium & Benedictum duodecimum, [f] quorum Pontificum decreta non sunt reuocata per Sixtum quartum in concessione eius, quæ habetur in libro § Monumēta ordinum. Solū enim secundum eos ibi loquitur Summus Pontifex de prohibitionibus & censuris vltra regulam a religiosis editis, vt testatur collector [h] priuilegiorum mendicātium, nec sunt reuocata per] alium successorem.

d D. Thom. in. 4. d. 15. q. 3. artic. 3. ad vlt. & 2. 2. q. 247. ar. 4. vbi Caiet. Naua. in man. c. 21 n. 21.

e Cle. exiit. qui seminat de ver. sig.

f [Habetur in lib. ordi. Italic. 3. pa. fo. 110.

g In 1. impref. fo. 22. & in 2. fol. 106.

h Colle. tit. statuta. ordinis. §. 1.

Secunda opinio est quod predictus accessus nō sit nobis prohibitus per Papam, vel per ecclesiam. Ratio eorum est quia Sixtus quartus reuocat prohibitiones & censuras omnes vltra regulam editas, non solum intra ordinem, sed etiam à papa, & ab alijs quibuscunque specialiter pro nobis fratribus] Minoribus: quia sic videtur, clare contineri in præfata declaratione Sixti quarti, prout affirmat Corduba, [i] & nos late diximus, supra [k] in quæstione de statutis ordinis. Et hæc opinio magis confirmatur ex concessione facta nostræ religioni ad petitionē patris fratris Ioānis de Aguilera commissarij Romani Cismontani nostræ sacræ religionis, de qua [l] supra egimus mentionem, eam explicantes, in qua solum ingressus ad monasteria monialium prohibetur dictis fratribus secundum regulam: non autem prohibetur accessus, nisi quatenus à sacris canonibus vetatur. Vnde proserena fratrum Minorum conscientia operæ pretium esse duxi inuestigare, an ita de iure communi prohibeatur dictus accessus, vt accedentes ad ipsa monasteria mortaliter pecare iudicemus.

i Cord. vbi sup. c. ii. q. 3.

k sup. q.

l. sup. q.

Pro huius difficultatis explicatione est notandū, quod Bonifacius [m] octauus post quā omnium] quorūcūq; ordinum monialium prohibuerat à monasterio egressum subdit, nullique aliquatenus inhonestæ personæ, neque etiam honestæ nisi rationabilis & manifesta causa existat, ac de illius

m c. Pericu loso. de reg.

ad

ad quem pertinuerit specialis licētia ingressus, vel accessus pateat ad eadem, vt sic à publicis & mundanis conspectibus omnino separatæ Deo liberius seruire valeant. Verū hic textus si per se consideretur inefficax est ad hanc accessus inhibitionem probandam. Clausura nanq; huius Decretalis, vt diximus supra nunquam fuit recepta & quo ad accessum attinet, contraria atque immemorabili consuetudine à superioribus scita, & nota derogata est. Et argumentum confirmatur ex sacro Concilio, Tridentino [a] vbi sacra Synodus hanc renouat Bonifacij constitutionem, & consequenter de nouo prohibet huius modi accessum. Sed nec hæc confirmatio vrget. Quamuis enim sacrum Concilium generaliter dicat se hanc constitutionem renouare: tamen cū nō addiderit in omnibus, & per omnia renouatio intelligenda censetur, quoad principalem textus decisionem ingressum & egressum prohibentem, quod adhuc ex eodem concilij decreto fit manifestius. Bonifacius siquidem egressum dum taxat permittebat ex infirmitate periculosa seu contagiosa. Verum sacrum Concilium illum permittit ex quacunque causa, quæ Episcopo videbitur legitima. Præterea sacra synodus declarat in quibus fiat hæc renouatio dicens. Nemini sanctimonialium liceat exire & nemini liceat ingredi, vbi de accessu verbum proponit nullū, & sic illa generalis renouatio intelligēda est, quoad egressum & ingressum non vero quoad accessum. Videtur ergo quod neque sacrum Concilium vrgeat ad præfatam assertionem fundandam. Verum vrgentissime roboratur, ex Pij Quinti Extrauaganti, quæ incipit, *Circa pastoralis*, Vbi Pontifex eandem renouat constitutionem. Post quam enim clausuram seruari præceperat iuxta Bonifacij octaui constitutionem in sacro Concilio approbatam, & innouatam addit. *Quam nos authoritate apostolica approbamus, & innouamus in omnibus & per omnia, ac illam districte obseruare mandamus.* Nota verba, *In omnibus & per omnia*: Inquibus etiā decretum Bonifacij octaui quantum ad accessum fuisse approbatum constat. Notanda etiam sunt illa verba ac illam districte obseruari mādamus: per quæ denotatur ipsum accessum esse prohibitum. Quod si alicubi videris hanc accessionem cunctis patere illud nō est de mente, aut tacita volūtate aut de scientia sanctissimi patris, qui si sciret impediret vtique atque puniret, quod ex edicto Romæ lato relato in articulo superiori patet. Exquo colliges summum Pontificem, nolle derogare, imo prorsus velle præfatam constitutionem seruari, quantum attinet ad accessum. Vnde ad licitam accessionem duo requiruntur. Primum manifesta & rationabilis causa. Secūdum est, licentia specialis superioris ipsarum monialium. Exponamus singula à licentia incipientes. Cum enim in iure taciti & expressi idem sit iudicium, sufficit in proposito, vel expressa vel tacita licentia. Prelatus enim videns & sciēs omnes ad monasteria monialium accedere, & non repugnans dictis accessionibus nec ipsis contradicens videtur tacite monialium præfectę committere hāc facultatem concedendi licentias pro eiusmodi accessu: quare cum licentia præfectę assistēte rationabili causa fas erit accedere.

[a] Conc. Trid. sess. 25. de regul. c. 5.

Aduertendum tamen, quod hæc tacita licentia non extenditur, ad eos quibus superior prælatus refragatur, & contradicit, vtsi prelatus eiusmodi accessū solis propinquis consanguineis indulgeat, arceat vero quoscunque extraneos, vel si prouincialis fratribus sibi subditis absque eius speciali licēcia interdicat accessum. In his enim casibus Abbatissæ licentia erit insufficiens.

Circa causam requisitam, obserua longe minorem sufficere ad accessum, & longe maiorem requiri ad ingressum. Ad accessum nanque sufficit quæcunq; pia causa prælato manifesta. Neq; enim requiritur quod toti populo de causa rationabili constet, sed satis est ea prælato innotescat.

Cum autem iam constituerimus præfatum accessum prohibitum esse prescrutari oportet, an sit peccatum nec ne. Et rursus an mortale, vel dumtaxat veniale. Ad quod respondeo quod huiusmodi accessus, sine licētia tantū aut sine licentia & causa simul peccatum est: sed non plus quam veniale, si vtrumque deficiat requisitum, grauius peccatum est veniale, leuius autem si alterū dumtaxat vel licentia, vel rationabilis causa deficiat. Optarē certe hūc accessum etiam à veniali excusare: sed ex verbis Extrauagantis Pij Quinti ad contrarium asserendū coarctor, ibi. Mandamus & ibi districte

cte. Et confirmatur. Nam à practica & vsu Romanæ Curiæ est sumenda legum interpretatio. Et Romę districtius & sub grauibus pœnis punitur huiusmodi accessus. Quarum pœnarum grauitas subindicat legislatoris mentem esse, hanc constitutionē accessum prohibentem, vel saltem ad veniale culpā obligare. Quod autem huiusmodi accessus non sit maior, quam culpa venialis ex materiæ exiguitate & paruitate comprobatur. Talis namque accessio insufficiēs materia videtur, pro qua pœna æterna imponatur. Et doctrina est communis Theologorum, quod lex alias ad mortale obligans propter paruitatem materiæ ad veniale duntaxat obligat. Quod si contra arguas dicens, eiusmodi accessum esse culpam mortalem, sub vno enim cōtextu, & sub eisdem verbis ingressus & accessus prohibentur: sed ingressus prohibetur sub mortali: ergo & accessus pariter sub mortali prohibetur, ad hoc respondeo, quod non est par ratio. Nam in ingressu est materiæ grauitas, in accessu vero exiguitas. Si lex diuina, aut Ecclesiastica diceret: prohibemus omne furtum siue magnum siue exiguum, omne mendacium siue pernicioſum, siue otioſum, vtrumque sub eodē contextu & sub eisdem verbis interdicitur: & tamen alterum est mortale & alterum veniale. Ita in proposito nostro dicendum est. Præterea in Psalmo [a] sub vno contextu, & eisdem imperatiui modi verbis legimus: Vouete & reddite Domino Deo vestro: & tamen vouere est consilium & reddere est præceptum.

Psal.

Quod si dicas, accessionem de qua loquimur non esse leuem, sed grauem materiam propter vana & otioſa verba, quæ illic admiscentur non raro, respondeo, quod huiusmodi otioſa verba non sunt de intrinseca ratione accessionis: sed sūt alia distincta culpa. De omni autem verbo otioſo, quod locuti fuerint homines reddent rationē in die judicij. Addiderim vltra, quod in vna aut altera accessione citra frequentiā vt plurimum, cessat periculum, quod in frequetatione crebro interuenire solet: ac proinde alia ratio est de Monialium monasteria frequentantibus sine manifesta & rationabili causa. Intellige autē eius modi accessum esse peccatum, nisi adsit huius legis inuincibilis ignorantia, à peccato excusans, qualem fere omnes cōmuniter habent. Tum quia ignorant hāc legem, quā promulgare non audierunt: tum quia, cum videant prælatos omnes eiusmodi accessionē permittere, merito existimāt eam non esse interdictam.

## ARTICVLVS V.

### *Vtrùm prouincialis & inferiores prælati possint licentiare fratres ad accedendum ad monasteria monialium.*

REspondeo dicendo, quod si teneatur, quod Sixtus Quartus reuocauit prohibitiones & censuras omnes vltra regulam editas non solum per statutaordinis, sed etiam per statuta Papæ prout teste Corduba tenet vir satis doctus, & nos diximus supra: Si etiam teneatur, quod Pius V. dispensauit cum Minoribus, vt non tenerentur ad præceptum, non accedendi, ad monasteria monialium, nisi eo modo, quo obligat omnes fideles, & omnes alios cuiuscunque ordinis religioſos, prout tetigimus articulo superiori, parum aut nihil difficultatis habet quæsitum in articulo quæstionis. At cum aliqui perstāt, in contraria opinione, scilicet, quod prohibitiones Nicolai tertij & Benedicti, duodecimi inhibentes fratribus Minoribus, ne ad monasteria monialium accedant præcepto quodam particulari non fuerint reuocata per Sixtum quartum, res est continens aliquam difficultatē cui nobis satisfaciunt summi pontifices. Alexander [c] enim sextus concesit, quod Prouinciales possent licentiare fratres ad alia monasteria, quam sanctæ Claræ non solum eleemosynæ petendæ vel, prędicationis faciendæ, sed etiam, pro spirituali visitatione consanguineorum, vel alia necessitate: intelligendo tamen de locis, ad quę seculares, cōmuniter accedūt. Et Sixtus Quartus concesit, quòd fratres Minores, possint de licentia suorum prælatorum, accedere, ad monasteria sanctæ Claræ & sancti Damiani, ad loca, adquę seculares accedunt pro eleemosyna petenda, & causa celebrandi, & pro alijs licitis & honestis.

[b] Sup. q.

[c] Habet. in suppl. fo. 99 cōcel. 365.

Circa quod notat Collector, resoluendo quam plurimas concesiones, quæ videntur contradictionem continere, aut saltem nugationē vel suplerfluitatem, propterea quod fuerint, à diuersis cōmissarijs Curiæ Romanę, vel ab alijs fratribus ordinis impetratæ. Quorum aliqui nescientes ea, quæ ante fuerūt cōcessa procurauerūt eadē & cōsimilia de

[d] Habe. in monumētis prima impres. fo. 69. concess. 142. & in supplol. 110. concel. 388.

[e] Collect. in compen. tit. accedere ad monasteria monial.

denouo impetrare, seu alia circa eadem latius vel strictius, quã ante fuerat cõcessum, & ipsi summi Pontifices vel latius concesserunt, & aliquando strictius, quod maximã peperit cõfusionem. Resoluit igitur, quod nulla concessio inuenitur, qua inferiores à prouincialibus possint mittere, vel licẽtiare fratres suos ad alia monasteria, quã sanctæ Claræ & S. Damiani, nisi pro eleemosyna petenda, vel prædicatione facienda prout dicit Nicolaus, III. in declaratione regulæ, excepta concessione Eugenij [a] quarti, qua concessit, quod fratres Minores obseruãtiæ possint intrare loca quaruncũque monialium, vbi seculares communiter intrant de licentia suorum prælatorum, quando mittuntur.

a Habetur in libr. menumẽta ordin. fo. 261. conc. 675.

Notat etiam Corduba, [b] quod concessiones, concedentes nobis accessum, vel ingressum ad monasteria Sanctæ Claræ, bene possunt extendi ad alia monasteria monialium, quibus eadem priuilegia communicãtur, vt pote ad moniales Conceptionis, & è cõtra: cũ sit omnino vtrobiq; eadẽ ratio, puta quod sint sub eadem clausuræ obligatione, & sub eadem obedientia. Et sic quoad ingressum, erit idem iudicium, nõ autẽ quoad moniales sancti Damiani etiam si habeãt, votum clausuræ (cum non sint sub eadem obedientia), Quoad vero accessum videtur, idem iudicium, & eadem ratio. Vbi enim est eadem ratio, ibi erit & idem ius, vt in iure habetur. Hanc sententiam tenet Corduba, asserens, sic notasse quendam patrem, in his satis doctum, contra Collectorem, qui videtur extẽdere ad moniales sancti Damiani dictas concessiones, cũ ipsæ seruent clausuram, sicut moniales sanctæ Claræ. Non aduertens quod licet seruent clausuram, non tamen eam seruant sub eadem obedientia.

b Cor in addit ad com. tit. accedere ad monasteria moni.

c l. illud. ff. ad. l. 2 qui. glos. in. c. maiores de baptism

Aduertendum circa hanc materiã, quod aliqui fratres Minores nimis scrupulizantes obtinuerunt à Sede Apostolica licentiã ad accedendum, ad Ecclesias Monialium, & ad loca, vbi habitant fratres ad ipsarum regimen deputati. Contra quos possumus dicere, quod ibi trepidauerunt timore vbi, non erat timor. Hoc enim neque in Regula nostra, nec in sacris canonibus, nec in aliqua Summorum Pontificum extrauaganti inuenio esse prohibitum.

Ex omnibus supra dictis colligitur primo, quod Generalis & prouincialis (habita causa rationabili) possunt dare licentiam suis subditis, vt accedant ad loca exteriora monasteriorum quaruncũque monialium.

Secundo colligitur, quod prælati inferiores prouincialibus, prout sunt guardiani & custodes, habent eandem autoritatem, & facultatem pro monasterijs sanctæ Claræ ac sancti Damiani, & in casibus sequentibus pro quibuslibet monasterijs, scilicet, pro visitandis Reliquijs & tempore stationum, ac pro cessionum generalium & pro alijs causis honestis, proquibus dat Sixtus quartus facultatẽ prælatis Minorum, vt possint suos fratres licentiare. In hoc tamen standum est, constitutionibus Generalibus, quæ circa hoc authoritatem habent à Leone decimo ad augendum, & diminuendũ quid quid videbitur expedire. Ait enim Leo [d] decimus, loquens super istam materiam, *Nõ prohibemus, q fratres prædicti sci licet, Minores intra limites monasteriorum sanctæ Claræ & ad loca vbi fratres eisdem seruientes habitant, & alij seculares ingrediuntur intrare & accedere, necnon cum eisdem (quando opus fuerit) cum limitationibus in capitulis vestris ordinatis in locis, in quibus reliquæ personæ secũares cum eisdem loquũtur loqui possint.* Hæc Leo decimus

d Habetur in supplem. fol. 17. 60. 56.

## ARTICVLVS VI.

## Quis Prælatus ex inferioribus possit dare prædictã licentiã.

REspondeo dicendo, quod superior qui debet dare licentiam debet esse prælatus proprius fratris cui datur: quia debet examinare an sit illius maturitatis quã declaratio, seu concessio, prære quirit & ad hoc est opus, vt cognoscat illum. Vn de frater, qui reperitur, vbi non habet superiorem, proprium, non potest licentiari per prælatum monasterij, vbi tunc reperitur, etiam si sit minister prouincialis, cum non sit prælatus suus. Ita collector, [e] priuilegiorum mendicãtium, at Corduba in additionibus ad Compendium [f] ait quod consuetudo est optima interpres legum humanarum: & prævalet ipsis legibus (vt est communis regula iuristarum & Theologorũ). Et

e collec in ti. accedere ad monasteria monial. f tit. accedere ad monasteria moni al.

Et in ordine nostro est cõsuetudo, quod cũ frater hospes est in conuentu alterius prælati, seu in aliena prouincia tenetur illi obedire, saltem in pertinentibus ad gubernationem exteriorũ actuũ: & reputatur ille pro tunc suus prælatus, vt ab eo gubernetur, & ei prouideatur in suis necessitatibus corporalibus, & spiritualibus, iterum emergentibus. Ideò si à tali prælato præcipiatur tali fratri hospiti, vt vadat ad sociandũ aliquem confessorẽ, vel fratrem ad monasteria monialium, etiã ad intrandum clausuram cũ eo in casu, quo alius potest licite intrare, potest etiam ipse intrare. Seu si occurrente necessitate sine fraude talis prælatus det illi licentiam, sicut suo subdito dare posset; videtur quod licite fiat: quia sic quoad hoc videtur consuetudine practicari. Ideò non est in hoc nimis scrupulandũ, dũ sincero & simplici animo obeditur, & viuitur, sine fraude. Dixi notanter, sine fraude: nam si quid in fraudem fieret, non esset licitũ. Vt pote si quis eo animo veniẽs hospes ad prouinciã seu conuentũ alterius prælati, vt de eius licentia colloqueretur cum monialibus, nolens eam habere à suo proprio prælato: tũc enim non posset id licite facere in fraudem. Fraus enim & dolus in foro diuino pariter & humano patrocinari non debet alicui.

## ARTICVLS VII.

### *Vtrùm Custos & Guardianus qui possunt licẽtiare suos subditos ad dictos accessus, & ingressus in monasteria monialiũ, possint licentiare se ipsos.*

REspondeo dicẽdo, quòd Collector priuilegiorũ Mendicantiũ, tenet partẽ negatiuam, & Corduba tenet contrariũ; scilicet, q̃ Custos & Guardiani sicut possũt licentiare suos subditos, possunt etiã se ipsos licentiare, nisi hoc expresse eis prohibeatur, per suos superiores. Et ratio est, quia in actibus, qui non sunt iurisdictionis, vel iudiciariæ potestatis, sed superioritatis tantum, potest quis licẽtiare seipsum, sicut & subditos suos, quomodocunq; habeat talẽ potestatem, scilicet, ordinariã ex officio, aut ex cõmissione seu ex cõcessione factã sibi, ratione officij, maxime per papã: quia eo ipso quo ipsi cõfiditur, vt possit licentiare alios, cõfiditur & cõceditur, quòd & seipsum similiter possit licẽtiare, nisi id ex causa specialiter prohibeatur. Facit ad hoc doctrina Caietani [a] dicentis, quòd in suis legibus potest superior eo modo secũ dispensare sicut & cũ suis subditis: ergo similiter potest prælatus seipsum licentiare ad accessum & ingressum sicut & suũ subditum; quia similiter est actus superioritatis, non autem iudiciariæ autoritatis, seu iurisdictionis. Et rationibus, quibus fatigatur Collector respõdeo quod habẽt locum in actibus iurisdictionis, vel iudiciariæ potestatis; quia in his nemo potest esse iudex sui ipsius, neq; in se exercere tales actus iurisdictionis. Vnde nemo potest commutare vota ab eo emissa; nec in eis dispensare etiamsi cum alijs possit dispensare & eorum vota commutare.

[a] Caiet. 2. 2. q. 96. art. 5.

## QVAESTIO. XLVI.

### De clausura Monialium, quoad ingressum in earum monasteria, in vndecim articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæruntur Vndecim.*

1 *VTrùm omnes prohibeantur ingredi monasteria monialium.*
2 *Vtrùm cum licentia licitum sit ingredi monasteria monialium.*
3 *Quis fratribus Minoribus, ac alijs quibuscunq; personis ingredi Sanctæ Claræ monasteria licentiam concedere valeat.*
4 *Vtrùm ad licitè ingrediendum monasteria quarumcunque monialium præter superioris licentiam, requiratur adhuc causa moraliter necessaria.*
5 *Vtrùm superiores monialiũ possint propria autoritate intrare monasteria monialium propter aliquas causas, quæ hic specialiter enumerantur.*
6 *Vtrùm generosa possit cum puellis comitata ingredi monasteria monialium.*
7 *Vtrùm monialium cõuentibus liceat habere seculares ancillas, quæ monialibus infirmis, & in coquina, & in alijs ministerijs inseruiant.*
8 *Vtrûm monialibus infirmis liceat habere famulas intra monasteriorum clausuram.*

9 *Vtrùm moniali præ cæteris illustriori liceat habere sæcularem ancillam.*

10 *An in monasterijs Tertiariarum, & militiarum aliquas nobiles puellas seculares ibi nutriendas sanctisque moribus imbuendas recipere liceat.*

11 *An liceat prælatis dispensare, vt matres ingrediantur ad inuisendas filias moniales morti iam propinquas.*

## ARTICVLVS I.

### *Vtrùm omnes prohibeantur ingredi in monasteria Monialium.*

[a] dict. ca. 5.

REspõdeo dicendo, q̃ Concilij Tridentinum [a] determinat: Ingredi autẽ, intra septa monasterij nemini liceat cuiuscunq; generis aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerit, sine Episcopi, vel superioris licentia in scriptis obtenta, sub excõmunicationis pœna ipso facto incurrenda. Hoc tamen limitandum esse iudico, ne procedat in infantibus adhuc discretione carentibus, argumento aliquorum iurium. [b] Huiusmodi enim infantes non peccant ingredientes cum neque ad peccandum incitare possint: atque ideo nec vllam incurrunt censuram. Quare Moniales eos admittentes cum neminẽ ingredi prohibitum admittant, non peccant. Ingredi autem prohibentur omnes cuiuscunq; fuerint ætatis, habentes, scilicet, vsum rationis & discretionem ad peccatum, vel qui ad peccatum, incitare possunt.

[b] l. 1. C. de falsa moneta. l. illud. ff. de injurijs. c. illud. 15. q. 1.

Consequitur inde aliter esse dicendũ de fatuis puberibus, qui licet peccare non possint, tamen ad peccatũ incitare, turpiterque iocari possunt. Quapropter, licet ipsi ingredientes, ex defectu vsus rationis à peccato, sint immunes; verũtamen Moniales tenentur eos nõ admittere: quod si admiserint à peccato profecto nõ excusantur. Nõ enim in his ratio legis cessat, siquidem ad peccandum incitare valent. Ita tenet Nauarrus. [c]

[c] Naua. in c. statuimus. 19. q. 3. n. 59.

Et aduertendũ pro explicatione totius materiæ de explicatione clausuræ monialium, q̃ nomine monasteriorũ, in quæ prohibetur ingressus mulierũ & virorum, dubitatur, quid intelligatur? Pro cuius explicatione recurrendũ est, ad regulam fratrũ Minorum. Vbi inuenitur simile præceptũ, ne scilicet, fratres Minores monacharum monasteria ingrediantur. Et sex Romani Pontifices fratrum Minorũ Regulam interpretantes concorditer diffinierũt, nomine monasteriorũ claustrũ, domos & officinas interiores significari, vbi per domos monialiũ, habitacula intelliguntur. Consequitur inde quod intrantes Ecclesiam, vel domos monasterijs contiguas, in quibus familiares personæ monialium obsequijs deputatæ cõmorantur, vel ad crates, seu locutoria accedentes non censentur monasteria ingredi: quia nullus locus istorum est monasteriũ, iuxta Romanorũ Pontificũ declarationes. Neque hęc loca sunt intra septa monasterij, sed omnino sunt extra, & omnibus sæcularibus patentia, & communia. Dubiũ est, an sæcularibus eiusmodi ingredi receptacula (quæ sunt statim in portis monasteriorũ) hodie liceat? Re vera hæc receptacula sunt intra septa monasterij, & intra monialium domũ seu habitationem, & intra clausuram: quare absq; licẽtia prælati, & causa rationabili ea ingredi minime licet, cum clausuram intrẽt & violent. Quod & hac ratione fit euidẽs. Aut enim illa receptacula sunt intra aut extra clausurã. Si extra clausurã asseras, ergo moniales illic existẽtes clausuram violãt & cõsequenter, eis illic nõ liceret esse: quod tamen falsum est, quando quidem sunt intra domum, seu habitationẽ suam. Quod si intra clausurã illud receptaculũ esse dixeris, ergo secularibus illis ingredi nõ licet, quod est meum intentum.

## ARTICVLVS II.

### *Vtrùm cum licentia licitum sit ingredi monasteria Monialium.*

REspondeo dicẽdo, q̃ cũ sacrũ conciliũ & Põtifices maximi ingressum in monialiũ monasteria vetassent, neq; ignorassent, plures esse necessitates, ꝓpter quas ingredi fas esset ordinauerũt, quod ad licite ingrediẽdum monacharũ quorũcunq; ordinũ monasteria, duo copulatiue requiruntur, & superioris monialiũ, licentia in scriptis obtenta & causa moraliter necessaria, prout dicitur in Cõcilio Tridẽt. [d] quod idẽ Pius V. & Gregor. Tertius decimus in suis Extrauagantibus determinauerint. De licẽtia dicamus modo: posteà autem de causa erit nobis sermo. Circa quod quoddã dubium

[d] Conc. Triden. d. sess. 5.

bium circũfertur:an in monasteria monialium regulari prælato subiecta sufficiat ad ingrediendum, Episcopi licentia,an vero ipsius regularis prælati necessaria sit.Et videtur,quòd etiam in præfatis monasterijs ab Episcopi iurisdictione exemptis & prælato regulari subditis sufficiat Episcopi licentia. Cum sacra synodus disiunctiuè,vel Episcopi,vel superioris licentiam requirat, argumento aliquarũ [a] legum.Sed dic, quod in his monasterijs,neq; requiritur, neq; sufficit Episcopi licentia: sed requiritur & sufficit superioris eiusdem monasterij licentia. Ad Episcopum enim pertinet in monialiũ monasterijs sibi subditis hanc licentiã,propria autoritate, & in alijs sedi Apostolicæ, immediatè subiectis authoritate eiusdem Sedis indulgere & non in alijs:Sed in præfatis monasterijs ab Ordinario exẽptis & prelato regulari subditis eiusmodi cõcessio nõ pertinet ad Episcopum, sed ad monialiũ superiores: sic tenet Nauarrus. [b] Sunt ergo referenda singula singulis. Quorsum ergo Episcopus ingrediẽdi monasteria alienæ iurisdictionis licẽtiam donaret, cui monialiũ præfectus contradiceret, atq; eius licentiã impediendo resisteret,& cui Abbatissæ, vel Priorissæ parere nõ astringerentur,nemini fas est alienam domum ingrediendi facultatem concedere. Hæc expositio fit manifestior ex verbis Bonifacij dicentis: nemini ingredi liceat,nisi de illius ad quẽ pertinuerit speciali licentia. Obserua verbũ *ad quem pertinuerit*,per quod interpretaberis concilij verba requirentis licentiam Episcopi, vel superioris.

Obserua tamẽ, q̃ cum sacra synodus dictione exclusiua vtatur dicẽs quod hãc ingrediendi licentiã,debeat dare tantũ Episcopus,vel superior his verbis excluditur monialiũ præfecta,Abbatissa,scilicet,vel Priorissa;cui hanc licentiam donare etiã in necessarijs casibus non licet.Sed eiusmodi cõcessio spectat tantũ ad Episcopum, vel monialium superiorem prælatũ. Dictio enim exclusiua significat, quòd hoc posset Episcopus,vel superior:& nemo alius. Sic tenet Dominicus [c] Archidiaconus, & Ioannes Andræas & Nauarrus. Pariter neq; Abbatissa monialibus ad exeundũ licentiã præstare potest,quandoquidẽ,& illi imponitur clausura à Bonifacio VIII. [d] Et ideò etiã ad exeũdũ superioris prælati licẽtia necessaria est,quod procedit etiam Sede vacante. Nã cum capitulũ Sede vacante succedat in locum Episcopi prout cũ cõmuni tradit Sylueſter, [d] euidenter sequitur, quod prouisor à capitulo nominatus erit superior ad dictã licentiam concedendam.

Requiritur præterea ad licitũ ingressum licẽtia in scriptis obtẽta. Sic præcipit sacra synodus.Circa quod oritur dubiũ,si Abbatissa nequit licentiam dare, & superior ad quem spectat scriptam licẽtiam concedere, longe abest, quomodo potest monialibus, monasteriorum, quæ longè ab Episcopo & superioribus sita sunt satis prouideri,& subueniri,quo ad Medicos,& Chirurgos,carpẽtarios,& alios,quorũ repentina opera moniales passim egent,si eorum licentia in scriptis est necessaria? Dic quod superior hanc generalem facultatem scriptã Abbatissis, vel monialium cõfessarijs potest committere,vt,scilicet,in similibus casibus, ingredi licentiam donare valeant. Vel dic aliter, quod hoc casu nulla est necessaria licentia superioris etiã verbo tenus: sed Abbatissa ex præsumpta interpretatiua voluntate superioris eã donare potest in his casibus,iuxta doctrinam D. Thomæ [e] dicentis, quod non requiritur superioris dispensatio, cum causa non ieiunandi est manifesta, & superior facilè adiri non potest:præsertim si cõsuetudo id habet, quæ doctrina nostro casui adaptari omnino potest.

a l.Plerumque ff.de iure dict. ca. in alternatiuis de reg. iur.lib.6.

b Nauar.in cap. statuimus 19.q.3. nu.60.

c Dominic. Archidiac. Andr.in d. c.periculoso. Nau.vbi sup.n.59.

d Dict.cap. periculoso. §.verum.

e Syluest.v. capitulũ. n. 4.

f D. Thom. 2.2. q. 147. art.4.

## *ARTICVLVS.* III.

### *Quis fratribus Minoribus ac alijs quibuscunque personis ingredi Sanctæ Claræ monasteria licentiam concedere valeat.*

REspondeo dicẽdo,certũ esse, q̃ fratribus Minoribus solus Papa hãc facultatẽ cõcedere potest:neq; sufficit licẽtia generalis, sed requiritur specialis,qualis est ea,quæ fratrũ Minorũ expresse meminisset;cũ eorum regula dicat,non ingrediãtur monasteria monialiũ præter illos, quibus à Sede Apostolica concessa est licentia specialis.Nec immerito specialis requiritur licentia,quandoquidẽ ipsi specialẽ habeant inhibitionem.Quare cũ nullus inferior Romano Pontifice,nisi eius vices, quo ad hoc in specie habeat,hũc ingressum fratri Minori indulgere valet,hinc est, quod si Cardinalis S.R.E.vel Episcopus habeat licentiã ingrediendi

grediendi præfata monasteria cũ socijs seu ministris sibi gratis, non possunt virtute huius cõcessionis eligere fratres minores socios, vel ministros, qui vna secum ingrediantur, quia iuxta regulæ præceptum requiritur licentia specialis; id est, quæ de ipsis fratribus, expressam mentionem faceret. Prædicta autem facultas, quã in casu posito, vel Cardinalis, vel Episcopus habent eligendi socios ad intrãdum, nõ est specialis pro fratribus, sed generalis, atque ideò minus sufficiẽs. Oportet autem ad hũc ingressum, q̃ Cardinalis, vel Episcopus facultatẽ habeãt eligẽdi quoscũque sibi gratos socios, vel ministros, etiam si essent de ordine Minorum: tunc enim talis licentia esset pro fratribus, Minoribus specialis.

Sed videamus, quis hanc licentiã secularibus, seu quibusuis alijs personis donare valeat? Certũ est autẽ, q̃ vtraque Sanctæ Clarę regula ingressum cõcedebat de licentia vel Romani Põtificis, vel Cardinalis, cui Sãctæ Clarę ordo subditus erat: sicut patet ex eisdẽ regulis. [a] Verum Martinus [b] V. statuit, quod Cardinalis protector nullo modo posset cõcedere licentiã ingrediendi monasteria inconsulto Romano Pontifice, seu absque Sedis Apostolicæ licentia speciali. Successit tamẽ Iulius II. [c] qui cõcessit quod Prouinciales Minorũ habeãt eandem potestatẽ & facultatẽ circa Moniales Sãctæ Clarę eorũ curæ cõmissas, quã Vrbanus IIII. in Regula prædictorum monialium Cardinali dicti ordinis protectori concesserat.

Circa quam Iulij cõcessionem dubitatũ fuit, an Prouinciales virtute huius concessionis habeant eandem autoritatem illimitatã, & quoad omnia sicut Cardinali protectori in regula concessa erat. An vero eam habeant limitatam & restrictã, prout à Martino V. protectoribus restricta erat tẽpore quo hæc Iulij concessio emanauit. Si enim Prouinciales omnẽ autoritatẽ habeãt absque restrictione: consequens fit, q̃ sicut protector ex concessione regulæ poterat hanc ingrediendi licentiã cõcedere, ita & possint ministri prouinciales. Si vero eã habeant limitatã & cũ præfata Martini V. restrictione, cõsequens est, quod sicut protector tempore, quo Iulius II. hoc cõcessit prouincialibus nõ poterat hũc ingressum donare propter Martini V. inhibitionem: ita neq; possit minister prouincialis, & quod Iulij concessio intelligatur, cũ restrictione, & limitatione, prout tunc habebat Cardinalis protector. Vt autẽ de hac quæstione, meã proferam sentẽtiam dico, q̃ neutra pars est certa. Verũ cõmunis & probabilior opinio est quod prouinciales hãc habeant autoritatẽ restrictã & limitatã, iuxta limitationẽ Martini V. ita q̃ sicut tẽpore concessionis Iulij II. protector nõ poterat hanc licentiam dare: ita neq; possunt generales, aut Prouinciales ministri. Sic tenent Clypeus [d] Minorum, & autor cõpendij Mendicantium, & Corduba in additionibus ad compendium.

Pro hac opinione roborãda quatuor rationibus nitũtur prędicti patres, quas Corduba facillime soluit. Verũ huic opinioni fauet consuetudo, quæ est optima legũ interpres, & quæ habet vim legis. Cõmuniter enim ministri, tam prouinciales, quã generales intellexerunt protectoris autoritatẽ sibi cõmunicatam cum prædicti Martini restrictione, nec vnquã virtute cõcessionis Iulij licẽtiam ad ingrediendũ ausi sunt donare. Quare dico, q̃ in regula duplex potestas ab Vrbano protectoribus conceditur. Prima est, q̃ protectores habeant curam & regimẽ ipsarũ monialium eisq; moniales parere teneãtur, vt habetur in capite vigesimo quinto eiusdem regulæ. Et hanc concedit Iulius ministris prouincialibus. Altera est & secũda, quod protector licentiam ad ingrediendum donare valeat; vt dicitur in capitulo vndecimo regulæ primæ, & in capite decimo octauo regulæ secũdæ. Et hæc potestas prouincialibus minime communicatur.

Sed argues contra prædicta. Videtur enim, q̃ Episcopus, vel superior possit hodie mulieribus sæcularibus facultatẽ indulgere ingrediendi monasteria Sãctæ Clarę ex cõcessione Cõcilij Tridẽt. [e] Quod postquam in monasteria monialiũ fine Episcopi, vel superioris licentia ingredi prohibuit addit, *Dare antẽ tantũ Episcopus, vel superior licẽtiam debet in casibus necessarijs.* Hæc ibi. Ergo iã nõ requiritur licentia Papæ ad ingrediendũ monasteria monialiũ, etiã Sãctæ Clarę.

Hoc argumentum soluit idemmet Concilium [f] Tridentinũ, vbi sic legimus: si qui vero Regulares tam viri, quã mulieres sint, qui sub arctiori regula, vel statutis viuunt, eos ab eorum instituto & obseruantia sancta synodus amouere non intẽdit. Hæc cõcilium. At cum Sanctæ Clarę moniales habeant strictiorem regulam, strictioraq; statuta nẽpe, vt absq; Sũmi Pontificis licentia nemini

[a] 1. Reg. ca. 11. reg. 2. c. 18.

[b] Habet in lib. monu. ordin. in 1. impres. fol. 38. & in 2. fol. 36. concess. 41.

[c] Habet. in supplemen. fol. 72. concess. 220.

[d] Clyp. conclus. 6. autor cõpend. tit. ingredi monast. not. 4. & Corduba ibi. §. quo ad quartũ.

[e] Sess. 25. de reg. ca. 5.

[f] Concil. d. sess. 22. cap. 22.

nemini earum monasteria liceat ingredi Sãcta synodus obseruare vult, non relaxari eiusmodi strictiora statuta. Quare licẽtia Episcopi, vel superioris sufficiens ad ingrediendum ea monasteria, quibus de nouo per sacrum concilium indicitur clausura: non sufficit ad ingressum monasteriorum Sanctæ Claræ, idemq; de monasterijs Conceptionis omnino est dicendum. Nam hic ordo strictiorem regulam, strictioraq; statuta habet. Nam in capitulo nono eiusdem regulæ Iulius II. omnibus interdicit ingressum, exceptis visitatoribus, confessoribus, medicis, & artificibus pro suis officijs necessitatis tempore exercendis. Et addit vltra; Si vero aliter ingrediatur, tam ingredientes quam admittẽtes excommunicationis sententiã incurrãt. Hæc ibi. Fateor ergo, quod superiores monialium Sanctæ Claræ, & Cõceptionis ingrediendi licentiã indulgere valent ijs tantum, quibus ex concessione regulę ingredi fas est. Sed rursus, ad eam licentiam vlterioribus personis concedẽdam nullam habent autoritatem. Hæc asserta fuerunt à quodam doctissimo nostræ religionis viro, quoad monasteria Sanctæ Claræ, & Conceptionis: at in hoc puto seruandã esse generaliter constitutionẽ Concilij Tridentini. Nec obstat hoc argumentum, nam ipsi respõdetur infra articulo sexto in fine.

## *ARTICVLVS IIII.*

### *Vtrùm ad licite ingrediendum monasteria quarumcunq; monialium præter superioris licentiam requiratur adhuc causa moraliter necessaria.*

REspondeo dicendo, quod vt constat ex Decreto Bonifacij VIII. & ex Cõcilio Tridentino superius allegatis, causa ad huiusmodi concessionem interuenire debet. Solum dubitatur, an sufficiat tantũ quędam causa moraliter necessaria. Pro cuius rei explicatione notanda sunt verba constitutionum de hac re verba facientium. Boni facius enim VIII. postquam hunc ingressum generaliter inhibuit, exceptionem apposuit dicẽs: *Nisi rationabilis & manifesta causa existat.* Super quę verba glo[a] sa ibi addit; Sicut in medicis, barbitonsoribus, sartoribus, carpentarijs, & similibus cum eorũ ministerijs moniales indiguerint. At concilium Tridentinum postquam prohibuit dictum ingressum addidit: *Dare autem tantum Episcopus vel superior licentiam debet in casibus necessarijs, nec alijs vllo modo possit, etiam vigore cuiuscunque facultatis vel indulti hactenus concessi, vel in posterum concedendi.* At Gregorius XIII. in constitutione quæ incipit: vbi gratia & indulta *pro necessitatibus vrgentibus*, tantum prædictã facultatẽ concedi permittit. Et quanuis prędata decreta diuersis verborum formis vtantur, tamen in re conueniunt, & eandẽ habẽt sententiã. Quã enim sacra synodus causam necessariã vocat hanc bonifacius rationabilẽ, & manifestã nũcupauerat. Et Gregorius XIII. qui necessitatẽ vrgentẽ requirit, nullũ supra Cõciliũ addit maiorem rigorẽ, sed pro eodem sumit necessitatẽ vrgentẽ, & necessitatẽ moralẽ. Probatur primo: quia ex decreto Concilij probat ipse suã sentẽtiã requiri, scilicet, vrgentem necessitatem, cum Concilium Episcopis & superioribus hanc cõmittat facultatẽ in casibus necessarijs: ergo non intendit concilium derogare. Secũdo ex prędecentibus verbis Extrauagantis colligitur hæc expositio. Cũ enim inhibuisset ne monasteria ipsa ingrederentur pro libito addidit: *Sed necessitatibus vrgentibus*: ergo non derogat ingressum, qui fit ex causa moraliter necessaria; sed eum derogat, ac prohibet ingressum, qui pro libito fieret. Tertio, quia constitutio interpretans qualis est, Extrauagãs Gregorij XIII. in dubio intelligẽda est, secundũ interpretatã, qualis est sacri Concilij constitutio, prout dicitur in iure.[b] Quod etiam ex eo confirmatur, quia euitãda est legum correctio (& maximè legis Cõcilij generalis) quantum possumus: & expedit iura iuribus cõcordare. Verũ ergo dicimus, q̃ tria hęc decreta, tametsi diuersis verbis loquentia eandem omnino ingrediendi causam, hoc est moraliter necessariã requirunt, nec hæc verborũ diuersitas vllum maiorem addit rigorem.

Sed videamus vnde nobis cõstat, quod cõcilium & alia decreta tantũ causam moralẽ prærequirũt. Pro cuius rei explicatione aduertendum est, q̃ duplex est necessitas. Prima necessitas est, seu impossibilitas logica, seu metaphysica: & altera est moralis necessitas. Q̃ io supposito dico, quod in præsentiarũ sufficit necessitas moralis, & nõ prærequiritur logica & metaphysica. In omnibus nanq; præceptis, & diuinis & humanis, etiã

[a] glo. ind c. periculoso. v. causa.

[b] Auth. hęc constitutio. §. hęc igitur col. 6.

lege non excusante, semper intelligitur excepta moralis necessitas, prout dicũt communiter Doctores. Ergo in nostro casu, vbi lex necessitatem seu casum necessariũ expresse excipit, à fortiori hęc exceptio de necessitate morali, & non de metaphysica est intelligẽda: nec requiritur quod necessitas sit extrema, seu strictissima. Præterea, præcepta moralia ad mores spectantia non metaphysicè, sed moraliter sunt intelligenda. Nec dubitandũ est, quin Ecclesia hac æquitate sua omnia præcepta intellexerit atque temperauerit: vt sic eum imitetur, qui omnia disponit suauiter, & cuius iugum suaue est, & onus leue. Ergo & hoc præceptũ necessitatẽ moralẽ non includit, sed excludit. Probatur præterea: nã Concilii Trid. cõcedit facultatem superioribus ad dispensandũ in casibus necessarijs: sed concilium non loquitur, de illis casibus, in quibus ante prædictum concilii poterant licentiã præstare: quia verba præsentis decreti, aliquid debẽt operari, non enim otiose & inutiliter posita sunt. Ergo cum ante concilii poterant superiores præstare licentiã iure exvi regulę omnium monialiũ, medicis, & barbitõsoribus, & reliquis artis peritis, inde sequitur, quod sacrum cõcilium in prædicto decreto nõ loquitur de necessitate naturali ordinaria, nec extraordinaria, qualis esset incendiũ monasterij. Nam in eo casu ante concilii erat licitus ingressus ad extinguendũ ignem. Relinquitur ergo, quod concilium in illo decreto agit de necessitate morali, & extraordinaria iudicio peritorum determinanda, & decernenda. Quia cum huiusmodi necessitas sit inopinata, non potest præueniri per Summum Pontificem.

Est autem hoc loco obseruandũ, minorẽ causam requiri pro ingressu fœminarũ, quã virorum: minorem pro matre aut sorore, quam pro alijs fœminis: minorem ad ingrediendum receptaculum illud, de quo in superioribus [a] fecimus mentionem, quam ad ingrediẽdum officinas interiores cõuentus.

[a] Sup. hac q. art. 1.

Est etiã obseruandum, ꝙ quanuis lex ingressum generaliter prohibẽs nullã necessitatis exceptionẽ apponeret, adhuc omnis illa restrictio seu exceptio, quæ est de iure naturæ, cẽsetur apposita. Quare lege neminẽ excipiente visitatores, confessores, medici, & artifices censentur excepti: quia horum exceptio est de iure naturæ. Hinc patet declaratio ad Concilium Trident. [b] vbi sic legimus: Is qui Abbatissæ vel Priorissæ electioni præest, & Episcopus siue alius superior claustra monasterij non ingrediatur: sed ante cancellorum feneſtellã vota singularium audiat vel accipiat. Hæc ibi. Profecto quãuis hæc lex nullam apponat exceptionẽ, verũtamen limitandum est, nisi prælati iudicauerint, non posse fieri dictã electionem canonice, nisi ipsi monasteria ingrediantur, vt in casu sequenti patebit.

[b] Sess. 25. de reg. c. 7.

## ARTICVLVS V.

*Vtrũm ſtãte Concilio Tridẽt. & cõſtitutionibus Apoſtolicis de ingreſſu & clauſura monaſteriorũ monialiũ ſuperioris earundẽ immediati autoritate Apoſtolica deputati poſſint indiſtinctè ex cauſa publica, vel ſecreta ab ipſis tantũ ſuperioribus iuſtificanda intra clauſurã monaſteriorũ intrare in electione Abbatiſſarũ facienda, ex cauſa inquietudinis monialiũ, & ſuſpicione ſubornationis ſuffragiorũ, inter eaſdem ſuborta, vel ex alijs iuſtis cauſis ab ipſis ſuperioribus rectè arbitrandis, & ibi vota ipſarum monialium audire, & recipere.*

REspondeo dicẽdo primo, posse dictos superiores causa rationabili & manifesta id suadẽte ingredi in clausurã, dictorum monasteriorũ. Cũ enim ipsi cũ suis subditis in hoc possint dispẽsare, etiã cũ se ipsis dispẽsare posse, tenent viri clarissimi, inter quos est Caietanus, [c] quẽ refert & sequitur Corduba. Et sic possunt ingredi clausira monasteriorũ suarũ monialiũ ad dictã electionem faciendã, quando ad eã rectè & rite celebrandã propter earũ instãtias in casu positas, necessarius est dictus ingressus: prout tenet Nauarrus. [d] Verũ est tamẽ, ꝙ licèt ipsa monialiũ monasteria sint autoritate Apostolica immediatè aliquibus Abbatibus subiecta; generales tamen & ipsorum superiores possunt inquirere, & examinare, an causæ supradictæ ingrediẽdi fuerint veræ an fictitiæ. Et nõ obstat dicere, ꝙ ipsi generales non habent iurisdictionẽ supra dicta monasteria & eorũ moniales, cum sint

[c] Caiet. 2. 2. q. 96. art. 5. Cordub. li. 5. quæst. q. 31. pag. 46.

[d] Nauar. in c. statuimus num. 59.

sint ipsis Abbatibus immediate subiecta, vt se in his possint intromittere. Nam respondetur, q; generales de hoc inquirentes, non mittūt falcē in messē alienā; hoc enim agūt iurisdictione quam habēt super ipsos Abbates. Qui in syndicatione non solum syndicantur de his quæ bene vel malefaciunt, in quantū Abbates suum ministeriū Abbatiatus exercentes, sed etiā in quantū particulares personæ legem Dei & sacros Canones obligatæ obseruare principaliter in his quę pertinēt ad honestatē. Quæ si causa ingressus non est iustificata, regulariter naufragium pati præsumitur.

## ARTICVLVS VI.

### *Virùm generosa quædā possit intra clausuram intrare monialiū Conceptionis comitata aliquibus honestis puellis.*

REspondeo dicēdo cū doctissimis Theologis, & Iurisperitis, posse ibi esse auctoritate prælati dictarū monialiū, cū tribus aut quatuor comitata puellis, si ipsa generosa non habebat cōmoditatē manēdi in sæculo sine dispendio sui honoris, & famæ: & quod prædicta necessitas est sufficiens causa ad dispēsandū. Quod probatur: nā Illustrissimi Cardinales declarauerūt, esse sufficientē causam ad dispēsandū cum puellis, quæ duodecim annis sunt minores, q; scilicet possint inhabitu honesto educari in monasterijs stricte clausuram obseruantibus. Imo affirmat doctissimus pater Franciscus Bobadilla, regularis nostræ obseruātiæ meritissimus pater quondā prouinciæ Castellæ Prouincialis dignissimus in suo Enchiridione manuscripto, quem nobis reliquit, q; ipse in quada occasione respōsum habuit ab illustrissimo Episcopo Paduano Nuntio Apostolico Hispaniarū, & Legato à latere, in quo sua subscriptione asserebat id licite fieri posse de puellis, quæ duodecim annis sunt minores, quod late probat Nauarrus. [a] Verum est tamē, quod ante Concilīū id non licuit sine speciali dispensatione Papæ id prohibentis pro monasterijs Sanctæ Claræ.

[a] Nau. in c. statuimus. n 66.

Sed contra supradicta sunt duo argumenta. Primum est desumptum ex constitutione Syxti V. data Romæ apud Diuum Petrum die quinta Ianuarij, anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo nono, pōtificatus sui anno quarto. *In qua motu proprio & ex certa sciētia, deq; apostolicæ potestatis plenitudine omnes & singulas licētias ingrediendi monasteria monialiū regnorū Hispaniæ, & ibi permanēdi ad tēpus mulieribus cuiuscūq; status, gradꝰ & conditionis existētibus, etiā Comitissis Marchionissis & Ducissis sub quibuscū q; verborū tenoribus & formis, ac cum quibuscūq; etiā derogatoriarū derogatorijs, aliisq; fortioribus & efficacioribus & insolitis clausulis, nec nō irritātibus decretis à Sede Apostolica, & à se concessas cassauit, & irritauit districte præcipiēdo mulieribus prædictis licētias huiusmodi prætendentibus sub excōmunicationis latæ sentētiæ pœna, postquā hārū notitiam habuerint, à qua nō possint nisi à Sede Apostolica absolui: præter quam in mortis periculo, ne monasteria prædicta ingredi, aut inibi manere, seu stare habeant, seu præsumant.* Hæc Syxtus Quintus.

Huic argumento respondetur, quod in dicto motu proprio solum prohibetur & interdicitur ingressus illarū mulierū quæ ingrediuntur & ibi permanēt priuilegio à Sede Apostolica cōcesso, vt patet ex eius verbis ibi: *à Sede Apostolica, & à nobis cōcessa*, non autem prohibetur ingressus illarū mulierū, quæ ingrediūtur & ibi permanēt facultate iuris communis Concilij Tridentini.

Secundū argumentū est ex Cōcilio [b] Tridētino: vbi sic legitur: Si qui vero regulares tam viri quā mulieres sunt qui sub arctiori regula vel statutis viuunt, eos ab eorū instituto & obseruantia sancta synodus amouere non intendit. At cū Sanctæ Claræ & Cōceptionis moniales habeāt strictiorē regulā strictioraq; statuta, nēpe vt absque Summi Pontificis licentia nemini earū monasteria liceat ingredi, sācta synodus obseruare vult nō relaxari eiusmodi strictiora statuta. Sed respondeo, quod sancta synodus amouere non intendit dictorū monasteriorū strictā

[b] Cōci. Trid. sess. 25. de regul. c. 22.

clausuram, & non ex hoc prælatis ipsorum monasteriorum tollit facultatem, quā omnibus prælatis concedit sancta synodus dādi licentiam in casibus necessarijs, quando ipsis videbitur expedire. Neq; obstat, quod sine speciali Sedis Apostolicæ autoritate nemo in dicta monasteria ingredi possit. Nam respondetur, quod prælati dictas licentias concedētes authoritate Sedis Apostolicę speciali id faciunt. Quod probatur, Nam Concilium Tridentinum specialē autoritatem concedit pro omnibus monialibus nullas excipiendo.

## ARTICVLVS VII.

*An monialium conuentibus liceat habere sæculares ancillas, quæ monialibus infirmis, & in coquina, & in alijs ministerijs inseruiant.*

REspōdeo dicēdo, mihi esse certū, quod in monasterijs monialiū, quæ ad clausuram astringuntur dum taxat ex præcepto concilij Tridentini, has ancillas licet habere hac lege, quod domū, non plus, quā moniales egrediantur. At loquendo de monasterijs Sanctæ Claræ & de alijs, quæ à sua fundatione & voto clausuram seruant, hoc magis dubium est. Et propterea Paulus III. anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo sexto cōcessit omnibus monialibus prouinciæ Castellæ, vt prouinciales, & Abbatissæ possent cuilibet monasterio certum numerum secularium seruitricum consignare. Quod nimirum priuilegium autenticū habetur in archiuo Sancti Ioannis Regū Toleti. Nam cū moniales ipsæ à sua fundatione clausuram seruauerint, non poterant dictæ ancillæ illuc ingredi, sine speciali sedis Apostolicæ decreto. Sed nihilominus contrarium puto dicendū, etiam post Concilium Tridentinum, & post constitutiones Pij V. suppositā opinione eorū qui dicunt dictas moniales non posse habere conuersas professas ad seruiendum in coquina, & in alijs. Verum suppositā opinione eorum qui dicunt, dictas moniales posse nunc habere intra clausuram conuersas professas, quæ in his ministerijs exercentur & ad hūc effectum ad habitum recipiuntur, prout cō tra Nauarrum diximus in superioribus, a dico non posse dictas seruitiales admitti: cū iam moraliter loquendo non sint necessariæ, & si in aliquibus monasterijs admittuntur, hoc prouenit, quia prælati nolunt conuersas istas laicas recipere, vbi enim non recipiuntur, necessarium est vt laicæ recipiantur ad dicta ministeria exercenda. Quod probatur primo, quia Seraphicus pater noster Franciscus primæ regulæ Sanctæ Clarę institutor, & Innocentius IIII. eiusdem confirmator, & Vrbanus IIII. autor secūdæ regulæ hanc consuetudinē eximendi, scilicet, moniales choro destinatas ab his coquinæ vilioribus officijs approbarunt. Qui in prefatis regulis mulieres seruitiales ad professionē admittunt, vt cæteris monialibus choro destinatis in præfatis deseruiant ministerijs: neque has ad clausuram astringi voluerunt. Agnouerunt ergo ac necessariū iudicarunt, vt quæ choro destinantur, ab his ministerijs eximantur, alias id non statuissent. Et quidem habēda est ratio huius consuetudinis plusquā immemorialis. Præterea & id notissimū est, q̄ necessitas ad ingrediendum non debeat esse metaphysica, nec logica, sed moralis dumtaxat. Euidens autē est, præfatas moniales choro destinatas moralem, quanuis nō metaphysicā habere necessitatem, quòd ab illis ministerijs eximantur: vt commodius diuinis laudibus in choro canendis vacare valeāt: & consequenter alijs indigent mulieribus, quæ in his occupentur. Et Confirmatur: nam in monasterijs, in quibus non est magnus monialiū numerus aliæ sunt anus & debiles; aliæ infirmæ, aliæ infirmis ministrantes: aliæ & non paucæ sunt officiariæ. Et si aliæ ex his, quæ choro destinantur in his vilioribus obsequijs exerceantur, quot remanebunt ad diuinas laudes in choro canendas? Non nisi pauciſsimæ. Experimur enim, quod cū monialium quam plures sint debiles, & tenerimè educatæ ministeriū colinæ earum saluti erit plurimū nociuum: propter quod protinus ægrotant, & infirmantur. Habenda quoq; videtur ratio ipsarum monialiū, quarū multæ sunt nobiles & illustres in paternis domibus delicatè enutritę, & omnes in choro & alijs ministerijs iugiter laborant. Ergo huiusmodi seruitialium mulierū ministerio profecto indigent: alias non paucæ à religionis ingressu retardarentur, aut prorsus amouerentur, asserentes religionis iugum,

a Sup. quæſt.

iugũ, propter huiusmodi laborem esse sibi importabile ac difficillimum. Et confirmatur: nam videmus in virorum monasterijs, quòd qui choro destinantur, ab his eximuntur vilioribus cõlinæ ministerijs & alij eis in eiusmodi ministrant. Cur ergo in monialium monasterijs id non dicamus necessarium? Alias quæ choro inseruiunt ob vilia ministeria ab operibus altiorum virtutum impedirentur: quod indecens videtur. Confirmatur deinde. Nam perquam reuerendus pater Frater Ioannes de Aguilera ordinis Minorum olim curiæ Romanæ Commissarius quam plura viuæ vocis oracula à Pio Quinto obtinuit statum Minorum fratrum, & Sanctæ Claræ monialium concernentia, inter quæ ad eiusdem humilem supplicationem præfatus Romanus Põtifex vigesima septima die mensis Septembris, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo nono, viuæ vocis oraculo duas fecit concessiones pro monialibus præfatis. Quarum prior est, q̃ in quolibet conuentu monialiũ possint moniales habere tres, vel quatuor ancillas pro communi seruitio monasterij, si commode eas sustentare possint; dum tamen sint honestæ vitæ, & à conuentu illo non egrediãtur. Et inueni apud scripta cuiusdam grauissimi patris nostræ religionis, se esse certum de hac concessione. Nec ea per Gregorij Tertij decimi Bullã est reuocata, cum non agat de rebus, quæ in ea reuocantur: prout dictum est in superioribus. Et licet aliqui dicant, hanc cum alijs concessionibus fuisse ab eodem Pio Quinto reuocatam ad supplicationem dicti patris, propter murmur contra ipsum ortum tanquam nostram sacram familiam his, & alijs concessionibus ab ipso impetratis relaxantem, adhuc tamen dicta concessio nostræ fauet conclusioni. Cum enim præfatus Pontifex maximus spontaneus omnibus monialium etiam Sanctæ Claræ monasterijs concesserit, quòd possint habere tres, vel quatuor ancillas, intellexit procul dubio, hoc vel saltem morali necessitate eis esse necessarium: alias enim id generaliter nõ concessisset vniuersis. Præterea harum ancillarum ingressum non derogat sacrum Concilium, vbi præfatus ingressus ub excommunicationis pœna interdicitur, exceptis tamen necessarijs casibus. Ergo intellexit hunc casum esse necessarium: & consequenter quod ingressus de licentia superioris in hoc casu non est contra sacrum Concilium. Et si ancillarum ingressum sacra synodus interdiceret, profecto Apostolica Sedes non tam facile vniuersis monasterijs, etiam Sanctæ Claræ eiusmodi ingressum concederet. Quod ex eo etiam confirmatur, quia si contra sacri Concilij prohibitionem Pius Quintus hunc ingressum indulgeret, diceret profecto se sacrum Concilium derogare; & vt moris est, clausulam apponeret derogatoriam dicens: Non obstante sacro Concilio Tridentino. Quod cum non fecerit reuera agnouit præfatum ancillarum ingressum non esse contra sacrum Concilium. Quare & hoc Pij Quinti indultum non est noua aliqua concessio; sed potius concilij declaratio, quod, scilicet, præfatus ancillarum ingressus fit ex causa necessaria, & quod moniales earum ministerio opus habent. Quare huiusmodi ancillis de licentia superioris ingredi licebit. Et ita in aliquibus monasterijs Sanctæ Claræ hodie ancillæ admittuntur: at in alijs non.

Ex his cõsequitur responsio cuiusdam dubij, quod est huiusmodi. In quodam Sanctæ Claræ conuentu, quo tempore in ciuitate ægrotabant plurimi, infirmabantur etiam monachæ quam plures: quarum aliquæ in lectis iacebant: aliæ non paucæ iam conualescentes ex lectis surgere incipiebant, & aliæ erant anus infirmis ministrare impotentes, & quæ ex ipsis iuniores valebant, tot ægrotis commode ministrare non sufficiebant: propter quod ægrotantes non mediocrem in necessario ministerio patiebantur iacturam. Dubitauerũt moniales, an ipsis in hoc casu liceret fæculares mulieres introducere, quæ infirmantibus ministrarẽt. Et quidem pars affirmatiua prorsus est mihi certa, quæ & ex iam dictis corollarie sequitur. Si enim ad ministrandum in colina sanis monialibus fæculares fœminas introducere, licet, & hæc censetur necessaria causa, cur non potius ad seruiendum ægrotis in præfato casu licebit? Non dubito, quin hæc necessitas sit moralis, & vrgens. Præterea finis præcepti est charitas iuxta Apostolum: ergo constitutio contra charitatem militans, cuiusmodi esset, quæ ingressum in hoc casu prohibuerat iniusta est cẽ-

sẽnda: ac proinde non est seruanda. Alias
Matt. 15. ca. audiãt legislatores Christũ Dominũ eis dicentem. Quare trãsgredimini mandata Dei propter traditionẽ vestrã de clausura? Quare & vos irritum fecistis mandatum Dei de charitate propter traditionẽ vestram? Omnis profecto regularis institutio, quantumcunque varietur inuiolata manet, dum charitatis lex custoditur. Esus carnium, ingressus intra claustrũ monasterij aut egressus, quanuis prima fronte regulari institutioni aduersari videantur: tamẽ si charitate & necessitate fiant idem sonãt. Quod si pro necessario seruitio infirmis exhibendo, ieiunium licet soluere, & in die festo sacrũ non audire; cur non licebit & monasterij clausurũ in prefatõ clausuro mulieribus secularibus introire? Licet profecto & multo fortius.

Et idem omnino dicendum videtur de virorũ monasterijs. Certũ est enim, quòd ingredi prohibetur, mulieribus in monasteria virorum per cõstitutiones Pij V. & Gregorij XIII. Ponamus, quod sunt in aliquo conuentu septem, vel octo fratres, quorũ aliqui absunt; alij vero tempore æstatis colligunt eleemosynas, vel annuos redditus; alij vero sunt senes. Infirmantur ibidem duo vel tres fratres: nullus est infirmarius, qui eis valeat ministrare; seculares viri non reperiuntur; qui aut velint, aut valeant, inseruire: reuera instante hac necessitate mulieribus honestis & suspicione carentibus, fas est ingredi ad charitatis opera cũ infirmis exercenda, iuxta ea, quæ in superioribus dicta sunt.

Et id ipsum similiter est dicendum, si monialis quædã cõtagioso morbo laborat, propter quod à monasterio exire licet: verum cũ sit matre & sororibus orbata, nullus est secularis, qui domi suæ eam recipere velit, atq; ideò in loco separato intra ipsum monasterium necessario erat curanda; vel moniales contagium metuẽtes ei ministrare renuunt. Quid faciet misera? Certum omnino iudico hanc causam esse necessariã, propter quã moniales de licentia prælati introducere possent mulierem secularem, quæ huic subueniat necessitati; cum præceptum charitatis præcepto positiuo clausuræ debeat præferri.

## ARTICVLVS. VIII.

*Moniales quædam ordinis Sanctæ Claræ, postquam quadraginta annis in continuis atque grauibus infirmitatibus detentæ incessanter laborauerant, his accedit, quòd in eius cõuentu sunt aliæ moniales anus & debiles, aliæ ægrotantes, quarũ altera perpetuo laborat morbo, in quorum ministerio adolescentes moniales continuo occupãtur, aliæ choro die noctuque assistunt: aliæ non paucæ conuentus officijs impediuntur. Et præterea nouitiæ quæ intra probationis annum sunt constitutæ discunt literas, & cãtum & diuinum officium, quo fit, vt quãuis in conuentu sit non exiguus monialium numerus, illi tamen necessarium subsidium commodè præstare nequeunt. Dubitatur, vtrùm eius prælatus huic concedere possit honestam famulam sæcularem suorum parentum expensis alendam, quæ ibi in necessarijs ministraret, hac lege quod nunquam à monasterio exiret.*

REspondeo dicẽdo primo, quòd in monasterijs, in quibus moniales huiusmodi ancillis vtuntur, liceat profecto, & pro hac moniali ministranda aliam introducere ancillam. Et hoc citra controuersiã est verum. Si enim ancillæ intrant ad seruiendum sanis, & valentibus in colina, cur non & id licebit ad seruiendum ægrotantibus in infirmaria? Et quidẽ consuetudo, quæ optima legum interpres est interpretatur, quod apud moniales, quæ à sua fundatione ad clausuram non tenentur, benignior sit clausura seruanda; & quod apud eas minor causa ad ingrediendum sufficere debeat, quam apud Sanctæ Claræ monachas. Verum in Sanctæ Claræ monasterijs, in quibus seculares fœminę neque inseruiunt, neque vnquam inseruierunt, distinctione vtendum est. Aut enim, obsequij defectus, quem hæc monialis patitur, prouenit ex monacharum malitia, aut ex charitatis defectu; vt puta, quia sunt moniales eiusmodi obsequium commode ministrare valentes: & continuum laborem fugientes, nolunt. Quo casu secularem ancillã introducere fas non erit. Necessitas enim, quæ ex malitia & charitatis defectu prouenit, non est censenda necessitas, propter quam ancillis monasteriorum pateat ingressus. Sed tunc Prælatus, ac prælata monachas instruant, ac doceant, quod ex charitate naturali, ac di-

ac diuina lege monialibus infirmis seruire tenẽtur,sicut vellẽt sibi seruiri:& eas adhortentur. Et præterea iuniores monachas ad id faciendũ cogãt,& cõpellant.Quod si defectus quẽ hæc monialis infirma in sibi necessario ministerio patitur ex monacharũ impotentia proueniat, quæ cõmode ei seruire non valeant, eiq; iuxta suæ necessitatis exigentiã non nisi difficillimè ministrare possunt:tunc hæc censetur vel necessitas vel impossibilitas moralis. Quod enim est nimium difficile & non nisi difficillimè fit impossibile censetur , in materia morali. Quare & hoc casu ad huius ægrotantis monialis subsidiũ sæcularem ancillã introducere licebit.Quod si prælatus auditis ad vtrãque partem rationibus,adhuc sit dubius,an eiusmodi necessitas ad hunc ingressum concedendum sufficiat necne;vel sit dubius, an ministerij defectus,quẽ hæc patitur,ex malitia,vel ex monialiũ impotẽtia proueniat, obseruandũ est, quod in dubio cõstitutus licentiã negare debet: nõ enim ad ingressum sufficit causa dubia:cum Bonifacius causam rationabilem & manifestã requirat. Quod verbum, *manifestam*, cõtrà dubium opponitur. Verum si superior , quanuis opinatiuè, & cum formidine de opposito assentiatur, hanc habere necessitatẽ, & hanc causam ex impotentia monialiũ esse moraliter necessariam iã in id nõ est dubius; si quidẽ assentitur. Et tunc hanc facultatem cõcedere fas est.Quo casu audiat Ioannẽ Gersonium in tractatu de perfectione religionis notabiliter dicentem:religio debet habere curã præcipuam de infirmis,sicut statuerũt sancti patres dicentes,quòd asserenti se infirmũ credatur. Curandumq; est solicitè à prælatis ne quis in infirmitatem præsertim inuincibilem labatur.Et addit ibi:Si prælatus dubitet de necessitate personæ auxiliũ quærentis securius aget ipsius fragilitati interim condescendendo, quã si cũ seueritate auxilium deneget: quia melius est de nimia pietate,quã de nimia seueritate rationem Deo reddere.Hæc ille.Facit ad hoc quidam Ca-
[a] Cap.vlt.5. distinct. non [a] dicens:Illa sunt imitatione digniora quæ pietate sunt excellentiora.

## ARTICVLVS IX.

*In monialiũ Tertij ordinis,vel militiarũ monasterijs est aliqua monacha præ cæteris illustrior. Dubitatur an prælatus huic licẽtiam concedere valeat ad habendã sæcularem ancillam suorum parentũ expensis alendam , hac lege quòd extra claustrum non plus exeat quam cæteræ moniales. Quæro ergo an inspecta huius monialis qualitate hæc cẽseri debeat moralis necessitas.*

RESpõdeo dicendo, q̃ in Sanctæ Claræ monasterijs propter suam strictissimã clausurã,quam seruare consueuerunt, certus sum id non licere. Verũ in præfatis alijs monasterijs,vbi benigniorem, & laxiorem clausurã imponi consuetudine hãc legem sic interpretante existimãdum est, crediderim ego,quòd prælato hanc licentiã indulgere fas sit,vt ancilla illa ad huic moniali inseruiendũ clausrum tuta conscientia ingrediatur. Sic docet Nauarrus. Ad quod considerat ipse & consuetudinis antiquitatem & personæ præeminẽtem qualitatem: & præterea,quia hoc iuuat ad hoc quod illustriores fœminæ ad religionẽ facilius prouocentur.Nec his obstat, quod diximus in superioribus,scilicet,quod causa morali existente possunt prælati dare licentiã ad ingrediendũ monasteriã Sanctæ Claræ. Nam ad hoc respondeo, quòd licèt causa, de qua in præsentiarum, sit moralis pro alijs monasterijs,vbi non est ita stricta clausura, nõ tamen iudico esse sufficientem pro monasterijs Sanctæ Claræ,vbi ad clausuram strictiorem moniales obligantur. Quæ autẽ sit causa moralis sufficiens pro dictis monasterijs arbitrio peritorum relinquendum puto.

## ARTICVLVS X.

*An in prædictis Tertiarũ & Militiarũ monasterijs aliquas nobiles puellas sæculares,ibi nutriendas , sanctisque moribus imbuendas recipere liceat.*

RESpõdeo dicendo , q̃ pars affirmatiua prorsus tenenda videtur. Quod enim ibi sanctis moribus instituantur , & inde ad religionẽ afficiantur, & ad profitendũ promoueãtur, causa moraliter necessaria cẽseri debet.Quod si coniugalẽ statũ assumpse-

sumpserint, maiorem proculdubio virtutis, orationis, & misericordiæ operum curã habebunt, & frequentius ac dignius ad pœnitentiæ & Eucharistiæ sacramenta accedent: quæ omnia moralem constituunt necessitatem, propter quam eiusmodi intra monasteriũ educatio concedi debet. Obseruãda est etiã & cõsuetudo, & quod lex vniuersalis de clausura vniuersis monialibus nouissimè imposita benignius, & suauius est interpretanda. Præterea monialiũ pauperiores cõuentus, ex hac puellarum receptione nonnihil iuuantur, quoad suos sumptus: plus enim pecuniæ conuentui conferunt, quam pro suis expensis sit necessarium. Et cõfirmatur: Nam hoc Reipublicæ expedit: & oppositum contra charitatẽ militare videtur: ergo non est credendũ sacram synodum his puellis deuote & religiosè nutriendis monasteriorũ ianuam precludere voluisse. Præterea Nauarrus [a] inquit Romæ edictum illustrissimi vicarij, nequis sine licentia loquatur, vel mittat literas ad vllas moniales, vel prælatas, vel zitellas, id-est, virgines seculares in monasterio inclusas & cõmendatas. Hæc ibi. Ergo supponit hoc edictũ puellas in monasterijs simul cũ monialibus educari posse. Et adhoc sunt notandæ aliquæ declarationes Cardinalium, quæ ad manus meas peruenerunt.

[a] Naua. vbi sup. nu. 57.

Prima declaratio est: *Conciliũ Tridentinũ nõ prohibet quin puellæ in monasteriis monialiũ educationis gratia recipi possint, nisi fortè ratio aliqua, vel institutum religionis alicuius aliter phiberet.*

Secũda declaratio: *Puellæ seculares nõ prohibẽtur, quin in monasterijs monialiũ educari possint, seruãda tamẽ instituta cuiuslibet monasterij, nec nisi de consensu superioris eiusdem monasterij admittendæ.*

Tertia declaratio: *Puellæ, quæ educationis gratia degunt in monasterijs, debent ibi manere sine ancillis, nec inde, nisi nõ reuersuræ possunt exire; & obligatæ sunt ad clausurã, & ad cætera; sicut ipsæ moniales. Idem statutũ est de puellis, quæ propter tenues facultates, vel inopiam domi suæ tutò ali nequeunt, ac eisdem etiã victu à propinquis suppeditato sunt in monasterijs collocandæ.*

Quarta declaratio: *Puellæ, quæ educationis gratia in monasterijs monialium recipiuntur, recipi debent de consensu Abbatissæ & monialiũ & de consensu ac licentia in scriptis superioris earundem, debẽtq; in monasterio sine ancillis manere, & si semel ex eo exierũt nõ sunt amplius ad id admittendæ.*

Quinta declaratio: *Puellæ quæ sunt in monasterijs monialium educationis gratia, debent restitui patri, quandocũque eas petierit.*

Sexta declaratio. *Puellis, quæ educationis gratia in monasterijs sunt, licẽtia dari debet, inde ad balnea curandæ valetudinis gratia exeundi ijsdemque permitti debet, vt in idem monasterium redire possint si tamen recta via à balneis eo se recipere voluerint.*

Septima declaratio: *Puellæ, quæ de licentia superioris monasterij de eo exiuerint curandæ valetudinis causa, rursum in eodem admitti debent, modo ab eiusdem superiori licentiam in scriptis impetrent, & Abbatissæ ac reliquarum monialium accedat cõsensus. Et in eo vestitu in monasterium intromitti debẽt, qui virginali modestiæ & pudori conueniat, nullamque secum famulã ducant. Et dũ ibi erunt seruare debent clausuræ eandem legem quam moniales seruant, neque ibi permanere permitti debent, vltra ætatis suæ annũ vigesimũ quintum. Quo ex loco si semel exierint nullã posteà reuertendi habeãt facultatem.*

Octaua

Octaua declaratio: *In monasterijs monialium tolerari debẽt puellæ, quæ delectæ sunt ex hospitalibus, & alijs pijs locis, donec offeratur facultas eas nubendi. Quæ licet inseruiant monasterijs monialiũ non possunt tamen priuatim cuiquã moniali inseruire. Quæ puellæ cũ producũtur in publicũ, omnes personaliter incedere debent, nec comites illis moniales adiungantur, & cõfecta processione in monasteriũ reuertantur, & quãdiu ibi sunt clausurã seruare tenẽtur, & reliquam viuendi rationẽ, prout ipsæ moniales; & nullas secũ habere ancillas, nec singulæ inde possunt exire nisi posteà nunquam in idem monasterium redituræ.*

Nona declaratio: *Puellæ, quæ propinquis & facultatibus destitutæ sunt, & ideò sine dote, nec collocari in matrimonio, nec ad monasteriũ adduci possunt, si misericordiæ causa admissæ, fuerint tolerari debent in monasterijs modo supradictis legibus obediant, in futurũ tamen nullæ tales conditiones admittantur.*

Decima declaratio: *Viduæ, quæ viris mortuis honestatis causa se contulerunt in monasteriũ, modo sint bonæ æstimationis, & famæ, legibusq; supradictis monialium pareãt, tolerari debent. De catero tamen nullæ huiusmodi viduæ recipi debent, nisi moniales fieri velint.*

Vndecima declaratio: *Non potest Episcopus licentiam dare viduæ monasteriũ ingredi volenti, & in habitu laicali permanere, etiam si ibi vsque ad finem vitæ suæ permanere, neq; amplius exire velit: quia in istis nulla adest causa necessaria.*

Duodecima declaratio: *Mulier cõiugata, si sit in monasterio monialiũ, & cõstiterit, quod si inde exierit, versabitur in periculo mortis in monasterio relinqui debet etiã sine ancillis & vllo famulatu extraneo, teneturq; clausuram, & alia, prout ipsæ moniales seruare.*

Decima tertia declaratio: *Mulier, quæ venit in suspicionẽ adulterij apud maritũ, & ob id timet, ne ab eo vis aliqua sibi inferatur permitti debet, vt ingrediatur monasteriũ monialiũ, si modo cõstitutiones monasterij nõ repugnẽt, & accedat consensus monialium, & Abbatissæ, & ministri prouincialis, aut alterius earũ superioris, & ingrediatur sine ancillis, & seruet clausurã, & reliqua prout ipsæ moniales. Et causa ingressus cessante, debet inde exire, & si semel exierit nunquam posteà in idem monasterium ingredi possit.*

Decima quarta declaratio: *Mulieres quæ sunt in discordia cũ marito & eius sæuitiã timẽt, si sunt extra culpã quãdiu iustã timẽdi causam habuerint, debẽt, si sunt in monasterijs tolerari. Illæ vero, quæ probabili suspicione adulterij laborãtes in monasterijs receptæ fuerunt ad breue tempus tantum tolerari debent, in posterum vero huiusmodi mulieres recipi in eis non debent.*

Decima quinta declaratio: *Petitio Comitissæ Prignoraſſæ, vt propter fluxum sanguinis possit à marito semigrare, & cum tribus filiabus puellis in monasterio monialium habitare reiecta est.*

Decima sexta decla. *Ordinarius permittere non debet mulieres quæ inhoneste vixerint in sacrarũ virginũ monasterijs permanere, ac præsertim si nõ cõsueuerit*

mona-

*monasterium illud huiusmodi fœminas admittere, & præfatæ mulieres à superiore monasterij nullam in scriptis licentiã impetrauerint, nec Abbatissæ neq; aliæ moniales cõsenserũt, neque post ingressũ monasterij clausurã seruauerũt, neq; aliquã viuendi rationem, quam moniales seruant.*

Decima septima declaratio: *Puellæ quæ iam destinatæ fuerint à parentibus ad religionem, possunt recipi in habitu sæculari septimo, vel octauo suæ ætatis anno in cõuentu, seu monasterio monialiũ, & ibi manere vsq; ad duodecimũ vel decimũ quartum, vt sic possint addiscere literas, & cantum, ac bonis moribus imbui. Sed expleto prædicto tẽpore libere mittãtur in domũ parentum. Quæ si religionem postea elegerint habitu regulari induantur. Si autẽ renuerint, amplius monasterium non ingrediantur.* Hoc fuit cõcessum pro ordine sanctæ Claræ à Pio V. ad supplicationem perquam reuerendi patris Fratris Ioãnis de Aguilera ordinis Minorum, tunc Curiæ Romanæ dignissimi cõmissarij, die vigesima septima mensis Septẽbris, anno Dñi millesimo quingentesimo sexagesimo nono. Quam concessionem licet ab aliquibus dicatur fuisse reuocatã ab eodem Pontifice maximo ad petitionẽ dicti Patris propter murmur, quod contra eũ fuit à fratribus ortum, quasi esset dissipator obseruantiæ regularis; ego tamen non puto hanc concessionẽ fuisse ad ipsius petitionem reuocatã; sed alias, quas ipse pater obtinuit dispensationes in regula fratrum Minorum in his quæ pertinent ad altissimam paupertatem quam nos fratres Minores in regula promittimus. Præterea dicta concessio potius est dicẽda declaratio Cõcilij Tridentini, iuxta superius adducta, quã cõcessio aliqua de nouo: & sic non fuit à sanctissimo Dño Papa reuocata. Est tamen ea vtendũ, quando statuta ipsius religionis non repugnãt, iuxta primã & secundã declarationem superius allegatas. Et ita solent Nuntij Apostolici has, & similes licentias concedentes addere. Nisi in monasterijs sit consuetudo in contrarium:

## ARTICVLS XI

### *An liceat prælatis dispensare, vt matres ingrediantur ad inuisendas filias moniales morti iam propinquas.*

REspondeo dicendo, quod non: quia huiusmodi ingressus non est adeo necessarium medium ad medendum illi ægritudini, neque ad tollendam illam necessitatem, in qua filiæ constitutæ sunt: & ideo nõ est in praxi vt merito quidem in tali casu dispensetur à prælatis. Imo præsentia matrum ratione teneritudinis amoris distrahet ipsas filias infirmas ab intensione amoris, & charitatis, quam erga Deum maxime in tali trãsitu debent habere, vt ipsæ ab amore naturali abstractæ sursum corda leuent. Illum enim docebit Dominus scientiam, & intelligere faciet per claram visionem audi tuũ, qui fuerit ablactatus à lacte, & auulsus ab vberibus. Et pro hoc facit quædam Illustrissimorum Cardinalium declaratio, quæ sic habet. *Non licet Episcopo licentiam dare matri, sororibus, & consanguineis monasterium ingrediendi causa visitandi filiam, vel sorores, quæ graui aliqua infirmitate detinentur, etiam si sint in mortis periculo; & minus quando filiæ aut aliæ professionem emittunt, vel habitum suscipiunt religionis.*

## QVÆSTIO XLVII.

### De pœnis, in quas incurrunt ingredientes monasteria monialium in duodecim articulos diuisa.

*Circa quam quæruntur duodecim.*

1 *VTrùm sint aliquæ cẽsuræ aduersus monialium monasteria ingredientes.*

2 *Vtrùm absolutè moniales admittentes alios prætextu dictarum licentiarum inualidarum sint excommunicatæ.*

3 In

3 *In quas pœnas incidunt ingredientes monasteria monialium prætextu licentiarum earum reuocatarum: & in quas incurrũt Abbatissæ prætextu dictarum licentiarum admittentes.*

4 *Vtrũm sint aliqui casus, in quibus licet ingredi monasteria monialium.*

5 *Vtrũm ratione incendij, vel alterius periculi possint fratres Minores ingredi monasteria monialium.*

6 *Vtrùm Cardinales sanctæ Romanæ Ecclesiæ possint ingredi monasteria Sanctæ Clarę.*

7 *Vtrũm liceat generali Ministro ordinis Minorum ingredi monasteria Sanctæ Clarę.*

8 *Vtrum fratres Minores rogati à Prælatis curam animarum habentibus possint intrare monialium clausuram.*

9 *Vtrùm fratres Minores pro prædicanda cathedra possint ingredi monasteria monialiũ.*

10 *Vtrum Episcopus possit intrare monasteria monialium pro consecratione & benedictione sororis.*

11 *Vtrùm personæ licentiatæ ad ingrediẽdum possint esse in clausura finito negotio, ad quod ingrediuntur.*

12 *Vtrũm ad ingrediendũ sit necessaria licentia in scriptis.*

## *ARTICVLVS I.*

### *Vtrùm sint aliquæ censuræ aduersum monialiũ monasteria ingredientes.*

REpondeo dicendo, ꝙ ante Concilium Trident. aliquæ fuerunt, Romanorũ Pontificũ cẽsuræ aduersum monialiũ monasteria ingredientes. Gregorius enim IX. & Eugen. IIII. excõmunicationẽ ipso facto incurrendam promulgarũt aduersus eos, qui monasteria Sanctæ Claræ ingredi præsumũt: & eandẽ protulit Bonifacius IX. aduersus eos qui ingredi præsumunt monasteria monialiũ ordinis Prædicatorũ, & cõtra moniales, quæ inde exire quoquomodo præsumunt. Et Iulius II. in regula monialium Conceptionis ponit excõmunicationem contra ingredientes monasteria huius sacræ religionis. At Concilium Tridentinum vniuersaliter decernit, loquendo de omnibus monialibus; Ingredi intra septa monasterij nemini licet, sine Episcopi, vel superioris licentia in scriptis obtenta, sub excõmunicationis pœna ipso facto incurrenda.

Obserua sanctam synodum excommunicationem ipso facto incurrendam, proponere aduersus omnes, qui quarumcũq; monialium inclusarum claustra ingredi præsumpserint. Et Gregorius Tertius decimus hoc ipsum confirmauit, in sua extrauaganti incipiente, *Vbi gratia & indulta*, nisi cũ licentia Episcopi, vel superioris legitimè cõcessa hoc ipsum attentauerint. Addens in dicta Extrauagãti, *Quin etiam sub eisdẽ pœnis ipso facto incurrẽdis prohibemus, ac interdicimus omnibus & quibuscunque personis Ecclesiasticis & secularibus, ac etiam regularibus ordinũ quorumcunq; etiam Mendicantiũ, ne prætextu licentiarum ab Episcopis, vel superioribus, quibus illas concedendi in casibus necessarijs tantum ex decreto Concilij Tridentini tribuitur facultas, monasteria ipsa monialium, pro libito, sed pro necessitatibus vrgentibus duntaxat, ingredi, neve moniales sub eisdem pœnis illos aliter admittere præsumant, non obstantibus quibuscunq;*. Hæc Gregorius. Circa quæ verba obserua primo, ꝙ pœnæ, de quibus in hac cõstitutione fit mẽtio sunt pœnę excõmunicationis ipso facto Papę reseruatæ priuationis officiorũ, & inhabilitatis ad alia obtinẽda. Secundo obserua Gregorum Tertiũ decimũ, nullũ nõ mouere lapidẽ, ad euitãdos in monialiũ monasteria ingressus nõ necessarios. Prohibuerat enim sancta synodus huiusmodi ingressũ, absq; superioris licentia sub excommunicatione ipso facto incurrenda. Et ne superior hac abuteretur facultate hanc licentiam sine vrgẽti necessitate pro libito cõcedẽs, sancta synodus hãc facultatem superioribus limitauit, eamque non nisi cum moderamine concessit dicens: Dare autem tantum Episcopus vel superior licentiam debet in casibus necessarijs, nec alijs vllo

modo

modo possunt etiam vigore cuiuscūque facultatis, vel indulti hactenus concessi, vel in posterum concedendi. Sed dubitaret aliquis vlterius, quid si Episcopus facultatem sibi tributam excedens licentiam largiatur in casu non necessario? Nunquid qui prętextu huius licentię intraret in conscientia tutus sit? Nūquid hic vel aliquā incurrit cēsuram? Huic dubitationi occurrit Gregorius XIII, definiens, addendo hunc supradictas censuras incurrere, ingrediendo sine causa vrgente prętextu huiusmodi licētiæ. Et ad euitandum huiusmodi ingressum aliā similem censuram addidit aduersus moniales, quæ admittere præsumunt eos, qui virtute huius licentiæ in casu non necessario intrare præsumunt. Ecce vides tres excommunicationes aduersus ingredientes absq; licentia. Prima est concilij Tridentini. Secūda est Gregorij XIII. aduersus eos qui prætextu huius licentiæ in casu non necessario intrare præsumunt. Tertia est aduersus moniales eosdem admittentes.

Obserua etiam quod moniales admittentes eos, qui prorsus absque licentia intrāt nullam ex vi extrauagantis Gregorij XIII. censuram incurrunt. Hæc enim Extrauagans solum loquitur de monialibus admittentibus eos, qui prętextu huius licentiæ intrare præsumunt. Quod patet ex dicta Extrauagāti. Postquam enim excommunicat eos qui prætextu huiusmodi licentiarum absq; vrgente necessitate intrare præsumūt subdit statim, *Prohibemus etiam sub eisdem pœnis, ne moniales illos admittere præsumant.* Præcesserat enim sermo, non de quibuscunque intrantibus, sed de intrantibus absque vrgenti necessitate, prætextu huiusmodi licentiarum: & ad hos refertur relatiuum, illos, positum in versiculo: *Prohibemus etiam.* Et sic vult dicere Gregorius, prohibemus sub eisdem pœnis, ne moniales admittere præsumant eos, qui prætextu licentię superioris absque vrgenti necessitate intrare præsumunt.

Quod si obijcias: Longè grauius delictū est absq; vlla prorsus ingredi licentia, quā cum superioris licentia citra vrgentem ingredi necessitatem: sed moniales admittentes eos, qui cum superioris licentia absque vrgenti intrant necessitate, excommunicationem incurrunt: ergo & admittentes eos qui absque vlla prorsus intrant licentia eādem incurrunt censuram. Antecedens quidem verū est: sed consequens nullius est momenti. Excommunicationes enim cum sint pœnales, non sunt ampliandæ ad alium casum, etiam si in eo sit vel similis, vel vrgentior ratio. Quare tametsi delictum absque vlla prorsus licentia ingredientium, & consequenter monialium eos admittentium sit longe grauius, tamen excommunicatio ad hunc casum nequaquam extenditur. Caietanus [a] inquit, circa excommunicationem considerandā est actio ex parte termini: ita quod excommunicatio solum extenditur ad illā & nō ad aliam actionem. Nauarrus [b] sic scribit: Perpendenda est actio, propter quam fertur excommunicatio: neq; enim extenditur vltra illam. Hæc ille. Ex his sic collige argumentum: Sed actio monialium quæ hic excommunicantur est admissio cū superioris licentia intrantium, sine tamen necessaria causa: ergo admissio monialium admittentium eos, qui absque vlla prorsus intrant licētia, cū sit alia actio huic excōmunicationi nō subiacet: tametsi talis actio seu admissio sit grauior culpa. Quod exemplo iuridico confirmatur. Clemens [c] V. excommunicat moniales matrimonium contrahentes, & eos qui cum monialibus contrahunt: itaque vtriq; excommunicantur. Excommunicat etiam ibidem religiosos & clericos in sacris constitutos, matrimoniū contrahentes. Et quamuis excommunicetur sæcularis vir cum moniali contrahens: tamen non excommunicatur sæcularis fœmina cum religioso vel sacerdote contrahens. Nam licet vtrobiq; sit ratio excommunicationis, non est tamen extendenda ex æqualitate rationis. Sic annotauerunt Caietanus, [d] & glossæ receptæ, dicentes, excommunicationem de vno casu ad alium extendi non debere, eo quod pœnæ sunt restringendæ. Et hoc confirmatur. Non enim valet argumentum à simili in legibus pœnalibus. Nec etiam argumentum ab identitate rationis, cum pœna imponatur ex Legislatoris voluntate. Licet enim ex recta & cogente ratione procedat, quod crimina puniātur, nulla tamē ratio cogit, vt tale aut tale crimen, hac aut illa pœna puniatur: sed hoc ex sola Legislatoris voluntate pendet, quæ etsi aliquam habuerit congruentem rationem, non tamen necessario cogentem, vt talis pœna potius quam alia statuatur. Et sic lex pœnalis nunquam est extendenda vltra

[a] Caie. v. ex cōmunicatio in prin.

[b] Nauar. in man. c. 27. n. 51.

[c] in clem 1. de cōsang. & affinit.

[d] Caie. v. ex cōmunicatio. c 47. glo recepta in clementi. 1. de consang. & affinit.

vltra casum per legem expressum: etiamsi sit per argumentum à simili, aut à contrario sensu, nisi forte talis extensio possit per alias iuris regulas aperte & euidenter probari. Et sic reprobat noster doctissimus Castro [a] Abbatem dicentem, gratis & absque vlla ratione legem pœnalem posse extendi ad similem casum, propter similitudinē rationis & connexitatem negotij. Pro nostra sententia facit quædā [b] Decretalis, vbi probatur quod excommunicatio lata contra dantem licentiam male faciendi nō extenditur ad eum, qui prætextu huius licentiæ malefacit, nisi expresse id exprimatur: & tamen grauius, aut saltem non minus graue est occidere, seu percutere, & furari, quam licentiam ad hæc facienda præstare.

[a] Castr. li. 1. de le. pœn. cap. 2. fo. 18. Abb. in ca. transacto de const.

[b] c. quicunque de sent. excom.

## ARTICVLS II.

### *Vtrùm absolutè moniales admittentes alios prætextu dictarum licentiarum inualidarum sint excommunicatæ.*

REspondeo dicendo, quod Gregorius Nonus, & Eugenius Quartus, & Bonifacius Nonus vtuntur verbo, præsumere. Quare non excommunicant omnes ingredientes, sed ingredi præsumentes, seu ex presumptione ingredientes Sanctæ Claræ, & Sanctæ Catherinæ monasteria: requiritur ergo, quod ingressus ex præsumptione fiat, vt quis hanc incurrat censuram. Simili modo Gregorius XIII. in sua Extrauagāti vtitur verbo, præsumere; quare non excommunicat eos, qui prætextu eiusmodi licentiarum citra vrgentem necessitatem intrant, sed eos qui sic intrare præsumunt. Nec excommunicat moniales omnes eos admittentes, qui prætextu prę fatarum licentiarum citra vrgentem necessitatem intrant, sed eas dum taxat monia les, quæ præfatos admittere præsumunt. Et quidem quantum ad monasteria Sanctę Catherinæ attinet, sic annotauit [c] Caietanus. Postquam enim inter septem casus ex communicationi subiacentes hunc casum recensuit ait: Aduerte, quod ingressus monasteriorum dolum & præsumptionem requirit: nam in excōmunicatione, vbi in monasteria monialium ordinis Prædicatorum prohibetur ingressus, ponitur verbum præsumere. Hæc ille. Idem omnino est dicendū de quibuscunque monasterijs, vbi Pontifices ingressum sub excommunicationis prohibentes verbo præsumere vtuntur, vt tradit Nauarrus, præfatam Gregorij Tertij decimi Extrauagantem exponens, quæ etiam verbo, præsumant vtitur. Inquit enim: Ponderandum est verbum, præsumāt, per quod videtur, quod intrantes, vel moniales eos admittentes ante notitiam huius legis, vel post eam per illius obliuionem aut incogitantiam, aut animi simplicitatem nō incurrant præfatam excommunicationem. Quia lex aliquid præsumenti facere pœnam imponens non includit id facientem per obliuionem, inaduertentiam, vel simplicitatem sine dolo, iuxta doctrinam singularem, & communiter receptam Cardinalis. [d] Et idē Nauarrus [e] inquit, quod cum Papa in bulla cœnę Domini excōmunicat absoluere præsumentes contra prohibitionem prædictæ bullæ ab excommunicatione absoluens animi simplicitate hanc censuram non incurreret.

[c] Caiet. in Sū ma. v. excō. municatio. c. 81.

[d] Cardi. in clem. 1. q. 38 de priuileg. e Nau. c. 27. n. 74.

Obserua tamen, quod Iulius Secundus respectu monasteriorum Conceptionis, & Cōcilium Tridentinum respectu monasteriorum monialium quoruncunque ordinum, cum omnes ingredientes excommunicant verbo, præsumere, nō vtuntur. Circa quod dubia duo proponuntur. Primum dubium est, an ingredientes monasteria monialium ex quasi inuincibili censuræ ignorantia, quandoquidem vident ea alicubi superioribus scientibus, & nō impedientibus liberū habere ingressum præfatā incurrant cēsuram? Ad quod respondeo, nullam incurrere censuram. Ita tenet Syluester. [f] Postquam enim excommunicationem citauit contra ingredientes monasteria Sanctæ Claræ, & Sanctæ Catherinæ, addit: Nota secundum Archidiaconum, quod vbi sententiæ huius modi nunquam vel quasi nūquam promulgantur, si quis ignoranter ex probabili ignorantia, & sine mala intentione intraret, excommunicationem non incurreret, cum sit ignorantia quasi inuincibilis. Et hoc colligitur ex mente Diui Thomæ. Hæc ille. Idem tenent Beatus Antoninus, [g] & Angelus, & clypeus monialium. Quod ex hac ratione probatur: Iste habet ignorantiam à

[f] Sylu. v. excōmunicatio. 7. §. 87.

[g] Anto. 3. p. n. 25. cap. 7. Angel. v. excōmunicatio 7. casu. 47. Clypeus mon. cōc. 4.

peccato mortali excusantē: ergo & excusantem ab excommunicatione, quæ mortale peccatum presupponit, & non nisi propter mortalem culpam infligitur.

Secundum dubium est: Quod si sciens, & censuram & seruari solitam bona fide ingrediatur ex aliqua apparenti, quamuis insufficienti ratione, existimans iustam se habere ingrediendi causam; & in illo particulari casu ingredi sibi licere, habens in corde quod si sciret huiusmodi ingressum esse peccatum, aut causam insufficientem nullo modo ingrederetur, nunquid & hic excommunicationem incurrit, an vero ab ea excusatur. Respōdetur, quod tales sic ingredientes à mortali culpa excusantur. Ad hoc enim quod bonam habens fidem à mortali excusetur transgressione, sufficit causa rationabilis vera, vel bona fide existimata, vera: sed isti bona fide ingrediētes habēt ingrediendi rationabilē causam, vel verā, vel existimatā, verā: ergo à mortali culpa excusantur & cōsequēter ab excommunicatione, quæ nō nisi pro lethali culpa infligitur. Ita tenet Nauarrus [a] dicēs quod qui intrat monasteria Sanctæ Claræ, & Sanctæ Catherinæ de Senis ductus ignorantia iusta, vel quasi iusta, excommunicationem à Romanis pontificibus latam non incurrit neque qui sciens ingreditur, sed persuasus causam, ob quam ingreditur esse iustam. Hæc ille.

a Nau. c. 27. n. 109.

## ARTICVLVS III.

### *In quas pœnas incurrunt ingredientes monasteria monachorum prætextu licentiarum reuocatarū, & in quas incurrant Abbatissę prætextu dictarum licentiarum admittentes.*

REspondeo dicendo, quod Gregorius Tertius decimus in Bulla, quæ incipit, *Vbi gratiæ & indulta*, Data Romæ apud Diuum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo quinto, Idibus Iulij, pontificatus sui anno quarto, ait, *Autoritate præsentium reuocamus, & abolemus omnes, & quascunque licentias ac facultates ingrediendi monasteria domos, & loca monialium quarumuis ordinum, quibusuis etiam Comitissis & Marchionissis Ducissis, & alijs cuiuscunque status, & conditionis mulieribus concessas. Ac etiam omnes & quascunque licentias ingrediendi monasteria, domus & loca ipsarū sanctimonialium, quibuscunque viris etiam eiusdem status & dignitatis, tam à prædecessoribus nostris, quam etiam à nobis & à Sedis Apostolicæ legatis, aut alijs exquibusuis quantumuis vrgentibus causis sub quibuscunque tenoribus & cæt. Cassamus & annullamus literas desuper cōfectas & processus habitos per easdem, inhibentes eisdem, qui illas obtinuerint, sub excommunicationis pœna ipsofacto incurrenda; super qua à nemine, nisi à Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo) absolutionis beneficium possit impertiri, ne ipsarum literarum prætextu monasteria huiusmodi ingredi audeant.* Hæc Sūmus Pontifex. Et cum iam præfatas licentias reuocaret, & pœnam excommunicationis contra ingredientes prætextu dictarum licentiarum reuocatarum protulerit, subdit dicens, *Abbatissas vero, necnō Abbatibus & cōuētibus ac alijs monasteriorū vtriusq; sexus superioribus & prioribus & personis, quocunq; nomine vocētur districte præcipimus sub eadem excommunicationis pœna, necnō priuationis dignitatum beneficiorum, & officiorum suorum ac inhabilitatis ad illa & alia in posterum obtinenda, ne in monasteria domus & loca quæcunque prætextu huiusmodi licentiarum & facultatum ingredi faciant vel permittant,* Circa quam Extrauagantem est notandum primo, quod licet Gregorius Tertius decimus prohibuerit ingressum virorum, vel mulierum in monasteria monialium, ita vt ingredientes pœnam excommunicationis ipsofacto Sedi Apostolicæ reseruatam, nec non

non priuationis dignitatum beneficiorum & officiorū ſuorum ac inhabilitatis ad illa & alia in poſterū obtinēda, Abbatiſſis nec non Abbatibus,conuentibus,ac alijs monaſteriorum vtriuſque ſexus ſuperioribus,& prioribus, & perſonis quocunque nomine vocentur,quamcunque prætextu huiuſmodi licentiarum facultatem ingredi facientibus & permittentibus. Non tamen generaliter loquitur ſummus Pontifex. Primo, quia nō imponit dictas pœnas monachis& monialibus ſingulis priuatim dictas perſonas ad dicta monaſteria admittentibus,ſed Abbatibus, Abbatiſsis, præpoſitis & alijs quocunq; nomine vocentur ſuperioribus; ita, quod monachæ admittentes dictas perſonas ad dicta monaſteria non incidunt indictas pœnas,ſed tantū ſuperiores & præpoſitæ. Nec contra hoc abſtat dicta Extrauagans,ibi, *Conuentibus*, Quo verbo videtur ſignificari quæcunque ſingulares perſonæ ipſius conuentus monialium,ad cuius clauſuram dictæ perſonæ admittūtur.Nam reſpondetur quod nomen,conuentus,non ſignificat ſingulares perſonas ipſius, iuxta tradita à Sylueſtro. [a] Adeo quod dicit Nauarrus, [b] quod ſuſpenſis priuilegijs conceſſis monaſterijs & conuentibus non ſuſpēduntur,conceſſa ſingularibus perſonis eorū.Et ſic ait Calepinus, quod conuētus ſignificat multitudinem hominū in vnum locum congregatam, quod aliquibus locis Ciceronis probat.

a Syl.in Sūma tit. religio 8.n.1.
b Nau. ď in dulg.not.28 n.13.&.14.

Dices: ergo incurrēt ſupra dictas pœnas ſolum moniales in vnum cū ſua præpoſita congregatæ admittētes dictas perſonas ad dictam clauſuram: & ſic omnis cōuentus remanebit excōmunicatus, & in alias pœnas incurret. Ad quod reſpōdeo,quod nomine conuentus in hac Extrauaganti non venit multitudo monialium in vnum cōgregata, ſed tantū Abbates,& huius cōuentus maiores culpabiles in dicta permiſsione inuentę iuxta illa quæ tradit quædam gloſſa [c] ſingularis per textum ibi: & in ſpecie tradunt Doctores communiter cū Archidiacono [d] Et quod hic loquatur nō de perſonis particularibus patet primo ex cōtextu verborū,

c Glo. in d. ca.§.in vniuerſitatem. v.culpabilis
d Archi. in ca. deliberatione de offi.delegat. lib.6.

*Abbatiſsis vero,nec non Abbatibus cōuentibus,ac alijs monaſteriorum vtriuſque ſexus ſuperioribus & prioribus,& perſonis quocunque nomine vocentur*,

In quo contextu nulla de ſingularibus perſonis fit mentio.Licet enim dicat,& perſonis,ex addito tamen ibi,*Quocunque nomine vocētur*,Denotatur nō loqui de perſonis priuatis ipſorum monaſteriorū: hæ enim fratres & moniales cōmuniter appellantur. Loquitur igitur de prælatis & Abbatiſsis, quæ in monaſterijs virorum & mulierū diuerſa nomina ſortiuntur quæ vocātur Abbates prouinciales,magiſtri,guardiani, priores, ministri,rectores,præpoſiti,præſidētes, Abbatiſsę,& prioriſſæ.Denique ſentētia excōmunicationis & aliæ pœnæ contra ſupra dicta faciētes nō tendūt niſi cōtra prelatos, & prælatas & alias ſuperiores iſthæc faciētes. Verū eſt tamē,quod pœna excommunicationis ipſo facto infligitur cōtra ſingulares perſonas præſumptuoſe ſine licentia legitima id ipſum perpetrantes ex decreto Concilij Tridentini, & ex alijs bullis ſummorū pōtificū,de quibus ſupra fecimus mentionem.

Obſerua deinde, videri, quod nō incurrunt dicti Abbates & Abbatiſſæ dictas pœnas,facientes,vel permittentes,ingredi mulieres prætextu licentiarū reuocatarum:ſed tantū faciētes ingredi viros,vt patet ex Bulla ibi.*Quencunque prætextu huiuſmodi licētiarū.* Si enim vellet ſummus Pōtifex prohibere ſub dictis pęnis prædictū ingreſſum, etiam mulierū,non dixiſſet tantū,quēcunque ſed addidiſſet,& quācunque in numero fæminino,vt ſexū maſculinū,& fæmininū comprehēderet. Quod cōfirmatur ex traditis à Geminiano, [e] & ab alijs citatis ab Antonio Gabriele dicentibus quod in pœnalibus & correctorijs maſculinū nō includit fæminum.At contrariā opinionē,imo quod etiā in his maſculinū includat fæmininū tenent multi relati à Tiraquelo [f] & à Menochio putātibus hanc eſſe veriorem;ſecūdū quam etiā ſi nomē quencunque,hic poſitum licet ſit maſculinū,neceſſe eſt,vt dicamus cōprehendere fæmininum.

e Gemi. in cap.in generali.in.3.caſu de elect.li.6 Anto. Gab. lib.commu. opini.tit.de verb.ſignif. con.6.n. 17. & ſeq.
f Tiraq. de retract. conſang.§.1.glo. 9.n.221. Menoch.de adipiſcen. poſ. remed. 4. n. 61.62.&. 63.

## *ARTICVLVS* IIII.

*Vtrum ſint aliqui caſus, in quibus licet ingredi monaſteria monialiū ſine timore excommunicationis.*

REſpondeo dicendo, quod multi ſunt caſus relicti arbitrio prudentis ſuperioris,de quibus iam diximus in ſuperiorio

bus. Nunc autē libuit proponere inpræsentiarum aliquos casus ordinarios, inquibus talis ingressus, est licitus.

Primus est quod, *Confessori seu vicario monialium licet ingredi monasteria monialium Sanctæ Claræ, quando aliqua soror vel monialis tanta fuerit infirmitate detenta, quod ad locutorium commode venire non potest, & habet necessitatē confiteri, vel Domini corpus, vel alia recipere sacramenta. Ita tamen quod exhibiturus huiusmodi sacramenta, alba, & stola & manipulo cum duobus idoneis & religiosis socijs, vel vno adminus alba vel salē super pellicio vestitus ingrediantur ac morentur induti, & audita confessione, vel alio trādito sacramēto sicut ingressi fuerint, sic egrediātur induti nec morā faciant ibi longiorem. Caueāt tamen, vt quandiu intra monasteria fuerint nullatenus separentur ad inuicem, quin semper mutuo possint liberè se videre.* Ita Vrbanus Papa in regula [a] Sāctæ Claræ. Circa quem casum primo aduertendum est, quod socius debet esse clericus, & non laicus, vt expresse habetur in bulla quadam Gregorij Noni. Cuius tenor est in libro [b] Monumenta ordinum. Et ita etiam habetur in bulla Vrbani Papæ Quarti cum dicitur, quod, *Socius intret indutus alba adminus*. Et tale indumentum solum competit clericis, & adhuc i sacris ordinibus constitutis.

a Regul. S. Claræ. c. 7.

b In. 1. imp. fol. 48. & in 2. fol. 131. cō cess. 295.

Consuetudo autem est in contrariū; quia neque socij vbique sunt clerici neq; ingrediuntur induti. An verò ista consuetudo sit bona, dicit Clypeus monialium, quod aliorum sit iudicium. Sed ego credo, quod licet esset melius, vt cōditiones seruentur ab Vrbano Quarto, & à Gregorio Nono, & à constitutionibus Toletanis id ipsum determinantibus, consuetudo tamen in contrarium puto quod excusat à peccato, quia est consuetudo scita & tolerata.

Vtrùm autem concessio Vrbani supra dicta tantum locum habeat in extrema necessitate, vel in articulo mortis, controuertitur.

Ad quod respondeo dicendo, quod Alexander [c] Sextus scribens generali ac prouincialibus vicarijs ordinis Minorum de obseruantia commorantibus in partibus Vltramontanis sic ait.

c Habet. in monu. tract. 1. in. 2.

*Dilecti filij salutem, & Apostolicam benedictionem. Exponi nobis fecerunt dilectæ in Christo filiæ Abbatissæ & moniales monasteriorum ordinis Sāctæ Claræ in partibus illis constitutorum quòd licet per ipsarum regulam concedatur expresse, quòd cōfessores eisdem per vos pro tempore deputati necessitate adueniente pro ministrandis sacramentis ecclesiasticis possint competenti societate comitati eorundem monasteriorum clausuras ingredi. Quia tamen interdū accidit, aliquas moniales ipsorum monasteriorum diutina infirmitate detineri, & quandoque per annum aut biennium ita morbo laborare, vt pro sacramentorum receptione non possint ad communem cratem accedere; spirituali propterea consolatione omnino carent, illa præsertim, qua cæteræ moniales in receptione Eucharistiæ quintodecimo die recreantur, confessores prædicti ex eo, quòd dictæ moniales non sint constitutæ in extrema necessitate, aut mortis articulo pro earum visitatione, & sacramentorū administratione clausuras interiores eorundem monasteriorum absq; conscientiæ scrupulo ingredi non audeant. Quare eadē Abbatissæ & moniales nobis humiliter supplicare fecerūt, vt dignaremur, spirituali consolationi monialium, præsertim infirmarum, circa hoc paterna benignitate consulere.* Hæc ibi. Et sic Papa prouidit. Sed re vera confessores

res prædicti timore trepidauerunt vbi non erat timor. Quare dico quod quoties toti conuentui ex præcepto regulæ, vel ex alia rationabili, siue pia causa ministrantur monialibus pœnitentiæ & Eucharistiæ sacramenta, confessori ex præcepto regulæ licebit ingredi ad eadem ministranda ægrotantibus monialibus, quæ ad communem locum, vbi hæc cæteris ministrantur, commode venire nequeunt. Imo quoties infirma dixerit se pœnitentiæ salutari sacramento indigere, quod verũ est, nullo expectato mortis periculo, aut necessitate extrema.

Hæc assertio probatur primo iure canonico: [a] vbi dicitur: Cum infirmitas corporalis nonnunquam expeccato proueniat dicente domino Languido, quæ sanauerat. Vade & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat, præsenti decreto statuimus, & districte præcipimus medicis corporum, vt cum eos contigerit ad infirmos vocari, ipsos ante omnia moneant, & inducant, vt medicos aduocent animarum & postquam fuerit infirmo de spirituali salute prouisum ad corporalis medicinæ remedium salubrius procedatur, cum cessante causa, cesset effectus. Siquis autem aliorum huius constitutionis trãsgressor extiterit ab ingressu Ecclesiæ arceatur. Quam constitutionem Pius Quintus Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris die octaua Martij, anno Dñi millesimo, quingentesimo sexagesimo sexto, pontificatus sui anno primo innouauit contra medicos in hoc deficientes alijs grauioribus pœnis procedens. Declarando, quod sint perpetuo infames, & gradu medicinę, quo insigniti erant omnino priuentur, & à collegio seu vniuersitate medicorum eijciantur, ac pœna etiam pecuniaria arbitrio ordinariorum, vbi deliquerint mulctentur. Ergo summa fatuitas esset asserere, quod monialis infirma medicum animarum, nisi in extrema necessitate & in periculo mortis constituta confessorem accersere non deberet. Eadem assertio omnino probatur ex prima regula [b] Sanctæ Claræ. Quæ postquam expressisset, quoties in anno moniales pœnitentiæ & Eucharistiæ sacramenta recipere debeãt, tacite respõdet dubio. Poterat enim quis dubitare, nunquid infirmæ moniales quæ ad cratem accedere nequeunt, sint priuandę hoc numero communionum inquit, *Pro communicandis infirmis sororibus*, Capellanis intus liceat celebrare. Hæc ibi, & tamen certum est, quod communionem confessio præcedere debet. Obserua regulam, non dicere pro communicandis infirmis in periculo mortis constitutis; nec dicit, pro conferendo viaticum. Sed quid ait. Pro communicandis infirmis licet ingredi, & in alia parte eiusdem regulæ. [c] Sic legimus pro confessione infirmarum, quæ ad locutorium ire non possunt, ac pro communicandis eisdem liceat capellano introire. Obserua verba, *Ad locutorium ire non possunt*, Vt hinc discas regulam, hoc solum requirere ad licitum ingressum pro confessione & communione infirmarum. Idem probatur ex alia parte regulæ [d] secundæ Sanctæ Claræ. Vbi postquam expressum esset, quoties in anno moniales pœnitentiæ & Eucharistiæ sacramenta recipere debeant, subditur, *Si tamen aliqua soror tanta fuerit corporis infirmitate detenta, quod ad locutorium commode venire non possit, & necessitatem habuerit confiteri, vel dominici corporis accipere sacramentum, ingrediatur capellanus.* Obserua ad licitum ingressum regulã, nihil aliud exigere, quamquod infirma ad locutorium, seu cratem commode venire non possit. Et confirmatur ex alia parte eiusdem regulæ [e] Hoc ab omnibus firmiter obseruatur, *Vt quando de confessione infirma aliqua sacerdoti fuerit allocutura adminus non loquatur, nisi cum duabus non longe sedentibus, quę confitentem & confessorem videre possint*, Hæc ibi. Reuera pro moniali in periculo mortis seu extrema necessitate constituta abundans & superflua esset custodia. Verum tamen necessaria est pro confessore ingrediente citra hanc infirmę monialis necessitatem. Et ratione confirmatur. Si enim medico corporali cessante præfato mortis periculo ingredi licet, cur non & medico spirituali idem licebit? Nec enim est afflictis danda afflictio. Esset autem summa afflictio si infirmæ moniales eiusmodi sacris sacramentis ad medelam & refectionem animarum institutis priuarentur, quo tempore cęteris monialibus præstantur. Præterea sæpe sæpius medici existimant, morbum non

[a] c. cum infirmitas de pœnit. & remis.

[b] Cap. 3.

[c] Cap. 12.

[d] Cap. 7.

[e] Cap. 12.

esse lethalē aut periculosum, & fallūtur. Ergo si ante mortis periculum iam cognitum confessori ingredi non liceret, proculdubio moniales non raro absque sacramentis decederent. Ex dictis infertur, quod quanuis concessio Alexandri Sexti non esset necessaria Sūmi tamē Pontifices solent annuere eiusmodi petitionibus ad sedandos scrupulos timoratarum mentium, & sic respectu earum est vtilis & necessaria.

Dubitatur præterea circa prædictū primum casum, an vicarius monialium possit intrare cum socio ad celebrandum in infirmaria, vt infirma monialis recipiat Eucharistiam, quanuis non sit per modum viatici. Huic dubio respondetur, quod in omnibus festiuitatibus, inquibus religiosæ tenentur secundum regulam communicare, potest vicarius cum socio ingredi, absque vllo scrupulo conscientiæ ad celebrandum, vt infirma cōmunicet. Et ratio est: quia in prima regula Sanctæ Claræ, quæ est strictissimæ clausuræ datur facultas confessori, vt possit intrare pro infirmis communicandis: Sed communicatio fidelium, moraliter loquendo, est annexa celebrationi: ergo ex eo quod datur facultas ad communicandū datur ad celebrandum. Idem constat ex secunda regula [a] Sanctæ Claræ. Et hoc confirmatur ex vsu & consuetudine in omnibus religionibus. Et Leo [b] Decimus,

a Cap. 7.

b Supplem. fol. 93. consſione. 190.

*Concessit quod quando moniales Sanctæ Claræ infirmantur, taliter quod non possunt ad cratem venire ad audiēdam missam, posset illo tempore sacerdos confessor earum vel prælatus superior introire clausuram, in infirmariam & monasterium ad celebrandum ne tales moniales remaneant sine missa, dummodo sacerdos ad nulla alia loca, quam ad altare diuertat: neque moretur, nisi tanto tempore, quanto indiget ad celebrandū, neque loquatur, nisi quantū opus est in missa,*

Nec obstat constitutio generalis Toletana nostrę sacrę religionis: in qua dicitur quod non possint intrare vicarij in monasteria monialium ad celebrandum in choro, neque in ecclesia interiori. Nam respondetur quod solum ibi prohibetur ingressus ad celebrandum in choro, & in ecclesia interiori at non prohibetur celebratio in infirmaria.

Nec obstat dicere, quod sumptio corporis Dominici potest optime fieri absque hoc, quod vicarius celebret interius: ergo ex hoc, quod datur facultas ad communicandum infimam, non datur ad celebrandum intra. Nam respondetur, quod nō potest commode communicare nisi celebret intra: quod patebit ex infra dicendis. Neque me latet quod in nostra sacra religione regularis obseruantiæ contrarium seruatur sic præcipientibus patribus generalibus dicentibus per quamdam constitutionem pōtificalem hoc determinātem. Hæc enim constitutio non inuenitur, & de ea tantum vt suspicor fides habetur ex auditu. Et in re tanti momenti & tantæ charitatis indubitata & expressa notitia debet haberi: quia sicut non est admittenda facile legum correctio: ita non debemus facile admittere priuilegiorum correctionem & abrogationem. Præcipue, quia sicut ego accepi ab his, qui huius rei habent experimentum non potest decenter ipsa Eucharistia deferri in infirmariā sine eo quod missa in ipsa celebretur. Nam sacerdos celebrando in ecclesia reponit Eucharistiā in quadam capsa, & defert ad cratem vbi ipsam ponit in loco ad hoc ordinato, & ea relicta sæpe sæpius vestitus vestibus sacerdotalibus exit ab Ecclesia & per plateam recurrit ad portam communem clausuræ. Ipsamque ingrediens ad locum vbi est Eucharistia collocata pergit & cum ipsa ad infirmariam progreditur. Videtis has tam varias stationes? ad quid? ad clausuram seruandam? Minime. quia iam sacerdos cum socio clausuram ingreditur ad communicandum infirmam. Ad decentius communicandum infirmam? Minime: vt patet. Ex discursu habito decentius multo videtur, vt missa in altari infirmariæ aut in oratorio eius celebretur, vt infirma communicet, & simul missam audiat & consolationem non mediocrem ex eius auditione recipiat. Inueni enim ego in quodam Sanctæ Claræ cænobio monialem viginti annos in infirmitate habētem, quæ sacrum per multos annos propter obseruantiam rigoris supra dicti minime audierat: de quo maxime dolui. Verum est tamē quod si sedes apostolica contrarium determinauit id debet seruari, imo decentius esse credendum est. At ad manus meas talis determi-

terminatio non peruenit, nec patres ordinis eam habent.

Dubitatur denique circa prædictum casum, Vtrum pro renouatione sacramenti Eucharistiæ possint intrare clausuram.

Respondeo dicendo, quod Clemens septimus, vt habetur in cõpendio mendicãtiũ. *Concessit, quod moniales sub obedientia ministri generalis fratrum Minorum existentes possint in ecclesia interiori in loco decenti habere Eucharistiam, sicut habent in exteriori.* Hæc ibi. Vides Clemẽtem cõcedentẽ, *Quod monialibus liceat habere sacram Eucharistiam simul in duobus locis, & in ecclesia interiori, hoc est, in choro & in ecclesia publica.* Pro cuius concessionis explicatione obserua, quod moniales altero ex duobus modis hac concessione vtebantur. Inquibusdam enim monasterijs, Sanctissimum Christi corpus vtrobique & in choro, & in publica ecclesia conseruabatur: & hoc est decens & pium. Et hac ratione à Clemente Septimo pro monialium consolatione concessum, neque est hodie reuocatum. In alijs autem conuentibus seruabatur tantum, intra chorum, & non in ecclesia publica. Quod quidem indecens erat propter seculares homines, qui cum ecclesiã ingrederentur, existimantes ibidem esse sacramentum reuerentiam faciebant, & adorationem sanctissimo Christi corpori debitam. Videns autem sancta [a] Synodus Tridentina, indecens esse, quod hoc secundo modo Christi corpus conseruaretur, hoc est intra chorum, & non in ecclesia publica illud prohibuit, vbi sic legimus. Quod sanctissimum Christi corpus intra chorũ vel septa monasterij, & nõ in publica ecclesia conseruetur, pròhibet sancta synodus, non obstante quocunque indulto aut priuilegio. Hæc ibi. Ecce vides id duntaxat Concilium prohibuisse, quod sanctissimum Christi corpus intra chorum, & non in publica ecclesia conseruetur. Ergo qui illum conseruat, intra chorum, & simul in publica ecclesia non violat hanc inhibitionem. Sed iuxta propositum in titulo quæstionis, dubitatur, vtrum capellano ad consecrandum, seu renouandum sacramẽtum opportuno tempore virtute huius concessionis Clementis Septimi ingredi liceat. Et quidem pars affirmatiua videtur vera. Ex quo enim Clemens concessit sacramentum habere in ecclesia interiori, consequenter visus est concedere, quidquid necessarium est ad eius conseruationem, seu renouationem, sed ingressus ad illud renouandum, necessarius est. Nec enim capellanus, nisi ingrediens illud renouare valet: ergo ad hunc effectum fas est ingredi. Ante Concilium Tridentinum hac vna ratione ducti quę efficax ac concludens videbatur, confessores ad renouandum intrabant. Verum post prædictum Concilium debilis est hæc ratio atque inefficax, quando quidem per fenestram, quæ cum debita clausura & reuerentia, est in ecclesia exteriori, sanctissimum sacramentum decenter renouatur. Quo fit, vt ad eius renouationem confessoribus ingressus non sit necessarius, & consequenter neque licitus. Et sic hodie in his Hispaniarum partibus in nostra religione fit renouatio per fenestram supra dictam.

Secundus casus est, quando monialis vult exhalare spiritum. Nam tunc potest intrare vicarius ad commendandam animam sororis decedentis, prout ordinat Vrbanus Quartus in dicta regula, [b] & habetur in constitutionibus Toletanis.

Tertius casus est in die funeris. Nam ad exequias celebrandas super sepulturam poterit vicarius intrare, cum duobus socijs. Et si fuerit visum Abbatissæ, & conuentui conuenire, poterunt intrare plusquam duo socij. Nam licet Clypeus [c] monialium, dicat, quod non, consuetudo tamen est, in contrarium, intrandi plures, quæ excusat ab excommunicatione. Nam si plures sint necessarij iuditio Abbatissæ, & conuentus in die funeris propter imbecillitatem sororum, quia non sunt aptæ ad deferendam defunctam, neque ad extrahendam & collocandam in sepultura, ego non inuenio causam sufficientem, quare huic necessitati non possit per Abbatissam & conuentum prouideri: cum ratio concedendi, quod intrent duo, quę est imbecillitas monialium, currat pro pluribus. Imo in prima regula [d] Sanctæ Claræ non limitantur personæ, sed relinquuntur, ad arbitrium Abbatissæ, non solum quoad numerum, sed etiam quoad qualitatem videlicet an debeant esse religiosi, aut seculares. Sed cum ibidem regula dicat, quod debent esse

a Con. Trid. sess. 25. c. 10. de regul.

b c. 7. ordin. Tolet. c. 10. pro monial.

c Clypeus in enchirid. fol. 136. p. 2. casu. 3.

d Cap. vlti.

idonei, credo, quod debent esse intrantes religiosi, & non seculares. Tum propter decretum Concilij dicentis, quod superiores in casibus necessarijs possunt licentiam præstare. Atque adeo, si licentia prouincialis possit haberi, ab eo est necessario petenda licentia; sin minus cum licentia guardiani possunt religiosi necessarij ad exequias intrare & sepulturã. Nã in eo casu guardianus est præsumptus commissarius prouincialis.

Et aduertendum, quod possunt intrare religiosi, quando persona secularis est sepelienda intra clausuram, vt sæpe solet contingere. Tum quia Vrbanus, non dicit solum, quod possint ingredi ad sepeliendam monialem; sed absolute dicit, solum quod possunt ingredi ad obsequias. Tum, quia ratio imbecillitatis monialium non potentium deferre defunctam, etiam militat in hoc casu. Et sic vsu compertum est posse vicarium monialium cum socijs necessarijs ingredi in hoc casu.

Quartus casus est: Ad aperiendam sepulturam, seu postmodum coaptandam, si Abbatissæ & conuentui visum fuerit, poterit vicarius, cum duobus socijs, vel vno intrare. Hi quatuor casus continentur in septimo capitulo secundæ regulæ Sanctæ Claræ, & in constitutionibus. Et non solum sunt intelligendi pro solis monialibus Sanctæ Claræ, sed etiam pro quibuscunque alijs religiosis.

Quintus casus est, *Quod fratres Minores deputati obsequijs monasteriorum, monialium, Sanctæ Claræ, habent liberam ingrediendi facultatem pro exercendo monasteriorum ipsorũ opere, quod commode extra monasterium fieri non potest.* Ita concesit [a] Gregorius Nonus. Aduertendum, quod hoc habet locum in quocunque opere ædificij, resarcimenti, aut plantationis arborum, aut cuiuscunque alterius rei, seu operis intra monasterium faciendi, quod extra, vel ab extra non potest commode fieri, aut si opus est industria seu adiutorio. Ita quod ipsæ monachę per se sine tali adiutorio, vel industria, aut opere nequeunt, aut nescirent commode facere. Quia si fratres deputati seruitio earum possent & scirent facere æque bene, vt seculares, vel si sunt, ad id necessarij cum ipsis secularibus, ita quod ab extra non possent id commode facere: tunc prædicti fratres deputati, & non alij, possent intrare ad prædicta. Quia sine vlla exceptione Gregorius IX. cõformiter ad regulã ipsarũ, id cõcesit solũ præfatis deputatis fratribus, vt pro quocũque opere, quod cõmode &c. Ita Corduba, [b] in additionibus ad cõpẽdium, quæ cõcesio fuit necessaria. Nã licet Vrbanus IIII. id generaliter omnibus Christianis cõcesserit, ipsius tamen cõcesio non seruiebat pro fratribus Minoribus pro quibus ex regula nostra requiritur licẽtia specialis Papæ. Et aduertẽdũ, quod Gregorius Nonus solum hoc cõcedit pro præfatis fratribus deputatis: & ideò tales & non alij possent æquè bene, vt seculares ingredi quoties opus fuerit, prout dicit Collector, & sequitur Corduba.

Aduertẽdum etiam, quod laborantes in monasterijs Sãctæ Claræ possunt ibi comedere in loco honesto, prout concesit Syxtus [c] Quartus, & habetur in Monumentis ordinum, & tradit Corduba.

Sextus casus est, quod medicus causa multũ grauis infirmitatis, vel minuter, cum necessitas exegerit, possunt ingredi. Qui tamen, non absque duobus socijs de familia monasterij debent introduci, neque ad inuicem intra monasterium separentur. Ita Vrbanus Quartus in dicta regula.

Circa quem casum est notanda cõcesio Syxti [d] Quarti. *Qua concesit, quod sorores Sanctæ Claræ non teneãtur intromittere aliquem de seruitoribus suis, quãdo medicus intrat clausuram, sed sufficit, quod à tribus vel quatuor monialibus de antiquioribus associetur.*

Aduertẽdum etiam, quod ad hoc, quod medicus possit intrare monasteria monialium, nõ requiritur, quod sit Doctor, neque quod sit medicus conuẽtuatus, aut graduatus. Quia quanuis non sit cõuentuatus aut graduatus, medicus tamen est, qui non dicitur dignitate sed à medẽdo. Ita Bartolus, [e] quem sequitur Syluester.

Aduertendum etiam, quod ad hoc quod minutor possit ingredi oportet quod prius per medicũ determinetur, expedire, aut necessariũ fore, & hoc debet fieri præmisso cõ sensu Abbatissæ.

Sep

[a] Habet. in lib. mon. ordi. in. 1. imp. fol. 48. & in 2. fol. 131. cõcef. 295.

[b] Corduba in addit. ad cõpend. super hũc casum.

[c] In. 1. impr. fol. 63. & in 2. fol. 67. cõcessi. 120. & tradit Cofd. in addition. ad istum casum.

[d] Habet. in 1. impr. fol. 61. & in. 2. fol. 67. concef. 221.

[e] Bart. in. l. sciẽdum. ff. de ædilit. edict. Sylu. v. medicus n. 1.

Septimus Casus est,in quo licitus est ingressus,scilicet occasione incēdij,vel ruinæ, vel alterius periculi,vel dispēdij,vel pro tol lēda violētia aliquorum monasteriorū, seu personarum. Et quale debeat esse periculū, aut dispendium,ratione cuius liceat ingredi clausuram determinari debet arbitrio Abbatissæ, & discretarum conuentus. Ita collector [a] priuilegiorum Mendicantium.

a Tit.ingredi monasteria monialium.

Nec his obstat Concilium [b] Tridentinum determinans,quod tantum debeat dare licentiam Episcopus in casibus necessarijs.Ex quibus verbis ibi,*In casibus necessarijs*, colligitur,quod arbitrari qui casus sint necessarij, pertinet non ad Abbatissam, sed ad ipsos superiores. Nā respondetur,quòd concilium loquitur de alijs casibus necessarijs moraliter extraordinarijs & incogitatis iudicio peritorum determinandis, quæ determinatio sine periculo potest dilatari: non autem de casibus,qui debent statim determinari,ita vt sit periculum in mora. Vt siquis malefactor fugit ad monasterium monialium, moniales verò propter suam honestatem volunt illum foras eijcere, & non sufficiunt earum vires, tunc poterunt intromittere tot seculares,quod sufficiunt, vel opus sunt ad eius expulsionem. Neque est necessarium in hoc casu recurrere ad superiores longe absentes, cum sit periculum in mora:sed sufficit ad hoc consensus Abbatissæ & discretarum conuentus. Et de similibus casibus simile est iudicium.

b Sess.25. de regularibus c.5.

## ARTICVLVS V.

## *Vtrum ratione incendij, vel alterius periculi possint fratres Minores ingredi monasteria monialium.*

REspondeo dicendo, quòd Gregorius Nonus concesit fratribus obsequijs monialium addictis facultatem ad huiusmodi ingressum. Quapropter reliqui fratres Minores non possunt propter prohibitionem suæ regulæ,vt ait Collector, [c] nisi extrema necessitate stante : vtpote quando non est sufficiens copia aliarum personarum,quæ in tali casu velint & possint,succurrere.Quod ipsum tenet Corduba, [d] confirmans hoc authoritate Capituli generalis Laualis, & autoritate Leonis Decimi approbantis casus in regula ipsarum monialium & in nostris constitutionibus contentos, in quibus licitum est intrare.

c Collector tit.ingredi mon.monialium.

d Cordu.in additionib. ad dictum titulum.

Et aduertit collector, circa dictam concessionem, quòd tunc posset confessor quenlibet fratrem Minorum pro socio secum introducere, cessante omni fraude. Quod consonum est rationi cum extrema necessitas caret lege.

e Habet. in sup. l fol.17 concess.56.

## ARTICVLVS VI.

## *Vtrum Cardinales sanctæ Romanæ Ecclesiæ possint ingredi monasteria Sanctæ Clarę.*

REspondeo dicendo, quòd in Regula Sanctæ Clarę ordinata per Vrbanum Quartum continetur, quod siquis de Sanctæ Romanæ Ecclesia Cardinalibus ad aliquod monasterium huius Religionis aliquando venerit, & intra clausuram ingredi voluerit,cum reuerentia suscipiatur.Rogandus tamen,vt cum paucis socijs ingrediatur. At videtur hoc priuilegiū reuocatum per Concilium [f] Tridentinum. Quo cauetur vt nemo ingrediatur,etiam vigore cuiuscunque facultatis,vel indulti cōcessi,& concedendi: nisi in casibus necessarijs à superioribus approbatis. Et idem est dicendum de Cardinalibus ordinis protectoribus,cum nō sint prælati ipsarum monialium. Et licet aliquando fuerint,modo tamen prælati nostræ Religiouis sunt veri earum Prælati â Papa habentes iurisdictiōnem,& non ab ipsis protectoribus.

f Con.Trisess.25. de regularibus cap.5.

## ARTICVLVS VII.

## *Vtrum liceat generali ministro nostri ordinis intrare clausuram monialiū Sanctæ Clarę.*

REspondeo dicendo, quòd in præfata regula dicitur, *Licitū esse generali ministro ordinis fratrum Minorum, quando ibidem celebra-*

*re voluerit, vel proponere verbũ Dei, cũ quatuor aut quinq; fratribus, ipsius ordinis intra clausurã ingredi monasterij, si quando ei videbitur expedire. Alijs autẽ Prælatis, cui aliquãdo forte de licẽtia Sedis Apostolicæ intrare licuerit duobus vel tribus, tantum Religiosis & honestis socijs sint contenti. Visitatores verò monialium possunt ingredi ad tenendum Capitulum visitationis ipsis monialibus, vel aliquid simile tangens suum officium quod de foris nequit fieri. Et tunc cum duobus religiosis idoneis id est exemplaribus socijs, & non cum pluribus debent ingredi. Qui videlicet, socij simul maneant: & dum fuerint intra clausurã ad inuicem nullatenus separentur.*

Ita Vrbanus Quartus, prout continetur in Regula [a] Sanctæ Claræ, & in ordinum monumentis. Et notat Collector, quod virtute huius facultatis, & hoc titulo solum ingrediuntur his temporibus ministri prouinciales in monasteria Sanctæ Claræ, suarum Prouinciarum, super quæ habent gubernationem commissam à Sede Apostolica. Et similiter cõmissarij quos ipsi ministri prouinciales, aut generales mittunt suo nomine ad visitandum moniales.

[a] c. 24. & in monumen. fol. 299. tractatu. 3. & fol. 298. tractat. 2.

Et aduertendum circa illa verba ibi. Vel aliquid simile tangens suum officium. Nam ex his videtur colligi, quod hoc non sit proponere verbum Dei, & facere aliquam exhortationem ipsis monialibus, cum hoc specialiter concedat Vrbanus Quartus generalibus. Sed hoc non obstante contrarium est dicendum. Nam hoc concesit generalibus comitatis cum quatuor, aut quinque fratribus ipsius ordinis. At eãdẽ facultatẽ permisit visitatoribus, & prouincialibus cum duobus tantum socijs.

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrum patres Minores rogati à prælatis curam monialium habentibus possint intrare earum clausuram.*

REspondeo dicendo, quòd Leo Decimus prout habetur in Supplemento, [b] *Concessit, quòd fratres Minores, vocati & rogati aut inuitati à prælatis Ecclesiarum, aut à prælatis religiosis vel à visitatoribus habentibus curam aliquorũ monasteriorum monialium, ad hoc, vt visitent, prædicta monasteria vel exerceãt omnia alia, quæ in monasterijs sibi subiectis exercent, aut ad hoc, vt intrent cum ipsis prælatis vel visitatoribus, ad videndum officinas, & totum monasteriũ interius, possint, sicut possunt, in monasterijs sibi subiectis siue intra siue extra clausuram visitando vel alia faciẽdo, vel cum ipsis prælatis intrando, non obstante prohibitione suæ regulæ, vel declaratione eiusdem regulæ: dum tamen prædicti fratres, si fuerint subditi hoc faciant de licentia suorum prælatorum.*

[b] Fol. 61. cõcession. 194.

Circa quæ posteriora verba est aduertendũ, quòd guardiani & prælati conuentuales, & eorum præsidentes in absentia possunt intrare clausuram monialiũ in isto casu, sine licentia prouincialium. Quod patet ex dictis verbis ibi, si fuerint subditi hoc faciant, de licentia suorum prælatorũ. Ex quibus colligitur, quòd hic loquitur de prelatis subditos habẽtibus, cuiusmodi sunt prælati conuentuales. Et regula tritissima est in iure, quòd qui potest licentiare alios, potest & semetipsum licentiare.

Sed videtur, quòd hæc concessio sit reuocata per constitutionem Gregorij Tertij decimi superius allegatam, *Quæ omnes & quascunq; licentias cõcessas quibuscũq; viris ingrediendi monasteria monialiũ*

reuo-

*reuocauit & cassauit.* At respondetur, quòd in dicta reuocatione non fit mentio de priuilegijs concessis Regularibus, quæ in reuocatione generali minime comprehenduntur, prout satis dictum est in superioribus.

Secundo respondetur, quod constitutio Gregorij Tertijdecimi loquitur tantum de licentijs & facultatibus personalibus concessis quantumcunque vrgentibus causis, quibuscunque personis ingrediendi dicta monasteria. Loquitur enim de facultatibus concessis Comitissis Marchionissis, & Ducissis, & alijs quibuscunque personis. Et hoc est priuilegium personale. Non enim solum dicitur priuilegium personale, quod conceditur alicui personæ, sed etiam quando conceditur certo generi personarum, vt colligitur ex quadam lege, dum loquitur de priuilegio concesso maritis in genere,& expẽdit Zazinus. [a] At Leo Decimus loquitur de priuilegio & facultate reali, cum loquatur de facultate concessa fratribus Minoribus. Et facultates concessæ certo generi personarum quæ per fictionem iuris nunquam videtur perire, priuilegium est reale,& perpetuum. Vt est priuilegium concessum ciuibus alicuius ciuitatis: hæc enim, prout colligitur ex iure [b] nunquam per fictionem iuris censentur perire. Et est simile priuilegio concesso ciuitati, loco, vel alicui Religioni vel alicuius ordinis fratribus secundum tradita in iure [c] & notat in specie Romanus, & Socinus.

a l.qui tale. 24 ff.soluto matrim. Zazinus in. l. maritum.n. 32.ff. de eodem tit.

b l.propone batur. ff. de iudicijs.

c l.forma.§. quanquam de censibus Romanus in.l.maritũ. n.17.ff. soluto matrim. Socin. in. l. 2.nu.4. ff.de rebus dubijs.

## ARTICVLVS IX.

### *Vtrùm pro prædicanda calenda possint ingredi monasteria monialium.*

REspondeo Dicendo, *Quod prælati ordinis Minorum, possunt dare licentiam suis subditis intrandi clausuram monasteriorum Sanctæ Clarę ad faciẽdum sermonem de calenda dum tamen intrantes sint senes & vitæ exemplaris.* Ita concessit Leo Decimus, prout habetur in supplemento. [d] At hæc concessio non est in vsu, cum sit reuocata à sacro Concilio Tridentino; [e] in quo dicitur, quod ad ingrediendum dicta monasteria potest superior licentiam dare tantum in casibus necessarijs, reuocando quodcunque priuilegium, & indultum in contrariũ. At prædicatio calendę, non est causa necessaria ad huiusmodi ingressum concedendũ.

d Fol.62. cõcess.165.

e Con.Trisess.25.de regul.c.5.

## ARTICVLVS X.

### *Vtrùm Episcopus possit intrare claustra monialiũ, pro cõsecratione & benedictione sororum.*

REspondeo dicendo, quòd in præfata regula S.Claræ continetur, quod si forte pro consecratione, vel benedictione sororũ, vel alio modo fuerit cõcessum Episcopo missam interius celebrare aliquando, cũ paucioribus, vel honestioribus poterit, socijs ministris sit contentus. At hoc priuilegium existimo esse abrogatum per Concilium Tridentinum superius allegatum; cum commode possent Domini Episcopi, consecrare benedicere, & cõfirmare monialles clausura seruata cõsecrando, & benedicendo & confirmando eas per fenestram deputatam ad imponendum eis velum.

## ARTICVLVS XI.

### *Vtrùm personæ licentiatæ ad ingressum, possint esse in clausura finito negotio, ad quod ingrediuntur.*

REspondeo dicendo, quod sicut monialles egredientes clausuram propter aliquas causas non possunt extra clausuram esse, nisi ad certum tempus, prout infra [f] dicemus: ita videtur dicendum, quòd illi, qui habent licentiam ad ingrediendum non possunt ibi permanere, nisi ad necessarium tempus requisitum ad negotium, ratione cuius ingrediuntur. Verumtamen, cum hoc sit præceptum morale, in vtroq; casu moraliter debet interpretari. Et in humanis constitutionibus non debemus literæ nimis adhærere; imo standũ est consue-

f Infr.q.

consuetudini, alias non culpabili, & non vitiosæ, neque peccato fauenti. Vnde dictæ licentiæ non debēt pūctualiter, & metaphysicè intelligi, ita vt ingredientes monasteria, aut egressæ moniales ab his statim finitis negotijs sine vlla mora teneantur regredi in ea, aut egredi ab his. Hæ enim res morales non consistunt in indiuisibili: imo earum latitudo debet arbitrio prudentium remitti, prout in simili tradit Palatius. [a] Et in rebus dubijs sensus communis prudentium & piorum debet attendi, prout latè tradit Corduba. [b] Et neque Deus neque Ecclesia in suis præceptis prætendunt obligare ad eorum obseruantiam, ita vt obseruans videatur inurbanus & rusticus. Vnde vota & iuramenta stulta nullius apud Deum sunt valoris, prout tradit idem Corduba cum communi. Ex quibus in proposito idem videtur asserendum, quod non punctualiter finitis negotijs debent regredi recta via intrantes in dictam clausuram. Possunt enim ibi aliquantulum permanere quadam curiositate officinas circumeundo, dummodo absit corrupta aliqua intentio. Nam si corrupta intentione illud fecerint non excusarem eos à peccato, prout affirmat Collector. [c]

a Palat. in 4 d. 20. disp. 3. concl. 8.

b Cord. li. 3. qq. q. 13. pa. ac 6. reg. 4.

c Collect: tit. ingredi monasteria.

## ARTICVLVS XII.

### *Vtrùm ad ingrediendum sit necessaria licentia in scriptis.*

REspondeo dicendo, quod dubitari optimè potest, an Concilium Tridentinum quatenus requirit licentiam scriptam intelligendum sit de licentia exeundi, vel de licentia ingrediendi, vel de vtraque. Contextus enim requirit scripturam in licentia ingrediendi. Ratio vero eadem vel maior videtur suadere, vt requiratur, in licentia egrediendi, quandocunque grauior videtur exitus monialis à monasterio, quam ingressus personæ honestæ in illud. Quod Dubium videtur abstulisse Pius Quintus in Extrauaganti, Decori, scripturam expresse requirens, in exitu à monasterijs, ibi, *Cognita & expresse in scriptis approbata sit à monasterijs præfatis exire.* Ita notat Doctor Nauarrus. [d]

d Nau. in c. statuimus. nu. 60.

Et aduertendum, quòd si moniales habeant communicationem priuilegiorum inter se, non solum possunt gaudere facultatibus particularibus à iure communi, & à Concilio Tridentino concessis ad ingressum in ipsarum monasteria, de quibus egimus in superioribus, & aliqua tradit Nauarrus, [e] sed etiam priuilegijs & facultatibus concessis aliquibus earum religionum in particulari; dum earum constitutiones vsui prædictarum facultatum non repugnent.

e Nauar. in man. c. 27. n. 124.

## QVÆSTIO XLVIII.

### De clausura monasteriorum virorum quantum ad ingressum mulierum in ea, in quinque articulos diuisa.

*Circa quam quæruntur quinque.*

1 *VTrùm sit prohibitus ingressus mulierum in monasteria virorum.*

2 *Vtrum omnis mulierum ingressus etiam sine prætextu alicuius licentiæ prohibeatur in dicta monasteria.*

3 *Vtrùm in aliquibus casibus sit licitus ingressus mulierum intra claustra monasteriorum.*

4 *Vtrum regulares Sācti Augustini possint in eorum domibus intra septa eiusdem Ecclesiæ tenere mulieres ætate proiectas, honestas, omni suspicione carentes, obsequiorum honestorum præstandorum causa.*

5 *Quis possit dispensare in pœnis huius Constitutionis.*

## ARTICVLVS I.

### *Vtrùm sit prohibitus ingressus mulierum in monasteria virorum.*

REspondeo dicendo, quòd Pius Quintus anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, edidit quādā Extrauagantem,

tem, quæ incipit Regularium personarum.

*In qua motu proprio & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine omnes & singulas facultates & licentias ingrediendi monasteria ac domus Carthusiensium, & aliorum quorumcunque regularium ordinum, etiam Mendicantium mulieribus cuiuscunque status gradus conditionis & quacunque dignitate & præeminentia præditis, etiam Comitissis Marchionissis, Ducissis, sub quibuscunque verborũ tenoribus & formis & cũ quibuscunq; etiam derogatoriarum derogatorijs aliisque fortioribus & efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis ab Apostolica Sede quomodocunque concessas, quarum tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, habere voluit, pro expressis, tenore præsentium reuocauit & cassas & irritas & inanes esse decreuit, districtè prohibens mulieribus quidem prædictas facultates, & licentias prætẽdentibus sub excõmunicationis latæ sententiæ pœnis, postquam harum notitiam habuerint, à qua non possint absolui, nisi à Romano Pontifice, qui pro tempore fuerit præterquam in mortis articulo, ne dictas domus & monasteria ingredi audeant. Ipsis vero monasteriorum & conuentuum Abbatibus præpositis, prioribus, & alijs præsidentibus quocunque nomine vocentur, & eorum monachis, canonicis, & fratribus siue Mendicantibus, siue non Mendicantibus sub priuatione officiorum, quæ in præsentia obtinent, & inhabilitatis in posterum ad illa & alia omnia, & suspensionis à diuinis ipso facto sine alia declaratione incurrendis pœnis, ne eas introducere admittere ve præsumant.*

Circa quam Decretalem est primo aduertendum, quod hic nõ prohibetur ingressus Reginarum Princesarum, & Filiorũ Regũ. Si enim Sũmus Pontifex eas comprehendere vellet ipsarum meminisset, sicut meminit Comitissarum, Marchionissarum, &c. cũ in illis maior sit ratio dubitandi, quam in istis. Pro quo est aduertendum, prout refert frater Alfonsus [a] de Casarrubius, quod per Gregorium Tertiumdecimum ex sentẽtia congregationis Concilij Tridentini fratri Andrææ Amadeo tunc zeloto Italiæ ordinis Minimorũ S. Francisci de Paula, quærẽti an per supradictum Pij V. statutum censeretur derogatum suæ regulæ concessioni, vt singulæ Dominæ de stirpe Regia procreatæ, ac etiam omnes huius ordinis fundatrices, quæ locorum eiusdem ordinis septa communiora videre postulauerint, eædẽ honestè cum sua comitiua intrare, ac deuotè visitare tolerẽtur: & fuit declaratũ, nõ cẽseri derogatũ quoad Reginas, vel fundatrices duntaxat. Ita refertur in actibus trium capitulorum ipsorum fratrum, à Patre Parasello [b] compilatis. Et dictæ declarationi stando videtur solum Reginis & Imperatricibus hoc fuisse concessum. At ex supradictis videtur non solum Reginas, sed etiam Princesas & Regũ filias posse iure optimo admitti. Sed standũ est declarationi Papali, vbi de ea est indubitata & authẽtica notitia.

a In additionibus ac cõ. mendicãtiũ titu. ingredi monasteria monialium Pag. 146.

b fol. 128.

Secundo est aduertendum, quod non solum mulieres audentes ingredi, sed & superiores eas admittentes incidunt in excommunicationem maiorem per constitutionẽ Gregorij Tertij decimi, de qua in superioribus [c] fecimus mentionem.

c Supr. q. 47 ar. 3.

Tertio est notandum quod non incurrunt, in dictas pœnas quicunque fratres mulieres admittentes. Ij enim, qui eas admittunt bona fide non plectuntur his pœnis: sed illi dumtaxat, qui Mulieres introducere seu admittere præsumunt, prout ait Pius Quintus in dicta Extrauagãti. in quo verbo presumũt, dolus significatur. Et lex præsumẽti aliquid facere pẽnã imponẽs nõ comprehẽdit bona fide & sine dolo faciẽtẽ per obliuionẽ, inaduertentiam & ignorantiam iuxta doctrinam receptam Cardinalis [d]

d Card. in Clemẽ. i. q. 38. de preci.

Nec

Nec obstat quòd Gregorius Tertiusdecimus in sua constitutione, quæ est posterior, quam Pij Quinti Bulla, non ponit dictum verbum, præsumant. Nam licet ipso verbo non vtatur, crediderim adhuc præfatos, esse excusandos. Arbitror enim eos, qui tot circunstantijs culpam diminuentibus legem transgressi sunt venialiter tantum, & non lethaliter deliquisse: siquidem ea culpa parum habuit voluntarij; imo & quasi ex ignorantia videtur processisse; sicut nō peccat mortaliter, qui solitus bene & integre diuinā officiū persoluere, per obliuionem semel non recitauit. Vnde pro maiori conscientiæ securitate obtinuerunt prælati fratrum Minorum à Sede Apostolica facultatem ad dispensandum, cum fratribus, introducentibus mulieres ex animi simplicitate, & tenor concessionis sequens est.

*Iulius Feltrius de Ruueri miseratione diuina Episcopus Prænestinus, S.R.E. Cardinalis Vrbinus, & totius ordinis B. Francisci protector gubernator, & corrector, cum R. Pater Cōmissarius generalis familiæ Cismontanæ fratrum Minorum de obseruantia exhibuisset S.D.N. Gregorio Decimotertio quandam cedulam continentem, nōnullas gratias à Pio Quinto, vt asserebat cōcessas, inter quas hæc quoq; continebatur. Item quod fratres, qui per ignorantiā peccauerūt, introducendo mulieres, in monasteria nostra, cōtra motum proprium super hoc factum, possint restitui ad actus legitimos: quia remittitur illis, quod deliquerint de præterito, & hanc concessionem simul cum cæteris in eadē cellula contentis idem S.D.N. confirmauit, cum declaratione, quòd Commissarius generalis eandem habeat facultatē, in præmissis, & eorum quolibet, quā ip se generalis minister, obtinet, & nos fidem, indubiam facimus. Datis Romæ die quintadecima Maij, anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo tertio,*

## ARTICVLVS II.

### *Vtrum omnis mulierum ingressus etiam sine prætextu alicuius licentiæ prohibeatur in dicta monasteria.*

REspondeo dicendo, quod si consideretur litera nostrę, constitutionis ibi, prædictas facultates & licentias prætendentibus, solum prohibetur, in hac constitutione ingressus mulierum, prætextu dictarum literarum reuocatarum ingredi volentium: non autem ingressus mulierum sine dicto prætextu ingredientium. Et confirmatur: Nam cum hic ingressus, excommunicationis pœna feriatur, & excommunicatio restringatur, ad actionem prohibitam, prout in simili dictum est in superioribus, [a] necessario debemus concludere ipsam excommunicationem, non extendi ad ingressum, qui prætextu dictarum licentiarum non fit. Nec obstat, quòd ex sententia Gregorij Tertij decimi contrarium sit declaratum teste Nauarro: [b] nam huius declarationis, dicunt aliqui, quod non habemus literas authenticas, virtute quarum fiat contra iuris metas dicta extensio. Nec etiam obstat, quòd plus peccant ingredientes sine licentia, quam prætextu alicuius licentiæ: & sic à fortiori, incurrent in dictam excommunicationem. Nam huic argumento satis in superioribus [c] responsum est. Nec obstat, quod in explicatione huius extrauagantis contrarium tenui. Nam ibi eam explicaui, prout in nostra Religione regularis obseruantiæ est recepta, in qua habita fuit declaratio authentica, de qua articulo sequenti.

a Sup. q. 47. ar. 3.

b Nau. in. c. statuimus n. 2.

c Sup. q. 47. art. 3.

AR-

## ARTICVLVS III.

*Vtrũ in aliquibus casibus sit licitus ingressus mulierum intra clausura monasteriorum.*

REspondeo dicendo, quòd pater frater Ioãnes de Aguilera, ordinis Minorum, dũ esset Romanæ Curiæ Cõmissarius à fœlicis recordationis Pio Quinto aliquas obtinuit concessiones, dispensationes, & declarationes, quas misit vt mihi à fidedigno testificatum est Patri fratri Ioanni de Sancto Michaele tunc Prouinciæ Bethicæ Prouinciali ministro de earum veritate testimonium præbens authenticũ. Inter quas hanc sequentem obtinuit declarationem.

*Pius V. anno Dñi millesimo quingentesimo sexagesimo nono, die vigesima septima Iunij, dixit & declarauit fuisse & esse mentẽ & intẽtionem suã, quòd eius literæ in forma breuis sub die vigesima quarta Octobris anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, Pontificatus sui anno primo editæ: in quibus mulieribus quibuscunque ingressus monasteriorum regularium virorum cum derogatorijs clausulis, & irritantibus decretis prohibebat, non solum comprehenderent & comprehendant mulieres habentes & habere prætendentes facultatem & indultum ingrediendi huiusmodi monasteria, sed etiam omnes & quascunque mulieres alias tam in genere quam in specie. Significans nihilominus idẽ. S. D. N. eodẽ viuæ vocis oraculo nobis facto, quòd propter hoc, & propter suas dictas literas nõ intellexit nec intelligit quòd mulieribus præcludatur aditus accedẽdi ad monasteria & loca regularia, ac illorum clausura, quando in eis missæ & alia diuina officia celebrantur, ac quando processiones fiunt, & quando Christi fidelium cadauera ibi sepeliuntur, ac etiam pro eis suffragia fiunt. Sed libere concessit & concedit eisdem omnibus mulieribus facultatem, vt ad illa loca, in quibus dicta pia opera exercentur, cum alijs catholicis personis accedere libere & licitè possint & valeant. Et similiter, quòd quando diuinum verbum in Ecclesijs monasteriorum, & regularium locorum huiusmodi proponitur, vel propter aliam quamcunque causam est tantus concursus populi, quòd commodè ingredi, & egredi per principalem Ecclesiæ portã non possint, concessit & concedit eodem viuæ vocis oraculo, vt dictæ mulieres vna cum alijs secularibus personis possint ingredi & egredi per portam clausuri monasteriorum, & regularium locorum huiusmodi, dummodo recto tramite ad portam, qua de monasterio exitur accedant. Non obstantibus priuilegijs & literis Apostolicis, ac quibuscunque incontrarium facientibus.* Hæc ibi.

Et in ordinationibus generalibus Toletanis refertur, hoc concessum fuisse ordini, & huius rei testimonium authenticum perhibuisse Cardinalem Cribelum decimo quinto mensis Nouembris anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo nono. Et inueni etiam idem indultum authenticum fuisse patribus ordinis communicatum per Clemẽtem Monilianum tituli Sanctæ Mariæ in Aracœli presbyterum Cardinalem in Palacio suæ solitæ residentiæ die septima Iunij, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Pij Quinti anno secundo.

Circa quam declarationem est aduertendum primo, quòd non potest prælatus mãdare, vt aliqua fiat processio extraordinaria, vt illius occasione possint mulieres dicta loca intrare. Licèt enim prima frõte videatur, q̃ sic, quia hic dicitur q̃ causa processionis possunt intrare, & lege nõ distinguẽte, nec nos distinguere debemus, secũdũ tamẽ

rei

rei veritatem contrarium est dicēdum, quia Summus Pontifex in sua declaratione præ tendit tantum scrupulos remouere, & illud tantum concedere, quod recta ratio dictat, & non dare relaxationis incentiuos, libertatem, vel abusus, sicut in simili probat Corduba. [a] Et hoc confirmatur: Quia quandò Summus Pontifex concedit aliquid faciendum toties quoties, visus est concedere discretum & prudentem vsum, vt ait Michael [b] de Palacios.

a Cord.li.3. qq.q.37. prop.3.pag. 473.

b Palat.in.4 d.20.disp.3. pag.433.

Secundo notandum est, quòd si tales mulieres tum causa processionis missæ, aut vigiliæ, tum etiam propter alios malos fines admittantur, non incurrunt ipsæ, neque admittens in pœnas huius cōstitutionis: quia cum Ecclesia non iudicet de occultis iuxta latè tradita à Corduba, [c] & à Castro, non ponuntur dictæ pœnæ contra huiusmodi ingredientes, neque admittentes suppositā dicta Papali declaratione. Et sic videmus Ecclesiam excommunicare percussorem clerici, non tamen excommunicare illum, qui ipsum propositum habet percutiendi.

c Cord.li.3. qq.q.35. Castro.lib.2,de leg.pœn. c. 15.fol.6c8.

Tertiò est notandum, quòd per dictam declarationē possunt ingredi mulieres claustra, quando prædicatur in claustro, vel quando in capitulo fieri solet cæremonia lotionis pedum in Cœna Domini, vel fit aliquod officium diuinum. Attendant tamen superiores regulares vigilanter, ne alias interiores officinas mulieres ingrediantur.

Quarto est notandum, quòd non ita statim finitis dictis officijs diuinis sunt à claustris eijciendæ mulieres, nè possint ibi per breue tēporis spatium permanere; sed hoc moraliter est intelligendum & practicandum, sicut supra quæstione [d] præcedenti in simili casu diximus.

d Sup.q.præced.ar.11.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum regulares Sancti Augustini possint in eorum domibus intra septa eiusdem Ecclesiæ tenere mulieres, ætate prouectas, honestas, omni suspicione carentes, obsequiorum honestorum præstandorum causa.*

REspondeo dicendo, quòd circa id, quod proponitur decidendum, tres casus possunt considerari. Primus, cum toti vni collegio, vel monasterio seruit vna coqua mulier, vel infirmaria. Secundus, cum intra claustra Ecclesiæ, vel monasterij seruiunt singulæ singulis Canonibus in suis domunculis, vel cellulis, quas habent intra claustrum diuisas. Tertius, cum singulæ seruiunt singulis in domibus, quas habent extra claustra ad suscipiendos particulares hospites. Et in duobus primis casibus dicendum est, quod prohibitum sit dictis Canonibus admittere dictas mulieres, prout determinat decisio Capellæ [e] Tolosanæ in specta regula Diui Augustini, & iuris communis dispositione. Et nō absq; nā in duobus casibus mulieres accedunt ad monasteriū, & intrant claustra, vbi sunt multi, quod prohibetur omnibus monasterijs etiam nō suspectis iuxta tradita in iure. [f] Et longe fortius & grauius prohibetur à Pio Quinto. Et meritò quidem ob multa, quæ adduci possent. Quæ enim vni non est suspecta, est alteri talis: & quæ vni videtur deformis, alteri fascinante diabolo, videtur formosa, iuxta illud. *Quisquis amat ranā, ranā putat esse Dianam.* Sic eodem suadente sæpè cognata mater & filia visa est aliquando extranea: iuxta ea, quę de clericorum honestate in iure [g] scribuntur.

e Decis.Tolol.448.

f c.peruenit 12.q.2.

g c.1.de cleric.cohab.& mulie.

In tertio vero casu, quando non accedit mulier ad monasterium, neque intra claustrum, sed tantum accedit ad domum vsibus vnius canonici deputatam, licèt fortè monasterio contiguam, quando illi mulier non sit suspecta, sequenda est opinio Stephani Aufre. in dicta Capella Tolosana, dicētis per aliqua iura [h] contrariū posse sustineri: per quæ probat posse clericos seculares tenere intra suas domus cognatas collaterales vsq; ad secundū gradū, & ascendentes & descendētes vsq; ad quartum: imo & extraneas anus & non suspectas, neq; habētes secū suspectas, sequens in hoc opinionē Panormitani. [i] Quod idem videtur dicēdū de Canonicis regularibus habitantibus seorsum in domibus suis, vt videbantur habitare illi Ecclesię Tolosanæ, de quibus loquitur decisio prædicta. Et ita cōcordat Nauarrus [k] dictam decisionē cū sententia Aufre.

h c. volum' iuncta glos. 81.d.c.à nobis de cohab. cleric.

i Panor.in c.1.de cohab. cleric.

k Nau.in.c. statuimus. n.65.

## ARTICVLVS V.

*Quis potest dispensare in pœnis huius constitutionis.*

REspondeo dicendo, quòd iam insuperioribus [l] est latè declaratum.

l Supr. hac q.artic. 1.& sup. q.24. art.17.

QVÆ-

# QVÆSTIO XLIX.

## De clausura monialium quantum ad egressum in septem articulos diuisa.

*Circa quam quæruntur septem.*

1 *Vtrum moniales possint egredi clausuram.*
2 *Vtrum possint egredi moniales Sanctæ Claræ superueniente ineuitabili & periculosa necessitate.*
3 *Vtrum propter aliquas infirmitates liceat monialibus monasterio exire.*
4 *Quid nomine epidemiæ veniat propter quod moniales à clausura exire possunt.*
5 *Vtrum casus qui ponuntur ab Vrbano Quarto in quibus moniales possunt à clausura egredi sint reuocati à Pio Quinto in sua constitutione.*
6 *Vtrum superioris regularis licentia sufficiat ad exeundum a monasterio.*
7 *In quas pœnas incurrunt dantes licentiam extra casus supradictos & ipsæ moniales egredientes, & ipsas recipientes.*

## ARTICVLVS I.

### *Vtrùm moniales possint egredi à clausura.*

REspondeo, quod ex supradictis satis patet teneri omnes moniales ad clausuram, ita quod ab ea minime egredi possint. Et ad huiusmodi clausuram obseruandam ordinauit Eugenius Quartus. *Quod sicut Abbatissæ & aliæ sorores, & earum prouisorę ad hoc deputatę, tenent claues quibus ab intra portę monasteriorum clauduntur, sic per confessores, & alias honestas personas (per ministros generales, aut prouinciales deputandas) ex parte exteriori, habeantur claues, & conseruentur.* Et Gregorius tertius decimus, in sua constitutione ait, in hunc modum. *Declaramus præterea nullis monialibus etiam Tertiarijs licere habere ostium, per quod ex monasterio introiri possit in ipsarum monialium Ecclesiam exteriorem, in quã secularibus ad missam, & diuina officia patere solet accessus, sed omnino muro obstruendum. Nec itidem licere monialibus etiam Tertiarijs, egredi à ianua monasterij, quæ est pro clausura ipsius monasterij etiam ad claudendum aliam vlteriorem ianuam, qua patere solet aditus secularibus venientibus, vel ad rotam, vel ad crates, seu loca colloquijs destinata, quę vulgo parlatoria appellãtur, vel ad pulsandam ipsam ianuam clausurę: quę loca cum saltem pro causis præfatis patere soleant secularibus extra clausuram censeri debent, etiam quo tempore clausa sunt.*

Hæc Gregorius XIII. Circa quæ notat [a] Nauarrus, q̃ tria hic inculcãtur à Gregorio tertio decimo per se patentia & noua, quæ & si iusta & prouida, multis tamen videbuntur, vt arbitror dura, nisi secum reputent multorum huius seculi virorum petulantiam, procacitatem, & malitiam sanctimonialium sancti moniæ inimicam fuisse causam, ea statuendi, & vtinã, vt statuũtur seruentur. Vides quo desiderio ardeant summi Pontifices clausuram seruãdi, & quãtum ad moniales Sanctæ Claræ hoc plusquam manifestum erat ante Concilium Tridentinum, & ante constitutiones Pij quinti & Gregorij decimi tertij. Vrbanus enim quartus statuit, qualiter moniales Sanctæ Claræ secundum regulam (quam ipse ordinauit) professæ teneantur seruare clausuram monasteriorum suorum, sub forma sequenti. *Omni nanque tempore vitę suę hanc vitam profitentes clausę manere firmiter teneantur infra murorum ambitum ad intrinsecam clausuram mona-*

[a] Naua. vbi sup. n. 57.

*sterij deputatum; nisi forsan (quod absit) superuenerit ineuitabilis necessitas: sicut exustionis ignis, vel incursus hostilis, seu alicuius huiusmodi, quę dilationem nullo caperet modo, ad egrediendum licentiam postulandi. In quibus casibus, transferant se sorores ad locum alicuius competentem, in quo (quantum commode fieri poterit) clausæ morentur quousque eis de monasterio sit prouisum. Et propter huiusmodi necessitatis euidentiam, nulla eis concedatur licentia, vel facultas extra prædictam clausuram vlterius exeundi, forte de mandato, aut autoritate cardinalis Romanæ Ecclesiæ, cui à Sede Apostolica generaliter fuerit iste ordo commissus: nisi ad aliquem locum aliquæ mitterentur causa plantandi, vel ædificandi eandem religionem, vel reformandi aliquod monasterium eiusdem ordinis, vel causa regiminis, aut correctionis, aut alicuius valde euidentis, & grauis dispendij euitandi, vel nisi de eiusdem Cardinalis mãdato, aut Autoritate monasterio primo rationabili causa relicto totus conuentus ad monasterium aliud se transferat.* Ita habetur in monumentis ordinum.[a]

a in. 1. impref. fol. 282 tract. 3. & in 2. impref. fol. 254. in tract. 2. rub. 2.

Pro explicatione est notandum, quod moniales Sanctæ Claræ ampliorem habent obligationem ad clausurã illa, quæ à iure[b] communi cæteris monialibus, posita est. Hoc patet, quia in[c] Regula suę professionis sic dicitur, prout patet ex supradictis, ita, quod clausura est vnum suorum votorum principalium, prout est seruare obedientiam, paupertatem & castitatem, super quo non est aliqua dispensatio, nisi in casibus positis ab Vrbano quarto in dicta regula. Qui vt melius percipiantur, libuit hic eos proponere ipsos sigillatim, explicando per articulos sequentes.

b In d. c. periculoso.

c cap. 2.

## ARTICVLVS II.

*Vtrùm possint egredi moniales Sanctæ Claræ superueniente ineuitabili & periculosa necessitate.*

REspondeo dicendo, quod primus casus positus, in regula Sanctæ Claræ, in quo possunt moniales à clausura exire est, si superuenerit ineuitabilis & periculosa necessitas: sicut exustionis ignis, vel incursus hostilis, seu alicuius consimilis, quæ dilationem nullo modo sustineret ad postulandum licentiam egrediendi. In quibus casibus dicit Vrbanus, transferant se sorores ad alium locum competentem, in quo quantũ commode fieri poterit clausæ morentur quousque eis de monasterio sit prouisum.

Et aduertendum, pro explicatione quod non potest superior cogere moniales ad seruandam clausuram, extante periculo mortis: si mors, cuius periculum imminet, sit violẽta: quia nemo potest cogi vt seipsum occidat, quia id aperte est contra legem naturæ. Si tamen mors non sit violenta, sed naturalis, qualis est quæ ortum habet ab ęgritudine, videtur quidem probabile, quod sic. Et probatur: nam Chartusienses coguntur licite, vt abstineant à carnibus, quamuis sint morituri ea ægritudine, propter abstinentiam ab esu carnium. Quia, hæc abstinẽtia cum respiciat bonum commune illius religionis, & tendat ad conseruationem virtutis abstinentiæ potest cadere sub præcepto, vt tenent Theologi.

Nec in hoc casu infertur illis vis: quia ex quo ipsi religiosi emiserunt votum absolute, & simpliciter abstinendi perpetuo ab esu carnium, habet ipsa religio ius cogendi professores illius ad talem abstinentiam: sicut princeps habet ius cogendi ciues ad bellum pro conseruanda patria, quamuis sit probabile periculum mortis. Eodem pacto, quia aliquæ religiosæ tenentur ex voto seruare castitatem, & multæ promiserunt perpetuam clausuram, & cunctæ ex præcepto Pij Quinti, *Circa pastoralis*, ad illam tenentur simpliciter, inde sequitur quod possint cogi licite ad seruandam clausuram cum discrimine vitæ pro conseruando

do bono communi religionis, & pro tuenda castitate & honestate.

Hinc colligo, non esse damnandos, nec vt crudeles reprehendendos prælatos, qui nolunt dispensare cum monialibus, vt egrediantur, quamuis medici testificentur, esse morituras, ni egrediantur, cum possint cogi cum discrimine vitæ ad seruandam clausuram: præsertim, si ex tali dispensatione oriatur scandalum, & dissolutio clausuræ. Quia ex quo cum vna dispensatur reliquæ ægre ferunt, nisi cum illis similiter dispensetur, & sic facile pateret aditus ad euertendam totam clausuram.

Secundo colligo, non esse reprehendendos prælatos, qui mortali existente ægritudine, & testimonio vero Doctorum medicorum accedente aliquando cum aliqua moniali seruatis seruandis dispensauerint. Verbi gratia, si monialis non ratione voti, sed præcepti tantum ecclesiastici teneatur ad clausuram in aliquo monasterio seruandam, quam ante Concilium Tridentinum non seruauerat & monasterium est in loco quodam deserto, ad quod non poterant medici accedere, toties quoties ipsi opus sit, & ipsa monialis sit anus & monacha grauis quondam ipsius monasterij Abbatissa: & infirmitas non possit curari, nisi quotidie à medicis visitetur infirma. Nec his obstat constitutio Pij Quinti, de qua infra latius dicetur prohibens secundū intellectū aliquorū, quod nec etiā in periculo mortis liceat ipsis licentiam concedere ad egrediendum. Nam Extrauagans debet intelligi, quando ipsæ sunt in monasterio, vbi accedere quotidie possunt medici ad curandas infirmitates grauissimas, & continuas, & malorum humorum satis abundantes: ad quarum curationem continua medici visitatio est necessaria. In his enim monasterijs licet continuis infirmitatibus grauissimis moniales sint præpeditę, habent tamen medicos, qui earum continuum laborem possunt visitatione continua subleuare; & possunt eas assistendo ibi, & inuisendo curare. At saluo semper summi Pontificis maximi decreto, in monasterijs in deserto existentibus, quorum fundationes non obligabant ad clausuram vbi medici non quotidie visitant moniales quorum frequens visitatio est præcise necessaria ad dictam infirmitatem sanandam, ego certe Pij Quinti Extrauagantem rigorosam limitarem. Præcipuè cum secundum opinionem Nauarri, de qua infra agemus nō sit huc vsq; lata lex, quæ ipsos prælatos arceat ne possint dispensare in casu prędicto. Nec dispensatio in casu ipsius monachæ anus & benemeritæ esset occasio relaxationis & dissolutionis clausuræ, cū ipsam tot & tales circunstantiæ comitentur. Et si in tali casu esset scandalum aliquarum, contemnēdum est: quia reuera esset acceptum & non datum. Et in his omnibus summa prudentia deliberatione & consilio procedendum est, vt sine religionis dispendio quandoque extremæ religiosarum necessitati succurratur.

Aduertendum secundo, quod si mors, quę imminet monialibus est violenta vt ea, quæ prouenit ab aquæductu, ab incendio, & ruina magni ædificij, & hostili incursu, & simili causa, videtur quidem, quod ipsæ moniales tenentur egredi à monasterio, & ad tutum locum se recipere: quia si oppositum facerent, se ipsas occiderent: quod est omnino illicitum. Sed in hoc casu tenentur licentiam petere à superioribus si in breui possit haberi: quia secundum [a] ius prohibitus est egressus sine licentia superiorum. Si tamen sit periculum in mora, sufficit licentia præsumpta. At si periculū mortis sit ex ægritudine cum talis mors non sit violenta, sed naturalis, non tenentur egredi: imo opus virtutis efficient, si pro conseruanda clausura tale periculum sustineāt. Et in hoc casu sine licentia expressa & in scriptis non licebit exire, quamuis sit infirmitas lepræ & epidemiæ, prout tenet, [b] Syluester.

a cap. Monachum. 20 q. 4.

b Sylvest. tit. religio. 7. §. 16.

## ARTICVLVS III.

*Vtrùm propter aliquas infirmitates liceat monialibus à monasterio exire.*

REspondeo, quod Pius quintus Pontifex maximus in extrauaganti, quæ incipit, *Decori & honestati*, ait, *quod nulli monialium siue subditæ siue prælatæ etiam Carthusiensium, Cistercienſiū, Sancti Benedicti, & Mendicantium, & quorumcunque aliorum ordinum etiam militarium, cuiuscunq; dignitatis etiam*

*ortarum à Regia, vel illustri prosapia, de cætero etiam infirmitatis vel aliorum monasteriorum etiam eis subiectorum, aut domorum parentum, aliorum ve consanguineorum, visitandorũ alia ve occasione prætextu à monasterys exire, nisi ex causa magni incendij, vel infirmitatis lepræ, aut epidemiæ: sed neque in prædictis casibus, extra illa, nisi ad necessarium tempus stare licere.* Hæc Pius Quintus.

Circa quam extrauagantem est notandum quòd licet capitulũ, periculoso, ob solam vnam causam, scilicet, infirmitatis periculosæ vel scandalosæ, permittat egressum: tamen Pius Quintus in sua extrauaganti ob tres videlicet, incendium, infirmitatem lepræ, & infirmitatem epidemiæ permittit ipsas moniales exire. Et licet hæ duæ postremæ videantur contineri sub infirmitate periculosa & scandalosa, de qua solum fit mentio in dicto capite periculoso, infirmitates enim lepræ, & epidemiæ periculosæ & scandalosę sunt, dubiũ tamen controuersum est valde in hac Extrauaganti, an tres exemptiones à Pio Quinto positæ, debeãt extendi ad similes casus. Cui dubio respondet [a] Nauarrus affirmatiue. Sed cum tres casus positi & excepti à Pio V. scilicet, incẽdium lepra, epidemia sint tangẽtes totam communitatem, ita quod si in his non egrederentur moniales à suis monasterijs, tota earum congregatio periret, quidam tenaciter affirmant, dictam Extrauagantem, non debere extendi nisi ad casus totam communitatem tangentes, vt est impetus aquæ ductus, incursus hostilis. Quam opinionem contra Nauarrum tenet [b] Gutierrez. Nec obstãt quæ Nauarrus in confirmationẽ suæ opinionis adducit, quod scilicet quamuis solum quatuordecim causæ exprimãtur ob quas solum filij exhæredari possunt, prout dicitur in [c] iure: tamen propter alias similes causas dicunt iuris periti posse exhæredari. Nam respondetur concedendo propter alias similes causas posse exhæredari, in quibus videlicet eadem militat ratio ipsius legis & authenticæ ipsas quatuordecim causas sigillatim numerãtis, scilicet ingratitudo contraillum, qui potest hæredes exhęre dare. Et similiter dicimus, quod propter alias causas similes possunt egredi clausura moniales, quando in ipsis causis militat ratio causarum à Pio Quinto signatarum: scilicet, quando non exeuntibus monialibus communitas & congregatio ipsarum in maximo, & probabili periculo constitueretur. At vbi est periculum solius monialis infirmæ, si non exeat à monasterio, non versatur eadem ratio: & sic non est cur fieri debeat talis extensio ex similitudine rationis. Et hanc opinionem ante istam Pij Quinti constitutionem attento termino iuris [d] antiqui tenuit Collector priuilegiorum Mendicantium, adducens in eius confirmationem, quod Papa in omnibus locis Regulę Sanctę Clarę, vbi aliquid contra clausurã exceptauit, siue in casibus fortuitis, siue nõ fortuitis nunquã habuit considerationẽ ad aliquã personã particularem. Vnde cum in omnibus suis exceptionibus Papa semper consuluerit, & prouiderit communitati, & non monialibus in particulari bene colligitur quod solum voluit commoditatem communitatis aliquando præferri clausurę, & non commoditatem & necessitatem alicuius monialis particularis. Et hanc eandem opinionem sequendo collectorem, tenet doctissimus Corduba in additionibus ad compendium respondens argumentis in contrarium. Quam etiam tenẽt Patres [f] Collectores libri supplementi in decisionibus quorundam dubiorum, quæ in Salmanticensi Academia cum doctissimis comunicauerunt, affirmantes hanc fuisse eorum opinionem.

Sed aduertendum quod generales & eorum visitatores possunt optimo iure non castigare, imo melius facient non castigando prouinciales pœnis contentis in constitutione Pij Quinti: quia scilicet dedit licentiam alicui moniali ad egrediendum à monasterio ad certum tẽpus propter grauẽ infirmitatẽ, quę in monasterio non poterat curari, licet ipsa infirmitas non esset nociua cõmunitati, sequẽdo in hoc vt verã opinionem doctissimi Nauarri, ignorando contrariam opinionem esse communiorem. Nam ignorantia veri intellectus iuris humani patientis diuersos intellectus à viris doctis excusat à pœna, imo & à culpa, secundum communiter Doctores. Et hęc constitutio diuersos, vt patet, patitur intellectus.

Ex quibus colligo oportere maxime, ne in

a Nauar. in c. statuimus n. 4.

b Gutier. de quæst. cano. c. 14.

c c. nõ licet C. de li. ptę terit.

d Anth. vt cum de appellat. cognoſ. §. aliud quoque capitulum cũ ſequent. §. collat. 8.

e d. c. periculoso collect. titul. clauſuramonia. dubio. 1.

f Collect in de ciſi. dub. ad finem ſuple. fol. 2. dub. 2.

in æquinoco laborent patres prouinciales, quod patres generales in suis diffinitionibus capitularibus declarent opinionē contra Nauarrum, in iudicando & consulendo esse sequendam; vt ita scito vero intellectu prælati, à cōcessione huiusmodi licentiarū abstineant, quasi à facie colubri fugiendo peccatum.

## *ARTICVLVS* IIII.

### *Quid nomine epidemiæ veniat, propter quam moniales à clausura exire possunt.*

RESPONDEO dicendo, quod communium morborum, nō vna neque simplex est ratio. Nam ex eis quidam dicuntur endemij, alij epidemij, & alij pestilētes. Endemij. idest populo peculiares, sunt illi, qui perpetuo locum aliquem vel agrum, vel ciuitatem, vel pagū, vel villam occupant propter loci posituram, vel aquarum naturam (vt bocium, morbus lateralis) qui aliquibus populis sunt peculiares qua de causa huiusmodi morbos endemios, quasi patrios, aut vernaculos appellādos esse [a] Galenus ait: Bocium ob peculiare aquarum alicuius loci vitium gigni multa habemus testimonia. Nam [b] Plinius guturhominibus tantum & aquarum, quæ potantur vitio plerunq; intumescere scriptum reliquit: cui consensit [c] Orbasius. Quo loco de aquis verba faciens ait: Nam & guturosi nonnūquam ab ipsis fiunt aquis. In qua etiam sententia est [d] Vitruuius inquens, Æquicoles autem in Italia & Alpibus natione medullorum est genus aquæ, quam qui bibūt turgidis gutturibus afficiuntur. Quorum gutturum meminit [e] Iuuenalis dicens. *Quis tumidum guttur miratur in Albibus.* Inter Alpes, quæ Italiam distinguunt à Gallia presbyterum quendam cantorem se vidisse affirmat Antonius [f] Musa, viginti quinque librarum guttur habentem.

Populi etiam ad Aquilonem, expositi satis comprobant morbum lateralē inter endemios morbos recensēri debere, eo quod magno suo malo illum singulis annis patiuntur.

Alij vero communium morborum epidemij dicuntur qui per populum grassantur, aut de populo in populū vagātes, plurimos corripiunt insequentes aeris corruptionē aut syderis alicuius influxum. Ex his quidam sunt pestilentes qui, λοιμώδης. Sunt autem idem, quod epidemiæ pernicioſæ. Qui morbi pestilentes ob id appellantur, quia maiorem hominum quos inuadunt partē interimunt: quē admodum [g] Galenus his verbis docet: Ostendit hac sentētia Hippocrates morbos multos eiusdem speciei vno fieri tempore, quos si pernicioſi fuerint, pestem appellant: si vero mitiores altera quadam indicant appellatione epidemios, vel apidemios nominantes. Vt epidemus morbus sit, qui tempore aliquo in regione aliqua abundet insoleſcatq;: pestis vero epidemia pernicioſa. Huic similem alteram sentētiam idem Galenus scripsit in prefatione ad libros de morbis popularibus. Cū enim docuerit morbum illum nūcupari per quinque sylabas επιδήμιον, aut per quatuor επιδημιον, ait tenendum esse morbos quosdam inuadere multos vniuersim, qui scilicet cōmunes appellātur, quosdā vero seperatim quemlibet, quos sperades vocant. Inter cōmunes rursus alij publici sunt, quos vocant endimos, qui naturam villæ, vel agri, vel ciuitatis insequuntur. Alij vulgares existūt, qui epidemij nuncupantur: horum pernicioſissimi, pestilentes dicuntur, qui perinde ac totum vulgarium morborum genus cæli aut aeris statu proficiscuntur, sicut sporades, ob errorem in victu aut vitium in temperatura fiunt.

Porrò hoc nomen pestilens, nulli morbo proprium est, sicut nec epidemus vt Galenus est [h] autor, dicens: Vnus de vulgaribus morbis & ipse pestilens est. Sed alibi dicit his verbis: Nā si quādo nulla morbi pestilētis forma cōmunis vulgetur, cęterū dispersi sunt morbi: nec enim ait certi est morbi nomen vulgare, vel pestilentis. Cæterū qui cūq; vno in loco multos simul inuaserit vulgaris hic vocatur: qui simul si hoc habeat, vt multos perimat pestis fit. Voluit itaq; Galenus pestilentē epidemiū non dici de morbo aliquo peculiari, sed apparere posse sub cuiuslibet morbi specie. Apparet tamē quādoq; sub specie phrenitidis aut letargij aut pleuritidis, aut carri, aut cathodri, aut catharri, aut bubonis. Sufficit enim ad hoc, vt epidemus sit, vt populariter grassetur: qui si populariter grassando plurimos interimat pestilentis naturam induit.

Ex his sequitur erasse [i] Aristotelē eo ꝙ satis improprie loquitur de vocabulo pestis,

a Galen lib. 1. de vict. autorum. c. 9.
b Plin. lib. 2. c. 37. parū post mediū.
c Orbas. li. 3. in finē.
d Vitru. li. 8. architec. c. 3. iuxta finem.
e Iuuenal satira. 13.
f Musa lib. 1 de ratio. vict. in morbo. acut. cō. 6.
g Gal. li. 1. de rat. vict. in morb. acut. com. 9.
h Galen. li. 3. de morb. popul. part 3. com. 20.
i Aristot. 1. prob. probl. 7.

dū ait, ex morbis solam pestē esse pluribus cōmunem. Constat enim ex superioribus aliquos esse morbos cōmunes non pestilentes. Morbus enim pestilēs, hęc duo habere debet vt populariter grassetur, & pernicios⁹ sit, maiorē ęgrorū partē quos apprehenderit interimens. Epidemo vero vnū est ne cessariū, vt plurimos inuadat seu populariter grassetur, sine pernicie. Nā si pernicios⁹ sit, iam nō simpliciter epidemus, sed epidemus pernicios⁹ aut pestilens dicendus est.

Liquet etiā improprie satis, & contra antiquorū placita nonnullos nostri temporis medicos pestilentes febres nuncupare eas, quæ mali moris sunt, siue pernicios⁹, & quę cū exantematis euenire solent (calenturas de pintas, hodie vocāt) quāuis non sunt populares, aut pluribus hominibus cōmunes. De quibus verba faciens [a] Hippocrates inquit: Maleficentissimæ febres à signis affligētes difficillimis quarto die, aut quinto interimūt. Hę enim deterrimæ exitios⁹issimę, seu mali moris debent dici, non tamen pestilentes, eo qnod non sunt multis communes. Quod si fuerint tunc merito pestilentes appellantur, si Hippocratis, & Galeni decreta sequimus, qui pernicios⁹am febrē atq; malignā, nō simpliciter appellarūt, pestilentem: sed eam tantū, quæ cū pernicie in eadē ciuitate populo ve plurimos inuadūt.

a Hipp. lib. 3. prognos. tex. 2.

Ex dictis clare sequitur, quod quando aliqua monialis infirma fuerit morbo plurimos inuadente, seu populariter grassante etiam sine pernicie potest licentiari à prælatis, vt à clausura possit exire, ne alias moniales dictus morbus inuadat. Ad hoc enim secundum superius dicta, vt epidemius dicatur, hoc tantum sufficit. Et Pius Quintus concedens, vt ipsæ moniales detentæ epidemiæ infirmitate possint exire, nullum verbum fecit de epidemia pestilente, quæ plurimos inuadit & populariter grassatur, maiorem partem ægrorum, quos apprehenderit interimente: sed loquutus fuit absolute, de epidemia, quæ potest, stando in rigore vocabuli accipi pro morbo multos inuadente, & populariter grassante, etiam sine pernicie. Considerans, quod si inuadat moniales, & per monasterium gassetur, difficillime possent moniales seruare clausurā, cum ad earum curam sit necessarium mulieres ad minus introducere intra claustrum, ad earum medicamen & ad curationem extra septa monasteriorum egredi.

## ARTICVLVS V.

*Vtrùm casus, qui ponuntur ab Vrbano Quarto; in quibus moniales possunt à clausura egredi sint reuocati à Pio Quinto in sua constitutione.*

REspondeo dicendo, quod Pius Quintus determinat sequendo Cōcilij Tridentini decreta non posse moniales egredi à clausura, nisi ex causa magni incendij vel infirmitatis lepræ aut epidemiæ. Et casus excepti firmant regulam in contrarium. Et sic videtur dicendum, quod alij casus positi ab Vrbano Quarto sint à Pio V. in sua constitutione reuocati.

Sed contrarium, est dicendum. Nā secūdus casus quando, scilicet, mittūtur moniales ab habente potestatē ad aliquē locū causa plantandi, vel ędificādi eandē religionē aut reformandi aliquod monasterium eiusdem ordinis, non est reuocatus à Pio V. Licet enim nominet tantum casus ibi positos, est tamen dicta constitutio extendenda, ad alios casus similes habentes eamdem rationem. Donatio enim ob solas quinque causas potest reuocari, prout habetur in Iure [b]. Glossa tamen, ibi communiter recepta habet, ob alias similes posse reuocari, vt latius referunt, & sequūtur Felinus, [c] & Ripa. Vnde cum casus nominati à Pio Quinto, concernant communitatem, & hic casus sit eis similis, cōcernit enim cōmunitatem religionis, non particularem monialem licētiandam, cum exeat ad plantandam religionem, & ad monasterium ædificandum, aut reformandum: sequitur euidenter in dictis casibus à Pio V. nominatis Cōprehēdi.

b l. fi. C. de reuocand. donat.

c Felin. in c. pastoralis de rescript. n. 1. Rip. in d. l. fin. à. n. 137.

Ex quo infero primo, quod tertius casus non est reuocatus: & sic potest monialis licentiari causa regiminis, scilicet, vt aliqua monialis sit prælata alicuius monasterij, cū hic casus maxime concernat ipsius religionis augmentum, & propagationem. Et eadem ratione ait [d] Collector priuilegiorum mendicantium, quendam expositorem, tenuisse, quod non solum possit aliqua monialis egredi clausuram, & educi, vt sit Abbatissa alterius monasterij, sed etiam, vt sit magistra nouitiarum seu vt ponatur in aliquo officio, in quo multum consistit honestas religionis, prout habere custodiam portæ, aut rotę, &c. Hæc enim etiam pertinent,

d Collector tit. clausura.

tinent ad regimen, & ipsis religio maxime ampliatur. Addit etiam prædictus author quod peracto officio, pro quo aliqua monialis ducta est ad aliud monasterium, si vult egredi ad suum monasteriū, potest reuerti sola, si socia vult remanere, aut socia posset reuerti sola, si principalis nolet regredi, de consensu tamen vtriusque monasterij.

Secundo infertur, quod non sit etiam reuocatus quartus casus, scilicet, causa correctionis (quando, scilicet, aliqua monialis nō potest corrigi in monasterio, vbi habitat timore suorum cognatorū, vel alia causa moraliter vrgente) tunc enim potest duci ad aliud monasterium. Hic enim casus totum religionis corpus concernit, cum expunitione delictorum sine strepitu & tumultu maxime eius nitor resplendeat.

Tertio infertur, quod quintus casus, non est etiam reuocatus, scilicet, quod possint egredi causa alicuius valde euidentis dispendij euitandi. Dispendium enim, de quo in isto casu fit mentio est quando aliqua monialis esset infecta aliqua infirmitate tā contagiosa quod merito timetur, inde prouenire magnum damnum, alijs monialibus, aut non posse ibi stare sine grandi periculo, vel scandalo communitatis. Imo hic casus, per constitutionem Pij V. est declaratus, vt habeat locū in infirmitate leprę, aut epidemię, prout late dictum est in superioribus.

Quarto infertur, quod sextus casus, in quo moniales possunt exire, scilicet quādo de mandato prælati habentis autoritatem, monasterio primo ex causa rationabili relicto totus cōuentus ad monasteriū aliud se transfert. Hic enim casus vt patet concernit communitatem ipsius monasterij, pertinet enim ad vtilitatem religionis, vt monasteria de vno in alium locum transferantur. Et propter eā vtilitatē ordinat [a] Concilium Tridentinū, vt, quia monasteria sanctimonialiū, extra mœnia vrbis, vel oppidi cōstituta malorū hominū prædę, & alijs facinoribꝰ sine vlla sæpe custodia sunt exposita, curēt Episcopi, & alij superiores, si ita videbitur expedire, vt sanctimoniales ex eis ad noua vel antiqua monasteria intra vrbes vel oppida frequentia reducantur. Et cōfirmatur. Nam sicut vetatur ingressus virorū in monasteria monialium: ita vetatur egressus earū à monasterio. At congregatio Concilij respondit Archiepiscopo Genuēsi dicens. *Causa euidentis vtilitatis monialiū data est licentia ab ordinario eorū curatoribus in ea monasteria ingredi, dū modo eorū ætas, & morū grauitas sit, quæ ipsos cōmendet.* Hæc cōgregatio. Vides quomodo propter euidentem vtilitatem modo permittatur ingressus: ergo propter eandem patebit etiam egressus. Denique, vt omnia supradicta confirmem, Pius Quintus in sua constitutione non derogauit Concilio Tridentinū, in quo dicitur: Nemini autem sanctimonialium liceat post professionē exire à monasterio etiā ad breue tēpus, quocunq; prętextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda. Et omnes casus supra positi ab Vrbano IIII. legitimas satis causas à summo Pontifice approbatas, prę se ferunt. Vnde superiores cōcedētes licentiam ad exeundū in dictis casibus tantū debēt declarare ipsos casus esse eorū qui à Pontifice maximo sunt approbati, vt moraliter vrgētes ad eā licentiā cōcedēdā. Nec his obstat constitutio Pij V. prohibens egressum omniū monialiū ad alia monasteria. Nā respondetur, quod intētio finalis illius decreti nō est prohibere absolute omnē exitum, sed illum, ex quo generatur scandalū: qualis est exitus ad discurrendum per domos secularium, & exitus Abbatissarum ad visitāda alia monasteria sibi subiecta, vt euidenter cōstat ex dicta cōstitutione. Sed exitus ad alia monasteria propter aliquam causam iustā non est huiusmodi: & aperte constat, ex tali exitu pudicitiam non periclitari: ergo non est prohibitus: cū certū sit in iure, quod cessante causa cessat eius dispositio. Et confirmatur. Nā, vt constat ex eadē constitutione intentio eius fuit Cōcilij Tridētini decreto ad hęrere; & in cōcilio, vt dictū est nō absolute omnis exitus prohibetur, sed ille dūtaxat, qui sine superioris licentia, & sine causa fit.

a Sess. 25. de regul. c. 5.

## *ARTICVLVS VI.*

### *Vtrùm superioris regularis licentia sufficiat ad exeundum à monasterio.*

REspondeo dicendo, cū [c] Concilio Tridentino decernente: *Dare autem, tantū* Episcopus, vel superior licentiā debet in casibus necessarijs. At Pius V. in sua constitutione ait q̄ præter licentiam superioris sit etiam necessaria licentia Episcopi. Et cōgregatio Cardinalium in hunc modum declarauit, *Monialibus ex monasterio exeuntibus etiam cum causa probabili requiri in eo cō*

c d.c.5.

nota de egressu monialium a monasterio tempore pestis.

*munẽ consensum superioris regularis & Episcopi loci.* At præfata constitutio in hac parte in Hispania non est in praxi, & per non vsum amittitvim obligãdi. Præterea prædicta cõstitutio habet locũ in monasterijs monialiũ, quæ nõ solũ subdũtur generalibus & prouincialibus habẽtibus iurisdictionẽ episcopalẽ, sed etiã subdũtur prioribus conuentualibus tali iurisdictione episcopali carẽtibus. Nam in talibus monasterijs nõ sufficit superioris immediati licẽtia ad exitũ monialis, sed requiritur necessario licentia & approbatio superiorum habentium episcopalem iurisdictionem. Nã reuera generales & prouinciales, quo ad iurisdictionẽ sunt Episcopi suorũ subditorum. Quare absq; vllo conscientiæ scrupulo potest monialis regularibus subdita, exire à monasterijs cum sola licẽtia generalium aut prouincialium sine alia approbatione Episcopi secularis.

## ARTICVLVS VII.

### *In quas pœnas incurrunt dantes licentiã extra casus supradictos & ipsæ moniales egredientes & ipsas recipientes.*

REspondeo dicẽdo, quod Pius V. in sua cõstitutione ait. *Aliter autem prout præfertur egredientes seu licentiã exeundi quomodocunq; concedentes, nec non comitantes ac illarum receptatrices personas, siue seculares, siue ecclesiasticas consanguineas vel non consanguineas vinculo excõmunicationis maioris latæ sentẽtiæ statim eo ipso absq; aliqua declaratione subiacere, à qua præterquam à Romano Pontifice, nisi in mortis articulo absolui nequeant.* Hæc Pius V. Et vlterius. *Moniales & prælatos contra faciẽtes officijs & dignitatibus priuat, & inhabilitat ad ea in posterũ obtinenda, & quascunq; exeundi licẽtias etiam à sede Apostolica concessas reuocat.*

Aduertendũ, quod si moniales S. Clarę clausuram extra casus supra dictos egrediendo, suã regulã transgrediuntur, & peccant mortaliter, licet non incurrãt excommunicationẽ nisi vno tantum casu, scilicet, cũdo ac curiam Romanã, prout in earum regula continetur. At hodie per Concilĩ Tridẽtinum excomunicationis vinculo latæ sententiæ feriũtur omnes in vniuersum monialles egredientes sine legitima facultate à clausura quomodocunq; egrediantur.

Aduertendũ etiam, prout cõtinetur in libro [a] ordinis Italico, q, *Benedictus XII. statuit, quod si Abbatissa clausurã exire præsumpserit, vel ad exeundũ aliquã licẽtiauerit monialẽ, per ministrũ suum de discretorum fratrum consilio remoueatur à regimine Abbatissæ: moniales vero dictã exeuntes clausurã in casibus non permissis ipsofacto sunt inhabiles ad quæcũq; officia inearũ ordine obtinẽda. Et nihilominus subdãtur pœnis, quæ in ipso ordine consueuerunt imponi.* [a] 3. fol. 210.

Aduertendũ deniq;, quod pœnæ supra positę cõtra recipientes & concomitantes prędictas moniales egredientes non videtur cõprehẽdere illos, qui cõpassione quadã naturali in extrema, vel graui necessitate id faciũt. Verbi gratia, si aliqua persona cognata & amica reciperet, vel comitaretur monialẽ egressam à monasterio, & aliquot millia-ribus progressam noctu, vel diu in loco deserto cũ periculo amittẽdi vitã vel famã, nec ea monialis damnũ aliquod pateretur, exhortãdo ipsam vt ad suũ rediret monasteriũ, non incurreret sententiã excommunicationis nec pœnas dictæ constitutionis, etiã si ipsa monialis nollet redire, prout tenet Nauarrus. Qui subiũgit, q nõ auderet excludere illos cognatos, qui sine alia necessitate, quã vitãdi opprobriũ crudelitatis, vel rusticitatis aut amicitiæ, vel nomine cognationis id facerẽt. At ego saluo meliori iudicio non timerẽ illos liberare. Nam grauissimũ omnium peccatorũ est hęresis, & receptatores hæreticorũ excommunicatione maiori Bullæ cœnę Dñi plectũtur: & nihilominus secundũ cõmunem opinionẽ quã sequitur cum [c] Caietano idẽ Nauarrus recipientes, dictos hęreticos, non vt hæreticos, sed vt amicos, & cognatos moti quadã compassione naturali & amore non incidũt in dictam censurã. Vnde videtur dicendũ quod receptatores, & concomitantes dictas moniales de

[b] Nauar. in c. statuimus n. 51.

[c] Cai. 2. 2. d. 95. art. 1. Nauar. c. 27. n. 561.

de earũ egressu displicẽtes, & ad regressum exhortantes quodam amore naturali, & affectione sanguinis, & compassione recipiẽtes, & cõcomitantes, non incidunt indictã censuram. Quis autem possit absoluere à pœnis huius constitutionis grauis est difficultas, pro cuius, vera resolutione recurre ad ea quæ in superioribus dicta sunt. Et est aduertendũ, q̃ in sede Apostolica nõ solet dari licentia moniali, vt in domo patris, vel fratris, donec vixerit extra monasteria maneat prout tradit Staphile[a]. [a] Sub hoc enim prætextu, plura quę non decẽt sequi possent. Et habemus in libro Machabæorũ [b] Virginẽ inclusam domi esse debere, & fœminæ religiosæ sub clausura morari debent prout dicũt sacri Canones, [c] & debẽt cũ alijs monialibus habitare & viuere. Imo neq; illis propria recepta cula habere licet vt ijdẽ sacri Canones [d] affirmant. In summa in omnibus circa illas caute procedendum est vt euitẽtur quæ earũ pudicitiæ insidiari possunt, argumento aliquorum iurium. [e] Verũ est tamẽ q̃ olim propter aliquas causas quas cõmemorat Quintilianus [f] Mandosius, hæc licẽtia cõcedebatur: quas hic nõ refero cum iam hodie etiam propter illas minime licentia concedatur.

Sup. p. 24. a. 17.

a Staph. de Signat. fol. 191. ver. monialiprof.

b Mach. 3. c. cc. mulieres ante fin. de iudicijs.

li. 6 c. vnico de estatu regulari. li. 6. d c. periculoso. 13. q. 2. el Si discepta retur. § . vbi pupulos educari oportet. e cum. locũ desponsalibus.

f Mandosius de signa gratiæ f. 10. titu. licẽtiæ.

## QVÆSTIO L.

### De clausura Monachorũ quoad egressum à suis monasterijs in duos articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæruntur duo.*

1 *Vtrũ possint monachi â suis claustris exire.*

2 *Vtrũ egressus monachi à monasterio sine licẽtia prælati ad aliũ superiorẽ sit peccatũ.*

### *ARTICVLVS I.*

### *Vtrum possint monachi a suis claustris exire.*

REspõdeo dicendo q̃ vitã & cõuersationẽ cœnobitarũ angelorũ vitæ similẽ esse affirmauit Theodoretus [g] si a secularibus abstinẽat eo q̃ omissis curis sæculi *Deo* administrant affectu: idcirco solebant ex prima institutione cœnobitæ seorsum ab alijs hominibus habitare & seorsũ ædificare vt innuitur in Iure [h] Et Theophilus Imperatoris oriẽtis filius dixerat, monachis vrbẽ intrare minime licere, iusseratque eos arcere omnino vt asserit Theophilatus. [i] Et in Concilio Calcedonẽsi statutum est, ne monachi se negotijs secularibus immisceant. Quod tradũt etiã Doctores, allegãtes pro sua parte rubricã cuiusdam tituli ne clerici vel monachi se negotijs secularibus immisceant, & tradit Petrus [k] Gregorius. Verũ est tamẽ quod non vsque ad huc sacri Canones clausurã ipsis indixerunt, vt à claustro minime possint exire. Iure enim cõmuni omnis regularis quanlibet simplex potest iure exire non solũ de licẽtia generalis, & prouincialis, sed etiã inferioris immediate expressa, vel tacita specialiter vel generaliter data modo ea iusta de causa cõcedatur. Dixi iure cõmuni, quia iure speciali Chartusiensiũ plus requiritur. Dixi modo ea iusta de causa cõcedatur. Nã cuiuscunq; exitus causa assignãda arbitrio superioris relinquitur argumento aliquorũ iurium. [l] Erit autem peccatum mortale, frangere clausurã, quæ de iure cõmuni obligat regulares quando cũ cõtẽptu regulæ & professionis & transgressione præcepti specialis superioris clausura violatur. Quia sentẽtia D. Thom. in est cõtenta in regula nõ obligare ad mortale nisi quod tria substãtialia vota & præcepta ipsius & superioris. Regularis enim nõ vouet regulã nec omnia cõtẽta in ea, sed obediẽtiã secũdũ illã in cõtinentia & paupertate. Et ita obseruãtiæ aliæ extra cõtinẽtiã & paupertatẽ nõ obligant ex voto, nisi præcipiãtur ab ipsa regula vel asuperiori, secũdũ regulã vt vterq; Thomas [n] cõmuniter recepti affirmant. Et huiusmodi est ob seruatio clausuræ quã licet ius commune confirmet, non tamẽ id facit addendo vim præcepti, sed facit, q̃ illa clausura quæ erat de obseruãtia regulæ particularis fiat & sit obseruantia quędã generalis. Quibus & alijs tradit Nauarrus o esse quoq; mortiferã huius modi violationẽ quoties fit cũ notabili scandalo, vel damno monasterij, non quidem quatenus est violatio regulæ sed quatenus est violatio iuris diuini & communis de non scandalizando & de neminẽ lædendo.

i Theophi. lib. 5. iuri oriẽt. in cõstit. 2. Theophi. tit. 1. de expulsione monach. canc. quidã monach. 16, q. 1.

k Per. Greg. li. 15. sintagmatum. c. 15 n. 1. 2. 3. 4. & 5.

l primera ff. de iure de liberãdi. c. de causis de officio delegati.

m Diuus Tho. 2. 2, q. 186. art. 9.

n Thom. & Caie. vbi sa:

o Nau. n. ca. statuimus. n. 35.

### *ARTICVLVS II.*

### *Virum egressus monachi à monasterio sine licentia prælati ad alium superiorem sit peccatum.*



g Theod. li. 3. de curat Græc.

h c. liminosa. 1. q.

REspondeo dicendo, quod sic. Ait enim Concilium [a] Tridentinum, Ne liceat regularibus à suis conuentibus recedere etiã prætextu ad superiores suos accedẽdi nisi ab eisdem missi & vocati fuerint. Verum est tamẽ quod si accedant ad superiores qui si appellando â grauaminibus sibi illatis à suis prælatis inferioribus secundum Nauarrum à culpa mortali excusantur cũ defensio propria sit de iure naturali & iure positiuo minime tollatur. Et accepi à Patre grauissimo & nostrę religionis definitore generali se audiuisse, à quodam nostro patre generali ita fuisse declaratum ab illustrissimorum Cardinalium congregatione. De quo iam aliqua diximus in superioribus. [b]

a Conc. Tr. sess. 25. de regula. 2. ca. 4.

b Sup. q. 29.

## QVÆSTIO LI.

### De Commissario generali ordinis Minorum in quatuor articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæruntur quatuor.*

1 *Quæ sit Commissarij generalis in ordine minorum institutio.*

2 *quæ sit autoritas Commissarij generalis.*

3 *An Commissarius generalis sit prælatus ordinarius vel delegatus.*

4 *Vtrum minister generalis sine capitulo possit eius autoritatem tollere aut limitare.*

### ARTICVLVS I.

### *Quæ sit Commissarij generalis in ordine Minorum institutio.*

REspondeo dicendo, quod Leo decimus prout habetur in supplemento, statuit pro ordine Minorum regularis obseruantiæ, vt quando generalis minister electus fuerit de Cismontanis instituat in partibus Vltramontanis vnum Commissarium generalem ab eisdem Vltramontanis fratribus eligendum, cui minister generalis supra præfatos fratres Vltramontanos vices suas cõmittat prout capitulo generali expedire videbitur. Ita tamen, quod Commissarius prędicto ministro generali omnimode subijciatur, vt cæteri dicti ordinis prælati subijciuntur, ac illi per omnia secundũ regulã obedire teneatur. Dum vero Minister generalis fuerit ex Vltramontanis fratribus electus tunc pariformiter Commissarium generalem Cismontanum instituere debet pari modo, quo de Vltramontano Commissario superius dictum & statutum est qui quidẽ Commissarius generalis per triennium solum generalis Commissionis fungetur officio quo triennio elapso nouus Commissarius per ministrum generalem in capitulo generali, vt supra eligendus (secundũ quod Vltramontanis, vel Cismontanis, de Commissario fuerit prouidẽdum) instituí debeat. Hæc Bulla Leonis decimi, quæ dicitur bulla vnionis, promulgata fuit in capitulo generali celebrato Romę anno Dñi millesimo quingentesimo decimo septimo, in festo Pẽtecostes. Causa autem huius noui ministerij instituendi fuit amplissimi nostri ordinis sacri dilatatio: quia reuera sancta Minorũ religio ob eius amplitudinẽ cõmode ab vno generali ministro gubernari non poterat. Ideo authoritate apostolica cautum est, vt quando minister generalis de Vltramontana familia fuerit assumptus, vnus sit Comissarius generalis de Cismontana familia: & idẽ fiat in partibus Vltramõtanis quãdo minister generalis totius ordinis fuerit electus de Cismontanis prouincijs, electores huius cõmissarij generalis esse debẽt iuxta apostolica instituta vocales illius familię de qua Cõmissarius generalis assumẽdus est & minister generalis. Qui nimirũ cõuenire debent in capitulo generali vt aperte constat ex prædicta Bulla vnionis, ad prędictũ Cõmissariũ generalẽ eligẽdũ. Si tamẽ propter bella vel alia iusta impedimenta comitia generalia intermedia celebrari non potuerint ad prędictũ Cõmissariũ generalem eligẽdum, tunc minister generalis de consilio aliquorum patrum poterit cãdẽ Cõmissionem cõtinuare, vel de nouo aliũ instituere, vt disponitur in constitutionibus generalibus Monalitanis & Toletanis.

c Fol. 29. cõcess. 95.

### ARTICVLVS II.

### *Quæ sit autoritas cõmissarij generalis.*

REspondeo dicendo, quod vniuersitas iurisdictionis Commissarij generalis est plenissima in sua familia, quia eadẽmet quã habet minister generalis in vniuersum ordinẽ, vt cõstat ex dicta bulla vnionis in qua dicitur, & disponitur ꝙ minister gene-

ra

ralis committat vices suas prædicto Cõmissario generali super fratres suæ familiæ, prout Capitulo generali expedire videbitur. Et nota quod nomine fratrum comprenduntur moniales, cum sit vulgatum in iure appellatione masculini comprendi fæminum, non solum in concessionibus & in priuilegijs prout resoluũt Tiraquelus [a] & Antonius Gabriel, sed etiam in correctorijs: prout affirmat, vt veriorem Tiraquelus & Menochius. Et in nostro casu vsus & consuetudo declarauit: nam eã potestatem, quã habet in fratres exercet commissarius generalis in moniales suæ familiæ, vt experimento constat.

[a] Tiraq. in tract. cõsanguin. § 1. glos. 9. nu. 186. &. 204. &. 222. Gabriel. cõmuni. opin. tit. de ver. sig. ni. cõ. 6. n. 17 & sequentib. Meno. de adipisc. poss. remed. n. 61. 62. & 63.

## ARTICVLVS III.

### *An prædictus Commissarius generalis sit prælatus ordinarius an delegatus.*

REspondeo dicendo, quod est ordinarius, licet collector [b] priuilegiorũ Mẽdicãtium teneat: quod non. Et probatur, nã eligitur ab vniuersitate vnius familię quod sufficit ad conficiendam iurisdictionẽ ordinariam, vt dicit celebris quædam glossa [c] & est opinio Panormitani. Et id expresse determinatum est in quodam capitulo generali Pinciano authoritate apostolica confirmato. Tũ etiam, quia prædictus Commissarius habet suam authoritatem beneficio legis: quod sufficit ad constituendã iurisdictionem ordinariam secundum Innocentiũ. [d] Nec ex hoc quod possit creari commissarius delegando suam jurisdictionem quoties sibi videbitur expedire, necessario sequitur habere iurisdictionem ordinariam, cum habens iurisdictionem delegatã minime possit subdelegare prolibito, nisi illi à superiori concedatur iuxta regulam iuris vulgarẽ. Nam prædicta regula fallit in delegato ad vniuersitatem causarum, talis enim potest subdelegare, prout notat glossa, [e] & tradit cum communi Syluester. Et Commissarius generalis esto sit prælatus delegatus, est tamen ad vniuersitatem causarum.

[b] Colle. in cõpẽd. ver. cõmissarius

[c] Glos. in. c. cum ab ecclesiarum prælatis de offic. ordin. Panor. in. c. lupicionis offic. de legat. n. 9.

[d] Innoc. in c. 1. & in. c. ad hoc de of Archidiaco

[e] Glos. in. c. cum. causã de appellat. Syluc. v. de legatus. n. 14.

Sed contra prędicta arguit Collector primo quod Cõmissarius generalis nõ fit per electionem vniuersitatis: nam Cismontani, & Vltramontani simul faciunt vnum collegiũ seu vniuersitatẽ; Cismontani autem tantum vel Vltramontani tantum, neque faciunt collegium, neque vniuersitatem post præfatam bullam vnionis, quæ eos omnes facit vnũ corpus. Vnde licet in ipsa bulla dicatur, quod iste commissarius eligatur, non potest dici vera & propria electio, cum non fiat à collegio vel ab vniuersitate, sed à parte collegij, seu quibusdam particularibus pro vtilitate & commodo illud particulariter tangente.

Sed respõdetur cõcedẽdo, q̃ Cismontani, & Vltramontani faciunt vnũ corpus & vnũ collegium & vniuersitatem respectu vnius generalis totius ordinis: non tamẽ per hoc negatur, quod Cismõtana familia quãdo ex Vltramontana eligitur generalis, facit vnũ corpus, & vnam vniuersitatem respectu electionis Cõmissarij generalis, qui cum sua familia non diuiditur ab obedientia generalis totius ordinis.

Secundo arguit Collector duo requiri ad consequendam ordinariam iurisdictionem scilicet electio collegij, & confirmatio superioris & statim electus, & confirmatus cõsequitur iurisdictionem ministerio legis neque est opus alia commissione hominis pro vt dicitur in iure. [f] At Cõmissarius generalis non consequitur iurisdictionem ex duobus prædictis, scilicet, ex electione & confirmatione sed necessarium est tertiũ scilicet quod minister generalis cõmittat illi vices suas, vt bulla ipsa disponit: & sic iurisdictionẽ recipit ab homine vices suas committente & non à lege ministrante: ergo sequitur, quod est delegatus & non ordinarius.

[f] Ca. transmissam de electio.

Sed huic argumento respõdetur, quod licet vicarius generalis Episcopi iurisdictionem excõmissionẽ recipiat, tamen dicitur habere iurisdictionem ordinariam & iuxta quãdam glossam singularem. Et sic hic commissarius generalis quamuis recipiat cõmissionem generalis ministri, videtur, quod eius iurisdictio sit ordinaria. Sed cõtra hanc solutionem replicat collector, dicens quod illud verũ est in vicario generali, non autẽ in illo, qui ponitur in certa parte diœcesis, qui dicitur foraneus, qui non habet jurisdictionẽ ordinariam, sed delegatam, prout dicit quędam glossa [h] communiter recepta, Et quod Commissarius generalis non generaliter in toto generalatu, sed in parte cõstituitur. At huic obiectioni respondetur, quod licet in parte generalatus constituatur: hæc tamen pars propter amplitudinem nostræ religionis, facit vnum corpus, non diuisum à generali, neque à generalatu: cum sit illi subjectum. Sed facit

[g] ca. 2. de officio vicarij lib. 6.

[h] Glos. in clemen. & si. principalis de reseriptis.

vnum

vnum corpus, vt velit nolit generalis beneficio legis possit & debeat eligere vnum cõmissarium generalem qui vices ipsius generalis habeat in sua familia & sic non potest comparari vicario foraneo.

Ex his sequitur, quod prædictus Cõmissarius generalis habet dignitatem ecclesiasticam, eamque habet prælaturam amplissimã & ordinariam: & ideo optimo iure potest esse legatus Apostolicus. Et sic quicquid prælatis ecclesiasticis in dignitate constitutis conceditur a iure, vel à papalibus constitutionibus comprehendet dictum Commissarium generalem, talem electum in capitulo generali, secundum bullã vnionis. Nã si eligatur Commissarius generalis à ministro generali ex eo, quod non potuit capitulum generale celebrare propter bella vel alia impedimenta tunc dictus Commissarius non est prælatus ordinarius, neq; habet dignitatem ecclesiasticam, neque habet votum in capitulo generali, neque præeminentias Commissario generali secũdum bullam vnionis electo concessas. Nisi forsan is, qui constituitur fuisset olim minister, aut Cõmissarius generalis, vt aperte dicitur & disponitur in constitutionibus generalibus [a] Toletanis.

a cap. 7. de cõmissario generali.

Verum, si roges, an dictus Commissarius generalis sine electione institutus pro solum ministrum generalem, cum non sit ordinarius, sed delegatus possit creare Commissarium respondetur, quod cum ipse sit electus à ministro generali & sit subrogatus in locum Commissarij generalis in capitulo generali eligendi dispensatione Papæ videtur quod possit creare commissarium ne huic Commissario sic creato per generalem desit aliquid, quod sit necessarium ad gubernãdum totam familiam. Et creatio Commissariorũ seu visitatorũ maximè necessaria est Præterea dictus Cõmissarius sic creatus, licet habeat iurisdictionem delegatam, ipsa tamen ipsi est commissa ad vniuersitatem causarũ & delegatus ad vniuersitatem causarum, vt dictum est in superioribus, potest subdelegare.

## ARTICVLVS IIII.

*An possit minister generalis, seu capitulũ generale amouere prædictum Cõmissarium sine causa, aut eius potestatem limitare.*

REspondeo dicendo, certum esse neque ministrum generalem, neque capitulũ generale posse amouere Cõmissarium generalem sine crimine & causa. Et ratio est quia prædicta Bulla vnionis ex iusta causa, statuit & decreuit quod dictus Cõmissarius eligatur & instituatur. Et insuper tradit formam, quo modo sit instituendus: ergo nulla potestas Papa inferior potest dictũ Cõmissariũ amouere. Quod autem versatur in dubio est, vtrum possit minister generalis minuere, & limitare ipsius autoritatem. Quod dubium vidi iam in praxi ventilari, cui per aliquas conclusiones satisfaciendum iudico.

Prima conclusio. Minister generalis habet superioritatem & iurisdictionem supra dictum Cõmissariũ generalẽ, & dictus commissarius tenetur obedire ministro generali vt reliqui omnes prælati ordinis. Hæc conclusio determinata est à Leone X. in prædicta bulla vnionis, & in constitutionibus monelianis, [b] & in constitutionibus Toletanis [c] declaratur.

b c. 8. de cõmissario generali.

c cap. 7.

Secunda conclusio: Minister generalis per se solum sine authoritate capituli generalis, vel Papæ non potest limitare neq; diminuere authoritatem dicti cõmissarij generalis. Hæc conclusio ponitur cõtra Collectorem. Et probatur: nam prædictus minister generalis tenetur Cõmitere omnes vices suas respectu totius familiæ, vt constat ex decreto Apostolico in articulo primo huius quæstionis allegato: ergo sicut non potest facere minister generalis, quod non sit Commissarius generalis, ita efficere non potest, vt non habeat omnes vices suas in tota familia.

Nec obstat dicere, quod in dicta Bulla non dicitur, quod committat omnes vices suas sed vices suas. Nã espõdetur q̃ indefinita, prout est vulgatũ in iure, & in dialectia, equipollet vniuersali: & ideo tãtũ valet dicere vices suas, sicut, omnes vices suas. Eo præsertim, q̃ prædictus Cõmissarius institutus est in fauorẽ suæ familiæ, & eius institutio per cõsequẽs est fauorabilis, & nõ odiosa, vt aiebat Collector. Et ideo oportet q̃ dictus Cõmissarius haberet omnem potestatem in prouincijs sibi Commissis, quam minister generalis habet in toto ordine. Alioquin non plene consuleretur commodo & vtilitati dictarum prouinciarum longe se pe sæpius distantium à ministro Generali

generali totius ordinis. Et sic intentio Summi Pontificis in dicta Bulla vnionis cõmissarium generalem concedentis frustranea esset, & quasi inanis. Et ideo sine dubio tenendũ est, quod omnia quæ in iure priuilegijs, & constitutionibus conceduntur soli generali, conceduntur etiam commissario generali respectu suæ familiæ, nisi aliquo modo in dictis dispositionibus excludatur dictus Commissarius generalis. Nam autoritas nõ datur generali ministro ratione personæ, sed ratione officij. Et ideo omnia transeunt in dictum Commissarium generalem gerentẽ vicẽ ministri generalis in omnibus, quæ pertinent ad eius officium.

Sed contra istam secundã conclusionem videtur obstare prima conclusio, in qua dictum est, quod minister generalis est superior prædicti Commissarij generalis: ergo potest tanquam superior restringere & limitare, vt illi visum fuerit, authoritatem prędicti Commissarij generalis. Ad hoc respondetur, quod minister generalis est superior, ad hoc, vt possit corrigere prædictum Commissarium si deliquerit. Et ad hoc, vt possit prohibere illi aliqua negotia, si causam dederit legitimam & sufficientem: nõ tamẽ vt ad libitum possit illi limitare suam potestatem, neque excludere illum à visitatione alicuius prouinciæ. Nã si id fuerit factum sine causa iusta, Minister generalis peccabit & erit dignus vt in capitulo generali de ea re conuincatur. Tum quia facit contra ius cõmune, limitando authoritatẽ iudicis, & prælati ordinarij. Tum etiam, quia facit contra prædictam bullam vnionis, in qua dicitur, vt dictus Commissarius generalis habeat omnes vices prędicti Commissarij generalis (vt dictum est) in tota familia.

Si tamen roges, quæ sit causa ad dictã restrictionem faciendam respondetur in primis, quod delationes speciales quorundam religiosorum nõ sunt sufficientes adid, quia vt plurimum, sunt falsæ. Et quãuis essent veræ non sunt admittendæ, nisi malum aliquod magnum & scandalũ timeretur. Quia non est rationi consonum, vt propter quorumdam querimoniam ordinaria ordinis gubernatio euertatur. Imo quo magis in ualescunt isti timores magis inflãmari debent generales ministri, ad patrocinium prælatorũ ordinariorum suscipiendum. Quia vt Concilium Lateranense dicit, prælati sunt positi tamquã signum ad sagitam, & quia placere omnibus non possunt multorum odia incurrunt. Ideo sancti patres statuerunt, vt accusatio prælatorum nõ facilè admitteretur. Tamen si minister generalis sit præsens, & velit visitare præsertim ad celebrãdum capitulũ, credo quod talis visitatio erit causa sufficiens ad reseruandas sibi aliquas prouincias per se vel per alios visitandas: quia visitatio totius ordinis cõpetit Ministro generali ex proprio officio. Et vt id melius possit efficere poterit particulares aliquas prouincias & particularia aliqua negotia sibi reseruare, vt constat ex consuetudine. Quod nimirũ nec liceret, neque expediret si esset extra familiam.

Ex dictis sequitur, quod licet minister generalis possit constituere perse solũ Cõmissarium generalẽ alicuius nationis in ea familia, in qua est Cõmissarius generalis Vltramontanus, vel Cismõtanus, quia de hoc nulla facta est prohibitio: non tamen potest minister generalis excludere prædictũ Cõmissarium Cismontanũ à gubernatione dictæ nationis: quia de hãc re est facta specialis prohibitio, vt dictũ est. Atque adeo quanuis minister generalis constituerit in Francia, vel prouincijs Belgicis vnũ Cõmissarium generalẽ illarũ nationũ non propterea potest excludere Cõmissariũ prędictũ generalem â visitatione & gubernatione illarũ prouinciarũ. Idque vsu & consuetudine firmatum est. Nam quando primo minister generalis instituit vnũ Cõmissariũ generalem Indiarum, qui in Curia resideret, non propterea amouit Cõmissarium generalem Cismõtanũ, qui tunc erat, à gubernatione illarum partium: quia reuera perse solum Minister generalis id non potest facere.

Tertia conclusio, Minister generalis ex consensu & causa rationabili arbitrio capituli generalis siue sit totius ordinis, siue totius familiæ potest limitare, & restringere authoritatem Commissarij generalis & ratio est, quia in bulla vnionis dicitur, quod minister generalis committat suas vices super fratres Vltramontanos, vel Cismontanos prout capitulo generali expedire videbitur. Ex quibus verbis palam sequitur, quod prędecente arbitrio capituli generalis, Minister generalis potest restringere & limitare potestatem dicti Commissarij generalis. Et adeò hoc est verum, vt si capitulum generale statuisset, vt Commissarius generalis Cismontanus non habeat vllam iurisdictionẽ

nem in fratres Indiarum statutum esset validū, quia quanuis non posset totum capitulum amouere dictum Commissarium potest tamen illius authoritatem ex arbitrio rationabili restringere, vt dictum est.

## ARTICVLVS V.

### Vtrùm Generalis possit in ordine Minorum eligere Commissarium generalē in familia, ex qua fuit assūptus.

REspondeo, quod Minister generalis in partibus in quibus suis sex annis fuerit, & ad alias partes se conferre voluerit, pro eo tempore quo absens fuerit Commissarium loco sui de consilio & assensu definitorum capituli generalis dūtaxat relinquere potest. Ita ordinauit Leo X. & habetur in supplemēto. a

a Fol. 29. cōcel. 95.

# QVÆSTIO LII.

## De Cōmissario Generali Indiarum ordinis Minorum in duos articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæruntur duo.*

1 *QVæ sit origo Cōmissarij generalis Indiarum.*

2 *Vtrum Commissarius generalis Indiarum sit in aliquibus subiectus Commissario generali Cismontanæ familiæ.*

## ARTICVLVS I.

### Quæ sit origo Commissarij generalis Indiarum.

REspōdeo dicendo, quod post quā superni numinis ope Regum Catholicorum industria & potentia barbaras noui orbis nationes sub Euangelio deuinxit anno Domini millesimo quingentesimo decimo septimo statim in ipso operis initio fratres Minores huic operi destinati sunt, pluraque monasteria in illis regionibus sunt ædificata regijs sumptibus. Atque tandem prouinciæ & Custodiæ erectæ sunt, vt fratres in illis degentes Euangelio propagando vacarent & obsequium Dei & Regis Catholici curarent. Hæ vero prouinciæ sustentari commode non poterant nisi ex Hispaniarū prouincijs illo fratres transfretarent factis expensis à catholica Maiestate; eoq; ad instantiam Caroli V. cautum est, vt vna quæque prouincia tertio quoq; anno tres, aut quatuor fratres ad Indos destinaret probandos per ministros & definitores. Simul q; statutum est vt guardianus Hispalensis in absentia sui prouincialis esset Commissarius cum plenetudine potestatis super omnes fratres eūtes & redeuntes ad Indos, dūmodo non se ingererent in negotijs fratrum existentium in Indijs. Hæc omnia statuta sunt in capitulo Tolosano, celebrato anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo secundo, vt patet in tabula illius capituli. Et hæc est prima constitutio quàm ego viderim facta in nostro ordine pro fratribus ad Indos pergētibus. Eadē q; fuit cōfirmata, & innouata in capitulo generali Niceni anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo quinto celebrato à fratre Vincētio Lunelo Ministro generali. Ibidemque ordinatum fuit, vt vnus per ordinationē Guardiani Hispalēsis, aut ministri Bæticæ aut per electionem fratrū ad Indias eūtium eligeretur qui esset illorum prælatus vsq; dū peruenirent ad Indos. Ex quibus locis colligitur primum Cōmissarium pro fratribus ad Indos pertinētibus fuisse Bethicę prouincię Ministrū, & in absētia illius guardianum Hispalensem. Postea vero in congregatione celebrata Vallisoleti per fratrem Nicolaum Herbonium Commissarium Generalem Cismontanæ familiæ institutus fuit in Cōmissariū Indiarum frater Christophorus Auguix prouinciæ Bethicæ, cui data est potestas, vt ex omnibus Hispaniarū prouincijs, demptis prouincijs Portugaliæ, potuisset eligere fratres ad Indos mittendos & vtsimul ad nouam Hispaniam se trāsferret ad visitandos omnes fratres illic ex istētes: Et hic est primus Commissarius, qui solenniter institutus est ad regendos fratres apud Indos. Postea vero in capitulo generali Mātuæ celebrato anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quarto institutus est in Commissarium generalem omnium fratrum existentium apud Indos subditos Cæsareę Maiestati Caroli Quinti Imperatoris frater Iacobus de Testera ea lege, vt esset sub

subditus Ministro & Commissario generali. Et hic est primus Commissarius generalis Indiarum institutus in ordine Minorum; nam reliqui non erant Commissarij generales. Qui nimirum ad Indos profectus est, & omnes, qui huic successerunt apud Indos residebant, & omnia negotia occurrētia circa mittendos fratres ad Indos, vel circa illos, qui in illis partibus residebant ad ministrū seu Commissarium generalem referebāt. In hoc autem plura non ferenda incommoda experimento deprehensa sunt in perniciē fratrum, & catholicæ Maiestatis. Nā fratres ex Indis venientes cogebantur totā ferè peragrare Hispaniam ad conquerēdum Ministrum, seu Commissarium generalem, & sæpè etiam compellebantur extra Hispaniam euagari, ad dictos prælatos generales adeundos. Interim tunc Indica classis, quæ tarda molimina nescit, vela tendebat ventis. Cuius rei causa negotia alioquin grauia & ardua valde necessaria, & religioni, & Catholico Regi omnino peribant. Eo antē Rex Catholicus Philippus secūdus induxit in animum curare, vt Commissarius generalis crearetur pro omnibus religiosis, quoquo modo ad Indos pertinentibus: qui in Curia eiusdem Regis Catholici resideret, ne tanta cum pernicie negotia dilatarentur, & si quæ essent res arduæ Regi communicandæ ob seruata, quæ decet, concordia, interim Regem Catholicum & ordinem nostrum cum facilitate absoluerent. Nam cum Hispaniarum Reges Catholici sint patroni vniuersales totius noui orbis, prætendunt habere ius quæsitum, vt nulli fratres ad Indias asportentur, nec in illis detineātur contra ipsorum Regum consensum. Ideo frater Christophorus de Capitefontiū totius ordinis fratrum Minorum generalis Minister libenter annuit, & concessit eidem Regi Philippo, vt quem ipse Rex vellet esset Commissarius generalis cum plenitudine potestatis qui incuria ipsius Regis Catholici resideret Regijs expensis alendus vt cōstat in literis patentibus eidem Regi Catholico à prædicto generali ministro directis anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, quarum facultate Rex Catholicus matura deliberatione habita elegit in cōmissariū generalem Indiarū ordinis sacri Minorū Patrem fratrē Franciscū Guzman olim Ministrū Prouincialē Prouinciæ sancti Michaelis, & procuratorē generalem totius ordinis in Curia Romana, ac comissariū generalē Cismontanæ familiæ, quierat filius illustrissimi Conuētus sancti Francisci Salmāticēsis. Ex quo ipse ad prouinciā sancti Michaelis profectus est ad Theologiam perlegendā, & ibi fuit incorporatus, & ad ministeriū prouincialatus prouectus, qui Cōmissarius generalis vocē actiuam & passiuam habet in capitulo generali nostræ sacræ religionis, & inter fratres ordinis sortitus est sortē ministerij sui, prout in constitutionibus generalibus Toletanis continentur.

## ARTICVLVS II.

### *An commissarius Generalis Indiarum sit in aliquibus subiectus Cōmissario generali Cismontano.*

REspondeo dicendo, quod authoritas & iurisdictio Cōmissarij generalis magna est, prout traditur in cōstitutionibus superius allegatis. Nam in primis prædictus Cōmissarius est immediatus Ministro generali, in omnibus, & per omnia, ita vt nulli alij prælato & superiori sit subiectus, & subditus. Ex qua dispositione est ortum dubiū an cōmissarius generalis Cismōtanus & Prouincialis Minister huius prouinciæ, qui in Curia residet, debeāt & possint aliquē actūiurisdictionis exercere in prædictū Cōmissariū generalē Indiarū in aliquo casu particulari & euentu. Et respondetur affirmatiuè. Nā licet, verū sit quod regulariter in casibus cōmuniter occurrentibus in omnibus & per omnia sit prædictus cōmissarius generalis Indiarū liber, & exemptus, quia nō potest Cōmissarius generalis familiæ Cismōtanę, nec prouincialis, ipsum Cōmissarium visitare, neque ad capitulū culparū conuocare, neque perturbare ipsum in suo officio: tamē si prædictus Cōmissarius generalis Indiarum crimen aliquod nefarium & scandalosum Commisisset, vt est homicidium, proditio, transgressio Castitatis scandalosa, & similia in tali casu non dubito, quin commissarius generalis Cismontanus & Prouinciales ministri habeant authoritatem ad cōficiendum processum, & ad recludendum prædictum Commissarium generalem in domo disciplinæ, ne fugiat & scandalum oriatur. Huius rei ratio est: quia in commissione generali non veniunt ea, quæ quis nō esset verosimiliter concessurus, iuxta regulam

gulã [a] iuris, & tradunt Alexãder, Ruinus & Corneus. Et in statutis generaliter loquentibus idem affirmat Decius. Et non est vero simile, neque rationi consonum, quod prælati generales velint eximere prędictum Cõmissarium generalem Indiarum â potestate ordinariorũ in prædictis casibus quia res esset plena periculo & scandalo. Ergo quanuis in constitutionibus generalibus dicatur quod in omnibus & per omnia sit immediatus prædictus Commissarius generalis Indiarum Ministro generali, non sequitur, quod prædicti casus particulares atroces & scandalosi sint comprehensi in illa generalitate. Atque ideo cum Commissarij generales Cismontani & Prouinciales ministri sint superiores ordinarij quoruncũque religiosorum degentium in suis districtis, sequitur quod exemptio prædicti commissarij, cũ sit odiosa potius debet restringi, quã ampliari. Et hæc doctrina confirmatur exdeterminatione Cõcilij Tridentini, [b] vbi dicitur quod regularis nõ subditus Episcopo, qui intra claustra monasterij degit, & extra ea ita notoriè deliquerit, vt populi scandalo sit, Episcopo instante à superiore intra tempus ab Episcopo præfigendum seuere puniatur, ac de punitione Episcopum certiorem faciat: sin minus à suo superiore officio priuetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit. Nota quod dicit, puniri possit: nam ad eum retinendum & recludendum, quando copia superioris regularis facile haberi non potest nondubito, quin ipsis Episcopis sit facultas concessa, vt ita detentus moneat de casu dictum superiorem ne religiosus maneat impunitus. Confirmatur etiam. Nã, vt tradunt Iulius Clarus [c] Didacus Perez & Gutierrez, iudex secularis potest detinere clericũ exemptũ à iurisdictione seculari arma prohibita portãtem sine eo q̃ incurrat in excõmunicationem bullę cœnę Domini. No potest tamen ipsum sententia iudiciali punire, sed ad suum iudicem eum remittere debet. Ita in proposito dictus Cõmissarius generalis & Prouincialis possunt detinere in domo disciplinę ipsum commissarium generalem Indiarum remittendo eius causam ad generalem.

Sed dubium est, quo modo Cõmissarius generalis Cismõtanus, cũ sit ordinarius etiã Indiarum, cũ à patribus Indiarum etiam eligatur, tamquã à suis subditis sub eius iurisdictione existentibus, sicut existunt omnes fratres familiæ Cismõtanæ, sit priuatus à iurisdictione, quam habet supra Indiarum fratres. Ad hoc respondeo quod non est commissarius generalis Cismontanus priuatus sua iurisdictione quoad dictos fratres: & sic potest licentiare eos. Et licentiat de facto, vt in dictas partes possint se transferre, & ab ipsis partibus possint huc transmeare. Nec commissarius generalis Indiarum potest has licentias cassare, & earum executionem impedire,

a c. in gener de reg. iur. li. 6. Alex. cõsil. 74. n. 4. volu. 4. Ruin. consil. 6. n. 7 lib. 3. Corneus consil. 89. li. 6. libr. 3. Decius. consil. 532. n. 9.

b Conc. Trid. sess. 25. de reg. c. 14.

c Clarus. li. 1 recep. sent. § fineq. 82. statutus. de delat. Armo. Perez in. l. 17. tit. 14. lib. 2. ordin. Gutierrez. lib. 1. pract. q. 82

## QVÆSTIO LIII.

### De commissario & procuratore Romano ordinis Minorum in tres articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæruntur tria.*

1 *VNde hab uerit originem officium procuratoris Romani in religione Minorum.*

2 *Quæ sit huius procuratoris autoritas.*

3 *A quo instituatur commissarius Romanus, & quam habeat autoritatem.*

### *ARTICVLVS* I.

*Vnde habeat originem officium procuratoris Romani in religione Minorum.*

REspondeo dicendo, quod de primæua procuratoris generalis institutione nihil explo ratum est in regula B. fratris nostri Francisci, nulla est facta huius muneris institutio. Imo neque in constitutionibus antiquis nostri ordinis inuenio aliquid fuisse statutum. Verum tamen est, quod in libro ordinis [c] fit mentio de quodam fratre Martino Garibay ordinis sacri Minorum Commissario seu procuratore in Curia Romana. Ex quo colligo, quod olim munus procuratoris & Commissarij Romani erat vnum, & idem officium, atque non erãt duo munera distincta, sed vnũ tantum officium. Similiter

c. 3. impref. fol. 2.

ter infero officium procuratoris generalis esse antiquũ, quia quanuis de eius initio nõ constet, nõ est dubium fuisse huiusmodi officium institutũ ante tempora Sixti Quarti. Verum si roges, ad quem pertinet instituere procuratorem generalem ordinis; respondeo de iure pertinere ad Ministrũ generalem. Nam re vera procurator ordinis est verus vicarius ministri generalis ad causas sibi ab eo commissas, ac propterea ad ipsum generalem ministrum pertinet talis institutio. Nam quilibet prælatus secundum ius debet suum vicarium instituere. Idque vsu & consuetudine confirmatur; & apertè cõstat solum generalem ministrum procuratorem instituisse semper per suas literas patentes.

Nec obstat consuetudo, qua introductũ est in nostra religione, vt procurator eligendus proponatur à generali in definitorio, & quòd ponatur in tabula capituli generalis inter reliqua officia, quæ per veram electionem fiunt: nam respondetur, quod quanuis generalis minister teneatur propter consuetudinem consulere diffinitores & discretos ordinis congregatos in definitorio capituli generalis ad eligendum procuratorem: non tamen tenetur sequi eorum consilium. Itaque si totum definitorium nominasset aliquem in procuratorem, & generalis minister solus alium instituisset, ille esset verus ordinis procurator: quia nulla est lex obligans Generalem ministrum vt eligat procuratorem ex consensu diffinitorum. Vnde quando constitutiones generales [a] Toletanæ dicunt, quod procurator ordinis & curiæ Romanæ commissarius debẽt in diffinitorio eligi & nominari: illa verba, debent eligi, non dicunt debitum necessitatis, sed honestatis tantum. Et quanuis prædicta verba obligent sub debito necessitatis; non tamen sequitur quod diffinitores debent necessario eligere canonice dictum procuratorem: quia in prædicto loco id non dicitur: & ideò sufficit, quod minister generalis eligat solus. Hoc enim verbum eligere, in illo loco non significat canonicam electionem, sed simplicem nominationem ex consilio factam, sicut fiunt res graues de consilio patrum, & quæ ex consilio sunt facienda, ad sequendum consilium minimè obligant, prout tradit Syluester. [b]

[a] Cap. 8. §. 2.

[b] Syluester verb. consilio. §. 2.

## ARTICVLVS. II.

### Quæ sit huius procuratoris autoritas.

RESPONDEO dicendo, quòd autoritas & potestas iurisdictionis ea tantum erit, quam minister generalis contulerit. Minister vero generalis oportet quod prædicto procuratori generali, conferat in suis patentibus literis autoritatem super omnes hospites eiusdem familiæ ad curiam Romanam venientes. Item oportet, quod habeat autoritatem ad peragenda & dirigenda omnia negotia, quæ ibidem occurrerint, & ad remittendum apostatas ad proprias prouincias. Hæc omnia solent concedi procuratori generali, vt constat ex consuetudine, & ex multis constitutionibus factis in capitulis generalibus. Nullo tamen modo prædictus procurator, habebit autoritatem ad se ingerendum in negotijs pertinentibus ad prouinciarum regimen, neque negotium totum ordinem concernens intentare audebit, sine expresso generalis ministri consensu. Præeminentia ipsius est maxima. Nam ad eum pertinet orare in capella Domini Papæ: & eidem capellæ debito tempore interesse, vt ibidem repræsentet personam generalis ministri: & habet vocem actiuam & passiuam in electione generalis ministri, & in diffinitorio, & in reliquis omnibus actibus vt cautum est autoritate Apostolica. Et eadem autoritate decretum est, vt ipsemet procurator non possit continuari in officio suo vltra triennium, neque post prædictum officium iterum eligi in ministrum aut commissarium generalẽ, nisi post duodecim annos elapsos, prout dictum est supra in quæstione de Abbatibus quo ad durationem. Reliqua ad ipsum pertinentia videantur in constitutionibus generalibus nostræ sacræ religionis.

## ARTICVLVS III.

### A quo instituatur cõmissarius Romanus, & quantam habeat autoritatem.

REspondeo dicendo, quod officium commissarij curiæ Romanæ, licet vt dictum est, fuerit olim vnum & idem cum officio procuratoris generalis: tamen ex quo status regularis obseruantiæ cœpit habere prælatos ex seipsis ex eomet tempore cœpit esse etiam officium curiæ Romanæ. Nã vicarij generales obseruantiæ regularis instituebant in Romana curia hos commissarios pro negocijs gerendis, prout constat ex libro [a] ordinis. Quo loco dicitur, quod frater Ioannes Philippus vicarius generalis fratrum Minorum regularis obseruantiæ tempore Syxti Quarti constituit suum commissarium in curia Romana fratrem Natalem de Pomer. A tempore vero Leonis Decimi, quo sigillum ordinis, & ministeriatus fuit translatus ad obseruantiam, minister generalis, non solum instituit procuratorem generalem, sed etiam commissarium curiæ Romanæ secundum eam formam quam obseruat in institutione procuratoris generalis, proponendo scilicet, prædictum commissarium in definitorio capituli generalis, vt cum consilio definitorum, & discretorum fiat talis institutio. Et etiam ponitur in tabula officiorum ordinis, quæ in capitulis generalibus confici solet. Qui est eligendus in commissarium curiæ Romanæ necessario debet esse illius familiæ, de qua assumptus est generalis commissarius, & debet habere omnes qualitates, & conditiones, quas necessarias diximus procuratori Romano. Et in sua familia debet habere eandem autoritatem, quam habet procurator generalis in sua: & tandem omnes præeminentiæ, prohibitiones, & obligationes, quæ generali procuratori conueniunt, illæ met etiam conueniunt commissario Romano, vna sola dempta, videlicet, obligatione ad orandum coram Summo Pontifice, & ad interessendum in capella Papę: Nam ista præeminentia solum conuenit procuratori Romano, qui in capella Papæ repręsentat personam ministri generalis.

[a] in 3. impr. fo. 96.

(:)

## QVÆSTIO LIIII.

### De commissarijs prouincialibus, & commissarijs ad capitulum generale missis, & ad visitandas prouincias, in quatuor articulos diuisa.

*Circa quam quæruntur quatuor.*

1 *Quid possint commissarij prouinciales cũ plenitudine potestatis in ordine Minorum regularis obseruantiæ.*

2 *Quomodo sint eligendi dicti commissarij in absentia prouincialium, & quæ sit eorum autoritas.*

3 *Quomodo eligantur commissarij loco prouincialium ad capitulum generale mittendi.*

4 *Quæ sit autoritas commissariorum ad visitandas prouincias.*

### ARTICVLVS I.

*Quid possint Commissarij prouinciales cum plenitudine potestatis in ordine Minorum regularis obseruantiæ.*

REspondeo dicendo, quod cõmissarij prouinciarum in religione Minorũ sunt in multiplici differentia. Ministri enim prouinciales aliquando constitui solent commissarij cum plenitudine potestatis à generali ministro in tota prouincia. Circa quorum commissionem est notandum, quod per eã non eximuntur à potestate commissariorum generalium, vt expresse determinatũ est in capitulo generali celebrato Assisij, anno Domini millesimo quingẽtesimo vigesimo sexto. In quo sic dicitur; *Declaratur, q̃ per cõmissiones ministris prouincialibus dari solitas à generali nõ soluũtur quouis modo prędicti ministri à cõmissariorũ generaliũ subiectione sed*

ministri

*ministrii ipsi præfatis commissarijs subijciũtur, ac si eisdem ministris nulla data fuisset commissio.* Idem dicendum est de commissarijs seu visitatoribus missis à generalibus ad visitandas prouincias. Nam prædicti prouinciales tenentur illis obedire, vt dicitur in constitutionibus [a] Salmantinis, seu Monelianis. Idẽ colligitur ex proprio motu Gregorij XIII. [b] quod incipit, *quoniam*, & continetur in manipulo fratrum Minorum. *In quo per excommunicationem ipso facto Sedi Apostolicæ reseruatam & sub pœna priuationis perpetuæ officiorum per eos obtentorum, & inhabilitatis ad illa, vel alia quæcunque dicti ordinis officia exercenda, ac vocis tam activæ, quam passiuæ eo ipso incurrendis pœnis, ne quis prouincialis, aut Guardianus, vel cuiuscũque alterius gradus religiosus, aut religiosa ordinis Minorum ab ipso ministro generali missus ad visitandas prouincias prædictis commissarijs resistere, neque eis se opponere, aut contradicere, seu rebellem exhibere, ipsos quacunque de causa, aut quæsito colore non recipiendo audeat, neq; debeat.*

[a] Cap. 8. de minist. prouinc. vers. nullius ministri.

[b] In manipul. fratr. 10. part. fol. 325.

Hæc Grægorius XIII. in dicta bulla data Romæ die octaua Aprilis anno Dñi millesimo quingentesimo septuagesimo quinto, Pontificatus sui anno tertio. Qui cum eas tantum pœnas ponat contra prouinciales, & alios sibi inferiores, clarè innuit non comprehendere commissarios generales ipsis visitatoribus, aliqua de causa resistentes.

Aduertendum etiam, quòd prædicta cõmissio cum plenitudine potestatis non suffragatur, nec valet ad eos casus, in quibus tota prouincia, vel diffinitores cum prouinciali habent potestatem, vt expressè decretum est in capitulo Burdegalensi celebrato anno Dñi millesimo quingentesimo vigesimo. Hinc sequitur, quòd virtute dictæ commissionis in ordine Minorũ regularis obseruantiæ non possunt prædicti prouinciales instituere Prædicatores, neq; confessores extra capitulum, neq; eijcere ab ordine religiosum incorrigibilem; quia ad hęc omnia & similia habet prouincia capitulariter congregata autoritatem. Verum prædicta cõmissio suffragabitur ad hoc, vt minister prouincialis virtute dictæ cõmissionis possit dispensare in omnibus statutis generalibus, in quibus ipse generalis minister dispẽsare potest; quia ad istos casus tota prouincia congregata non habet autoritatem. Et sic vicarij prouincialium, & cõmissarij prouinciales possunt à fortiori dispensare cum incestuosis, vt possint petere debitum coniugale, & cum his, qui post simplex castitatis votum matrimonium contraxerunt, vt possint etiam petere debitum. Et hanc autoritatem confessoribus tribuere possunt, cũ prouincialibus ministris hoc à Pio V. fuerit concessum, prout suo loco dicemus.

Aduertendum etiam, q̃ per prædictã cõmissionem non datur facultas ipsis cõmissarijs cum plenitudine potestatis, vt possint ordinare, aut ordinata mutare, vel cõtra statuta prouincialia facere sine consensu patrum prouinciæ pro tempore existentium, vel maioris partis vocalium, vt declaratum est in constitutionibus [c] Salmantinis.

[c] Dict. ca. 8. versu. Item nullus.

Aduertendum deniq;, quòd prædicta cõmissio cũ detur officio & non personæ expirat simul cum prouincialatu, sed non expirat quoad successorem, imò transit in illum quoad vsq; fuerit reuocata, vt declaratum fuit, & determinatũ in capitulo generali Florẽtino celebrato anno Dñi millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio. Expirant tamen huiusmodi commissiones cũ ministri morte, qui eas concessit.

## ARTICVLVS II.

### *Quomodo sint eligendi commissarij in ordine Minorum in absentia prouincialium, & quæ sit eorum autoritas.*

REspondeo dicendo, q̃ in hoc recurrendum est, quãtum ad primũ ad cõstitutiones prouinciales vniuscuiusq; prouinciæ, & ipsis deficientibus ad cõstitutiones generales, prout habetur in constitutionibus generalibus Toletanis. [d] Secũdum quas ad Salmantinas, vel Monelianas [e] est recurrendum. Quãtum autem ad secundũ, habet prædictus commissarius eandem potestatem, quã habet minister prouincialis. Quia secundũ ius non possunt ipsi prouinciales

[d] Cap. 8. de constit.

[e] Cap. 8. de ministr. prouinc. vers. ordinamus.

ciales arctare neq; limitare autoritatem ipsorum cõmissariorum: ex eo q̃ nõ possunt prædicti recedere, nisi fuerit sufficiẽter pro uisum de ouium gubernatione, prout dicitur in Concilio Tridẽtino.[a] Si vero prouinciales limitarent autoritatem commissarijs in eorum absentia iniuria ouibus esset illata non modica, cum non habuissent remediũ in casibus occurrentibus. Et ideo in eodem Concilio sic dicitur. Meminerint decessuri, ita suis ouibus prouidendum, vt quantum fieri potuerit ex ipsorũ absentia nullũ dam num recipiant. Verum quamuis prouincia les nõ possint suis commissarijs arctare potestatem, statuta tamen generalia iure opti mo in quibusdam limitabunt illis potestatẽ. Nam interim quod vocales ad capitulũ generale missi nõ fuerint reuersi nullum ca pitulum prouinciale, nec congregationem habẽtem vicem capituli celebrare poterũt. Et si quidpiam horum fuerit celebratũ est irritum & inane, dummodo mora prædicto rum non fuerit culpabilis, vel eorum regres sus sit impossibilis, vt constitutiones [b] Toletanæ cauent. Imo alia statuta antiqua in capitulo Lugdunẽsi generali facta anno Do mini millesimo quingentesimo trigesimo octauo decreuere: quæ etiam sunt hodie ser uanda, vt interim quod dicti vocales nõ fue rint reuersi, nihil notabile in prouincia fiat, aut renouetur per ministrum remanentem & per eius commissarium. Tamen si scanda lum aliquod euenerit, propter quod guardianus vel confessor monialium sit punien dus, punitio deferri non expediat, tunc prę sidens prouinciæ cum consilio discretorum poterit prouidere, vt statuta Salmantina [c] vel Moneliana disponunt priuando crimino sum, & alium loco ipsius constituendo vsque ad reditum vocalium. Et aduertant dicti commissarij, quod literæ, & patentes prouincialis absentis sunt omnino seruandæ. Non enim propter absentiam amittit iurisdictionem, cum nulla sit constitutio quæ id disponat, & ideo semper est suæ pro uinciæ verus & legitimus prælatus.

a Conc. Tr. sess. 25. ca. 1. versu. interea de residentia.

b c. 8. de capit. prouin. in fine.

c vbi su. circa fin.

## ARTICVLVS III.

### *Quomodo eligantur commissarij ad capitulum generale loco prouincialium missi.*

REspondeo dicendo, quod nomine prouincialium instituuntur huiusmodi cõmissarij quando prouinciales sunt impediti illum recipere. Hi autem commissarij instituti & eligi debent per ministrum, & discretos prouinciæ, vt cautum est in constitutionibus Toletanis.[d] Forma seruanda in hac electione non est determinata, sed videtur expedire vt fiat per schedulas. De qua electione dari debent literæ testimoniales à præsidenti in tali electione. Et hi commissarij habent vocem actiuam & passiuam in capitulo generali; sicut cæteri omnes vocales, vt in prædicto statuto expressè determinatur.

d c. 7. de prouinciali Ministr.

Sed contra hoc obijcitur decretum Concilij Tridentini [e] dicens in hunc modum: Ne in posterum liceat prouinciales, Abbates, priores, & alios quoscunque titulares ad effectum electionis faciendæ constituere, aut voces & suffragia obsentium supplere. In quibus verbis duo prohibentur. Primum, ne titulares prælati, aut suffragatores constituantur ad effectum electionis faciendæ ordinando, quod iste sit prouincialis, ille custos aut discretus ad faciendam electionem, eo quod veri suffragatores, quibus sufficiuntur isti titulares sunt mortui, vel absentes tempore electionis. Secundum, ne voces absentium suppleant, quanuis tituli nõ dentur. Cum ergo in constitutione huiusmodi commissarij videatur titulus constitui ad effectum electionis faciendæ, & absentium voces suppleri, sequitur quod talis commissariorum electio sit nulla ad electionem faciendam. Respondetur negando, quod in electione horum commissariorum constituitur titulus talis suffragatoris principaliter ad electionem faciendam: quia huiusmodi commissarius non intitulatur prouincialis minister, neque Custos, neque discretus nec guardianus, sed tantum dicitur commissarius seu procurator prouincialis: quod nimirum non est contra sanctum Cõcilium, imo est secundum sacros Canones, secundum quos absentes possunt constituere procuratorem ad eligendum suo nomine. Eodem modo etiam negatur: quod in dicta commissariorum electione suppleantur vota absentium: nam hoc non est vera suppletio, sed commissio. Voti nanque suppletio est, quando prælati generales, eos qui non sunt prouinciales, neque custodes, neque discreti, neque habent

e Conc. sess. 25. de regu. c. 6.

auto-

autoritatem ad ferenda suffragia pro absentibus assignant aliquos, qui pro absentibus ferāt suffragia. Et ista est propriè suppletio & non commissio. Et ita declarauerunt illustrissimi Cardinales anno Domini millesimo quingētesimo septuagesimo die octaua Augusti, prout refert Pater Gasparus Parasellus ordinis Minimorū quondam generalis in suo priuilegiorum compendio.

Secundo arguitur ex regula Beati patris nostri Francisci. In qua dicitur, quod electio generalis debet fieri à ministris & custodibus. Ex quibus verbis videtur colligi, quod saltem in nostra Minorum religione dicti commissarij, cum non sint ministri, neque custodes non habent vocem ad dictam electionem. Respondetur primo, quod suffragium huius Cōmissarij est suffragium ipsiusmet prouincialis Ministri; quia ex eius commissione suffragatur, quā de iure potest præstare: cum secundum ius, [a] absens iusto impedimento detentus possit constituere procuratorem, qui eius nomine eligat, qui nimirum procurator potest esse extraneus à capitulo, si ipsum cōsentiat, vt decreuit Bonifacius [b] VIII. Secūdo respōdetur, quod autoritate Apostolica fieri potest, vt alij, qui neq; sint Ministri, neq; Custodes possint eligere ministrū generalē, vt patet de procuratore generali, & de procuratore & cōmissario Romano. Ita quoque, quanuis prædicti commissarij non essent procuratores prouincialiū absentium possunt suffragari, quia statuta id præcipientia sunt autoritate Apostolica confirmata.

[a] Cap. qua propter de elect.

[b] Ca. si quis iusto de electio. lib. 6.

## ARTICVLVS IIII.

### Quæ sit autoritas commissariorum ad visitandas prouincias.

REspondeo dicendo, quòd alij commissarij constituuntur à prælatis generalibus ad visitandas prouincias, qui visitatores appellantur: qui ex grauioribus patribus debent nominari, prout in ordinationibus generalibus nostræ sacræ religionis determinatur. Autoritas autem horum commissariorum debet esse plenaria. Et ita consuetudine est obtentum, vt in illis literæ patentes dentur cum plenitudine potestatis. Licet tamen sit plenaria per constitutiones generales restringitur. Vt cūque tamē sit, ipsis commissarijs est obediendum sine vlla transuersatione. Nam rebellantes in ipsos, aut illis contradicentes sunt ipso iure excommunicati excommunicatione Papæ reseruata, & priuati officijs, quæ actu habent, & inhabiles ad futura habenda; & priuati quoque ipso facto voce actiua & passiua, prout ordinauit Gregorius Tertius decimus in quadā bulla data ordini ad instantiam patris nostri Christophori de Capitefontium quondam nostræ religionis regularis obseruantiæ ministri Generalis, prout habetur in manipulo fratrum Minorū. Vbi Gregor. Tertius decimus addit quoddam valde necessariū, & iuridicū. Ait enim

d Manipul. 10. part. fol. 325.

*Insuper, quia vt etiā accepimus aliquando, nōnulli Ministri ex visitatis prouincijs per commissarios ad hoc ab ipso generali Ministro deputatos, quæ à dictis commissarijs recte & salubriter ordinata, & gesta fuerint, rescindere, mutare, aut contemnere solent sub omnibus & singulis pœnis supradictis expresse prohibemus, ne quisquā ab eisdē commissarijs facta & ordinata mutare, alterare, aut peruertere sine expressa licentia & permissione ipsius ministri generalis, qui solus ea mutare valeat, vllo modo præsumant decernentes irritum, & inane quidquid secus super his à quocūque quauis autoritate scienter vel ignoranter contigerit attētari.* Hæc Gregorius Tertius decimus. Quod decretum, vt dixi, est iuridicum. Nam quidquid faciunt prædicti commissarij autoritate ministri generalis à quo missi sunt efficiunt. Nam licet eorum extinguatur potestas visitationis tempore completo: durat tamen autoritas ministri generalis, cuius virtute prædicta sunt facta. Nota tamen quod licet habeant autoritatem cum plenitudine potestatis, si faciant aliquid, quod ipsis commissarijs per generales cōstitutiones est prohibitum, contradictores & inobediētes nō incidunt in dictas pœnas. Nam licet Summus Pontifex dicat, quod non contrauenia

tur eorum ordinationibus, & mandatis; hoc intelligendum est de ordinationibus, & mãdatis, quæ limites statutorum generaliũ nõ excedunt. Nunquam enim Papa in dubio est præsumendus, quòd per generalem concessionem & decisionem vult derogare particularibus statutis rationalibus, prout dicitur in iure. a

a Cap. 1. de cõstit. li. 6.

## QVÆSTIO LV.

### De communicatione priuilegiorum, in viginti duos articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæruntur viginti duo.*

1 *VTrùm ordines Mendicantes communicent in priuilegijs.*
2 *Vtrùm ordo Minimorum gaudeat priuilegijs Mendicantium.*
3 *Vtrùm ordo Seruorum Beatæ Mariæ gaudeat priuilegijs Mendicantium.*
4 *Vtrùm congregatio Sancti Hieronymi Iesuatorum cõmunicet cum priuilegijs Mendicantium.*
5 *Vtrùm religiosi Societatis Iesu gaudeat priuilegijs Mendicantium.*
6 *Quæ sit communicatio priuilegiorum ordinis sancti Benedicti.*
7 *Quam communicationem priuilegiorũ habeat ordo Cistercienses.*
8 *Quam communicationem priuilegiorũ habeant Cartusienses.*
9 *Quam communicationem priuilegiorũ habet ordo sancti Hieronymi in Hispanijs.*
10 *Quam communicationem priuilegiorũ habeat ordo Sanctissimæ Trinitatis.*
11 *Quam communicationem priuilegiorũ habeat ordo Crucigerorum ac religiosorũ clericorum ministrantium infirmis.*
12 *Vtrùm religiosi Sanctæ Mariæ à Mercede gaudeant priuilegijs Mendicantium.*
13 *Vtrùm moniales fruantur priuilegijs fratrum.*
14 *Vtrùm moniales Tertiariæ gaudeant priuilegijs ordinis Minorum.*
15 *Vtrùm moniales Conceptionis gaudeãt priuilegijs Mendicantium.*
16 *Vtrùm hospitantes fratres gaudeant priuilegijs fratrum.*
17 *Vtrùm Mendicantes fruantur priuilegijs Societatis Iesu.*
18 *An in communicatione priuilegiorum veniant concessa vni loco speciali.*
19 *An in communicatione priuilegiorum censeatur communicatus vsus, & non vsus.*
20 *Quomodo fit horum priuilegiorum communicatio.*
21 *Vtrùm participantes priuilegijs possunt illis vti contra illos quorum contemplatione participant.*
22 *Vtrùm religiones Mendicantes possint vti priuilegijs eorum obseruantiæ repugnantibus.*

### ARTICVLVS I.

*Vtrùm ordines Mendicantes communicent in priuilegijs.*

REspondeo dicendo, quòd quantum ad ordinem Prædicatorum Leo Decimus, prout habetur in supplemento, b *Proprio motu communicauit, & de nouo concessit ordini Prædicatorũ omnes & singulas gratias, concessiones, indulgentias peccatorum remissiones, prærogatiuas, fauores immunitates exemptiones, facultates priuilegia, & indulta tam spiritualia, quam temporalia, qualiacunque illa sint, quæ Minorum, Eremitarũ Sancti Augustini, Carmelitarum, Seruorum B. Mariæ, ac Minimorũ fratrũ ordinibus & eorũ Ecclesijs & oratorijs, ac Ecclesias ipsas & oratoria visitãtibus cuiuscunque status, aut sexus existant, seu pro eorum manutentione, & ornatu contribuentibus, necnon domibus & præsidentibus, non solum generalibus, sed etiam prouincialibus, & conuentualibus, fratribusque & sororibus,*

b Fol. 69. cõcess. 216.

necnon

*necnon monialibus & conuersis & oblatis ac vtriusque sexus personis de pœnitentia, seu tertij habitus nuncupatis, à prædecessoribus ipsius Leonis, aut ab ipso eiusque successoribus, aut alijs auctoritatẽ habentibus, coniunctim, vel diuisim, in genere, vel in specie, concessa sunt aut in posterum concedentur: ac si omnia & singula nominatim exprimerẽtur dicto ordini Prædicatorum, & illius Ecclesijs, oratorijs, & Ecclesias ipsas & oratoria visitantibus, seu pro earum manutentione, & ornatu contribuẽtibus, nec non domibus, Magistroq; generali prouincialibus, & cõuentualibus fratribus, etiam sororibus siue monialibus: cõuersis quoque, & oblatis, ac vtriusque sexus personis, de pœnitẽtia nominatis, & alijs eiusdem ordinis personis.* Et addit Collector priuilegiorum Mendicantium, quòd Leo Decimus ponit in fine latissimas & fortissimas non obstantias; ita quod in omnibus communicationibus priuilegiorum nõ reperiatur alia melior concessio, neque adhuc æqualis, vt patet intuenti. Et propterea hanc hoc loco adduxi, relinquẽdo alias, scilicet, Sixti Quarti pro Prædicatoribus, & Minoribus, quarũ vna ponitur in libro Monumenta ordinum primę & secundæ [a] impressionis. Alia vero continetur in bulla aurea in eodẽ libro, & impressione prima [b] & secunda. Alia verò in supplemẽto [c] collocatur. Quantum autem ad ordinẽ patris nostri Beati Francisci inuenio, quod Alexãder VI. (prout habetur in lib. [d] Monumenta ordinum) *Concessit fratribus Minoribus regularis obseruantiæ, vt omnibus & singulis gratijs, & priuilegijs, libertatibus, immunitatibus, & indultis spiritualibus, & temporalibus tam fratrũ Prædicatorum, quam Eremitarum Sancti Augustini, Beatæ Mariæ de monte Carmelo omnibusque alijs Mendicantibus per sedem Apostolicam, vel legatos eiusdem etiam per literas Apostolicas, mare Magnum nuncupatas, hactenus concessis (quorum tenores acsi de verbo ad verbum insererẽtur haberi voluit pro sufficienter expressis) vti, potiri, & gaudere libere, & licitè possint, & debeant in omnibus & per omnia, perinde ac si prædictis fratribus Minoribus specificè concessa fuissent.* Et aduertit in margine Collector [e] priuilegiorum Mendicantium, quod ista sit ampla cõmunicatio priuilegiorum. Sed amplior multo est communicatio priuilegiorum pro tribus ordinibus sanctissimi patris nostri Francisci concessa à Clemente Septimo sub annulo piscatoris, die trigesima Maij, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo, Pontificatus sui anno secundo. Cuius tenorem refert pater noster Christophorus à Capite fontium nostræ Minorum regularis familiæ quondam generalis in compendio [f] ab ipso edito: quam ego etiam refero in fine explicationis Cruciatæ. [g] Qui Clemens Septimus *Motu proprio & ex certa scientia omnia & singula priuilegia, immunitates exẽptiones, indulgẽtias, peccatorũ remissiones & gratias, ac omnia & singula indulta ordini fratrũ Minorũ regularis obseruãtiæ, & Sãctæ Claræ, ac tertio de pœnitẽtia nuncupato ordinibus, illorũque fratrib⁹ monialib⁹, sororibus, vtriusque sexus personis, ac monasterijs, domibus Ecclesijs, & locis quibuscunq; etiã per modum extensionis seu cõmunicationis, & alias quomodolibet per quoscũq; Romanos Pontifices prædecessores suos, ac per ipsum, & sedẽ Apostolicã cõcessa autoritate Apostolica approbauit, & innouauit, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari debere decreuit. Ipsosque fratres, moniales, sorores, personas, monasteria,*

[a] In 1. impres. fol. 61. & in 2. fol. 144. concess. 354.
[b] In 1. impres. fol. 66. & in 2. fol. 149. concess. 367.
[c] Fo. 109. cõcess. 464.
[d] In 1. impres. fol. 76. & in 2. fol. 159. concess. 378.
[e] Habet. in compen. cõmunicatio. priuileg. §. 9.
[f] Habet. in dict. comp. fol. 213.
[g] Cruciat. fol. 191.

*domos, Ecclesias, & alia loca huiusmodi omnibus & singulis priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, concessionibus, indultis, indulgentijs, peccatorũ remissionibus, & gratijs quibusuis cõgregationibus dictorum ordinum quomodo libet concessis & cõcedendis: necnõ quibuscunq; facultatibus, & gratijs (fratrũ professioni regularis Obseruantiæ non contrarijs) alijs ordinibus quibuscunque non Mendicantibus quomodolibet concessis & concedendis vti, frui, & gaudere posse atque debere in omnibus & per omnia, perinde ac si eis specialiter concessa fuissent.* Hæc Clemens VII. Quod magnum priuilegium, & extensam communicationem inuenio fuisse confirmatam, & de nouo posteà concessam, à Papa Paulo IIII. & Pio IIII. & Pio V. & Greg. XIII. & Sixto V. vt patet ex priuilegijs & cõfirmationibus priuilegiorũ, de quibus supra egimus in quæstione de priuilegijs quoad eorum confirmationem.

[a] Habet. in supplem. folio. 78. concess. 235.

Quoad fratres verò Augustinienses inuenio, prout continetur in supplemento, [a] quod Alexander VI. *Motu proprio concessit fratribus Augustiniẽsibus, vt omnium & singulorum religionum cuiuscunque obseruantiæ fuerint, & domorũ, locorum, & personarum in illis degentium, quibus, vt priuilegijs dicti ordinis Augustinienſium vti possint, per eãdem sedem concessum est: possint & valeant huiusmodi Augustinienses ipsorum locorum, domorũ, & personarum in illis habitantium priuilegijs, indultis, immunitatibus, concessionibus, exemptionibus indulgẽtijs & libertatibus eis in genere quacunque Apostolica autoritate concessis (quorum tenores haberi voluit pro expressis, & specificatis) vti, potiri & gaudere perpetuis futuris temporibus libere & licitè.* Circa quam concessionem aduertit Collector [b] priuilegium Mendicantium, quòd est magna, & cui nullibi aliã similem reperisse ait. Virtute autem huius videtur, quod etiam fratres Minores & alij Mendicantes ratione communicationis priuilegiorum possunt vti priuilegijs illorum, quibus sua priuilegia sunt communicata, vsq; ad datam prædictæ cõcessionis Augustinienſium, sed non de in posterum cõcessis & concedendis: quia de illis non est facta mentio.

[b] Collector tit. communicatio priuileg. §. 21.

Sed amplior multo quoad in posterum concedenda est concesio Iulij II. cuius tenor ponitur in supplemẽto [c] ordinis. Qui *Summus Pontifex decreuit communicationem priuilegiorum aliorum ordinum Mendicantium fratribus Augustinienſibus ad ea etiam extendi, quæ viuæ vocis oraculo ab eis impetrata, aut in genere donata sunt. Et voluit, vt quidquid alicui eorundẽ hoc modo, aut quouis alio cõcessum est hactenus, aut in posterũ concedetur, siue conuentualibus, siue obseruãtibus nuncupatis, id omne proprio motu, & ex certa scientia eisdem Augustinienſibus sit concessum.* Et idem Iulius Secundus confirmauit cõmunicationem priuilegiorum, quam Sixtus IIII. fecerat inter fratres Augustiniẽses, & alios Mendictes. *Et insuper decreuit ac voluit quidquid vsque tunc ordini Minorum, aut prædicatorum, aut Carmelitarum, aut Seruorum Beatæ Mariæ concessum ab Apostolica sede est, & quidquid in futurum concedatur eisdem fratribus Augustinienſibus concessum sit. Itaque fratres huiusmodi eisdem concessionibus perpetuò vti possint perinde, ac si eis nominatim concessæ essent.* Ita habetur in supplemento [d] ordinis.

[c] Supplem. fol. 95. concess. 309.

[d] Supplem. fol. 67. concess. 212.

Quantum autem ad fratres Carmelitas, inuenio, quod Syxtus Quartus concessit fratri-

*fratribus ordinis Carmelitarum, vt gaudere & potiri possint, & debeant priuilegijs, indulgentijs gratijs, fauoribus, ac indultis, tam spiritualibus, quam temporalibus concessis fratribus Prædicatoribus & Minoribus, ac Eremitis Sancti Augustini, veluti si prædicto ordini Carmelitarum nominatim cõcessa fuissent, aut concederentur in futurum.* Et circã huiusmodi concessionem facit copiosam specificationem de concessis respectu prælatorum prædictorum ordinum. Ita habetur in libro Nonumenta [a] ordinum, & in Supplemento. Ecce concessiones factas dictis ordinibus Mendicantibus, quæ secundum ius commune & antiquum inter Mendicantes numerantur. Postea autem agemus de alijs ordinibus, qui postea nomen Mendicantium sunt sortiti. Ex quibus concessionibus primo collige dictos ordines Mendicãtes habere inter se priuilegiorum communicationem, sicut declarauit Pius V. & ante eum Leo X. & Iulius II. & Iulius III. & Paulus IIII. in suis Bullis, quæ bullæ habentur in collectione priuilegiorum ordinis Prædicatorum facta à patre Stephano [b] Vsus maris, & patet etiam ex superioribus allegatis. Secundo collige, non solum communicare in priuilegijs ipsis vsq; ad datã prædictorum priuilegiorum cõcessis, sed in priuilegijs concedendis, non solum ordinibus Mendicantibus: sed etiam non Mendicantibus. Quod probatur ex Bulla communicationis facta à Leone X. fratribus Prædicatoribus. In qua non solũ ipsis cõcessit communicationẽ priuilegiorũ hactenus concessorum, sed etiam eorum, quæ in posterum concedentur. Et videmus, quod postea Clemens VII. fecit amplissimam cõmunicationem priuilegiorum Minoribus communicando ipsis priuilegia & gratias concessas & concedendas in futurum alijs ordinibus, non solum Mendicantibus, sed etiam non Mendicantibus. Ex quo de primo ad vltimũ colligitur, ordines Mendicantes nõ modo frui posse omnibus priuilegijs concessis singulis ordinibus Mendicantibus specialiter, sed etiam concessis alijs ordinibus non Mendicantibus, quod latius inferius explicabitur.

a in 1. impr. fo. 105. & in supple. fol. 118. concess. 483.

b Vsus maris fo. 156. cũ sequent. & in tabula ver. priuilegia communia.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum ordo Minimorum gaudeat priuilegijs concessis ordinibus Mendicantibus.*

REspondeo, quod vt supra [c] iam dictum est ex priuilegio Pij V. *Ordo Minimorum inter Mendicantes numeratur. Qui Pius V. ait, quod omnia & singula priuilegia immunitates exemptiones facultates, gratias libertates, indulta, & alias gratias, tam per eũ nuper, quam per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores suos & sedem eandem quo modolibet Mendicantibus ordinibus concessa ad præfatũ ordinem Minimorum de nouo extendit & ampliauit, ipsosq; vere Mendicantes esse, & sub Mendicantium ordinibus esse & comprehendi debere. Nec non omnia, & singula Concilij Tridentini decreta pro Mendicantibus ordinibus declarata, & modificata, etiam pro ordine Minimorum huiusmodi declarauit & modificauit.* Ita habetur in dicta bulla, quæ originaliter continetur in libro constitutionũ Pontificaliũ, [d] inter constitutiones Pij V. decima octaua in ordine: vbi ponuntur singulares & amplissimæ nõ obstantiæ. Et ante quam hic ordo inter Mendicantes locum haberet, continebatur in eius Maremagno: *Vt possint ipsi fratres Minimi transumptare quæcunque priuilegia, & bullas concessas alijs ordinibus, ac si illa mutata in eis nominibus sub nomine Minimorum specialiter, & principaliter pro eo ordine emanassent.* Vnde ex priuilegijs tã Mendicantium, quam non Mendicantium multa extraxerunt, quæ eis accommoda sentiebantur, Stephanus Vsus maris, & Gaspar Parassellus ambo generales, & in collectionibus priuilegiorum ab ipsis factis inseruerunt. Et certe ex superioribus hæc omnia comprobantur, nam cum ordines Mendicãtes gaudeant priuilegijs concessis & concedendis alijs ordinibus mendicantibus & nõ mendicantibus clare sequitur, quod cũ prædictus ordo Minimorum gaudeat priuilegijs Mendicantium ex constitutione Pij V. gaudet per consequens priuilegijs concessis & concedendis alijs ordinibus Mendicãtibus, & non Mendicantibus.

c su. q. 2. arti. 5.

d pa. 564.

## ARTICVLVS. III.

### Vtrum ordini seruorum Beatæ Mariæ priuilegia Mendicantium concedantur.

REspondeo dicendo, quòd Pius Quintus in constitutione articulo superiori allegata facit mẽtionem, se inter ordines Mendicantes ordinẽ Seruorum Beatæ Mariæ constituisse, & similiter sicut ordinem Minimorũ ea constitutione declarauit esse Mendicantem, & omnia Mendicantibus concessa priuilegia & indulta ipsimet religioni communicat? Et credendum est id ipsum ordini Seruorũ Beatæ Mariæ concessisse, cum eam inter Mendicantes connumerauerit.

## ARTICVLVS IIII.

### Vtrùm congregatio Sancti Hieronymi Iesuatorum communicet in priuilegijs Mendicantium.

REspondeo dicendo, quòd Pius Quintus anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, die decima nona Nouembris Põtificatus sui anno secundo inter ordines Mendicantes hãc religionem connumerari voluit. *Vnde motu proprio, non ad ipsius congregationis, vel illius fratrum, aut alterius ex his illi super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de sua mera liberalitate, ac ex certa scientia, & de eiusdẽ sedis potestatis plenitudine omnia & singula priuilegia immunitates, exemptiones, facultates, gratias, libertates, indulta, & alias gratias tã per eum quam per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores suos, & sedem eandem quomodolibet Mendicantibus ordinibus concessa, eorum omnium ac desuper, & tam sub plumbo, quã sub forma breuis confectarum literarum tenore, ac si de verbo ad verbũ inseruerentur, præsentibus pro expressis & insertis habens, ad ipsam congregationem Iesuatorum, illius fratres, domos, Ecclesias, & loca quæcunque de nouo, quoad ea, quæ eorum regulæ & modo viuendi non repugnant, tantũ autoritate Apostolica tenore præsentiũ extendit. Et amplius ipsos verè Mẽdicantes, & sub Mendicantium ordinibus esse, & comprehendi debere. Necnon omnia & singula Concilij Tridẽtini decreta pro Mendicantibus huiusmodi declarata, & modificata etiam pro congregatione huiusmodi, eiusque fratribus declarauit & modificauit. Ita habetur in libro constitutionum Pontificalium.*

## ARTICVLVS V.

### Vtrùm religiosi Societatis Iesu gaudeant priuilegijs Mendicantium.

REspondeo dicendo, quod suppositio, quod religiosi Societatis Iesu inter Mendicantes autoritate Apostolica connumerantur, per consequens debemus concedere ipsos gaudere priuilegijs cõcessis ordinibus Mendicantibus. Quod ipsum specialiter ipsis concesit Pius V. prout refertur in compendio [a] Societatis. Dicitur enim ibi, quod, *Omnia priuilegia etiam speciali nota digna, immunitates, exemptiones facultates, concessiones, indulta, indulgentiæ, peccatorũ remissiones gratiæ tam spirituales, quam temporales, literæque Apostolicæ, etiã iustitiam siue mixtim concernentia, etiã per modum extensionis, aut communicationis, aut alias concessa, seu concedenda quibusuis ordinibus fratrum & sororum Mendicantium, illorumque congregationibus, conuentibus, & capitulis, ac vtriusque sexus personis, ac illorum monasterijs, domibus Ecclesijs, & hospitalibus, & alijs pijs locis, conceduntur præposito, atque omnibus Societatis personis, domibus, ac collegijs non solum ad illorum instar, sed pariformiter, & æquê principaliter.* Vnde infert idem Collector priuilegiorum dictæ Societatis, quod per priuilegium concessum Minoribus per Clementem Septimum, quod in articulo primo huius quæstionis retulimus, religiosi dictæ Societatis, Ecclesiæ, ac loca gaudent omnibus & singulis priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, concessionibus, indultis indulgentijs, peccatorum remissionibus, & gratijs, quibusuis congregationibus ordinum Mendicantium,

[a] Compẽd. Societ. titu. communicatio gratiarum. §. 2.

cantium quomodolibet concessis,& concedendis. Gaudentq; præterea quibusuis facultatibus,& gratijs suæ professioni regularis obseruātiæ non contrarijs alijs ordinibus quibuscunq; non Mendicātibus quomodolibet concessis & cōcedendis in omnibus & per omnia, perinde ac si ipsis cōcessa specialiter fuissent. Ait præterea Collector, quod pariter per facultatem Prædicatorū possunt dicti religiosi, & eorum domus,& ecclesiæ, & alia loca frui omnibus priuilegijs Mendicantiū,& aliorum quoruncunq; ordinum,cōgregationū, & confraternitatū fratribus & personis, ecclesijs,& monasterijs, domibus,& oratorijs,& alijs pijs locis; per Iulium III.suosq; prædecessores cōcessis. Ita concessit Iulius Tertius ordini prædicatorū, prout in eorū libro continetur. [a]

[a] fo.209. pa. 2.& seq.

Aduertit Collector priuilegiorū [b] Societatis,q; vt gratijs supradictis &priuilegijs possit Societas Iesu vti,opus est,ne instituto Societatis,& volūtati ac beneplacito præpositi generalis, seu deputatarū personarū,refragentur. Aduertit insuper idē Collector,[c] q;

[b] Comp. Societ. vbi su. §. 4.

[c] Cōpē. Socie. & vbisu. §. 5.

*Omnia aliorū priuilegia,immunitates, exemptiones,facultates, concessiones,indulta,indulgentiæ remissiones,gratiæ,& literæ Societati concessæ,de quibus in præcedentibus fit mentio,nec non,& quæ ipsi Societati nominatim, vel eius præposito aut personis, seu locis hactenus cōcessa sunt, seu in posterū cōcedentur præposito generali concessa intelliguntur:qui illa per se ipsum,vel aliū seu alios ab eo,vel de eius cōmissione electos,seu eligendos,quibuscunque personis de Societate sub eiusdem obedientia degentibus, & quæ in ea tria vota consueta etiam simplicia emiserint communicare libere poterit . Nec aliter cæteræ personæ Societatis prædictis priuilegijs,facultatibus & alijs præmissis vti aut gaudere possūt:illorūq; vsus iuxta Societatis institutū, constitutiones, & morem esse debet.* Prout concessit Gregorius XIII. Qui postea viuæ vocis oraculo cōcessit;vt prædicta cōmunicatio nouitijs etiā fieri possit .Hæc Collector dictorū priuilegiorū Societatis.Qui addit,q; hāc cōmunicationē poterūt concedere superiores nouitijs sicut & cæteris.

Ex his infertur,quā amplè sit communicatio priuilegiorū cōcessa his quatuor ordinibus Mēdicātibus sub titulo Mendicātiū aggregatis.Gaudent enim priuilegijs dictis Mendicantibus concessis,& concedendis.

## ARTICVLVS VI.

### *Quæ sit communicatio Ordinis Sancti Benedicti.*

REspondeo dicendo, q; Eugenius IIII. *Concessit quod omnia & singula indulta cōcessiones, exēptiones,indulgentiæ,ac quæcūq; alia monasterio S.Benedicti Vallisoleti ,siuè illius monachis quomodolibet concessa ad omnia & singula monasteria reformata in Hispania per dictū monasteriū, ac alia,quæ in posterū reformabuntur,& de nouo construētur, eisq; aggregabuntur,vel subijciētur monasteria,& eorū mēbra illorūq;prælatos & personas,ac visitantes integrè & plenariè se extendāt,ipsaq; supradicta monasteria,prælati,personæ & visitantes illis omnibus,& singulis vti frui ,& gaudere posint & de-*

beant.

beãt, iuxta omnẽ eorum formã. Ac concessiones, exẽptiones, indulta & indulgentiæ sint & censeantur & habeantur perinde in omnibus, & per omnia ac si pro ipsis omnibus, & singulis, aut quolibet eorum specificè, singulariter, ac indiuiduè cõcessa fuissent; & pro eis, aut pro quolibet ipsorũ originaliter emanassent. Voluit tamen, quod in cõfluentium ad ipsos pro tẽpore personarum cõfessionibus audiendis, & absolutionibus impendendis, licentia, seu consensus ordinariorum locorũ interueniat. Quodq; præsentes literas ad illa ex monasteriys, prioratibus ac locis præfatis se extendant, & de illis intelligãtur, necnon extendi & intelligi debeant: in quibus pro tempore fuerit numerus duodecim monachorum ad minus; & quandiu vixerint in obseruantia regulari. Ita habetur in compendio [a] Mendicantiũ; vbi affirmat collector vidisse hoc priuilegium sub literis authenticis.

[a] Compen. Mendicantium. tit. cõmunica. priuilegiorum §. 34.

Insuper Iulius II. Vniuersis Abbatibus prioribus præsidentibus, & conuentibus monachorũ aliysq; religiosarum personarũ monasteriys congregationis Hispaniæ ordinis Sancti Benedicti concessit, quod omnibus & singulis priuilegiys, immunitatibus, indulgentiys, prærogatiuis, gratiys, exẽptionibus, libertatibus, & indultis cõgregationi Cassinensi, seu Sãctæ Iustinæ, eorumq; monasteriys, Abbatibus prioribus, præsidentibus cõuentibus, monachis, oblatis, & aliys religiosis personis per sedẽ Apostolicã in genere concessis, quorum tenores ac si de verbo ad verbũ præsentibus inserereẽtur, & exprimereẽtur pro sufficiẽter expressis, & insertis habendo vtãtur, potiantur, & gaudeãt, ac vti, potiri, & gaudere liberè & licitè possint, & valeant in omnibus & per omnia, perinde ac si omnia & singula priuilegia præfata huiusmodi congregationi Sancti Benedicti Hispaniæ, illiusque monasteriys, Abbatibus, Prioribus, præsidentibus, monachis & aliys personis religiosis præfatis specialiter, & expresse concessa fuissent. Ita refertur in dicto compendio Mendicantium [b] fuisse cõcessum. Et hoc ait Collector ibi vidisse sub sigillo authentico.

[b] Compen. Mendican. tium vbi supra. §. 55.

Insuper Sixtus V. anno Dñi millesimo quingentesimo octuagesimo septimo, septimo kalendas Decẽbris, Põtificatus sui anno tertio, Cõcessit congregationi Sancti Benedicti regnorũ Portugaliæ, ac omnibus & singulis illius monasteriys, prioribus, & aliys regularibus locis, tam præsentibus, quam futuris, eorumq; generali, & aliys Abbatibus, definitoribus, visitatoribus, superioribus, monachis, religiosis, nouitiys, conuersis & cæteris personis, nũc & pro tempore existẽtibus, vt omnibus & singulis priuilegiys, immunitatibus, exẽptionibus, libertatibus, prærogatiuis, antelationib⁹, fauoribus, præeminentiys, indultis, licẽtiys, stationibus, declarationibus, facultatibus, cõcessioni b⁹ indulgẽtiys etiã plenariis & peccatorũ remissionibus, ac relaxationibus, aliisq; vniuersis & singulis gratiys spiritualibus & tẽporalibus S. Hieronymi, & S. Bernardi, & aliys Cisterciẽsis ordinis, necnõ Cassinẽsis, & Vallisoleti dicti ordinis S. Benedicti cõgregationib⁹ huiusmodi per vniuersum orbem cõstitutis, ac cuilibet eiusdẽ cõgregationis S. Benedicti regni Portugaliæ monasteriys, seu illorum Ecclesiis, seu regularibus locis, eorumq; generalibus, ac aliys Abbatibus, diffinitoribus

*ribus, visitatoribus, superioribus, cõuentibus, monachis religiosis, nouitijs conuersis, ac familiaribus personis, ac illorũ intuitu, & contemplatione per quoscunq; prædecessores nostros, ac etiã nos, & successores nostros Romanos Pontifices ac sedem prædictam, atq; etiam Imperatores, Reges, & alios Principes, & quẽcunque, seu quoscunque alios sub quacũque forma, & verborum expressione, ac quauis tam Apostolica, quã ordinaria, vel alia autoritate, necnõ tam in genere, quam in specie, & particulariter, quam per modum cõmunicationis, & extensionis, & ampliationis, quã simplicis & indiuiduæ & particularis & specialis concessionis, hactenus, ac etiam iteratis vicibus cõfirmatis, & approbatis, ac in posterum pro tempore concedendis confirmandis & approbãdis, etiam si talia forent, quæ specialem eorũ requirant mentionem, ac quibus illa & illi quomodolibet vtuntur, potiuntur & gaudẽt, ac vti, potiri & gaudere possunt, & potuerũt, &cæt. Non obstantibus cõstitutionibus, seu reuocationibus, ac alijs præmissis, & nostra de non concedendis indulgentijs ad instar & alijs Cancellariæ Apostolicæ regulis, alijsque Apostolicis, neque in vniuersalibus prouincialibus, & synodalibus concilijs edictis specialibus & generalibus constitutionibus & ordinationibus.* Hoc magnum priuilegiũ vidi sub sigillo authentico in libro priuilegiorũ congregationis Sancti Benedicti regnorũ Portugaliæ, impresso Romæ ex Typographia Titi & Pauli de Dianis, anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo nono, in pagina decima sexta eiusdem libri. Et refert Collector priuilegiorum Cistercienſis ordinis, simile priuilegium concessum dictæ congregationi à Gregorio XIII. sub annulo piscatoris vigesima tertia die Iulij, anno Dñi millesimõ quingẽtesimo octuagesimo Pontificatus Domini Papæ, anno nono. Ex quo priuilegio colligitur huic cõgregationi concessa esse priuilegia, concessa & concedenda congregationi Sancti Bernardi ordinis Cistercienſis. Vnde cũ congregationi ordinis Cisterciẽsis sint cõcessa priuilegia omnium ordinum Mendicantium, & non Mendicãtium, prout patebit ex priuilegio Gregorij Quarti decimi infrà citando, clarũ est quòd potest dicta congregatio & eorum fratres, loca, monasteria, nouitij; conuersi, familiares, & aliæ personæ frui priuilegijs concessis, & concedendis quibuscunque ordinibus etiam Mendicantibus.

## ARTICVLVS. VII.

### *Quam communicationem priuilegiorum habeat ordo Cisterciensis.*

REspondeo dicendo, quòd nouissimè Gregorius Quartus decimus Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima octaua Iunij anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo primo, Pontificatus sui anno primo, confirmans priuilegia huius sacræ religionis, ait in hunc modum. *Et insuper ob singularem reformationẽ, & obseruantiam dictæ congregationis in eisdẽ monasterijs institutam, & conseruatam eosdem amplioribus fauoribus condecorare volentes, omnia & singula priuilegia, prærogatiuas, concessiones, ampliationes, fauores, facultates, declarationes, absolutiones, relaxationes, dispẽsationes, stationes, indulgentias etiam plenarias, ac peccatorum remissiones, conseruatorias, immunitates, exemptiones,*

tiones, libertates præeminentias, & indulta cuiusuis generis existentia, cæteraſque gratias ſpirituales, & temporales, tam eidem Ciſtercienſi, eiuſque Abbati & capitulo etiam generali, ac quibuſuis illorum monaſteriorum Abbatibus etiam quatuor primis de firmitate Pontiniaco Claraualle, & Morimundo, quam etiã Sancti Benedicti, ac quibuſuis alijs ſimilium vel diſſimilium ordinibus, & religionibus, ſub quibuſuis regulis, conſtitutionibus, aut ordinationibus degentibus, ſeu militantibus, & quibuſuis illorum reſpectiuè cõgregationibus, militijs, eorumque profeſſoribus, atque vtriuſque ſexus eorum monaſterijs domibus Eccleſijs, necnon collegijs vniuerſitatibus, confraternitatibus pijs, & charitatiuis locis, eorumque, in quibuſuis feſtiuitatum, ac alijs diebus Eccleſias viſitantibus, ac earundem religionum generalibus, præſidentibus, & quibuſuis ſuperioribus præſidentibus, & quibuſuis ſuperioribus prælatis, ac Capitulis etiã generalibus prouincialibus, ſeu intermedijs, eorumque diffinitorijs Abbatibus, prioribus, diffinitoribus, conſiliarijs, & quibuſuis officialibus, rectoribus, miniſtris, monachis, nouitijs, monialibus, fratribus, conuerſis, confratribus, procuratoribus familiaribus, benefactoribus, ac eorum & earum vtriuſque ſexus, quibuſuis regularibus perſonis, tam in vrbe, quam in quibuſcũq; mundi partibus conſiſtetia ſeu cõſiſtentibus, etiã illorum intuitu, aut alias quomodolibet cõceſſa, quibus de iure vſu & cõſuetudine, vel priuilegio, ſeu conſtitutione Apoſtolica, vel Imperiali, Archiepiſcopali, Epiſcopali in genere, vel in ſpecie ac tam coniunctim, quam diuiſim etiam per ſolam ſignaturam, vel viuæ vocis oraculo, aut per viam communicationis, & extenſionis, aut proprio motu, aut alias quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, frui, potiri, & gaudere quomodolibet poſſunt; quorum tenores haberi volumus pro expreſſis, ac ſi de verbo ad verbũ inſertis: etiam ſi talia eſſent vel forẽt, quæ ſpecialem & indiuiduam requirerent mentionem, & ſeu particularem inſertionem ad primo dictam congregationẽ regularis obſeruantiæ Sancti Bernardi, ac ſingula illius tam virorum quam mulierum monaſteria, illorũque quoſcunq; ſuperiores, prælatos & vtriuſque ſexus quaſcunque regulares & ſingulares perſonas. Ita quòd dicta congregatio Sancti Bernardi, atque vtriuſque ſexus eius monaſteria, prioratus, grãgias, domos, Eccleſias, collegia pia & charitatiua loca, ſanctorumque feſtiuitates, conuentus, & capitula etiam generalia, particularia, vel intermedia, generaliſque reformator, diffinitores, conſiliarij, viſitatores, Abbates, Abbatiſſæ, Priores, & quicunque alij ſuperiores officiales, & miniſtri, monachi, moniales, nouitij, fratres, conuerſi, donati, oblati, commiſſi, familiares, confratres, procuratores, ac negotiorũ geſtores, benefactores, & aliæ ſingulares vtriuſque ſexus regulares perſonæ, ac eorum res, & bona ſub eorum cura, & ſecundum eiuſdem congregationis inſtituta nunc & pro tempore viuentes & exiſtentes, præmiſſis omnibus & ſingulis æquipariformiter reſpectiuè, & abſque vlla penitus differentia

*tia singula singulis concernentia perinde ac si ea omnia illis, & eorũ singulis principaliter, & expresse, & non ad instar concessa fuissent, ac si in eis talis ordo & congregatio Sancti Bernardi primo dicta, illiusque capitula monasteria, Ecclesiæ, dictique superiores prælati, ac vtriusque sexus dictæ personæ, res & bona expressa & prænominata fuissent, & essent, ac si pro & in fauorem eorũdem à Sede Apostolica à principio emanassent & fuissent immediatè concessa in quantum dictæ congregationi expediat, eiusque gubernio, constitutionibus, & diffinitionibus non aduersentur, vti, frui, & gaudere, libere & licitè possint, & valeant, autoritate & tenore prædictis concedimus, & indulgemus. Illaque omnia & singula eis & eorum cuilibet ijsdemque autoritate & tenore similiter perpetuò extendimus, eisque communicamus, &cæt. Non obstantibus præmissis, & de non expediendis literis super indulgentijs ad instar, ac piæ memoriæ Bonifacij Papę Octaui etiam prædecessoris nostri de vna, & concilij generalis edita de duabus dietis, aliisque Apostolicis, ac in prouincialibus & synodalibus Concilijs editis, generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac quorumuis ordinum congregationibus, monasteriorum, & regularium, locorum præfatorum, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, consuetudinibus, declarationibus, & inhibitionibus, priuilegijs quoque, & literis Apostolicis etiam Legatis Nuntijs & Ordinarijs ac ordinibus præfatis eorumque superioribus & personis sub quibuscunque tenoribus & formis etiam in fundatione, vel dotatione obtentis, &cæt.* Hoc priuilegium vidi subsigillo autentico. Et posui hanc notabilem priuilegiorum communicationem, quia aliam similem non inueni, & ex ea colligam multa; quæ in articulis sequentibus discutientur. Obiter autem ex ea est notandum, quod aliqui considerantes hanc non obstantiam generalem etiam constitutionum in concilijs generalibus editarum, vt constat ibi, *Et synodalibus concilijs editis generalibus vel specialibus*, Dubitanter asseruerunt in dicta bulla cõfirmari priuilegia religionis Cistercienſis, etiam si sint contra generale Concilium Tridentinum; sed reuera non confirmantur. In hac enim bulla duo determinat Summus Pontifex. Primum est, quòd confirmat, & de nouo concedit omnia priuilegia directè, vel indirectè concessa, & communicata dictæ religioni. Et in ea confirmatione, & innouatione dicit expresse, quòd ea confirmat & innouat quatenus sunt in vsu & decretis Concilij Tridentini non aduersantur, prout patet ex tenore ipsius Bullæ relatæ supra. [a] Secundùm quod determinat est, quod ipsi ordini concedit Summus Pontifex communicationem omnium priuilegiorum concessorum & concedendorum omnibus ordinibus, & pijs locis, & in non obstantijs, quas proponit addit, quod hæc communicatio ipsis conceditur non obstãtibus quibuscunq; constitutionibus Apostolicis, etiã in generalibus concilijs editis. Et certè nullũ est decretum in concilijs generalibus, neque in Concilio Tridentino editum, prohibens huiusmodi communicationem. Et quod illa non obstantia constitutionum in concilijs generalibus editarum tantum referatur ad secundum, quod determinat ipsa bulla, & non ad primum, patet: nam repugnantia in principe non est admittenda, prout dicitur in iure. [b] Et Baldus ait, [c] quòd in principe debet esse constans voluntas, & quod principi conuenit illud verbum, semel locutus est Deus, ideoque debet esse immobilis, vt lapis angularis, & polus in cœlo.

[a] Sup. q. 8. art. 2.

[b] Clem. vn. de renun. c. vbi repugnãtia de regulis iuris.

[c] Bald. consil. 327. vol. 1. num. 4.

in cœlo. Et magna re vera esset contradictio in eadem bulla, cum in ea determinatum sit, dummodò decretis sacris concilij Tridentini non aduersetur, & infra concedatur etiam quocunque generali concilio non obstante. Vnde necessario debemus intelligere, quòd primum conceditur dum modo decretis concilij non contradicat secundum vero indulgetur non obstante eodem concilio.

## ARTICVLVS VIII.

### *Quam Communicationem priuilegiorũ habeant Carthusienses.*

REspondeo dicendo, quòd Gregorius Vndecimus concesit *Carthusiensibus, vt omnia priuilegia domui Carthusiæ Cranopolitanæ, & alijs domibus Carthusiensis ordinis concessa ad omnes & singulas domus dicti ordinis, etiam in posterũ ædificandas se extendãt, cum canonice fundatæ, & ædificatæ extiterint. Et quòd domus ipsæ ac personæ, quæ in ipsis pro tẽpore morabũtur, omnibus & singulis priuilegijs huiusmodi gaudeãt, sicut gaudent domus Carthusiæ, & aliæ domus & personæ in eis degentes.* Et Pius II. *Cõcessit præfatis Carthusiẽsibus, vt priuilegia, cõcessiones, indulgentiæ, libertates exemptiones, immunitates, gratiæ, & indulta prædicto ordini, domibus, ac personis, etiã motu proprio, & ex certa scientia quouis modo, respectu, singularitate, seu causa communiter, vel diuisim concessa, quotquot, & qualia sint, etiam si expressione indigerẽt indiuiduam, siue alias specialem, eorumque omnium, & singulorum tenores & effectus, ac si de verbo ad verbum inserta forent, & specificè narrata ad omnes & singulas eiusdem ordinis domus, etiam in posterum ædificandas, necnon ad singulares earundem domorum pro tempore personas, pariformiter extendantur, tam in iudicio, quã extra, &c.* Hę duæ cõcessiones ponuntur à Collectore priuilegiorum Mendicantium tanquàm sub sigillo autentico ab eo originaliter extractæ.

## ARTICVLVS IX.

### *Quam communicationem priuilegiorum habeat ordo Sancti Hieronymi in Hispania.*

REspondeo dicendo, quòd Collector priuilegiorum ordinis Diui Hieronymi in Hispania ponit & colligit aliquas concessiones, quibus quod erat concessum aliquibus particularibus monasterijs, alijs per modum extẽsionis fuit à Summis Pontificibus communicatum. Sed, quia in confirmatione priuilegiorum, quam ista sacra religio à Pio Quarto, & à Pio Quinto, & à Sixto Quinto adepta est, dictæ concessiones, & aliæ multæ sunt ab his Sũmis Pontificibus dicto ordini condonata; ideò licuit tantum in præsentiarum concessiones horum Ecclesiæ patrum referre. Pius enim IIII. Pontificatus sui anno sexto, quarto kalendas Augusti, *Ad instantiã inuictissimi Regis Philippi Hispaniarum II. huius nominis, omnia & sin-*

a Collectoris extensio priuilegio.

& singula priuilegia immunitates, exẽptiones, & prærogatiuas, indulta tẽporalia, fauores & gratias ordinis, & singulis, & cuiuis monasterio, per quoscunq; Romanos Põtifices prædecessores, ac per se, & Sedẽ Apostolicã, eiusq; legatos, & Nũtios in genere, vel in specie cõcessa ad omnia & singula monasteria ordinis, tam virorum quam mulierum, quibus in specie concessa non sunt, & in quibus aliæ causæ concessionis, & indultorum prædictorũ alias, quam vt præfertur suberant, ad id, vt ipsa monasteria illis pariformiter vti, frui, & gaudere possint, & deberent, perinde ac si eis specialiter concessa fuissent autoritate Apostolica extendit, & ampliauit, illaq; inter omnia tã virorum, quam mulierum monasteria ordinis in omnibus, & singulis communicauit.

a Collect. vbi sup. §. 16

Aduertit autem Collector a, quòd literæ supradictæ extensionis non fuerunt expeditæ à Pio Quarto, sed à Pio Quinto.

Postea verò Syxtus Quintus, sub annulo Piscatoris anno Domini millesimo quingẽtesimo octuagesimo nono, Pontificatus sui anno primo die decimatertia Decẽbris, Omnia & singula priuilegia, immunitates, libertates, prærogatiuas, indulta spiritualia, & temporalia, fauores & gratias, etiam per modum communicationis, & extensionis eidem ordini sancti Hieronymi, ac singulis eius monasterijs, domibus, locis, & cõgregationibus illorumque conuẽtibus, superioribus, prioribus, fratribus, ministris, & etiam vtriusque sexus personis, eiusque capitulo per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores suos, & per se & per Sedem Apostolicam eiusque legatos & Nuncios in genere, vel in specie sub quibuscunque tenoribus, & formis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, vel ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, aut aliorum principum instantiam quomodolibet concessa communicata extensa, confirmata, & innouata, ac literas desuper confectas cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis & decretis (quatenus sint in vsu & decretis Concilij Tridentini non aduersentur) Apostolica autoritate approbauit, & confirmauit, illisque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adiecit, ac de vno monasterio ad aliud extendit, ac omnes & singulos tam iuris, quam facti defectus, siqui forsan interuenerint in eisdem suppleuit. Et nihilominus pro potiori cautela illa omnia eidem ordini Sancti Hieronymi, ac singulis eius monaste-

*rijs, domibus, locis & congregationibus, ac illorum superioribus fratribus, & etiam vtriusque sexus personis quibuscunque de vno eorum monasterio ad aliud extendit.*

*Et insuper omnes & singulas gratias spirituales tam coniunctim, quam diuisim, & alias quomodolibet quibusuis alijs ordinibus, religionibus, cõgregationibus, ac tam virorum, quam mulierum monasterijs & domibus cæterisque regularibus, vel pijs locis in quibuscunque mundi partibus constitutis, illorumque superioribus, officialibus, ministris, eorumque Capitulis, & etiam vtriusque sexus personis quibuscunque, per quoscunque Romanos Pontifices, etiam prædecessores suos, & se, sedem que prædictam quomodolibet concessas (in vsu tamen existentes, ac decretis Concilij prædicti non contrarias) quibus ordines, congregationes, monasteria domus, cæteraque regularia vel pia loca, illorumque superiores, officiales, ministri, & personæ huiusmodi, de iure, vsu, consuetudine, vel priuilegio concessione apostolica vtuntur, fruuntur, potiuntur & gaudent, ad dictum ordinem Sancti Hieronymi, ac singula eius tam virorum, quam mulierum monasteria, domus loca, & congregationes, illorumque superiores, officiales, ministros, ac alias etiã vtriusque sexus personas, & Capitula nunc & pro tempore existentia, ita quòd præmissis omnibus & singulis æquè ac pariformiter, & sine aliqua differentia, vti frui, potiri & gaudere liberè & licitè possint, perinde ac si illæ omnes dicto ordini Sancti Hieronimi illiusque monasterijs, locis, & personis prædictis specialiter & expresse ac principaliter, non autem ad instar concessæ fuissent, autoritate & tenore prædictis extendit, illasque omnes & singulas ordini Sancti Hieronymi, illiusque monasterijs, locis & etiam vtriusque sexus personis prædictis communicauit.*

Hæc Syxtus Quintus pro dicto ordine. Quæ communicatio quam magna sit patet intuenti: & ex dicendis articulis sequentibus patebit.

## ARTICVLVS X.

### *Quam communicationem priuilegiorum habeat ordo Sanctissimæ Trinitatis.*

RESpondeo dicendo, quòd Leo Decimus & Adrianus Sextus, *Concesserunt ordini Sanctissimæ Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum, ac illius monasterijs, ministris, superio-*

*superioribus, fratribus, atque alijs quibuscunque in eisdem monasterijs pro tempore degentibus personis prouinciæ Castellæ, Legionis Granatæ Regnorum in obseruantia regulari degentibus, vt omnibus & singulis priuilegijs, prærogatiuis, concessionibus, antelationibus, immunitatibus, exemptionibus, fauoribus & indultis, ac peccatorum remissionibus, & indulgẽtijs, etiã maremagnum nuncupatis, & alijs quibuscunque literis Apostolicis, & gratijs, quibuscunque, etiam viuæ vocis oraculo quatuor ordinibus Mendicantium, & eorum singulis etiam quoad interdicti relaxationem, & Missarum, in eorum festiuitatibus, commemorationibus, & solennitatibus celebrationem, & alias quo vis modo per quoscunque Romanos Pontifices, ac Sedem Apostolicam in genere, vel in specie, tunc & pro tempore concessis, & confirmatis, & innouatis, quorum omnium tenores haberi voluerunt præfati Leo & Adrianus pro expressis, & quibus domus priores, & fratres ordinum Mendicantium huiusmodi de iure, vel consuetudine, & iuxta priuilegia, & indulta prædicta vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, & potiri & gaudere possent quo modolibet in futurum vti, potiri, & gaudere, in omnibus & per omnia: perinde ac si singula priuilegia huiusmodi ordinis Sanctissimæ Trinitatis, & Redẽptionis Captiuorum, ac illius monasterijs, ministris superioribus, fratribus & personis præfatis specialiter concessa fuissent.*

Hæc concesio & amplissima communicatio adducuntur pro autentica à Collectore [a] priuilegiorum Mendicantium.

[a] Collector mend. in cõpend. tit. cõmunicatio priui. §. 38. & 39.

Ex qua concesione colligitur, quod fratres & moniales Sanctissimæ Trinitatis & Redemptionis Captiuorum, ac illorum monasteria prouinciæ Castellæ, Legionis, & Granatæ Regnorum, gaudent omnibus cõcesionibus, & indultis, quibus fruuntur fratres Mendicantes & eorum monasteria, & quibus in futurum quomodolibet, vti, potiri & gaudere possent.

## ARTICVLVS XI.

### Quam communicationem priuilegiorum habent fratres Crucigerorum, ac religio clericorũ Ministrantium infirmis.

REspondeo dicendo, quòd congregationi fratrum Crucigerorum, ac religioni clericorum Ministrantiũ infirmis à Gregorio XIIII. anno Dominĩ millesimo quingentesimo nonagesimo primo. *Fuerunt communicata omnia priuilegia, exemptiones, immunitates, indulgentiæ, facultates, libertates, indulta, concessiones, & gratiæ quorumvis, etiam Cistercienſium, Cluniacenſium, ac Sancti Benedicti monachis, clericis regularibus, & presbyteris collegia-*

*gialibus Societatis Iesu, & Canonicis congregationis Lateranensis, ac quibuscunque alijs clericis regularibus, & aliorum tã Mẽdicantium, quam non Mendicãtium ordinum, & congregationum fratribus, & personis, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, in specie, vel in genere, etiam communicatiuè per quoscunq; Romanos Pontifices quomodolibet concessis, quæ tantum sunt in vsu, neque sub vllis reuocationibus comprehensa nec decretis dicti Concilij contraria: ac illorum omnium participes esse possint & debeant pariformiter, & æquè principaliter absq; vlla prorsus differentia, perinde ac si cõgregationi, Ecclesijs, & domibus ipsorũ nominatim & specialiter, ac generaliter cõcessa fuissẽt.* Ita latissimè habetur in constitutionibus Gregorij Quartidecimi, quæ incipit, illius, qui pro gregis. Ita refert Hieronymus a Asorbo, in additionibus ad compendium Mendicantium,

a Asorbus tit. cõmunicatio priuil. pag. 200.

## ARTICVLVS XII.

### Vtrùm religiosi Sanctæ Mariæ â Mercede gaudeant priuilegijs Mendicantium.

REspondeo dicendo, quod Leo X. Romę apud Sanctũ Petrũ, anno incarnationis Dñicæ millesimo quingentesimo sexto die quinto calendas Augusti, Pontificatus sui anno quarto, *Singulorum priuilegiorũ gratiarũ & indultorũ spiritualiũ, & tẽporalium, tã Beatæ Mariæ de Mercede, quam etiam Mendicãtibus ordinibus illorumq; personis & locis per sedem Apostolicã cõcessa concedit,* Prout ego vidi in Bulla Authentica eiusdẽ ordinis ab eodem Pontifice maximo expedita. Circa istam concessionem aduertendũ est, quòd in ea non conceduntur priuilegia concedenda post eius datam ipsius ordinibus Mendicantibus, sed tantũ concessa vsq; ad datam dictæ concessionis. Vnde nõ gaudent prædicti fratres concessione eiusdem Leonis X. concessa fratribus prædicatoribus, qua ipsis indulgetur, vt possint frui indultis, nõ solũ cõcessis ordinibus Mẽdicãtibus, sed etiam in posterũ concedendis. Concessio enim facta fratribus prædicatoribus fuit facta anno Dñi millesimo quingentesimo decimo octauo, Põtificatus eiusdẽ Leonis X. anno sexto. At concessio facta dictis fratribus S. Marię de Mercede fuit facta antea anno Dñi millesimo quingẽtesimo, decimo sexto, Põtificatus eiusdẽ Dñi Papæ anno quarto. Verũ est tamen, quod per cõcessionẽ Syxti V. eidẽ ordini datã apud S. Petrũ sub annulo piscatoris die vigesima sexta Aprilis, anno Dñi millesimo quingẽtesimo octuagesimo nono, Pontificatus eiusdẽ Dñi Papæ anno quarto, videtur dicendum, quòd gaudeant indultis ordinibus Mendicantibus concedẽdis. Sixtus enim Quintus, vt ego vidi in bulla quadam Authentica, in cõfirmatione priuilegiorum ipsius ordinis, addit quòd, *Necnõ omnia & singula priuilegia immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, antelationes, fauores, præeminentias, indulta, licentias, stationes, declarationes, facultates, cõcessiones, indulgentias etiã plenarias, ac peccatorũ remissiones, & relaxationes, aliasq; gratias spirituales & temporales ordini præfato, ac singulis illius monasterijs,*

pria:

*prioratibus, & alijs regularibus locis, eorumque generali, prioribus, diffinitoribus, visitatoribus, superioribus, fratribus, ac alijs religiosis per quoscunque prædecessores suos Romanos Pontifices, ac Sedem Apostolicam, tam in genere quam in specie, quam per modum communicationis, extensionis, & ampliationis, ac alias quomodolibet concessas, ac confirmatas & approbatas: etiam si talia forent, quæ specialem requirerent mentionem, quatenus sint in vsu & ad formam dictæ Synodi Tridentinæ, & quoad priuilegia modo nulli præiudicium inferant, approbauit, & confirmauit, ac etiam de nouo concessit.* Per quæ vltima verba ipse Pontifex clarè innuit ita innouare priuilegia dictorum fratrum, & dicti ordinis, vt ea omnia de nouo concedat, ac si in præsentibus literis inserentur. Et sic colligitur concessionem Leonis Decimi factam ipsis fratribus anno Domini millesimo quingētesimo decimo sexto, Pontificatus sui anno quarto, qua ipsi ordini concessit priuilegia & indulta facta Mendicātibus fuisse factam de nouo à Syxto Quinto, anno & die superius citatis, & per consequens dictam religionem frui priuilegijs concessis & concedendis ordinibus Mendicantibus, quæ gaudent priuilegijs concessis, & concedendis ordinibus Mendicantibus, & non mendicantibus iuxta Bullam Clementis Septimi, factam Minoribus, de qua [a] supra fecimus mentionem.

[a] Sup. art. 1. huius. q.

## ARTICVLVS XIII.

### Vtrùm Moniales fruantur priuilegijs regularium.

REspondeo dicendo, quòd quoad moniales Sanctæ Claræ & Sancti Dominici Syxtus Quartus (prout continetur in libro [b] Monumenta ordinum) statuit, *Quod Monasteria & loca dictarum monialium Sanctæ Claræ, & Sancti Dominici, eorumque Abbatissæ, & prioryssæ, procuratores, Syndici, oblati, & vtriusque sexus tertij ordinis de pœnitentia nuncupatæ personæ prædictæ, eisdem priuilegijs, & immunitatibus, indultis spiritualibus & tēporalibus fratrū Prædicatorū & Minorum ordinibus, & illorum professoribus, domibus & locis, ac procuratoribus, & Syndicis & oblatis & conuersis, seu alijs quomodolibet per prędecessores suos, aut per ipsummet Syxtum hactenus concessis, & in posterum concedendis, quauis autoritate, (quatenus earum sexui & statui non cōtradicant) liberè & licite vti possint, & debeant, in omnibus & per omnia prorsus & sine vlla differentia, ac si eisdem monasterijs locis, & personis prędictis nominatim concessa forent, & concederentur expresse.*

[b] In 1. impr. fo. 66. & in 2. fol. 148. cō cel. 362.

Circa quam concessionem est notandū, quòd in ea solum indulgentur priuilegia concedenda Minoribus, & Prædicatoribus, ipsis monialibus per Syxtum Quartū, non autem concedenda per successores ipsius Syxti quarti. Ideo ad ampliorem communicationem recurrendum est. Et inuenio primo Bonifacium VIII. prout habetur in dicto libro [c] Monumenta ordinum, *Statuisse, quòd quacunq; moniales commissæ fuerint gubernationi fratrū Minorum virtute alicuius indulti Apostolici, moniales sic commissę gaudeant priuilegijs, concessis & concedendis prędictis fratribus. Et certum est moniales Sanctę Clarę virtute indulti apostolici commissas fuisse gubernationi fratrum Minorum.* Et inuenio etiam Clementem Septimum, prout supra [d] retulimus. *Omnia priuilegia concessa & concedenda quibuscunque ordinibus Mendicantibus, & nō Mendicantibus, sicut indulsit fratribus Minoribus regularis obser-*

[c] In 1. impr. fol. 32. & in 2. fol. 33. con cel. 35.

[d] Supr. ar. 1.

*uantiæ, ita etiam indulsisse sororibus Sanctæ Claræ,* Et quoad moniales ordinis Prædicatorum inuenio Leonem X. ipsis concedere omnia priuilegia concessa, & concedenda ordini minorum Eremitarum Sãcti Augustini, Carmelitarum, Seruorum Beatæ Mariæ ac Minimorũ fratrum ordinibus, de qua concesione supra [a] fecimus etiam mentionem eius tenorem referendo.

a Sup.art.1.

## ARTICVLVS XIIII.

### *Vtrùm moniales Tertiariæ gaudent priuilegijs ordinis Minorum.*

REspondeo dicendo (prout cõtinetur in libro [b] Monumẽta ordinũ & in supplemento) quòd Innocentius Octauus, *Extendit seu communicauit gratias & indulta concessa fratribus & sororibus Tertij ordinis in cõmuni viuentibus, etiã illis, qui viuunt in particulari.* Quæ concessio vnum prẽsupponit, & aliud determinat, prẽsupponit nãq; multa esse cõcessa fratribus & sororibus Tertij ordinis. De quo iam in superioribus [c] fecimus mentionem recitando Bullam aureã Syxti IIII: in qua vtriusq; sexus Tertij ordinis personis concedit Sũmus Pontifex quidquid cõcessum est Eremitarũ S. Augustini, & Carmelitarũ, & seruorum B. Mariæ fratrum ordinibus, ab Apostolicã Sede: prout in ea Bulla in superioribus relata latius continetur. Quod autem decernit & statuit est: has gratias & facultates etiã illis, qui viuũt in particulari esse concessas. Et Collector priuilegiorum Mendicantiũ probat ex litera Bullæ aureæ Syxti IIII. quòd priuilegia Tertiarijs sororibus concessa, ibi, ad Tertiarias viuentes in particulari extenduntur: sicut eas extendit postea Innocentius VIII. Sed addit dicens. Quoad Tertiarios vtriusq; sexus (quidquid sit de tẽporibus retroactis) in præsenti sunt in triplici differentia, prout Leo X. in concilio Lateranensi distinxit, & habetur in supplemẽto ordinis. [d] Primi sunt viuentes collegialiter; & isti gaudent priuilegijs, sicut fratres Mendicantes absq; aliqua differentia, in quantum eorum capacitas permittit. In secundo gradu sunt mulieres continentiam coniugalem, aut vidualem promittentes, & habitum Tertiariorum gestantes: & hæ pariformiter gaudent, vt primi, nisi in his in quibus expresse diceret Papa, quòd solũ concedit pro viuentibus in congregatione saltem post Innocentium VIII. Nam de concesis vsq; ad sua tempora cũ tali exprefsione, vel restrictione ipse Innocentius omnes parificauit. Vltimi sunt coniugati, aut qualitercunq; aliter à præfatis duabus speciebus se habentes. Et isti de omnibus indulgentijs Mẽdicantium habẽt illa, quę per Conciliũ Lateranense non fuerũt sibi sublata, ex quo habent omnia spiritualia, scilicet, indulgentias. Concilium Lateranense (prout refertur in Supplemento [e] ordinis) *Statuit, quod fratres & sorores Tertij ordinis in proprijs domibus habitantes valeãt sepulturam eligere, vbi voluerint. Et quod die Paschatis tantum Eucharistiam necnon extremam vnctionem, cæteraq; ecclesiastica sacramenta (pœnitentiæ sacramento duntaxat excepto) à proprio sacerdote parochiali recipere debeant. Et voluit quod ad onera, quæ laicis incumbunt perferenda teneantur; ac quòd in foro seculari coram iudicibus secularibus conueniri possint. Et insuper decreuit, quòd prædicti Tertiarij in proprijs domibus habitantes nullatenus admittantur tempore interdicti ad audienda diuina in Ecclesijs ordinum, quorum sunt Tertiarij si causam dederint interdicto, vel causam ipsam nutriant, seu foueant, aut dantibus auxilium, consiliũ, vel fauorem quomodolibet præstiterint.*

b In.1.impr. fol. 44. & in 2. fol. 69. concel. 146. & in supple. fol. 100. concef. 375.

c Supr.art.

d Suppl. fol. 26. cõcef. 86. & 87.

e In supple. fol. 26. cõcef sio. 86.

Quibus ex mente Collectoris addo aliam differentiã earũ Tertiariarum, scilicet, quæ cũ claustralibus habitant. Hæ enim secundum determinationẽ Leonis X. de qua in dicto supplemẽto, [f] gaudent priuilegijs, quibus gaudent fratres ordinis Tertij. Ex quibus infert dictus Collector, quòd etiam Tertiarij coniugati in particulari viuentes gaudent priuilegio Canonis, si quis suadente; quia habent modum viuendi approbatum à Sede Apostolica. Et ait quòd sic tenent Docto-

f Suppl. fol. 26. cõcel. 87.

Doctores; & esse notandum; quia sæpè nõ aduertitur circa hoc. Aduertendum tamen, quòd multa sunt cõcessa Tertiarijs sub obedientia fratrum Minorum viuentibus, prout patet ex literis Apostolicis, super hoc latis, quo dubito nunc gaudere, postquam ab obedientia obseruantiæ sunt separati. Cuiusmodi sunt moniales Tertij ordinis, quæ post Pium Quintum, se ordinarijs subdiderunt, ab obedientia prælatorum ordinis Minorum se abstrahendo. Et ita videãt ipsæ, vtrùm post Pium Quintum aliquod habeant Apostolicum indultum, virtute cuius non obstante dicto recessu gaudeant dictis priuilegijs. Ego enim ipsum non potui inuenire.

## ARTICVLVS XV.

### *Vtrùm moniales conceptionis gaudeant priuilegijs Mendicantium.*

REspondeo dicendo, quòd Leo Decimus motu proprio & ex certa scientia, *Concessit monialibus Sanctæ & immaculatæ Conceptionis gloriosæ Virginis Mariæ sub obedientia fratrum Minorum degentibus, vt omnibus & singulis priuilegijs, concessionibus prærogatiuis, libertatibus, immunitatibus exẽptionibus, fauoribus, gratijs, & indultis spiritualibus & temporalibus per ipsum Leonem, & Sedem Apostolicam fratribus dicti ordinis & monialibus Sanctæ Claræ, & sororibus Tertij ordinis Sancti Francisci quomodolibet concessis, & concedendis, & quibus fratres & moniales & sorores huiusmodi de iure, vel priuilegio, aut consuetudine patriæ vtuntur, potiuntur & gaudent, seu vti potiri, & gaudere quomodolibet poterunt, in futurum (quæ omnia pro expressis & indiuiduè enarratis haberi voluit) prædictæ moniales in supradicta obedientia permanentes vtantur, potiantur, & gaudeant, ac vti, potiri & gaudere possint in omnibus & per omnia, perinde ac si ipsis concessa fuissent: sicque per quoscunque iudices ordinarios seu delegatos in foro contentioso, ac per quoscunque confessores suos in foro conscientiæ, dum & quoties opus fuerit interpretari iudicari & definire debere.* Hanc concessionem, vt authenticam refert Collector [a] in compendio Mendicantium.

[a] Collec. in d. comp. tit. cõmunicat. priuil. §. 18.

## ARTICVLVS XVI.

### *Vtrùm fratres & hospitantes religiosos gaudeant eorum priuilegijs.*

REspondeo dicendo, quòd Leo decimus, & Adrianus Sextus, *omnibus & singulis Christi fidelibus verè pœnitentibus & confessis, qui ordinis Sanctissimæ Trinitatis & Redemptionis Captiuorum, tam virorum, quam mulierum existentibus in Regno Castellæ, ac Legionis & Granatæ Ecclesias illis anni diebus, quibus peccatorum*

*torum remißiones & indulgentias per eosdem fratres consequebantur visitauerint, ac qui deuotionis feruore ducti in habitu ordinis Sãctißimæ Trinitatis, & redẽptionis captiuorũ huiusmodi decederent, aut eorũ corpora seu cadauera dũ ab hoc seculo migrauerint in Ecclesijs monasteriorũ Sãctißimæ Trinitatis & Redẽptionis Captiuorum huiusmodi sepeliri ordinauerint, seu de propijs eorum bonis pro Redemptione Captiuorum aliquam pecuniæ quantitatem per Ministrum Prouincialem dicti ordinis pro tempore existentem desig nandam erogauerint, aut etiam qui scapularium eiusdem ordinis Sanctißimæ Trinitatis, & Redemptionis Captiuorũ de manu alicuius prælati etiam absque alicuius voti emißione detulerunt, necnon vtriusque sexus eiusdem ordinis Sanctißimæ Trinitatis & Redemptionis Captiuorum germanis nuncupatis, vt omnes & singulas indulgentias & peccatorum remißiones fratribus ordinis Sanctißimæ Trinitatis huiusmodi concessas, consequãtur, ac suffragiorum ipsius monasterij pro tempore factorum participes fiant. Necnon priuilegijs, indultis, prærogatiuis exemptionibus, concessionibus, antelationibus, & gratijs, monasterijs & ordini Sanctißimæ Trinitatis huiusmodi in genere, vel in specie concessis, & quibus fratres ordinis prædicti vtuntur, potiuntur & gaudent, seu vti potiri & gaudere perinde possint, ac si illa eisdẽ fidelibus fratribus seu germanis nuncupatis specialiter, & expressè concessa fuissent.* Ita habetur in compendio [a] Mendicantium.

Circa quã magnam cõcessionẽ est notandũ ibi, *Necnon priuilegijs indultis, prærogatiuis exemptionibus*, Quod hæc clausula magnum quoddã cõtinet priuilegiũ, cõcedens personis in eo numeratis omnia priuilegia & indulta fratribus huius ordinis concessa, quibus ipsi potiuntur, vtũtur & gaudent. Ex quo indulto quoad supradictas personas perturbationẽ in Episcoporũ iurisdictione excitare possũt dictæ personæ, & ipsi exẽpti occasionẽ laxioris vitæ ex dicto priuilegio sumere possunt contra mentem Concilij [b] Tridẽtini. Vnde licet ipsum Conciliũ loquatur in oblatis & quomodocunq; addictis, aut sub nomine seruiẽtiũ militijs, aut quocunq; alio titulo assumptis, in monasterijs, vt, scilicet, nihil ex his priuilegijs detractum esse ordinarijs intelligatur, quo minus hi, quibus ea iam concessa sunt, vel in posterum concedi contigerit ipsis ordinarijs tanquam Apostolicæ Sedis delegatis plenè in omnibus sint subiecti, &c. Nõ obstantibus quibuscunq; priuilegijs, etiam religionis S. Ioannis Hierosolymitani, ipsum tamen Concilium ad personas enumeratas in concessione Leonis Decimi, & Adriani Sexti, extendendum iudico, vt scilicet ipsæ minimè possint frui priuilegijs concessis, in allegata clausula ibi; Necnon priuilegijs, indultis, prærogatiuis, &c. Cum ratio ipsius decreti ad has personas etiam extendatur. Et sicut priuilegium nõ priuans legem communem, sed priuatam puta consuetudinẽ, vel statutum, & reducẽs legẽ priuatam ad ius commune debet latè interpretari, prout colligitur ex iure, [c] vbi id tradit

[a] Tit. cõmunicatio priuilegio. §. 39

[b] Sess. 14. de refor. c. 11.

[c] c. olim de verbo. signific. vbi Andreas Sylu. verb. priuilegium. n. 3.

tradit Ioannes Andreas,& notat Syluester: ita hoc decretum Concilij cum reducat priuilegia ibi reuocata ad ius commune debet latè interpretari, vt scilicet,non solum habeat locum in personis in eo contentis, sed etiam in personis,dequibus in dicto priuilegio Leonis Decimi, & Adriani Sexti,cum in his militet ratio Concilij, quæ est perturbatio iurisdictionis episcopalis. Ex quibus infertur, quod personæ in dicto priuilegio contentæ solum gaudebunt priuilegijs,per quorum vsum iurisdictio episcopalis non perturbatur. Et sic lucrabuntur omnes indulgentias,& peccatorum remissiones fratribus concessas, & ipsorum suffragiorum erunt participes. At non poterunt tempore interdicti & cessationis sepeliri in monasterijs ea pompa & solennitate,quibus fratres & religiosi sepeliuntur. Hoc enim cedit in maximam perturbationē iurisdictionis episcopalis,quæ ab ecclesia vult Concilium Tridentinum amouere.

Aduertendū insuper circa illa verba ibi, *Et etiam qui scapularium eiusdem ordinis sanctissimæ Trinitatis & redemptionis captiuorum de manu alicuius prælati.* Quod ad hoc, vt hi fruantur gratijs, quibus possunt vti iuxta supradicta,est necessarium, quod recipiant scapularium de manu alicuius prælati. Et prælatus non est vicarius,aut præsidens conuentus. Vnde recipientes scapularium ab his minime indulgentias supradictas consequentur.

Ex his sequitur,quod cum Syxtus Quintus sub annulo Piscatoris die vigesima nona Augusti anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo septimo, tertio sui pontificatus anno, bullā motu proprio ediderit,cuius autoritate institui possent confratriæ Chordæ Beati Patris nostri Frāciſci annexa archiconfratriæ in conuentu Diui Patris nostri Franciſci Assisijs collocata;licet ipse summus Pontifex ex Franciscana familia fuerit assumptus, & deuotione maxima erga suā religionē eā institui decreuerit, non concesſit confratribus ipsius archiconfratriæ,& aliarū confratriarū in vniuersis conuentibus ordinis conuentualitatis & obseruantiæ & Capucinorum situatis priuilegia,quæ iurisdictionem episcopalem perturbarent:sed tantum indulgentias,& peccatorū remissiones. Et id ipsum confratriæ Corrigiatorum Sancti Augustini concessum est,vt patet ex suæ institutionis Bullis Conformauit se in hoc decreto Concilij Tridentini supra citato.

Vnde Leo Decimus declarauit & cōcessit, *Quod personæ trium ordinū Diui Augustini,* [a] *scilicet, fratres,moniales,& Mantellatæ omnibus & singulis priuilegijs,gratijs indultis,quæ in marimagno,seu in alijs concessionibus tam per ipsum, quam per alios Romanos pōtifices prædecessores suos ordini ante dicto concessis continentur plenè & largiter perfrui possint,& debeant, sed voluit quod quarti gradus vtriusque sexus personæ indulgentijs tantummodo gaudeant.* Noluit enim summus Pontifex quod iurisdictio episcoporum perturbaretur & incētiuum laxioris vitæ per priuilegia præbere tur,prout postea Concilium Tridentinum determinauit. Et aduertit Collector [b] priuilegiorum Mendicantium,quod istæ personæ quarti gradus videtur quod sunt,quę in aliquibus literis apostolicis vocantur corrigiatæ id est, quę solum deferunt corrigiā Sancti Augustini.Et hæ personæ(ait)quod solum gaudent indulgentijs post istam prouisionem: Nam antea gaudebant alijs indultis, sicut fratres & admittebātur tempore interdicti ad diuina. Ego autem amplius existimo, quod Mantelatæ(prout in Concilio Lateranēsi [c] ordinauit Leo Decimus) Pinzorechæ quorumlibet ordinum in propijs domibus habitantes eligere valeant sepulturam,vbi voluerint. Et quod die paschatis tantum Eucharistiam, necnon extremam vnctionem,cæteraque ecclesiastica sacramenta (pænitentiæ sacramento duntaxat excepto à proprio sacerdote recipere, & ad onera, quæ laicis incūbunt perferenda teneantur. Ac decreuit quod in foro seculari coram iudicibus secularibus conueniri possint. Et licet addat Collector [d] priuilegiorum Mendicantium, quod præfata constitutio non intelligitur de vouentibus castitatem virginalem, vel vidualem; nam Leo Decimus, prout habetur in supplemento [e] ordinis, præfatam constitutionem per eum in Concilio factam,

a Habet. in supple. fol. 122. conces. 556.

b Collect. tit. commu. priuilegior. §. 28.

c Habet. in supple. fol. 26. cōcef. 86.

d Colle. tit. mulieres. §. 6.

e Suppl. fol. 28. cōcel. 91.

*motu proprio & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine declarauit decernēs quod minimè intelligi debeat de facientibus votum castitatis, ita vt mulieres virginalem vitam, aut cælibem solenniter vouentes, etiam in consanguineorū, vel affinium suorū, vel propriis domibus, aut seorsum habitātes priuilegijs, & immunitatibus prædictis in omnibus, & per omnia frui & gaudere debeant,* Mihi tamen hoc modo post concilium videtur dubium, cum ex concessione dictorum priuilegiorū omnibus his personis turbatio iurisdictionis episcopalis succedat contra decretum sacri Concilij Tridentini. Non obstante tamen hoc, non possum asserere supradictas personas à Concilio Tridentino ab his priuilegijs priuari: cū ipsummet Concilium dicat gaudere prædictis gratijs eos qui legitime & secundum regulam earundem ordinum professionem fecerunt. Et hæ Mantilatæ (vt supponitur) solenniter virginalem, aut cælibem vitam profitentur iuxta regulam suo modo viuēdi ipsis à Sede Apostolica concessam. Leo enim decimus statuit, prout habetur in eodem supplemento, [a] *Quod Tertiariy colegialiter viuentes, seu cum claustralibus habitantes, aut mulieres virginalem, aut castam vidualem vitam ducentes expresso voto, & sub habitu Tertiariorum gaudere debēt priuilegijs, quibus fratres ordinis, cuius Tertiæ regulæ habitum gestant, potiuntur, & gaudent,* Ecce vides quomodo autoritate apostolica hæ mulieres voto expresso virginitatis, aut castitatis vidualis se astringunt, & sic professionem emittunt.

a Suppl. fol. 26. cōcess. 87.

## ARTICVLVS XVII.

### *Vtrùm Mendicātes, & qui eorum gaudēt priuilegijs possint frui priuilegijs religioni Societatis Iesu concessis.*

REspondeo dicēdo, quod Clemens VII. Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris die trigesima Maij anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto, pontificatus sui anno secundo concessit ordini fratrum Minorū regularis obseruantiæ, vt possit frui indultis cōcessis & concedendis ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus. Ratione cuius maximi priuilegij tenui in explicatione [b] Cruciatæ, & in nostra summa confessorum ordines Mendicantes, & qui communicāt in priuilegijs suis concessis & cōcedendis posse vti omnibus facultatibus concessis societati Iesu. Sed contra hanc sententiam viri docti tenuerunt dicentes, Clementem septimum solum fuisse locutū de priuilegijs concedendis ordinibus suo tempore à sede apostolica approbatis, & religionē societatis; vt patet multo post fuisse à Sede Apostolica approbatā. Non aduertētes, quod post Clementē VII. Paulus IIII. & Pius IIII. & Pius V. & Gregorius Tertius decimus, & Syxtus V. priuilegia Mendicantium approbantes ea omnia de nouo concesserunt; ac si tenor ipsorum priuilegiorum in eorū literis apostolicis apponeretur, & sic priuilegiū Clementis Septimi tempore & ætate horum summorum pontificum fuisse concessum, quo tempore, & ætate religio Societatis nō solum erat ab ecclesia approbata, sed etiam per orbem dispersa.

b In explic. pag. 191. & in summ. 1. to.

Nec his obstat, quod innouatio priuilegiorū aliquid concedit de nouo vltra id, quod in priuilegijs innouatis cōtinebatur, quod est cōtra ea, quæ supra [c] resoluimus; si qui dē cōcessio & extensio Clementis Septimi nō extēdebatur ad priuilegia cōcessa Societati, & modo innouata extēditur ad ea. Nā huic obiectioni respōdeo, quod ratione innouationis præcise non extēditur ad dicta priuilegia. Quod probatur: Nā si ipsum priuilegiū fuisset innouatū ab aliquo Summo Pontifice succedente Clemētis Septimi ante institutionē & approbationē Societatis Iesu, minimè extēsio supradicta ad priuilegia Societatis dimanarēt. Extenditur igitur tale indultum Clemētis Septimi ad ea priuilegia, ratione tēporis, in quo facta est innouatio, & noua concessio, quo tempore iam dicta religio Societatis approbata est à sede apostolica. Ex quibus infero intellectum ad iura [d] decernentia innouationem priuilegiorum nihil addere priuilegijs innouatis, quod, scilicet, hoc intelligatur directè & immediatè nihil addere, indirectè tamen & media-

c Supr. q. 1.

d c. ex parte de priuileg.

mediatè aliquid posse addere, quando,scili cet,dicta innouatio facta est tempore, quo aliqua inueniuntur de nouo facta, ratione quorum necessario per necessariam sequelam aliqua suboritur de nouo concessio, prout in exemplo proposito satis patet.

Et vt omnis ambiguitas amputetur,& nulla ratio dubitandi relinquatur, in cõfirmationem nostræ sententiæ adduco communicationẽ priuilegiorum factam à Gregorio Quarto decimo ordini Cistercienſi, de qua supra egimus [a] mentionem. Qua definit summus Pontifex dictum ordinem frui etiam priuilegijs societatis,cum ipsi cõcedat communicationem priuilegiorum omnium ordinum. Adduco etiam confirmationem & communicationem priuilegiorum factam ab eodem Gregorio Quarto decimo congregationi fratrum Crucigerorum,de qua supra [b] etiam fecimus mentionẽ,eius tenorẽ referendo.In qua specialiter eis cõcedit, vt possint frui priuilegijs, & indultis factis religioni presbyterorum collegialiũ Societatis Iesu. Ex quibus duabus concessionibus sic colligo argumentũ in confirmationem nostræ opinionis:Mendicantes gaudent priuilegijs cõcessis,& cõcedentis alijs religionibus, etiam non Mendicantibus à Clemẽte Septimo:sed religioni Cistercienſi,& cõgregationi fratrũ Crucigerorũ fundatis ante Clementẽ Septimũ sunt de nouo cõcessa priuilegia Societatis; ergo eademmet priuilegia sunt concessa Mendicantibus, ita vt ipsis vti possint.

a Supr. hac qar.7.

b Supt. hac qar.11.

At circa hũc articulũ duo suboriũtur dubia.Primũ est,vtrũ priuilegia cõcessa à Sede Apostolica religioſis Societatis, ita vt alijs religioſis aliorũ ordinũ minimè cõmunicentur, de quibus Collector priuilegiorũ Societatis,cõmunicentur modo per nouas cõcessiones posteriores summorum põtificũ: in quibus conceditur ipsis religioſis, vt possint gaudere priuilegijs dictę Societatis. Hoc dubium aliquibus,& mihi etiam difficile apparet.Et certe vellem, vt mens Sedis apostolicę circa hoc expressè postularetur. Modo tamen mentem ipsius ex priuilegijs datis indagãdo dico,quod GregoriusQuartus decimus in duabus concessionibus superius adductis absolute,& sine aliqua limitatione concedit,quodCistercienses & Crucigeri fruantur omnibus priuilegijs concessis alijs ordinibus etiã Societatis Iesu.Et à concessione generali nõ est recedendũ, nisi vbi constat de voluntate cõcedentis:præcipue cum hoc sit beneficium principis,& per cõ sequens latè interpretandum. Vnde etiã si à Sede Apostolica sit aliquod priuilegium concessum Societati, ita vt alijs religioſis aliorum ordinum minimè communicetur, cum successores summi Pontifices,ea priuilegia sine aliqua limitatione aliquibus ordinibus communicauerint,cum quibus communicant mendicãtes, clarũ est ipsos Mendicantes priuilegijs Societatis Iesu modo sine aliqua limitatione vti posse.

Secundum dubiũ est. Attento,quod religioſi Societatis nõ possunt vti gratijs & facultatibus directè, aut in directe per viã cõmunicationis ipsis concessis,nisi à præpoſito generali,vel ab alijs per ipsum illis communicentur,prout cõcessit illis Gregorius Tertius decimus,cuius indulti tenorem supra retulimus, dubiũ inquã est an religioſi aliarum religionum possint vti illis priuilegijs directè,aut indirectè sibi per cõmunicationẽ cõcessis,sine eo,quod ipsis à suis præpositis generalibus, aut ab alijs nomine ipsorũ communicẽtur. Ad quod respondeo, quod sic. Nã Gregorius Quartus decimus Crucigeris,aut religioni clericorũ ministrãtiũ infirmis cõmunicationem priuilegiorũ Societatis concessit,sine eo,quod illarũ religionũ professores ea à suis generalibus mẽdicarẽt præterea dicta priuilegia fuerũt ipsis cõmunicata absolute,& nobis etiã absolutè,ac si fuissent nostra cõcedũtur. Et nobis per cõmunicationẽ nõ cõcedũtur restrictiones & limitationes, quę alijs ordinibus propter eorũ particulare regimen à Sede Apostolica fuerũt impetrata. Cuius est restrictus vsus priuilegiorum in Societate, quod scilicet,non possit sortiri effectũ, nisi prout à generalibusfuerit dispẽsatus,à quo pendet tota ipsius Societatis gubernatio, etiã quoad particularia, quæ ab aliarũ religionũ præpositis generalibus minimè exequuntur.

Ex quibus infertur,quod BullaPauli IIII. cõfirmata per Gregoriũ XIII.qua prohibetur in ordine fratrũ Minorũ regularis obseruãtiæ recipi sub grauibus pęnis eos, qui ex genere maculato descendunt;de qua supra in quęstione de Abbatibus quoad genus latè egimus; non communicatur alijs religionibus, vbi similis non fuit vnquã petita,nec obtenta.Quod est verisimum;præsertim quando dicta bulla & aliæ similes

sub

ſub grauibus pœnis in religionibus particularibus executioni mandari præcipitur. Si enim ipſæ per communicationem alijs religionibus communicantibus in indultis cõpeterent: ſequeretur, quod ſicut ipſis communicãtur in bullis decreta; ita etiam communicarentur pœnæ, in quas incurrunt ipſorum decretorum tranſgreſſores. Hoc autem non eſt dicendum. In illis enim pœnis & cenſuris nullo pacto ſit ipſis religioſis communicatio; cum ſecundum regulam iuris odia reſtringi, & fauores conueniat ampliari. Præterea infinita inde abſurda ſequerentur, prout facillimè in caſibus particularibus poſſet demõſtrari. In illis igitur, quæ infauorẽ religioſorũ ſunt lata, quãuis in pœnã laicorũ ex altera parte redũdẽt, ſit inter religioſos cõmunicatio, cũ cõmunicatio in fauorem ipſorum ſit data, & non in odium. Et hoc eſt bene notandum. Vidi enim ego in facti contingentia apud nuntium Apoſtolicum in oppido Matritij litigari, an conſtitutio ſupradicta Pauli Tertij pro Minoribus regularis obſeruantiæ lata communicari deberet alteri religioni diſtinctæ profeſsioniis, & habitus ad effectum repellendi à dignitatibus & prælationibus ipſius, quendam ex genere maculato procreatũ.

## ARTICVLVS XVIII.

### *An in communicatione priuilegiorum veniant conceſſa alicui loco ſpeciali.*

REſpondeo dicendo, quod Iulius Secundus, prout habetur in libro [a] Monumenta ordinum, & in ſupplemento. *Omnia & ſingula priuilegia immunitates exẽptiones, cõceſſiones, indulgentias ac peccatorum remiſſiones, & indulta quęcunque quibuſuis congregationibus ſeu Societatibus, aut alijs locis, & illorum perſonis ordinis fratrum Eremitarum regularis obſeruantię nuncupatis generaliter conceſſa, ad ipſum ordinem fratrum Eremitarum, & illius perſonas, ac ſi illis ſpecialiter conceſſa fuiſſent autoritate apoſtolica extendit, & illis communicauit.*

a Lib. mon. 2. impr. fol. 265. conceſ. 648. & in ſuppl. fol. 66 conceſ. 206.

Circa quam conceſsionem aduertit Collector [b] priuilegiorum Mendicantium, quod virtute eius credebant aliqui fratres prædicti ordinis poſſe gaudere priuilegijs, & indultis particularibus domibus ſui ordinis conceſsis, vt Sanctæ Mariæ de Populo vrbis Romæ, & ſimilibus. Et alij fratres aliorum ordinũ Mendicantiũ credebant, quod virtute cõmunicationis priuilegiorũ ſimiliter eſſet eis conceſſum, propter quod ad ſedẽ apoſtolicã fuit deuentum, vt ab ea certa huius dubij definitio conſequeretur. Et Leo [c] Decimus, prout habetur in ordinis ſupplemẽto. *Declarauit debere intelligi, quod gaudeant prędicti fratres priuilegijs generaliter cõceſſis cõgregationibus & perſonis, & locis cõgregationũ, & nõ domibus, vel perſonis paticularibus congregationum, vel ordinis conceſsis.*

b Collec. in compẽ. tit. cõmunicatio priuil. §. 22.

c In ſupple. fol. 56. conceſ. 157.

Aduertendũ tamen, quod Pius Quartus prout habetur ſupra [d] extendit priuilegia conceſſa vni, aut quibuſdã monaſterijs ordinis Diui Hieronymi, ad omnia & ſingula monaſteria eiuſdẽ ordinis, tam virorũ, quã mulierum; quibus in eſpecie conceſſa non ſunt, & in quibus aliæ cauſæ cõceſsionis & indultorum prædictorum alias, quam præfertur ſuberant: prout latius indicto loco continetur. Quæ conceſſio eſt maxima. Ex qua colligitur, quod in iſto ordine fit cõmunicatio priuilegiorũ non ſolũ generaliter cõceſſorũ cõgregationibus, & perſonis & locis congregationũ, ſed etiam monaſterijs particularibus. Ita quod priuilegiũ conceſſum cuidam particulari monaſterio alteri, & ſingulis, & omnibus eiuſdem ordinis monaſterijs fiat commune, quanuis ipſis in ſpecie conceſſa non ſint; & in quibus aliæ cauſæ conceſsionum, & indultorum prædictorum alias ſuberant. Et per communicationem priuilegiorum, quæ ordinibus Mẽdicantibus & non Mendicantibus, & omnibus alijs eorum priuilegijs gaudẽtibus, omnia conceſſa & concedenda, quibuſcunque ordinibus ſunt cõmunia, & conceſſa monaſterijs vnius religionis, alterius ordinis monaſterijs cõmunicãtur. Omnes ordines ſupradicti Mẽdicãtes & qui eorũ gaudẽt priuilegijs idẽmet habẽt indultũ, ac ſi ſpecialiter ipſis eſſet cõceſſum. Vnde indulta cõceſſa, verbi gratia, vni monaſterio D. Auguſtini omnibus alijs vtriuſque ſexus monaſterijs eiuſdem religionis fiunt communia.

d Supr. hac q. ar. 9.

Ex quo

Ex quo infertur, quod indultum Portiunculæ concessum Beato patri nostro Francisco, per intercessionem B. V. Mariæ cum ipsa cum eius filio Domino nostro Iesu Christo in Eremita. V. Mariæ Angelorum, ciuitatis Assisij assisteret, prout refert D. Antoninus [a] Florentinus, & refertur etiam in chronicis, nostræ religionis, vt quicunque visitauerit ecclesiam dicti monasterij cõtritus & confessus in die secunda mensis Augusti, in quo autoritate apostolica festum portiunculæ, id est dedicationis dictæ ecclesiæ celebratur indulgentiam plenariam cõsequatur: Infertur, inquã, quod dictum priuilegium omnibus vtriusque sexus monasterijs ordinis fit cõmune. Et sic cõtriti & confessi visitantes ecclesiam monasteriorũ ordinis patris nostri Francisci tam virorũ, quam mulierum, hanc eãdemmet indulgentiam consequantur, sine eo, quod confraternitati Chordę patris nostri Frãcisci sint cõscripti. Nam per communicationem omnia indulta concessa vni monasterio dicti ordinis omnibus alijs eiusdem ordinis monasterijs, tam virorum, quam mulierum fiunt cõmunia. Quod summe notandum est. De quo latius infra in secũdo tomo in quæstione de portiuncula dicetur.

a Anto. 3. p. tit. 24. c. 7. §. 4.

Aduertẽdũ tamẽ circa prædictã Pij IIII. concessionem, quod cum excedat maximè iuris metas, tãtum debet intelligi in casu, in quo loquitur. Et sic solũ indulget, vt priuilegia concessa particularibus monasterijs, omnibus alijs eiusdem ordinis monasterijs fiant cõmunicabilia. Non tamẽ concedit, vt priuilegia cõcessa fratribus particularibus eiusdem ordinis alijs religiosis dicti ordinis communicentur. Ex quo infertur secundũ declarationem Leonis Decimi (quæ quantũ ad hoc intacta permanet) minimè huiusmodi priuilegia cõcessa particularibus religiosis, alijs omnibus fieri cõmunia. Et certe si contrarium diceretur, tota religionum observantia funditus euerteretur; cum in vna quacunque religione sint aliqui patres, cũ quibus propter iustissimas causas est à sede apostolica in multis obseruantijs regularibus, & in aliquibus suorũ institutorũ obligationibus dispensatum. Et si priuilegium prædictum Pij Quarti de concessis particularibus fratribus intelligeretur, sicut intelligitur de particularibus monasterijs, omnes earum religionũ fratres, in quibus eædemmet causæ non militant, allegarent pro se dispensationem cum particularibus religiosis factam, ac si ipsis specialiter esset facta. Quod absit.

## ARTICVLVS XIX.

### *An in communicatione priuilegiorum censeatur communicari vsus, & non vsus.*

REspondeo dicendo, quod Panormitanus [b] dicit, quod si vnus vtitur, & alter non vtitur priuilegio multis concesso, non præiudicat nõ vtens vtenti. Quam opinionem tenet etiã Syluester. [c] Vnde priuilegia concessa alicui religioni, aut cõmunitati, quæ per cõmunicationẽ alijs religionibus sunt cõmunia, ex æquo ac si ipsis fuissent specialiter concessa, nõ tollũtur, ni si legitimo tẽpore præscribantur, prout est vulgare in iure. [d] Et oportet haberi sciẽtiã priuilegiorũ, & voluntatẽ nõ vtendi illis ab his, cõtra quos talis præscriptio allegatur. Ex quo sequitur, quod etiã si cõtra alias religiones possit allegari nõ vsus sufficiẽs ad præscriptionẽ, cõtra alias minime talis præscriptio potest proponi, cũ in eis talis non vsus nõ interuenerit: & licet interuenerit hoc ex ignorantia dictorũ priuilegiorũ sæpissimè (ne dicã semper) habet originem. Et sic euidenter concluditur, quod nõ vsus alicuius religionis, aut aliarũ religionũ minimè alijs religionibus, vbi per ignorãtiã talis nõ vsus interuenit, cõmunicatur. Hoc confirmatur ex dicto Innocentij, [e] quod scilicet, particulares canonici bene possunt sibi præiudicare perdẽdo priuilegiũ per vnicã contrauentionẽ, sed ecclesiæ præiudicare nõ possunt, quin ea possit allegare, non esse sibi sublatũ suũ priuilegiũ, licet sit perditũ quoad personas particulares. Ex quibus colligitur, quod cũ contrariorũ eadẽmet sit dispositio, idem pariformiter dicendum sit à contrario, si aliqua religio vtatur aliquo priuilegio, quod alia vbi talis priuilegij contrarius viget vsus sufficiens ad inducendam præscriptionem, minime potest iuuari ex vsu alterius ad gaudendum priuilegio præscripto. Quod enim indirectè per viam cõmunicationis & extẽsionis à sede apostolica impetratur, est ius, nõ autẽ vsus & nõ vsus:

b Panor. in c. cum accessissent de cõstit. in fin.

c Sylu. v. priuileg. §. 11.

d c. si de terra, & c. accidentibus de constit.

e Innocent. in d. c. accedentibus.

vsus: quæ non in iure sed in facto consistunt. Quod est summe notandum in hac materia.

## ARTICVLVS XX.

### Quomodo sit horum priuilegiorum communicatio.

a Suppl.fol. 74.concef. 222.& fol.81 concef.263.

REspõdeo dicẽdo, quod Iulius II. prout habetur in supplemento a ordinis, *Declarauit & concesit, quod in prædicta priuilegiorum gratiarum & indultorum præfatorum communicatione, tam vniuersaliter per prædecessores suos toti ordini Minorum, quam etiam per ipsum particulariter prædictorum regnorum prius facta, vt ea, quæ ad absolutionem & dispensationem, vel alias per priorem generalem, seu magistrum ordinis præfatorum fratrum, verbi gratia, Prædicatorum spectant ad magistrum, vel vicarium generalem fratrum Minorum pertineant. Et ea quæ ad priores conuentuales, ideſt, prælatos singularum domorum ordinis prædicatorum, & eorum vicarios, similiter spectant, ad guardianos, & eorũ vicarios ordinis Minorũ similiter spectãt. Et ea, quæ ad priores seu vicarios, vel suppriores, prouinciales, ideſt, prælatos, qui medij sunt (quocũque nomine censeãtur, & vocẽtur) inter prædictum generalem, vel magistrum ordinis, priores conuentuales & eorum vicarios, simili modo spectant ad ministros & vicarios prouinciales, ac custodes (qui etiam medij sunt inter ministrum & vicarium generalem) & guardianos, eorumque vicarios similiter pertineant. Et quod, sicut de potestate prælatorum, scilicet, de prælatis ad prælatos dictum est, ita de cõgregationibus vnius ad congregationẽ alterius ordinis & de fratribus priuatis, id est, sine prælatura ad fratres priuatos, & de festiuitatibus ad festiuitates, in his casibus, in quibus congregationibus, vel fratribus priuatis ac festiuitatibus alterius ordinis aliquid concessum est, nunc & pro tempore respectiue concessa intelligantur. Ita quod ea quæ in honorem sanctorum Dominici Petri Martyris, Thomæ de Aquino, Catherinæ de Senis fratribus, vel locis Prædicatorum sunt concessa: omnia illa fratribus Minoribus præfatis, eorumque locis, ac festiuitatibus sanctorum Francisci, Antonij, Ludouici, Bernardini, Bonauenturæ, quinque Martyrũ dicti ordinis, qui apud Marrochium martyrij coronam adepti sunt, & Sanctæ Claræ, ac in alijs festiuitatibus dicti ordinis Minorum, licet sint in maiori numero, quam festa ipsorum fratrum Prædicatorum sint, & intelligantur concessa.* Hæc Iulius Secũdus. Ex qua concesione colligo primo, quod cum in festiuitatibus D. Francisci, Antonij, Ludouici, Bernardini, Bonauenturæ, Didaci, & Sanctæ Claræ aliquam ecclesiam ordinis Minorum visitantibus contritis & confesis, ac sancta corporis Domini communione refectis indulgentia plenaria concedatur, prout infra in quæstione de indulgentijs concesis visitantibus ecclesias Minorum explicabitur: etiam eædemmet indulgentiæ censentur concessæ visitantibus cõtritis, & confessis, & communione refectis ecclesias Prædicatorum in festiuitatibus sanctorum Dominici, Petri martyris, Thomæ de Aquino, Catherinæ de Senis, & Hyacinti. Quoad D. Dominici Petri martyris, Thomæ de Aquino, & Catherinæ de Senis festiuitates patet ex supra dicta declaratione & concesione. Quoad. D. Hyacinti festiuitatem probatur ex dictis in arti

culo

culo primo huius quæstionis. Vbi probauimus ex concessione Leonis Decimi ordinem Prædicatorum gaudere omnibus priuilegijs concessis & concedendis visitantibus ecclesias, & oratoria ordinum Mendicantium. Et per consequens, sicut in die Sancti Didaci modo est concessa à Syxto Quinto vt ecclesias Minorum visitantibus indulgentia plenaria: ita etiam eadēmet indulgentia per viam communicationis censetur concessa visitantibus ecclesias Prædicatorum in die festiuitatis Diui Hyacinti. Hoc enim operatur communicatio priuilegiorum etiam in posterum cōcedendorum.

Secundo colligo, quod sicut hodie à Domino Papa Clemente Octauo est concessum priuilegium, vt in festiuitate D. Didaci possimus nos fratres Minores & monniales Sanctæ Claræ in nostris ecclesijs suspendere interdictum, prout latius infra secundo tomo, in quæstione de interdicto, & cessatione à diuinis, erit nobis sermo: ita etiam in festiuitate Diui Hyacinti, idem etiam priuilegium fratribus & monialibus ordinis Prædicatorum conceditur. Hoc enim petit ex supra dictis communicatio priuilegiorum concedendorum attenta declaratione Iulij Secundi superius allegata.

## ARTICVLVS XXI.

### *Vtrùm participantes priuilegia possint illis vti contra illos, quorum contemplatione participant.*

REspondeo dicendo, quod hanc quæstionem excitat Doctissimus Corduba [a] in additionibus ad compendium. Quam in hunc modum resoluit dicens: quod illi, quibus communicantur priuilegia aliorum ordinum, ac si illis specialiter concessa fuissent, quales sunt Mendicantes, & etiam alij religiosi, de quibus supra, possunt æqualiter, & ex æquo gaudere prædictis omnibus priuilegijs sibi communicatis, etiam contra illos, quibus concessa fuerunt, per quorum communicationem ipsi gaudent prædictis priuilegijs. Ratio est, quia iam facta sunt sibi propria, & non habent ea dependenter ab alijs, sed independenter, ac si ipsis specialiter concessa fuissent, quomodocunque illi se habeant circa illa priuilegia vtendo, vel non vtendo eis, sicque in tali communicatione independenti, omnes qui dictis priuilegijs possunt vti adæquātur ex æquo. Nec ex hoc, quod communicantes virtute communicationis possint agere contra eos, quibus priuilegium communicatum primo fuit concessum frangitur regula illa vulgaris, quod priuilegiatus, non potest agere contra pariter priuilegiatum. Nam illa regula non militat in hoc casu, vt supra [b] late declarauimus, adducendo aliqua exempla manualia. b Sup. q. 8.

Loquendo autem de illis, quibus non sic specialiter & independenter communicantur priuilegia, vt sunt familiares & donati fratres, & alij huiusmodi, secus dicendum est. Hi enim non possunt vti priuilegijs fratrum contra ipsos fratres, quorum priuilegia illis communicantur. Quia quod in fauorem ipsorum fratrum principaliter concessum est (quod scilicet, eorum familiares vtantur ipsorum priuilegijs) non debent contra ipsos fratres seu in eorum dispendium retorqueri, iuxta quamdam tritam iuris regulam; [c] quia non ex æquo gaudent sicut fratres prædicti. Similiter, si fratres perdiderint tale priuilegium, seu si eo non vtantur, similiter perdiderunt & non possent eo vti prædicti familiares eorūdem fratrum; quia tales familiares donati & oblati, & seruitrices habent prædictum priuilegium communicatum sibi dependenter à prædictis fratribus, & monialibus, & sic minus principaliter. Ideo cessante principali, & fratrum fauore quorum intuitu principaliter tale priuilegium valebat, cessat & minus principale & accessorium. Et ad hoc sunt multa iura pariter cum ratione prædicta, vt patet per Bartolum, [d] Baldum, & Panormitanum. c ff. reg. iur. lib. 6. c. quid per nouale. iuncta glos. de verb. signif.

Et aduertit Corduba, hoc esse summe notandum: quia valet ad multa; & ad hoc quod secundum priuilegia nostra, & nobis communicata ab alijs religiosis possimus non seruare interdictum in nostris festiuitatibus, etiam si sit interdictum positū ab illis alijs religiosis, licet talis non obseruatio interdicti sit in eorum præiudicium; quia ex æquo ac si nobis specialiter concessa fuissent, cōmunicata sunt, & facta nostra independenter talia priuilegia. d Bart. in l. 1. delegat. 1. & in l. amicissimus. §. Lucius. Bald. in l. omnia. C. ff Episcop. & cleri. Panormit. in c. ex parte de foro compet.

Aduertēdū tamē, quod Corduba loquitur ante Cōciliū Tridētinū. Et ideo supponit familiares seruitores oblatos donatos, &c. habere priuilegia cōmunicata à religionibus, quorū sunt familiares, seruitores, aut aliquo modo

a Cordu. in addit. ad cō pend. tit. cō municatio. priuil. in fi.

modo addicti; quibus in foro exteriori possunt, vt exempti agere contra illos fratres, à quibus talia priuilegia sunt participati. Quod hodie quoad illos ex Concilio Tridentino video immutatum, vt supra iam tactum est. Ipsi enim monasterijs addicti, & inseruientes per Concilium [a] Tridentinum priuātur omnibus priuilegijs, quibus iurisdictio episcopalis perturbatur. Et sic solum illis remanent priuilegia, quæ indulgentias & remissiones peccatorum concernunt, nisi dictis monasterijs actu seruiant, & intra eorum septa & domus resideant, subque eorum obedientia viuant; aut qui legitime & secundum regulam earundem militiarum & ordinum professionem fecerint. Vnde cum eorum priuilegia & indulta sint à sacrosancto Concilio sublata respectu ipsorum, non potest illis fieri participatio & communicatio; sed tantum respectu eorum, quæ in suo vigore permanserunt, vt sunt ea, per quorum vsum iurisdictio episcoporum non perturbatur. Verum est tamen, quod in foro conscientiæ sunt omnia priuilegia reualidata, etiam si sint contra Concilium Tridentinum, prout supra dictum est: & per consequens in foro conscientiæ possunt dicti seruitores & familiares frui ipsis.

a Sess. 24. de refor. c. 11.

## ARTICVLVS XXII.

### *Vtrùm ordines Mēdicantes possint frui priuilegijs eorum obseruantiæ repugnantibus.*

REspondeo dicendo, quod ideò finem imponens huic quæstioni volui hic hanc quæstionem excitare, quia occasione eius est nobis explicanda quædā clausula sæpe sæpius apposita in cōmunicationibus concessis inliteris apostolicis; scilicet, dummodo eorum quibus communicantur obseruātiæ nō sint cōtraria. Multa enim videmus indulgeri aliquibus laxioribus religionibus, quæ strictioribus sine maximo earū dispēdio minime possunt accommodari. Multa enim Sūmi Pōtifices ordinibus militaribus concesserunt, quæ alijs religionibus Mēdicantibus, & monachalibus minime gētium sunt applicanda. Professoribus enim militiarum cōcessum est, vt possint ducere vxores, & vero matrimonio copulari; & vt possint testari de bonis suis patrimonialibus, & etiam de redditibus ecclesiasticis certa quantitate suis monasterijs relinquēdo, & alia similia, quę si per consequens ordinibus Mendicātibus, & monachalibus cēserētur cōmunicata, totus eorū decor, & fortitudo periret, imo deficerent à veris religionibus, cum status matrimonialis veræ religionis essentiæ contradicat. Propter quod, vt latè supra [b] disputauimus religiones militares à doctissimis Theologis nūquā nomine absolute religionū sunt insignitæ. Ex quibus infertur, quod licet in priuilegio cōcesso à Gregorio Quarto decimo, cuius tenorem supra [c] retulimus fiat Cistercij ordini & perconsequens Mendicantibus cōmunicatio priuilegiorum ordinum militiarū; ipsa tamē communicatio ipsis applicatur: ita vt regulari obseruantiæ ipsorum ordinum non sit contraria. Quæ limitatio, licèt in ipsa bulla minime apponatur, semper tamen subintelligitur apposita: alias ipsa cōmunicatio cederet non in fauorem, sed in odium: nō in ædificationem, & stabilitatē; sed in dissipationem & destructionem religionum. Et quod in fauorem introductum est, in odiū retorqueretur, cōtra id, quod dictat ratio naturalis, & sacri Canones proclamant. Hæc sufficiant pro hac communicationis quæstione.

b Sup. q. 1. art. 6.

c Supr. hac q. art. 7.

## QVÆSTIO LVI.

### De Communione corporis Domini nostri Iesu Christi, & administratione aliorum sacramentorum quantum ad eorum ministros, in quatuordecim articulos diuisa.

*Circa quam quæruntur quatuordecim.*

1 *VTrū religiosi possint secularibus administrare sacramentum Eucharistiæ & alia sacramenta.*

2 *Vtrū autoritate Apostolica possit fieri, vt religiosi modo sacramentum Eucharistiæ administrare possint.*

3 *Vtrum sit aliquod priuilegium modo, quo possint religiosi Eucharistiam administrare; etiam in die Paschatis.*

4 *Vtrum in articulo mortis liceat religiosis mini-*

*ministrare sacramentũ Eucharistiæ, sine culpa, & sine pœna excommunicationis.*

5 *Vtrum deficiente parocho & necessitate vrgente possint religiosi cõmunicare fidelesinfirmos.*

6 *Vtrum communicationem paschalem possint religiosi ministrare peregrinãtibus.*

7 *Vtrum secularis sacerdos administrans Eucharistiã in Ecclesijs Mendicãtiũ sit necessarium, quod sit approbatus ab ordinario & an parochus in sua parochia possit delegare hanc facultatem cuilibet sacerdoti simplici.*

8 *Vtrum diaconus religiosus possit Eucharistiã ministrare fratribus, aut secularibus in aliqua necessitate.*

9 *Vtrum moniales possint dare licentiam, vt in suis monasterijs hoc sacramentũ fidelibus administretur.*

10 *Vtrum fratres & sorores tertij ordinis Mantelati & Corrigiati possint recipere extra parochiam communionem paschalem.*

11 *Vtrum fratres ministrantes in Indis sacramentum Eucharistiæ, & alia sacramenta cum licentia Regum Hispaniarum incidant in excommunicationem.*

12 *Vtrum episcopus possit agere contra religiosos, qui sacramenta prohibita in Clementina administrant.*

13 *Vtrum licentia parochi excomunicati sufficiat, vt religiosi possint ministrare sacramenta prohibita in dicta Clementina.*

14 *Vtrum religiosi possint sacramenta pœnitentiæ & Eucharistiæ & alia suis familiaribus administrare.*

## ARTICVLVS I.

### *Vtrùm religiosi possint fidelibus administrare sacramentum Eucharistiæ & alia sacramẽta.*

RESpondeo dicendo, quod Clemẽs. V. in hunc modum hanc quæstionem decernit dicens. *Religiosi, qui clericis, aut laicis sacramentũ vnionis extremæ vel Eucharistiæ ministrare, matrimonia solẽnizare non habita super his parochialis presbiteri licẽtia speciali, aut qui excõmunicatos à Canone (præter quam in casibus à iure expressis, vel per priuilegia sedis apostolicæ concessa eisdem) vel à sententijs per statuta prouincialia, aut sinodalia promulgatis, seu vt verbis eorũ vtamurà pœna & â culpa absoluere quẽquã præsumpserint excõmunicationis incurrũt sententiam ipso facto per sedem apostolicam dumtaxat absoluendi. Quos etiam locorũ ordinarij, postquã de hoc eis cõstiterit faciãt publicè nũtiari excõmunicatos, donec de absolutione ipsorum eis facta fuerit fides nullo religiosis eisdem super hoc exẽptionis, vel alio priuilegio suffragãte.* Hæc in prima parte prædictæ Clementinæ. Quam libuit in hoc loco explicare non solum prout concernit ministerium corporis dominici, sed etiam prout spectat ad administrationẽ sacramentorum extremæ vnctionis & matrimonij solennizationem: cum istorum sacramentorũ dispensatio in ea religiosis prohibeatur. Circa quam Clementinam est notandum primo, quod nomine religiosi in ea solum illi intelligũtur qui strictissimè religiosi & tria vota substãtialia vouẽt. Patet: quia ibi solũ illi includuntur, & de illis solum est sermo,

a Clem. religiosi de priuilegijs.

vt intelligunt iurisperiti, Glossa [a] Cardinalis Zabarela, Ioānes de Imola, Ancharranus Diuus Antonius & Syluester dicentes omnes prædictam Clementis constitutionem solum religiosos comprehendere, qui monasticam sequuntur vitam. Et comprehendit etiam religiosos Societatis Iesu, cum prout dictum est in superioribus [b] sint vere religiosi. Quod ante Gregorij tertij decimi constitutionem ex multis compertum erat. Omnia enim rescripta, & omnes literas apostolicas huic societati cōcessas respiciendo, satis prædicant, quod sedes apostolica in eadem Societate existentes religiosos & regulares nuncupauit, & nuncupat, eosque pro religiosis & regularibus habuit, & habet. Nam Concilium Tridentinum [c] existentes in collegijs Societatis pro clericis regularibus habet. Præterea ex capitulo decimo sexto sessionis vigesimæ quintæ de regularibus, apparet Concilium Tridentinum prædictum, habere pro regularibus permanentes in eisdem collegijs cum illud caput sit collocatum & situatum sub Rubrica de regularibus: & verba constitutionis à Rubrica regulantur, à qua arguere licet, iuxta quandam legem [d] vbi notant communiter scribentes & tenent Bartolus, Romanus & Aymon.

Præterea cum Summi Pontifices licentiā & facultatem concesserant huic religioni & illius prælatis, professos & non professos eiusdē religionis recedentes, & ad alias religiones transeuntes incarcerandi, excommunicandi, & aliter contra eos procedendo sic recedentes & ad alias religiones transeūtes apostatas vocando, constat quod eos pro religiosis & regularibus habuerint. Et nisi sic recedentes regulares, seu religiosi essent apostatæ vocari non possent. Apostatæ enim dicuntur religiosi extra monasterium in habitu vel sine habitu monachali reperti iuxta ea, quæ notantur in iure, [e] & tradunt Oldradus Bartolus & Baldus.

Præterea hoc confirmatur ex eodem Cōcilio [f] Tridentino vbi sub illa regula prohibitoria professionis ante decimum sextū annum ac renunciationis, aut obligationis & aliorum, de quibus ibi circa religiosos & regulares excipiuntur existentes in hac Societate. Ergo præsupponitur, q̄ existentes in ipsa Societate sunt verè religiosi vt exceptio sit de regula, vel sit sub regula, quoad vim comprehensiuam idest, vt sub regula, iuxta ea, que multa iura [g] nobis testificantur. Vnde si regula, ponitur de religiosis seu regularibus exceptionō poterit esse de secularibus, non secus ac si regula esset de homine, exceptio vero de capra, seu regula de animali rationali, exceptio de equo vt docent Dinus [h] Bartolus & Decius, vnde cum sint veri religiosi, nimirum si sub dicta Clementina comprehendantur.

Ex quo infero, quod alij ministri, qui dicta sacramenta administrant absque licentia presbiteri parochialis, licet grauiter peccent in excommunicationem non incurrunt. Solum enim religiosi pœna excommunicationis in dicta Clementina feriuntur: quia ipsi frequentius in huiusmodi administratione excedebant. Vnde licet parochus det licentiam suo subdito vt à quocumque sacerdote possit recipere Eucharistiam non potest secundum aliquos per hanc generalem concessionem recipere à religiosis. Et ratio huius est. Nam licet alij sacerdotes simplices communicantes actiue, sine licentia parochi mortaliter peccent, nō tamen remanent excommunicati, sicut remanent sacerdotes religiosi. Vnde cum ipsis sit maius dubium non videntur in illa generali concessione esse inclusi.

At pro contraria parte facit. Nam generalis clausula, prout dicitur in iure, [i] comprehendit omnia, nisi contrarium euidentia morali constet de mente eam proponentis. Et non est credendum, quod parochus dans prædictam licētiam generalem noluerit religiosos in ea comprehendi. Licet enim ipsi grauiori pœna arceantur ab administratione huius modi sacramentorū hoc non est, quia minus idonei sint, quam sacerdotes simplices seculares, sed quia non possint tam facilè ab Episcopis coerceri, & liberius poterant ipsi iurisdictionem vsurpare. Quæ ratio cessat in nostro proposito cum adsit licentia generalis quæ cū cō prehendat sacerdotes seculares ex identitate rationis, imo ex maiori ratione debet comprehendere religiosos, communiter loquendo magis idoneos ad hoc ministerium peragē dum. Et certe non potest negari, quod in [k] concessione generali veniant etiam ea quæ specialiter quis esset concessuru si ab ipso peterentur prout in iure [k] notatur. Et vt omnis ambiguitas tollatur Eugenius tertius prout habetur in supplemēto, l *Declaratis*

[a] gloss. in v. religiosi. in d. Clem. Zabarela Imol & Anchar. ibi. Anton. 3. par. tit. 24. c. 54. Syluest. ver. excom.

[b] Sup. q. a. 5

[c] Con. Trid. sess. 25. de reg. ul. c. 16.

[d] leg. vn C. in vna eadē que cā. vbi gloss. ver. re tractare l. 1. & ibi. gloss. & Bar. C. de cap. ciu. cens. exi. li. 11. Bar. sup. Ru. ff. quod quis iur. Roman. consil. 32. n. 6. Ale. consi. 1. col. 2. volu. 4. & cōsil. 89. co. 2. ad. fi. vol 6. Aymon. cons. 61. n. 1. ec. placuit. el 2. 26. q. 1. c. 2. ne cleric. vel. monac. lib. 6. c. 19. Con. Trid. sess. 25. de regul. oldradus. consil. 202. Bart. su. Rub. C. de apostat Bal. in marga. ver. apostata.

[e] Conc. e, 16 iun. & ca. præced.

[f] Cōcilio

[g] l. nā quod liquide. §. pen. ff. de pecu. lega. l. in his. ff. de leg l. pen. §. la beoff. & aur. & arg. leg. h. Dinus sup. Ru. de reg. iur. lib. 6. nu. 16. & Bart. ibi. n 6 Decius cōs. 290.

[i] l. qui pecuniā. ff. de pecunia. legat. l. qui pecul ff. de pecul. l. si quando C. de inof test. vbi gl.

[k] Notatur in l. 1. Cod. quæres fig no dari pos. l Suppl. fo 101. concef. 40.

*rauit quod quãdo ſacerdos paro chialis dat licentiam ſuo ſubdito vt à quocumque poſsit recipere Euchariſtiam, eo caſu poſsit recipere eam à religioſis.*

Circa eãdem Clementinã etiam aduerten dũ eſt, quis ſit presbyter parochialis, de cu ius licentia ſacramenta prædicta miniſtrari poſſunt à religioſis. Pro cuius rei intelligen tia eſt notandum in Hierarchia eccleſiaſti ca omnes ordines inferiores ab vno ſupremo regi & gubernari & ad ipſum recurrere tamquam ad principium & caput à quo omnis influxus, & motus originatur. Nõ enim ſunt plura capita in vno corpore licet ſint plura & diuerſa membra non eundem actum habentia, prout dicit [a] Diuus Paulus & in iure narratur: & tradit Diuus Dionyſius & explicant Diuus Thomas & alij. At que deformitas in corpore ob diuerſitatem membrorum non eſſet: attamen ſi nullum caput aut duo, aut plura eſsent capita mõſtrum conſpiceretur. Vnde tota & plena & perfecta Hierarchiæ eccleſiaſticæ ratio in hoc ſita eſt potiſsime, vt vnum recognoſcant inferiores omnes Chriſti vicarium interris, legitimũ Petri ſucceſſorem. In quo vno virtute omnium aliorum motus continentur, & eminentius exiſtant ſiquidem rerũ hic habet ordo, vt perfectio inferioris in ſuperiori eminẽtius & perfectius intelligatur, ſicut & cæterarum rerũ perfectiones eminentius & perfectius in ipſo Deo intelliguntur. Cum ergo Summus Pontifex iure diuino à Chriſto immediate habuerit illimitatam poteſtatem ſuper totam eccleſiam & conſequenter tanquam in eminente virtute & primo mouẽte ſub Deo omnes aliorũ inferiorũ actiones ibidẽ inteligantur, ſicut à capite deſcendit, velut ros Hermon ad barbam Aarõ & vſq; ad extremũ veſtimẽti deſcenſus eſt: ſic qui ab huius modi capite influxũ motũ & operationem non recipit qui extra Hierarchiam eccleſiæ nouerit ſe conſtitutum ad quam non pertinent Græci neque alij qui Romanum Pontificem ſupremum non agnoſcunt.

Secundo pro explicatione eſt notandum ordinẽ & diſpoſitionem qui nunc in Eccleſiaſtica Hierarchia eſt nõ fuiſſe à Chriſto *Domino* inſtitutam immediatẽ, ſed poſt eius aſcenſionem à Petro legitimo ſucceſſore & hærede conſtituto ab eodem, & eius ſucceſſoribus hæc & alia, quæ nunc ſunt in hac hierarchia dimanaſſe. Ex Euangelicis literis hoc eſt manifeſtum duodecim à Chriſto Domino in terris agente ducibus electis primas Petrus in promiſsione illa. Tibi dabo [c] claues regni cælorũ. Et tu es Petrus, & ſuper hanc Petram: & ibi. Non deficiet fides tua, &, Tu aliquando confirma fratres: & ibi, Paſce oues meas, declaratus fuit. Omnes ſic electi exigui, & in Cœna ſacris initiati ſuper Corpus Chriſti verum in illis verbis, Hæc quoties cunque feceritis, poteſtatẽ recipientes, & ſupra myſticum poſt reſurrectionem, vt narrat Diuus [d] Ioannes Euãgeliſta in illis verbis, Accipite Spiritum ſanctum, & quorum remiſeritis peccata. In vniuerſum mundumad prędicandum miſsi ſunt in illis verbis. Ego diſpono vobis regnum, ſicut diſpoſuit mihi pater, Ite [e] in vniuerſum mundum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Ibi enim nulla diſtinctio prouinciarum, nulla diœceſis diſcretio, nulla parochiarum differentia, atque parochorum approbatio, ſed vniuerſus mundus vna parochia, & vna eccleſia eſt declarata, in qua vnus Petrus parochus princeps deſignatus eſt. Alij vero reſidut de numero Apoſtolorum principes ſub principe ſunt etiã declarati, ſicut [f] pſalmographus prophetauerat dicens: Conſtitues eos principes ſuper omnem terram. Atque de his primis principibus ſic concipit eccleſia. Vnde ergo hierarchia eccleſiaſtica, quæ ad exemplar illius cœleſtis in terra diſpoſita eſt, tanta varietate eſt circumamicta, & talis pulchritudo deriuata eſt, vt prouinciarum ſit facta diſcretio, diœceſum facta differentia parochiarum diſtincti termini, quos pertranſire non licet, & plebanorum tam infinitus pene numerus abſque aliqua confuſione diſpoſitus? Haud dubie omnia ab vno diſpoſita & ordinata ſunt à parocho ſupremo, [g] à quo Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Curati immediatè moti & promoti ordine mirabili ad ipſum ſuum reuertũtur principium, & frontẽ. Et extra hoc caput neq; motũ ſentiant, neq; admittent vllũ. Atq; illa diſponẽte diuina ſapiẽtia quę à fine vſque ad finẽ attingens, diſponẽs omnia ſuauiter factum eſt, quia iuxta hominis conditionem, qui velut vmbra mutatur, &

[a] 1. Corinth. 12. & ad Epheſ. 4. 89 diſt. c. 1. & de conſecratione diſt. 2. cap. 2. & de hæretic. cap. cum ex coniuncti. Dionyſi. c. 3. & 9. cap. de cæl. Hierarch. & de Eccleſ. Hierarch, li. 1. c. 4. & li. 3. de diuin. nom. D. Thomas. 4. contragẽtes Alb. de quatuor Cœuis. Dionyſius. Richel. de authori. Papæ art. 5. & art. 8.

[b] Math. 16. 11. diſt. ca. 2. 11. q. 2. c. relatum. d. 50. c conſideran dum. c. trãſlatum de cõſtit.

[d] Ioan. 20.

[e] Math. vlt. & Marc. vlt. de conſecr. diſt. 4. c. prio priè.

[f] Pſal. 44.

[g] 28. diſt. ca. quorum. vi

[h] Sap. 8.

in eodem ſtatu non permanet variatio in iſtis frequens futura erat, quæ ſi primo ab ipſo Deo immutabili eſſent diſpoſita, immutabilia remanerent, neque vicaria poteſtas ad id ſe extendere valeret. His inſinuatis potius quam oſtenſis, quia hic non eſt locus proprius ad quæſtionem reuertamur: pro cuius clara explicationem aliqua dicta proponam.

Primum dictum eſt, Plebanus qui vni ſolum parochiæ ex poteſtate Summi Pontificis aut Epiſcopi, aut eius vicem habentis præſidet verus preſbyter parochialis dicendus eſt. Hæc concluſio ita eſt manifeſta, vt probatione non indigeat. Sunt enim innumera jura id pro bantia. Et in Clemētina[a] talis presbyter parochialis dicitur, ſine cuius licentia ſacramentorum admini ſtratio prædictorum religioſis interdicta eſt prout tenent omnes ſuper dictam Clemen tinam ſcribentes.

a d. Cle. religioſi.

Secundum dictum: Epiſcopus & Archiepiſcopus, ſimiliter presbyter parochianus propriè & immediate & cuiuslibet parochiæ, & totius diæceſis veri ſunt. Hæc concluſio etiam eſt manifeſta. Nam ratio, quare plebanus parochus immediate dicitur vnius populi, & vnius eccleſiæ, ea eſt: quia immediatè eſt conſtitutus paſtor & rector ad oues paſcendas, & ad adminiſtranda ſacramenta: ſed primo & principaliter Epiſcopus in omni ſua diæceſi immediatè eſt conſtitutus paſtor, & cuiuslibet eccleſiæ particularis: ergo ipſe immediatus dicitur totius diœceſis parochus presbyter. Quod confirmatur. Non enim eſt alienum à iure, vt ex ſacris canonibus[b] ſatis patet, totā diœceſim parochiam vocare. Qua propter, ſi aliquis religioſus ſacramenta ſupra poſita in Clementina poſita miniſtraret de licentia Epiſcopi non tranſgreſſor prædicti canonis cē ſen dus eſt, prout tenent Gloſſa c & communiter ſcribentes. Non enim eſt abſurdū quod cura eiuſdem parochiæ competat plu ribus in ſolidum, prout notant Innocētius d & Hoſtienſis. Et non ſolum ſufficit licentia Epiſcopi, ad hoc, quod religioſus non incurrat, ſed etiam licentia eius vicarij ſpiritualis, vel delegati, ſeu pœnitētiarij prout tenent communiter ſcribentes.

b c.i. derap. ſuper ea de paroch. ea. ad hæc de offic. Archidiaco.

c Gloſ. vbi ſcribentes in d. Clem.

d Innocen. in c. cū nō ignores de præb. Hoſtienſ. in. ca. omnes de pœnitent.

Tertio dico quod Summus pontifex Petri erus ſucceſſor & legitimus Chriſti vicarius in terris totius eccleſiæ, & omnium prouinciarum & cuiuslibet parochiæ in particulari dicitur eſſe immediatus primus, & verus presbyter parochialis. Hæc concluſio ex prænotatis apparet: quia à iure Diuino immediatè à Chriſto Domino omnium cura commiſſa eſt ipſo dicente, Paſce oues meas. Si ergo commiſsio Epiſcopi facit plebanum immediatum paroc hum parochiæ, in qua inſtituitur, & Epiſcopus eſt immediatus presbyter, & paſtor totius ſuæ diœceſis, quia à Papa conſtituitur & confirmatur: à fortiori ipſe Summus Pontifex immediatè à Chriſto inſtitutus ſuper omnem eccleſiam erit dicendus verus & proprius & immediatus presbyter parochus. Sic tenent Innocentius. e & Hoſtienſis: dicentes, quod Papa, Epiſcopus, vel eius vicarius legatus & eius pænitentiarius dicuntur immediatè proprij ſacerdotes, de quo latè Theologus Heruæus in ſuo tractatu de poteſtate Papæ & Medina f in ſuo Codice de pænitētia. Vnde doctiſsimus Soto g reſoluit cuius libet iſtorum licentiam ſufficere ſeorſum ad hoc, vt religioſi in canonem non incidāt ſacramenta ſupra dicta miniſtrando. Videamus igitur, an Summus pontifex dederit licentiam religioſis, vt ea ſacramenta poſsint miniſtrare, de quo in articulis duobus ſequentibus nobis erit ſermo.

e Innocen. & Hoſt. vbi ſupra.

f Medin. de pœn. tract. 2. fol. 81.

g Sot. in. 4. diſt. 18. q. 4. art. 3.

## ARTICVLVS. II.

### *Vtrùm authoritate Apoſtolica poſsit fieri, vt religioſi modo Euchariſtiam fidelibus miniſtrare poſsint.*

REſpōdeo dicendo, q̄ hæc quæſtio proponitur propter quædā verba poſita à Clemente V. Clemētina ſuperius allegata *Ibi. Nulla religioſis eiſdem exēptione aut priuilegio eis ſuffragā te.* Per quæ verba videtur prohibita: adminiſtratio huius ſacramenti religioſis, non o bſtante quocunque priuilegio.

Pro reſolutione eſt primo notandum quod exemptio, vel priuilegium, vel eſt quoad omnia, vel quoad aliqua. Verbi gratia religioſus dicitur exemptus ab Epiſcopo, non tamen eſt exemptus à ſuo prælato.

Et

Etsi habet priuilegium ad confessiones audiendas & non ad baptizandum, dicitur habere priuilegium quo ad aliqua, & non quoad omnia.

Secundo notandum est quod, exemptio, vel priuilegium alicuius potest esse, vel ad hoc quod possit quis aliquid agere contra ius cõmune, & impunè sine hoc quod in pœnam incurrat, vel potest esse non ad hoc, vt possit agere, sed ad hoc quod in pœnam non incidat. Verbi gratia, potest esse quod religiosi habeant priuilegium, & exemptionem ad hoc quod in nullo casu etiam contra ius facientes incurrant in excommunicationem, vel suspensionem, aut aliam iuris pœnam, & quod nullo modo possint excommunicari ab aliquo. Et potest esse exemptio & priuilegium, vt actum ipsum cui pœna apposita est possint exercere. Vt in casu prædictæ Clementinę potest esse quod sit priuilegium, quod possit religiosus prædicta sacramenta administrare, & quod non incurrat excommunicationem.

Tertio est notandum, quod exemptio, aut priuilegium potest intelligi, vel de illo, quod datum & concessum erat ante constitutionẽ supra dictam Clementis quinti, vel de priuilegio, aut exemptione postea concessa, aut concedenda. Quod multum refert ad debitam intelligentiã Clementinæ.

His suppositis dico primo: Summus Pontifex, saluo ordine Hierarchico, potest exẽptionem concedere & priuilegium aliquibus, quod possint administrare sacramenta Eucharistiæ & extremę vnctionis, matrimoniaque solẽnizare, sine licentia Curati & quod in pœnam prædictæ Clementinæ non incidant sic administrantes. Hæc conclusio ex dictis in prȩcedenti articulo manet apertissimę probata. Quia cum ipse sit supremus in ecclesia potest pro libito sic facere, & manẽte subjectione & ordine ad ipsum tãquã ad caput saluus remanet Hierarchiæ ordo.

Dico secundo, quod etiam si per prædecessores Clementis quinti talis exemptio & priuilegium fuerit datum per eundem Clementem quintum per constitutionem supra dictam reuocari potuit & totaliter tolli. Hoc dictum etiam est manifestum quia par in parem potestatem non habet, nec aliquis prædecessor potuit ligare manus successorum, quin in humanis constitutionibus, quæ ex mera pendẽt voluntate Põtificis nõ possit fieri variatio. Cum enim successor tantæ sit potestatis, sicut prędecessor, vt potuit, instituì per prædecessorem sic per successorem potuit destrui. Vnde facta tali reuocatione per Clementẽ quintũ vt nullo priuilegio vel exemptione obstante nulli religiosi sub pœna excommunicationis ipso facto prædicta sacramenta administrent, poterit per successores Clementis priuilegium, & exemptio dari, vt religiosi ea ministrantes non incidant in excommunicationem. Probatur ex dictis. Nam sicut potuit Clemens quintus tollere exemptionem & priuilegium datum à prædecessoribus, potuerunt etiam Clementis successores, quæ instituta sunt ab eodem Clemente reuocare: quia æqualis potestas in omnibus intelligitur, & omnes in iure pontificio succedunt cum plenitudine potestatis, iuxta ea, quæ ex iure [a] colliguntur.

Dico tertio, quod dato priuilegio & concessa exemptione per aliquem Pontificem post Clementem quintum poterunt religiosi per priuilegium ministrare sacramenta prædicta sine licentia curati sine timore alicuius censuræ. Probatur. Quia si nõ possent maxime, quia ibi ponitur quod nullo priuilegio aut exẽptione quoad hoc se possent defendere: sed hoc non obstat: quia per illa verba non potuit Clemens quintus ligare manus successorum. Potuerunt ergo non obstantibus illis verbis successores Sixtus quartus, Nicolaus quartus & Leo X. dare priuilegium sicut defacto dederunt priuilegium, vt in terris illorum, qui de nuò ad Christũ conuertuntur, possint prędicta sacramenta libere ministrare: & defacto etiam concesserunt pro omnibus fidelibus, vt possint fratres illis sacramentum Eucharistię ministrare: dequo infra erit nobis dicendum.

Dico quarto, quod per Clementinã prædictam nulla reuocatio priuilegiorum, aut exemptionis circa hoc datę ante ipsum Clementem facta est, sed habentes priuilegium ante Clementem quintum ad ministranda sacramenta poterunt ea liberè administrare, sine eo quod incidant post huiusmodi constitutionẽ in excõmunicationem. Hæc conclusio proponitur ad declarationẽ literę Clemẽtinæ prędictæ. Probatur modo quod non facta fuerit priuilegiorum reuocatio

[a] c. proposuit. de cõc. prębend.

circa hoc per talem Clementinam. Imo contrarium patet ibi, prętер quam in casibus à iure expressis, vel per priuilegia sedis apostolicæ cōcessa eisdem. Probatur deinde ex §. finali dictæ Clemētinæ. Vbi ait Clemens V. *Sane religiosis illis, quibus est ab Apostolica Sede concessum, vt familiaribus suis domesticis, aut pauperibus in hospitalibus suis degentibus sacramenta possint Ecclesiastica ministrare, nullum ex præmissis volumus quoad hoc præiudici ū generari.* Hæc ibi. Sequitur ergo, quod Clemens quintus per suam constitutionem priuilegia si quæ erāt prædecessorum non reuocauit, sed confirmauit. Sicut ergo priuilegium vt domesticis possint sacramēta ministrare perdictā Clemētinā nō est reuocatū, sed confirmatū eadem ratione, si religiosi haberent priuilegium ministrandi generaliter omnibus ista sacramenta non fuit ablatum per Clementem. Saltem ex verbis constitutionis hoc constare non potest. Qua propter, si modo Clemens octauus, qui nunc præest ecclesię Dei, verbis Clementinæ ad literam prohiberet religiosis sacramenta prædicta ministrare, vel modo confirmaret prędictam Clementinam expressè, non obid diceretur abstulisse, aut reuocasse priuilegia Sixti quarti, & Nicolai quinti, & Leonis decimi, quæ habēt religiosi, qui in terris nouiter conuersorum habitant, ad ministranda prædicta sacramenta. Et quod hæc sit intelligentia Clementinæ declarat in lectione eiusdem Ioannes de Imola, quando dicit, constitutionē non habere locum, vbi ex consuetudine vel priuilegio sacramenta prædicta ministrantur.

a Imol. n. 15

Sed his obstare maxime videtur verba eiusdem Clementinæ ibi, *Nullo religiosis eisdem super hoc exemptionis, vel alio priuilegio suffragante.* Exquibus verbis videtur colligi Clementem quintum reuocasse omnia priuilegia in contrarium. Sed reuera non reuocat, vt patet ex superioribus. Et Glossa b in dicta Clementina supra dictam sentiens difficultatem eam in hunc modum nobis solutam reliquit, dicens, *Quin, scilicet, pœnam incurrant & denuntientur, vt dictum est priuilegia enim super his concessa tollere non intendit,* Hæc glossa. Et vt clarius pateat hic sensus, considerāda sunt verba posita in margine ad dictā Clementinam super illa verba Clementinę ibi. Excōmunicatos faciant publicè nunciari. Colligit enim ex his glossa marginalis. *Ergo ad instantiam promotoris vel parochi citari possunt coram officiario diœcesani, visuri has pœnas & censuras incurrisse.* Hæc dicta glossa. Ex qua colligo, quod nullum priuilegium, aut exemptio ipsis religiosi suffragari potest, quominus ad instātiam promotoris vel parochi citari possint coram officiario diœcesani, visuri has pœnas & censuras incurrisse, si prædicta sacramenta sine aliquo priuilegio, aut legitima consuetudine id permittente administrauerunt. Si enim ea facultate Apostolica permittente administrauerunt in nullas pœnas incurrisse dicendum est, vt patet ex alijs verbis eiusdem Clementinæ superius relatis. Et hic intellectus est necessariò admittendus alioquin diceremus Clementem quintum sibi statim contrariari.

b Glos. ver. suffragante.

## ARTICVLVS. III.

*Vtrùm sit aliquod priuilegium Apostolicum modo concedens religiosis, vt possint fidelibus sacramentum Eucharistiæ ministrare, etiam in die paschatis.*

REspondeo dicendo, quod Nicolaus quintus, prout habetur in libro, Monu-

numenta [a] ordinum & in supplemento. *Concesſit generalibus & prouincialibus miniſtris & omnibus confeſſoribus ordinis Minorum deputatis ad audiendas confeſsiones ſecularium vt poſſint omnibus quarũcunq; diœceſum, quorum confeſsiones audierint ſacratiſsimi corporis Dominici communionem dare omni tempore, præter quam in die reſurrectionis Dominicæ.* Et ſimilem [b] ad literam conceſsionem fecit Sixtus quartus, prout in eodem libro continetur. Verum tamem Leo decimus quodam viuæ vocis oraculo authentico, de quo in ordinis ſupplemento, [c] conceſsit de nouo id quod Nicolaus quintus & Sixtus quartus conceſſerant. Et in ſuper declarauit, *Quod licet audire confeſsiones ſecularium non poſſint, niſi in ſupra dictis breuibus nominati, miniſtrare tamen ſacramentum Euchariſtiæ tempore conceſſo poſsit quilibet ſacerdos religionis. Et in eo quod dicitur vbi ſupra de die reſurrectionis declarauit, quod poſsint miniſtrare ſacramentum Euchariſtiæ in die, quo celebratur feſtum reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti dũtaxat ſine rectoris parochialis aut diœceſani licentia.* At Iulius ſecundus, prout refertur in ſupplemento. *Conceſsit fratribus ordinis Minorum, vt in Eccleſijs ſuis quoties opus fuerit poſsint miniſtrare & miniſtrari facere ſacramentum Euchariſtiæ curialibus, mercatoribus, peregrinis, & tranſeuntibus, ac alijs quibuscunque perſonis.*

[a] In. 1. impreſ. fo. 30. & in. 2. fo. 144. conceſ. 249. & . in ſuppl. fo. 58. conceſ. 159.

[b] in mon. in 1. impreſ. fo. 30. & in. 2. f. 114. conce. 250. & in ſuppl. fo. 58. conceſ. 159.

[c] Supp. fo. 58. cõc. 160.

Circa quę priuilegia quęruntur tria. Primũ eſt. Quid per illam exceptionem in die paſchatis intillegatur. Secundum eſt, vtrum ſit aliquod priuilegium, quod concedat nobis Minoribus communicare fideles omnes etiam in die Paſchatis. Tertium eſt, an clerici in noſtris eccleſijs miſſam celebrantes poſsint fideles communicare.

Quantum ad primum reſpondeo dicẽdo vltra ſupra dicta, quod præter poteſtatem ordinis requitur etiam poteſtas iuriſdictionis ad hoc ſacramentum miniſtrandum. Et ideo non eſt liberũ cuilibet ſacerdoti hoc ſacramentum miniſtrare, ſed ſolum habenti reſpectu eius cui illud miniſtrat iuriſdictionẽ & facultatem ab eo, qui talẽ iuriſdictionẽ habet, Et ſic in Concilio [d] Chartaginenſi ſic legitur, *Statuat, grauitas veſtra vt vnus quiſque clericus, vel laicus non cõmunicet in aliena plebe ſine literis Epiſcopi ſui, & omnes Epiſcopi reſpõderunt in hoc, & clericis & laicis conuenientiſſimè prouideri,* Et idem decernitur in Concilio [e] Mileuitano. Vnde peccatũ eſt mortale miniſtrare hoc ſacramentum ſine debita iuriſdictione, aut facultate, vt omnes docent. Quod tamen intelligendum eſt ex genere ſuo: quia ſi intercedat bona fides, & interpretatio, ſeu præſumpta voluntas paſtoris ex probabili cauſa excuſari poterit peccatum, vel omne, vel ſaltem mortale. In quo eſt notanda differentia inter hoc ſacramentum & pœnitentiam. Nam in confeſsione neceſſe eſt, vt antecedat iuriſdictio, quia ab illa depẽdet ſubſtantia actus, & ideo non ſufficit ad illam ratihabitio de futuro, nec præſumptio conſenſus poſtea pręſtandi, ſed requiritur præcedens voluntas dãdi iuriſdictionẽ. In hoc vero ſacramento nõ requiritur iuriſdictio ad ſubſtantiã actus, ſed ad debitum ordinem, & modum. Et ideo

[d] Con. Carthag. 1. c. 7.

[e] Conc. Mileu. c. 8.

sufficere poterit probabilis spes & præsumptio voluntatis pastoris, qui approbaturus creditur quod gestum fuerit. Et ita tenet Nauarrus [a] in suo confessorum manuali. Ex his colligitur, quare Nicolaus quintus & Sixtus quartus tantum confessoribus ad audiendas confessiones secularium in ordine Minorum indulserunt, vt hoc sacramentū possent ipsis secularibus ministrare, præter quam in die paschatis. Intellexerunt enim requiri iurisdictionem ad debitum ordinem & modum ad hoc sacrosanctum sacramentum fidelibus ministrandum. At postea Leo decimus & Iulius secundus de religiosorū capacitate maximè cōfisi hoc sacerdotibus omnibus ordinis Minorū, & Minimorum commisit intelligētes debitum ordinem & modum, quę per iurisdictionem supplentur grauitate, modestia, zelo iuncta charitate, prudentia & scientia, quæ in religione comparātur subleuari. Leo tamen decimus, vt oues cognoscant vultum pastoris, voluit vt hoc sacramētū in die Paschatis à nullo fidelibus ministretur, nisi à curatis habentibus iurisdictionem, aut à sacerdotibus ab eisdem curatis & parochis licentiam expressam, vel præsumptā habentibus.

a Nauar. c. 21. n. 52.

Quid autem per diem Paschatis intelligant in hoc casu Summi Pontifices, nō facile est explicatu. Multi enim intelligunt de primo die resurrectionis, vt in eo nō possit communicatio fieri extra propriam parochiam sine licentia parochi, siue fiat ex deuotione: siue ad implendum præceptum. Huius sentētiæ est doctissimus Nauarrus [b] quem multi recētiores secuti sunt. Qui solum fundātur in rigore & proprietate illius verbi. Verbi gratia, *Præter quam in die paschatis.* Seu in die resurrectionis. Quod si dicas obijciendo, sequi, eum qui feria quinta in cœna Domini in parochia communicauit ad implendum præceptum, si velit in die paschatis communicare, debere necessariò in parochia iterum communicare, & non alibi, nisi ex parochi facultate sub pœna excommunicationis maioris Papæ in superius allegata Clementina reseruatæ. Ad hoc respondent, concedendo sequelam, quia ille dies est simpliciter exceptus, fortassis, quia voluerunt pontifices eum diem reseruare, vt in eo omnes fideles ad suam parochiam conuenirent, & obedientiam pastoribus debitam profiterentur.

b Naua. ca. 21. n. 52.

Quod si rursus obijcias, è cōtrario sequi ex tra primum diē Paschatis posse fideles communicare in Ecclesijs Mendicantium, etiam ad implendum præceptum, licet non habeant animum communicandi in parochia in die Paschatis. Quod planè videtur absurdum, & contra intentionem Pontificum facientium illam exceptionem, quæ facta est in fauorem parochorum. Hoc enim modo intellecta omnino eorum iurisdictioni & obedientiæ derogaret: nullus enim fidelis cogeretur vnquā ex vi præcepti in sua parochia communicare, sed solum illi qui præceptum communionis annuæ in primo die paschatis implere vellent. Et hoc etiā est contra cōsuetudinem Ecclesiæ quæ leges & præcepta optimè interpretatur.

Ad hanc obiectionem nihil respondent Nauarrus, nec alij qui vt opinor, sequelam non auderent concedere. Quare opinatur Xuarez, [c] mentem pontificum fuisse excipere communionem Paschalem non materialiter (vt ita dexerim) sed formaliter seu prout præcepta est lege, quæ præcipit semel in paschate communicare. Nam capitulum, omnis vtriusq; sextus, in initio solum præcipit semel communicare in paschate, quanuis postea ab Eugenio quarto declaratum sit, illud pascha cōprehendere omnes octo vel quindecim dies à Dominica Palmarum vsque ad Dominicam in Albis inclusiuè. Et sic omnis communicatio qua impletur illud præceptum intra dictos dies dicitur paschalis, seu in paschate facta: exceptio autem quæ apponitur in dictis Priuilegijs sine dubio respicit hoc præceptū vt in sua vi maneat, & eodem modo impletur, quod in eo statutum est, vt scilicet nemo possit tunc ad effectum implendi dictum præceptum communicare, nisi in propria parochia, aut de licentia sui parochi etiam in ecclesijs Mendicantium. Excipitur ergo ibi, vt existimo, sola communio, qua impletur hoc præceptum in paschate, siue fiat prima die, siue in quolibet alio sufficiēter intra dictos quindecim dies. Et è cōtrario, si præceptum iam impletum est in parochia ante illum primum diem, vel postea implendum est, non censeo esse perse exceptum primum diem paschatis, quominus possint religiosi vti suis priuilegijs, & ministrare hoc sacramentum.

c Xuarez. 3. p. disp. 82. se. 2. versu. sentio igitur veriorē opinionē.

Nec obstat, quod in dictis priuilegis dicatur. *Præterquam in festo Paschę Resurre-*

*surrectionis Dominicę, seu prę terquam in die Resurrectionis Domini dũtaxat.*

Quia non est attendendus materialis sonus verborum, sed sensus & intentio Pontificis, qui, vt dixi, communicationem qua impletur præceptum vocat communionẽ in die Paschatis, seu, quod idem est, in die resurrectionis Dominicæ. Nec hæc interpretatio est violenta, sed satis obuia & clara, ac literis apostolicis accõmoda suppositio modo loquendi capituli, omnis vtriusque sexus, & intelligentia totius Ecclesiæ. Quam explicationem admittunt [a] constitutiones Societatis Iesu. Et in hanc partem ex parte videtur inclinare Henriquez, [b] dicens, quod aduenis, qui non habent proprium parochum, licebit etiam ipso die Paschatis pro impletione præcepti dare communionem, vt tenet Soto [c], quia cessat tota ratio prohibitionis, vt in simili tradit [d] Nauarrus. Quæ ratio probat de alijs, qui iam in parochia satisfecerunt præcepto. Hæc Henriquez.

a par. 7. c. 3.

b Henriq. 2 to. lib. 8. de Euch. c. 55. n. 1. lit. G.

c Soto. in. 4. d. 18. q. 4. ar. 2.

d Nauar. c. 16. n. 36.

Ex his inferuntur aliqua. Primum est intelligẽtia ad similem clausulam Bullæ Cruciatæ, qua conceditur facultas accipiendi Eucharistiam, tempore interdicti in alijs Ecclesijs, vel priuatis oratorijs, præterquam in die paschatis. Hæc enim vltima verba debent intelligi hoc modo, præterquam in ea communione, qua impletur præceptum cõmunionis in die paschatis: Quia nisi sic exponamus sequitur illud absurdũ quod possint implere hoc præceptum in priuato oratorio, & postea in die illo paschæ, nec ibi neque in parochia communicare.

Ex his secundo infertur, quod vbi est consuetudo legitima, & præscripta satisfacendi huic præcepto communicando quolibet die quadragesimæ, qualis est in Conimbrica, & in multis alijs locis, cũ fideles possint se conformare dictæ consuetudini, pro vt resoluit Nauarrus [e], & communicare ad effectum adimplendi præceptum communionis paschalis in prima die Cinerum, non poterunt dicti fideles communicare etiam in die Cineris, nisi in proprijs parochijs, aut de licentia suorum parochorum. Vtrum autẽ in articulo mortis possint fideles communicari ab alijs præter suum proprium parochum infra dicetur.

e Naua. c. 21 n. 45.

f Infra. ar. 4.

Quantum ad secundum quod promisimus disputandum, Vtrum, scilicet, sit aliquod priuilegium, quo concedatur fratribus Mendicantibus communicare fideles etiam in communione paschali, sine timore excommunicationis maioris in capitulo religiosi de priuilegijs propositæ,

Respõdeo dicendo, quod Nicolaus quintus anno Domini millesimo quadringẽtesimo quinquagesimo octauo, Pontificatus sui anno quarto, quarto Calendas Octobris, *Concessit, quod deputati, vel pro tempore deputandi confessores in monasterio Beatæ Mariæ de Guadalupe sacramentum Eucharistiæ, quibuscunque personis ad prædictum monasterim confluẽtibus etiãin die paschatis ministrare libere & licitè possint diœcesanorũ, aut cuiuslibet alterius licentia minime requisita.* Ita habetur, in compendio ordinis D. Hieronymi, in quo etiam refertur. *Quod Antonius Cardinalis ac pœnitentiarius Pauli III. anno primo sui Pontificatus, decimo tertio calẽdas Februarij de eiusdẽ põtificis speciali mandato viuæ vocis oraculo super hoc ei facto indulsit & cõcessit, ꝙ omnes fratres presbyteri monasterij prædicti B. Mariæ de Guadalupe tã intra, quã extra in illi⁹ capellis, oratorijs, grangeis, & locis alijs eiusdem monasterij (nõ contradicente priore, aut in eius absentia aut sede, vacãte vicario) possint ministrare sacramentum Eucharistiæ, etiã in die paschatis, subditis eiusdẽ monasterij, vel ab eo dependentibus, & alijs illuc confluentibus vtriusq; sexus diœcesanorum locorũ, Curatorũ, aut Rectorũ, ad hoc licentia minime requisita, & sic præcepto Ecclesiæ satisfaciant non obstantibus contrarijs quibuscunque.* Hæc Antonius Cardinalis.

g Compen. D. Hiero. §. 2. & §. 6.

Circa quas concessiones est notandum, quod, licet concessę fuerint specialiter factæ monasterio Beatæ Mariæ de Guadalupe, fortasis propter maximam deuotionem,

quam fideles habent ad illius celebratissimam Ecclesiam visitando Dominæ nostræ imaginem ibi in altari maiori collocatam. Per concessionem tamen Pij Quarti, per Pium Quintum expeditam, hæ, & similes concessiones factę particularibus monasterijs dicti ordinis factæ sunt communes totius ordinis monasterijs, etiam si in his non militent causę, propter quas fuerunt indultæ, prout dictum est supra [a], cum egimus de communicatione priuilegiorū. Quo supposito, cum hoc priuilegium sit iam commune omnibus monasterijs dicti ordinis, sequitur euidenter, quod etiam possunt eo frui monasteria ordinū Mēdicantiū, & aliorum, qui suorū indultorum & gratiarū plenissimā habent communicationē, & sic sine timore alicuius peccati & excōmunicationis possunt fratres Medicātes, & alij in priuilegijs cōmunicantes ministrare sacramentum Eucharistiæ omnibus fidelibus in die Paschatis. Dixi: *In suis Ecclesijs*. Nam in alienis Ecclesijs id non poterunt efficere in communione Paschali. In alijs autem cōmunionibus non obligatorijs potestatem habent, ad in quacumque Ecclesia fideles cōmunicandum ex concessionibus Nicolai Quinti & Sixti Quarti, & declaratione & extensione Leonis decimi, de quibus in initio huius articuli fecimus mentionem. Et sic Iulius secundus in priuilegio concesso presbyteris ordinis Minimorum superius in hoc articulo allegato, indulgens ipsis generaliter, vt sacramētum Eucharistiæ possint omnibus ministrare, non excipiendo communionem diei paschatis, hanc concessionem solum voluit vt suum effectum in ecclesijs ipsorum fratrum sortiretur. Alibi enim id ipsis per dictam facultatem minime indulgetur. Per facultatē autem Leonis decimi extra communionem paschalē, id sibi indirecte per viam excommunicationis generaliter conceditur in omnibus cōmunionibus voluntarijs, vt scilicet, in quacunque ecclesia possint fideles communicare.

Nec prædictis obstat, quod in multis religionibus adhinc multis annis seruatur constitutio & priuilegium Leonis decimi, & aliorum summorum Pontificum, vt scilicet, non administretur fidelibus in ecclesijs ipsarum religionum communio paschalis. Et sic per non vsum concessio Iulij secundi & aliorum Pontificum videtur sublata, & per consequens non possunt vti dictę religiones indulto eis permittente, vt communionem paschalem libere & licite possint fidelibus ministrare. Præsertim cum priuilegia regularium, à summis Pontificibus confirmentur, quatenus sunt in vsu. Nam huic argumento & obiectioni primo respondetur, quod confirmando tantum priuilegia, quæ sunt in vsu, non proinde visi sunt reuocare ea, quæ non sunt in vsu, quia priuilegia sunt stricti iuris, & in illis argumentum à contrario sensu locum minime habet, licet in iure cōmuni valeat: & sic ea non confirmando relinquūtur in robore, quē habent. Videamus igitur, Vtrum hoc priuilegium licèt non sit in vsu habeat modo aliquam vim? Ad hoc respondeo, quod sic. Nam, vt [b] supra latè probauimus, priuilegia Minorum, & per consequens aliorum mendicantium fuerunt confirmara à Pio Quarto, & ab alijs Summis Pontificibus cum clausula ex certa scientia & de plenitudine potestatis, quæ clausula, vt ibi latè explicauimus, confirmat etiam priuilegia, quæ sunt per non vsum abrogata. Et ibi etiam adijcimus Sixti Quinti confirmationem priuilegiorum ordinis nostri sacri Minorum regularis obseruantiæ, in qua ex certa scientia, & de plenitudine potestatis cōfirmauit dicta priuilegia subticens illud verbum, quatenus sunt in vsu. Et hoc confirmatur: Nam ipse Summus Pontifex non solum confirmauit dicta priuilegia, sed etiam de nouo concessit: & per consequens de nouo concessit ipsis Minoribus per viam communicationis priuilegium Nicolai Quinti, & Antonij Cardinalis concessum monasterijs ordinis Diui Hieronymi: & priuilegium Iulij secundi concessum fratribus Minimis. Quæ cum sunt tam recenter concessa non potest contra ea allegari non vsus, qui legitimam inducat præscriptionem. Præsertim cū non vsus minime preiudicet ignorantibus: & talis nō vsus in dictis religionibus ex ignorātia priuilegiorum fuerit introductus.

Quantum ad tertium, quod promisimus discutiendum, respondeo dicendo, quod presbyteri seculares in ecclesijs Mendicantium celebrantes, possunt de licentia fratrum sacramentum Eucharistiæ vtriusq; sexus fidelibus ministrare etiam in communione paschali. Quod concedit clare Iulius secundus, in indulto fratribus minimis facto; cuius tenorem in principio huius

[a] Supra. q. præcedenti art. 9.

[b] Supra. q. 8

huius articuli proposuimus. Et sic tenent [a] Medina in sua confessorum instructione, & Henriquez de licentia sacristæ posse quemlibet sacerdotem secularem in ecclesijs Mendicantium celebrantem Eucharistiam fidelibus ministrare: quam opinionem nixus huic priuilegio ibi tenui. Adeo hoc est verum, vt celebrando tempore interdicti id ipsum efficere possit, si seculares habeāt facultatem recipiendi hoc sacramentum tali tempore vt adnotauit Corduba.

[a] Medina in sua instruct. lib. 1. c. 11. §. 3. in fin. Henriquez. 2. to. de eucharistia lib. 7. c. 55. n. 1. lit. cc Cordub. in addit. ad cō. pend. tit. cō municatio priuil.

## ARTICVLVS IIII.

### Vtrùm in articulo mortis liceat religiosis ministrare sacramẽtũ Eucharistiæ sine culpa, & sine pœna excõmunicationis

RESpondeo dicendo, videri quod sic, nam Leo decimus tantum excipit communionem in die Paschatis; & casus exceptus firmat regulam in contrarium. Et cõfirmatur: Nam Nicolaus Quintus & Antonius Cardinalis ex mente Pauli tertij, & Iulius secundus in superiori articulo allegati concesserunt, vt etiam in die pascatis ipsum possint fidelibus ministrare. Vnde cũ in cõmunione paschali obligatoria de præcepto hoc sit illis à sede Apostolica indultum, videtur etiam ad communionem in articulo mortis obligatoriam etiam de præcepto esse extendendum: cum videamus leges pœnales, quæ strictè debent interpretari, ad casus similes nõ per modum extensionis, sed per modum inclusionis sæpè sæpius extendi. Sicut patet in iure propter quatuordecim causas permittente filios à parentibus posse exhæredari: quod ad alios similes casus ampliari certum est apud iuris peritos. Et ita ego non condemnarem ad pœnam excommunicationis religiosos, qui in articulo mortis fidelibus hoc sacramentum ministrarent. Præsertim cum in eo articulo non fiat transgressio dictæ clementinæ *religiosi* ex præsumptione, sed ex ignorantia, putãdo sibi id pro tunc licere, vel ex ratihabitione rationabiliter præsumpta. Quo casu secundum Caietanum, & communem talis excommunicatio minimè incurritur.

Sed stando in opinione eorum, qui dicunt in die paschatis minimè posse religiosos hoc sacramentũ ministrare iuxta determinationem Leonis Decimi, & vsum aliquarum religionum quæstio proposita maiorem habet rationem dubitandi. Sicut enim ecclesia voluit reseruare parochis communionem paschalem, quia ipsa est impletiua cuiusdam præcepti ecclesiastici: ita theologizant viri doctissimi, eãdem met ecclesiam velle reseruare parochis omnem cõmunionem, qua adimpletur præceptum diuinum de communicando: quod præceptum secundum [b] viros doctos in articulo mortis adimpletur, nec de hac re vllum priuilegium concedere; sed tantum de communione, quę à fidelibus voluntariè fit. Et sic intelligunt, quod priuilegium Leonis Decimi & alia similia sunt explicanda de ordinarijs cõmunionibus, quæ extra mortis articulum fiũt, in quibus non recipitur Eucharistia per modum viatici. Quæ communicatio per modum viatici si à Leone decimo non fuit excepta est, quia ipso iure & communi sensu intelligitur excepta. Et hunc ait [c] Xuarez esse communem omnium sensum, allegans Paulum tertium anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono in priuilegio Societatis Iesu concesso, sicut excipitur communio Paschalis, etiam excepisse communionem viatici in articulo mortis. Quod referunt ita indultum, compendium priuilegiorum [d] Societatis, & compendiũ Cistertij.

[b] Soto in. 4 dist. 12. q. 1. ar. 11. §. secũdo dicimus Con. Trid. sess. 13. c. 6.

[c] Xuarez vbi sup. ses. 2. dubio vltim.

[d] Compen. societ. §. 2. & compẽ. Cistertij. §. vnic.

Quod si inquiras, cur hoc potius facit ecclesia in præcepto communionis, quam confessionis, præceptum enim confessionis, siue sit diuinum in articulo mortis, siue sit ecclesiasticum annuæ confessionis, satis impletur per confessionem factam religiosis per sua priuilegia: imo in articulo mortis etiam præsente parocho quilibet sacerdos simplex est sacramenti pœnitentiæ verus minister, vt nunc nouissimè defendunt viri doctissimi: Huic obiectioni facili negotio respondeo, quod sacramentum cõfessionis magis est necessarium, & quandã habet difficultatem ex parte ministri, propter quod oportuit priuilegia maiora, & generaliora circa illud concedere: prout docte notauit [e] Palatius.

[e] Palat in. 4 d. 27. disp. 6. concl. 2.

AR-

## ARTICVLVS V.

### *Vtrùm deficiente parocho, & necessitate vrgente possint religiosi communicare infirmos.*

REspondeo dicendo, aliquos negare, etiam si necessitas sit extrema & articulus mortis instet, posse religiosos & alios sacerdotes sine parochi licentia hoc sacramentum administrare. Ita sentit [a] Nauarrus, citans Cardinalem & Syluestrũ. Et fundari possunt, quia Eucharistia non est sacramentum simpliciter necessarium ad salutem. Sed quantum attinet ad periculum mortis, si parochus non adsit, & necessitas vrget non est dubium, quin possit simplex sacerdos licitè viaticum dare, siue sit religiosus, siue non: quia cum iure communi concedatur simplici sacerdoti absente parocho confiteri existentem in articulo mortis: censetur etiam concessa communio in eodẽ articulo, atgumẽto eorũ, quæ dicũtur [b] in iure, vel ex præsumpta rationabili voluntate parochi vel certa episcopi, vel summi Põtificis, si fortassis de parochi iniqua volũtate cõstet. Et ita Paulus tertius in priuilegio cõcesso Societati excipiendo festũ Resurrectionis, & mortis articulum addit: *Nisi necessitas vrgeret.* Denique hoc est valde consentaneum ipsi iuri naturali, quo tenemur & tenetur ecclesia proximis subuenire, præsertim in spiritualibus necessitatibus: Necessitas autem huius sacramenti quamuis non sit extrema, est tamen valde grauis. Et citans Hostiensem, & Archidiaconum hanc opinionem tenet [c] Angelus, & eã tenet nouissimè Hẽriquez.

a Nauar. ca. 21. n. 52.

b c. ea. te de pœ. & remiss.

c Angel. ex communicatio. 5. casu 12. n. 5. Henriq. tom. 2. lib. 8. de Eucharist. c. 55 n. 1. lit. H.

## ARTICVLVS VI.

### *Vtrùm communionem Paschalem possint religiosi ministrare peregrinantibus.*

REspondeo dicendo, quod [d] Eugenius Quartus anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo tertio, Pontificatus sui anno decimo tertio, sexto calendas Decembris fratribus Beatæ Mariæ de Guadalupe, *Concessit, & indulsit, quod quilibet eorũ in presbyteratus ordine etiã peregrinis excepto die Paschatis ministrarent.* Et licet idem Eugenius Quartus prout habetur in libro [e] monumẽta ordinum, & in supplemento, *Declarauerit, quod quando quis tempore Paschali se repererit in aliena diœcesi semper ibi intelligitur adeptus incolatum, vt ibi confiteri: & communicare valeat, quantumcunque ibi paruo tempore steterit.* Aduertit tamen collector priuilegiorũ [f] Mendicantium, quod quoad rectorem parochialem, vbi consistit hospitium, intelligitur hoc: nam sine licentia ipsius non poterit recurrere ad alium. Quod in religionibus vbi est consuetudo seruandi constitutionem Leonis Decimi excipientem cõmunionem paschalem intelligendum existimo. At in alijs religionibus, vbi talis consuetudo & vsus non ita inualuit, existimo presbyteros ipsarum religionum in suis ecclesijs posse hoc sacramentum peregrinis ministrare: siquidem per concessionem Iulij Secundi Minimis concessam, & per alias in superioribus allegatas, omnibus fidelibus indifferenter ipsum possunt ministrare. Et aduerte: quod religiosis exemptis possunt dicti sacerdotes communicare etiam in die paschatis sine licentia parochi, sine timore alicuius peccati, & censuræ. Clementina enim solum loquitur de fidelibus Episcopis & parochis subiectis: hi enim à religiosis in die paschatis cõmunionem recipere prohibentur: prout tenet Caietanus [g], quem sequitur Nauarrus & communis.

d Habet. in cõpend. D. Hieron. tit. Eucharistię sacramẽtum. 1.

e In. 1. impref. fol. 81. & in. 2 fol. 64. concel. 8 & in supplem. fo. 95. concel. 315.

f Collect. tit. cõmunicare. §. 2.

g Caiet. v. excommunicat. c. 64. Nauar. c. 27. n. 101.

AR-

## ARTICVLVS VII.

*Vtrum secularis sacerdos, cui datur facultas administrandi sacramentum in Ecclesijs mendicantium sit necessariũ, vt sit approbatus ab ordinario: vel necesse sit esse expositum ab Episcopo ad administranda sacramenta, iuxta formam Concilij Tridentini. Et idem quæritur de parocho, an possit in sua parochia delegare hanc facultatẽ cuilibet sacerdoti simplici.*

REspondeo dicendo, quod quidam non indocti, prout refert Xuarez [a] consulunt, quod talis administratio non potest committi nisi sacerdoti ab Episcopo exposito, iuxta formam Concilij. Et fortassis existimant id esse necessarium, quia sub cõfessione solet etiam communio comprehẽdi, quando expresse non excipitur. At ipse Xuarez arbitratur hanc sententiam proprie & in rigore sumptam non esse veram ex vi decreti Concilij Tridentini. Quod limitandum sentit ad solam sacramentalem confessionem, vt verba eius formaliter sonant. Primo, quia cum illa lex sit quodammodo odiosa, quatenus limitat & restringit iurisdictionem, non est extendenda vltra verborum proprietatem, & formalem decisionem: nec in his rebus argumentum à simili alicuius est momenti. Secundo quia considerando intẽtionẽ illius legis, est valde diuersa ratio de confessione, & Eucharistia. Nam ibi multo maior scientia & prudentia, & aliæ qualitates requiruntur in ministro, quam in hoc sacramento, vt per se constat: quia ille est iudex & medicus spiritualis: hic autem nihil aliud præstat, quã consecratum sacramentum ad vsum applicare, & ei distribuere, quem supponit à proprio pastore esse approbatum: cum ab illo habeat dandi facultatem. Ex quibus infertur, non esse correcta priuilegia Leonis Decimi, & Iulij Secundi superius allegata quatenus concedunt facultatem ministrandi cuilibet religioso presbytero. Nam Concilium Tridentinum licet non concedat iurisdictionem ad administrationem sacramenti pœnitentiæ, nisi sacerdoti ab Episcopo exposito; non tamen negat ipsam sacerdotibus simplicibus respectu sacramenti Eucharistiæ habentibus ad id licentiam à Sede Apostolica, aut à parocho. Nec etiam aufert à parocho licentiam, vt possit licentiare quemcunque sacerdotem secularem, non impeditum ad hoc munus peragendum.

[a] Xua. 3. p. disp. 72. sec. 2 pag. 1059. colu. 2 in fi.

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrùm diaconus religionis possit hoc sacramentum ministrare fratribus aut secularibus in aliqua necessitate.*

REspondeo dicendo, quod nunc secundum præsentem praxim ecclesiæ, solum sacerdotes possunt dispensare hoc sacramentum: in casu verò necessitatis possunt id cõmittere tantum diaconus, vt sentiunt [b] Diuus Thomas, Ricardus, Durandus, & Paludanus, Alensis & summistæ. Et patet ex Concilijs generalibus [c] Nicæno, Arelateno, & Carthaginensi: quæ dicunt diaconos in necessitate & iussu presbyteri hoc posse: & ad hoc est necessaria iusta causa vltrà mandatum presbyteri. Quod est tenendum contra [d] Syluestrum, qui significat præceptum Episcopi, vel presbyteri sufficere etiã si nulla adsit causa. Iura enim, quæ cõcedunt hãc facultatẽ expresse requirut rationabilẽ causam: ergo ex nulla causa intercedente iniquũ & contra ius esset tale mandatum, aut licentia, & non obligaret, nec obediri posset, quando certò constaret nullam interuenire huiusmodi causam. Secus vero esset, quando hoc non constaret: nam tunc parẽdum est superiori, vel credendum Episcopo, aut presbytero causanti impedimentum, quamuis inferiori esset ignotum. Maximè quia non oportet hanc causam esse extremam, sed moralem

[b] D. Tho. 3. p. q. 82. ar. 3. & in. 4. d. 13 q. 1. ar. 3. vbi Ricard. art. 1. q. 3. Durã. q. 4. Palud. q. 1. artic. 4. Alens. 4. p. q. 50. membro. 3. Summistæ. v. Eucharistia & v. communio.

[c] Nicæn. cãt. 14. arel. c. 15. Carth. 4. cap. 38.

[d] Sylues. v. diaconus.

ralem. Aut quod sacerdos sit debilis, aut infirmus. Ex quibus colligitur responsio ad difficultatem in titulo quæstionis propositã, scilicet, si in aliquo monasterio contingat solum prælatum adesse sacerdotem, & ipsum nullo modo posse hoc sacramentum religioso ministrare. Hoc enim casu potest ipse prelatus hoc committere suo subdito diacono regulari: imo id potest optimo iure præcipere. Et idem est, si aliquis famulus intra septa monasterij necessitate infirmitatis teneretur: ipsi enim prælati possunt præcipere in hoc casu suo diacono regulari, vt ex sacrario ipsum communicet, siquidem habent priuilegium, vt suis famulis possint hoc sacramentum ministrare, prout infra dicetur. Et sic quando dicitur in dicto Concilio Niceno, quod diaconi iussu presbyteri possunt hoc sacramentum ministare, debet intelligi de presbytero habente autoritatem, & iurisdictionem ad administrandum dictum sacramentum, siue iure communi, siue ratione alicuius priuilegij. Verum est tamen, quod hæc licentia raro debet cõcedi modo, nisi aliqua grauissima necessitate interueniẽte, instãte videlicet, articulo mortis. Præsertim iuxta præsentẽ ecclesiæ statum: in quo fere omnino in desuetudinem abijt, vt diaconi hoc munere fungantur.

Ex quibus infertur, recedendum esse à Syluestro nimis generaliter loquente, dicendo non posse diaconum ministrare hoc sacramentum in præsentia presbyteri, etiã si ex malitia diacono facultatem deneget: tunc enim ait, non potest diaconus habere rationem instrumenti, si principale agens illum mouere nolit. Contra quem tenet [a] Soto, quem sequitur Xuarez in casu, quo tanta est necessitas, vt viaticum necessario sit ægroto ministrandum. Quia presentia sacerdotis sua potestate abutentis, ac si nulla esset reputanda est, & recurrendum ad voluntatem interpretatiuam superioris Episcopi, aut Papæ, seu ad ius commune: vel certè si necesse sit ad Christi Domini voluntatem, qui in eo casu censetur dedisse huiusmodi facultatem.

[a] Xuarez. 3. p. disp. 72. sec. 1. pag. 1057. col. 2.

## ARTICVLVS IX.

### *Vtrum moniales possint facere ministrare sacramentum Eucharistiæ ab aliquo presbytero seculari in Ecclesijs suis.*

REspondeo dicendo, quod monialibus Sanctæ Claræ earumque Abbatissis & monasterijs, & monialibus Conceptionis sub cura fratrum Minorum viuentibus sunt concessa omnia priuilegia, & indultã, quæ concessa sunt fratribus Minoribus eorumque prælatis, & monasterijs, prout secundum indulta Apostolica Sixti Quarti, & Leonis decimi diximus in [b] superiori quæstione. Ex quo nemini dubium esse debet, quod sicut cum licentia sacristæ potest in monasterijs mendicantium simplex sacerdos secularis sacramentum Eucharistiæ ministrare: ita etiam in monasterijs monialium potest sacerdos secularis cũ licentia confessoris monialium, aut capellani id ipsum secularibus ministrare: in hoc enim vis communicatiua priuilegiorum consistit.

[b] Sup. q.

## ARTICVLVS X.

### *Vtrùm fratres & sorores Tertij ordinis Mantellati, & Corrigiati, & Chordelati possint recipere extra parochiam cõmunionem Paschalem.*

REspondeo dicendo, quod Leo decimus in Concilio Lateranensi statuit (prout habetur in [c] supplemento) *Quod fratres & sorores Tertij ordinis, necnon Mantellati & Corrigati, & Chordelati in propryjs domibus habitantes teneantur in die paschatis tantum Eucharistiam, necnon extremam vnctionem, cæteraque ecclesiastica sacramenta (pœnitentiæ sacra-*

[c] Supple fol. 26. con. cess. 86.

mento

*mento duntaxat excepto) à pro prio ſacerdote recipere.*

a Collect. priui.l.méd. tit.ſacramẽ. §.2.

Circa quã cõceſsionem aduertit [a] Collector priuilegiorum mendicantium, quod hic non includuntur fœminæ promittentes vidualem, ſeu virginalem caſtitatem, ſub præfato modo viuendi: quia tales gaudent omnibus priuilegijs fratrum, prout iam in quæſtione [b] ſuperiori diximus, ſentientes hoc per Concilium Tridentinum non eſſe innouatum.

b ſupra: qi præcedent. art.

Secundo aduertendum eſt circa illa verba ibi, In die paſchatis tantum, Quod iuxta dicta [c] in ſuperioribus non debent intelligi grammaticaliter, & materialiter, ſed formaliter, ita, vt habeant hunc ſenſum. In die paſchatis tantum, ideſt in toto tempore, quo communio de præcepto eccleſiaſtico obligat: quod tempus eſt à Dominica in Ramis vſque ad Dominicam in Albis incluſiuè. Et adimpleto dicto tempore, & præcepto poſſunt fratres dictis perſonis ſacramentum Euchariſtiæ miniſtrare, quandocunque voluerint, excepto articulo mortis, in quo obligat etiam præceptum communionis. Ex dictis colligo, non plus concedi fratribus reſpectu harum perſonarum, quam reſpectu quorumcunque ſecularium.

c ſupra hac q. art.

## ARTICVLVS XII.

### *Vtrum fratres miniſtrantes in iudicijs accidentalibus ſacramentum Euchariſtiæ & alia ſacramenta cum licẽtia Regum Hiſpaniarum incidant in excommunicationem.*

REſpondeo dicendo, quod loquẽdo de Regis poteſtate circa ea, quæ ſunt ſpiritualia, duplex conſideratio eſt, vna de ratione regiæ poteſtatis, alia de poteſtate ratione commiſsionis, ſeu delegationis, quæ de per accidens dici poteſt. Sicut & in Papa conſideratur de per ſe poteſtatis plenitudo circa ſpiritualia omnia, & circa temporalia de peraccidens, in quantum ad ſpiritualia ordinẽ habent; quapropter ratione peccati omnes principes ei ſubiectos facimus. Et aduertendum quod ſpiritualium diſpoſitionum ſummus Pontifex non ſolum Regibus, ſed etiam alijs ſecularibus legationem committere poteſt, qui quoad illa poſſunt dici eius delegati, aut vicarij. Nam ſi poteſt Epiſcopus vicarium in ſpiritualibus conſtituere ſecularem ſacris non initiatum, qui eius prouiſor officialis dicitur, quomodo poſſumus negare Papæ poteſtatem ad delegandum aliqua circa ſpiritualia principibus ſecularibus. Licet enim in [d] iure eorum Papæ, ſcilicet, & regum iuriſdictio ſit diſtincta: quia Reges circa ſpiritualia non habent autoritatem: imo videtur agere contra eccleſiaſticam libertatem, ſe intromittendo, & ſic incidere in pœnas Bullæ Cœnæ Domini: Reges enim non ſine cauſa gladium portant, ait [e] Apoſtolus, ad laudem bonorũ & in pœnam malefactorum: ſiquidem eorum eſt vt homines per eum arceantur à malis, & inducantur ad bonũ, prout dicitur in iure [f] ciuili. Attamen non poteſt negari ipſos poſſe aſſumi à põtifice maximo, vt patroni & defenſores eccleſiæ ad ſpiritualium executionem. Vnde cum ſummus Pontifex ſit à Deo conſtitutus paſtor vniuerſalis ouium Chriſti, ita vt actu ſubſint ei fideles omnes, & potentia infideles, etiam qui ad ouile reduci poſſunt, cum extra ouile aberrent, & ſint balantes oues, potuit ad executionem huius poteſtatis eligere Reges Catholicos in legatos & commiſſarios pro nouo orbe; atque potuit eis regna & dominia donare ad hunc finem, & conſequenter eis iniungere, vt ipſi curam haberent mittendi prædicatores, & miniſtros idoneos ad id peragendum, ſicut & fecit Alexander Sextus. Quo ſuppoſito reſoluendum eſt id, quod proponitur in titulo quæſtionis per ſequentes concluſiones.

d c. quoniã diſt. 10.

e ad Rom. 13. 1. Pet. 2.

f l. 1. ff. de iuſt. & iur.

Prima concluſio. Suppoſita tali donatione facta noui orbis Regibus Catholicis per Alexandrum ſextum, religioſi, qui in nouo orbe ſacramẽta miniſtrant neophitis de licentia Regis ſecluſo alio priuilegio nõ incidunt in pœnã Clemẽtinæ prædictę. Probatur: Quicunq; de licẽtia presbyteri parochialis adminiſtrat ea, in pœnam non incidit: ſed religioſus, qui cum licentia Regis miniſtrat, de licentia presbyteri parochialis

rochialis facit: ergo non incidit. Patet consequentia: quia Reges supposita dicta donatione facultatem concedunt autoritate summi Pōtificis eis delegata, quod ab ipso summo Pontifice, qui est parochus vniuersalis, censetur mandatum iuxta ea, quæ in iure [a] notātur & cōfirmatur ex his quæ nos [b] supra resoluimus dicentes, quod qui de licentia delegati Episcopi, aut eius pœnitentiarij, aut vicarij generalis, in spiritualibus sacramenta ministraret diceretur facere de licētia presbyteri parochialis: quia perinde est, ac si de licentia Episcopi id executioni mandaretur. Sequitur ergo, quod religiosi, qui ministrant sacramēta neophitis de licentia *Regum* Hispaniarum, id agunt de licentia presbyteri parochialis: quia agendo de licētia Regum perinde est, ac si de licentia summi Pontificis agerent, qui in hac causa sunt eius delegati, & commissarij, & ad eos spectat tales ministros mittere, & prouidere, vt ex concessione cōstat: alias maior esset authoritas, apud Episcopum in prouidendo illa, quę ad sacramētorum administrationem pertinent, quam in summo Pontifice, si Episcopi delegati, aut vicarij aut pœnitentiarij sufficeret licētia, & non sufficeret licentia delegati à summo Pontifice ad hoc specialiter deputati. Sed hoc est absurde dictum: ergo etiam erit falsum negare, non sufficere licentiam Regum in administrandis sacramentis supposita dicta donatione, cum sint delegati à Pōtifice maximo ad hoc specialiter deputati. Et quod licentia sit data religiosis à Regibus Catholicis, nullus est qui ignoret: ipsi enim suis expensis mittūt religiosos, & missos fouent & defendunt: & suas regias literas dant ad hoc, vt religiosi mēdicantes in populis ædificent monasteria pro cōtinua habitatione, & ibi ministrent sacramenta, & alia peragant, quibus ipsi maneāt grauissimo onere exonerati. Et maxime hoc est verum attendendo ad confirmationem factam per Paulum Quartum.

Ex ista ratione sequitur, quod etiam si nullum esset priuilegium religiosis à Pontificibus concessum de recipiendis locis ad ædificationem pro cōtinua habitatione in illo nouo orbe, & de recipiendis ædificatis, sola Regum, aut proregum licentia sufficiens est absque diœcesani alia licentia. Et hoc probatur: quia cum habere domos pro habitatione sit necessarium pro ministris ad ministerium animarum, domus, quę fiūt per Reges, aut proreges in hoc casu perinde est ac si per summum Pontificem fierent. De quo dicemus infra in quęstione de erectione monasteriorum.

Poterit aliquis obijcere, hoc verum tenere de primis illis missis ministris, antequā essent Episcopi creati: quia nō erat presbyter parochialis, de cuius licentia sacramenta ministranda forent. At modo sunt Episcopi, & ob id cessat ratio legationis regū. At huic obiectioni respōdetur, quod adhuc durat legatio & obligatio mittendi ministros. Nāvbi ratio est perpetua similiter etiā dispositio erit perpetua iuxta ea, quæ in [c] iure notantur: sed ratio mittendi ministros adhuc manet & durat, quia nūc magis indigent: & per hoc quod mittant Episcopos non desistunt ab incepto, neque relinquūt functionem legationis, sed potius semper exercent: ergo manet eadem regum autoritas in huiusmodi disponendis: neque ista prouidendo mittunt falcem in alienā messem, neque in spiritualem iurisdictionem se intromittunt non vocati, imo suum ius exequuntur.

Ex quo sequitur secundo, quod qui in hac parte resistunt, & contradicunt, Regum mandatis quantum ad illa, quæ concernunt ministros noui orbis, & eorum legationem factam, perinde sunt ac si summo pontifici obuiarent: quia quantum ad hoc vices eius gerunt secundum tradita à [d] Bruno. Nec de hoc possunt Episcopi conqueri: quia ipsimet Reges mittentes religiosos mittunt etiam Episcopos præsentando, licet à summo Pontifice confirmentur. Et quid dico, conqueri, cum per hoc quod Reges de religiosis disponant in sacramentorum administratione negotium Episcoporum fiat ab ipsismet *Regibus* disponētibus? Ipsi enim Episcopi manent exonerati quoadhoc. Et cum hoc sit ad bonum cōmune tantam habet in iure efficaciam, vt etiam si in priuilegio non apponatur clausula derogatoria iuris, teneat, pro vt tradit [e] Felinus, & probat Albericus. Et supradicta clariora sunt in his religiosis, qui à pro regibus in nouo orbe assignantur, vt locū Curatorum teneant. Hi enim authoritate Regum Hispaniæ habent totam autoritatem, quam haberent ipsimet curati si ipsis assignarentur curandis populis, quibus assignantur ipsimet religiosi. Quod autem

Reges

a c. super literis de rescript.
b supra. ar. 1
c l. quod dictum. ff. de pactis. c. cū cessante de appellatio.
d Brunus li. 5. delegatio. c. 8.
e Felin. in. c. nōnulli de rescrip. Albericus in suo dictionario in verbo rescript.

Reges Hispaniæ sine consensu Episcoporũ possint assignare dictis fratribus Mendicãtibus populos Indorũ, vt ibi exerceat hãc potestatem parochorũ est notorium in nouo orbe, nam sic practicatũ fuit Mexici anno millesimo quingentesimo sexagesimo octauo in mẽse Augusti. Cõmendauit enim Prorex fratribus Prædicatorum populũ de Tepexic cõtra voluntatẽ Episcopi de Haxcalla. Et hanc autoritatem habẽt Reges Hispaniæ per breue Alexandri VI. concedentis dictis Regibus Hispaniæ conuersionẽ Indorum huius noui orbis, strictè precipiẽdo eis, vt mittant viros timẽtes Deum, doctos peritos, & expertos ad instruẽdum illos in fide catholica, prout iam insuperioribus est dictũ. [a] Ex dictis sequitur, quod etiam communionem paschalem possunt dicti religiosi in illis partibus ministrare sine timore alicuius censuræ.

a supr. q. de Baptismo.

## ARTICVLVS XII.

### *Vtrum Episcopus possit agere contra religiosos qui sacramenta prohibita in Clementina administrant.*

REspondeo dicendo, quod religiosus sacramenta supradicta ministrans dupliciter se habere potest. Nam aut ministrat ea sua propria autoritate sine aliqua licentia, vel priuilegio putans sibi licere, eo quod sit sacerdos, vel administrat quidem: attamẽ ex speciali licẽtia superioris, vel ex speciali priuilegio super hoc ipsi concesso. Et Episcopus circa ministrantem sacramenta contra Clementinam dupliciter se habere potest. Aut enim agit contra ministrantem, qui dicit, nullum se habere priuilegiũ; neq; ostendit, vel agit contra ministrantem qui dicit se habere licentiam à superiore, & priuilegium ostẽdit quando ab eo petitur. Et dupliciter se habere potest, quãdo ei ostenditur priuilegium. Vel credit esse validũ vel putat inualidum, & non præualere contra ius commune. Hoc supposito resoluenda est ista notabilis, & vniuersalis in materia priuilegiorum quæstio per sequentes conclusiones.

Prima conclusio: Contra religiosum ministrantem sacramenta interdicta in Clemẽtina ex sola sua autoritate sine superioris licentia, potest agere quantũcunq; sit exemptus. Probatur cõclusio ex verbis eiusdem Clementinæ: vbi datur à Summo Pontifice facultas locorũ Ordinarijs, vt cum constiterit religiosum ministrare sacramenta, faciãt eum publicè denunciari. Dixi, etiã si sit exẽptus: quia in eodem loco exprimitur, vt nulla exemptione, aut priuilegio possit se tueri. Quod intelligo, vt supra dixi, & notat glossa, ad hoc vt possit conueniri & denunciari pro excommunicato, vt cõstiterit sine autoritate ipsa ministrasse. Sequitur ergo, Episcopum posse agere contra religiosum solum sua autoritate ministrantem prædicta sacramenta.

Secunda conclusio: Episcopus contra religiosum dicentem se administrasse sacramenta in prædicta Clemẽtina interdicta, potest agere ad hoc vt ostendat licentiam, aut priuilegium exhibeat. Probatur ex superioribus. Nam Episcopus potest agere contra religiosum vsq; ad publicationem, quẽ scit sacramenta ministrare absq; licentia: ergo cõtra illum qui dicit se facere ex licentia poterit agere, vt exhibeat & det rationẽ facti. Secundo probatur: Si Episcopus nõ posset agere ad hoc cõtra religiosos, eo est quia tenetur eis credere dicentibus, se habere licentiam sed Episcopus non tenetur eis credere nisi ostendant, alias pateret via fraudi & dolo. Et ita tenet Innocentius, [b] quod vbi exẽptio nõ esset notoria debet priuilegium ostẽdere, qui dicit se esse exẽptum. Quam doctrinã sequuntur cõmuniter scribentes. Nõ ergo est putandũ Episcopũ excedere aduersus religiosos in nouo orbe, & alibi habitantes, cum videat eos ministrare sacramẽta, si notoria nõ est exẽptio circa hoc, & Episcopus petat priuilegium vel licentiam sibi ostendi, & cum supradictis Antonius de Butrio [c] concordat.

b Innoc. in ca. ex parte de ver. sign.

c Butrius in d. c. ex parte n. 11.

Tertia conclusio. Tam notoria potest esse exemptio in religiosis ad sacramenta ministranda, vt Episcopus videatur excedere petendo ab eis licentiam, vel causam ministerij. Hæc conclusio probatur: Nam si Episcopus vellet modo in religiosorum personas, aut Rex se intromittere & iudicare petens exemptionis priuilegia, sine dubio iniuriam eis inferret, & non ob aliud nisi quia notoria est religiosorum exemptio, ita vt ignorantiam Episcopus allegare non posset. Et eadem ratione tam notata potest esse religiosorum in nouo orbe exemptio ad administranda sacramenta

neophitis, vt videatur iniquum ab eis priuilegia exigere, nam esset de his malã concipere opinionem, atque in suo ministerio defeciſſe, & in re tam graui non ſine graui culpa esset. Maximè, quia vergeret in offendiculum grauissimum neophitorum, qui religiosos communiter loquendo habuerunt hucusque in admiratione & sanctitatis non vulgaris existimatione. Atq; cum sit tanta facti notorietas, videtur, quod Epi scopus, qui modo priuilegium, vel licentiam exigat, non rectè agit. Ita in simili tenent Henriquus, [a] Innocentius, & Ioannes Andreas, dicentes, quod vbi exemptio, aut priuilegium non est notorium, ostendi debet, à contrario sensu; sentientes, quod vbi est notorium ostendi non debet.

[a] Hēric. Innocent. & Andr. in d. ca. ex parte.

Quarta Conclusio: Si religiosus ostendat priuilegium, per quod sacramenta ministrat contra Clementinam, & Episcopus intelligit verum esse, non potest agere contra neque impedire administrationem. Hęc conclusio est manifesta ex supradictis. Episcopus enim tenetur superiori non resistere: ergo nullo modo debet nec licet Episcopo resistere licentiam ostendenti. Secundo si esset licitum in hoc casu Episcopo resistere religiosum, eo esset, quia talis religiosus sacramenta ministrat sine sua licentia: sed ex hoc non potest: patet, quia ministrando cum licentia superioris, inferioris licentia requiri non debet, imò dicitur agere cum licentia inferioris, cum semper in superioris licentia sit inferioris inclusa, vt sentiunt communiter citati autores.

Quinta Conclusio: Si religiosus sacramenta ministrans interdicta in prædicta Clementina, ostendat priuilegium, Episcopus etiam si dubitet, an valeat priuilegium, an si per id sit derogatũ Clementinæ, non potest agere contra religiosum, impediendo sacramentorum administrationem. Hęc conclusio est singulariter notãda. Et proba tur primo: Nullus potest esse iudex in causa propria, vt notant Doctores, [b] sed si Episcopus posset agere contra priuilegium ostendentem, exhiberet se iudicem in causa propria: ergo nõ potest agere cõtra religiosum. Secundo: Si potest agere contra eum ei interdicendo administrationem, hoc proueniet, vel, quia ipse iudicat de priuilegio, quod sit vitiatum, vel subreptitium, vel quod cessauerit, vel quod per id ius commune non sit ablatum, vel quod non sic debeat intelligi: sed hoc nõ est Episcopi iudicare; imò vt interdictum ei, cum ipsius sit interpretari, cuius est, legem condere. Vnde optimè dixit Imola, [c] quod Episcopus non potest iudicare de priuilegijs Papæ, quod si dubitat, consulat Romanum Pontificem. Et per alia priuilegia est interdictum Episcopis interpretari, vel de priuilegijs iudicare, nisi in partem amplioremm & fauorabiliorem, prout determinauit Paulus Quartus, pro ordinibus Mendicantibus. Hanc conclusionem tenent, & probant Innocentius [d] Ioannes Andreas, & Henricus. Vnde religiosi non possunt excommunicari ab Episcopo, nisi probetur à quodam superiore priuilegia esse subreptitia, aut inualida: & si Episcopus excommunicauerit, velut iniuste excõmunicans punietur, vt sacri canones [e] determinant.

[b] Doctor. in d. c. ex parte.

[c] Imola in Clemẽ. abusionibus de pœniten. & remiſſ.

[d] Innocen. Andr. & Hẽric. in d. ca. ex parte.

[e] cap. nemo 2. q. 1.

Ex ista conclusione apparet excessum esse ex parte illorum, qui impediunt religiosos libere sacramenta ministrare neophitis, ostensis priuilegijs Leonis Decimi: quibus concedit ipsis in nouo orbe illa administrare, ostensis etiam priuilegijs aliorum Pontificum illa concedentium; hoc colore quia putant priuilegia non valere, eo quod sint Episcopi iam creati, & putant per ipsorum aduentum cessasse, vel eo quod sint intelligenda valere in terris infidelium, & non in nouo orbe, saltim in noua Hispania, cum in ea iam omnes sint fideles; vel eo quod non est derogatum per talia priuilegia iuri communi diœcesanorum, neque huic Clementinæ. Considerare enim debuerant primo, quod causa est dubia secundum ipsos, & non poterant esse ipsius iudices; quia nemo potest esse iudex in causa propria. Debebant etiam considerare ipsa priuilegia minime cessasse ex regula iuris, dicente, beneficiũ concessum à Principe esse mansurũ. Et quidem vbi priuilegium non limitatur, intelligi deberet esse perpetuum, prout tenet Glossa: [f] vbi Philippus Franeus quærit, an si cesset causa priuilegij, cessat priuilegium. Et ait, quod non: dummodò illa causa fuerit impulsiua, prout dicitur in iure. [g] Et idem si causa fuit finalis, & reliquiæ aliquæ illius causæ manent, vt patet in iure. [h] Et tunc iudicantur, & censentur esse rationes finales alicuius priuilegij, quando ipsi sunt generaliores decisione, secundum ius [i] vel saltem

[f] Glos. in c. fid. de præb. vbi Fracus.

[g] l. 1. ff. de postulationib.

[h] l. fin. ff. de decurion.

[i] l. 1. §. sextum supra. de postulat. Bald. in l. generaliter. n. 3. C. de Episcop. & cler. Barbos. in l. 1. prima p. nu. 85. ff. soluto. matri.

tem eque generales, quibus omnino sublatis tollitur etiam dispositio. Impulsiuæ autem dicuntur illæ quæ minus generales sunt, quam sit desitio; atque ob id, sublatis illis non cessat dispositio iuxta ea, quæ in iure notantur, & declarant Baldus & alij, relati à doctissimo Lusitano Barbosa. Et licet cum plures causæ finales, & impulsiuæ sint expressæ, omnes debent concurrere, vt concessioni priuilegiorum sit locus, prout dicitur in iure [a] & tradit Bartolus, & sic vna ex illis cessante debeat cessare prædicta priuilegiorum concessio. Hoc tamen est intelligendum quando concessio dictorum priuilegiorum pendet ab ipsis causis finalibus & impulsiuis simul iunctis; non tamen quando pendent ab ipsis disjunctiue. Priuilegia autem concessa Religiosis pro administrandis sacramentis in nouo ordine à duabus causis finalibus æque principalibus disjunctiue procedunt. Prima est conuersio infidelium: Secunda est manutenentia ipsorum in fide, quæ pariformiter sunt æquales. Ita enim est necessaria conuersio Indorum: sicut etiam est necessaria manu tenentia eorum in fide. Constat autem manutenentia neophitorum in fide, & omnium illorũ, qui in nouo orbe conuersi sunt, pendere principaliter à primo motore Deo; ministraliter autem à Religiosis ipsis sacramenta administrantibus. Compertum enim est apud omnes ipsos Religiosos in illo nouo orbe, sicut gallinæ fouent pullos suos sub alis: ita ipsos fouere sub ipsorum alis, & protectione nouiter conuersos & ab ipsis descendentes.

a l. si hęredi plures ff. de condition. institutio, Bartolus in extrauaganti ad reprimẽdũ verbo absentia

Et licet aliquis contra opponat aliquos Religiosos, ita male viuere, vt potius sint in scandalum & ruinam, quam in ædificationem, huic obiectioni Respondetur, quod hoc accidit in aliquibus Religiosis particularibus: de quo non est mirandum, cum in collegio apostolico inter duodecim vnus fuerit latro, & proditor. Et illa regula, Cessante causa, debet cessare effectus, intelligitur, quando causa cessat in communi, & vniuersaliter: secus si cessat ex accidenti in aliquibus personis particularibus, iuxta ea, quæ dicuntur in Iure, [b] & notat Paulus de Castro, & post Archidiaconum tradit Aretinus, & tradunt etiam Curtius Iunior, Couarruuias, Victoria, Soto, Tiraquelus, & Menchaca. Et sic priuilegia generaliter concessa mulieribus propter liberos vigebunt in ea muliere, quæ ex accidenti liberos non procreat: quia eius respectu ratio videtur cessare in particulari; quod vtique non facit cessare legis dispositionem. Et ad hoc videtur facere cuiusdam Imperatoris [c] determinatio, quam ad hoc expendit Baldus, & expendit etiam Bolonet. Vnde cum causæ dictarum concessionum, scilicet, conuersio Indorum, & manutenentia ipsorum non cesset in Religiosis in communi, & vniuersaliter à Iuris metis, toto cælo aberrant obijcientes eas cessare quia in aliquibus Religiosis in particulari cessant.

b l. 9. nõ ad ea. ff. de legib. l. si fratre, vbi Paulus C. qui testamẽ. face pos. Aretinus in l. 2. co 7. in princi. ff. de vulgari Curtius in l. postumo n. 42. C. cõtra tabulas Cou. in c. cũ esses n. 9. de testamẽtis & in c. possess. 3. p. §. 2. n. 2 de sponsalibus 2. p. c. 6. §. 9. nu. 8. victoria de potesta. ciuili. n. 22 p 94. So. lib. 4 de justitia q. 5. articulo. 3. colu. 3. Tiraq. in trac. cessãte causa limit. 32. Menchaca illustriũ qq. ca. 87. n. 23.

c l. assiduus versiculo ideo. C. qui potiores in pignore & Baldus ibi n. 2 Bolone. in l. 1. ff. soluto matri.

Et dato, quod causæ omnino cessarent, requiritur sententia decisoria ipsorum priuilegiorum, vt notant communiter Doctores in regula, Cum cessante, Et sic ex dictis consequitur, quod Episcopi contra uenientes dictis priuilegijs propria autoritate, sunt excommunicati ipso Iure, excommunicatione papæ reseruata, àqua non possunt absolui, nisi à summo pontifice, vel de licentia prælatorum Religiosorum, ad quos spectat. Quia Leo decimus vbi concedit Religiosis, quod possint sacramenta supra dicta ministrare neophitis, præcipit hæc sub excommunicatione ipso facto incurrenda, vt nullus impediat directe, vel indirecte, quouis quęsito colore. Neque poterit ignorantiam allegare. Tum, quia ex parte Religiosorum hoc sæpe dictum est. Tum, quia ad statum Episcoporum spectat hæc non ignorare. Similiter clerici Episcoporum ministri, non poterunt se excusare dicentes, quia iuste impediunt Religiosos. Admoniti enim à Religiosis de priuilegio, quod habent à sede apostolica oportet superiori obedire, relicto inferiori.

Sexta conclusio. In casu supra dictæ conclusionis, quando ostensis priuilegijs Episcopus dubitat de priuilegio, an valeat, nec ne, potest Episcopus agere contra Religiosos coram superiore ipsorum Religiosorum de Iure suo. Probatur conclusio: in casu, in quo Episcopus dubitat de priuilegio quandiu dubitat, agere potest indefensionem sui Iuris, & non potest ipse iudicando, est enim ei interdictum de priuilegijs iudicare, aut ea interpretari, intantum, quod etiam si priuilegium tenderet ad noxiam

xiam, esset proponendum principi; vt ipsum reuocaret, & non liceret alicui propria autoritate contrauenire, prout tenet quædam glossa [a], & communiter scribētes. Ergo sequitur, quod corā aliquo iudice agere potest: & non videtur coram quo, nisi coram iudice superiore, videlicet, Nuntio Apostolico ad similes lites priuilegiorum decidendas constituto & in patribus Indiarum ad Reges Hispaniarum, seu ad suum Regale consilium, seu ad Proregem est recurrendum, qui ex legatione Pōtificis dāt facultatem religiosis ad administranda sacramenta, prout dictum est in superioribus, ad quos spectat reddere rationem, suæ facultatis.

[a] Glos. fin. in ca. fugestum de decimis.

Et ne aliquis remaneat scrupulus, omnia prædicta ex litera Clementinæ satis probātur. Nam postquam sub excommunicatione interdicit religiosis, ne sacramenta ministrent, in fine excepit illos, qui priuilegio se tuentur. Si ergo tales eximūtur tuentes se & ostendentes priuilegia, etiam si Episcopus dubitet an sufficient, valeant necne non poterit per Clementinam agere contra religiosos ministrantes, quia solum datur ei vt agat cōtra illos, qui priuilegio non se tuentur. Vnde resolutiue dico, quòd si est notorium, religiosos talia sacramenta ministrare, & nō se defendunt, aliquo priuilegio, vel aliqua licentia superioris, poterunt Episcopi agere ad denuntiationem. Verum si religiosi licentiam habent aliunde, & priuilegia ostendunt: quanuis Episcopi credant ea omnino non valere, non possunt contra ipsos agere per se, nisi coram superiori eos in ius vocando. Maxime, quia cum constet de intentione Papæ concedentis, oportet ad eam attendere. Et si de ea non constaret, verbis priuilegij standum est; prout dicunt iura, [b] & bene notat Philippus Francus. Neque poterit allegare quis priuilegia religiosorum non valere; quia videntur cessare, cum personis, quibus fuerant concessa. Nam quando est dubium, an priuilegium sit reale, vel personale intelligitur esse Reale, vt voluit Speculator. [c]

[b] Cap. sane. & ca. porro de priuilegijs. l. 9. de leg. 3. Francus in cap. quia de concess. præbend. lib. 6.

[c] Specul. in tit. de instructio. edicti.

(·:·)

## ARTICVLVS XIII.

### Vtrùm licentia parochi excommunicati sufficiat, vt religiosi possint ministrare sacramenta prohibita in dicta Clemētina.

REspondeo dicendo, quòd cum parochus excommunicatus parochiæ munera obire non posset cum careat iurisdictione iuxta ea, quæ notantur in iure, [d] ac propterea sicut functiones iuris eius obire ipse non potest, ita neque alteri, vt ipsas obeat mandare valet, quandoquidem & delegatio huiusmodi iurisdictionis est, secundum iura. [e] Vnde sequitur quod religiosi, qui aut clericis, aut laicis sacramentum extremæ vnctionis, vel Eucharistiæ administrant, vel dum matrimonium fit benedictionem tribuunt, in excommunicationem incidunt, quæ in Clementina contra religiosos proponitur, si à parocho excommunicato licentiam consecuti proposita sacramenta administrauerint. Nam proprij parochi licentia postulatur, cuius dandæ excommunicatus parochus facultatem non habet; & si dederit nulla est argumento cuiusdam iuris. [f] Verum est tamen, quod si religiosi simplicitate animi ducti putantes parochum excōmunicatum eam sibi concedere posse prædicta sacramēta administrant, non incidunt in dictam censuram, cum ea contra præsumentes tantum proponatur; prout tradit Nauarrus, [g] & tradit etiam Bartolomęus Vgolinus.

[d] Ca. ad probandum de re iudicata.

[e] l. imperiti ff. de iurisd. omnium iudicum.

[f] l. quoties, ff. satis dare cogantur.

[g] Nauar. ca. 27. nu. 102. versicul. 3. Vgolin. de excōmunicat. maiori. tabula. 2. ca. 11. §. 4. fi. 4.

## ARTICVLVS XIIII.

### Vtrū religiosi possint sacramenta Eucharistiæ, & alia suis familiaribus ministrare.

REspondeo dicendo, quod Clemens Quartus, & Sixtus Quartus *Concesserunt fratribus Minoribus, vt his, qui in eorum morantur*

obse-

*obsequijs ministrare libere possint sacramenta.* Ita habetur in libro Monumenta ordinum,[a] Et Martinus Quintus concessit monachis sancti Benedicti Obseruantiæ Hispaniæ, vt confessiones quoruncunque familiarium suorum, tam laicorum, quam regularium, & secularium intra & extra sepia suorum monasteriorum commorantium, audire, & pro eorum cõmissis debitam eis absolutionem impendere, nec non dictis familiaribus, tam intra, quam extra sepia præfata commorantibus Ecclesiastica sacramenta quoties fuerit opportunum ministrare valeant. Ita habetur in compendio[b] mendicantium.

[a] in 1. impr. fo. 56. & in 2. fo. 140. cõcess. 315.

[b] Comp. ti. familiares seu famuli fratrũ §. 10.

Circa prædictas concessiones notandum est, quod modo post Concilium[c] Tridentinum, vbi statuitur nullum confessorem regularem, siue secularem posse audire confessiones secularium, nisi fuerit ab Episcopo approbatus videtur, quod ipsi fratres non possunt audire confessiones dictorum familiarium. Et confirmatur: Nam in eodem concilio[d] reuocantur priuilegia regularium concernentia dictos familiares, & seruitores, & quocũq; nomine & monasterijs addictos, nisi monasterijs actu seruiant, & intra eorum sæpta ac domos resideant, subque eorum obedientia viuant: si talia priuilegia perturbationem in Episcoporum excitant Iurisdictione, & exemptis occasionem laxioris vitæ præbere dignoscuntur. Priuilegia autem ad omnia sacramenta ministranda familiaribus, sine approbatione, & licentia Ordinarij, Iurisdictionem Episcoporum saltem videntur perturbare: Et sic videntur abrogata per præfata Concilij decreta, nisi ipsi familiares actu seruiant, & intra sepia monasteriorum sint, & sub eorũ obedientia viuant.

[c] Ca. in his de priuil.

[d] Concilij Tri. Sess. 24. de refor. ca. 11.

Sed respondetur, quod priuilegia Mendicantibus & fruentibus eorum priuilegijs concessa in his, quæ sunt limitata & restricta per Concilij decreta viuæ vocis oraculo, in foro Conscientiæ à Pio quinto sunt confirmata. Et sic religiones possunt vti cum familiaribus & famulis, & seruitoribus monasteriorum priuilegijs superius citatis; licet, quo ad alia etiam in foro Conscientiæ minime vtantur dictæ religiones priuilegijs per Concilium derogatis, restrictis & limitatis. Et ratio horum est; quia in vsu horum priuilegiorum cum famulis & familiaribus non ita perturbatur Iurisdictio Episcoporum, & parochorum, sicut perturbatur eorum iurisdictio conferendo sacramentum Eucharistiæ in die paschatis, & conferendo alia sacramenta omnibus personis secularibus.

Et aduertendum, quod fratres Mendicantes virtute dictorum priuilegiorum, poterunt extremam vnctionem, & etiam Eucharistiam in die paschatis prædictis familiaribus, & famulis administrare. Quia priuilegia præfata absolutè & sine limitatione concedunt posse ministrare sacramenta familiaribus, quoties opportunum duxerint. Cum ergo nos ante priuilegia Martini quinti poteramus sacramenta dicta dare, excepto die resurrectionis; & postea Martinus quintus absolutè concessit, vt ea possimus ministrare oportet, quod hoc priuilegium aliquid operetur iuxta ea, quæ notantur in iure.[e] Quod quidem non operaretur, nisi extenderemus ad diem paschæ Resurrectionis Iesu Christi Domini nostri.

[e] Ca. in his de priuil.

## QVÆSTIO LVII.

### De Beatæ Virginis Mariæ conceptione in quinque articulos diuisa.

*Circa quam quæruntur quinque.*

1 *Vtrùm Beata Virgo fuerit concepta sine peccato originali.*
2 *Vtrùm sit peccatum prædicare B. V. fuisse conceptam sine peccato.*
3 *Vtrùm pro festo & missa conceptiones aliquæ indulgentiæ concedantur.*
4 *Vtrùm deferentes imaginem B. Mariæ, & eius filij, quam Moniales conceptionis deferunt aliquam indulgentiam consequãtur.*
5 *Vtrùm in festo conceptionis suspendatur interdictum, & cessatio à diuinis.*

## ARTICVLVS I.

*Vtrùm Beata Virgo fuerit concepta sine peccato originali.*

[a] In 1. impres. fol. 34. & in 2. folio 117. concess. 257. & in eod. lib. in 1. impres. folio. 74. & in 2. fol. 158. cõcess. 376. extrauag. graue nimis de reliqui. & vener. Sacr.

REspondeo dicendo, quòd Sixtus Quartus prout habetur in libro [a] monumenta ordinum *Proprio motu & autoritate Apostolica reprobauit & damnauit assertiones prædicatorum, & aliorum quorumlibet, qui affirmare præsumerent sanctam Romanam Ecclesiam de spirituali tantum conceptione & sanctificatione virginis gloriosæ festum celebrare, ac illorum qui crederẽt & tenerent quod asserentes eãdem genitricem Dei ab originalis peccati macula in sua conceptione præseruatã fuisse, propterea alicuius hæresis labe pollutos fore, istas nãq; assertiones vtpotè falsas, & erroneas, ac à veritate alienas, editosque libros id continentes similiter reprobauit & damnauit. Ac motu, & autoritate prædictis statuit, & ordinauit quod prædicatores verbi Dei & quicunq; alij cuiuscunque gradus, ordinis & cõditionis fuerint qui de cætero ausu temerario præsumpserint in eorũ prædicationibus ad populũ, seu alias quomodolibet affirmare huiusmodi sic reprobatas, & damnatas assertiones, & opiniones veras esse, aut dictos libros pro veris legere tenere, vel habere postquã de præsentibus literis scientiã habuerint excommunicationis sententiã, & æternæ maledictionis pœnã eo ipso incurrãt: à qua ab alio quã à Romano Pontifice & illius proprio ore expressa causa huiusmodi, propter quã censuras prædictas incurrerint (nisi in artic. mortis cõstituti) nequeũt absolutionis beneficiũ obtinere. Nõ obstãtibus quibuscũq; in contrariũ facientibus. Itẽ pari dãnationi & censuræ subiecit illos, qui prædicare, docere, aut alias verbo vel scriptura affirmare præsumerent hæreticũ fore credere eandem virginem gloriosam à peccati originalis macula præseruatam non fuisse.*

Pro explicatione huius decreti est notandum, quod B. Virgo Maria nullum peccatũ actuale habuit in tota vita sua prout dicitur in Concilio [b] Trident. & latè tradit nostèr doctissimus Corduba, & de hoc non est quæstio in præsenti articulo, nec etiam est quęstio an B. Virgo potuerit cõcipi sine macula peccati originalis cum hoc non implicet contradictionem. Quęstio ergo est vtrũ B. Virgo de facto fuerit concepta sine peccato originali, de quo duplex inter scholasticos opinio versatur. Prima est [c] D. Thomæ, & Caietani dicẽtium sub peccato fuisse conceptam originali, quos cõmuniter Thomistę sequũtur. Secũda est opinio [d] Scoti ab Scotistis secuta, fuisse Virginẽ Mariã sine peccato originali conceptam. Et aliqui ita suis opinionibus adhærebant vt pertinaciter non solum in scholis disputãdo, sed etiã in cõcionibus publicè prædicando pertinaciter assererent suã opinionem ita esse verã vt cõtrariam hæreticam & erroneã iudicarent. Quod in animis audientium scandalũ maximũ ingerebat, quam litem ad se Sixtus V. aduocando supradictam edidit constitutionem definiẽs non esse hæreticũ neq; peccare mortaliter, nec venialiter sentire virginem Mariã fuisse conceptã sine peccato originali, vel sentire eius rei oppositum. Et in Concilio [e] Trident. hæc eadẽ definitio cõprobatur. Et proponit excõmunicationem ipso facto Sedi Apostolicæ reseruatã cõtra contrariũ docentes, aut dicẽtes. Nec Concilij Basilienſe definiens Virginẽ sine peccato originali fuisse conceptam facit hoc esse de fide, quia cõgregatio Basilienſis quando decreuit B. Virginẽ sine originali peccato esse conceptam iam discesserat à vero Papa Eugenio IIII. vt patet ex ordine sessionum. Nã in sessio. trigesima quarta septimo kalẽdas Iunij de facto deposuerũt prædictũ Eugeniũ Papã, & aliũ Amadeũ quẽdam elegerunt

[b] Conc. Trident. sess. 5. in fin. & sess. 6. cano. 23. Cor dub. li. 1. qq. quæst. 17. §. 1. & 7.

[c] Caieta. in quodl. & in 3. p. q. 17. ar. 2. & 12. q. 81 art. 3.

[d] Scot. in 3.

[e] Conc. Trident. sess. 5. cano. vlt.

rũt, putãtes se per hoc Ecclesiæ cõcordiã facere. Et postea in sessione trigesima sexta, decimo octauo kalẽd. Octobris sequẽtis fecerunt prædictã determinationẽ de immaculata virginis conceptione. Quod autẽ ille Eugenius IIII. fuerit semper verus Papa, & nõ Amadeus ille electus ab illa cõgregatione Basiliẽsi inde patet, quia tũc & post semper est habitus pro vero Papa, cõputatusque in numero pontificũ. Ad idem etiam facit Concilium Lateranense tertiũ, sub Leone decimo, sessione vndecima in bulla *Pastor æternus*, vbi expresse dicitur quod Cõcilium Basiliẽse post eius translationẽ factam per Eugeniũ Papam non fuit, neque meretur amplius Concilium appellare, & postea ibidem facta nullũ robur habent. Hæc ibi.

Quod si ad prædicta dicatur quod Eugenius IIII. & Nicolaus V. approbauerũt omnia acta dicti Concilij Basilienſis, præter ea quæ cõtra ipsum Papã gesta sunt, id vtique negatur, solũ enim aliqua pro cõmuni concordia approbauerũt, de quorũ numero articulus iste cõceptionis non est. Imo etiã si ipsum Cõcilium approbassent generaliter, id intelligitur de nobiliori & certiori statu eius, in quo scilicet vnio ipsa facta est & antequã à vero Papa discederet, vt de Concilio Constantiensi dicit Caietanus. [a]

[a] Caieta. in quodlib. de potest. Pap. & Concil. cap. 8.

## ARTICVLVS II.

### *Vtrùm modo sit peccatum prædicare oppositum, scilicet, V. Mariam in peccato originali fuisse conceptam.*

REspõdeo dicendo, q̃ non sit peccatum veniale hoc vel illud sentire inde liquet, quia nulla lege prohibetur, item quia alias nõ permitteret Ecclesia hoc vel illud sentire & docere si esset peccatũ veniale, sed potius id reprehẽderet, aut prohiberet, & vt cauendũ doceret & prædicaret, quorũ nihil facit vt patet ex decreto Sixti IIII. superius citato. Hoc tamẽ est intelligendũ sẽcluso scãdalo, & pertinacia, quãuis enim ex parte veritatis seu falsitatis huius vel illius opinionis sit licitũ tenere & dicere hoc & illud, tamẽ potest fieri illicitũ mortaliter, vel venialiter ex circũstãtia scãdali ꝓbabiliter imminentis, quod etiã cõtingit in omni alio actu morali ex genere suo licito, qui per circunstantiã scandali vitiari potest. Similiter ratione pertinaciæ potest fieri illicitũ, videlicet dũ quis non habet animũ paratũ stãdi Ecclesiæ determinationi si fieret circa hoc. Ex quo sequitur quod publicè populo prædicãtes in ecclesijs doctis pariter & indoctis Beatã Virginẽ fuisse conceptã in originali vix excusantur à peccato mortali, aut veniali nõ quidem ratione veritatis aut falsitatis dicti, sed ratione scãdali probabiliter imminentis, saltẽ in Hispania & Gallia & alibi, vt patet experientia, & tanquã scãdalosi tales prædicatores cõdemnati sunt per vniuersitatẽ Parisiensem, & sentẽtia lata est cõtra quẽdam fratrem Ioannẽ Veri de sacro ordine Prædicatorum qui id prædicauerat anno Dñi millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo. Nec tale vulgi scandalũ est Pharisaicũ, neq; ex malitia vt putat Caietanus, [b] sed est scandalũ pusillorum, aut pie ignorantiũ, vel potius pie & vere credẽtium. Nec enim talis prædicatio quod scilicet B. Virgo concepta sit in peccato originali est expediẽs, aut vtilis ad fidẽ, & bonos mores dũ Ecclesia id nõ determinat. Imò licet non sit peccatum mortale, neq; veniale prædicando asserere opinionẽ esse verisimam B. Virginem cõceptam fuisse sine peccato originali, est tamen hæc prædicatio indiscreta cum tanta sit his temporibus deuotiõ erga immaculatã Virginis cõceptionem & tanta solẽnitate ab vniuersali Ecclesia solenniter celebretur vt fideles cõmuniter putent de hac re nõ esse opinionem, sed fidẽ. Et ideò Pius Quintus Pontifex maximus in constitutione incipiente *Speculum Domini*, anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo emanata, statuit dicens:

[b] Caieta. in d. quodl.

*Proprio motu statutũ fœlicis recordationis Sixti quarti prædecessoris nostri super eare à Cõcilio Tridentino innouatũ Apostolica autoritate tenore præsentiũ cõfirmamus & approbamus, atq; vt deinceps efficacius à cũctis obseruetur perpetuò statuimus & ordinamus quatenus nemo cuiuscunq; ordinis gradus cõditionis vel dignitatis existat in popularibus cõcionibus vel vbicũq; promiscua virorũ & mulierũ multitudo conuenire solet de huiusmodi controuersiæ alterutra parte disputare rationibus vel doctorũ autori-*

*tate asserendo propriam sententiam & contrariã refellẽdo aut impugnando vel de hac ipsa quæstione cuiusuis pietatis aut necessitatis prætextu vulgari sermone scribere vel dictare præsumat. Qui cõtra fecerit suspensionis pœnam à diuinis absq; noua declaratione ipso facto incurrat, si modo fuerit in sacris cõstitutus & quocunq; prætereà gradu siue dignitate vel administratione fungatur illis omnibus sit ipso iure priuatus & ad eadẽ vel similia munera obtinenda, vel obeunda perpetuæ inhabilitatis censuræ etiam ipso facto sit obnoxius, super quibus nisi à Romano Pontifice pro tempore existente dispensari vel absolui non possit. Caterum quandiu per Apostolicam Sedem altera pars diffinita non fuerit oppositaque sententia condemnata, liceat viris doctis in publicis Academiæ disputationibus, siue generalium, aut prouincialium Capitulorũ, vel vbi alias intersunt, qui rem capere possunt, neque scandali vlla subest occasio, de illa quæstione differere argumentis vtramlibet partem vel asserere, vel impugnare: dum tamen neutra velut erronea, prædicetur, seruenturque illa omnia, quæ à prædicto Sixto prædecessore nostro statuta sunt, &c.*

Circa quam constitutionem est notandum, non esse in vsu quo ad pœnas impositas illis, qui in popularibus concionibus, vel vbi turba populi adest, disputant de hac immaculata conceptione; neque etiam est in vsu quoad dictas pœnas impositas illis, qui vulgari sermone de ea scribunt, asserendo propriam sententiam, & contrariam refellendo. Licet tamen quoad dictas pœnas in vsu non sit, notabilis nihilominus talis constitutio cẽseri debet ad nostram opinonem confirmandam.

## ARTICVLVS. III.

### Vtrùm pro missa & festo Conceptionis aliquæ indulgentiæ concedantur.

REspondeo dicẽdo, quòd Leo Decimus *Cõcessit quod toties quoties fratres Minores de obseruantia dicunt missam Conceptionis Virginis Mariæ, ac intendunt orare pro sua Sanctitate, & vniuersali Ecclesia habeant indulgentiam plenariã.* Et idem Leo Decimus *Ampliauit supradictã indulgentiam pro fratribus eiusdem ordinis audientibus præfatam missam Conceptionis, ac etiam pro monialibus Sanctæ Claræ in congregatione viuentibus similiter audientibus præfatam missam.*

Circa quas concessiones aduertit Collector [1] ordinis Mendicantiũ, quòd non sunt alias impressæ, eo quod post impressionẽ librorum priuilegiorum fuerunt obtentæ, seu ad partes Hispaniæ adductæ. Nihilominus tamen pro indubitatis possunt haberi, cum habeantur in registro Commissariorum Curiæ Romanæ, ac inde sint fideliter extractæ.

[a] Collector tit. indulg. plena. quoad fratres. § 17. & 18.

Deinde Sixtus Quartus *Statuit & ordinauit quod omnes & singuli Christi fideles vtriusque sexus, qui missam & officium festi Conceptionis Mariæ Virginis, cuius initium est: Sicut lilium inter spinas, &c. in festo eiusdem Coceptionis deuotè celebrauerint, & dixerint, aut illius horis Canonicis interfuerint quoties id fecerint, eandem prorsus indulgentiam, & remissionem peccatorũ consequantur, quam Vrbanus Quartus & Martinus Quintus, & alij Romani Pontifices concesserunt illis, qui missam officium & horas Canonicas in festo cor-*

poris

*poris Christi a primis vesperis, & pro illius octaua (iuxta Romanæ Ecclesiæ institutionẽ) celebrant & dicunt, aut missæ, aut officio & horis huiusmodi intersunt.* Ita habetur in libro [a] Monumenta ordinum.

[a] In 2. impref. fo. 115. conceſſ. 252.

Circa quam conceſsionem est notãdum q̃ istæ indulgẽtiæ, vt colligitur ex quadam Bulla Eugenij Quarti, quæ habetur in supplemento [b] ordinis *Sunt in summa pro matutinis & vtriusque vesperis diei festi & missa quadraginta dies, pro reliquis horis, hoc est pro qualibet ipsarum centum sexaginta. Et in quibuslibet octauarum diebus pro singulis matutinalium missarum & vesperorum ducenti dies. Ac pro reliquis horis octoginta dies. Item sequentibus processiones, ac missas deuote celebrãtibus, tã in festo, quam in octauarum diebus pro pace, ac tranquillitate Ecclesiæ, ac sacramentum in festo huiusmodi sumentibus conceduntur ducenti dies indulgentiæ.*

[b] Supplem. fol. 137. conceſſ. 578.

Demum Sixtus Quintus, *Omnibus & singulis monialibus Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis, ac omnibus & singulis alijs vtriusque sexus Christi fidelibus verè pœnitentibus & confessis, qui singulas, seu quamlibet Ecclesiarum monasteriorum monialium huiusmodi in festo Cõceptionis eiusdem Beatæ Mariæ à primis vesperis vsque ad occasum solis eiusdem festi annis singulis deuote visitauerint, & ibi pro pace inter Christianos principes conseruanda, ac sanctæ matris Ecclesiæ exaltatione, hæresumque extirpatione pias ad Deum preces effuderint, si eo die Sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserint, indulgentiam plenariam, & omnium peccatorum remissionem, quoad eos omnes perpetuo illis omnibus concedit & elargitur.* Ita habetur in cõstitutione quadrageſima secunda, quæ incipit: Expositum nobis, edita [c] ab eodem Sixto anno Domini milleſimo quingenteſimo octuageſimo sexto.

[c] Refert. Caputcin. in suis annot. ad compẽd. Mend. titul. concep. Virginis in fin.

Circa hanc conceſsionem est aduertendum, quòd licet in ea concedatur remissio omnium peccatorum, non propterea conceditur facultas ad absoluendum à reseruatis peccatis. Hic enim nomen *peccatorum* non pro peccatis, sed pro pœnis debitis peccatis est accipiendum. Sæpe enim in diuinis literis hoc nomen, peccatum, pœnam significat temporalẽ. Et ità intelligitur illud Machabæorum, [d] Sanctum & salubre est pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur, id est, à pœnis debitis peccatis liberentur. Culpa enim peccatorum existentiũ in purgatorio in hac vita fuit ipsis cõdonata, prout declarat Gabriel. [e] Idem ergo in præsentiarum significat remissio omnium peccatorum, quod significat indulgentiam plenariam.

[d] 2. Mac. 12.

[e] Gabri. in 4. d. 45. q. 3. ar. 3. not. 1.

Aduertendum secundo; quod in his Hispaniarum partibus, & vbi Bulla Cruciatæ publicatur, non possunt sæculares lucrari suprapositas indulgẽtias, nisi ipsammet Bullam Cruciatæ habeant. In ipsa enim omnes hæ & aliæ similes indulgentiæ quoad seculares suspenduntur, quæ pro ipsis sæcularibus Bullam sumentibus reualidantur. Et id ipsum dicẽdum est de indulgentijs articulo sequenti referendis.

## *ARTICVLVS IIII.*

## *Vtrùm deferentes imaginẽ Beatæ Mariæ, & eius filij, quam moniales conceptionis deferũt indulgentiam plenariam consequantur.*

REspondeo dicendo, quòd Iulius secundus, prout refertur in supplemento [f] *Concesſit omnibus Christi fidelibus verè pœnitentibus & confeſsis in regno Castellæ constitutis, qui imaginem Beatæ Mariæ Vir-*

[f] Supplem. fol. 89. conceſſ. 254.

*riæ Virginis, & eius filij (quam monia les ordinis sanctæ conceptionis in scapulario & homines in pectore deferre consueuerunt) detulerint, & nouies salutationē angelicam deuotè recitauerint, similes & prorsus easdem indulgentias cō sequantur, quas consequerentur, & consequi possent si decies salutationem angelicam in honorem decem virtutum eiusdem Beatæ Mariæ Virginis recitarent.*

a Colle. tit. indulgētiæ quo ad secularesoctauo §.3.

Circa quā concessionem notat collector a priuilegiorum mendicantium quod ad lucrandum præfatas indulgentias non oportet recipere ab aliquo insignia, nec illa deferre, sicut pro lucrandis indulgentijs de decē Aue Maria licet aliqui aliter opinentur.

b Supp fol. 61.cōce 188

Insuper Leo decimus pro vt habetur in supplemento b *Concessit quod viri deferentes imaginem conceptionis B. Virginis, & mulieres scapularium eiusdem ordinis cum prædicta imaginē, easdem gratias obtineāt & consequantur, quas consequuntur & consequi possunt deferentes chordam fratrum minorum & Corrigiam sancti Augustini.* Pro explicatione huius concessionis est aduertēdū quod idē Leo decimus, p vt habetur in supplemēto

c Supp. fol. 122.concess. 566.

c *Cōcessit quod viri & fęminę deferentes zonā fratrū Sācti Augustini datā ab aliquo prelato eiusdē ordinis ad hunc finē lucrari possunt indulgētias prędictis fratribus cōcessas.* Et idē Leo decimus *Extēdit prefatā concessionē ad illos, qui detulerint chordā sancti Frāciſci datā similiter ab aliquo prelato ordinis minorū vt supra dictū est de zona sancti Augustini* Quæ cōcessio nō est impressa in libris priuilegiorū, sed absque dubio fuit impetrata ad instātiā reuerēdissimi Cardinalis sanctæ crucis bonæ memoriæ. Ex quibus concessionibus aperte colligitur intellectus ad præfatam Leonis decimi constitutionē quod scilicet deferentes imaginē conceptionis Beatæ virginis, & mulieres scapulariū eiusdē ordinis cū prædicta imagine etiā deferētes lucrētur indulgētias fratribus minoribus, & Augustinięnibus cōcessas vsque ad datā prædictæ concessionis. Nō enim lucrātur indulgētias postea per Sixtū quintū chordā portātibus cōcessas. Sixtus enim quintus (prout cōtinetur in constitutione decima quarta & quinquagesima nona cōtinetur) cōcedit indulgentiā plenariā cōfratribus chordæ sancti Frāciſci in die quo cōfessi, & cōmunicati receperint à Guardiano dictæ cōfraternitatis chordā. Et in hora mortis dicēdo Iesus cū corde. Et etiā prædicti cōfratres cōsequātur omnes indulgentias cōfraternitatis cōsolationis, omnesque alias religioni cōcessas ob seruato tamē modo de quo indicta constitutione de qua cōfratria & de cōfratriā corrigiatorum Diui Augustini quæstione sequēti disputabitur.

## ARTICVLVS. V.

### *Vtrùm infesto conceptionis suspendatur interdictum & cessatio à diuinis.*

REspōdeo dicēdo, quod possunt fieri omnia diuina officia tēpore interdicti infestis natiuitatis, paschæ, pentecostes, & assumptionis dominæ nostræ diebus solis & nō octauis apertis ianuis campanis pulsatis & alta voce exclusis excommunicatis, & admissis interdictis, ita tamen vt quorū culpa tale interdictū positū fuit nō accēdant ad altare. Ita expresse in iure c cōtinetur. Quod idē postea permissum fuit in festo corporis christi & tota octaua per Martinū quintū, & Eugeniū quartū in suis extrauagātibus, quæ legi solēt intra octauam eiusdē festi, & in die cōceptionis & sua octaua Virginis matris. Et est aduertēdū quod licēt dictū priuilegiū Martini quinti solū loquatur de tēpore interdicti, nihilominus tamen debet extēdi ad cessationē à diuinis prout affirmāt Couarruuias d & Gutierrez. Qui ait quod anno incarnationis Domini millesimo quingēteſimo octuagesimo quarto fuit sic resolutū & practicatū cū cōsilio doctissimorū clausstri vniuersitatis Salamāticēsis in festo corporis Christi. Ex quibus colligitur quod sicut in dictis festiuitatibus cōceditur priuilegium pro tempore cessationis secūdu mętē dictorū patrū, ita etiā in festiuitate conceptionis etiam tempore cessationis à diuinis officiū diuinū & missa solemniter debet celebrari.

c de alma mater de fēt. ex cōmuni. §. in festiuitatibus.

d Couar. in c. alma mater. 2. p. §. 4. n. 7. Gut. in qq. canō. c. 10. p. 11

Et li-

Et licet Leo Decimus pout habetur in or-
dinis supplemento. [a] *Concesserit quod tempore interdicti quauis autoritate, & ex quibusuis causis pro tempore appositi in quibusuis Hispaniæ Ecclesijs ac locis à primis vesperis diei festi Cõceptionis vsque ad illius totalem octauã inclusiuè missas, & alia diuina officia apertis ianuis, & pulsatis campanis, atque alta voce (excommunicatis duntaxat, & nominatim interdictis expulsis) celebrare possunt. Et quod singuli Christi fideles non excommunicati, neque nominatim interdicti ad missas & alia diuina officia audienda præfato tempore libere admitti & licitè possint.* At idem Leo Decimus in priuilegio concesso Benedictis pro certis festiuitatibus, de quo infra secundo tomo in quæstione de interdicto id ipsum concesit pro tempore cessationis à diuinis. Et licet Nauarrus [b] ipsum priuilegium restrinxerit dicens, quod eo potest vti in Ecclesijs, in quibus dicitur officium conceptionis ordinatum per protonotarium Leonardum Nogarolum & eius missa quæ incipit Egredimini, & non in quibus illud non dicitur, at ego prout in nostra confessorum summa [c] annotaui contrarium verisimum existimo, cum Leo Decimus prædictum indultum concedat sine limitatione ad prædictum officium.

[a] Supplem. fol. 14. concess. 67.

[b] Nauar. ca. 27. n. 182. & de consecr. dist. 1. c. 10. num. 86.

[c] 1. tom. ca. 105. conclu. 8. nu. 8.

## QVÆSTIO LVIII.

### De confratrijs chordæ Beati patris nostri Francisci & zonæ Diui Augustini in tres articulos diuisa.

*Circa quam quæruntur tria.*

1 *QVAE indulta cõcedantur cõfratribus chordæ Diui Francisci.*

2 *De institutione confratriæ Corrigiatorum Diui Augustini, & de eius priuilegijs.*

3 *An Corrigiati indulgentiam Portiunculæ consequantur.*

### ARTICVLVS I.

*Quæ indulta concedantur confratribus chordæ Diui Francisci.*

RESpondeo dicendo, quòd Sixtus V. Pontifex maximus ex ordine Minorum ad ministeriũ Cardinalatus assumptus, & ad supremum Ecclesiæ Pontificatus apicem proiectus Romæ apud Diuum Marcũ sub annulo piscatoris die vigesima nona Augusti anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo septimo Põtificatus sui anno tertio quandam bullam edidit, cuius tenorẽ in præsentiarum referam: ex cuius relatione patebit quid respõdendum sit quæstioni in articulo propositæ.

*Sixtus Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriã diuinæ charitatis altitudo eminentissima, &c. Idcirco cum pro aliquali repensione amoris nostri erga tantum patrem nuper ad ampliorem decorem insignis & celebris Ecclesiæ domus eiusdem Sancti Francisci Assisiẽsis ordinis fratrum Minorum conuentualium nuncupatorum, in qua quidẽ Ecclesia sub illius altari maiori corpus eiusdem Sancti Francisci requiescit ad diuini cultus & piorum operum augmentum ipsiusque Sancti Francisci honorem & venerationem ac animarum Christi fidelium salutem vnã Archiconfraternitatem vtriusque sexus Christi fidelium qui chordam per*

fratres

fratres dicti ordinis gestari solitam ex illorum deuotione à superioribus eiusdem ordinis cinctam & susceptam deferrent & illa cingentur sub eiusdē Sancti Frācisci inuocatione in ipsa Ecclesia & ad dictum altare motu proprio erexerimus & instituerimus vt confratres chordigeri dictæ confraternitatis ad pia opera exercēda propensiores redderentur ac ad Ecclesiam & altare eiusmodi deuotionis causa confluerent, eisdem vtriusque sexus Christi fidelibus vere pœnitentibus & confessis dictam chordam quæ prius à superioribus dicti ordinis benedici debeat, reuerentiam & memoriam eiusdem sancti Francisci gerentibus, sacraque communione refectis Archiconfraternitatem ipsam ingredientibus prima die illorum ingressus ac in mortis articulo ipsorum nomen Iesu ore vel corde inuocantibus ac etiam vere pœnitentibus & confessis plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem per alias nostras literas concesserimus, necnon dilecto filio Clementi Bōtadosio moderno & pro tempore existenti dicti ordinis ministro Generali, vt quascunque confraternitates vtriusque sexus Christi fidelium chordigerorum huiusmodi in quibuscunq; Ecclesijs domorum, ordinum fratrum tam Minorum conuentualium quam de obseruantia & Capucinorum nuncupatorum vbicumque, & in quibuscunque mundi partibus erigere & instituere, illasque postquam erectæ fuerint præfatæ Archiconfraternitati cum omnibus & singulis indulgentijs & peccatorum remissionibus ac relaxationibus aggregare ipsasque indulgentias confratribus illarum communicare & concedere valeret plenam & omnimodam facultatem & authoritatem concesserimus easdemque confraternitates erigendas ex tunc prout ex ea die & è contra dictæ Archiconfraternitati aggregauerimus & indulgentias huiusmodi confratribus illarū cōmunicauerimus ac literas prædictas nullo vnquā tēpore de subreptitionis vel obreptionis aut nullitatis vitio vel intētionis nostræ seu quopiā alio defectu notari retractari aut reuocari nullatenus posse, sed semper validas efficaces futuras suosq; effectus plenarios sortiri debere decreuerimus & alias prout in dictis literis plenius continetur. Ne autem de præmissorum validitate vllo vnquam tempore dubitare contingat nostram denuo in præmissis autoritatem interponere ipsiusque Archiconfraternitatis autoritatem extendere ac piū dictorum confratrum chordigerorū propositū amplius promouere eosq; spiritualibus muneribus indulgētijs videlicet, & peccatorum remissionibus prosequi cupientes supplicationibus dicti Clementis hac in parte inclinati institutionem huiusmodi autoritate Apostolica præfata tenore præsentium perpetuo approbauerimus & confirmauerimus supplētes omnes & singulos tam iuris quam facti defectus si qui interuenerint in eisdem ipsamque Archiconfraternitatem in caput omnium confraternitatum chordigerorum huiusmodi vbilibet instituendarum & instituendarum etiam perpetuo autoritate & tenore præmissis erexerimus & instituerimus omnesque,

& sin-

& singulas indulgentias & peccatorum remissiones & relaxationes religioni & ordini fratrum Minorum huiusmodi per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros & nos concessas quoad eas duntaxat, quæ hactenus non sunt reuocatæ, nec sub vllis reuocationibus comprehensæ ijsdem autoritate, & tenore similiter perpetuo approbauerimus & confirmauerimus ac illis perpetuæ & inuiolabilis firmitatis robur adiecerimus illasque Archiconfraternitati & confratribus chordigerorum huiusmodi sub eisdem modo & forma, quibus illæ religioni & fratribus præfatis concessæ fuerunt dummodò vt præfertur non fuerint reuocatæ etiam perpetuo, & communicauerimus & elargiti fuerimus. Necnon de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius autoritate confessi vtriusque sexus confratribus chordigerorum huiusmodi præter indulgentias religioni præfatæ concessas in mortis articulo necnon quoties processionibus Archiconfraternitatis chordigerorum huiusmodi singulis mensibus fieri solitis interfuerint ijsdem quidem confratribus plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem perpetuò concesserimus alijs verò non confratribus qui processionibus huiusmodi interfuerint centum annos, de iniunctis eis vel alias quomodòlibet debitis pœnitentijs misericorditer in Domino relaxauerimus ac præfatis confratribus qui alijs dictis Archiconfraternitatibus processionibus aut dum Beatæ Mariæ vel quoduis aliud diuinum officium per ipsos confratres chordigeros recitabitur interfuerint ac quoties sanctissimi Christi corpus dum infirmis defertur vel defunctum ad sepulturam associauerint aut alicui miserabili personæ subuenerint vel pacem inter inimicos composuerint seu aliquod horum fecerint toties centum dies de iniunctis eis aut alias quomodolibet debitis pœnitentijs etiam misericorditer in Domino relaxauerimus eisdemque confratribus chordigeris vt indulgentias & peccatorum remissiones præfatas per modum suffragij pro fidelibus qui in gratia Dei decesserint consequi & impartiri valeant concesserimus. Vt facilius his specialibus gratijs omnes Christi fideles in diuersis orbis terræ partibus existentes gaudere possent, & dum copiosis eleemosynarum largitionibus fratres Minores de obseruantia maximo deuotionis affectu quotidie alunt ab ijsdem spiritualia beneficia in signum gratitudinis recipere valeant supplicationibus dilecti filij Francisci à Tolosa ministri Generalis, fratrum Minorum de obseruantia, hac in parte inclinati, eidem Francisco à Tolosa ac etiam Thomæ de Massa commissario Generali pro familia Vltramontana, necnon pro tempore existentibus Generali, & commissario Generali eorundem fratrum Minorum de obseruantia concedimus facultatem & autoritatem ministro Generali, in toto ordine fratrum Minorum de obseruantia. Commissario autem generali in illa familia, cuius fuerit, vbi non sunt eiusdem ordinis fatrum Minorum conuentualium

confrater-

*confraternitates iam erectæ, vel eorundem Minorum conuentualium monasteria instituendi confraternitates chordigerorum in omnibus & singulis conuentibus fratrum suorum, & concedendi & communicandi omnes & singulas indulgentias, peccatorum remissiones & relaxationes; ac tandem omnes fauores & gratias, quæ prædictæ archiconfraternitati concessæ sunt, & in futurum concedentur. Volumusque vt chordam ordinis Sancti Francisci, quam confratres vtriusque sexus gestare debent superiores fratrum Minorum de obseruantia benedicant, intelligendo per superiores etiam Guardianos, atque præsidentes. Non obstantibus præmissis ac nostra de indulgentijs ad instar non concedendis, & quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque.* Hæc Sixtus Quintus.

Circa hanc concessionem primo est notandum, quid Sixtus Quintus concesserit specialiter confratribus chordigeris.

In primis conceditur indulgentia plenaria, & remissio omnium peccatorum quibuscunque vtriusque sexus Christi fidelibus, qui confessi, & sacra communione refecti, in præfatam Archiconfraternitatem ingressi, & scripti fuerint, die eorum ingressus, & in die obitus, si in charitate decesserint, & nomen IESV ore vel corde inuocauerint.

Secundo conceditur indulgentia plenaria omnibus confratribus, item etiam confessis & sacra communione refectis, qui processionibus singulis mensibus fieri solitis interfuerint; alijs vero non confratribus, qui processionibus huiusmodi interfuerint centum annorum de iniunctis, vel alias quomodolibet debitis pœnitentijs.

Tertio conceditur indulgentia centum dierum eisdem confratribus, qui alijs processionibus Archiconfraternitatibus interfuerint.

Quarto conceditur indulgentia decem dierum, quoties sanctissimum Christi corpus, dum ad infirmos defertur associauerint.

Quinto conceditur indulgentia centum dierum ijsdem confratribus, quoties defunctos ad sepulturam associauerint.

Sexto conceditur indulgentia centum dierum ijsdem confratribus, quoties alicui miserabili personæ subuenerint.

Septimo conceditur indulgentia centum dierum ijsdem confratribus, quoties pacem inter inimicos composuerint, vel aliquod horum opus misericordiæ fecerint.

Octauo conceditur indulgentia centum dierum ijsdem confratribus, quoties diuinum officium Domini nostri, vel Beatæ Virginis, vel quoduis aliud recitauerint, vel recitantibus confratribus interfuerint.

Nono conceditur, vt indulgentiæ, & peccatorum remissiones præfatæ per modum suffragij fidelibus, qui in gratia Dei decesserint applicari valeant.

Decimo conceduntur omnes indulgentiæ à diuersis Summis Pontificibus ordini Minorum concessæ, neque hactenus reuocatæ.

Secundo est notandum, quòd hæc posterior concessio est communicata per Leonem decimum imaginem conceptionis Virginis Mariæ, vel scapularium eiusdem ordinis portantibus; non autem conceduntur ipsis alia superiora indulta, prout dictum est in quæstione superiori.

Tertio est notandum, quod chordigeri lucrantur indulgentiam illam notabilem Portiunculæ ad eum modum, quo eam lucrantur fratres Minores eorum Ecclesias visitando in die secunda Augusti, in qua festum Dedicationis Ecclesiæ Portiunculæ celebrari solet. Denique lucrantur omnes indulgentias, & gaudent omnibus absolutionibus plenarijs, de quibus latè in quadam tabula, quæ circunfertur summariè proponuntur, quam in secundo tomo agendo de indulgentijs.

Quarto est notandum, quòd vt hæc omnia consequantur, necesse est, vt prædictam chordam cinctam deferant benedictam ab aliquo prælato Guardiano, aut præsidente in absentia Guardiani, cui in eius absen-

absentia omnis facultas conceditur, iuxta constitutiones generales: & nos dicemus infra secundo in quæstione de vicarijs, & declarauit Sixtus in prælegata bulla. Requiritur etiam, vt ipsi confratres in confratrias ingrediantur, & in libris ipsarū scribantur. Ad hoc autem, vt nomen confratriarum sortiantur, sufficit quod confratres in dictis libris scribantur, etiam si ipsæ confratriæ non habeant œconomum, & maiores, quibus confratres obedire teneantur. In his enim confratrijs nihil injungitur confratribus faciendum postquā sunt conscripti, nisi tantum, vt si velint indulgentias & remissiones peccatorum consequantur. Et ita huiusmodi confratriæ sodalitia possunt nuncupari, sicut nuncupātur à Pio V. in bulla, [a] quæ incipit, Concesserunt Romani Pontifices confratriæ Rosarij Beatæ Mariæ, sodalitates. Hi autem, qui dictā chordam non benedictam deferunt, minimè gaudent supradictis; sicut neque qui deferunt benedictam non ingredientes confratrias eorum nominibus in libris earum scriptis.

[a] Habet. in constit. Pij V. concess. 34. fo. 611.

## ARTICVLVS II.

### *De institutione confratriæ Corrigiatorum Diui Augustini, & de eius priuilegijs.*

REspondeo dicendo, quod Eugenius Quartus Romæ anno Domini millesimo quadringētesimo trigesimo, confirmauit licentiam datam à Fratre Gerardo de Arimino generali ordinis Eremitarum Diui Augustini Fratri Cesario de Roma eiusdem ordinis professori, vt Corrigiatorum posset instituere confratrias. Postea authoritate Gregorij Tertij Decimi Prior generalis ordinis fratrum Eremitarum Diui Augustini confraternitatem vtriusque sexus fidelium Cincturatorum & Cincturatarum Sancti Augustini & Sanctæ Monicæ nuncupatam in Ecclesia Sancti Iacobi ciuitatis Bononiensis fundatam autoritate Eugenij Quarti vniuit simili confraternitati sub inuocatione Beatæ Mariæ Virginis de consolatione nuncupatæ, in eadem Ecclesia canonicè institutæ. Quam vnionem & incorporationem postea Gregorius Tertius decimus Romæ apud Diuum Petrum sub annulo piscatoris die decima Iunij anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo quinto, Pontificatus sui anno quarto, motu proprio & ex certa scientia confirmauit. Et idem Gregorius Tertius decimus in quadam Bulla data Romæ apud D. Petrum sub annulo piscatoris die duodecima Nouēbris, anno Dñi millesimo quingentesimo septuagesimo octauo, Pōtificatus sui anno octauo, præcepit in virtute sanctæ obedientiæ omnibus, ad quos spectat ne dictæ confraternitates sic, vt præfertur pro tempore aggregatæ ad quidquam soluendum dictæ confraternitati Sancti Iacobi ratione aggregationis huiusmodi soluere teneantur.

Postea verò Frater Gregorius Petrechinus diuina miseratione tituli Sancti Augustini S. R. E. presbyter Cardinalis de mōte Elparo nuncupatus ordinis fratrum Eremitarum eiusdem Diui Augustini ex dispensatione Apostolica Prior generalis, Romæ in conuentu Diui Augustini de Vrbe, die decima quinta mensis Decembris, anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo, anno quarto Pontificatus diuina prouidentia Papæ Gregorij Quarti decimi, autoritate Apostolica sibi specialiter concessa rescriptum in forma breuis edidit: *Quo in omnibus Ecclesijs domorum, & conuentuum fratrum ordinis Eremitarum Sancti Augustini in prouincia Castellæ iam erectis, seu de catero erigendis, ac earum singulis vnam confraternitatem vtriusque sexus Christi fidelium Corrigiatorum, seu cinctoriatorum Diui Augustini eiusque diuæ matris Monicæ in capella, vel altari à priori & conuentu specialiter ibi eligendo de nouo perpetuò, & ad perpetuam rei memoriam gratis vbique & alias seruata forma dictarum literarum Papæ Gregorij XIII. erexit, & instituit, & fundauit; ac erectā, fundatā & institutā cēseri & omnino esse voluit illasque, & earum singulas, sic, vt præfertur erectas & fundatas archicon-*

frater-

*fraternitati Beatæ Mariæ Virginis de consolatione Corrigiatorum, seu Cincteriatorum Sancti Augustini & eius matris Sãctæ Monacæ, in Ecclesia domus seu conuentus fratrum Sancti Iacobi dicti ordinis Bononiensis, vt præfertur institutæ specialiter, & expresse etiã gratis & perpetuo aggregauit, vniuit & incorporauit. Ac singularum confraternitatum sub dicta inuocatione erectarum huiusmodi vtriusq; sexus confratribus, & eorum quibuslibet omnia & singula priuilegia, concessiones & indulta tam spiritualia, quam tẽporalia, ac etiã peccatorum remissiones, & indulgentias etiam plenarias, & perpetuas, vel quascunque alias, qualitercunque & quomodolibet qualificatas & nuncupatas, per quoscunq; Sũmos Põtifices literis Apostolicis variis temporibus singulis archicõfraternitatis prædictæ confratribus, quomodolibet & ex quauis causa concessas, & elargitas perpetuo etiam communicauit, & ad singulas ex nunc dicta autoritate Apostolica extẽdit, & ampliauit, illisque omnibus & singulis eorum quẽlibet vti, gaudere debere, & de illis, aliisque spiritualibus suffragiis, operibus meritoriis dictæ archicõfraternitati, & illius vtriusq; sexus confratribus concessis, & per eos aliosque totius ordinis Eremitarum Diui Augustini fratres vbilibet pro tempore quomodolibet participes fecit, & participare debere dicta autoritate Apostolica declarauit.*

Posteà verò Gregorius Quartus decimus apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die decimo quinto Decembris anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo nono, & die tertia Martij, anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo primo, Pontificatus sui anno primo, in bulla, quæ incipit: Cum sicut accepimus dilecti filij confratres, & in fauorem huius cõfratriæ ait. *Cum sicut accepimus, dilecti filij, confratres vtriusque sexus fidelium Corrigiatorum nuncupati D. Augustini vti, frui & gaudere possint indulgentijs, & partipes fieri omnium gratiarum spiritualiũ ordini ipsius Sancti Augustini concessarum, omniumque bonorum, quæ in dicto ordine pro tẽpore fiũt, inter alia teneãtur quotidie recitare tredecim pater noster, & totidẽ Aue Maria, & vnã Salue Regina pro salute Romani Pontificis, ac fœlici statu Sanctæ matris Ecclesiæ, sæpeque contingit, vt non omnes personæ, quæ in dictas confraternitates ingrediũtur, aut iam sunt ingressæ, aut in futurum ingredientur sciant, & aliquando etiam dicere nequeant ipsam Salue Regina. Idcirco nos volentes pro nostra erga tales personas paterna charitate earum animarũ saluti opportunè consulere tenore præsentiũ concedimus, quod quæcunq; personæ cõfraternitatũ huiusmodi nunc & pro tempore existentes, quæ ipsam Salue Regina dicere ignorauerint loco Salue regina quinq; Aue Maria vna cum prædictis tres pater noster, & totidem aliys Aue Maria deuote recitando, easdem indulgentias, & gratias spirituales consequãtur, & consequi valeant, quas consequerentur si ipsam Salue Regina recitarent, & quilibet eorum recitaret.*

Demum idem Gregorius Quartus decimus in bulla, quæ incipit; Quæ à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, &c. Data Romæ apud Diuum Petrum die decima

decima octaua Aprilis pontificatus sui anno primo, ad supplicationē dilecti filij magistri Ludouici de Auila prioris Ecclesiæ fratrum ordinis Eremitarum Sancti Augustini ciuitatis Vallisoleti dictæ confraternitati eiusque fratribus ampliorem gratiam concessit. *Omnibus enim & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus, qui cō fraternitatem ipsam vbivis locorum institutā, & instituendam, pro tempore ingredientur die illorum ingressus, si vere pœnitētes & confessi sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserint plenariam, & eorum confratrum iam in ea descriptorum mortis articulo, sic etiā vere pœnitentes, ac confessi, sacra que cōmunione refecti, vel saltem, si præmissa facere nequiuerint, euidens aliquod pœnitētiæ, & veræ contritionis signum exhibendo nomen Iesu ore vel corde deuote inuocauerint plenariam pariter omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & largimur non obstantibus constitutionibus.*

Circa quas concessiones est primo aduertendum, quod aliqua de nouo conceduntur in ista vltima bulla Gregorij Quarti decimi, quæ non communicantur deferētibus imaginē conceptionis secundum indultum Leonis Decimi in articulo quarto quæstionis præcedentis relatum, nisi alias per alia priuilegia antiqua fratribus Mendicantibus fuerint similia cōcessa: nam tūc sicut fruuntur Corrigiati indulgentijs concessis fratribus Augustinienſibus secundum concessionem Leonis Decimi in dicto articulo quarto, vltimo loco relatam: ita etiam eisdem fruuntur imaginem conceptionis deferentes.

a Suppl. fol. 61. concef. 188.

Secundo est aduertendum, quod Leo Decimus, [a] prout habetur in supplemento, concessit. *Quod viri & fœminæ deferentes zonam fratrum Diui Augustini data ab aliquo prælato eiusdem ordinis ad hunc finem lucrari possunt indulgentias prædictis fratribus concessas.* At ego ex bullis superius allegatis nunquam potui colligere, quod confratres Corrigiati, vt consequantur indulgentias fratribus Augustinienſibus concessas, necessario debēt deferre Zonam datam ab aliquo prælato eiusdem ordinis. Quod si esset necesse à Sūmis Pōtificibus exprimitur, sicut exprimeretur à Sixto V. Pōtifice maximo ordinante, quod confratres Chordigeri patris nostri D. Francisci, vt consequantur indulgentias ordini concessas necesse est, vt deferant Chordam benedictam ab aliquo superiore guardiano, scilicet, aut in eius absentia præsidente.

## ARTICVLVS III.

### An corrigiati indulgentiam portiunculę consequantur.

REspōdeo dicendo, quod sæpe vidi apud fratres controuerti, an confratres Corrigiati possint dicendo orationem Dominicā & salutationem angelicam coram altari à superioribus Augustinienſibus deputato, prout infundatione & concessione ipsarum confratriarum, autoritate Apostolica conceditur, possint in die secunda Augusti lucrari indulgentiam portiunculæ, quæ eodem die visitātibus ecclesiam Sanctæ Mariæ Angelorum Assisij indulgetur. Et aliquibus dura nimis visa fuit pars affirmatiua. Nā etiā si Leo Decimus, prout habetur in supplemēto. [b] *Motu proprio, & ex certa scientia approbauerit & innouauerit ac plenū firmitatis robur obtinere & firmiter obseruari voluerit, ac de nouo cōcesserit cōmunicationē priuilegiorū omniū ordinū Mendicātiū, quā fecerat Iulius Secundus fratribus Minoribus obseruantię, dando super hoc iudices.* Ipse tamen Leo decimus, prout habetur in eodem supplemento [c] declarauit, *Hanc communicationem debere intelligi quod gaudeant prędicti fratres priuilegijs generaliter concessis congregationibus*

b Suppl. fol 17. cōcel. 57.

c Suppl. 58. concel. 157.

*nibus, & personis, & locis congregationum, & non domibus & personis particularibus congregationum, vel ordinis conceßis.* Et per consequens videtur, quod licet Augustinienses communicent cum nobis Minoribus in priuilegijs & indulgentijs, non tamen communicant in hac cum ipsa sit concessa à principio visitantibus ecclesiam Sanctæ Mariæ Angelorum die secunda Augusti. His tamen non obstantibus contrarium est asserendum. Licet enim hæc diuina indulgentia fuerit primo concessa ecclesiæ Sanctæ Mariæ Angelorum supra dictæ, postea tamen extensa est ad totum ordinem. Sixtus enim Quartus, prout habetur in Monumentis [a] ordinum *Conceßit fratribus Minoribus obseruantiæ, & monialibus Sanctę Clarę atque Tertiarijs vtriusque sexus, & seruitoribus fratrum & seruitricibus monialium, & sororibus in ecclesia exteriori vel vbi quæstuando steterint indulgentiam Sanctæ Mariæ de Angelis, atque quascunque alias indulgentias generales, tam plenarias, quam non plenarias Almæ Vrbis, dicendo quinque Pater noster cum totidem Aue Maria, in suis ecclesijs, ac si visitarent loca personaliter, vbi sunt istæ indulgẽtiæ diebus suis.* Et hoc ipsum confirmauit, & de nouo concessit in alia bulla idem Sixtus Quartus, prout habetur in dictis Monumentis. [b] Et Leo Decimus id ipsum confirmauit; & aliam ampliorem edidit concessionem, quæ in secundo tomo in quæstione de portiunculâ latius continetur.

[a] Monu. in. 1 impr. fol. 64 & fol. 68. cõcessi. 136. & fol. 67. concess. 123. & fol. 96. cõcess 333.

[b] In monu. in. 1. impress. fol. 67. concess. 114 & folio. 96. concess. 327.

Ex quibus infertur, quod cum iam ista concessio sit omnibus fratribus Minoribus regularis obseruantiæ communis, recitando dictas orationes Dominicas & Angelicas, prout in dictis bullis latius continetur, communicatur tale priuilegium concedens fratribus omnibus indulgentiam supradictam omnibus Mendicantibus & per consequens fratribus Eremitis Diui Augustini, cum inter Mendicantes secundum ius commune connumerentur. Et sic de primo ad vltimum sequitur quod Corrigiati dicendo tres Pater noster cum totidem Aue Maria ante altare à prælatis Augustinienfibus deputatum iuxta concessiones superiores allegatas die secunda Augusti contriti & confessi eandemmet indulgentiam consequentur. Cum secundum bullas in superiori articulo allegatas, ingressi istam cõ fraternitatẽ, & deuotè faciendo dictam orationem omnes indulgentias consequantur quas consequuntur ipsi Augustinienses fratres.

## QVÆSTIO LIX.

### De confessarijs Regularibus quãtum adpræsentationem in decem articulos diuisa.

*Circa quam quęruntur decem.*

1 *VTrùm confeßarij regulares debeant necessario ab Episcopis approbari, & coram ipsis præsentari*

2 *Vtrùm forma præsentandi confessarios posita in Clementina dudum, sit à Concilio Tridentino approbata.*

3 *Vtrùm præsentatio & approbatio confessorum regularium habeãt aliquam formã.*

4 *Vtrùm præsentatio & approbatio confessariorum regularium sit perpetua.*

5 *Vtrùm hæc præsentatio confessariorum regularium in vno episcopatu sufficiat pro omnibus episcopatibus.*

6 *Vtrùm præsentatio & approbatio perpetua competens Minorũ & Prædicatorum confessarijs, confessarijs aliarum religionum concedatur.*

7 *Vtrùm confessarij regulares in foro conscientiæ possint modo frui præsentatione & approbatione semel obtenta.*

8 *Vtrùm approbatio confessariorum regularium possit ab Ordinarijs restringi ad certum locum, tempus & personas.*

9 *Vtrùm aliquis prouincialis possit renuntiare huiusmodi priuilegio approbationis perpetuæ.*

10 *Vtrùm*

10 *Vtrùm graduati in sacra Theologia regulares debeant necessario Episcopis ad audiendas secularium confessiones præsentari, & ab eis examinari.*

## ARTICVLVS I.

## *Vtrùm confessarij regulares debeant necessario ab Episcopis approbari, & coram ipsis præsentari.*

REspõdeo dicẽdo, quod cõfessio peccatoris est accusatio secreta de suis peccatis, corã proprio sacerdote, vt ab illis sacramentaliter absoluatur vt colligitur ex traditis à Gabriele, [a] & dicitur in ea, proprio sacerdoti: quia sacerdos debet habere iurisdictionem in foro conscientiæ supra illum, qui se ipsum accusat, vt patet in iure. [b] Nam illa quæ fit alij quam proprio sacerdoti, non est vera confessio, debet enim confessor habere iurisdictionẽ actualem ordinariam, vel delegatam à summo Pontifice, vel à proto pœnitentiario, vel Episcopo, vel Proepiscopo, seu vicario. Nã absque ea neque in quadragesima, neque alio tempore potest valide, & efficaciter absoluere, præterquam in articulo mortis, quo tempore quilibet simplex sacerdos potest audire confessiones, à quacũque excõmunicatione, & à quibuscũque casibus absoluere, prout cõstat ex late traditis à Nauarro. [c] Ex quibus patet, quod regulares cõfessores nõ possunt audire cõfessiones secularium, nisi iurisdictionem actualẽ supra ipsos habeant. quam minimè possunt habere nisi corã Episcopis præsentetur, & ab eis approbationẽ obtineant. Dicitur enim in Concilio [d] Tridẽtino, quod quamuis presbyteri, in sua ordinatione à peccatis absoluendi potestatem accipiant, nullũ tamen etiã regularem posse cõfessiones secularium, etiã sacerdotũ audire, neque ad id idoneũ reputari nisi aut parochiale beneficiũ aut ab Episcopis per examẽ si illis videbitur necessarium esse, aut alias idoneus iudicetur, & approbationẽ, quę gratis detur obtineat priuilegijs, cõsuetudine qua cũq; etiam immemorabili nõ obstantibus. Hęc autẽ præsentatio cõfessariorum regularium duobus modis fieri contingit; vno modo secundum formam traditam ab Innocentio Octauo in compendio [e] priuilegiorum Mendicantium, & habetur in Monumentis ordinum, & in supplemento. quę cum non duret, nisi per annum ne faciat, vt sic præsentati pro præsentatis habeantur iuxta formam iuris, neque consequenter, vt gaudeant priuilegijs, quibus præsentati gaudẽt, prout aduertit Doctissimus Nauarrus. [f] Ideo eius tenorem minime refero. Vnde ad aliam præsentationem secundum formam iuris me conuerto quæ ponitur in quadam Clementina 8 in corpore iuris inserta; & approbatur à Concilio Lateranen si sub Leone Decimo. Qua præsentatione tenentur prælati fratrum petere ab Episcopis, & superioribus, vt placeat ipsis, quod fratres ad id per suos prælatos nominati possint in suis ciuitatibus, & diœcesibus libere eorum subditorum confessiones audire, & salutares pœnitentias imponere; & cũ sua facultate & bona venia absoluere. Ita tenet Nauarrus, [h] quid quid dicat Syluester, allegando Cardinalem. Qui licet ibi, vbi allegat Cardinalem subobscure loquatur, alibi tamen clare se resoluit, dicens teneri fratres ad petendum prædicta.

Et pro explicatione huius præsentationis est aduertendum, quod duplex modus præsentandi proponitur à Collectore priuilegiorum Mendicantium secundum formam dictæ Clementinæ. Sed quia vtraque præsentatio aliquas difficultates includit, ad eas euitandum & ad euadendum ambages in ipsis contentas, securius est, quod prouincialis per se vel per alium accedat ad Episcopum, rogans eum, quod admittat tot confessores, quos ipse determinatos habeat in sua intentione; supplicans ipsi, quod eos acceptare dignetur; ac si in omnibus, & per omnia seruata esset forma iuris, contenta in Clementina, dudum, & in Concilio Lateranensi, & in Concilio Tridentino. Quod si dignetur facere, tales confessores habent (dum tamen ipse intendat, quod facit) omnem autoritatem, quæ confessarijs regularibus in dicta Clementina conceditur. Si autem Episcopus noluerit acceptare hanc formam præsentationis oportebit seruare formam traditam, & collectam, ex dicta Clementina. Alias non possent fratres audire confessiones de iure: & per consequens, neque absoluere sicut conceditur in dicta Clementina.

a Gab. in 4. d. 17. q. 1.

b ca. omnis vtriusq; sexus ibi; proprio sacerdoti de pœnit. & remiss.

c Nau. in. c. 1. n. 73. de pœnit. d. 6.

d Con. Trid. sel. 23. c. 15.

e Compẽ. v. præsentatio fratrũ &. v. absolu. quoad seculares & in monumentis. 1. impres. fol. 95. & in. 2. fol. 93. & in supple. fol. 9. cõcess. 352.

f Nau. ca. 27. de præsentatio. confessar. religios. § Clemẽ. dudũ. §. statuimus de sepul. concil. Lateranen. sess. 11.

h Naua. vbi sup. nu. 260. Sylu. v. confessor. 2 q. 1. & in. §. ac deinde. q. 5.

Pro cuius præsentationis explicatione nota primo, quod, vt seruetur eius forma requiritur primo, quod magister & priores prouinciales, aut eorum vicarij ordinis Prædicatorum, & ministri generales & prouinciales, & custodes ordinis Minorum per se, vel per alios fratres idoneos accedant ad præsentiam prælatorum ecclesiarum, ciuitatum, aut diœcesis, vbi habitant fratres horum ordinum, & humiliter ab his petant, vt fratres electi à suis prælatis possint suo bene placito in suis ciuitatibus, & diœcesibus audire confessiones suorum diœcesanorum, & illis imponere pœnitentias salutares, eosque à peccatis absoluere. Et hoc necessario debet præcedere, prout concludit Cardinalis: [a] licet Syluester [b] allegans Cardinalem in alia parte dicat hoc non esse de substantia necessarium. Verum est tamen, quod prælati possunt hanc præuentionem renunciare, concedendo licentiam confessarijs præsentatis, electis antequam facultas ad eligendum ab ipsis prælatis impetretur.

a Cardin. in Clemen. dudū. §. ac deinde. q. 5.

b Sylu. v. cōfessor. 2. §. 1 Card. in. d. Clemē. § statuimus. q. 8.

Secundo est notandum, quod ista præsentatio debet fieri his, qui in locis, vbi fit talis præsentatio, habent iurisdictionē episcopalē, vel quasi: ita quod nulli diœcesano subsint ipsi neque eorum subditi. Hi autē sunt Episcopi, & eorum loca tenentes de iure, vel consuetudine, vt sunt qui de iure vel consuetudine sede vacante regunt Ecclesiam, & sunt Abbates ecclesiastici, vt in nostra Hispania erant Abbates Vallisoleti & Metinæ, in quorum abbatijs non poterant confessores seculares aut regulares audire cōfessiones secularium, etiam si essent approbati ab Episcopis Palentino, aut Salmantino; in quorum diœcesibus erant dictæ Abbatiæ constitutæ. Ita colligitur ex traditis à Syluestro. [c]

c Sylu. confessor. 2. n. 7.

Tertio est notandum, quod postquam supradictę licentię fuerint concessę, si prælati noluerint, quod præcedat necesse est, quod dicti fratres eligantur & habilitentur per magistrum, aut priores prouinciales, quo ad prædicatores vel per generalē, aut prouincialem ministrum, quoad minores. Horum autem vicarij, aut custodes eos nō possunt eligere, licet possint dictam licentiā petere. Verū est, quod ex cōmissione ipsi, & etiā priores cōuētuales posūt eligere; quia quod priores prouinciales habent à iure committere possunt, cum sint ordinarij.

Quarto notandum est, quod postquam fuerint electi debent dictis prælatis præsentari: quod verbum præsentari significat quod debent sensibus corporalibus se præsentes exhibere. Non enim sufficit nominare secundum glossam [d] communiter receptam & Nauarrum.

d Glo. in. d. Clem. dudū v. præsentare Naua. vbi sup. c. 17. nu. 160.

Quinto requiritur, quod dicti prælati [e] tot fratres eligere debent qui sufficere possint, in audiendis sacris confessionibus. Numerus autem personarum assumendarum ad huiusmodi officium exercendum esse debet, prout vniuersitas cleri & populi, ac multitudo, vel paucitas exigit. Cæterum dubitare contingit; quid si contentio sit inter prælatum & ipsos fratres de numero eligendorum, cum Episcopus dicat decem sufficere; fratres verò contendant maiorem numerum requiri? Hanc dubitationem soluit glossa, [f] docens Episcopum eligere cum numerum posse, qui sufficere possit populo. Et si adhuc contentio sit, posse vel non posse sufficere erit iudicis arbitrio diffinire. Quam quidem sententiam probauerunt ibidem Cardinalis Bonifacius Vitalinus, Syluester, & Menochius. Quod confirmari potest ex quadam [g] lege. Cum enim Modestinus retulisset Antonij Pij constitutionem de numero medicorum, rhetorum & grammaticorum habendo in ciuitatibus paruis & magnis, subiunxit ibi, in maximis vrbibus atque ita in metropolitanis maiorem requiri numerum. Qui autem sit iste numerus, ibi non statuitur; & propterea remittitur iudicis arbitrio.

e d. §. ac deinde.

f Glos. in. d. §. ac deinde v. exigit Cardinal. in ver si. extra ciuitates. q. 6. v. tabinus. n. 9 & 10. Sylue. v. confes. 2. n. 10. Mech. lib. 2. de arbitr. centur. 5. casu. 465. g l. si duas. § decet. ff. de excusat. tu to.

Sexto est notandum, quod prælati ex rationabili causa possunt reprobare aliquem ex electis; vt patet ex dicta Clementina; & si loco repulsi alius subrogetur etiam ille secundum glossam ibi ex causa poterit repelli: non autem sine causa. Si vero prælati absolute nolunt dare licentiam dicto modo petentibus, scilicet, humiliter, sicut decet nihil refert: quia eis licentia autoritate apostolica conceditur. Vnde expectato congruo tempore audire possunt confessiones secundum Cardinalem. Congruum autem tempus erit, quando viderint dictorum prælatorum in hoc firmam sententiā. Si vero prælati non expectata præsentatione prædictę monētes dicant: Non præsentetis aliquos: quia non admittemus, secundum Cardinalem audire possunt, sine alia præsentatione. Si vero expresse non recusant admittere

mittere,sed non dant licentiã, vel negligũt secundum glossam,locum habet hic priuilegium post trinam monitionem, vel requisitionem. Tum,quia huiusmodi præsentatus & sine causa ab Episcopo reiectus habetur pro approbato ab eo; sicut regularis petẽs licentiam transeundi ad aliam religionem strictiorẽ, negata ea sine causa habetur pro licentia donato,iuxta ea quæ traduntur in iure. [a] Et sicut Abbas,qui petijt tertiò benedictionẽ ab Episcopo habetur pro benedicto si eã sibi [b] deneget,vt ex sacris canonibus educitur.Quod exemplis illustrat Baldus [c] in suo candelabro aureo supposito,quod Episcopi approbando Minores & Prędicatores,habent solũ nudum ministerium approbandi.Primũ exẽplum est: Papa concedit mihi beneficium hac conditione,si Episcopus inuenerit per examẽ me esse sufficiẽtẽ & idoneũ; clarum est quod statim,ꝙ inuẽtus fuero idoneus ab Episcopo collatũ est mihi beneficiũ non ab Episcopo sed à Papa.Quod si Episcopus absque iusta causa negaret mihi approbationem,faceret mihi iniuriã, & ad interesse teneretur,si aliquod dãnũ mihi eueniſſet.Aliud exẽplũ est in matrimonialibus dispensationibus quãdo Papa facta dispensatione cõmittit ordinario, vt facti veritate per informationem reperta, eos matrimonio faciat coniungi. Nam si facta informatione legitima cõstat de veritate,Episcopus sine iusta causa dictũ coniugium prohiberet contrahere volentibus,iniuriam proculdubio maximã irrogaret.Sic in proposito, Papa concedit Minoribus & Prædicatoribus secundũ formã Clemẽtinæ, dudũ iurisdictionem suppositа approbatione ordinariorũ;negata sine causa tali approbatione ipsis sine dubio iniuriam facit:quo casu Sũmus Pontifex vt pater omnium voluit iniuriæ satisfactionẽ dictis regularibus condonare ipsis iurisdictionem concedendo,& pro approbatis eos habendo.

a ca.licèt de regul.
b c.1.de supple.negli. prælato.
c Viualdus in candela. aur.tit. 5. de absolut. nu. 27.pag. 142. col.1.

## ARTICVLVS II.

### *Vtrùm ista forma præsentandi secundum dictam Clementinam sit à Concilio Tridentino sublata.*

REspondeo dicendo, quod in Concilio Tridentino prout relatum est in articulo superiori statuitur nullum etiam regularem posse confessiones secularių etiam sacerdotũ audire, neque ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examẽ, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus iudicetur & approbationem, quæ gratis detur, obtineat: priuilegijs, cõsuetudine quacunque, etiam immemorabili nõ obstãtibus. Quod decretum existimo non derogare decretalem Concilij generalis Vienẽsis relatam in dicta Clementina, respectu illius,quod tradit de approbatione cõfessariorũ regulariũ ordinũ Prædicatorũ & Minorũ. Quod sequẽtibus rationibus cõprobatur. Si enim Cõciliũ Tridentinũ nollet in sua vi dictam Decretalẽ manere, ex duabus cõiecturis id deprehẽderetur.Prima;quia dicit nõ obstãtibus priuilegijs.Secunda:quia Cõcilij Tridẽtini decretũ est lex generalis posterior. Et vt in iure diffinitur, edẽs Põtifex aliquã constitutionem cõsequenter videtur reuocare aliam primam ipsi contrariam.At ex his duabus coniecturis minime cõcluditur dictam Clementinam esse reuocatã. Primo quia fratribus Minoribus & Prædicatoribus,de quibus solum loquitur Clementina competit confiteri seculares virtute delegationis, & commissionis Sãctæ Romanæ Ecclesiæ;quæ commissio & delegatio ipsis est cõmissa in dicta decretali & statuto cõcilij Vienensis.Quæ decretalis est in sertain corpore iuris, sicut sunt insertæ aliæ leges cõmunes ecclesiasticæ: & habet eãdẽmet vim ac virtutem,quam habent aliæ leges,propter quod sub dicto nomine priuilegij minime venit. Quod probatur. In rebus enim moralibus loquendo debemus interpretari verba secundum communem & moralem modum loquendi, prout dicitur in iure. [d] Et secundum communẽ & moralẽ modum loquendi iurisperitorum per hoc nomen priuilegium simpliciter & absolute dictum non intelligimus illud, quod est in corpore iuris insertum. Vnde concluditur nolle Concilium Tridentinum in illis verbis priuilegij decretalem supra dictã cõprehendere.Si enim ipsam vellet comprehendere aliquid aliud adderet, cum priuilegium in ea contentum sit ius commune in Cõcilio generali Lateranensi confirmatum. Et nostra sententia corroboratur. Dicta enim Clemẽtina fuit quædam sententia diffinitiua,data ratione cuiusdam controuersiæ ortæ inter clericos ex vna parte,& fratres Minores & Prædicatores ex altera, vt colligitur ex eadem

d ca.ex literis de sponsalibus.l.librorum. §. quod tamẽ cassus.ff. de legatis.3.

dem Clementina. quæ cum sit sententiæ diffinitiua, minime sub nomine priuilegij continetur.

Secunda ratio est: Nam Papa Syxtus Quartus vocat dictam Clementinam ius commune dicens; Per hoc tamen ipsi fratres Mendicantes non censeantur excluſi, quo minus secundum iuris communis & priuilegiorum eisdem concessorum dispositionem confessiones audire valeant, & pœnitentias iniungere. Quæ verba iurisdispositionem ad Clementinam supra dictam referuntur, cuius virtute Minores & Prædicatores confessiones secularium audiant.

Tertia ratio est: Nam Concilium Vienense & ipse summus Pontifex Clemens vocat eam decretalem, vt patet ex verbis ibi dudum à Bonifacio Octauo prædecessore nostro infra scripta dicta Decretali. Et

a Bonifac. Summus Pōtifex Bonifacius [a] vocat eam statutum & ordinationem, vt patet ex eius verbis ibi. *Diligēti cum fratribus nostris deliberatione præhabita super eo ad honorem Dei, & exaltationem catholicæ fidei, quietum statum partium prædictarum ad salutis animarum fidelium incrementum de ipsorum fratrum cōsilio autoritate apostolica statuimus, & ordinamus.* Quæ verba satis clare designant hoc non esse priuilegium, sed legem communem maximo consilio & consideratione ab Ecclesia Romana editam.

Item probatur nostrū intentum ex proœmio Clementinarum; vbi summus Pontifex præcipit, quod omnes Clementinæ nulla excepta recipiantur, vt in scholis, & in iudicio per eas gubernentur: quod solum dicitur de legibus ecclesiasticis.

b Sess. 25. de regul. Item probatur: Nam Concilium Tridentinum [b] loquens de quarta funeralium à Mendicantibus soluenda, præcipit, quod soluatur non obstante quocunque priuilegio. Ex cuius mente colligitur Concilium appellare dictam Clementinā legem, prout distinguitur contra priuilegium. Quod probatur. Quarta enim soluitur per dictā Clementinam: & Concilium Tridentinum vocat priuilegia omnia indulta contra eam obtenta, supponens ipsam esse legem communem. Et confirmatur. Nam quæro à Dominis Episcopis, quo iure debetur quarta parochis? Certe respondēt, quod iure communi. Quæro deinde, vbi est hoc ius commune? Non est aliud, nisi dicta Clementina. Si igitur dicta Clementina secundum ipsos Dominos Episcopos est vere ius commune respectu quartæ funeralis, quare respectu præsentationis confessorum regularium erit dicenda priuilegium, & non ius commune, cū in ea non solū statuatur id, quod pertinet ad quartam funeralem, sed etiam id, quod pertinet ad confessariorum præsentationem & approbationem? Denique Bartolus [c] mouet hanc quæstionē in forma, quærens. Vtrum lex de nouo instituta deroget priuilegia posita in corpore iuris dicendo, non obstantibus priuilegijs? Et respondet, quod non; nisi specialiter de ipsis mentionem faciat: etiam si apponat quascunque nō obstātias generales. Talia enim priuilegia in corpore iuris inserta iam in duunt sibi aliud nobilius nomen. Non etiā solum sunt leges priuatæ, sed etiam leges communes & generales. Et hanc sententiā tenet Paulus de Castro & Felinus: vbi refert alios idem tenentes. Tenent etiam communiter Doctores, Quintilianus Mandosius & Beroius. Et in Concilio Tridentino affuerūt viri grauissimi, in vtroque iure eximij, qui optime præ oculis habebant hanc doctrinam: & intelligebant Clementinam non derogari per illam non obstantiā priuilegiorum generalem. Et hanc opinionem tenet additionator Concilij Horatius Lucius Calensis iuris consultus præstantissimus. In dicta enim sessione vigesima tertia capite decimo quinto, ponit pro concordata ad marginem dicti capituli decimiquinti Clementinam dudum. §. ac deinde, de sepulturis, innuens dictum decretum decimum quintum in nullo derogare dictam Clementinam dudum. Et hanc opinionē tenet Doctissimus Nauarrus [d] affirmans quod expedit iura cōcordare iuxta ea, quæ in iure [e] notātur. Vnde concordat Concilium Tridentinū cū dicta Clementina, quod scilicet Cōciliū Tridētinū limitetur per eā obrationē specialitatis, quæ colligitur ex ea ad refrænādam, scilicet, quorūdā Episcoporum duritiem. Sed contra supra dicta quoddam proponitur argmentum, videlicet, quod dicta Clementina continet rem quamdam, & gratiā specialem non concernentem Ecclesiam vniuersalem, sed solum concernentem religiones in ea expressas Minorū, scilicet, & præ-

c Barto. n. 1. ver. vel diuersius in authen. qua in prouincia, vbi glo. circa fin. v. dic ergo. C. vbi decrimine agi oportet. Barto. in extrauagāt. ad reprimē dum in glo. in. v. nō obstātib. versi. nota etiam priuil. Cast. in. l. 1. ff. de legib. nu. 2. Felin. in. c. 1 de rescript. n. 12. Doct. in. l. hæres absens. ff. de iudic. Mando. de sign. gra. fol. 52. pag. 2. col. 1. vers. priuil. in corpore iuris Beroi. in. cap. sicut Romana ante. nu. 69. de rescript.

d Nauar. in man. c. 27. n. 260. & in misc. 1. de præsent. confes. regul.

e c. cum expediat de elect. lib. 6.

& Prędicatorum;& perconſequens potius eſſe priuilegium quam legem communem eccleſiaſticam.

Huic argumẽto reſpõdetur,quod ſi ex eo, quòd cõcernit perſonas& religiones ſpecia les debet dici priuilegiũ conſequenter debe mus concedere quam plurimas decretales in corpore iuris inſertas eſſe pura priuilegia.Plurima enim diriguntur, vt videre eſt in corpore [a] iuris canonici, ad Eccleſias particulares.Secundo reſpõdetur,quod fra tres Minores & Prædicatores habent mini ſterium confitendi non iure ſpeciali,ſed ex conceſsione & priuilegio inſerto inter ius commune eccleſiaſticum. Vnde etiam ſi ta lis conceſsio rem concernat particularem non propterea amittit nomen canonis & le gis eccleſiaſticæ; nam ſufficit quod ſit in corpore iuris, & ex eius definitione ali quod bonum cõmune reſultet, vt doctè probat noſter pater frater Alfonſus de Caſtro. [b] Et non eſt dubium dictam Cle mentinam fuiſſe editam infauorem populi Chriſtiani ad ſalutem animarũ, cum inpræ dictis religionibus ſint viri illuſtres in do ctrina,& ſanctitate potẽtes in opere,& ſer mone ad exhortãdum in omni bono. Qua ratione ſummus Pontifex ibi ordinat eos coadiutores propriorum ſacerdotum. Et Heu,Heu,ſi deficerent in Eccleſia Dei con feſſarij regulares ad purificandas animas fi delium deſtinatos. Si enim per vnum men ſem deficerent ſentirent certe domini Epiſ copi penuriam talium coadiutorum viden tes fideles ſicut oues balantes & errantes, ſitientes ad fontes aquarum procedentium à throno Dei, conſolationem ſpiritualẽ & medicinam virtute ſacramentorũ profuſis lachrimis & gemitibus inenarrabilibus po ſtulates.Conſiderent hęc & mẽte reuoluãt Domini Epiſcopi,amore proſequãtur ſuos coadiutores & proprios ſacerdotes. Dico proprios ſacerdotes. Nam doctiſſimus pa ter Soto [c] poſt alios reſoluit commiſſio nem ipſis fratribus ad audiendas fidelium confeſsiones cõceſſam eſſe maximè conſo nã & conformem decreto capituli,omnis vtriuſque ſexus, in quantum dicit confeſ ſiones debere audiri à proprio ſacerdote, vel de licentia ipſius proprij ſacerdotis.

Reſtat modò probare,quod non ex eo,q Concilij Tridẽtinũ eſt lex generalis poſte rior, debemus dicere derogare Clemẽtinæ dudũ,legẽ priorẽ.Pro cuius rei explicatio ne notandum eſt, quod leges tam ciuiles, quam Eccleſiaſticę duobus modis conſide rantur. Quædam enim ſunt generales om nes comprehendentes, verbi gratia, quãdo præcipiunt,vt omnes hoc faciant, vel pro hibent faciendum:& has leges appellant iu ris conſulti genus. Aliæ ſunt leges, quæ nõ cum omnibus loquũtur, ſed cum perſonis particularibus;vt leges loquentes de prętoribus,de pupillis, viduis & orfanis quæ nõ loquũtur cum omni populo ſed cum certa perſonarum ſpecie: & has vocant ipſimet iurisconſulti ſpecies. Quo ſuppoſito,regula iuris eſt,quod hæ leges debẽt accipi hoc modo, publicata enim lege generica non proinde derogatur ſpecifica ſpecialis, ſi de ea nulla omnino mentio fit.Imo remanet ſpecifica ſpecialis in ſua via & currit ſimul cum generica generali, iuxta regulã [d] dicentem generi per ſpeciem derogatur.

Sed, vt hoc omnibus patefiat, oportet exemplis illuſtrari. Eſt quædam lex regni antiqua,quod filij nobilium poſsint portare arma ſine eo quod ab aliquo miniſtro iuſtitiæ poſſit ab his ſpolari.Promulgat Rex aliam legem, quod nemo ſub pæna decem ducatorum arma portet,nulla legis ſpecialis facta mentione. Quæro, vtrum filij nobilium arma portantes virtute dictæ legis ſpecialis incidant in pænam legis generalis poſterioris:Reſpõdetur ab omnibus,quod non:cum iſta lex poſterior ſit generalis,& prima ſpecialis,& generi detrahitur per ſpeciẽ. Aliud exẽplũ proponitur à gloſſa in dicta regula.Edit Rex legẽ, quod quicunque trãſgreſſus fuerit quãcũq; ſuarũ legũ ſit ad arbitriũ iudicis puniendus. Eſt alia lex antiquior dicẽs,quod qui eas trãſgreſſus fuerit certã ſoluat quantitatẽ trãſgrediens eã nõ tenetur ad luendam pęnam arbitrio iudicis relictam, ſed ad pænam legis ſpecialis:quia generi per ſpeciem derogatur. Quo prælibato,dubio proprõſito reſpondetur, quod canon Concilij Tridentini eſt lex generalis: ſiquidem ait,quod nullus regularis audiat confeſſiones ſecularium,niſi ab ordinario approbationem obtineat: at Clementina dudum. eſt lex ſpecialis, loquens ſolum cum duabus religionibus,ſcilicet,Prædicatorum & Minorum. Et ſic Concilium lex generalis non derogat ſpecialem dictæ Clementinę legem:quia generi detrahitur per ſpeciem; ſicut per generalem diſpoſitionẽ nunquam particulare tollitur priuilegium

a Tit.de reſcrip.& tit.d offic. iudic. delegat.

b Caſt.lib.1. de lege pœnal.c.1.circa medium.

c Soto in.4. d.18 q.4.artic.3.

d ca. generi per ſpeciẽ reg.iur.li. 6.

aliquibus in alia dispositione concessum: prout cum communi tradunt Iacobus [a] Simoneta, & Antonius Gabriel, & optime Ioannes Redin, & Cassaneus. Nunc autem vt veritas magis eluceſcat oportet argumẽtis in contrarium respondere.

[a] Simo. de reser. benef. q. 99. nu. 27. Anto. Gabr. lib. 6. cõmu opin. tit. de legib. cõcl. 1 Redin. de maiest. prin cip. §. nõ armis solũ de coratam. 2. p. n. 187. Cas san. consi. 32 n. 10.

## *Ad argumenta.*

NOn desunt argumẽta, quæ hanc partẽ reddũt dubiam. Primũ est desumptum ex Concilio Tridentino [b] superius allegato ibi, *Nullum regularem*. Videntur enim hæc verba superflua & nullius virtutis, si per dictum canonem Clementina dudum minimè reuocatur. Huic argumento respondetur quod regulares sunt in multiplici differentia. Quidam enim sunt Augustinienses, alij Carmelitæ, alij Mercenarij, alij Trinitarij, alij Hieronymiani, alij Carthusiani, alij Minimi &c. Et in his omnibus vniuersalis negatiua canonis Tridentini habebit locum. Quare licet non verificetur in fratribus Prædicatoribus & Minoribus, de quibus loquitur dicta Clementina; in alijs tamen verificari certum est, prout infra explicabimus. Nec obstat quod illa negatiua nullũ, regularem nullũ excipiat. Nã respondetur, quod illa negatiua est lex generalis posterior; & generi per speciem detrahitur, & sic detrahitur generalitati prædictorum verborum per decisionem dictæ Clementinæ, quę est quædam lex specialis.

[b] Seſſ. 23. c. 15.

Secundum argumentum desumitur ex quadam Decretali dicẽte, [c] quod princeps faciens legem, visus est derogare priorem cum totum ius præsumatur habere in scrutinio pectoris sui. Respondetur, quod dicta Decretalis nullo modo generaliter est intelligenda; ita quod edente principe aliquam legem negatiuã deroget omnes affirmatiuas in eadem materia, magna enim ex hoc absurda sequerentur. Primo enim hoc est contra mentem omnium Doctorum quærentium, vtrum lex posterior deroget priuilegia inserta in corpore iuris, nulla de his priuilegijs facta mentione. Præsuppenunt enim quod dicta lex posterior absolute promulgata non ea derogat. Certè si dicta decretalis vellet dicere, quod lex noua à principe promulgata derogat quidquid in ea materia à principe est decretum, nescio ad quid supra dicta quæstio à Doctoribus excitatur? Secũdum absurdum est. Nam si sic intelligeretur prædicta Decretalis, vana certe erit regula iuris dicens; Generi per speciem detrahitur. Accipi ergo debet ita, vt regula ista generalis in suo robore permaneat: & perconsequens habet locum quando duæ leges contrariæ eduntur. Pro cuius rei clara explicatione est notandum quod secundum ius non dicuntur duæ leges cõtrariæ eo solo, quod vna sit affirmatiua & alia negatiua circa eandem materiam sicut aliqui non bene rem hanc callentes perperam intelligunt, toto cælo aberrantes Dicuntur ergo quantum ad nostrum propositum duæ leges contrariæ, quando sunt incompatibiles. Verbi gratia duæ leges generales, videlicet, Compatres possunt contrahere matrimonium, compatres non possunt contrahere. Et de his loquitur Decretalis in argumento allegata, scilicet, quod princeps edens legem censetur contrariam derogare, etiam si ipsius nullam omnino faciat mentionem. At non loquitur de legibus simul cõpatibilibus, vt sunt vna vniuersalis negatiua, & altera specialis affirmatiua, vt in exemplis supra positis satis patet. Ex quibus colligitur, quod cum Decretum in dicta Clementina sit lex quædam specialis concernens tantum fratres Prædicatores, & Minores, & Concilium Tridentinum sit quædam lex negatiua generalis vtraq; compatibiliter concurrere possunt sine eo, quod vna per alteram derogetur aut annulletur. Bene enim compatitur quod nullus regularis audiat confessiones secularium, nisi per examen sit ab ordinarijs approbatus, & quod regulares ordinum Prædicatorum & Minorum ab hac regula generali sint exempti cum eos ius Pontificum commune eximat, quod in dicta regula generali minimè reuocatur, & cum generi per speciem detrahatur.

[c] ca. licet de cõstit. lib. 6.

## *ARTICVLVS III.*

## *Vtrùm præsentatio & approbatio religiosorum habeat aliquam formam.*

REspondeo dicendo, prout ex superioribus patet, quòd forma præsentationis cõfessariorũ regularium ponitur à Clemen-

a Clem. dudum.

mente à Quinto. Et vt ambages dictæ formæ, quæ molestiam videntur causare euitentur; accedant Prælati regulares per se vel per alios ab ipsis deputandis humiliter, sicut decet seruos Dei & paupertatis sanctissimæ sectatores ad dominos Episcopos, & sic humilitatem sectantes ab ipsis omnia, quæ ad consolationem animarum spectant faciliori negotio consequentur, quam si aliter procedant. Vidi enim aliquando præsentationem ex parte cuiusdam prouincialis factam coram quodam domino Episcopo hoc modo propositam. Præsento apud tuam Reuerendissimam dominationem. N. ad concionandum, & ad audiendas secularium confessiones deputatum, vt tua dominatio iuxta Clementinam, dudum, de sepulturis, ipsum ad ea munera exercenda approbare dignetur. Qui dominus Episcopus tali præsentatione proposita indignatione commotus noluit annuere supplicatis, dicens per Concilium Tridentinum Clementinam, dudum; esse reuocatam; & in dicta præsentatione minimè ipsius mentionem fieri debuisse. Vnde, vt his controuersijs obuietur, accipiat lector præsentationem Breuē & dictæ Clemētinæ & Concilio maximè cōsonā, quā mutatis mutādis à doctissimo & nostræ Hispaniæ literis & sanctitatis ornamento decorato Doctore Nauarro [b] in suo Manuali Hispano mendicaui.

b Nauar. in man. c. 27. n. 247.

*Reuerendissime Domine, dominationi vestræ supplex orator frater. N. salutem in Domino Iesu, ac debitam cum pari animi submissione reuerentiam. Cum iuxta priuilegia præfato ordini nostro pridem à sanctissima Sede Apostolica concessa, & intra corpus iuris inclusa confessarij eiusdem ordinis ad audiendas confessiones sacramentales secularium pœnitentium alicuius ciuitatis, vel diœcesis instituendi debeant præsentari prælatis eorum, vt ab ipsis si eis videbitur examinentur, & approbationem obtineant iuxta in ipsis priuilegijs contenta, & à Concilio Tridentino approbata, vt bona ipsorum venia gratia & licentia id faciant. Ideo quam humilissimo animo possum supplex ipse sublimem atque amplissimam dominationem vestram etiam, atque etiam rogo & oro, idque bona, acque certa spe, quam vestra istius animi benignitas largissimam promittit, vt infrascriptos fratres legitimè secundum nostri ordinis statuta ad id idoneos pro vestra in ordinem nostrum beneuolentia, & pro nostra in vestram benignitatem amplissimam deuotionem habeat pro legitimè præsentatis, ac perinde admittat eos ad confessiones subditorum suorum audiendas, ac si omnia, quæ iura pontificia in id requirunt omnino seruata essent. Quo nos quoque speciali deuotione, ac magis moueamur ad exorandam diuinam eandemque immensam Dei benignitatem, & Clementiam, quo vestram Reuerendissimam amplitudinem tueatur, augeat & beet in æternum. Amen, in fine huius præsentationis debent scribi nomina fratrum electorum.*

Notandum, quòd dicta Clementina, dudum, etiam concedit Episcopis, vt examinent fratres cum ipsis concedat autoritatem ad negandam licentiam præsentatis, iusta id causa suadente. Et ideo in forma dictæ præsentationis addidi illa verba ibi, & à Concilio Tridentino approbata. Non enim video Clementinam quoad hoc aliud determinare, quam Concilium. Solum enim addit, prout dictum est in superioribus, quòd Episcopo nolente pertinaciter sine causa fratres Minores, & Prædicatores approbare habeantur pro præsentatis.

## ARTICVLVS IIII.

### *Vtrùm præsentatio, & approbatio confessariorum regularium sit perpetua.*

REspondeo dicendo, quod non videtur sufficere, quod Regularis in vna diœcesi semel approbatus sit perpetuo in alia diœcesi approbatus. Quia Medicos corporales semel approbatos, possunt succedẽtes protomedici examinare, & reprobare, propter periculum, quod vertitur in exercitio artis suæ, prout in iure [a] ciuili continetur. Quod non solum in medicis contingit, sed etiam in Grammaticis & oratoribus, & similibus, prout tradunt quædam Glossa, [b] & communiter Doctores cum Bartolo & Dyno. Imo approbati ad vnum officium etiam mechanicum possunt amplius examinari & si necesse sit reprobari, prout tradunt Abbas [c] Felinus, & alij, quos refert & sequitur Azeuedo. Ex quibus infertur, quod cum maius periculum versetur in imperitia medici animarum, quã in imperitia medici corporalis, vt colligitur ex iure; [d] satis constat, quod dicti confessarij erunt iterum examinandi per quemlibet Episcopum loci, vbi volunt confessiones audire, quamuis ab alijs sint examinati. Potuit enim esse, quod male fuerint examinati, aut perfunctoriè, vel quòd postea fuerint facti deterioris conditionis iuxta ea quæ tradit doctissimus Oldraldus. [e]

His tamẽ non obstantibus in Cõcilio Vienensi, vt constat ex dicta Clementina, [f] dudum, & tradunt Cardinalis, & Nauarrus cũ cõmuni, concessum est fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, quod semel præsentati & admissi, non indigent noua præsentatione, etiam si aliquoties exirent diœcesim, ad quam fuerint præsentati, quod ipsum tenent Corduba, [g] & Sotus.

Neq; his obstat decretũ Concilij [h] Tridẽtini ordinatis, quod nullus regularis possit audire cõfessiones secularium, etiam presbyterorum, nisi ab Episcopo obtineat approbationẽ. Nã respondetur, quod licet in bulla Cruciatæ, ego tenuerim Clementinã dudũ. reuocari perdictum decretum quantũ ad potestatem examinandi confessores regulares; tenuit tamen ibi, quod non reuocat præsentationẽ perpetuam regulariũ, cũ concilũ solum præcipiat, vt examinentur & approbentur: non autem præcipit, vt toties, quoties Episcopi voluerint examinare noue approbationi ipsi regulares subdãtur. Imo modo teneo in nullo quo ad presentationẽ confessorũ dictã Clementinã à concilio reuocari, cũ dicta Clementina etiam cõcedat ordinarijs, vt possint regulares examinare, causa ad id interueniente, cũ ea sub sistẽte possint ab ipsis reprobari & repelli, vt in dicta Clemẽtina ipsis expresse cõcedi tur. Deniq;, hoc probatur, loquẽdo de fratribus Prædicatoribus, & Minoribus. Ipsi enim eãdẽ cẽsentur habere autoritatem, ac presbyteri curati. Quare sicut non potest Episcopus curatos compellere ad examen, quia ipso iure sunt presbyteri curati idonei confessores, prout in eodẽ concilio habetur: [i] ita dicendum est de religiosis ordinũ Prædicatorum, & Minorum, cum ipso iure secundum decisionem dictæ Clementinæ semel approbati pro curatis sint habendi. Licet enim aliarũ religionum cõfessarij habeant ad absoluendum iurisdictionem delegatam, confessarij tamen ordinum Prædicatorum & Minorum presentati & approbati iuxta terminos dictæ Clementinæ, nõ desunt qui dicant iurisdictionem habere ordinariam, inter quos est Marcus Antonius Cuquus. [k] Illi ergo confessarij, qui possunt ab Episcopis iterum examinari, approbari, & reprobari sunt illi, qui à iure non habent idoneitatem, non autem confessarij ordinum Prædicatorum & Minorum, qui à iure eam habent, quorum approbatio perpetua est. Et ita eam esse perpetuam decreuit Pius Quintus in quandam bullã ab ipso edita in fauorem ordinum Mendicantium anno Domini milleſimo quingentesimo, sexagesimo septimo, Pontificatus sui anno secundo. Quam nõ reuocauit Gregorius Tertius decimus in cõstitutione, quam refert Nauarrus in fine Manualis Latini. In qua licèt reuocauerit concessa à Pio V. in fauorem Mendicantium, suam tamen reuocationem ad terminos sacrorum Canonum & Concilij Tridentini rẽduxit. Vnde cum hoc priuilegiũ, prout cõcernit Prædicatores & Minores non sit contrarium sacris Canonibus, nec Concilij Tridentini decretis, manifestè sequitur, non esse per Gregorium Tertium decimum reuocatum.

Nec his obstat alia posterior constitutio eiusdem Pij Quinti, data Romæ apud Diuum Petrum anno Incarnationis Dominicæ,

a l. vt grada tim §. reprobari. ff. de mune. & hono. l. 2. C. de profess. & medi. lib. 10 l. sed reprobari. ff. de excusat tut.

b Glossa. & DD. in l. Põponius. ff. de negot. gesti. & in. l. grammat. c. de profess. & medi. Bar to. in. l. dispẽsatorẽ. ff. de solutio Dynus in. c. quod semel de reg. iuris lib. 6.

c Abb. colupen. vers. & exprædictis in. c. cũ venerabilis de exceptionibus vbi Feli. nu. 48 fol. 14. Azeu in. l. 1 tit. 16. lib. 3 nouæ compilat. n. 2.

d c. cũ sit ars artium dẽ ætate & qualit.

e Oldrai. cõsil 18. n. 1.

f Clemẽ dudũ. § si vero vbi Card. q. 1. Nau. c. 27. n. 262.

g Cordu. in addit. ad cõpen. tit. præsentat. confesso. Sot. in 4. d. 18. q. 4. ar. 3. pag. 86. col. 1.

h Con. Tri. sess. 23. c. 15.

i Conc. Tri. vbi sup.

k Cuq. lib. 1. maio. in stit. tit. 4 de sacr. pœnit. n. 190. & 191

nicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo primo, octauo Idus Mensis Augusti, Pontificatus sui anno sexto. *In qua perpetua constitutione censuit, decreuit & declarauit, quòd hi qui semel ab Episcopo in ciuitate & diœcesibus suis prævio examine approbati fuerint, ab eodem Episcopo iterum non examinari; ab Episcopo autem successore pro maiori conscientiæ quiete examinari denuò poterunt.*

Nam respondetur, quòd hæc bulla & cętera omnia per Pium Quintum ordinata, sunt per dictam constitutionem Gregorij Tertijdecimi, quę incipit: In tanta negotiorum mole, redacta ad dispositionem iuris communis, & Concilij Tridentini, & secundum ius commune Clementinæ, dudum, non reuocatum per Concilium Tridentinum fratres Prædicatores & Minores semel approbati, sunt idonei confessores, & non debent iterum examinari, & approbari, aut reprobari à successoribus Episcopis. Et licet alij Mendicātes sub dicta bulla Pij Quinti comprehendantur, prout infra ventilabitur, prædicatores tamen, & minores minime comprehenduntur.

Nec etiam obstat declaratio illustrissimorum Cardinalium pro Concilio Tridentino data tempore Syxti Quinti Pontificis maximi. Cui aliam similem asserit Vialdus [a] fuisse datam ab illustrissimis Cardinalibus in mense Iunij, anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo septimo. Declaratio quæ sub forma breuis ad manus meas peruenit est huiusmodi.

[a] Vuald. in suo candel. aur. 1. p. titu. de cõfessio. n. 28. pag. 91 col. 1.

*Congregatio Concilij censuit regulares ad audiendas in ciuitate & diœcesi secularium confessiones semel ab Episcopo prævio examine approbatos, iterum ab eodem Episcopo non esse examinandos; Cæterum à successore posse iterum examinari iuxta constitutionem sanctæ memoriæ Pij Quinti, datam octauo Idus Augusti Pontificatus sui anno sexto; quæ à fœlicis recordationis Gregorio Tertiodecimo non est reuocata per reductionem priuilegiorum regularium ad terminos Concilij Tridentini.*

*A. Card. Garraffa.*

Ex hac declaratione colligi videtur, quod responsio suprapositа ad constitutionem minimè est admittenda. Quod respectu regularium, qui non sunt ex ordine Prædicatorum & Minorum fateor quidem: at respectu fratrum istorum ordinum non admitto. Pro cuius rei explicatione est aduertendum, quòd minores & Prædicatores non habent suam perpetuitatem ad audiendas vtriusque sexus fidelium confessiones ratione alicuius priuilegij extra ius commune inserti, sed ratione iuris communis, prout statim demonstrabimus. Et dicta constitutio Pij Quinti dicitur in dicta declaratione, quòd non est reuocata per reductionem priuilegiorum regularium ad terminos Concilij Tridentini, quod quidem concedimus. Ex hoc enim colligo, quod dicta declaratio non loquitur cum fratribus Prędicatoribus, & Minoribus. Cum perpetuitas confessorum dictorum ordinum à iure communi habeatur, & non per priuilegia, quæ tantū à Gregorio Tertiodecimo sunt redacta ad terminos Concilij Tridentini & iuris communis sacrorum Canonum.

In confirmationem autem huius sententiæ proferam in medium rescriptum quod dam illustrissimi Domini Camilli Caietani Nuntij Apostolici in his Hispaniarum partibus à sanctissimo Domino nostro Clemente Octauo.

*Camillus Caietanus Dei & Apostolicæ Sedis gratia Patriarcha Alexandrinus, & S. D. N. Clemẽtis diuina prouidentia*

Papæ

Papæ Octaui, eiusdemque sedis in Hispaniarum Regnis cum potestate legati de latere Nũtius: vniuersis & singulis ordinarijs locorum, eorumque officialibus generalibus, seu foraneis, necnon parochialium Ecclesiarum rectoribus, seu vicarijs perpetuis eorum loca tenentibus infra limites & terminos Prouinciæ Conceptionis, ordinis fratrum Minorũ S. Francisci constitutis salutem in Domino. Noueritis pro parte discreti viri fratris Bartholomæi de la Peña prouincialis dictæ prouinciæ nuper graui querela, & relatu ad audientiam nostram peruenisse, quòd licèt fratres dicti ordinis semel Prædicatores, & confessores ab aliquo Episcopo ipsi iuxta quandã constitutionẽ perpetuã fœlicis recordationis Pij Papæ V. desuper editam, amplius examinari non possint nec debeant; & iuxta sua antiqua priuilegia per diuersos Sũmos Pontifices concessa defunctorũ corpora & cadauera quando ecclesiæ sepulturæ tradẽda asportãtur, si quãdo ex defunctorũ dispositione, aut alias vocantur, associare, ac certã ratã quartæ funeraliũ accipere possint ac debeãt, nec desuper à quocunq; contra constitutionẽ ac priuilegiorũ huiusmodi formã & tenorẽ molestari, perturbari, ac inquietari possint: Nihilominus multi vestrũ fratres & professores ordinis S. Francisci ac prouinciæ huiusmodi circa præmissa vijs indirectis molestare perturbare, & impedire præsumũt. Quare fuit pro parte ipsorũ exponentiũ ad nos recursum, nobisq; humiliter supplicatũ, quatenus eis in præmissis efficacis defensionis auxilio assistere dignaremur. Nos igitur executionẽ & debitum effectũ constitutionũ apostolicarũ desiderantes Circumspectionibus vestris, venerabiles Patres, Episcopis & Archiepiscopis atq; alijs etiam maioribus prælatis in virtute Sãctæ obedientiæ, & sub interdicti ingressus Ecclesiæ, necnõ vobis officialibus, vicarijs, ac rectoribus & vicarijs perpetuis parochiarum ecclesiarum ac loca tenentibus, omnibusque alijs, quos præmissa quomodolibet concernunt sub excommunicationis maioris latæ sententiæ alijsque cẽsuris, & pœnis arbitrio nostro imponẽdis, & applicãdis districtè præcipiendo mandamus, ne dictos fratres Sancti Francisci dictæ prouinciæ circa audiendas secularium prædicationes & confessiones, associationes

funera

*funeralium, atque earum rata præcipienda contra constitutiones & priuilegia eisdem exponentibus dictoque ordini per Sedem Apostolicam concessa, quouis modo directè, vel indirectè, mediatè, vel immediatè, per se vel per alium, seu alios, aut interpositas personas impedire, perturbare, aut inquietare præsumatis, aut audeatis, seu aliquis vestrum audeat seu præsumat: contrarijs non obstantibus quibuscunque. Data Madritij Toletanæ diœcesis anno â Natiuitate Domini millesimo quingentesimo nonagesimo quarto, die vero secunda Mensis Aprilis, Pontificatus eiusdem. S. D. N. Papæ anno tertio.*

*Camillus Patriarcha Alexandrinus, Nuntius Apostolicus.*

*Antonius Bole Abbreuiator.*

HOc transumptum ex authentico originali propria manu transcripsi, manu cuiusdam notarij publici consignato fidem facientis coram testibus de iure requisitis fuisse à rescripto originali illustrissimi Domini Nuntij extractum.

Sed restat modo respondere rationi dubitandi in articulo quæstionis propositæ, quomodo dicti fratres Minores & Prędicatores approbati ab vno Episcopo ad secularium confessiones audiendas, non possunt ab eo, neque ab eius successoribus examinari, cum contrarium videamus practicari in medicis, & in artificibus mechanicis: in quorum ministerijs multo minus periculum versatur. Huic rationi respondetur, quòd hoc fuit ita à Sede Apostolica concessum propter præstantissimos viros in dictis religionibus existentes vberes fructus spirituales in vinea Domini Sabbaoth fructificantes; quorum prælati inuigilant maximè super eorum sufficientia, eos sæpè sæpius examinando. Adeò, vt in nostra Minorum religione particulari statuto caueatur, vt in qualibet visitatione rigoroso examini à patribus prouincialibus subdantur. Et ita noluerunt Summi Pontifices de ista prælatorum cura & solicitudine confidentes eos postquam semel fuerint examinati ab vno ordinario ab eodemque approbati, amplius ab eo, & eius successoribus examinari, approbari, vel reprobari, nisi particulari commissione ipsis à Sede Apostolica concessa. Et sic in Concilio [a] Tridentino ipsis, vt legatis à latere, (qui habent in suis prouincijs eandem autoritatem, quam habet Summus Pontifex, exceptis his, in quibus ipsi coarctantur, & restringuntur, vt tradit Sylvester [b]) delegatur facultas, qua possunt procedere contra dictos Prædicatores & confessores scandala in populo seminantes, & errores in confessionibus & prædicationibus dicentes.

a Sess.5.c.2. de reforma.

b Syl. tit. de legatus. n.12

Vnde iustissimè Pius Quartus Pontifex maximus ordinauit, quod Sanctæ Inquisitionis tribunal procedat contra confessores, qui in actu confessionis, vel iuxta actum confessionis mulieres ad peccandum solicitant. Cuius Summi Pontificis constitutionem in præsentiarum referam. Cuius tenorem fideliter desumpsi ex archiuo sacræ Inquisitionis generalis Olysiponensis copiam libri [c] in quo continebatur mihi faciente illustrissimo Domino Antonio de Noroña Episcopo Eluensi, & Commissario generali Sanctæ Cruciatæ, & Inquisitore generali Sanctæ Inquisitionis Regnorum Portugaliæ.

c Habet. in libr. inquisit. gen, Olysipon. manu script. tit. 5. pag. 134.

*Venerabili Fratri Archiepiscopo Hispalensi in Regno Hispaniæ hæreticæ prauitatis Inquisitori generali Pius Papa Quartus.*

de los que solicitan las mugeres en la confession

*Venerabilis frater, salutem & apostolicã benedictionẽ. Cum sicut nuper non sine animi nostri molestia accepimus diuersos sacerdo-*

cerdotes in Regnis Hispaniarũ, atq; etiam in ciuitatibus & diœcesibus curã animarũ habentes, siue eam pro alijs exercentes, aut alias audiẽdis confessionibus pœnitentium deputati in tantã proruperint iniquitatem, vt sacramento pœnitentiæ in actu audiendi confessiones abutantur: nec illi & qui id instituit Dño Deo, & Saluatori nostro Iesu Christo iniuriam facere vereantur, mulieres, videlicet, pœnitentes ad actus inhonestos dum earum audiunt confessiones alliciendo & prouocando, seu allicere & prouocare tentãdo & procurando, ac loco earum per sacramentum huiusmodi Creatori nostro reconciliationis grauiorũ peccatorum mole eas onerando, & in manibus diaboli trahẽdo in diuinæ maiestatis offensam, & animarum perniciẽ Christi fidelium scandalũ non modicũ: Nos in animum inducere nequeũtes, quòd qui de fide catholica rectè sentiũt sacramentis ab Ecclesia Dei institutis abutãtur, aut illis iniuriã faciãt fraternitati tuæ de cuius eximia pietate, virtute atq; doctrina plurimũ in Dño confidimus per præsentes cõmittimus & mãdamus, quatenus per se, vel aliũ seu alios, â te deputandũ, seu deputãdos cõtra omnes & singulos sacerdotes dictorũ Regnorũ, ac illarũ ciuitatũ, & diœcesum de præmissis quomodolibet diffamatos, tã seculares, quam quorũuis etiã exemptorũ, ac Sedi Apostolicæ immediatè subiectorum ordinũ regulares cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, ordinis, cõditionis, & præeminentiæ existant tã super præmissis, quam super fide catholica, & quid de ea sentiant diligenter inquiras, & iuxta facultatẽ tibi contra hæreticos, aut de hæresi quouis modo suspectos à sede apostolica concessarum cõtinentiam, & tenorem procedas ac culpabiles repertos iuxta excessuum suorum qualitatẽ, prout de iure fuerit faciendum debita procedente degradatione, secularis iudicis arbitrio puniendo tradendo. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac ecclesiarum, & monasteriorum, necnon ordinum quorunlibet, quorum ipsi sacerdotes fuerint etiam iuramento, cõfirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & cõsuetudinibus, priuilegijs quoq; & literis apostolicis, subquibuscũq; tenoribus, & formis, ac cũ quibuscũq; clausulis & decretis etiã motu proprio aut alias

quomodo-

*quomodolibet conceßis, etiam ite ratis vicibus approbatis & inno uatis, quibus omnibus (eorum te nores præsentibus pro expreßis habentes) hac vice duntaxat spe cialiter & expresse derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcun que. Datum Romæ apud San ctum Petrum ſub annulo Piſca toris die decima ſexta Aprilis anno Domini milleſimo quin genteſimo ſexageſimo primo, Pō tificatus noſtri anno ſecundo.*

*Cæ. Glorierius.*

Et aduertendum quod hæc conſtitutio fortiori ratione procedit quando ſacerdos vel religioſus virum aliquem ad nefandam venerem prouocat. Quod ait Salzedo [a] in ſua practica criminali canonica ſcire in caſu quodam grauiſsimo receptum fuiſſe, de quo tamen in. 2. tomo in quæſtione de inceſtu erit nobis ſermo.

[a] Salzed. in pract. crim. c. 81. v. depo natur. in fi.

## ARTICVLVS V.

### Vtrũ hæc præsentatio regulariũ in vno Epiſcopatu ſufficiat pro omnibus Epiſcopatibus.

REſpondeo dicendo, quòd non eſt dubium, quòd fratres confeſſores debite præſentati, deputati, & approbati ab vno ordinario ad audiendas cõfeſsiones ſecularium, ſi ſunt in diœceſi, vbi ſunt præſentati & approbati poſsint audire confeſsiones omnium ſecularium ad ſe venientiũ prout infra latè explicabimus. Quod autem vertitur in dubium eſt, vtrum religioſus præſentatus, & approbatus pro diœceſi Salmanticenſi, verbigratia, poſsit virtute dictæ approbationis perpetuo confiteri in omnibus mundi epiſcopatibus? Ad quod concluſione negatiua reſpondetur. Neceſſe eſt enim, vt approbetur in locis, in quibus ſeculariũ cõfeſsiones debent audire. Et ſic eſt interpretandum Conciliũ [b] Tridẽti num, quod in quantũ poteſt debet conformari iuri communi, in quo ita deciſum eſt, teſte Archidiacono, [c] concludente quòd ſacerdotes inuitatià presbyteris parochialibus, vt eos adiuuent in cõfeſsionibus parochianorum audiendis debent prius obtinere approbationem illius Epiſcopi, in cuius diœceſi confeſsiones audire volunt, nec ſufficere quòd à proprijs Epiſcopis eã obtinuerint, vt colligitur ex argumẽto cuiuſdã canonis: [d] & quia multũ expedit, quòd Epiſcopus cognoſcat ſuos coadiutores, & cooperarios, cum ei principaliter incũbat animarum cura iuxta quandam decretalem. [e] Quod attenta determinatione Concilij Tridentini, dicentis, neminẽ etiam regularem poſſe audire confeſsiones ſecularium niſi ab Epiſcopis fuerit approbatus, clarius patet, prout nouiſsime aduertit doctiſsimus Palatius. [f]

[b] Sef. 23. c. 15

[c] Archid. in c. perlectis 25. d. n. 17.

[d] cap. perue nit. §. ex ſe. & §. hocidẽ 16. q. 1.

[e] cap. vt ani marum peri culo de con ſtit. lib. 6.

[f] Palatius.

Nec his obſtat, quòd Clemens [g] VII. *Conceßit, quod fratres Confeſſores ordinis Minimorũ ſemel præsentati alicui Epiſcopo pro confeßionibus audiendis, vt moris eſt præsentari poſt vnã præsentationẽ non teneãtur amplius præsentari, etiã ſi ad aliam tranſeant diœceſim.* Ex qua conceſsione videtur colligi, quòd vnica tantũ ſufficit præſentatio pro omnibus epiſcopatibus. Et ita tenet Corduba [h] cõtra Collectorẽ: cuius ſententia mihi ſemper dubia fuit. Primo: quia cõtraria Collectoris videtur magis accedere ad ea, quæ nos docet ius cõmune, à quo nõ debemus recedere, niſi cõtrarium expreſsè cõceſſum videamus. Secũdo, quia ſic conſueuit intelligi alia ſimilis conceſsio Eugenij Quarti, quæ ait, quòd quando fratres ſe ſemel præſentauerint Epiſcopis, & obtinuerint ſuos caſus, licèt alibi poſtea ad habitandũ ſe transferant ad tempus, & poſtea reuertantur ad eaſdem diœceſes, non ſit neceſſariũ iterim ſe preſentare eiſdẽ Epiſcopis, vel ſuos caſus, de nouo obtinere. Ita habetur in monumentis [i] ordinum & in ſupplemento. Priuilegium enim Clementis Septimi, debet intelligi admodum quo intelligitur priuilegium Eugenij Quarti, ſcilicet, quòd dicti fratres confeſſores non teneantur amplius præſentari in eadem diœceſi, etiam

[g] Habet. in comp. mẽd. tit. abſolut. quoad ſeculares. 1. §. 16.

[h] Cordu. in addit. ad. §. 16.

[i] In. i. impr. fol. 61. & in 2. fol. 64. cõceſ. 79. & in ſupple. fol. 95. conceſ: 314.

etiam si se transferant ad tempus ad aliam diœcesim,& postea reuertantur ad diœcesim vbi primo fuerunt presentati.Et confirmatur hæc intelligentia:cum enim sit præiudicialis ordinarijs,debet strictè interpretari,iuxta ea,quæ in iure [a] notantur.

a c.olim.de verb.signif.

Nec obstat,si dicatur, quod sic intelligẽdo priuilegium Clementis Septimi ad nihilum deseruiret eius cõcessio; cum id ipsum iam per Eugenium Quartum fuerit concessum.Nã respõdetur,quod versatis in lectione priuilegiorum hoc argumentum facillimum est.Sæpe enim inuenitur propter ignorantiam supplicantium,quod circa eandem rem concessiones multiplicãtur. Imo, quod confusionem præsefert maximam,sępe sępius contingit priuilegia posterius impetrata limitare & coarctare id, quod antea sine vlla limitatione & restrictione erat impetratum.

Denique ex Concilio [b] Tridentino cõstat,hanc opinionẽ modo necessario esse sequẽdam, cum nullus regularis,vt ibi definitur possit audire confessiones secularium,nisi ab episcopis approbationẽ obtineant.Quę verba Episcopis designant nõ sufficere approbationem cuiuscũq; Episcopi,sed Episcoporum diœcesum, vbi cõfessiones audiũtur:prout cõmuniter intelligũt Doctores. Et licet supra dixerimus Concilium Tridẽtinum minime reuocare Clementinam dudum,quoad fratres prædicatores,& Minores Clementina tamen ipsa nullũ circa hoc continet speciale priuilegium. Licet enim ibi à summo Põtifice ipsis fratribus iurisdictio concedatur nolẽtibus Episcopis eos sine causa admittere:non tamẽ ipsis conceditur iurisdictio pro alijs diœcesibus, in quibus non sunt approbati.Imo ex eadem Clementina colligitur,hoc esse verissimum, cũ ipsis concedatur iurisdictio ad modum curatorum, & ipsi curati oues alterius diœcesis minime possunt confiteri.Et sic hãc nostram opinionem tenet Nauarrus. [c]

b Con.Trid.sess.25.c.16.

c Nau.in.d.c.27.n.165.

Aduertendum tamen, quod Gregorius Decimus tertius, *Concessit, quod confessarij Societatis Iesu ac Prędicatores ab aliquo ordinario semel approbati, & à suis superioribus ad huiusmodi munera deputati quandocunque siue in mari, siue in terra iter faciant, possunt, non repugnantibus tamen curatis parochialiũ ecclesiarum verbum Dei prędicare, & quorumcunque Christi fidelium cõfessiones audire, dummodo id non faciant in oppidis, aut locis, inquibus ordinarij existunt, nisi eorũ licentia desuper obtenta.* Ita refertur in cõpendio [d] Societatis Iesu. Quod priuilegiũ cõmunicatur omnibus cõfessarijs Mendicantium ordinum secundũ formã iuris debitè & semel approbatis ab aliquo ordinario, quando ipsi siue in mari siue in terra iter faciũt;cum,prout resolutũ est in hoc primo [e] tomo,Mẽdicãtes fruãtur concessionibus & indultis Societatis Iesu.

d In comp. Societ.titu. cõfessarius §.2.

e 1.to.q.55. ar.5.

## ARTICVLVS VI.

### *Vtrùm præsentatio & approbatio perpetua competẽs Minoribus, & Prædicatoribus, confessarijs aliarum religionum concedatur.*

REspondeo dicendo,rem à suis fundamẽtis primæuis deducendo, quod quædã glossa [f] carpit scholasticos,qui sua peccata confitentur inclusis, id est, monachis. Et rectè quidem carpit, si tẽpora glossamẽtarij perpendas, quãdo nondum facta erat Clementina dudum de sepulturis neq; alia iura extrauagantia,quæ illam præcesserũt. Hodie verò non procedit eius reprehẽsio, primo in fratribus Prędicatoribus,& Minoribus,qui seruata forma illius Clemẽtinę,vt curati admittuntur ad confessiones audiendas.Quod ipsum est dicendum de Eremitis Diui Augustini,ad quos prædicta Clemẽtina per Clementem Quintũ extensa fuit;& idem de fratribus Carmelitis, ad quos eadẽ per Ioannẽ Vigesimum secũdum fuit prorogata, prout tradit Ioãnes Andreas [g] quẽ Antonius & communis sequũtur. Et idem cõcessum fuit alijs religiosis,dequorum numero sunt canonici regulares sanctę Crucis Conimbricẽsis, prout testatur Nauarrus [h] Qui aduertit Eremitis D. Augustini,& Carmelitis & Canonicis regularibus incũbere probare,se habere prædictum priuilegium. Quamquam enim multi Doctori illustri de consuetudine testanti,tenuerunt esse credẽdum,prout tenuit Bartolus, [i] alij,quos referunt

f Glo.in.c. placuit.de pœn.d.6.

g Andre.in c.omnis vtriusq; sexus col.penul.sub.fin. de pœnit.& remis.

h Nau.in.d. c.placuit.n. 185.

i Barto.in.l. de quibus. ff.de leg.n.4 q.princ.n.11 Iason.penu. col.ibi. Roquus in.c.fi. de constit fol.26.col.4. vers.quinto quæritur.

ferunt Iason, & Roquus, communis tamen Doctorum opinio contraria est. Et probatur: quia consuetudo quid facti est, & in his quæ facti sunt etiam princeps errare potest, iuxta ea, quę in iure [a] definiuntur. Vnde ait Baldus [b] consuetudinem, quæ contra ius est esse probãdam. Imo Alexander post alios affirmat probandam esse consuetudinem, etiam si plures Doctores in suis commentarijs de illa testentur. Imo docet Aretinus [c] etiam maiori parti Doctorũ de consuetudine testantium non credi, quia illi nõ iurati testantur, & testi non iurato non creditur, vt est notum in iure. Quod idem est dicendum de priuilegio. Priuilegium enim quod non continetur in iure communi est quid facti, sicut cõsuetudo. Vnde si negetur Augustinienses, Carmelitas & alios regulares hoc priuilegium habere, debent probare illud habere: quod non tenentur probare fratres Prædicatores & Minores, cum eorum priuilegium quoad hoc contineatur in iure communi dictæ Clementinæ dudũ. Ita doctissimus Nauarrus. [d]

a c. 1. de constit. lib. 6.
b Bal. in l. si quis. §. 1. ff. de Pignor.
Alex. in. l. post dotẽ. vl. carta in pri. ff. solut mat.
c Aretin. cõsil. 138.
d Naua. vbi supr. 188. & 189.

Ex qua doctrina colligitur primo dictam Clemẽtinã dudũ quo ad hoc de quo agimus cõpetere Augustinienſibus, non iure communi, sed ratione priuilegij præcise. Et sic Concilium in quantum secundum aliquos limitatur per Clementinam dudũita, q̃ secũdum eam nolentibus Episcopis admittere & approbare sine causa confessores ordinũ Prędicatorum & Minorum pro præsentatis, & approbatis habeantur, & iurisdictionem habeant actualem ad audiendas confessiones secularium, & imponendas pœnitẽtias salutares, & absoluendum à peccatis, non limitatur quoad Augustinienses, neque quoad Carmelitas, neq; quoad alios fratres regulares: cum dicta Clementina respectu eorum sit priuilegium, & in Concilio Tridẽtino priuilegia & consuetudines in contrarium reuocentur,

Infertur secundo, quod constitutio Pij quinti determinans confessores regulares, etiam ordinum mendicantium semel abvno Episcopo approbatos ab eodẽ Episcopo, si ne iustissima causa non posse reprobari, at posse à successore eorum iurisdictio suspendi, licet non habeat locũ in confessoribus ordinum Prędicatorum & Minorum (cum à iure communi extrauagantis intercunctas, de priuilegijs competat ipsis fratribus perpetuitas approbationis, dicente Benedicto vndecimo ibi, *Datam vero licẽtiam per diœcesanorum mortem nolumus terminari*, Quæ extrauagans quantum ad hoc non reuocatur per Clementinam, dudum, prout affirmãt Soto [e] & omnes. Imo est approbata cũ nihil circa hoc innouet, licet innouet quoad alia ibi cõtẽta) habet tamẽ locũ in cõfessoribus aliarũ religionum. Quod probatur: nã prę sentatio & approbatio perpetua ipsis concessa respectu ipsorum est tantum priuilegium, & in dicta constitutione Pij quinti priuilegia reuocãtur. Et licèt Gregorius decimus tertius in sua constitutione reduxerit constitutionem Pij quinti ad terminos Concilij Tridentini, in eodem Concilio Tridentino priuilegia reuocãtur. Et secundum Pium V. in sua constitutione magis secundum mentem Concilij est approbationem confessariorum regularium non esse perpetuam per totam vitam ipsorum confessorum: sed tantum durare vsque dum à successoribus ipsorum Episcoporum suspendatur. Et nota quod dicit à successoribus posse suspendi, non autem à capitulo sede vacante. Et hoc confirmatur. Nam confessores Mendicãtes pro secularibus de licentia diœcesanorum cum facultate absoluendi & dispensandi in casibus eisdem reseruatis deputati etiam ipsis Episcopis mortuis, vsque dum viduatis Ecclesijs de pastore prouideatur, libere eadem facultate vti possunt, prout concesit Clemens quartus prædicatoribus, vt in eorum priuilegijs continetur teste Collectore [f] Cõpẽdij. Cistercij Et idem Clemens IIII. *Pro vt habetur in ordinum Monumentis concesit, vt quando Episcopi, vel alij Ecclesiarum prælati dederint fratribus Minoribus facultatem audiendi confessiones subditorum suorum, & vota commutandi talibus prælatis decedentibus possint prædicti fratres vti libere pdicta facultate, donec viduatis Ecclesijs prouisum fuerit de pastore.*

e Sot. in. 4. d. 18. q. 4. a. 3

f tit. ab solutio. 2. §. 6.

g In 1. impres. fol. 29. & in 2. fol. 113. conc. 4. 244.

## ARTICVLVS VII.

### Vtrùm cõfessarij regulares in foro conscientiæ possint modo frui præsentatione, & approbatione semel obtenta.

REspondeo dicendo, quod hoc dubiũ mouetur propter quoddam viuæ vocis oraculum Pij quinti reualidantis omnia priuilegia concessa Minoribus in foro conscientiæ, etiã si sint contra Concilium Tridentinum. Vnde cum regulares semel præsentati examinati & approbati ab vno Episcopo, non possint ab eius successoribus suspendi per priuilegium Clementis septimi. *Quo concesso, quod confessores ordinis Minorum semel præsentati alicui Episcopo pro confessionibus audiendis, vt moris est præsentari post vnam præsentationem non teneantur amplius præsentari. Quo priuilegio gaudent alij mendicantes.* Videtur dicendũ, quod cum hoc omnibus regularibus præter Minores & Prædicatores sit priuilegium, & reuocatum per Concilium Tridentinum, & Pium quintum in sua constitutione in foro conscientiæ possunt religiosi eo cum omnibus priuilegijs, etiam si sint contra Concilium Tridentinum modo frui. At pro contraria parte facit. Nã reualidatio supra dicta Pij quinti fuit facta die decimo tertio Martij, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, prout refertur in compendio Societatis, & refert Veracruz in suo speculo coniugatorum in fine. At videmus postea eundẽ Piũ quintum in bulla, quæ incipit, *Romani Põtificis prouidentia*, data Romæ apud sanctũ Petrũ anno incarnationis Dñicæ millesimo quingẽtesimo septuagesimo primo, octauo idus Augusti, Põtificatus sui anno sexto, voluisse eos regulares etiam Mendicantes qui semel ab Episcopo in ciuitate & diœcesibus præuio examine approbati fuerint ab eodem Episcopo iterum non examinari. Ab Episcopo autem successore pro maiori conscientiæ suæ quiete examinari de nouo poterunt, non obstantibus quibus cumq; priuilegijs. Hæc pro vtraque parte adduxi vt difficultas proposita melius explicetur. Et resolutiuè dico, quod possumus modo Mendicantes in foro conscientię, vti omnibus priuilegijs, etiamsi per Concilium Tridentinũ sint subiata. Et per consequens possumus vti hoc, etiã si supponatur per Concilium Tridentinu esse reuocatum. Et non obstat constitutio Pij quinti allegata. Non enim Pius quintus mortuo Episcopo approbãte statim suspendit approbationem: imo supponit post eius mortem valere & durare, donec à successoribus ipsius suspẽdatur & reuocetur. Vnde si successores talẽ suspensionem siue reuocationem minimè opere compleuerint, minimè etiam finẽ accipiat approbatio, donec approbatus decedat & moriatur. Denique est necessarium, quod in foro exteriori fiat dicta suspẽsio & reuocatio, qua data non habet locũ vsus ipsius in foro conscientiæ cum forum conscientiæ supponat quoad ecclesiam & forum exterius nullã adesse prohibitionẽ.

a Compẽd. socie. tit. Cõcil. Trid, §. 3

## ARTICVLVS. VIII.

### Vtrum approbatio confessariorum regularium possit ab ordinarijs restringi adcerũ locum, tempus, & personas.

REspondeo dicendo, quod sacerdotes seculares nõ habẽt iurisdictionẽ extra villã aut oppidum sibi expresse designatũ. Sed si Episcopus ita regularẽ sacerdotẽ mendicantem restringeret ad certum oppidum, & prohiberet audire fœminas, aut moniales, dicunt viri docti, quod rationabiliter est interpretandus, ita vt restrictio locum habeat quantum ad iurisdictionem ab Episcopo delegatam, quandoquidem non potest impedire, aut restringere amplissimam iurisdictionem, quam regularibus Mendicantibus, si modo sunt ab Episcopo semel approbati, à Sede Apostolica habent; pro vt pro terra & pro mari cõcessit Gregorius decimus tertius Societati Iesu, anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo quinto, de qua in superioribus iam

iam egimus mentionem. Ita tenet Henriquez. [a] Ac proinde ait quod virtute dicti priuilegij Episcopi impedire non possunt, non obstante Concilio Tridentino, quod confessarij regulares, Mendicantes dum iter agunt per loca, vbi non adest Episcopus, quāuis per dies morētur in vno aut alio loco non habeant prędictam iurisdictionem, & vbique sint eo modo idonei. Sicut neq; Episcopus in fraudem & odium regularium potest his reseruare plures casus quā parochus reseruat, vt esset nimis excessus reseruationis. Non enim in hoc casu tenentur obedire in ea restrictione, & limitatione, pro ut tradunt Soto, [b] Ledesma, Syluester, Palacios, Felicianus.

At licet aliqua supra dicta sint vera, alia tamen videntur à veritate deuiare. Nam dicere absolutè quod Domini Episcopi nō possunt regulares Mendicantes approbare ad certum locum & ad certum tempus, & ad certas personas, ita vt si eo modo sint approbati, non teneātur ipsis obedire: sed possunt absolute sua gaudere iurisdictione à Summis Pontificibus ipsis concessa videtur durum, & minime tenendū. Existimo enim ex causa legitima posse Episcopos hoc agere. Quod probo ex Clementina, dudum, de sepulturis, in qua ipsis regularibus à Sede Apostolica maxima authoritas [concedi]tur. Ex ea enim colligunt communiter Doctores, quod Episcopi ex rationabili causa possunt reprobare aliquem regularem ex prælatis eorum electis, & si loco illius alius subrogetur etiam ille secundum glossam ibi ex causa poterit repelli. Et sic ex ea sequens conficio argumentum. Nam si Domini Episcopi possunt ex causa præsentatos omnino repellere, à fortiori poterūt ex causa limitare, & coarctare huius modi approbationē, ita vt sit approbatus ad certum locū, quia est insufficiens ad alia loca vbi maior scientia & experientia requiritur: & sit approbatus vsque ad certum tempus, vt det operam studio summarum & Theologiæ moralis cum in ea non bene probatus inuētus fuerit, & sit approbatus ad confitendos viros & non mulieres, propter defectū prouectæ ætatis, vt aliqui Episcopi faciunt, qui nolunt illos qui quadraginta ætatis annos non attingunt ad cōfitendū mulieres licētiare: quod etiā in religionibus bene ordinatis contingit. Vnde puto, quod ipsis regularibus iurisdictio illa amplissima (de qua supra) conceditur, quando approbantur ab Episcopis absolute sine aliqua limitatione. Nam si cum causa eorum approbatio limitatur ipsa limitatio omnino est seruanda, prout tenet Angelus. [c] Et non est credendū Summos Pontifices velle derogare facultatem iuris communis Episcopis concessam, qua possunt facere dictas limitationes, pro vt constat ex traditis à Gutierrez. [d] Reciperem ergo opinionem Henriquez casu, quo sine causa faciunt Episcopi dictas limitationes. Clementina enim & sacri canones ea cum causa solum facere posse testantur. Tunc autem sine causa eas ita facere censebuntur, quando cum omnibus regularibus generaliter, sine differentia ita se habuerint approbationes annuales eis tantum indulgentes, ad confessiones virorum eos tātum approbantes.

[a] Henr. lib. 3. de por. c. 6. n. 8.

[b] Soto. in 4 d. 18. q. 2. ar. 5. Ledes. ibi. q. 7. ar. 5. du. 6. Sylu. ver. confessor. 2 §. 5. Pala. in 4. d. 17. q. 2. Felicia. tit. de priuileg. c. 14.

[c] Ange. tit. confessor. 4. n. 25.

[d] Gutier. de quæstion. cano. ca. 27. n. 18. & 19.

## ARTICVLVS. IX.

### *Vtrùm aliquis prouincialis possit renūciare huiusmodi priuilegio approbationis perpetuæ.*

REspondeo dicendo, nullum prouincialem posse renunciare iuri omnibus confessarijs sui ordinis concesso, videlicet vt non habeant iurisdictionem immediatā à Papa, & quod semel approbati velint, vt possint postea ab eodem Episcopo iterum approbari. Et hoc probatur exquadam decretali [e] expressa. Vbi dicitur, quod exemptus non potest renuntiare exemptionem sine licentia Papæ. Et periculum est, vt dicitur in quodā canone, [f] in re bus diuinis cedere iuri suo. Et ratio huius est: quia licet vnusquisque posset renuntiare iuri suo, vt probāt iura [g] citata ab Angelo Syluestro & Armilla, hoc tamen intelligitur quando tale ius, priuilegium vel fauor est introductus in fauorem, vel commodum priuatæ personæ secus si in fauorem aliorum simul, vt probāt supra dicti authores. Hoc declaratur exemplo. Status clericalis habet hoc priuilegiū infauorem omnium Ecclesiasticorum ne quis clericus possit conueniri coram iudice laico, vt est clarum in iure [h] & nullus particularis potest & iuri & priuilegio renūciare & cedere absque Pontificis sui scilicet

[e] c. cum tē pore de arbitr.

[f] c. quā ueri culosum. 7. q. 1.

[g] Ange. ve. remunerat. §. 4. Armil. Sylue. ver. exēpti. §, 8.

[h] c. Diligē. & in toto. tit. de foro compen.

Episcopi licentia, quia est in fauorem aliorum. Sic in nostro proposito nullus prouincialis potest dictis priuilegijs renunciare, cũ sint toti ordini concessa. Ita in terminis tenet Bibaldus. a

a Bib. in cãdelabro aureo. titu. de absolut. nu. 48. circa fi. pag 148. co. 1

Sed cõtra hoc oppono id quod cũ Nauarro tenui in primo tomo, dicens, quod religiosus potest se submittere Episcopo, vt ab hæresi occulta in foro conscientiæ absoluatur. Nam respondetur, quod ibi non renunciat ipse religiosus, saltem in his partibus Hispaniarũ priuilegio valido perquod generales aut prouinciales possint suos subditos ab hæresi occulta absoluere. Et ideo non est mirum, quod Episcopis, quoad hoc subdantur. At in nostro casu est priuilegium expressum ordini concessum prout dictum est.

## ARTICVLVS X.

### *Vtrũm graduati in sacra Theologia regulares debeant necessario Episcopis ad audiendas secularium confessiones præsentari & ab eis examinari.*

REspondeo dicendo, quod aliquibus visum fuit ipsos non esse examini Episcoporum necessario subijciendos, pro vt constat ex traditis à Corduba b & Ioanne Gutierrez. Quorum fundamentum præcipuum fuit decretum Concilij Tridentini: q tria signa nobis proponit, per quæ possimus cognoscere, quis sit sacerdos approbatus ad secularium confessiones audiendas. Primum est, si habeat parochiale beneficiũ, Secundum est, si sit ab Episcopis examinatus, & approbatus. Tertium est communis approbatio; & bona opinio, quæ habetur de eruditione sacerdotis confitentis. Quod signum colligitur ex illis verbis. *Vel alias idoneus iudicetur*. Et sic dicebant aliqui sub isto signo comprehendi lectores Theologiæ in aliqua vniuersitate approbata publice legentes, & in aliqua religione bene ordinata Theologiã publice profitentes, & licentiati graduati per aliquam vniuersitatem à Sede Apostolica approbatam & sic Pius quintus in qua dam constitutione incipiente, Romani Põtificis prouidentia, data Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo primo, octauo idus Augusti, Pontificatus sui anno sexto, decreuit decretum Concilij Tridentini habere locum in omnibus regularibus quorum vis ordinum etiam Mendicantium, etiam sub regulari disciplina viuentibus, etiã si sint lectores, aut in Theologia etiam de superiorum licentia graduati, vel promoti. Quod probant Corduba c & Gutierrez esse iuridicum, confessarij enim nõ solum de scientia, sed etiam de prudentia examinantur. Et licet in lectoribus & graduatis sufficiens scientia inueniatur, prudentia tamen aliquando desideratur.

b Cor. de casibus q. 26. Cutierrez. in quęstio. canoni. ca. 6 pag. 85. in. 1. impres. Sess. 2. c. 15.

c Cordu. & Gutier vbi supra.

Qua opinione, & constitutione attenta non est dubium, quod lectores graduati religionum præter religiones Prædicatorum & Minorum tenentur se coram ordinarijs præsentare, & ab ipsis approbationem obtinere, cum ipsis communicetur facultas Clemẽtinæ, dudum ex priuilegio, & priuilegia, & consuetudines immemoriales in dicta constitutione, & in concilio Tridentino tollantur. Nec obstant, verba concilij ibi, aut alias idoneus reputetur: per quę contrarium aliquibus satis doctis non visa constitutione Pij quinti videbatur: Nam respondetur, quod ex dictis verbis non sumitur efficax argumentum ad asserendum virtute eorum dictos lectores & graduatos examini & approbationi Episcoporũ minimè esse submittendos, Concilium enim in illis verbis, aut alias idoneus reputetur non facit pausam sed continuando addit, & approbationẽ, quæ gratis detur obtineat. Quę planè designant non sufficere iudicium idoneitatis, nisi etiam approbatio Episcoporum concurrat ipsam idoneitatem calificantium.

Quo verò ad fratres Prædicatores & minores maior est difficultas: cum ipsi ratione iuris d cõmunis sine causa ab Episcopis reprobatis & reiectis possint prętentati iuxta formam ipsius iuris facere omnia illa ac si essent admissi, quod priuilegium prout late est probatum in superioribus non est ipsis fratribus per Concilium Tridentinum reuocatum, & præsupponatur nullam esse causam, ratione cuius iuste reijciantur. Licet enim defectus prudentiæ in aliquibus eorum concedatur in tam breui nõ possunt

d Clem. dudum §. si vero.

dictum

dictum defectum in ipsis in tueri & experiri, nisi ita sint fatui, vt eorum imprudentia in momento statim per spiciatur. Hi autem à prælatis regularibus propter ipsorum auctoritatem honorem & zelum animarū minimè ordinarijs præsentātur. Et hæc opinio confirmatur. Nam nominati ab vniuersitatibus non debent examinari ab ordinario in collatione beneficiorum, vel ordinum receptione teste Cosma. [a] Quā opinionē sequitur Rebusus. Et hoc confirmat Concilīū Tridentinum [b] vbi dicitur, quod præsentati ad ecclesiastica beneficia sine examine non admittantur, præsentatis tamen electis seu nominatis ab vniuersitatibus seu collegijs generalium studiorum exceptis quod tradit Paulus Fuscus [c] in suo tractatu de visitatione. Nam vt dicunt Doctores cōmuniter ipsis graduatis & vniuersitati, quæ ipsos iudicauit idoneos iniuria fieret, & præsertim si sint in famosa vniuersitate graduati, ex quo maiorē scientiā præsumūtur habere prout tradūt Ananias [d] Cagnol⁹ & Cassane⁹.

Et confirmatur. Nam quanuis absens præsentatus ad beneficium debeat intra tempus præsentari personaliter ordinario habenti instituere, alias præsentatio euanescit iuxta Glossam, [e] quam sequuntur Abbas, & post alios Rebuffus & Rochus de Curte, si tamen talis præsentatus absens graduatus sit & ipsi ordinario notus eius examen non ita præcisè requiritur collatioque fieri potest absenti, vt tenent Abbas [f] Rebuffus & Lambertinus: secundum quē [g] hoc non procedit, quando pro forma actus requiritur examen, quia tūc non sufficit præsentatio seu examinatio virtualis, sed requiritur personalis & realis, vt pro gradu licentiatus. Et confirmatur nam ait Quintilianus Mādosius, [a] quod quando statuitur pro forma doctorem denuo examinari debere putà vt in Rotæ Romanæ auditorem creari mereatur, cognitus valde & notorie peritus examinandus non veniret, & ad hoc allegat aliqua iura, cum alijs, quę ipsemet adducit in regulis cancellariæ.

Ex quibus colligitur quanta iniuria regularibus graduatis, & huiusmodi alijs irrogatur, si repellantur. Cui occurrens Summus Pontifex Clemens quintus concedit sua constitutione vt sine causa electi pro præsentatis & approbatis habeantur, & eamdem inet habere iurisdictionem, quam si ad mitterentur statim consequerentur.

a Cosm. in prag. sancti one. tit. de colla. §. itē 9 vniuersitas. in glos. gradus Rebusus. de priui. schol. priuil. 24 & in concor dat. titu. de collat. § præterea in fin. in gl. quin quennium pa. 370.
b Con. Trifess. 7. de refor. c. 13.
c Fuscus. l. 2 de visit ca. 29. n. 15.
d Anna. in Rub. de tor neam. nu. 2. vers. ex. 2. collige cag nol. in proe. digestorum n. 88. Cassaneus. in catalog. glor. mund. part. 10. consi. 32.
e Glos. in. ver. prę sen tati in Cle. dudum. Abbas. in c. cū parati nu. 5. de appel. & in c. ea nos citur. nu. 3. de his, quæ fiunt à prę l. Rebus. tit. de collat. §. præfatiq; ordinarij in glos. præsentationem. pag. 319. Roch⁹. in prin. de iur. patr. n. 6.
f Abbas. in. d. c. ea nosci tur. n. 3. Rebus vbi su. Lamb. de tu iur. patron. li. 2. q. 1⁹. ar. 3. ex. n. 1.
g Läber. ex n. 9. h. Mādos cō consil. 97. in fin. & in re. Cancel. 24. reg. q. 3. de malefic. promot.

# QVÆSTIO LX.

## De confessarijs, quoad potestatem confiteni, in octo articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæruntur octo.*

1 *VTrum religiosi per suos prælatos legitime Episcopis præsentati, & approbati contra suorum prælatorum voluntatem possint audire confessiones secularium & an possint eos punire confessiones audientes.*

2 *Vtrum religiosus legitime præsentatus, & ab Episcopo approbatus, si interdictus sit à suo prælato audire confessiones & eas nihilominus audiat, sint validæ.*

3 *Vtrum religiosus sine licentia sui prælati præsentatus, & approbatus ab Episcopo possit secularium confessiones audire.*

4 *Vtrum regulares per Episcopum approbati possint audire confessiones secularium etiam contradicente parocho.*

5 *Vtrum confessores regulares extra diœcesim vbi sunt approbati oues eius dem diœcesis confiteri possint.*

6 *Vtrum dicti regulares præsentati virtute priuilegiorum possint omnium confessiones audire.*

7 *Vtrū Confessores regulares potentes cōfiteri omnes etiam aliarum diœcesum ad se venientes possint vti hac auctoritate extra sua monasteria existentes.*

8 *Vtrum confessi regularibus teneantur iterum parocho confiteri.*

## ARTICVLVS 1.

*Vtrùm religiosi per suos prælatos legitime Episcopis præsētati & approbati contra suorum prælatorum voluntatem possint audire confessiones secularium, & an possint eos punire confessiones audientes.*

REspondeo dicendo, non posse prælatos religionum punire subditos præsertim

tim iam expositos, & approbatos ab Ordinario, si contra suam prohibitionem electi virtute alicuius iubilei, aut Cruciatæ audiant laicorum confessiones. Hanc opinionem tenet Doctissimus Cano.[a] Quam in hūc modum probat dicens. Si generalis ordinis, aut prouincialis facerent me iudicem alterius religiosi, non intelligo quo pacto interior posit id prohibere. Quod & alio exemplo confirmat dicens, quemadmodū si daret mihi prouincialis facultatem cænandi, aut constitueret me vicarium monasterij, ignoro prorsus inquit, qua authoritate prior illud impediret. At doctissimus Soto[b] hāc doctrinā explicando dicit, q; prælati ex rationabili causa in aliquibus casibus particularibus possint prohibere religiosis sibi subditis probatis per Episcopo & expositos, ne etiam si eligantur virtute iubilei, aut Cruciatæ in confessores audeant confessiones audire, & sibi in hoc non obtemperantibus pœnas infligere. Et fundamentum huius opinionis est quoniam religiosi non habent velle vel nolle sine consensu prælati. Secundo quia secundum omnes possunt Episcopi & prælati monasteriorum ferre leges quippe necessarias ad rectam, & populi Christiani & monasteriorū institutionem. Interquas vna est, vtetiā probati & expositi semel inconsultis prælatis, vel contra eorum prohibitionem non audiant confessiones. Ergo cum hoc prohibeāt ex rationabili causa in aliquibus casibus possunt transgressores punire. Tertio quoniam, si aliquis religiosus die Veneris ratione Bullæ comedat oua & lacticinia ex rationabili causa potest ista cōmistio prohiberi per priorem vel prælatum. Ergo à simili, licet tales religiosi virtute diplomatis possint eligi in confessores & audire confessiones: tamen ex rationabili causa in aliquibus casibus particularibus id sibi potest prohibere prælatus quoniam per talem expositionem & approbationem factam ab Episcopo non tollitur votum obedientiæ, quo tenētur religiosi subditi obedire suis prælatis circa obseruantiam religionis. Item quia Papa per iubileum aut bullam per quam concedit, vt possint regulares eligi in confessores non cogit ipsos subditos religiosos, neque eis præcipit vt audiant confessiones secularium per bullam eos eligentium, sed suppositā electione de ipsis facta facultatem eis concedit absoluendi à reseruatis. Ergo bene poterunt prælati ex aliqua causa prohibere suis subditis expositis ne confessiones audiant & punire contra facientes. Vltimo probatur ex priuilegio Iulij tertij concesso prælatis ordinis Prædicatorum ad instantiam seu supplicationem fratris Stephani Vsusmaris generalis eiusdem ordinis. Vbi Iulius tertius. *Reuocat licentias, & immunitates concessas religiosis eiusdem ordinis ad confessores eligendos, & confessiones audiendas, quas ipse magister ordinis reuocandas iudicauerit: & vnd ecumque emanaturas gratias sine licentia superiorum cōcedendas annullat nisi manu Papæ aut de consensu Cardinalis protectoris, vel vice protectoris fuerint signatæ.* Ponit que fortissimas non obstantias, prout continetur in dicta constitutione data Romæ decimo septimo die Ianuarij, anno Domini millesimo quingentesimo decimo quinto Ergo religiosi ordinis Prædicatorum, & per consequens Mendicantium, & omnium allorum, qui suis priuilegijs gaudent videtur, quod licet sint approbati per Episcopos, & electi per iubileum, vel per bullam Cruciatæ contra cōsensum suorum superiorū non poterunt confessiones audire. Vtrum autem confessiones contra præceptum superioris auditæ sint validæ articulo sequenti disputabitur.

a Cano. in 5. p. de pœnitent.

b Soto. in. 4. dist. 18. q. 4. art. 3.

## ARTICVLVS II.

*Vtrū religiosus legitime præsentatus & ab Episcopo approbatus, si interdictus sit à prælato suo audire confessiones & eas nihilominus audiat, sint validæ tales confessiones.*

RESpondo dicendo, prima facie intuenti concessionem Iulij tertij diffinientis licentias

centias audiendi confessiones emanatas ab Episcopo,siue aliunde,& eo durante concessas religiosis esse nullas: si sine licentia suorum prælatorum impetrentur. In contrariū tamen est,quod per approbationē legitimam factam ab Episcopo videnturdicti religiosi accipere iurisdictionem à Papa iuxta Clementinam, dudum. Ergo confessiones prædictę,vt potè factæ religiosis ad id habētibus iurisdictionem validæ erunt licet contra prohibitionem particularem suorū prę latorū fuerint factæ .Pro cuius rei resolutione dico primo quod quando iam religiosus est legitimeEpiscopo præsentatus à suis prę latis,& ab Episcopo legitime est approbatus iuxta formam Concilij Vienensis in dicta Clementina,si per prohibitionem extraiudicialem sui prælati in aliquo casu, vel casibus particularibus prohibeatur audire confessiones secularium, licet male faciat,& propterea merito sit puniendus:tamen huiusmodi confessiones validę erunt. Quod probatur.Namper huiusmodi legitimam præsentationem , & approbationem adeptus est religiosus hic officium confessarij in suo ordine.Et in religionibus Mendicantium bene & suauiter omnia disponentibus,officio prædicatoris & confessoris priuari quis non potest nisi per sententiam in conuictum latā.Priuatio enim hæc ad pœnas grauioris culpæ pertinet,quæ nisi in conuictum non feruntur:ergo per simplicem prohibitionem prælati tali officio confessores non priuātur,& sic gesta per ipsum confessiones audiendo & absoluendo valent:quoniam per illam præsentationem , & approbationem iurisdictionem accepit à Papa,quam non irritat Iulius tertius per prædictum breue. Quoniam non vndique hæc iurisdictio & licentia à particularibus dimanauit : sed ab ipso iure in dicta Clementina contento.

Secundo dico,ꝙ si talis religiosus sic legitime præsētatus à suis prę latis & approbatus ab Episcopo post inhibitionē , vel suspensionem iudicialem legitime factam per eius prælatum in iudicio, qua prohibitus est per sententiā iudicialem exercere officium confessoris,confessiones aliquorū intētet audire, inualidæ certe erunt.Sic videtur sentire Syluester [a] simul cū Panormitano.Vbi ait quod si suspensio & priuatio sint notoria vel si præcessit superioris inhibitio scilicet iudicialis confessiones factæ à sic notorie suspē so,vel à priuato,vel iudicialiter inhibito ea facere nō tenerent, argumento cuiusdam canonis: quoniam hic non concurrit superioris autoritas.

Hinc sequitur resolutio ad illud dubium quod Medina [c] in sua instructione confessorum proponit,an confessiones fuerint validæ, quas audiuit quidā religiosus iam professus qui dimiserat habitum, ac propterea excommunicatus erat. Qui huius excommunicationis mentionem non faciens , neque declarans se esse religiosum per quemdam Episcopum approbatus est in confessorem.Atque etiam in curatum cuiusdam populi institutus vbi sacramenta administrans sibi subditos parochianos confitendos absoluit . Post autem resipiscens conuersus est ad pœnitentiam. Dubium ergo exortum fuit inter doctos viros , an huiusmodi confessiones ei factæ fuissent validæ,vel quid remedij tunc esset adhibendum? Igitur cum in suis sententijs prædicti Doctores, discordassent,nam quidam opinabantur inualidas fuisse eas confessiones , monendūque fore populum , vt eas reiteraret , alijs contrarium sentientibus, scilicet,validas esse, hæc postrema sententia ipsi Medinæ tanquam magis vera magis placuit . Igitur ad id dubij puto dicendum in casu Medinæ , eius sententiam esse veram , scilicet , quod illæ confessiones validæ fuerunt . Quoniam iuxta quandam legem [d] quando concurrit communis error facti , & superioris autoritas, gesta per eum , qui non de iure obtinet beneficium tenent . Et quidam ex dictis tenet , quod si talis religiosus , qui apostata fuerat, vel dimiserat habitum , per sententiam iudicialem prælati sui ordinis suspensus fuisset vel inhibitus ab officio confessoris in hoc casu si acceptassetprædictū curatum abEpiscopo eū esse presbiterū secularē eputāte,forte cō traria opinio aliorum esset vera quod, scilicet,illæ confessiones validæ non fuerunt. Attamen hoc mihi nunquam potuit placere. Sententia enim iudicum est interpretandā secundum eorum rationabilem mentem argumento aliquarum legum. [e] Et mensrationabilis prælatorū regulariū qui dictā tulerunt sententiā non fuit priuare suos criminosos à confessionibus audiendis quando vagantur , & vt clerici seculares honeste viuant, & ab Episcopis curati constituuntur.Quodsequenti ratione manifesta

[a] Sylu. verconfessor.2. §.15.

[b] c.veritatis de do. & cō tumac.

[c] Medin.l.1 §.8 de effec. excōmunis.

[d] l. Barbarius Philippus.ff.de of. fic.præto.

[e] l.in hisiuncta.leg.solemus ff.decōdit.& demonasl.

tur. Non enim est credendum prælatos regulares suorum ordinum protectores & eorum decoris & honoris maximi zelatores, velle sententiam priuationis à confessionibus ferre contra hunc religiosum apud populum habitum, vt curatum: siquidem ex hac priuatione tantum detrimentum, & dedecus suæ religioni accresceit, & tot personarum scandalum maximum insurgit videntium voce præconis esse populo annuncian dum supradictum curatum esse apostatam religiosum populi seductorem, & turbæ: & confessiones cum eo factas irritas fuisse & inanes. Insuper hoc scandalosum præconium in detrimentum cederet sacramenti pœnitẽtiæ. Multi enim ex hoc sumerẽt occasionem non paruam nolendi confiteri religiosis itinerantibus, putantes forte esse apostatas cũ quibus fiunt sæpè confessiones plurimorũ annorum cum maxima pœnitentium vtilitate: quorum confessionum grauia peccatanotis & cognitis confessarijs à dictis pœnitentibus minimè reuelarentur & per consequens maxima sacrilegia committerentur. Et pro hac sententia indcuo casum dictæ legis. Barbarius, in superioribus allegata. Si enim ibi, vt acta publica valerẽt benignitas præfuit rigori, vt in ea lege dicitur, & vt ibi notat glossa. Quare validitas tantarum confessionum non efficiet vt etiam benignitas rigori præferatur, præsertim cum nullitas confessionum in sententia lata à prelatis regularibus fundetur, quorum acta de bono & æquo debent explicari, sicut explicantur ad regulares concernentia prout latè explicatum est in huius operis primo tomo. [a] Ponderanda sunt etiam verba dictæ legis ibi. Cum populus Romanus etiam seruo potuisset decernere hanc potestatem sed & si scisset seruum liberum effecisset. Circa quæ verba quærit glossa [b] ibi: Sed an hoc casu, quando ignorauit fuit liber? Et respondet. Dic quod sic, ne homines decipiantur. Ex quibus verbis hoc conficio argumentũ: Si Romanus populus ignorans hunc seruum ipsi libertatem censetur donasse, ne homines deciperentur: quare non dicemus prelatos regulares hunc priuatum à confessionibus in hoc casu habilem ad eas audiendas effi cere voluisse suam definitiuam sententiam limitantes ne tot homines deciperentur, & sacramentum pœnitentiæ & eorum religio detrimentum pateretur, Ponderanda etiã sunt alia eiusdem constitutionis verba, ibi, Quod ius in imperatore multo magis obseruandum est: Ex quibus verbis hoc vltimum pro hac parte elicio fundamentum. Si credendum est in hoc casu prælatos regulares noluisse dictum apostatam à confessionibus audiendis priuari, ne tot homines deciperentur, & tot scandala succederent à fortiori credendum est summum Pontificem hunc priuatum à confessionibus restituisse, ne tot damna insurgerent. Et hanc sententiam si attentè legantur, Syluester [c] & Nauarrus amplentunctur.

a. 1. tom. q.

a Glos. ver. effecisset.

b Sylu. confessor. 2. nu. 16. ver. secũdo vero casu. & vers. tertio verso casu Nauar. in man. ca. 9. n. 8.

## ARTICVLVS III.

### *Vtrùm religiosus per prælatum suum ordinarijs non præsentatus, licentia solum ordinariorum possit secularium audire confessiones.*

REspondeo dicendo, non esse hanc quæstionem tã facilis solutionis, vt aliqui putant. Nam pro parte affirmatiua arguendo videtur quod fuerint cõfessiones ipsi facte validæ. Nam ad validitatem sacramenti absolutionis sufficiunt duo, scilicet, potestas ordinis atque potestas iurisdictionis. Vtranque autem in hoc casu videtur istum religiosum habere. Nam & sacerdotem supponitur esse, & ab Episcopo per licentiam ab ipso obtentam iurisdictionem adquisisse. Sed in contrarium est quod religiosus non habet velle, neque nolle citra consensum sui prælati. Et sic non potest ab Episcopo illam iurisdictionem adquirere: sicut neque Episcopus alienis subditis potest conferre indulgentias, cum careat iurisdictione super illos. Ergo neque hanc iurisdictionem religiosi exemptis quippe qui non sunt sui subditi citra consensum suorum prælatorum potest impartiri. Igitur respondeo ad quæstionem, dico primo quod loquendo de religiosis ordinis Prædicatorum, stante breui Iulij tertij confessiones prædictæ non fuerant validæ. Quoniam in suis constitutionibus cauetur, ne fratres confessiones audiant ex tra-

traneorum sine licentia sui prælati. Et prædictum breue Iulij tertij in capitulo Salmaticensi generali intimatum annullat omnes licentias obtentas ab Episcopis, vel ab alijs ordinarijs ad audiendas extraneorũ confessiones sine consensu suorum superiorum, & eo durante illis concessas. Quod quidem breue dicitur â Salmantino generali capitulo fuisse acceptatum quo ad irritationem illarum licentiarum sic obtentarum, & obtinendarum: quæ in præiudicium iurisdictionis ipsorum prælatorum cedunt. Cum autẽ ad iurisdictionem prelatorum prædicti ordinis pertineat præsentare Religiosos Episcopo, vt ab ipso approbentur, contra hanc iurisdictionem suorum prælatorum feciſſe videtur Religiosus ille, qui cum non esset presentatus à suo prælato, vt ab ipso approbetur, ipse se presentauit, vel sine præsentatione prædicta ab Episcopo obtinuit prædictã licentiam. Quocirca omnes confessiones ei factæ fuerunt irritæ, cum fuerint factæ virtute licentię Episcopalis per dictũ breue Iulij tertij annullatæ. Caueãt igitur religiosi prædicti illustrissimi ordinis, ne sint nimis audaces in audiendis confessionibus secularium: cum sola licentia Episcoporum, sine autoritate suorum prælatorum obtenta.

Neque obstant argumenta in contrarium. Nam concedimus, quod religiosi indulgentijs, si quas sibi Episcopi impartiri voluerint, sine licentia suorum prælatorũ gaudere possunt. Quoniam cum hoc non sit contra jurisdictionem suorum prælatorum ita, vt non sit in eius jurisdictionis perniciẽ ad id vel expressam, vel saltem præsumptã licentiam suorum prælatorum habent. Ob quam rationem, cum Religiosi ante eorum exemptionem Episcopis deberent de iure ordinario esse subjecti, cum à jurisdictione episcopali exempti sunt, noluerunt per hãc exemptionem aliquibus fauorabilibus, quę in præjudicium suum, vel iurisdictionis suorum prælatorum non erant, renunciare. Cuiusmodi est fauor ipse, scilicet, quod dum se inueniunt in regionibus remotis, vbi si Religiosi cursum habere non possunt ad suos prælatos, ad dispensationem obtinendam, super quam potest dispensare Episcopus, possint tunc eam dispensationem ab eodem Episcopo vbi pro tunc resident, obtinere. Et sic in similibus. Ex his patet, quod alij ordines communicãtes cum Prædicatoribus in priuilegijs possunt id ipsum facere irritã do confessiones secularium, sine debita præsentatione prælatorum, fratribus ab Episcopis licentiatis factas. Interim tamen dum hanc irritationem non faciunt, aduertant ipsorum ordinum regulares præsentati sine licentia suorum prælatorum, quod sicut non possunt absoluere à casibus reseruatis iure Episcopis iuxta tradita in Clementina. dudum: de sepulturis. Ita etiam non possunt absoluere à casibus ipsis Episcopis ab eisdẽ met Episcopis reseruatis, & reseruandis. Ratio enim propter quam possunt regulares Mendicantes absoluere à casibus ab Episcopis reseruatis, est, quia ad id habent iurisdictionem ipsis à Sede Apostolica cõcessam, quam non possunt ipsi Episcopi restringere, & coarctare. At ista iurisdictio non illis confertur à Papa, nisi à suis superioribus prius præsententur ante quam ob ordinarijs approbationem consequantur iuxta formam traditam in dicta Clementina. Poterunt ergo dicti fratres absoluere à peccatis Episcopis minime reseruatis, obtinendo ab ipsis Episcopis licentiam & iurisdictionem ordinariam, quæ curatis conceditur. Minime autem possunt absoluere à casibus ipsis Episcopis reseruatis iure vel consuetudine, vel precepto, & reseruatione particulari. Adeò, vt absolutio à prædictis casibus sit irrita & inanis, secundum ea, quæ tradunt cõmuniter [a] Doctores & resoluit doctissimus Nauarrus, & tradit Enriquez. Et idem puto de absolutione à casibus Sedi Apostolicę reseruatis virtute priuilegiorum regularium. Non enim est credendum Papam concedere regularibus confessarijs plenissimã ad suos casus autoritatem, si ab eorum prælatis Episcopis non sunt præsentati, prout in inferioribus notabimus.

[a] Doctores in 4. dist. 17 Nauar. ca. 9. n. 6. Enri. li. 3. de pœniten. c. 6. n. 6.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum Regulares per Episcopum approbati possint audire confessiones secularium, etiam contradicente parocho.*

REspondeo dicẽdo, quod sic: hoc enim concedunt priuilegia multa citata & citanda. Iurisdictio enim confessariorum regularium à parocho minime dependet. Imo post Concilium Triden-

tinum ipsi suam iurisdictionem alijs præter quã approbatis ab ordinarijs loci cõmunicare non possunt, vt ego in nostra explicatione [a] Cruciatæ, etiam tenui. Adeo hoc est verum, vt etiam si Episcopi dicant in licentijs datis regularibus, Non vtantur eis contradicente parocho, possunt etiam eo contradicente eas audire. Nam priuilegia regularibus à sede Apostolica indulta, hoc expresse illis concedunt: quam concessionem Papalem non possunt tollere ipsi Episcopi. Verum est tamẽ quod si seculares sacerdotes, quibus quidam Episcopi restringunt licentias, ne audiant parocho contradicente, tali licentia nõ possunt gaudere, cũ iurisdictio secularibus sacerdotibus ab Episcopis approbantibus, nõ autẽ à sede Apostolica immediate conferatur. Quam iurisdictionẽ, vt ab ipsis communicatam & datã possunt dicti Episcopi limitare, ita vt cõtra dicente parocho minime executioni mãdetur. Et ait [b] Enriquez, quod non requiritur adhoc noua licentia parochi, si non contradicat.

a In explic. Cruciat. §. 9. n. 145. &. §. 12. n. 4.

b Enriq. li. 3. de pœnit. c. 6. in glos. in fur.

## ARTICVLVS V.

### *An confessores regulares extra diœcesim, vbi sunt approbati, oues eiusdem diœcesis confiteri possint.*

REspondeo dicendo, quod fratres Mẽdicãtes possunt audire omnes de diœcesi, in qua sunt præsentati, & approbati: sed non possunt committere alteri audientiam, neque eam exercere extra diœcesim, nisi quando fratrum prædictorum loca sint in vicina diœcesi, in qua vel pro qua præsentantur, & in qua non sunt dicta loca in ipsis locis audire possunt personas talis diœcesis, vt patet ex Clementina. dudum, & tenet [d] Sylvester, & omnes. Vnde venit reprobandus Marcus Antonius Cuquius, qui tenet confessores regulares ordinariam potestatem habere proculdubio existimandi sunt habere in aliena diœcesi, more omnium ordinariorum, audire & absoluere possunt omnes diœcesanos diœcesum, vbi ipsi sunt præsentati: quia in voluntaria iurisdictione territoriũ nullius lædi censetur. Qui autor loquitur expresse cõtra ea quę deiure cõmuni regularibus cõcedũtur. Vnde vt tollatur omnis ambiguitas, quę maximẽ in his quę pertinent ad debitam animarum medelam debet tolli, concessit Sixtus quartus, pro vt habetur in Monumentis [e] ordinum & in supplemento. *Quod fratres Minores debite præsentati, vel gratiosè à prælatis recepti possint extra diœcesim suam subditos illorum audire, cum hoc possint curati de iure.*

c Sylvest. v. confessor. 2. n. 2. vers. 4. requiritur &. n. 4. vers. 3, quæritur.

d Cuquius lib. 5. Maior instit. tit. de sacram. pœnit. nu. 191. iunctis his quæ ipse no tauerat. nu. 190. in fine.

e In. 1. impres. fol. 64. & in 2. fol. 6 concess. 128. &. fo. 96 concess. 335.

## ARTICVLVS VI.

### *Vtrum dicti fratres præsentati virtute dictorum priuilegiorum possint omnium confessiones audire,*

REspondeo dicendo, quod in foro exteriori receptum est ratione criminis cõmissi, quod reus forum sortiatur, prout multis comprobat Couarruuias [f]. Attamen in foro animę minimè quis ratione delicti sortitur forum, ita vt peccator possit absolui in foro sacramentali à sacerdote, in cuius parochia deliquerit, prout cum cõmuni resoluit idem Couarruuias: Sed debet ad proprium recurrere sacerdotem. Nicolaus quartus tamẽ vt in Monumẽtis [g], & in supplemento continetur, *Concessit fratribus Minoribus obseruantiæ authoritatem audiendi in confessionibus omnes quarũcumque diœcesum, & in illis extraneos, ac forenses absoluendi etiam à casibus, quos diœcesani locorũ in quibus fratres adhoc deputati fuerint duxerint cõmittendos.* Et Sixtus [h] quartus facit eandẽ cõcessionem per consimilia verba, nihil penitus immutado in cõcessionibus, immediate sequentibus, in eisdem libris præallegatis. Et postea Leo decimus hoc idem confirmauit, & de nouo concessit, prout habetur in [i] supplemẽto. Et idẽ Sixtus IIII. cõcessionẽ præfatã cõfirmauit subsequentibus verbis. *Concessit nanque, quod fratres Minores obseruantiæ præsentes & futuri possint audire confessiones secularium vndecunque venientium, ea autoritate,*

f Couar. lib practi. qq. c 11. n. 3.

g In. 1. impres. fol. 30. & in 2. fo. 114 concess. 240. & in supple fol. 59. cõcess. 159.

h In supple. fo. 58. cõcess. 159.

i 1. impress fo. 67. cõcess. 3. & in supplem. fol. 96. concess. 335.

quam

*quam habent ab Episcopo, in cuius diœcesi existunt.* Ita habetur in Monumentis ordinum. Denique id etiam patet ex concessione Vrbani quarti facta Carmelitis, & ex concessione Pauli tertij facta presbyteris Societatis IESV ab ordinario approbatis: de quibus in superioribus satis dictū est. Hi enim existētes in diœcesibus, vbi sunt approbati, possunt quorumcunque fidelium ad eos recurrentium confessiones audire, & absoluere à reseruatis Episcopis, & à reseruatis etiam Papæ per cōcessionem Pauli tertij factam Religiosis Societatis IESV.

Circa quas concessiones primo est notādum, quod appellatione fidelium veniunt tam exempti, quam non exempti, tam Ecclesiastici, quam seculares. Horum enim omnium confessiones possunt audire, neq; contradictio curatorum; aut quæcumque excommunicationis sententia contra hoc quidquam valet per extrauaganten Martin iquinti insertam in rubrica de priuilegijs. Imo secundum aliquos, possunt etiam absoluere religiosos, qui ex statutis suorum ordinum absolui nequeunt, nisi [a] suis prælatis prohibeatur, prout refert Siluester. Et fundamentum ipsorum est, quia hæc prouisio est respectu omnium volentium confiteri, & de plenitudine potestatis, quæ ab alijs statutis non dependet. Sed quædam Glossa, [b] quam sequitur Siluester tenet contrarium dicens, quod per hanc concessionem ibi non comprehenduntur, quod Panormitanus [c] tenet, & Cardinalis dicit verius, quia religiosi non habent velle, vt dicitur in *iure* [d] & consequenter neque possunt dici volentes, nisi quatenus volunt prælati. Et sic de illis in rigore non possunt verificari illa verba posita in Clementina. dudum. & in priuilegijs prædictis Apostolicis, ibi, Volentiū ad eos recurrere. Et hanc opinionem tenet [e] Armila. Et prout colligitur ab ipso, ratio qua mouetur est, quia licet religiosi sint de numero fideliū sunt tamē fideles religiosi particularibus suarū religionū præceptis & statutis religati, quos vult Sedes Apostolica in eorum reformatione semper his præceptis, & statutis esse circū amictos. Et nunquam Pontifices in concessionibus generalibus videntur derogare statuta particularia, quæ ignorant, iuxta ea, quæ in [f] iure notantur. Vtrum autem religiosi virtute concessionis Pauli tertij possint absoluere ab omnibus Papæ reseruatis, etiam reseruatis post istam conclusionem, ex dicentis in hoc primo tomo patet, quod sic.

Secundo circa eadem concessiones est aduertendum, ipsos confessores posse absoluere à peccatis quoscunque ad se venientes. Dubium autem est maximum, vtrū virtute prædictorum priuilegiorum possint vota extraneorum cōmutare. Pro cuius rei explicatione notandum est, quod ibi quis præsumptiue dicitur habere domicilium, vnde cū profectus fuerit peregrinari videtur, & ad quem locum redierit peregrinari desinit, prout tradit Innocentius. Veraciter autem rationem domicilij constituit intentio habitationis perpetuæ, determinatæ, quando est vnum tantum, & sub distinctione, quando sunt plura. Pro quo aduerte, quod illi, qui se transferunt animo remanendi, sunt parochiani illius parochiæ, in qua volunt remanere. Si autem non intendunt relinquere antiquum domicilium debent confiteri sacerdoti antiqui domicilij. Quod dupliciter est limitandum. Primo, quando nō veniunt animo remanendi per annum. Secus si per annum volunt remanere: quia tunc sacerdoti nouæ habitationis possunt confiteri, etiam si alias primum domicilium appareat principalius. Quia si in diuersis locis morantur æqualiter, aut habent domicilia, neque apparet vbi principalius habeant ibi possunt recipere sacramenta, vbi se inuenerint tēpore receptionis exercēdæ vt colligitur ex [g] iure. Vnde secundum Paludanum, qui in diuersis parochus habet æstatē, & hyemem, domum forum, vtrobique sortitur, secundū quod habitat hic & ibi. Qui autē alicubi nō habet domicilium, quantū ad sacramenta necessaria si debet illa recipere secundum Innocentium [h], requiritur quod habitet ibi per maiorem partem anni, & nō in fraudem proprij sacerdotis, nisi se transferat hospitium constituens animo ibi remanendi: quia statim fit ibi parochianus iuxta ea, quæ in jure traduntur. Et intelligo animo remanendi, non quidem perpetuo: quia iam ibi haberet domicilium, sed vsque ad tempus percipiendorū sacramentorū necessariorū, puta confessionis, cōmunionis semel in anno, ante quod tamē tēpus potest ista percipere, si adest talis intentio. Vnde dicit [x] Panormitanus singulariter, quod

in

a Syluest. ti. confessor. 2 n. 6.

b Gloss. in d. Clemen. dudum.

c Panor. & Cardin. in d. Clemet. d. c. si religiosos de elect. lib. 6.

e Armil. v. absolut. n. 23.

f Innocen. in. c. ex parte de foro competent.

g d. c. ex parte.

h Innocen. in. c. omnis de pœnit. & remiss. i ca. vlt. de parroch.

x Panormit. in. c. nullus de parocho.

in iuribus diœcesanis spectamus domicilium, & non habitationem. Vnde quoad sacramenta necessaria Episcopus studij erit iudex competens, sed non quoad voluntaria. Ex qua infert, quod scholaris ad ordines promoueri non potest in loco studij, si ne licentia sui Episcopi, cum ibi non habeat domicilium, argumento cuiusdam legis. Et similiter Episcopus studij de iure nō potest cōmutare vota scholaris extranei quod est contra multos confessores ignorantes. Hæc ille. Et ratio est, quia ista nō sunt necessaria. Vbi etiam aduertit quod fratres Prædicatores & Minores, & alij religiosi, qui ex priuilegio audire possunt confessiones vndecunque, ad se venientium, non possunt propter hoc vota commutare forensium extranorum, quia hoc nō potest Episcopus, qui eos approbauit, & acceptauit. Et hanc opinionē sequitur Syluester. [b]

[a] Sylues. in c. domiciliū infine.

Ex quibus infertur intellectus ad cōcessiones Nicolai quinti, & Sixti quarti, & Vrbani quarti in superioribus citatas. Quod, scilicet, licet concedatur fratribus, vt virtute earum possint audire confessiones vnde cumque ad eos recurrētium, non tamen virtute earum possunt cum eis dispensare, neq; eorum vota commutare, cum hæc non sint necessaria sed voluntaria. Verum est tamen quod virtute aliarum concessionum optimo iure possunt prædicta facere. Eugenius enim quartus. *Volens satisfacere deuotioni personarum habentium ad monachos Sancti Benedicti deputatos à suis superioribus ad audiēdas confessiones secularium singularem deuotionem, adeoq; recurrentium pro suarum animarum salute concessit, quod liceat prælatis, seu monachis prædictis confessiones earum audire earumque vota permutare, ac in omnibus, & singulis casibus etiam ordinarijs, aut per synodales vel prouinciales constitutiones reseruatis cum eis dispē sare: præter eas censuras, & pœnas, vota & casus de quibus esset merito sedes Apostolica consulenda, eisque atque omnibus, qui ad præfatos monachos ad huiusmodi deuotionem recurrerent Eucharistiæ sacramentum ministrare valeant de specialis dono gratiæ in fauorem obseruantiæ regularis.* Ita refertur in compendio Mendicantium. Ex qua concessione colligitur posse dictos fratres, & Mendicantes eorum priuilegio gaudentes commutare vota extraneorum ad se pro cōfessione recurrentium: non tamen in his possunt dispensare. Licet enim ipsis concedatur, vt possint dispensare in casibus Episcopis reseruatis: appellatione tamen casus minime vota reseruata Episcopis comprehenduntur, iuxta doctrinam [b] Aamilæ, qusm sequitur Nauarrus. Ex quibus infertur, quod licet Innocentius octauus. *Concesserit quod confessores debitè præsentati possint dispēsare in omnibus votis, in quibus possunt Episcopi, exceptis votis peregrinationum vltra duas dietas,* Pro vt habetur in Monumentis, & in supplemento; hoc tamen nō possunt efficere cum extraneis illarum diœcesum, in quibus non sunt præsentati, licet confessiones ipsorum audire possent. Hoc enim non est ita necessarium, sicut receptio sacramētorum necessariorū. Infertur secundo, quod licet presbyteri Societatis Iesu auditis confessionibus omnium ad ipsos accedentium, possint eorum vota pro tempore emissa (vltramarinus, visitationis liminum beatorum Petri & Pauli Apostolorum de Vrbe, ac Sancti Iacobi in Compostella, nec non religionis & castitatis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare, non tamen poterunt in ipsis votis dispensare cū his, qui ad eos recurrunt ex alienis diœcesibus, vbi neque sunt præsentati, neque approbati. Tum, quia illis, quibus commit-

[b] Armil. l. casus. nu. 1. Nauar. manuali. c. 27. n. 252.

committitur commutare,non committitur dispensare.Tum,quia dispensatio votorum & commutatio non potest fieri ab Episcopis cum exteris,qui ad suas diœceses accedunt,iuxta dicta in superioribus.Vnde cessa facultate ipsis presbyteris ad prædicta vota commutanda,cum sit præter ius respectu votorum exterorum,non debet illud extendi ad ipsorum dispensationem.

## ARTICVLVS. VII.

### Utrum confessores regulares potentes confiteri omnes etiam aliarum diœcesum ad se venientes possint vti hac authoritate extra sua monasteria existentes.

REspondeo dicendo,quod ad resoluendam hanc difficultatem,debet considerari differentia,quę versatur inter exẽptionem datam ratione loci,& inter datam ratione personæ. Et ait Panormitanus [a], quod quando exemptio datur ratione loci, puta Ecclesię,vel monasterij,virtute eius extra talem locum vel monasterium non potest vti exemptione. Quando verò datur exemptio ratione personæ,& non loci,vbicumque tali exemptione vti potest:priuilegium enim personale sequitur personam.Et sic priuilegium concessum personis ratione loci,non extenditur vltra locum:quia censetur potius reale,quam personale, vt notat Panormitanus [b]: secus in exemptione ratione personæ.

a Panormi. in.c.tuarũ de priuileg.

b Panormi. in.c.cum capella.de priuile.

Ex his infero primo,quod cum priuilegia concessa confessoribus regularibus pro pœnitentibus ad se vndique accedentibus non concedantur ratione monasteriorum,sed ratione suarum personarum,vt ex eorum litera satis patet extra sua monasteria, possunt vti vbicumque,voluerint dictis priuilegijs.

Secundo infertur, quod confessores, & quilibet alij religiosi sacerdotes Mendicantes possunt sacramentum Eucharistiæ ministrare vbicũque extra sua monasteria: quia hoc est priuilegium personale sequensipsos vbicumque fuerint, prout supra in quæstione de communione Eucharistiæ satis diximus.

Tertio infertur,quod priuilegia concessa fratribus tempore interdicti ad celebrandũ officia diuina non habent locum nisi in suis monasterijs,iuxta eorum concessiones.

## ARTICVLVS. VIII.

### Utrũ confessi regularibus teneãtur iterum parocho confiteri.

REspondeo dicendo, quod postquam Pontifices concesserunt actualem iurisdictionem confessarijs Regularibus pro audiendis confessionibus Ioannes [c] vigesimus secundus Pontifex erroneum esse dicere diffiniuit, teneri dictas confessiones secularium parocho repetere. Regulares enim ex priuilegio Pontificis habent iurisdictionem, vt directè absoluant seculares, prout concessit Alexander [d] quartus & Clemens quartus,& alij summi Pontifices, dicentes hoc posse exercere,sacerdotum parochialium assensu minime requisito.Et idem ipsum definiuit [e] Benedictus vndecimus, subdens,quod liberatus semel ab eo debito nõ obligatur amplius ad eandem debiti solũtionem per repetitionem confessionis. Exponitque præceptum de annua confessione facienda parocho intelligi debere de illis peccatis,quæ alias non sunt confessa,neque absoluta:quod de secularium confessionibus certum est. Atque ita interpretandus est Sixtus Quartus, [f] negans se nouum ius condere, sed explicare ius positiuum in capitulo omnis vtriusque sexus,quo laici non obstantibus priuilegijs Mendicantium ob quæ eis confiteri possunt tenẽtur de iure semel in anno ante communionem Paschæ cõfiteri parocho, nempe ea peccata,â quibus alias non fuerunt legitime absoluti. Et sic qui sæpius in anno recipit Eucharistiam ex priuilegio apud monasteria regularium tenetur non quidem repetere præteritas cõmuniones quod fieri non potest, sed nouã cõmunionẽ recipere in paschate de manu proprij sacerdotis.Hanc sentẽtiã esse certã probat Soto,& Ledesma,& post Ioannem Maiorem & Durandũ eam sequũtur Petrus de Soto,Medina,Nauarrus & Henriquez.

c Extrauagan. vas electionis de hæretic.

d Habet.in monũ.in.1. impref. fo. 26.&.fo.103 concef.244.

e Intercũctas de priuileg.

f In extrauaganti vices de tregua& pace.

g Soto in.4. d.18.q.4.ar. 3. Ledef. in 2.4. q.7.art. 5.dub.3. Maior.in.4.q.d. 17. q. 6. & Durand. q. 12. Soto. de confef. lect. 5. Medina. de confef. fact.fratrib. priuil. Nau. c.27.nu. 26. Henriq.lib. 2.de pœnit. c.16.n.9.

Ex quibus infertur teneri parochos in communione paschatis communionem conferre testimonium habentibus se confessoribus

bus regularibus fuisse confessos. Vnde decima die octobris anno Domini millesimo quingẽtesimo octuagesimo septimo ex parte ordinum Mendicantium fuit quoddam memoriale apud illustrissimos Cardinales congregationis Regularium in sacra illa congregatione propositum, in quo Mendicantes conquerebantur, qualiter contra formam suorum priuilegiorum & sacrorum canonum Concilij Tridentini & ordinationum Apostolicarum, in quam pluribus ab ordinarijs locorum grauabãtur, prout eiusdem memorialis series cõtinebat. Et illustrissimi Domini Cardinales eis maturè cõsideratis inter alia *Statuerunt & ordinauerunt quod circa secularium confessiones ab ipsis fratribus mẽdicantibus audiendas seruetur decisio cõgregationis sacri Concilij & Episcoporum, corripianturq; ordinarij, qui in articulo mortis id fieri prohibent vel in licentijs concessis id excipiunt.*

## QVÆSTIO LXI.

### De confessarijs regularibus quantum ad potestatem absoluendi seculares in quindecim articulos diuisa.

*Circa quam quæruntur quindecim.*

1 *VTrum Papa possit concedere facultatem aliquibus confessarijs absoluendi à casibus reseruatis Episcopis, ipsis Episcopis inuitis.*
2 *Vtrum religiosi Mendicantes præsentati secundum formam Clementinæ dudum possint absoluere ab omnibus casibus Episcopis reseruatis.*
3 *Vtrum confessarij regulares per aliqua priuilegia possint absoluere à casibus iure Episcopis reseruatis.*
4 *Vtrum religiosi extra sua monasteria existentes possint absoluere â dictis casibus*
5 *Vtrum religiosi confessarij possint absoluere â casibus Papæ reseruatis.*
6 *Vtrum dicti fratres possint absoluere nominatim excommunicatos.*
7 *Vtrum extra sacramentum pœnitentiæ possint absoluere à censuris.*
8 *An possint absoluere percussorem clerici manifestum.*
9 *Vtrum Mendicantes habentes facultatẽ ad absoluendũ à reseruatis possint absoluere â concessis Episcopis iure speciali Cõcilij Tridentini. 24. c. 6. de reform.*
10 *Quid impetretur per absolutionem à censuris in foro conscientiæ.*
11 *Vtrum religiosi sacerdotes simplices absoluentes ab excomunicatione minori incidant in pœnam clementinæ primæ de priuilegijs.*
12 *Vtrum religiosi incidant in pœnam istius Clementinæ absoluentes à culpa & à pœna.*
13 *Vtrum priuilegia quibus religiosi possunt absoluere à casibus reseruatis sint hodie per Concilium Tridentinum abrogata*
14 *Vtrum confessores regulares vbi publicatur Bulla Cruciatæ possint absoluere pœnitentes non habentes Bullas à casibus reseruatis virtute suorum priuilegiorũ.*
15 *Vtrum regulares obligentur absoluere confessores a casibus reseruatis.*

## ARTICVLVS I.

### *Vtrùm Papa possit concedere facultatem aliquibus confessarijs absoluendi à casibus reseruatis Episcopis, ipsis Episcopis inuitis.*

REspõdeo dicẽdo, quod Papa habet super omnes Christianos potestatẽ iurisdictionis iuxta ea quæ in iure [a] notãtur, & tradũt Innocẽtius, & Felinus & nõ solũ qualẽqualẽ, sed immediatam

a Extrauagant. vnam sanctam de maioritate & obediẽt Innocent. in. c. 1. de cõstit. vbi Felinus. n. 4.

tam quoad omnia spiritualia, vt colligitur ex Diuo [a] Thoma communiter recepto. Et sicut illam habet immediate super omnes, ita eam accipit immediate à Deo: & ideo nemo alius potest eam illi tollere, vel minuere. Et sic propter istam plenissimam iurisdictionem ita immediatam potest facultatem concedere aliquibus absoluendi à dictis casibus: sicut de facto concedit in Clementina. Dudum. de sepulturis. iuxta infra dicenda, & in omnibus iubileis, & in cruciata, & in confessionalibus, quibus fit facultas eligendi confessores secundum cõsuetudinem generalem totius Ecclesiæ Christianæ.

[a] D.Thom. de erroribus Græco. q.56.& seq.

Neque supradictis obstat, quod Papa non possit tollere ius diuinum, quo conceditur Episcopis potestas reseruandi sibi absolutionem in aliquibus casibus. Nam videmus etiam, quod omnis presbyter solo Iure diuino attento potest absoluere quemlibet à quolibet peccato, prout probat Doctissimè [b] Nauarrus: attamen plurimis id non licet iure humano papæ id vetante. Neque sequitur ex hoc tolli eis potestatem illam diuinitus eis datam. Vna est enim omnium conclusio receptissima multa iure naturali & diuino competentia multis restringi & limitari posse à summo Ecclesiæ principe quoad spiritualia sicut à summo Principe seculari, quo ad temporalia: vt ex multis [c] iuribus patet, quod fit per interpretationem inter ius & æquitatem, & per iustã dispensationem: & per rationem iustam naturalem id in aliquibus causis dictantem iuxta ea, quæ copiose tradunt [d] Felinus, Decius, & alij moderni, & palam est in casu posito solum ius Episcopi restringi & limitari ex causa iusta, & honesta. Quin & [e] Panormitanus secutus Innocentium ab omnibus receptum dicit, quod per rationem naturalem potest declarari & limitari ius naturale, & diuinum non solum per legem Papę quo ad spiritualia: sed etiam per legem alterius principis quo ad secularia; imo & per consuetudinem rationabilem: vt passim limitatur præceptum de non occidendo, & de standō duorum vel trium testimonio.

[b] Naua. in cap. placuit de pœnit. dist. 6. n. 2.

[c] c. cum. 2. de hęreticis li. 6. c. quod in dubijs de pœnit.

[d] Felinus Decius & alij in. d. c. quæ in ecclesiarum.

[e] Panor. in c. finali de consuetudi. ne. n. 3.

## ARTICVLVS II.

*Vtrùm Religiosi Mendicantes præsentati secundum formam Clementinæ. dudum. possint absoluere ab omnibus casibus Episcopis reseruatis de iure, & specialiter.*

REspondeo dicendo, quod hęc quæstio supponit aliquos esse casus Episcopo reseruatos de iure, pro vt colligitur ex ipso iure. Qui autem sint hi casus maxime controuertitur circa numerum. Verior tamen opinio est, quod tantum sint quinq;. Primus est peccatum clerici, quod habet annexam irregularitatem. Verum est tamen quod secundum Diuum [f] Thomam, quem sequitur Armila, peccatum potest à quocunque confessore approbato ab ordinario absolui, licet irregularitas ad summũ Pontificẽ spectet. Secundus casus est incẽdiũ messiũ, & aliarũ rerũ ex proposito patratũ. Tertius est peccatũ, ratione cuius imponẽda est solẽnis pœnitẽtia, quę solum imponitur ratione peccati notorij, & famosi. Quartus absolutio blasphemiæ publicę, & notoriæ, secundũ *D.* & Thomã solũ ratione [g] solemnis pœnitẽtiæ imponendæ. Nõ enim Concilium Lateranense, vt ait Armila hunc absolute inter casus de iure Episcopo reseruatos connumerat. Quintus est absolutio excommunicationis maioris: quod intelligitur, quando Episcopo reseruatur. Nam ab excommunicatione maiori à iure lata possunt curati absoluere, & per consequens Mendicantes debitê præsentati, & approbati, prout tenet Diuus Thomas, Diuus Bonauentura, quos sequitur [h] Syluester. Quam contra Couarruuiam & alios defendit Gutierrez, dicens cum Nauarro, quod opinio Couarruuiæ habebit locum tantum in foro exteriori. Alij inter casus Episcopo reseruatos numerant commutationes & dispẽsationes votorũ, & iuramentorum. At hi proprie & iuridice loquendo minime nomine casuum veniunt, prout aduertit [i] Nauarrus. Supponit etiam Episcopos posse sibi de nouo aliquos casus reseruare, & dicere oppositum est erroneum, vt in Concilio Tridentino definitur. Solent autem Episcopi reseruare homicidium voluntarium, & mẽbri alicuius realẽ mutilationẽ. Quibus suppositis respõdetur primo ad

[f] D.Tho. in.4.d.19.q. 1.art.9.col.2 ad.2.

[g] D.Tho.in 4.d.19.q.1.

[h] Syluest. tit. absolut. 1.§.3. & excommunic. 8.in pri. Gutier. qq. canonicis. 5. n.10.in.1.im pres. Nauar. man c 27.n. 39.

[i] Nauar. vbi sup.n.255.

ad quæsitũ, Mendicantes præsentatos secũdum formã iuris [a] stando intra terminos iuris communis secluso quocumque alio priuilegio habere potestatẽ circa peccatorũ absolutiones, quæ parochialibus sacerdotibus & curatis ab eodẽ iure concessa est. Ait enim Clemẽs Quintus in dicto iure: Nolumus potestatem in hoc illis impendere ampliorem, quam eam, quæ parochialibus sacerdotibus & Curatis à iure concessa est, in quo omnes *Doctores* conueniunt nullo excepto; cum in terminis iuris communis sacerdotes parochiales & curati possint absoluere de omnibus peccatis, quæ à iure Episcopis non reseruantur, vt omnes concedunt. Quæ enim specialiter non reseruantur censentur cõcessa ex *Regula* [b] Iuris. Et sic bene infertur Mẽdicantes præsentatos à iure communi habere potestatem absoluendi ab omnibus casibus qui iure non sunt Episcopis reseruati, quæ potestas est illis concessa in Concilio Vienensi, quo tempore Mendicantes iam erant ab Episcoporum iurisdictione exempti. Dubiũ autem maximũ est, Vtrùm casus, quos vltra ius Episcopi specialiter sibi reseruarunt reseruati etiã censeãtur dictis confessoribus prẽsentatis, ita, vt seclusis alijs priuilegijs, expensa dumtaxat potestate, quam à iure communi habent huiusmodi Mendicantes possint adhuc absoluere ab istis casibus Episcopis reseruatis non iuris sed ipsorum Episcoporum speciali reseruatione.

De hac re duæ inueniuntur oppositæ sententiæ. Prima docet huiusmodi casus non solum curatis, sed etiam Mendicantibus præsentatis esse reseruatos. Hanc opinionem defendit [c] Glossa, cum qua transeunt Ioannes Monachus, Panormitanus, Imola Cardinalis, & idem Panormitanus, Albertus Trocius, Nauarrus, & ex Theologis Ledesma.

At contrariam opinionem probarunt multi Doctores [d] Panormitanus reuocãs suam opinionem Felinus, Bonifacius late Ioãnes de Ligniano, quam ex Theologis sequuntur Antoninus, Syluester, Angelus Ioannes Tabien, Armila. Denique est communis Thomistarum, & Doctorum opinio, vt Syluester, & alij testantur. Qui etiam affirmant secure & absque scrupulo hanc opinionem esse practicandam, & seruandam. Et hanc ego tanquam probabiliorem, & omnino securam amplector.

Quæ opinio hoc potissimo argumento confirmatur à Panormitano & alijs. Nam quando alicui conceditur priuilegium ad instar alterius, quamuis postea illud priuilegium limitetur, vel restringatur, non censetur limitatum, aut restrictum respectu eius, qui priuilegium ad instar alterius obtinuit. Sed fratribus Mendicantibus præsentãtis concessum est priuilegium, vt possint absoluere à casibus, à quibus parochiales sacerdotes de iure possunt absoluere, vt iam probatũ est: & proinde autoritas istorum fratrum est ad instar autoritatis, quæ parochialibus sacerdotibus de iure competit: ergo quamuis autoritas parochialium postea limitetur, & restringatur per Episcopum alios speciales casus sibi reseruantem, non proinde restringitur autoritas Mendicantium præsentatorum. Minor satis, vt diximus, supra probata est. Maior verò probatur ex doctrina quadam Guillielmi Doctoris [e] Antiqui; docentis quod cum Papa concesserit vniuersitati Tolesanæ omnia priuilegia, quę sunt vniuersitati Senensi concessa, si postea eadem priuilegia Senensi vniuersitati, aut limitentur, aut restringantur non proinde priuilegia reuocata, aut restricta sunt censenda vniuersitati Tolesanæ. Et ratio est, quia iam est adquisitum ius in re vniuersitati Tolesanæ. Quare maior nostra est probanda, & admittenda, tanquam iuris principijs magis consona. Quæ est notanda pro communicatione priuilegiorum facta Mendicantibus & alijs Religiosis. Quin potius ex prædicto fundamento sequitur, quod si Papa prædictam autoritatem absoluendi parochialibus sacerdotibus restringeret, vt quia respectu illorum specialiter certos casus sibi reseruauerit, adhuc Mendicantibus talis potestas restricta minimè censeretur.

Secundo confirmatur eadem opinio ex [f] Bonifacio dicente, quod si parochiales sacerdotes speciali Episcopi concessione haberent ampliorem potestatem, quam eis esset à iure concessa, non proinde extenderetur potestas Mendicantium præsentatorum. Ergo quando ex speciali ordinatione Episcopi parochialis potestas restringitur, & coarctatur per reseruationem aliquorum casuum non censetur limitata, neque restricta potestas Mendicantium. Antecedens, vt dixit Bonifacius, est communi sententia approbatum: sed nos possumus

a Dic. clemẽti. dudũ. b c. nup. ex. 29. de sentẽ. excõmu. c. at. si clerici extra de iudicijs.

c Glos. in vers. concessa in d. clemẽt. vbi monach Panormi. Immola. n. 42. Cardinal. q. 10. n. 9. Ancarran. n. 23. Panor. in. c. Deus qui de pœnitent. & remiss. Troc. de perfecto clerico. c. 26 n. 13. Nauar. in manu. c. 27. n. 363. & 264. Ledes. in. 2. & 4. q. 7. ar. 5. dub. 7.

d Panorm. in. c. sup. specula. ne cleric. vel monach. Feli. in. c. perpendim. de sententen excom. Bonifa. in d. clement. dudum. §. per huiusmodi Lignano. in. ca. omnis de pœnit. & remiss. Antoni. 3. p. titu. 17. c. 11. Syluest. ver. cõfessor. 2. q. 5. in. 5. & ver. casus. q. 5. n. 5. Angel. ver. casus in fine & ver. cõfessio. n. 28. Tabien

ver dispen. sat. §. 15. Armil. ver. absolut. n. 25. & Iur. casus n. 13.

e Guilliel. musin. l. priuilegia. C. de sacro sanct. Eccl.

f Bonifa vbi sup.

mus illud confirmare ex doctrina præcitatorum autorum. Quando enim aliquod priuilegium extenditur, non proinde priuilegium ad instar eius concessum extensum censebitur. Consequentiam probat Bonifacius: Quoniam contrariorum eadem est disciplina, & dispositio. Possumus nos etiam illam probare: quoniam non censetur extensa potestas illorum fratrum, qui non habent potestatem, nisi ad instár eius, quæ de iure communi parochialibus est concessa: ergo per locum à simili cum reseruatio Episcopi non tollat potestatem illorum casuum iure communi parochialibus esse concessum, ad instar cuius fratres præsentati habent potestatem huiusmodi fratribus concessam.

a Panormi. in d.c super specula.

Tertio probatur ex Panormitano. [a] Quoniam in prædicta Clemẽtina Papa dat fratribus præsentatis tantam facultatem quantam à iure parochialibus sacerdotibus concessa est: nec papa, vt ait Panormitanus, habuit respectum ad constitutiones Episcoporum, quæ variantur secundũ tempora, & secundum loca. Quam rationem Panormitani ita corroboro, & confirmo: Quoniam quando Pontifex in dicta Clementina hanc potestatẽ Mendicantibus fecit Episcopi plures alios casus sibi reseruatos habebant. Quod probatur, quia erat inter ordinarios & religiosos præsentatos controuersia. Tum etiam ex quadam Extrauaganti [b] quæ præcessit dictam Clementinam. In qua extrauaganti probat plures casus Episcopis ex consuetudine esse reseruatos, quam ibi à Papa approbentur.

b Extrauag. inter cunctas de priuileg.

Quarto probatur: Quoniam Mendicantes tempore Clementis Quinti erant iam ab Episcopis exempti, & proinde Episcopi illis non poterant casus à iure concessos reseruare, cum reseruatio supponat iurisdictionem, quam in religiosos exemptos Episcopi non habent. Sed dices, non posse directè & per se casus à iure concessos Mendicantibus reseruare, bene tamen indirectè, & per quandam consequentiam, quatenus eos sacerdotibus parochialibus reseruando, ex consequenti eos mendicantibus reseruant, cum non maiorem habeant autoritatem, quam parochiales sacerdotes. At hæc solutio omnino excluditur ex primo fundamento. Nam cum huiusmodi facultas sit Mendicantibus concessa, quanuis hæc parochialibus restringatur, non censetur Mendicantibus restricta. Accedit etiam, quoniam talis reseruatio non tollit, quin à iure parochiales habeant facultatem ad illos casus, nisi specialiter reseruentur: & facultas Mendicantium est ad instar facultatis parochialibus concessæ, non simpliciter, sed à iure, vt patet ex dicta Clementina. Quinto confirmatur nostra opinio ex Syluestro. Quoniam huiusmodi facultas absoluendi à casibus, qui parochialibus à iure non reseruantur Mendicantibus, concessa fuit à Summo Pontifice, idque in fauorem religiosorum, qui ab Episcopis cæterisque ordinarijs vexabantur; & vt disidia & controuersiæ, quæ inter ordinarios & Mendicantes oriebantur componerentur, vt patet ex dicta [c] Clementina, & Extrauaganti, sed inferior non potest aut reuocare, aut restringere facultatem à superioribus concessam. Quod verò Mendicantes præsentati hanc absoluẽdi habeant facultatem à Papa, & non ab Episcopis probatur: quia solum Episcopi habent nudum quoddam ministerium approbationis, vt iam in superioribus satis probatum remanet.

c Clement. dudum. Extrauagã. inter cunctas.

Vltimo confirmatur nostra sententia à nonnulis. Quoniam alias Episcopi possent reseruando casus omnino tollere autoritatem istorum religiosorum. Hoc argumentum Syluester & alij adducunt pro cõfirmatione huius sententiæ. Sed quoniam Glossa citata in dicta Clementina. dudum. & Doctores contrariæ sententiæ illud soluunt, & optimè; non est, quod plura in eius confirmationem adducamus, sed solum argumentis contrariorum respondeamus.

## *Ad Argumenta.*

PRIMO arguitur: Episcopus potest restringere potestatem curatorum parochialium, vt omnes contendunt: ergo à fortiori poterit limitare facultatem Mendicantibus concessam. Probatur hæc consequentia: Quoniam qui potest limitare potestatem ordinariam, potest à fortiori restringere, & limitare extraordinariam: sed potestas curatorum est ordinaria; potestas vero Mendicantium est extraordinaria: igitur. Et confirmatur:

Quoniam alias idem subditus censebitur diuersi iuris quoad curatos, & quoad Mendicantes, contra ius [a] docent, vnam & eandem substantiam non debere diuersi iuris censeri. Respondetur concesso antecedente, negando consequentiam, quam negant Bonifacius & Angelus. Quoniam hæc potestas conuenit huiusmodi confessoribus positiue autoritate Papæ, & à iure communi; quam inferior illis limitare non potest, cum omnino sint exempti: idque neque directe, neque indirecte vt iam diximus. Nec obstat in confirmationem adductum inde sequi eundem subditum esse diuersæ curæ: quoniam non est diuersæ curæ, sed curæ ordinariæ; cum huiusmodi confessores sint Papæ delegati.

[a] Cap. quo circa de priuileg.

Secundum argumentum est: Quoniam in re sibi propria potest quis facere quod voluerit, si causa adest: iam vero authoritas reseruandi casus est propria Episcoporum: poterit igitur casus istos reseruare fratribus præsentatis. Respondeo, maiorem esse verâ respectu suorum subditorum: nã respectu Mendicantium superioris autoritate prohibentur.

Tertium argumentum est: Quoniam parochiani non sunt exempti à iurisdictione Episcoporum: ergo si Episcopus potest eos eximere à iurisdictione curatorum; ita poterit eos eximere à iurisdictione Mendicantium. Respondetur, concedendo antecedens, & negando consequentiam. Quoniam quilibet subditorum autoritate Papali potest huiusmodi confessoribus confiteri peccata sua à qua autoritate inferiorum prohibere nequaquam possunt; cum autoritate superioris nempe Papæ, constituatur debita materia in ordine ad istos confessores.

Quartum argumentum proponit Ledesma, scilicet, quod intentio dictæ Clementinæ. dudum. non fuit dare maiorem autoritatem fratribus, quam curatis: ergo cum curati facta illa reseruatione non habeant autoritatem ad hos casus, neque etiam fratres præsentati eam habebunt. Respondetur intentionem dictæ Clementinæ. dudum. non esse dare huiusmodi fratribus maiorem autoritatem, quam curati habent à iure communi. Intentio tamen illius Clementinæ est hanc autoritatem dare huiusmodi fratribus autoritate delegata, ita quod ad eam non subordinentur Episcopis tanquam illorum subditi. Quod tamen non conceditur curatis, quia in omnibus iure ipso Episcopi sunt subditi, ac proinde illis potest Episcopus casus ex causa reseruare, non tamen Mendicantibus.

Quinto arguitur: Nam secundum ius religiosi prætumentes absoluere à casibus Ordinario reseruatis, excommunicantur. Quæ prohibitio est generalis; & proinde est intelligenda de casibus ab Episcopis reseruatis specialiter. Respondetur quod ius illud est intelligendum de casibus, qui sunt iure Episcopis reseruati, vt colligi potest ex glossa ibi in verbo. ordinarijs. quæ se remittit ad glossam in verbo. seruatur. in capitulo secundo de pœnitentijs, & remissionibus, libro sexto. quæ glossa loquitur de casibus iure Episcopis reseruatis.

Aduertendum tamen, quod Innocentius Octauus, prout habetur in monumentis [b] ordinum, & in supplemento *Declarauit, quod quo ad primum casum de iure reseruatum Episcopis, intelligitur secundum opinionem Innocentij, & Hostiensis, scilicet, quod solum est, hodie vna excommunicatio, quæ Episcopo reseruatur, scilicet, iniectio violenta in personam Ecclesiasticam, in casibus, in quibus pertinet ad Episcopum. Et ideò in alijs, quæ non sunt de iure, & non reseruantur Papæ possunt confessores Mendicantes absoluere, & similiter ab omnibus excõmunicationibus per statuta prouincialia & synodalia promulgatis, quæ ipsi legis condi tores*, quando specialiter sibi, vel alteri non reseruauerunt statutum fecerunt.

[b] In 1. impref. fol. 65. & in 2. fo. 69 concef. 154. & in Suppleм. fo. 98. concef. 355.

## ARTICVLVS. III.

### *Vtrùm confessarij Regulares per aliqua priuilegia possint absoluere à casibus iure Episcopis reseruatis.*

REspondeo dicendo, quòd secundum potestatē in clementina, dudum. confessarijs regularibus cōcessam minimè possunt ipsi absoluere à casibus iure Episcopis reseruatis, prout superiori articulo dictum est. Nunc autem videndum est, vtrùm per alia priuilegia ipsis fratribus hoc concedatur? Pro cuius rei explicatione notādum est, quod Sixtus Quartus prout habetur in monumentis [a] ordinum, *Concessit vt vicarius generalis fratrum ordinis Prædicatorum regnorum Castellæ, & Legionis, in qualibet domo dicti ordinis ei subiecta, vbi eum pro tempore morari contigerit, ac in eius absentia singuli priores siue præsidētes singularum domorum dicti ordinis, nunc & pro tempore existentes, ac quatuor prædicti ordinis professores presbyteri idonei per vicarium, & singulos priores siue præsidentes prædictos in singulis domibus deputandi possint confessiones vtriusque sexus fideliū forensium ad singulas domus prædictas occurrentium, & ibidem proprium domicilium non habentium, ac inibi confiteri volentium, toties quoties ibidem confitebuntur, libere audire & eos ab omnibus & singulis peccatis excessibus, & delictis per eosdem commissis ac confessis necnon excommunicationum sentētijs, & pœnis, & in singulos fideles prædictos in genere vel in specie ordinaria autoritate latis, de quibus ipsi fideles se absolui petierint. Dum tamen talia non sint, propter quæ sedes Apostolica merito sit consulenda, in loci ordinarij absentia absoluere & eis super præmissis pœnitentias salutares iniungere.*

[a] In monumen. fo. 44. & fol. 128. concess. 187.

At Vrbanus Quartus, prout in eisdem Monumentis [b] continetur, *Concessit fratribus Carmelitis, vt de licentia prælatorum Ecclesiæ possint audire confessiones omnium fidelium causa deuotionis ad eos recurrentium, nisi talia commississent, propter quæ esset Sedes Apostolica merito consulenda. Sixtus autem quartus declarauit, quod licentia, de qua in huiusmodi concessione fit mentio, intelligatur ità, quod, scilicet, præfati confessores sint præsentati secundum formam iuris.* Ex quibus infertur, quod confessores Mendicantium ordinum possunt absoluere à casibus Episcopis iure, vel specialiter reseruatis. At Collector [d] priuilegiorum Mendicantium dubitat, an hæc facultas sit in vsu apud Carmelitas. Vnde cum alijs Mendicantibus ad instar Carmelitarum cōmunicetur, dicendū, quod si apud ipsos per non vsum sit sublata, etiam sit apud Mendicantes. Sed noster Doctissimus Corduba [e] tenet, cum quodam docto patre, vt ipse ait, ex doctrina Panormitani, [f] quod cum hoc indultum fuerit concessum communitati, vel Ecclesiæ, vt est religio Carmelitarum, & per communicationem nostro ordini Minorum communicatur ex æquo, ac si nobis fuisset specialiter concessum, non perditur, nisi legitimo tempore præscribatur: quod secundum sacros canones [g] est spatium quadraginta annorum: & etiam debet haberi scientia priuilegij & voluntas non vtendi illo ad hoc, vt per non vsum perdatur, vt patet in iure; [h] quæ omnia in præsentiarum deficiunt sicque quoad fratres Minores non

[b] Monum. in 1. impres. fol. 85. & in 2. fol. 68. cōcess. 392.

[c] In monument. in 1. impres. fol. 98. & in 2. fol. 181. concess. 439.

[d] Collect. in cōp. ti. absolut. quoad sæcul. 2. §. 19.

[e] Corduba in addit. ad comp. ad dictum. §.

[f] Panormit. in ca. cū accessissent de constit.

[g] Ca. de terra. de priuileg. d. c. cū accessissent.

[h] d. c. de terra, in vers. detrahere voluistis.

est perditum priuilegium prædictum per non vsum aliorum, scilicet Carmelitarum. Facit etiam ad hoc, quod dicit Innocētius, quod, scilicet, particulares canonici bene possunt sibi præiudicare, perdendo priuilegium per vnam contrauentionem; sed Ecclesiæ præiudicare non possunt, quin ea possit allegare non esse sibi sublatum suum priuilegium, quod fuit perditum quo ad particularem personam. Ergo licet aliqui fratres seu conuentus seu prouinciæ ex voluntate, seu etiam ex ignorantia, quod minus est, vsi non essent tali priuilegio, vel cōtra illud fecissent, non possent toti ordini, seu alijs præiudicare, quibus iam per communicationem est factum proprium: & alijs non communicatur vsus, aut non vsus, quæ sunt quid facti sed ipsius priuilegij ius. Et licet hoc priuilegium Mendicantibus in hac parte non fauerit, vt dicere possimus eos posse absoluere ab omnibus Episcoporum casibus, aliā cōcessionem fecit Sixtus quartus fratribus ordinis Minimorum, pro vt habetur in ordinis Monumentis *Confessiones audiendi & ab omnibus casibus excommunicationis suspensionis, interdicti ac super quacunque irregularitate, ordinario tam à iure quam ab homine reseruatis toties quoties opus fuerit absoluendi, dispensandi ac vota quæcumque permutandi, & relaxandi, & pœnitentiam salutarem iniungendi, sicut potest diœcesanus,* Id est, sine aliqua præsentatione. Quæ concessio licet dubitet collector [a] priuilegiorum ordinum Mendicantium, an respectu secularium concedatur: at corduba aduertit constare ex supplemento [b] ordinis autoritatem absoluendi ab omnibus à quibus potest diœcesanus, concessam esse Minimis. Ait enim Iulius secundus in confirmatione ordinis Minimorū, *Quod ipsi patres Minimi quarumcunque personarum, tam religiosorum, quam Ecclesiasticorum & secularium vbilibet audire possint confessiones, & illis auditis personas ipsas, & earum quamlibet iuxta formam & tenorem priuilegij per Sixtum quartum ordini Minimorum huiusmodi, ac illius personis, & fratribus dudum concessi & confirmati absoluere, ac pœnitentiam salutarem illis iniungere valeant.* Ex quibus verbis colligitur prędictam concessionem Sixti Quarti quantū ad absolutionem à casibus ipsis Episcopis reseruatis ad sæculares certissime esse extēdendam. Quantum autem ad dispensationem & communicationem votorum dubiū esset, an ad sæculares extendatur, prout suo loco dicemus.

Et vt omnis tollatur ambiguitas constat hanc autoritatem habere Mendicantes ex bulla Pauli Tertij, de qua infra, concedentis confessoribus Societatis Iesu, vt possint absoluere ab omnibus casibus, etiam Papæ reseruatis, exceptis casibus in Bulla Cœnæ Domini assignatis.

[a] Colle. vbi su. §. 20. cor dub. ibi.

[b] fo. 11. con cef. 36.

## ARTICVLVS IIII.

### Vtrùm regulares extra sua monasteria existentes possint absoluere â dictis casibus.

REspondeo dicendo, quod vt constat ex quadam concessione facta fratribus Benedictis nominatis per Priorem Sancti Benedicti Vallisoleti, aut per eius præsidentem ad hoc pro tempore deputandum, quam extendit Pius Secundus ad priores, & præsidentes aliorum monasteriorum monasterio præfato Vallisoleti annexorum, cuius tenorem refert Collector [c] priuilegiorū ordinum Mendicantium, dicti fratres nominati possunt audire confessiones sæcularium, & à casibus Episcopis reseruatis absoluere, quando in dictis monasterijs existunt. At vt constat ex alia eiusdem Eugenij Quarti concessione, quam refert idem Collector, [d] licet prælatis, seu monachis sancti Benedicti deputatis à suis superioribus ad audiendas confessiones vtriusque sexus fidelium eas audire atq; personæ ipsæ eis confiteri possint, necnon eas pœnitentia, & satisfactione adiūctis, quoties oportuerit absoluere ab omnibus & singulis peccatis, præterquam Sedi Apostolicæ reseruatis. Quod indultum

[c] Colle. cit. absolutio quoad sæculares secūd. §. 16. & 17.

[d] Colle. vbi su. §. 19.

indultum non coarctat, ipsos monachos, vt in suis tantum monasterijs prædictam absolutionem concedāt. Et ideo ipsi fratres extra sua monasteria existentes ipsam cōferre possunt, cum dictum priuilegium personas prædictorum fratrum sequatur. Et vt constat ex concessione Nicolai Quinti in superioribus relata, iuxta declarationem Sixti quarti ibi appositā, vbilibet quoties opus fuerit, possunt fratres Minimi, & qui eorum gaudent priuilegijs absoluere à casibus Episcopo reseruatis, quod ex concessione Pauli Tertij concessa religiosis Societatis Iesu, de qua in hac quæstione clarissime patebit.

## ARTICVLVS V.

### Vtrùm religiosi confessarij possint absoluere à casibus Papæ reseruatis.

REspondeo dicendo, quòd Paulus Tertius in breui quodam dato Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die tertio Iulij, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quinto, Pontificatus sui anno secundo, *Concessit cuilibet sacerdoti Societatis Iesu, qui ad onus confessionum sæcularium repertus, & per Societatis præpositum pro tempore existentem deputatus fuerit possit quorumcunque vtriusque sexus fidelium ad eos vndique accedentium confessionibus diligenter auditis ipsos, & eorum singulos ab omnibus, & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis quantumcunque grauibus & enormibus etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, & à quibusuis ex ipsis casibus resultantibus, sententijs, censuris & pœnis Ecclesiasticis exceptis contentis in Bulla cœnæ Domini potestatem absoluēdi, atque eis pro commissis pœnitentiam salutarem iniungendi.* Hoc priuilegium desumpsi ex quodam [a] libro authentico, quod habetur in Collegio Societatis IESV, ciuitatis Valentiæ, & refertur in compendio Societatis IESV. Circa quod aduertit Collector eiusdem compendij ipsum communicari omnibus confessarijs à superioribus deputatis, & ab ordinario loci iuxta formam Concilij Tridentini approbatis, præterquàm respectu excommunicatorum generaliter ab homine, à quibus superiores tantum, & hi, qui ab eis specialem licentiam obtinuerint, poterunt absoluere. Excommunicatos autem nominatim ab homine, & illos regulares, qui licentiam non habuerunt, extra suum ordinem confitendi, nec superiores quidem absoluent.

Circa quæ verba est notandum, quod ipse Collector loquitur iuxta constitutiones Societatis IESV, secundum quas autoritate Apostolica Præpositus Generalis potest restringere vsum priuilegiorum ipsi Societati concessorum. Non enim ego possum colligere ex dicto priuilegio, ipsos confessarios non posse absoluere excommunicatos generaliter ab homine, cum verba ipsius sint generalia, & generaliter concedant absolutionem quarumcunque cēsurarum, resultantiū ex criminibus, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, prēter quam in bulla Cœnæ Domini.

Et sic alijs regularibus dicto priuilegio gaudentibus, vt sunt religiosi Mendicantes, declaratio eiusdem Collectoris minimè nocet, præsertim loquendo de censuris Episcopis à iure, vel ab homine reseruatis, cum ipsi per communicationem priuilegij Eugenij quarti cōcessi monachis Sancti Benedicti obseruantiæ Italiæ, possint absolure à quibuscunque suspensionibus, excommunicationibus, & interdictis, sententijs, alijsque Ecclesiasticis censuris & pœnis à iure, vel ab homine latis, satisfactione iniūcta; quas fideles vtriusq; sexus, cū ipsis confitētes, quomodolibet incurrisse cēsebuntur: prout refert Collector priuilegiorum Mendicantiū. Dixi, præsertim loquendo de censuris Episcopis à iure, vel ab homine reseruatis. Nam prout aduertit Collector [b] Mēdicantium priuilegiorum, in supradicto Eugenij Quarti indulto non conceditur, vt possint dicti monachi absoluere à censuris eidem Papæ reseruatis.

[a] Compen. Societ. titu. absol. 1.

[b] Collector Mend. vbi sup. §. 19.

## ARTICVLVS. VI.

## Vtrùm dicti fratres possint absoluere nominatim excommunicatos.

[a] Collector vbi sup.

REspondeo dicendo, quod Collector [a] priuilegiorum Mendicantium tenet, quòd neq; in foro conscientiæ possùt dicti fratres absoluere à dictis censuris. Et probatur: quia cum præfatę concessiones sint præiudiciales ordinarijs, sunt restringẽ dæ, iuxta ea, quæ in iure notantur. Et eandẽ opinionem tenet Collector [b] priuilegiorũ Societatis Iesu. Aduertendum tamen, quod iuxta declarationem Pij V. Pontificis Maximi, datam in quodam iubileo ab ipso concesso, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, quinto decimo kalendas Nouẽbris, Pontificatus sui anno tertio, aliud est dicendum. In hæc enim verba prorumpit, *Declarantes insuper tam præsentes quam alias quascunq; supra concessione similium, vel dissimilium indulgentiarum à nobis, & prædecessoribus nostris hactenus emanatas & in futurũ quomodolibet emanandas literas Christi fidelibus ipsis, nisi ad earum effectum in foro conscientiæ & pœnitentiali consequendum dumtaxat, non autem in foro fori, aut cõtentioso, nisi satisfecerint vlla tenus suffragari.* Hæc Pius V. Ex qua cõcessione duo colligũtur. Primũ, nominatim excõmunicatos satisfacta parte, ad petitionem cuius excõmunicantur, posse absolui à cõfessoribus regularibus. Quod idẽ dicendum est, nõ satisfacta realiter parte, præstita tamen cautione legitima de satisfaciendo, prout aiunt Medina, [c] & Ledesma. Et hoc etiã colligitur ex Cõcilio [d] Triden. vbi mãdat, quod excõmunicati nominatim ex quo fraudãt decimas, vel ne soluerentur impediũt donec parti satisfaciãt nõ absoluãtur.

[b] Colle. Societ. vbi su.

[c] Medin. in 2. p. sum. §. 12. fol. 33. Ledes. in 24. q. 16. art. 1. dubio vlt.

[d] Cone. Trident. sess. 25. de reforma. c. 12.

[e] Abb. in c. præterea de appella. vbi Decius. n. 4. Felin. in ca. de caus. n. 2. de offic. delegat.

Et hoc probatur. Nam, licet secundũ opinionem Abbatis [e] & communem, secundũ Decium, absolutus ab excommunicatione nominatim facta ad supplicationem alicuius partis, concedente ipsa parte prorogationem vsq; ad certum tẽpus, finito tali tempore non reincidat in excõmunicationem, nisi à iudice iterum fuerit nominatim excõmunicatus. At secundũ veriorem sententiã, finito dicto termino prorogationis, etiam si iudex iterum non excõmunicet, statim ipso iure reincidet in eam, etiam si dicta prorogatio autoritate iudicis minimè facta sit. Quam opinionem tenet Hostiensis, [f] & est cõmunis Canonistarũ, & tenet Ioannes Monachus, & Bartolus, & est cõmunis Legistarum secundum Rebuffum, & Couarruuias. Et ratio huius opinionis est. Nam excõmunicatio si fuit lata à iudice nominatim, hoc prouenit ex petitione partis ipsum iudicẽ supplicantis; quæ si petierit à iudice, vt ampliorem terminũ parti concedat indulgeret vtiq; & sic prorogante parte ipsum terminũ, censebitur à iudice prorogatus: & absolutus reincidit in excommunicationẽ, cũ à iudice excommunicante censeatur talis dilatio impartita. Ex qua sententia à simili nostra sententia confirmatur, scilicet, quod cõfessores regulares possint absoluere ab excõmunicatione nominatim excommunicatos, satisfacta parte, aut præstita sufficienti cautione, cũ ipsi iudices ad petitionẽ partis nominatim excõmunicauerint: qua satisfacta videtur, & cẽsentur cõcedere autoritatẽ ad ipsius absolutionem confessarijs regularibus habentibus facultatem ad absoluendum ab excommunicationibus à iure, vel ab homine, quocunque modo latis.

[f] Hostiẽs. in ca. præterea requiris de appella. Monachus in c. quicunque. n. 8. de sent. excom. li. 6. Rebuff. in cõcord. tit. de prorog. dilat. glos. 1. vers. adeò si præcipiat. Couarru. in c. quãuis pactum. in 1. p. in pr. n. 5.

Secundo colligitur ex dicta declaratione Pij V. q̃ virtute dictorum priuilegiorũ iuxta dictam declarationẽ potest absolui ab excommunicatione lata nominatim ab homine satisfacta parte, etiam in foro exteriori. Hanc opinionem tenet Medina [g] contra Couarruuias: & declaratio Pij V. hoc satis insinuat in illis verbis, ibi. *Nisi satisfecerint.* Etiam si Gutierrez [h] aliter sentiat, sequẽdo Couarruuias, dictam declarationem ad alium sensum retroquendo. Et licet ipse doctissimus vir me in quadam additione super hoc reprehendat, quasi religiosè non fuerim locutus, eius sensum circa prædicta verba condemnando; non tamen à mea sententia desisto. Solum enim lectoribus commendo, vt literam prædictorum verborum Pij Quinti attente legant, & iudicent inter me, & hunc doctissimum virum; & si male locutus sum testimonium perhibeant de malo: sin autem bene,

[g] Medin. in instruct. cõfess. c. 12.

[h] Gutier. in qq. Canon. c. 1. n. 1. vsq; ad fin. in 1. impress.

bene, non me cædant. Sed opinionem Medinæ tenet & sequitur Nauarrus. [a] Qui tenens pro constanti, confessores virtute Bullæ Cruciatæ, & per consequens virtute priuilegiorum Apostolicorum id ipsum concedentium posse satisfacta parte in foro etiam exteriore absoluere pœnitentes ab excõmunicatione ab homine lata ait, quod vt non euitẽtur per iudicem non sufficit habere cedulam confessoris, in qua asserat ipsum esse absolutum: sed necessarij sunt duo testes, quibus probetur pœnitentem parti satisfeciſſe, & ab excõmunicatione esse absolutũ, prout probatur in iure. Neque sufficit dictum confessoris contra id, quod in foro exteriori aduersus absolutum potest opponi; si non adsint alij testes de hoc ipso testificantes: sicut allegando Concilium Tarraconense, & Concilium Narbonense cum alijs affirmat Salzedo [b] in sua practica criminali, & tenet Rebuffus. Vnde docet Nauarrus, quod, vt cedula assignata à confessore in foro exteriori fidem faciat, necessum est, vt ipsa tradatur pœnitenti coram notario & testibus, & notarius subscribat ipsam schedulam, rogatus à confessore coram duobus, vel tribus testibus, vt contentum in ea in foro exteriori recipiatur.

[a] Nauar. lib. 5. consil. tit. de sent. excom. consil. 26. pag. 605. in 1. impres.

[b] Salzed. in pract. c. 109. Rebuff. in concordan. in form. mand. Apost. v. absolut. pag. 551.

## ARTICVLVS VII.

### *Vtrùm extra sacramentum pœnitentiæ virtute dictorum priuilegiorum possint confessores absoluere à censuris pœnitẽtes.*

RESpondeo dicendo, confessores virtute Bullæ Cruciatæ, & virtute dictorũ priuilegiorum Apostolicorum posse absoluere pœnitentes à censuris extra sacramentum pœnitentiæ. Hanc opinionem sequendo Victoriam, Peñam, & Medinam, & alios multos tenet Enriquez, [c] affirmans commissarium generalem Cruciatæ, hoc ita declarasse. Nec obstant verba priuilegiorũ, quæ supra allegauimus ibi, auditis eorum confessionibus. Ex quibus colligi videtur, quod non possunt confessores virtute eorum absoluere pœnitentes à cẽsuris, nisi auditis eorum confessionibus. Nam respondetur, quod ibi concedunt Summi Pontifices absolutionem à peccatis, & absolutionem à censuris; ita quod absolutio à peccatis non possit dari, nisi auditis eorum confessionibus: absolutio autem à censuris extra possit conferri. Verba enim illa, secundum terminos iuridicos debent intelligi, & iure disponitur absolutionem à peccatis in sacramento pœnitentiæ indulgendam; absolutionem verò à censuris extra sacramentũ posse condonari: prout tenent Armilla, [d] & Ledesma cum communi. Ita prædicta verba interpretatur Soto. [e]

[c] Enriq. lib. 7. de indul. cap. 13. lit. t.

[d] Armill. v. excõmuni. §. 20. Ledes. 2. 4. q. 29. art. 9.

[e] Soto in 4. dist. 18. art. 5. col. 9.

## ARTICVLVS VIII.

### *An Regulares confessarij possint absoluere percussorem clerici manifestum.*

RESpondeo dicendo, quod Innocentius VIII. prout habetur in Monumentis f ordinum, & in supplemento. *Declarauit, quod præcipuus & solus casus hodie Episcopis reseruatus de iure, est excõmunicatio, quæ incurritur propter iniectionẽ manus violentæ in personã Ecclesiasticã in casibus, in quibus pertinet ad Episcopũ.* Vnde cum confessores regulares Mendicantes habeant potestatem absoluendi à casibus iure Episcopis reseruatis per priuilegia in superioribus posita dubitatur maximè vtrum per prædicta priuilegia possint absoluere percussorẽ manifestum personæ Ecclesiasticæ. Et dicendũ est, quod sic, dũmodò satisfactio manifesta præmittatur. Et si persona Ecclesiastica læsa nolit recipere satisfactionem à reo obiatam, aut differat eam recipere, aut quia non sufficiens sibi videtur, aut vt vexet dictum reum, dicendum est etiã percussorem posse absoluere, qui cõgruam satisfactionẽ offert parti obedientiã Ecclesiæ præstando; quanuis offensus renuat forte, vt eũ vexet sumptibus, vel vt faciat eũ si forte obierit excõmunicatũ discedere, cũ singulis diebus quis possit mori. Nã licet non possit absolui excõmunicatus pro manifesta iniuria, nisi parte satisfacta: hoc tamen fallit, quando satisfactio requirit altiorem indaginem, secũdum tradita per Felinum, [g] & Ripam. Et ideò dicit Abbas, [h] quod debet iudex multũ aduertere, ne reus excõmunicatus moriatur.

[f] In 1. impres. fol. 65. & in 2. fol. 69. conces. 154. in supplem. 98. cõsil. fol. 355.

[g] Feli. in c. cum contingat de offic. delegat. n. 1. & 2. Ripa in cap. 1. de iudic. n. 75.

[h] Abb. in cquestion. n. 9. de appell.

[a] Frācus in ca. solet de sentē. excomuni. lib. 6. n. 8.

Facit pro hac parte doctrina Philippi [a] frāci dicētis, quod capitulū ex parte (el primero) de verborum significatione, vbi dicitur, quod pro manifesta iniuria nullus est absoluendus, nisi satisfactione læsæ partis præmissa, debet intelligi, quando quantitas satisfactionis est liquida: quod si liquidanda est, tunc reus poterit absolui datis fideiussoribus, vel pignoribus. Secundo debet intelligi, quando satisfactio est possibilis: quando enim non est possibilis, tunc absolutio potest dari, vt est in quæstione proposita. Nam formaliter satisfactio fieri non potest renuente parte offensa, ex quacunque causa sit. Et dixit Ioannes Calderinus, [b] si autem satisfacere non potest, præstet idoneam cautionem, vel iuratoriam, si illam præstare non potest. Qui autor loquitur de dicta satisfactione pro manifesta offensa, Et pro hac sententia faciunt tradita à Couarruuia. [c]

[b] Calderinus in tracta. de interdic. ecclesię volu. 16. tracta fol. 258. in. §. ad septimum & vltimū mēbrū. nu. 29. & 30.

[c] Couarruuias in c. alma mater. 1 p. §. 11. n. 11. col. 4.

Sed contra prædicta est dictum capitulum, ex parte vbi dicitur, quod nullus est absoluendus ab excommunicatione pro iniuria manifesta, nisi reali satisfactione præmissa. Perquem textum dixerunt [d] Innocētius, & Ioannes Andreas, quod si petenti absolutionem opponatur de manifesta offensa, non absoluatur: & si velit deponere pignora, pro satisfactione, quod non audietur. Nam Respondetur, quod hoc in nostro casu locum minimè habet, cum reus nolit acceptare satisfactionem realem, ex causis superius allegatis.

[d] Innocenti' Andreas in c. solet de sententi. ex cōmunicat. lib. 6.

## ARTICVLVS IX.

### *Vtrùm Mendicantes habentes facultatem ad absoluendum à reseruatis possint absoluere à concessis Episcopis iure speciali Concilij Tridentini sessione. 24. c. 6.*

REspondeo dicendo, quod cum post Cōcilium Tridentinum Episcopus habeat in his iurisdictionem ordinariam iure speciali, sicut habebat olim antequam Papa sibi eos casus reseruasset, hi casus Tridentini nō censentur iam tunc Episcopales, quia Episcopis speciali iure ob personæ industriam, & auctoritatem conceduntur. Quare in his nihil possunt regulares confessarij, quibus ex priuilegio cōceduntur casus Episcopales: pro vt ego aduerto in explicatione [e] Bullæ Cruciatæ. Et similiter cū Episcopus iure speciali extacita commissione Papæ dispensset in voto continentiæ, cum vrget periculum in impedimēto occulto matrimonij contracti, quando non potest haberi recursus ad Papam, & scandalum maximum esset, si hoc ab aliquibus sciretur in eo casu nihil possunt confessarij regulares; pro vt ego quoque dixi indicta explicatione [f] Cruciatæ. Quam opinionem me allegando tenet Hēriquez. [g] Episcopi enim in his casibus in re speciali præsumptō dispensant; & sic prædicti casus non sunt casus Episcopales ipsis confessarijs priuilegiatis concessis. Vnde dicti confessores non possunt absoluere à prædictis casibus in foro conscientiæ seculares virtute Concilij Tridentini & suorū priuilegiorum, cum ipsi casus competant Episcopis iure speciali.

[e] §. 9. n. 135. Imme.

[f] vbi sup. n. 118.

[g] Hēriquez libr. 7. de indul. c. 28. n. 2. litera. S

Nec simile est, quod affirmat quidam neotericus Petrus Cenetus [h] dicens, quod Concilium Trid. in quantū cōcedit Episcopis, vt possint absoluere ab omni censura &c. suos diœcesanos, [i] licet extendatur ad Episcopum electum, & confirmatum etiam si non sit consecratus, cum huic competant ea, quæ sunt iurisdictionis, & dispensare sit iurisdictionis, iuxta tradita à doctoribus [k] & resoluta ab Abbate, & Felino. Et licet extendatur etiam ad capitulum sede vacante, & possit hæc dispensatio ab eo concedi, per ea quæ tradit Abbas [l] Quandoquidem capitulum sede vacante non solum succedit in iurisdictione ordinaria iure cōmuni & generali ad Episcopum spectante iuxta sacros Canones: [m] sed etiam in iurisdictione iure communi speciali ad Episcopum pertinente, ex Abbate, & Decio, [n] & cum Concilium Tridentinum iure speciali hoc Episcopis concedat, ratione Iurisdictionis meritò capitulum in dicta iurisdictione succedit, & in hoc casu dispensat.

[h] Cenet. In collect 4 ad 6. & c. cle. n. 3

[i] Cōcil. sel. 24. c. 6.

[k] Doct. in c. trāsmissa de elect vbi Felin. in repeti. v. episcopus electus non consecratus in fi. fol. 15. Abbas in. c. cū olim n. 2. q. 8 de mai. & obedi. & in c. ati cleric. §. de adulterijs n. 17. de iudic.

[l] Abb. in d. q. 8.

[m] d. c. cum olim & c. ad abolendam vbi glo. v. de vacante de hæreti.

Nec his obstat, quod capitulum non succedit in his, quæ competunt Episcopo iure speciali, iuxta Innocentium, [o] & Abbatem, quos sequitur Alfonsus de Azeuedo. Nam hoc est verum in his, quæ competunt iure communi speciali gratioso, videlicet priuilegio, & commissione Pontificis, non verò in his, quæ spectant ad Episcopum iure communi speciali, vt in hac specie Cōcilij, docent Abbas, & Felinus. Licet, inquam, ad hos extendatur Concilij

[n] Abb. in d. §. de adulterijs n. 17. Decius nu. 150.

[o] Innocen. in c. cum in cunctis n. 17 de elect. Abb. in c. verum n. 9. in pr. de for. cōpet Azeuedo ad curiā pisanā lib. 1. c. 8. ex tit. 10.

cilij Tridentini decretum, non tamen ait dictus neotericus extēditur ad Abbates Priores,& alios inferiores Episcopis, etiam habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, vt sunt Prouinciales,& ministri Generales: cum concessa Episcopis in dicto Concilio ipsis iure communi speciali competant.

At licet hæc opinio noua habeat aliquā apparentiam contraria tamen communiter tenetur,cum dicti patres quoad suos subditos habeant iurisdictionem quasi Episcopalem, iure communi, prout satis probatum est in superioribus, agendo de Abbatibus quoad eorum iurisdictionem in communi, & quæ conceduntur Episcopis de nouo iure cōmuni,etiam ipsis patribus, quoad suos subditos censentur concessa, nisi specialiter & expressè aliquo decreto Apostolico ipsis prohibeatur,alioquin eorum subditis nō esset ita prouisum,vt par erat, si ipsis denegarentur cōcessa circa suos,Episcopis, cum quibus ipsi patres in iurisdictione communicant. Quod non est dicendum, cùm meliores conditionis debeant esse regulares, quam sæculares Episcopis subiecti.

Nec obstat, quod decretum Concilij Tridentini exorbitet à regula iuris communis; quo Summus Pontifex solus in vtroq; foro dispensabat;& sic non potest extendi de Episcopo ad alium, qui licet habeat iurisdictionem quasi Episcopalem, non tamen est Episcopus,iuxta ea quæ latè diximus supra in quæstione de priuilegijs quoad eorū explicationem. Nam huic obiectioni respondetur, quod decretum Concilij non est lex exorbitans, quæ strictè sicut odiosa debeat interpretari: imò est constitutio reducens ad ius antiquum commune iurisdictionem Episcoporum.Ipsi enim Episcopi si non essent prohibiti, & eorum iurisdictio non esset à sede Apostolica limitata,omnia possēt in suis diœcesibus respectu suorum diœcesanorum, quæ potest Summus Pontifex in toto orbe, prout iam in superioribus [a] latè dictum est, & colligitur ex traditis à Syluestro. [b] Et sic in superioribus ex communi omnium sententia resolutum est sæpè,quòd in his,in quibus à Summo Pontifice non limitatur Episcoporum iurisdictio, ipsa illimitata permanet. Quod optima ratione fundatur. Nam Apostoli secundum opinionem Caietani, [c] in quantum Apostoli omnes fuerunt æquales, & immediatè à Christo potestatem iurisdictionis in totū orbem acceperunt; quam opinionem cōtra Turrecrematam optimè prosequitur Bañes. Vnde cum Episcopi in locum Apostolorum succedant, per suas diœceses diuisi in his diœcesibus potestas iurisdictionis in ipsis Episcopis residens à summo Pontifice commissa debebat esse æqualis in suis diœcesibus potestati Summi Pontificis, si ab ipso non limitaretur, reseruando sibi aliquos casus,quos curiosè & doctè congerit Sylue ster. [d] Ex quibus concludo,quòd sicut cōstitutio correctoria reducens constitutum ad terminos iuris communis amplè secundum doctores communiter interpretatur: ita decretum Concilij Tridentini correctorium debet ample interpretari, & extendi ad prælatos regulares iurisdictionem similem cum Episcopis habentes, cum in eo definitum reducat potestatem Episcoporum aliquo modo ad similitudinem illius, quam Apostoli in sua primæua ordinatione acceperunt. Et Pius Quintus hoc ipsum declarauit in breui quodam dato ad petitionem prouincialis prouinciæ Castellæ. Cuius tenor sequitur.

*Pius Papa Quintus, ad perpetuam rei memoriam. Romani Pontificis circūspecta benignitas honestis petentium votis personarum, quæ sub religionis iugo altissimo famulatum,statum, & salubrem directionem respiciunt, ad exauditionis gratiam libenter admittit,& fauoribus prosequitur opportunis. Exponi nobis nuper fecit dictus filius Prior prouincialis prouinciæ Hispaniæ ordinis fratrum Prædicatorum,&c. Et insuper quia sacrum œcumenicum concilium generale Tridentinum concessit Episcopis, vt absoluere possint in foro animæ seu conscientiæ ab omnibus peccatis, & dispensare in irregularitatibus,prout sess.24. ca.6. habetur; ne prior prouincialis, & superiores prælati dicti ordinis tam in dicta prouincia, quam extra eam vbilibet in hac parte deterioris conditionis, quam clerici aut seculares existant, eisdem*

[a] Sup.quæs.

[b] Sylvest.v. casus.

[c] Caieta.in opusc.de autorit. Pap. & concil.c. 3 & 4.Bañes 2.2.q.1.art. 10.col.349.

[d] Sylvester vbi sup.

*Priori conuentuali, & superioribus prælatis, vt ipsi per se ipsos idem omnino possint in fratres, & moniales dicti ordinis sibi subditos, quoad absoluendi & dispẽsandi huiusmodi, quã alias quascũque facultates, eisdem autoritate tenore etiã perpetuo concedimus, & indulgemus, atque etiam declaramus præsentes literas perpetuò durare & valere.* Hæc Pius Quintus.

## ARTICVLVS X.

### *Quid importetur per absolutionem à censuris in foro conscientiæ.*

RESpõdeo dicendo, quòd hic articulus proponitur, vt omnibus pateſiat, quid ſit abſoluere in foro conſcientiæ, prout ſæpe ſæpius conceditur. Et pro explicatione eſt notandum, quod in eo requiruntur duo. Primum quid ſignificent illa verba, in foro conſcientiæ. Secundum quid operentur, &c.

Et quantum ad primum eſt notandum, quod abſoluere in foro cõſcientiæ eſt exercere poteſtatem in illis priuilegijs conceſſam in ſalutem animarum, vt valeat coram Deo, & non coram Eccleſia, vt conſtat ex traditis à Couarruuia. [a] Et dato, quod hęc abſolutio fiat videntibus aliquibus, nõ propterea fit in foro conſcientiæ: quia ſine ſtrepitu fit, & non, vt tollatur ius tertij per eã, ſed vt anima illa ligata vinculis excommunicationis ſit abſoluta corã Deo. Et ſic modo in Concilio Tridentino [b] conceditur Epiſcopis poteſtas abſoluendi à certis cenſuris, ſed in foro conſcientiæ tantum. Et dato coram multis fiat hęc abſolutio, etiam illæ abſolutiones dicuntur fieri in foro conſcientiæ tantum: quia ab eo, ad quod actio tendit ſumit ſpeciem. Et quia huiuſmodi abſolutiones confeſsiones, & vſus priuilegiorum ordinantur ſolum in bonum animæ: ideo ex illo debent nominari, & in illo fieri. Vnde non tollitur per huiuſmodi confeſsiones, & abſolutiones ius tertij. Poteſt enim offenſus ab abſolutis petere in iudicio ſuum intereſſe, id eſt, damnum: quia quo ad hoc non valent dictæ confeſsiones, & ab ſolutiones. Et hoc eſt certiſsimum, vt conſtat ex traditis à Couarruuias. [c] Scito etiam, quod aliud eſt priuilegium conceſſum in foro conſcientiæ tantum; & aliud in foro pœnitentiæ. Nã id, quod conceditur in foro cõſcientiæ tantum, poteſt fieri à ſacerdotibus, & à non ſacerdotibus. Vt abſolutio ab excommunicatione, vel cenſura in foro conſcientiæ tantum, poteſt fieri à ſacerdotibus, & à non ſacerdotibus: & ſic poteſt fieri extra ſacramentum. Id vero, quod conceditur in foro pœnitentiæ ſolis confeſſoribus ſacerdotibus conceditur: & ſic non poteſt fieri extra ſacramentum, prout tradunt Syluеſter, [d] & Nauarrus. Et videndus eſt Præpoſitus, qui dicit, quod triplex eſt forus contentioſus, pœnitentialis, & medius, ſcilicet, conſcientiæ: de quo etiam agit Diuus Antoninus. Verum eſt tamen, quod abſolutio in foro conſcientiæ, ſi præcipiatur, vt fiat à ſacerdotibus confeſſoribus, minimè poteſt fieri ab his, qui ſacerdotes non ſunt. Vnde cum Leo Decimus, prout habetur in ſupplemento, [e] *Cõceſſerit, quod fratres Minores, qui audiunt confeſsiones, abſoluendo in foro conſcientiæ excommunicatos, non teneantur ſeruare formam, quæ obſeruatur in publicis abſolutionibus, ſcilicet, flagellationem cum Pſalmo, Miſerere mei, &c.* Talis abſolutio non poteſt fieri virtute dicti priuilegij, niſi à ſacerdotibus cõfeſſoribus debitè præſentatis. Hoc enim indicant illa verba, ibi *Qui audiunt confeſsiones.* Verum eſt tamen, quod talis abſolutio abſque dicta ceremonia poteſt impendi ab ordinarijs, vel ab eorũ cõmiſſarijs, quando ipſa ceremonia commode fieri non poteſt, prout ait Nauarrus. [f] Et ſic ſæpe ſæpius in religionibus abſoluuntur apoſtatæ ab excommunicatione incurſa per apoſtaſiam, ſine prædicta ceremonia: quia ipſa debite applicari non poteſt pro tunc.

Quantum ad ſecundum, quod promiſimus reſoluendum, quid ſcilicet, operetur abſolutio in foro conſcientiæ tantum? reſpondetur, quod abſolutus ab excommunicatione in foro conſcientiæ tantũ, ita debet ſe habere, ac ſi iniuſtè in foro exteriori eſſet excommunicatus. Qui quomodo ſe de-

[a] Couar. in cap. alm. mater. §. 11. nu. 6. in 1. par.

[b] Seſsio. 24. cap. 6.

[c] Couar. in c. alma mat. in 6. p. principali. §. 11. & 16.

[d] Syluеſter tit. abſolut. §. 1. p. 3. Nauar. c. 27. nu. 41. præpoſit. in c. præterea, & 2. deſponſalibus. Antonin. 3. tit. 24. ca. 77. in fin.

[e] Supplem. fol. 59. conceſſ. 174.

[f] Nauar. in Manua. ca. 26. nu. 9.

se debeat habere in foro exteriori docet late [a] Soto Adrianus, Medina, Nauarrus & Couarruuias. Qui etiam si celebret publice, & cum scandalo in foro interiori, non remanet irregularis: siquidem in eo ab excommunicatione est liberatus; & publicitas facti & scandalum multorum non sunt causa iuridica, ratione cuius tales irregulares efficiantur: & irregularitas non contrahitur, nisi propter causas in iure expressas. Verū est tamen, quod in foro exteriori irregularis iudicabitur, stando in iuris rigore. Loquendo tamen secundum æquitatem, si iudici constet ipsum esse absolutum, non debet ipsum, vt irregularem tractare, vt in simili casu tenent Decius [b] & Parisius, docentes hunc non debere condēnari vti regularem, si sine scandalo celebrauit. Et pro hac parte faciunt tradita a Nauarro. [c] Et probatur: nam iudex Ecclesiasticus ad partem benigniorem debet inclinari, quando ipsi constat ex cedula confessoris, & ex alijs coniecturis dictum excommunicatum bona fide & sine culpa celebrasse, vt probat Clemens [d] Et Chrysostomus super Matthęum, & Simancas. Denique excommunicatio iusta, & inualida, parum plus nihilo, nisi in foro exteriori nocet: quia non adimit communionem, quæ omnino est interior, neque suffragia generalia, quæ Ecclesia & eius ministri faciunt, quatenus sunt tales. Adeo, quod Caietanus [e] dixerit huius modi excommunicationem iniustam non esse proprie excommunicationem; sicut neque homo mortuus est homo. Vnde, cum absolutus in foro conscientiæ ab excommunicatione debeat se habere, sicut excommunicatus nulliter iniuste, dicendum est parum plus nihilo ipsius excommunicationem illi nocere, nisi in foro exteriori: quia nō admitur ipsi communio, quæ omnino est interior, neque priuatur suffragijs generalibus, quæ Ecclesia & eius ministri faciunt, quatenus sunt tales.

[a] S. t. in 4. d. 22. q. 1. a. 3. Nau. c. 27. n. 3. & nu. 38. Cou. in c. alma mat. 1. p. §. 9. n. 7. cōclu. 4.

[b] Decius cō sil. 137. n. 3. Paris. cons. 1. n. 15. vol. 4.

[c] Nau. c. 27. n. 43.

[d] Clemens li. 2. constit. Apostolicarum cap. 18. Chry. hom. 43. & habet. in c. alligāt. 26. q. vlt. Siman. de inst. catholicis c. 47. n. 79.

[e] Caie. in tract. 10. q. 2. de effectu excōmunicat.

## ARTICVLVS. XI.

### *Vtrum religiosi sacerdotes simplices absoluentes ab excommunicatione minori incident in pœnam Clementinæ primæ, de priuilegijs.*

REspondeo dicendo, quod secundum Clementinam dudum: regulares admissi ad confessiones possunt absoluere ab excommunicatione minori iuris: & hoc vi delegationis, qua eis præmittitur, vt sacramentum pœnitentiæ administrent. Nam quicunque à peccatis mortalibus potest absoluere, hic quoque à minori excommunicatione absoluere potest, vt testantur Syluester, [f] & Ioannes Tabien. Religiosus autem non approbatus abordinario, cum non habeat iurisdictionem ad absoluendum seculares à peccatis, minime habet secundum ius potestatem ad absoluendum ab excommunicatione minori, secundum veriorem opinionem Caietani, quam ego cum alijs contra Nauarrum in nostra summa [g] confessorum sum secutus. Vnde videtur dicendum, quod regularis absoluens ab excommunicatione minori, incidat ipso iure in pœnam excommunicationis latam in dicta Clementina, per quam religiosi excommunicantur, qui ab excommunicatione sine priuilegio aliquo absoluunt. Et hāc opinionem tenet Geminianus. [h] Et probatur: nam in dicta Clementina simpliciter ipsis religiosis prohibetur, ne ab excommunicatione absoluant, in qua non distinguitur, an loquatur de excōmunicatione maiore, vel minori. Et cōfirmatur: nā excōmunicatio simpliciter sumpta æquè de maiori atq; minori excōmunicatione dicitur. Cōtrariam tamē sententiam post alios tenet Syluester [i] & Tabien. Quorum primum argumentum est quod excommunicationis nomine maior excommunicatio importatur, vt in capitulo penultimo, de sententia excommunicationis. Cui respondeo, quod imo contrarium ibi habetur. Dicitur enim ibi: Si contingat, quem excommunicari, hunc non tantum maiore, sed etiam minori excommunicatione esse ligatum. Vnde primam opinionem tenet Bartholomæus [k] Vgolin. Ego autem, licet secundam opinionem sentiam esse veriorem; cum non sit credendum pœnam excommunicationis maioris ipso facto imponi contra religiosos, ab excommunicatione minori absoluentes, exhortor tamen religiosos simplices sacerdotes, ne à dicta excommunicatione minori absoluāt alios religiosos. Tum, quia opinio Caietani contra Nauarrum receptior est, & verior iudicatur. Tum, quia non desunt viri docti, qui eos etiam si sint approbati confessores ab ea absoluentes excommunicatos ipso facto iudicant esse cum nullum priuilegium

[f] Syl. v. excōmunicat. 7. n. 37. & v. absolutio 1. n. 3. Tabien. v. absolut. 1. n. 2. vers. decimum.

[g] in summa 1. tomo.

[h] Geminianus inc. vnico infi. de his quæ vi metusue li. 6.

[i] Syl. in. v. excōmunicatio nu. 37. ver. 9. Tabiē v excō. 5 casu. 11. nu. 11. vers. 10.

[k] Vgolinus de excōm. minori tabula. 3. c. 4.

à Sede Apostolica ipsis concedatur ad eam absolutionem condonandam. Priuilegia enim respectu absolutionum sæcularium tantum regularibus ab Ordinario approbatis ad audiendas regularium confessiones conceduntur.

## ARTICVLVS XII.

## *Vtrùm religiosi possint absoluere à culpa, & à pœna sine eo, quod incidant in excommunicationis sententiam.*

REspondeo dicendo, quòd in Clementina [a] quadã prohibetur sub pœna excommunicationis ipso facto Sedi Apostol cæ reseruatæ, ne quẽquam religiosi absoluere præsumant à culpa & à pœna, nisi priuilegij Apostolici ad id habuerint autoritatem. Pro cuius rei intelligentia oportet annotare, quid importet absoluere à culpa, & à pæna. Et aduertendum, quod culpa quid distinctum à pœna ei correspondens est. Imò remissa culpa per contritionem, & sacramentalem absolutionem, manet pœna exoluenda, temporalis tantum, vt tenet Ecclesia Catholica. Qua ratione & ponitur purgatorium, locus vbi illi, qui in gratia decedunt sine plena satisfactione ibi eam soluunt, & suffragijs viuorum iuuantur, in quo pessimè heretici nostri tẽporis errauere, de quibus in præsentiarum disputãdum non est. Quia solum intendimus illa adducere, quæ sunt, aut videntur necessaria pro explicatione huius articuli, quem proposui mus exponendum. Per contritionem enim peccati in ordine ad sacramentum pœnitentiæ pœna æterna in temporalem commutatur, & remanet reatus ad pœnam temporalem. Et de hac pœna temporali, magis, vel minus remittitur, secundum maiorem vel minorem dolorem. Et in sacramento pœnitentiæ, quod completur in absolutione facta à confessore, non est dubium, quod aliqua pars pœnæ exsoluẽdæ remittitur, prout tradunt communiter Doctores. [b] Ad huiusmodi pœnam exsoluendam ex Ecclesiæ thesauro adiuuatur peccator per indulgentias. Qui thesaurus constat ex meritis Christi, & Sanctorum. Huius thesauri dispensator autoritatiuè est solus Christi Vicarius, Episcopi & alij quantum ex commissione eis conceditur. De huiusmodi dispensatione quomodo fieri debeat, ex iusta causa, & claue non errãte proprio loco tractatur à doctoribus: & ego late explicaui in nostra explicatione Cruciatæ, præcipuè in quæstionibus proæmialibus eiusdem, vbi videantur hæc.

Qui ergo absoluit si concurrat potestas ordinis, & iurisdictionis, sic vere à peccato absoluit, vt nulla penitus dicatur culpa remanere. Et cum ab omni culpa necessario absoluat, non sic ab omni pæna; quia non est ei hoc concessum, cum debeat peccator illam in purgatorio exsoluere, vel si ex thesauro communi de hac iuuari per indulgentias oportet, fiat ab illo, qui clauem habet, id est, per Pontificem Summum, vel de eius licentia. Ex verbis prædictæ Clementinæ videtur, quod aliqui indiscreti confessores habebãt in vsu absoluere, non à culpa solũ, sed sicut totaliter à culpa similiter à pæna. Et hoc videtur prohiberi in ea. Et quod hic sit sensus insinuat glossa, [c] vbi ponũtur hęc verba; A culpa & à pæna. Ita est illa plenissima peccatorum remissio, quæ concedi tur Cruce signatis pro subsidio vltramarino, quæ datur in anno centesimo.

Ex quibus infertur, quod religiosus absoluens plenissimè à culpa, in quocunque casu sit per istam Clementinam, non incidit in excommunicationẽ. Hoc patet: quia in litera dicitur, à culpa & à pæna. Et cum hoc sit odiosum, oportet restringere, & non ampliare ad casum non expressum, prout tenet Cardinalis Garambela, [d] & alij communiter.

Secundo infertur, quod religiosus absoluens à pæna solum non incidit in excommunicationem huius Clementinæ. Quia sicut ad hoc, quod quis incurrati n censuram nõ sufficit, quod absoluat à sola culpa, & similiter nõ sufficit, quod absoluat à sola pæna, sic sentit Garambela. [e] Quod tamen irrationabile putat Sylvester. [f] Quia cum religiosi expositi absoluere possunt à tota culpa, maximè vbi nullus adest casus reseruatus, quæ ratio est, quod absoluens à pæna tota non incidat, & tamen incidat, etiam si super hoc absoluat à culpa, à qua potest sine prohibitione absoluere? Alioquin secundum sensum Garambelæ, si religiosus ei, qui est cum eo confessus plenariam indulgentiam

[a] Clemẽ. de pœniten. & remiss.

[b] Docto. in 4. dist. 14.

[c] Gloss. in Clemen. de pœniten. & abusio, ver. pœna.

[d] Garamb. in d. Clem. nu. 10.

[e] Garambela. vbi sup.

[f] Sylvest. in excõmuni. 7. nu. 41.

tiam conferret, non incideret, quod est stultum. Nec obstat, quod constitutio loquitur copulatiuè: quia hoc non facit, vt exprimat sensum istorum verborum. Sed, vt patet in textu, hoc dicit facere, vt verbis eorum vtatur, scilicet religiosorum, qui plenariam indulgentiam vocare solent à culpa, & à pœna. Vnde idem est, ac si dicantur incidere cum plenariam absolutionē à pœna impartiantur. Hæc Syluester: cuius opinionē amplector. Non enim viri docti literæ debent ita adhærere, vt ab spiritu legis discedant.

Tertio infertur, quod religiosus absoluēs à culpa, & à pœna per aliquod priuilegium ipsi, aut pœnitenti concessum, non incidit in pœnam Clementinæ, cum pœna ipsius proponatur contra præsumentes dolo & illicite dictam Clementinam transgredientes. Tum etiam, quia Clementina non proponit dictam pœnam contra illos, qui aliquo priuilegio muniti dictam absolutionem impendunt.

## ARTICVLVS XIII.

### *Vtrùm priuilegia quibus, religiosi possunt absoluere à casibus reseruatis, sint hodie per concilium Tridentinum sublata.*

REspondeo dicendo, quod quidam modernus autor cuiusdā [a] libelli, qui dicitur catechis, siue instructio à reuerendissimis dominis examinatoribus promulgata inter alia duo docuit. Primū, quod hodie priuilegia regularium, quoad effectū absoluendi à casibus Episcopis reseruatis, sunt sublata per Concilium Tridentinū, & per declarationem Gregorij XIII. Secundū dicit, quod regulares bene possunt absoluere ab omnibus casibus Papæ reseruatis virtute maris magni, & aliorum priuilegiorū, & ab illis, quos Clementina, dudum. de sepulturis ipsis concedit. Intelligit tamen prędictus autor, quod dicta Clemētina nō concedit ipsis autoritatem ad absoluendum à casibus, quos Episcopi sibi reseruant. Quæ opinio magnam in confessariorum regularium animis confusionem genauit. Contra quam insurgit Bibaldus [b] in suo aureo candelabro, affirmans, cōfessores regulares modo posse absoluere ab omnibus casibus, quos Episcopi sibi specialiter reseruant. Et primo probatur: nam secundum veriorem opinionē, quam supra in articulo secundo huius quæstionis retulimus, Clemētina. dudum. quæ est ius commune concedit facultatē ipsis confessarijs, vt possint ab Episcopis specialiter absoluere. Et Concilium Tridentinum [c] hanc autoritatem minimè reuocat. Si enim per dictum canonem potestas Clementinæ. dudum. & aliorum priuilegiorum regularibus esset sublata, absque dubio de his fieret mentio in dicto canone sicut facit idem concilium Tridentinū sess. vigesima quarta, cap. secundo, reuocando textum. in capitulo, quamuis. de cognatione spirituali in sexto, dicens: *Constitutionibus tamen contrarium facientibus*. Horatius Lucius Calensis additionator concilij Tridentini in margine dicti capitis allegat dictum capitulum. quamuis. tanquam reuocatum ab ipsomet concilio Tridentino. Qui doctissimus additionator in dicto capite septimo superius allegato in margine, nullam facit mentionem dictæ Clementinæ. dudum. sentiens dictum caput septimum minimè Clementinam. dudum. reuocare. Si enim reuocaretur ab ipso in margine sine dubio apponeretur. Prętereà, quando Clementina prima de immunitate Ecclesiarum. reuocat textum in capitulo clericis laicos, eodem titulo in sexto, ait. *Constitutionem penitus reuocamus, & volumus haberi pro infesta*. Et cum in Clementina dudum. reuocatur textus in extrauaganti, inter cunctas de priuilegijs, sic habetur *Nos eam omnino cassamus*. Cū ergo neque in dicto capite septimo, neque vllo alio loco concilij Tridentini respectu huius potestatis, de qua agimus, vllum habeatur verbum de Clementina. dudum. regularium-que priuilegiorum reuocatione constat manifestè, & ius dictæ Clementinæ & priuilegia vim suam roburque obtinere. Denique concilium in dicto capite septimo, tantum dicit, quod liceat Episcopis reseruare sibi casus, quoad suos subditos, quod nos concedimus. Non tamen per hoc tollit autoritatem absoluendi à dictis casibus regularibus concessam. Neque obstat dictum caput septimum definiens in articulo mortis,

[a] Pag. 429.

[b] Bibald. ti. de absolut. nu. 216.

[c] Conc. Trident. sessio. 14. ca. 7.

tis, nullum esse casum reseruatũ. Addens, extra quem articulum sacerdotes cum nihil possint in casibus reseruatis id vnum pœnitentibus persuadere nitantur, vt ad superiores & legitimos iudices pro beneficio absolutionis accedant. Ex quo loco aliqui sumunt argumentum pro contraria parte. At his possumus respõdere, quod cõcilũ loquitur de sacerdotibus secularibus, nõ autem de regularibus priuilegiatis supra dictis debite præsentatis, & ab Ordinario approbatis. Quod vltra supradicta comprobari potest ex verbis ipsiusmet concilij, sessione vigesima quinta, capite decimo quinto, de reformatione. Vbi agens de presbyteris idoneis ad confessiones audiendas ait, quãuis presbyteri in sua ordinatione à peccatis absoluendi potestatem accipiant. Decreuit tamen sancta synodus, nullum etiam regularem posse confessiones sæcularium audire, &c. Ponderanda enim sunt illa verba, nullum etiam regularem. Nam, si in illa generali presbyterorum appellatione ibi, quãuis presbyteri in sua ordinatione comprehenderentur regulares, ad quid posteà necesse haberetur illos exprimere per illud verbum, etiam regularem? Ergo sicut in hoc decreto loquens de sacerdotibus confessoribus, vt comprehenderentur etiam regulares illud explicauit, ac priuilegia in contrarium annullauit: ita in dicto capite septimo agens de absolutione reseruatorum, si vellet comprehendere regulares etiam illos specificasset, eorumque priuilegiorum in contrarium facientium meminisset. Sed non fecit: ergo signum euidens est concilium in illo decreto confessores regulares minimè comprehendere voluisse, sciens iam illos debite præsentatos, & ab ordinarijs approbatos, tot tantorumque priuilegiorum copia esse refectos, posseque secundum priuilegia in corpore iuris posita à casibus ab Ordinario reseruatis absoluere,

Non tamen me latet, quòd cum à sacra congregatione Cardinalium, qui propositi sunt decretis concilij Tridentini interpretandis fuit quæsitum, an regulares ex priuilegijs à Sede Apostolica impetratis præsertim autem ex eo, quod nominant Maremagnum, possint in his casibus, quos sibi Episcopus reseruauerit absoluere pœnitentes, quod hac de re vbi congregatio accurate egisset, deinde ad Sanctissimum dominum Papam retulisset Sanctitas sua etiam de sententia congregationis censuit ex facultatibus, per hoc Maremagnum alia ve priuilegia regularibus concessa facta mentem non esse potestatem concedere absoluendi à casibus ab Episcopo reseruatis. Et hæc declaratio fuit data Romæ die decima Septembris, anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo septimo.

Et eadem hæc sacra congregatio supra concilium Tridentinum, sessione decima quarta, de sacramento pœnitentiæ, capite septimo, & canone vndecimo declarauit, neque confessores vi priuilegiorum rosarij, neque patres Iesuitæ posse absoluere pœnitentes à casibus reseruatis Episcopo, nisi priuilegia ipsa talem tradant facultatem, vel sint obtenta, aut confirmata post concilium Tridentinum.

Imò reuerendissimo Episcopo Caietæ nomine Alfonso Hispano eandem sacram Cardinalium congregationem consulenti, an per bullas ordinarias, in quibus solet dari facultas absoluendi à casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, comprehendantur etiam casus, quos Episcopus & Prælatus religionis, cum suis subditis regularibus reseruauit, fuit responsum, quod non, nisi de his fieret specialis mentio. Iterum etiam dubitanti, quid per bullam sanctissimi nominis I E S V, in qua specialiter habetur, quod confessarij possint absoluere confratres à casibus Episcopo reseruatis? Illustrissimus Cardinalis Garrafa nomine totius congregationis, respondit, neq; per illam bullã fieri posse, nisi tãtum ratione iubilei plenissimi indicti à Summo Pontifice, cum potestate absoluendi à quibuscunque casibus, etiam in bulla Domini contentis. Et has declarationes refert[a] Alfonsus de Casarubius Capucinus in additionibus ad Compendium priuilegiorum Mendicantium, haberi in catechesi Neapolitana folio ducentesimo octuagesimo septimo. Ex quibus declarationibus clare colligitur, autoritatẽ quoad casus ab Episcopis specialiter reseruatos concessam regularibus esse sublatam. At respondeo, quod Gregorius Tertius decimus decima die Maij, anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo tertio, declarauit, non esse intentionis suæ, quod per talem reuocationem derogata sit Societatis facultas, eamque qua-

[a] Casarub. tit. absolut. quoad sæculares. pagin. 81. & tit. casus reseruati. pag. 150. & 151.

quatenus opus sit de nouo confirmauit.

[a] Collector in Cõpend. tit. absolut. §. 1.

Ita refert Collector [a] Compendij Societatis IESV. Ex qua colligitur confessores Societatis posse absoluere virtute suorum priuilegiorum, etiam hodie à casibus Episcopis reseruatis. Vnde cùm Mendicantes fratres gaudeant priuilegijs religioni Societatis IESV concessis, prout probatum est late in superioribus, [b] sequitur euidèter etiam confessores Mendicantes virtute dicti priuilegij per communicationem posse modo à casibus reseruatis Episcopis absoluere. Quod ex dictis in allegato loco clarius patebit.

[b] Sup. q. 55. art. 17.

## ARTICVLVS XIIII.

### *Vtrùm confessores regulares vbi publicatur Bulla Cruciatæ possint absoluere pœnitentes, non habentes Bullas à casibus reseruatis virtute prædictorum priuilegiorum.*

RESpõdeo dicendo, quòd in Bulla Cruciatæ non suspenduntur gratiæ concessæ superioribus ordinum Mendicantium, quantum ad eorum fratres solum. Ex quibus verbis videtur colligi, quod cũ gratiæ confessarijs regularibus concessæ respectu absolutionum quædam concernant absolutionem fratrum, de quibus in quæstione sequenti dicetur: aliæ concernant absolutionẽ sæculariũ, de quibus in hac quæstione est nobis sermo, videtur inquam colligi, quod gratiæ, & facultates concessæ dictis superioribus, in quantum pertinent ad absolutionem, & dispensationem, & cõmutationem votorum sæcularium, de quibus in superioribus egimus mentionem, in bulla Cruciatæ suspenduntur. Et huic opinioni adhæsi in nostra explicatione Cruciatæ. Sed inuenio viros doctos, & religiosos contrariã amplecti sententiã; ad quem effectũ multa mẽte fabricant ad prædicti argumẽti solutionem. Et certè ex his multa ad manus meas peruenerunt. Et post longas vigilias in huius argumenti solutione insudando, volens communem opinionem tantorum patrum sequi, meam sententiã in medium proferam sub correctione cuiuscunque melius sentientis. Et etiam si speculatiuè contraria opinio verior sit, secundum tamẽ opinionem doctissimorum virorum, prout constat ex traditis à Soto, [c] Nauarro, & Corduba, etiam si illa opinio speculatiuè sit falsa, nihilominùs potest sequi modo se cum alia à viris doctissimis secuta orator conformet. Et hanc opinionem neque etiam speculatiuè apud me falsam esse iudico.

[c] Soto in 4. dist. 32. q. 1. art. 3. col. 2. in fin. Nau. in Manual. c. 1. in fine. Cord. lib. 1. quæst. n. 98.

Pro cuius explicatione, primum est notandum, quod omnes facultates, & gratiæ, quæ in Bulla Cruciatæ conceduntur, indulgentur personis particularibus: & sunt priuilegia personalia, vt ait Nauarrus. [d] Quod probatur: nam in suspensione indulgentiarum, & facultatum habetur in eadem bulla, quod accipiendo eam reualidantur. Et certum est, quod personæ singulares, & non monasteria & conuentus dictas bullas accipiunt.

[d] Nauar. de indulgẽ. notabili. 28. n. 13 & 14.

Neque contra hoc obstat, quod in bulla suspenduntur facultates, & gratiæ concessæ monasterijs confratrijs, & hospitalibus, quæ videntur esse priuilegia realia, & non personalia. Huic enim argumento respondeo, quod in dictis verbis solum suspenduntur indulgentiæ, quæ lucrãtur visitando dicta monasteria, & dictis confratrijs, & hospitalibus in aliquo secundum constitutiones Apostolicas inseruiendo; & respectu eorum solum sunt priuilegia personalia.

Secundo est notandum, quod priuilegia concessa confessoribus ordinum Mendicantium, & aliorum ordinum ad absoluendum à reseruatis, & ad dispensandum, & cõmutandum vota sæcularium, de quibus in superioribus fecimus mentionem, non sunt priuilegia personalia, sed realia. Licet enim concedantur personis, non conceduntur ipsis, vt personis singularibus, sed vt personis dictorum ordinum professoribus, quibus ordinibus noluit sedes Apostolica prædictum fauorem impartiri. Vnde potius censenda sunt dicta priuilegia concessa ordinibus, quam personis. Quod probatur. Si enim ipsi religiosi autoritate Apostolica à religione egrederentur habitũ relinquẽtes, minimè dictis facultatibus fruerentur; quod est clarũ indicium dicta priuilegia nõ esse personalia. Si enim essent præcisè personalia, personas sequerẽtur, etiã si statum mutarẽt. Et quia tractando de rebus

iuris

iuris erubescimur, cum sine lege loquimur, oportet manus ad hæc arma extendere, hanc doctrinam legibus comprobando. Pro cuius explicatione secundo est notandum, quod ad cognoscendum, an aliquod priuilegium sit personale, an reale, primo debet respici ad qualitatem negotij, quod conceditur, vt affirmat Aymon [a] Debet etiam attendi ad causam ipsius concessionis, vt colligitur ex quadam lege [b] & tradunt Romanus, Aretinus, Baldus, & Alciatus. Vnde si constat causam principalem priuilegij fuisse aliquam personam singularem iudicatur priuilegium personale. Et contra, si constat, quod causa principalis fuit aliqua res, vel aliquis locus censetur priuilegium reale: siquidem in quacunque dispositione causæ principales, & immediatæ debent attendi, & non secundariæ remotæ, & impulsiuæ, vt colligitur ex multis legibus, [c] in quibus id notat Bartolus.

Ex quibus infertur, quod cum dicta priuilegia concedantur ratione eius, quod debetur religionibus, in quibus confessores prædicti præsentati sunt, & in hoc ministerio instituti, clarum est, dicta priuilegia magis esse realia, quam personalia. Quod confirmatur: nam etiam si priuilegia, quæ conceduntur certo generi personarum (vt ea quæ conceduntur maritis) sint personalia, vt colligitur ex quadam lege, [d] & notat Zazinus: attamen priuilegium cõcessum certo generi personarum quod per fictionem iuris nunquam perijt, perpetuum est & reale: sicut priuilegium quod vnius ciuitatis ciuibus conceditur; vt colligitur ex iure, [e] & notant Romanus & Socinus. Et id ipsum dicendum est in nostro casu: siquidem priuilegia & facultates supradictæ dantur religionibus, cum concedantur confessarijs dictarum religionum, qui per fictionem iuris nunquam pereunt.

Tertio est notandum, quod sicut in bulla Cruciatæ non conceduntur priuilegia nisi personalia personis singularibus, ita in ea non suspenduntur, nisi priuilegia personalia singularibus personis concessa, quibus immediate conceduntur gratiæ, & facultates monasterijs, & hospitalibus, confratrijs, & alijs pijs locis. Et sic non suspenduntur dictæ gratiæ in quantum conceduntur dictis locis, sed in quantum concernunt personas singulares, quæ his facultatibus possunt gaudere.

Quarto est notandum, quod etiam si in dicta Bulla suspendantur facultates concessæ monasterijs respectu personarum singularium, quæ ipsis possunt frui, non tamen suspenduntur facultates concessæ religionibus, & ordinibus, quod necessarium erat exprimere, nam sicut in generali priuilegiorum reuocatione non includuntur priuilegia concessa religionibus, nisi expresse dicatur, vt supra late dictum est, & constat ex traditis à Nauarro: [f] ita in generali suspensione priuilegiorum non suspenduntur priuilegia concessa ordinibus & religionibus, nisi expresse id dicatur.

Ex quo colligitur primo, quod priuilegia concessa presbyteris confessoribus dictorum ordinum ad absoluendum à reseruatis, & ad dispensandum, & ad commutandum vota sæcularium minime in bulla Cruciatæ suspenduntur: siquidem hæc, vt dictum est supra, priuilegia sunt realia, & non personalia. Ex qua consequenter sequitur primo, quod possunt sæculares absolui, & dispensari à dictis fratribus iuxta suorum priuilegiorum tenorem, etiamsi ipsi confessores, & seculares minime bullam Cruciatæ habeant.

Secundo infertur, quod priuilegium suspendendi interdictum in festiuitatibus religionum nõ suspenditur in hac Bulla: quia hoc priuilegium non est personale, sed reale concessum immediate conuentibus, & ipsarum religionum monasterijs, in quibus dictæ festiuitates celebrantur; ratione cuius quicunque etiam sæcularis in vigilijs ipsarum festiuitatum potest pulsare campanas, ac si nullum esset interdictum: & hoc etiam si bullam non habeat; attento, quod hoc priuilegium conceditur dictis conuentibus in his festiuitatibus. Et sic videmus, quod indifferenter omnes in dictis conuentibus, & festiuitatibus ad celebrationem diuinorum admittuntur, & sepulturæ ecclesiasticæ traduntur; quod vsu receptum est in omnibus religionibus.

Tertio infertur, quod monachi Sancti Benedicti Vallisoleti, autoritate sui Abbatis, aut Prioris, & per communicationem omnes prælati conuentuales aliarum religionum suorum priuilegiorum gaudentium possunt successiue quindecim personas

[a] Aymon consi. 404. à n. 1. li. 3.
[b] in omnibus causis ff de reg. iu. Roma. in l. maritum. n. 32. & ibi. colu. 3. in princi. ff. soluto matri. Bald. in l. apud Iulianũ. ff. idẽ Iuli. admitti. ff. de legatis. 1. Alcia. respon. 20. nu. 21. alias consi. 7. nu. 25. volu. 4.
[c] l. sociũ qui §. 1. & ibi Bart. ff. pro socio. l. qui exceptionẽ in princi. ff. de condi. in debit.
[d] l. quia tale ff. solu. mat. Zazin. in l. marito. nu. 32. ff. eodẽ.
[e] l. firma. §. quãquam. ff de censibus l. 2. ff. dereb. dubijs. Romanus in l. maritum. n. 17. ff. soluto matri. & in d. l. 2. nu. 4.
[f] Nau. de in dul. not. 33.

nas eligere, quæ tempore interdicti generalis, aut specialis possint in eorum monasterijs diuina officia audire, & recipere sacramenta: & si aliqua tunc temporis obierit possit tradi sepulturæ ecclesiasticæ, vt latius continetur in concessione Nicolai Quinti, & in declaratione Nicolai Franci Nuntij Apostolici, adducta à Collectore compendij Mendicantium, non possunt admitti dictæ personæ etiam si ipsæ non accipiãt bullã cruciatæ. Hoc enim priuilegiũ est personale respectu eorum qui debent admitti, licet sit reale respectu ipsorũ monasteriorum. Vnde licet prelati eorum habeant bullam non possunt dictas personas admittere. Sicut enim quoad ipsos non suspenditur dictum priuilegium, cum respectu eorum sit reale; ita accipiendo bullam minimè reualidatur. Suspenditur ergo respectu admittendorum, & vt admittantur necessarium est, quod habeant bullam per quam reualidatur, cum sit personale. Quod summe notandum est. In hoc enim multi Docti allucinati sunt, inter quos ego minimus etiam sum aliquado allucinatus.

Vltimo infertur verus intellectus ad verba dictæ bullæ Cruciatæ ibi, exceptis concessis superioribus ordinum Mendicantium, quoad ipsorum fratres tantum, scilicet, quod concessa ordinibus, quantum ad seculares suspenduntur, non generaliter; sed solum, quæ secularibus immediate conceduntur, scilicet, indulgentiæ secularibus concessæ visitantibus loca fratrum. Hæc enim priuilegia sunt personalia concessa particularibus personis, attenta earum deuotione.

Imo addo, quod hæc & alia similia priuilegia concessa religionibus ad petitionem superiorum, nõ suspẽdebantur in bulla Cruciatæ respectu dictorum fratrum. Cum enim concedantur religiosis & religionibus censentur concessa, & priuilegia religionibus indulta in dicta bulla minime suspenduntur, prout dictum est in superioribus: & non obstat, quod frustra poneretur dicta exceptio in ea, scilicet, exceptis concessis superioribus ordinum Mendicantium, quoad ipsorum fratres tantum. Dicta enim exceptio fuit ibi apposita ad petitionem fratrum intelligentium, bullam suspendere dicta priuilegia, & virtute eorum minime posse indulgentias ordini concessas lucrari. De quorum numero multos inueni etiam post istius clausulæ & exceptionis appositionem. Et sic per ignorantiam fuit tempore Leonis Decimi hoc supplicatum, & ab ipso summo Pontifice in hunc modum concessum.

Item dignetur. S. V. *Concedere & declarare, quod virtute bullarum Cruciatæ contra infideles, vel aliarum indulgentiarum generalium quoscunque reuocationes, aut suspensiones priuilegiorum ordinum etiam Mendicantium, nunquam intelligantur reuocata, neque suspensa indulta, priuilegia, & gratiæ concessæ quoad personas fratrum Minorum de obseruantia, & quoad suspendendum interdictum in festiuitatibus sanctorum sui ordinis, nisi de his specificè & nominatim facerent mentionem.* Et dixit Papa fiat. Cuius indulti & aliorum dat fide dignum testimonium Laurentius Cardinalis quatuor Coronatorum, vt constat ex supplemento [a] ordinis. Et hoc sæpissime contingit, quod fratres præsertim minores nimis scrupulosi ad Sedem Apostolicam accedant petendo ab ea id, quod sibi alias ius commune concesserat, quod in monumentis ordinum maximam parit confusionem

a Suppl. fol. 58. pag. 2. cõ cel. 163.

## ARTICVLVS XV.

### *Vtrum confessores regulares obligentur absoluere pœnitentes à casibus reseruatis sibi cõfessis.*

REspondeo dicendo, quod Angelus de Clauasio cum esset generalis vicarius fratrum Minorum, ac regularis obseruantiæ, prout refertur in supplemento, [b] tenuit non obligari confessarios regulares

b In supple. fol. 97 p. a.

ab his pœnitentes absoluere. Imo hortatur eos ingrauioribus ad ordinarios remittere: quam sententiam ego secutus sum, & lauda

a §.9.n.144. ui in explicatione [a] Cruciatæ. Henriquez [b] ait, dictum Angeli debere limitari, loquendo de voti dispensatione, aut censuræ absolutione, non autem loquendo de absolutione peccatorum. Cæterum ego cum Angelo in mea modo persisto sententia. Neque obstat fundamentum Henriquez, scilicet, quod alias tenerentur bis peccata confiteri. Nam huic rationi respondetur, quod confessarij regulares habent ex priuilegio vt possint absoluere à reseruatis; quo possunt vti quando voluerint. Et si ex renuntiatione priuilegij in hoc casu sequitur preiudicium pœnitentibus, scilicet, quod teneantur bis eadem peccata confiteri, hoc sibi imputent, qui ita intrepide reseruata cõmiserunt, vt sit necessarium secundum arbitrium prudentis confessoris eorum curam ad ordinarium remittere, & non tam faciles se exhibere in absolutione concedenda, vt ita metu pœnæ & verecundiæ à tam dissoluta vita abstrahantur. Et certe mens Papæ concedentis priuilegia prædicta regularibus est, vt animabus medeatur omnibus modis possibilibus. Præterea hoc probatur. Nam secundum tradita, & notata in iure, [c] potest priuilegio renuntiare respectu iuris tangentis renunciantem. Et sic dicit Parnormitanus, liberum esse vnicuique renuntiare priuilegio suo, modo non tangat ius superioris, aut tertij. Et hoc priuilegium est proprium confessariorum regularium, de quorum prudentia, zelo, & scientia summus Pontifex maxime confidit. Et hęc priuilegia non tangunt ius tertij neque etiã tanguntius Papę, aut Episcopi, Nam imo suum ius confessarijs regularibus concessum per delegationem ad ipsos Papam & Episcopum ex dicta renuntiatione deuoluitur. Nec tangunt ius pœnitentium ipsis quæsitum, sed quærendum distribuendum per ipsosmet confessores regulares. Ex quibus cõcluditur, quod confessarij regulares possunt remittere ad ordinarios non solum dispensationes, sed etiam peccatorum absolutiones. Aduertant tamen, quod Episcopus, cui iuxta Concilium Tri-

b Henr.li.7. de indulgẽt. c.28. literat.

c Notata.in ca.nuper de decimis Panor.in.ca.si decerta.eodem tit.

d Sess.22.c.5. dentinum [d] committitur dispensatio, tenetur dispensare verificata narratiua: quia ita

e Henri.vbi sup. iubet Põtifex, prout aduertit Henriquez [e] aduertant etiam, quod qui potest dispensare, & sine causa non vult, peccat ad minus venialiter, prout tenet Nauarrus [f] alios al-

f Naua.prælud.9.n.11. legans, & alibi diximus. Et licet ipsis in eorum priuilegijs vt dispensent minime præcipiatur, neque etiam præcipiatur, vt absoluant à reseruatis peccarent tamen grauiter si sine iusta causa audita confessione reseruatorum remitterent ad Ordinarium pœnitentem. Nam in hoc casu renuntiant priuilegio absoluendi in præiudicium pœnitentis iustissime petentis absolutionem à reseruatis, ne bis eadem peccata confiteatur, ad quod lex diuina & ecclesiastica noluit pœnitentes obligare. Faciunt item iniuriã sacramento pœnitentiæ. Ex dicta enim negatione aliquibus videri poterit hoc sacramentum non esse iugum Christi suaue, sed, satis oneroſum.

## QVÆSTIO LXII.

### De confessoribus quantum ad absolutionem fratrum in tredecim articulos diuisa.

*Circa quam quæruntur tredecim.*

1 *VTrùm religiosi teneantur confiteri.*
2 *Vtrùm sit licitum statutum, quo obligantur monachi infine anni confiteri prælato peccata alias confessa.*
3 *Vtrùm confessio generalis semel in vita omnium peccatorum possit statuto præcipi in religionibus.*
4 *Quis possit audire confessiones religiosorum.*
5 *Vtrum religiosi itinerantes possint quibuscunque confessarijs confiteri.*
6 *Vtrùm confessores regulares possint semel in vita, & in articulo mortis absoluere plenariè fratres.*
7 *Quid per articulum mortis intelligatur.*
8 *Vtrùm absolutus virtute dictorum priuilegiorum in articulo mortis teneatur, si nõ decedat peccata reseruata iterum superioriconfiteri.*
9 *Quis ordo debeat seruari in plenaria absolutione in articulo mortis.*

10 *Vtrùm*

10 *Vtrùm in aliquibus festiuitatibus possit fratribus indulgentia plenaria concedi.*

11 *Vtrùm religiosi possint frui absolutionibus plenarijs à Leone Decimo concessis sine licentia suorum prælatorum.*

12 *Vtrùm virtute dictarum concessionum Leonis Decimi possint cõfessores absoluere fratres à censuris & irregularitatibus, & casibus Papæ reseruatis.*

13 *Vtrùm possint confessores dispensare cum fratribus in irregularitatibus.*

## ARTICVLVS I.

### *Vtrùm religiosi teneantur confiteri.*

REspondeo dicendo, non esse dubium religiosos antequam ad sacratissimam communionem accedant obligatos esse ad suorũ peccatorum mortalium confessionem sacramentalem faciendã, prout dicitur in Cõcilio Tridentino: [a] neque etiam esse dubium ipsos quolibet anno, sicut alij vtriusque sexus fideles teneri confiteri, sicut in iure [b] notatur. Quod autẽ versatur in dubio primũ est, vtrum regulares teneantur confiteri quolibet mense. Et quædam Clementina [c] diffinit, monachos Sancti Benedicti quolibet mense teneri confiteri quæ non extendebatur ad alios monachos, vel moniales, prout tenent Sotus, [d] & Nauarrus: quia odia sunt restringenda. Verum est tamen, quod hodie secundũ determinationem Concilij [e] Tridentini, tantũ est consulẽdum regularibus, & monialibus, vt semel singulis mensibus confessionẽ peccatorum suorũ faciant, & sacro sanctam Eucharistiã recipiant. Et sic non tenẽtur modo confiteri quolibet mẽse sub peccato mortali. Secũdũ est, vtrum teneantur confiteri venialia. Ad quod respondeo, teneri ad ipsorũ confessionem ex quadã honestate, prout resolu it Henriquez allegando Nauarrũ & alios. Nisi de ipsorum monachorum consensu factum sit statutũ, quo se obligent ad venialium cõfessionem, perinde ac si voto ad eorum confessionẽ, essent astricti. Tunc enim sub peccato mortali ad id tenerentur. Ait tamen Henriquez, quod neque tale votum emittunt, neque aliquod eorum statutum obligat confiteri venialia. Et Conciliũ Tridentinum [g] definit generaliter nullã obligationem esse ea confiteri, nec consuetudo vt prælati eorum testãtur ad id obligat. Et id ipsum dicendũ est de Cistercienſibus, & Cartusienſibus, vt contra alios tenet idem Henriquez. [h]

a Con. Trid. sess.

b ca. omnes vtriusq; sexus.

c Clemẽt. 1. §. Sanè de statu monac.

d In 4. d. 18. q. 1. art 3. Nauar. in c. placuit. nu. 110. cũ sequenti.

e Con. Trid. sess. 25. de regularib. c. 10.

f Henriq. de sacr. pœnit. lib. 1. c. 4. nu. 10. in margine.

g Con. Trid. sess. 14. c. 8. & can. 8.

h Heriquez quolib. 1. q. 32.

## ARTICVLVS II.

### *An sit licitum statutum, quo obligãtur monachi in fine anni confiteri prælato peccata alias confessa.*

REspondeo dicendo, quod in multis religionibus est speciale statutũ valde vtile, & commendatum ab Henriquo de Gandauo, in quodam quolibeto & consuetudine obseruatum, vt ad finẽ anni omnes regulares subditi repetant prælato monasterij omnia peccata mortalia quãuis reseruata non sint, quibus per hebdomadas, aut menses singulos fuerint directe absoluti à proprio regulari cõfessario, qui iurisdictionem exse non habent, nisi delegatam à prælato, quam ei potest ad nutum amouere. In religione enim, quæ est schola perfectionis imponũtur quædam onera, & præcepta de rebus difficilioribus, quæ alias sunt de consilio, & possunt ac solent regulares in his, & in alijs rebus renuntiare iure suæ libertatis cum abnegatione sui iuris. Regulares enim vt per vota renuntiant bonis, & alijs rebus ita per statuta renunciant multis alioquin de se licitis. Atque ita statutum de repetendis confessionibus solet nouitijs ostendi, prout refert Henriquez [i] & ostenditur in religione [k] Societatis Iesu. Qui ait, quod simili statuto vtuntur monachi Sãcti Benedicti, & Diui Bernardi, & Cartusiẽses, prout refert Gerson [l] Et frater Ferdinãdus [m] del Castillo refert, quod Albertus Magnus cũ esset suæ religionis prouincialis, fecit in ea simile statutum & simile statutum etiam refert Henriquez [n] fieri in religione Carmelitarum Discalciatorum, qui arbitratur obligare, si fiat cũ subditorũ consensu saltem tacito, referens pro sua sentẽtia Nauarrum [o] Qui Nauarrus refert Paludanum & Medinam, & alios dicentes posse fieri huiusmodi statutũ, quod committi possit iurisdictio absoluendi à peccatis nõ reseruatis sub onere declarato pœnitenti, vt teneatur ea peccata mortalia repertere prælato, tenet Nauarrus [p] quanuis minime citat, & etiam

i Henriq. li. 2. de pœnit. c. 16. n. 3.

k In regul. 5. magistri nouitiorum 1 Gers. 2. tom. tract. 5. de statu Chartus. & alfabet. 25 lit. lect. 2. in Marcum.

m Ferd. lib. chro. ordin. prędi. c. 46.

n Henriq. vbi. sup.

o Nau. c. 2. n. 5. in 5. condi tione &. c. 9 n. 1. &. c. 22. n. 38. & in. c. placuit. n. 112 & n. 128. d. 6 Medina de conf. q. 33. fol. 80. &. 82. col. 2.

p Nau. c. 26. n. 12. Caiet. verſ. abſolu ti. c. 1. Roſel. §. 5. Angel. confeſ. 5. § 9 Hẽriq. quolibeto. 1. q. 32. quolib. 10. q. 1. Medin. vbi ſup. fol. 82. col. 1

tenent Caietanus, Rosela, Angelus Henriquez & Medina. Quā tamen sententiā tanquam solius Roselæ putant non esse tutam

a Tabien ab solut. 1. n. 6. Armil. §. 6.

Ioannes Tabien. [a] & Armila, quasi absolutioni addatur conditio: sed reuera non additur conditio onus & modus, vt addi solet dum inferior absoluit à reseruatis. Et hac ratione valere de possibili tale statutum tradit Henricus. [b] Vbi aduertit quod dato, quod valeat de possibili: obligatio tamen ex tali statuto orta repetendi scilicet peccata prælato differt ab ea, qua peccator iure diuino tenetur confiteri omnia mortalia. Ab eo enim præcepto diuino, quamuis contritus esset, non potest à Papa vlla dispensatione, aut cōmutatione liberari. Nam qui ob impedimentū fuit indirecte absolutus à reseruato per inferiorē, tenetur quærere dictā absolutionem cessante impedimento, aut certe in articulo mortis illud peccatū iterū confiteri, vt tunc directe absoluatur. At qui ex solo statuto, & voto implicito tenetur repetere eadē peccata, satis est si facta cōmutatione dicat eadem peccata prælato extra confessionē. Quemadmodum, qui directe in mortis articulo absolutus est à reseruatis habentibus annexam excōmunicationē, satis est, vt sine confessione se præsentet, & peccata manifestet prælato superiori: Quia cum in mortis articulo sit directe absolutus à culpis, nō tenetur iterū eas subijcere confessario, vt absoluatur. Et ita qui voto se astrinxit ad repetendas confessiones legitime factas, vel ad confitenda venialia, potest facta voti cōmutatione liberari à confessione istorū, quæ non sunt materia necessaria pœnitentię. Dixi de possibili quia de facto negat Henriquez [c] valuisse olim tale statutum.

b Henri. vbi sup. q. 17.

c Henri. vbi sup. n. 5.

Quidquid tamē sit ait ipse Henriquez [d] quod de facto nō videtur iam apud Cisterciēses, aut apud aliā religionē obligare sub mortali statutū repetēdi peccata; quia iam diu cōsuetudo sic cōfitēdi prælatis cessauit, prout fatētur regulares prælati ordinis Cisterciēsis, & aliorū ordinū. Imo prælati renuunt cōfessiones audire ne dū reos religiosos puniūt possint suspecti haberi de violato sigillo. Vbi vero institutor religionis declarat cōstitutiones suas non obligare sub peccato, vt in religione clericorum Societatis Iesu, & in religione B. Dominici, prout referūt Diuus Thomas [e] Caietanus, Soto Castro & Nauarrus, tale statutū, quod monet repetere cōfessiones totius anni prælato, est tantum de consilio, vt repetat peccata à quibus de licentia maioris prælati, aut per iubileum subditus directe fuerat absolutus; quia eo posito nulla manet reseruatio: quemadmodum qui in mortis articulo absolutus est ab alijs reseruatis, quæ nullā habent excōmunicationē non tenetur ea peccata amplius repetere.

d Henri. vbi sup. n. 5.

e D. Tho. 2. 2. q. 187. ar. 9 ad. 1. vbi. Caiet. Sot. lib. 1 de iust. 1. q. 6. ar. 4. col. 9. & ar. 5 in. fine. Castr. lib. 1. de leg. pen. c. 9. Nau. Paiud. 9. n. 8. & c. 23 n. 49.

## ARTICVLVS III.

### *Vtrùm confessio generalis semel in vita omnium peccatorum possit statuto præcipi in religionibus.*

REspondeo dicendo, expedire valde, semel in vita aut bis facere confessionem generalem, vt fit in multis religionibus cum magna animi præparatione; cū homo magis doctus, & expertus agnoscit proprias species, circunstantias, & grauitatem peccatorū, & cum diligenti examine cōputare nouit necessariū numerū, vt omnia, & singula confiteatur. Et hoc commendant multi summi Pontifices confirmātes priuilegia Mendicantium; & Syxtus Quartus dum cōfirmat statutū Cistercienſis ordinis, vt pro vsu & consuetudine ipsorum regularium habetur cōmēdatū vt certo die cuiuscumque anni professores eiusdem ordinis debent de omnibus peccatis suis, quorum memoriā habuerint ab vltima confessione facta suis prælatis cōfiteri proprio prælato aut alteri per prælatum deputato. Et id statutum, ait pontifex per sanctos ipsius ordinis patres factum est, & per Sedem Apostolicam cōfirmatū & à primęua ordinis institutione obseruatum prout referunt Ioānes Maior [f] & Nauarrus.

f Maior. in. 4 d. 17. q. 6. Naua. in. c. placuit in. 1. to. & n. 118.

## ARTICVLVS IIII.

### *Quis possit audire confessiones religiosorum.*

REspōdeo dicēdo, quod Clemēs quartus, *Inhibuit vniuersis Ecclesiarum prælatis & alijs quibuscunque, ne confessiones fratrum Minorum præsumant eorum prælatis inuitis audire*, Prout con

tinetur

tinetur in monumentis [a] ordinum in quibus [b] idem habetur, quoad Carmelitas,& id ipsum quoad fratres Prædicatores in eis dem [c] continetur. Et recte quidem. Nam secundum ius commune nullus sacerdos, neq; secularis neq; regularis potest audire confessiones fratrum nisi à prælatis ipsorũ fratrũ habeat iurisdictionẽ sicut nemo potest audire cõfessiones fideliũ alicuius Episcopatus nisi ab Episcopo,aut à Papa iurisdictionẽ super ipsos fideles habeat actualem, prout cũ multis resoluit Nauarrus. [d] Vnde approbati etiã abEpiscopis,licet possint audire cõfessiones presbyterorũ secluriũ, non tamẽ possunt audire confessiones fratrũ,cũ ipsi à prelatis dictorũ fratrũ minime iurisdictionem habeãt.Exquibus infert Nauarrus, [e] & cõmuniter scribentes,quod ad audiendas confessiones fratrum solum sufficit approbatio suorum prælatorum cum iurisdictionis concessione. Nam licet in Concilio Tridentino [f] definiatur, quod quamuis presbyteri in sua ordinatione à peccatis absoluendi potestatem accipiant nullum etiam regularem posse confessiones secularium etiam sacerdotum audire, nisi ab Episcopis approbationem obtineat: hoc tamen decretum minime habet locum in confessarijs religiosorum;quia ipsis possunt confiteri, etiam si ab Episcopis non sint approbati: sicut antiquitus ante Concilium fieri solebat. Et à iure antiquo non est recedẽdum,nisi quatenus inuenitur expressum.Concilium autem expresse loquitur de sacerdotibus secularibus,qui regulariter sunt distractiores, & negligentiores in hoc. Quæ ratio non militat in religiosis, qui regulariter sunt circunspectiores & diligentiores in eo. Et ita cessant verba,& ratio definitionis Concilij in religiosis,qua sola cessante,ipsa quoque cessat iuxta ea,quę in iure notantur, etiam si verba non cessarent,quæ tamen in hoc casu cessant.

Aduertendum tamen, quod non possunt confiteri religiosi itinerantes alijs religiosis sui ordinis, nisi à suis prælatis licentiam habuerint ad audiendas confessiones fratrum.Licet enim ante Concilium sacerdotes seculares poterant eligere confessorem quemlibet sacerdotem simplicem: tamen ante Concilium sacerdotes regulares minime poterãt eligere sacerdotem religiosum simplicem, sed tantum à suis prælatis approbatum. Et hæc consuetudo semper in religionibus bene ordinatis viguit, à qua non est recedendum. Vnde Gregorius Tertius decimus declarat pro religiosis Societatis Iesu. [g] *Non esse neque fore vnquam mentis suæ,aut Sedis Apostolicæ,vt personæ Societatis absque expressa superioris eiusdem Societatis licentia vtantur facultatibus,quæ in iubileis Bullæ Cruciatæ,confessionalibus,aut alijs quibuscunque Apostolicis indultis, quæ cõmunicantibus, aut priuatis personis,aut pijs locis quomodocunq; aliter hucusque concessa sunt,aut in posterum concedentur etiam si in alijs expresse indulgeatur,vt omnes regulares etiam Mendicantes eiusmodi facultatibus vti possint. Si quando autem vsus aliquorum ex huius modi facultatibus personis de dicta Societate à superioribus eiusdẽ Societatis concedetur,nulli earum licere,nisi intra numerum eorum,qui ad confessiones personarum eiusdem domus,aut collegij audiendas deputati sunt confessarium eligere,nisi ratione itineris,aut alia de causa ab eisdem superioribus alijs confessarijs intra aut extra Societatem confitendi facultas ad id specialiter daretur; secus facta irrita & inania esse decreuit,*

Et id ipsum concessum est fratribus Minoribus,& Eremitis Diui Augustini per Innocentium Octauum, & Iulium Secundum prout in Compendio Mendicantium [h] continetur.Et in Compendio [i] ordinis sancti Bernardi Cistercienfis ordinis Hispaniæ dicitur.*Vnusquisque monachus confiteri debet suo prælato vel alijs de eius licentia,aut designato confessori, qui conuentualis dicitur,quod ab antiquo ita huic ordini indultum fuit, vt in eius priuilegijs patet,& concedit Gregorius Vndecimus congregationi montis Oliueti.*



a In monu. ord.in.1. im pref.fol. 58. & in.2. fol. 142. concef. 338.

b In.2.impr. fol.188. con cef.75.

c In.2.impr. fol.238.con cef.563.

d Nauar. in man.c.4.n.1.

e Nauar.vbi sup.

f Conc.Tri. sef.23.c.15.

g Habet. in compen.Societatis tit. absolut.§.11

h In comp. Mend.tit.cõ fessiones,& confessores §.6.&.7.

i Comp.Cistercien.tit. confessores & confessio nal.§.3.& 4.

Et additur in eodem compendio. *Si quis ergo Monachus, vel Monialis, quodcunque confessionale impetraret, aut eo absque superioris licentia vti præsumpserit, eo ipso impetratis caret, ac pœnis constitutionum & diffinitionum, inhabilitatis, scilicet, & suspensionis subijcitur, à quibus à nullo alio, quam à Summo Pontifice dispensari potest.* Prout concessit Clemẽs Septimus congregationi Sancti Georgij, de Algala. Et aduertendum quòd prælati instituentes confessores solum pro fratribus religiosis non constituunt per consequens eos pro confitendis eiusdem ordinis monialibus, nec ipsi ad eas confitendas recipiunt ab eis iurisdictionem.

## ARTICVLVS V.

### *Vtrùm religiosi itinerantes possint quibuscunque confessarijs religiosis, aut secularibus confiteri.*

REspondeo dicendo, quod Syxtus IIII. *Concessit prælatis ordinis Prædicatorum Religionum Castellæ, & Legionis reformatis, quod possint concedere fratribus suis, vt dum itinerauerint, vel fuerint extra conuentus suos duntaxat valeant confiteri quibuscunque Sacerdotibus regularibus, vel secularibus, & quod similiter possint facere ipsi prælati.* Ita habetur in monumentis ordinum, & in compendio ordinis Çistertij id ipsum refertur ab Innocentio Octauo fuisse concessum. Sed dubium est, vtrum data licentia à prælatis ipsis fratribus itinerantibus ad eligendum extra ordinem quemcunque confessorem regularem, possint ipsi fratres eligere confessorem tantum religiosorum, & non secularium? Ad quod respondeo, quod possunt eligere confessorem religiosorum. Licentia enim prælatorum secundum ius commune debet regulari secundum quod religiosi non astringuuntur confiteri approbatis ab Episcopis. Dubium etiam est, an data dicta generali licentia possint dicti fratres virtute eius absolui à reseruatis à quocunque confessario regulari, siue seculari. Et videtur quod non; cum in generali concessione non veniant ea, quæ specialiter, si peterentur non essent concedenda, prout dicitur in iure. [a] Quod confirmatur: nam literis Apostolicis, prout refert Corduba [b] cautum est in ordine Minorum ne absolutio reseruatorum confessarijs extra ordinem committatur. Et ita ordinauit Bonifacius Octauus, prout continetur in capite sexto ordinationum generaliũ Barcelonarum fratrum Minorum. Et idem prohibuit Clemens Quartus. In mari enim magno,

*Inhibuit vniuersis fratribus ordinis Minorum, ne aliquis eorum (excepto necessitatis vrgente articulo) alijs, quam prælatis suis peccata sua confiteri præsumant, vel alijs eiusdem ordinis sacerdotibus, nisi secũdum regulam, & ipsius ordinis statuta.*

Ita habetur in Monumentis [c] ordinum. In quibus [d] idem habetur, quoad Carmelitas; & quoad fratres Prædicatores id ipsum in eisdem [e] continetur. Neque vllus, vt credo est prælatus, qui concedat auctoritatem ad reseruata, præsertim clericis secularibus. Et consuetudo bona & recepta ab omnibus, vim habet legis, cum ipsam approbat prælatus tacite, aut expresse, prout tradunt Sotus, [f] & Medina. Et hæc consuetudo optima est, & necessaria, siquidem est de rebus honestis, & necessarijs decori religionis: non enim peccata grauia conue-

[a] ca. fina. dẽ procurator.
[b] Cord. sup. regul. Francis. ca. 7. q. 3. pag. 148.
[c] In 1. impr. fol. 18. & in 2. fol. 142. cõ cel. 339.
[d] In 2. impr. fol. 186. con cel. 475.
[e] In 2. impr. fol. 238. con cel. 563.
[f] Soto lib. 1. de iusti q. 7. ar. 2. Medin. 1. 2. q. 97. ar. 7

conuenit alijs extra ordinem propalare.

Neque prædictis obstat, quod dicti fratres itinerantes sint sacerdotes, & necessario debeant celebrare, & per consequens ante celebrationem debeant premittere confessiones suorum peccatorum iuxta diffinita in Concilio [a] Tridentino. Et sic præsumere debemus in dicta generali licentia fuisse concessam facultatem pro casibus in religione reseruatis, ne contra diffinitionem Concilij talis Religiosus ad celebrandum, aut communicandum accederet. Nam huic obiectioni respõdetur, quod quando Religiosus se inuenerit extra monasterium sine licentia sui prælati, vt absoluatur à quocunque à reseruatis, & sine scandalo non potest non celebrare, aut communicare, bene potest accedere ad celebrationem, aut communionem sine confessione cum sola contritione, prout tenet Angles. [b] Concilium enim Tridentinum licet diffiniat ante dictum accessum confessionem sacramentalem esse præmittendam, addit tamen, modo non desit illi copia confessoris dicens, quod sine necessitate vrgente sacerdos absque præuia confessione celebrauerit: post celebrationem tamen, quam primum confiteatur necesse est. Et in hoc casu deest copia confessoris iustè à superioribus negata, ne peccata grauia extra religionem reuelentur.

[a] Sess. 13. c. 7.

[b] Angles in flor. 4. in 4. de confess. dist. 8. art. 2. difficult. 2. dub. 4. pag. 9

Neque his obstat indultum Innocentij Septimi Prædicatoribus concessum relatũ à Collectore [c] compendij Cistertij, vbi dicitur, *Monachos extra monasteriũ ordinis existentes de licentia superiorum cuicunque regulari, seu seculari sacerdoti confiteri posse, cum eo casu à quocunque crimine quomodocumque reseruato, sicut confessores ordinis eos absoluere, & cum eisdem dispensare possunt.* Nam respondetur, quod hæc obiectio facit pro mea sententia. Quia enim in licentia generali concessa à prælatis fratribus itinerantibus, aut extra monasteria existentibus non cessetur concessa eisdẽ facultas, vt possint absolui extra ordinẽ, præsertim presbytero seculari à casibus reseruatis. Ideò Innocẽtius Octauus concessit, vt tales confessores à quocunque casu reseruato possint ipsos religiosos absoluere, & quod prælati possent dare licentiam non obstantibus quibuscunque literis apostolicis, vt extra ordinem possint ab eisdem absolui.

[c] In comp. Cistert. vbi sup. §. 5.

Aduertendum etiam Syluestrum tenere esse necessariam licentiam expressam ipsorum prælatorum, vt fratres extra ordinem possint confiteri, & non sufficere præsumptam, prout colligitur ex Concilio Lateranensi diffiniente, quod, vt aliquis confiteatur cum eo, qui secundum ius, & consuetudinem toleratam non est legitimus confessor, quia super eum non habet iurisdictionem, necessarium est, quod priusquam ipsi confiteatur licentiam ad id à suo Prælato obtineat. Ita refert Angles, [d] qui tenet contrariam opinionem, scilicet, quod sufficit præsumpta licentia. Et ego inuenio ipsum Syluestrum [e] hanc ipsam tenere opinionem, quam libẽter amplector in fratribus itinerantibus, & de extra monasterium existentibus, qui obliuione naturali licentiam à suis Prælatis non petierunt.

[d] Angl. vbi sup.

[e] Sylue. tit. confessor 1. n. 6. vers. 8. si sacerdos.

## ARTICVLVS VI.

### *Vtrùm confessores Regulares possint semel in vita, & in articulo mortis absoluere plenarie fratres.*

REspondeo dicendo, quod Syxtus IIII. *Concessit omnibus fratribus Minoribus de obseruantia præsentibus, & futuris tam professis, quam nouitijs, qui tamen habent propositum profitendi, necnon sororibus Sanctæ Claræ, & Tertiarijs vtriusque sexus, & famulis, & seruitoribus prædictorum omnium, & cuilibet eorum,*

*rũ, vt posſit semel eligere cõfeſſorẽ de huiuſmodi obſeruãtia, qui audita eius cõfeßione pœnitentiã ſalutarẽ iniungẽdo abſoluat eos ab omnibus criminibus exceſſibus, & cenſuris Eccleſiaſticis, & diſpenſet cum eis in omnibus irregularitatibus, ſi quas forte cõtraxerint (homicidio voluntario, & mutilatione membri ſemper exceptis) & eis remißionem generalẽ, & plenariam omniũ peccatorũ impartiri valeat, & quod hoc idẽ poßit in articulo mortis.*

Ita habetur in Monumentis ordinis, [a] & in ſupplemento.

a In.1.impr. fol. 64. & in 2.fol.8.conceſ.131.&in ſuppl.fol.96 conceſ.34.

Et idem Syxtus IIII. prout habetur in Monumentis ordinum. [b] *Cõceßit omnibus & ſingulis Prædicatorũ, & Minorum ordinũ profeſſoribus, qui tunc erant, & qui pro tẽpore perpetuo erũt, vt confeſſor idoneus eorundẽ ordinum, quem quilibet pro ſe, de ſui ſuperioris licentia duxerit eligendũ eorundem confeßione diligenter audita pro cõmißis per eos exceßibus, & peccatis ſemel in vita in forma cõfeßionalis per ipſum audita, & in mortis articulo plenariã abſolutionẽ, & peccatorũ huiuſmodi remißionem impẽdere valeat, etiã ſi ante factam eorundẽ ordinũ profeßionẽ eos decedere contingat; & pro articulo mortis, quicunq; confeſſor quemlibet ordinis Mendicantium, & eorum, qui gaudent eis priuilegijs religioſum in articulo mortis ab omnibus caſibus, nullo excepto cũ omnimoda, autoritate, ac ſi in illo actu eſſet Sũmus Põtifex, ab ſoluere poteſt, & eadẽ autoritate ei indulgentiã plenariã cõcedere.*

b In monu. in.1.imp.fo. 65. & in. 2. fol.148. conceſ.360.

Ita conceſſum eſt per Innocentium Octauũ monachis congregationis [c] Caſinienſis ordinis Sancti Benedicti, prout refertur in libro priuilegiorum, & conſtitutionũ eiuſdem congregationis. Et refert etiam Collector [d] compendij ordinis Diui Hieronymi quæ magna eſt cõceſsio, propter verba in ea poſita ibi, *Ac ſi in illo actu eſſet ſummus Pontifex.* Ex qua eſt notandũ, quod, hoc indultum committitur cuilibet confeſſori ſine eo, quod reſtringatur ad confeſſorem ordinis. Et ſic ratione eius poſſunt in articulo mortis fratres plenarie abſolui à quocunque confeſſore etiam ſeculari, dummodo ſit ab ordinario approbatus. Notandum eſt etiam, quod hac conceſsione attenta ceſſant aliæ conceſsiones factæ per Martinum Quintum ordini Diui Hieronymi, quibus in articulo mortis fratres eiuſdem ordinis poterant plenariè abſolui à fratribus ordinis, dummodo per annum dixerint in qualibet hebdomada ſeptem Pſalmos Pœnitentiales cum ſuis litanijs, & orationibus, vel qui legere neſcierint aliud opus pœnitentię faciant, ſemel in ſeptimana ad arbitrium ſuperioris. In ſupra dicta enim conceſsione, & in alijs à Syxto IIII. Minoribus & Prædicatoribus conceſsis id ipſum ſine limitatione ipſis indulgetur. Verũ eſt tamẽ, quod dictæ cõceſsiones ſeruiũt pro nouitijs, & ſeruitoribus. In hac enim cõceſsione Innocẽtij VIII. nulla fit mẽtio de nouitijs, & ſeruitoribus, ſed tantũ de religioſis. Seruiũt etiã pro donatis, & oblatis monaſteriorũ ordinis, in ſynceritate tamen fidej, & vnitate Sãctæ Romanæ eccleſiæ perſiſtẽtibus, prout conceſsit Eugenius IIII. viuæ vocis oraculo Ioanni Cardinali Sancti Pauli ſuper hoc facto, prout refert Collector [e] Compendij Diui Hieronymi. *Eis enim & fratribus eiuſdẽ ordinis præſentibus*

c Fol.47.§.1 & fol.48.§.2

d Colle.cõpen.D. Hieron. titul. Indulg. plenaria per communicationem, §.7.

e Comp. D. Hieron. tit. indulgẽ. plenar. § 6.

*tibus & futuris pro tẽpore existẽtibus professis, conuersis, & cum proposito profitendi nouitijs concesſit, vt quicunque presbyteri regulares, aut seculares omniũ & singulorum peccatorum suorum criminũ & excessuũ, de quibus in genere, vel in specie corde contriti & ore confessi fuerint, & in quibuscunque confessionibus recitatis, & etiam de oblitis plenariam indulgentiam, & remissionem in articulo mortis, autoritate apostolica libere & licite concedere valeant, & possint. Quod si de illo reputato tunc mortis articulo, aut infirmitate, in qua eorum quilibet cõstitutus fuerit nõ discesserit, semper indulgẽtia prædicta intelligatur reseruari ad verum mortis articulũ. Et ne, quod absit, propter huiusmodi gratiã procliuiores ad illicita perpetrandũ in posterũ reddãtur, voluit, quod si ex confidentia huiusmodi aliqua forsan illicita cõmiserint prædicta remissio circa sic cõmissa nullatenus eis suffragetur. Et insuper voluit, quod singulis vnius anni hebdomadibus teneãtur ad prædictã indulgentiã lucrandũ septem Psalmos cũ suis litanijs recitare, & non scientes literas alia opera pia in singulis similiter hebdomadibus facere. Sed cũ hoc addito, quod qui impedimento detentus in dictis vnius anni hebdomadis cõmode recitare, aut pia opera facere nequiuerit, vel si ex inaduertentia, vel obliuione aliquid omiserit, ex tunc in vna altera septimana etiã alterius anni sequentis, vel alias quã primum illud implere possit & satisfaciat. Tandem declarauit, quod si prælibatos psalmos, aut pia opera in toto vel in parte quis commode adimplere nequiuerit, aut omiserit, tunc etiam quilibet presbyter, aut confessor huiusmodi opera in alia pietatis commutare possit, & valeat, prout saluti animarum expedire viderit.* Quæ verba posteriora summè sunt notãda. Cũ enim arbitrio cõfessoris cõmutatio dictorũ psalmorũ cõmittatur per Eugeniũ Quartũ, & per Nicolaũ Francũ legatũ à latere Syxti Quarti põtifi catus eiusdem Syxti anno sexto, die tertia Maij anno Dñi millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, autoritate apostolica, prout habetur in eodem cõpẽdio [a] non est cur fatigemur in allegatione aliorũ indultorũ id ipsum nõ ita ample cõcedẽtiũ.

Non est tamen silentio prætereunda concessio Nicolai Quinti, data pontificatus sui anno quinto nonis Augusti prædictam Eugenij concessionem declarans, & amplians, prout habetur in eodẽ compẽdio. [b] *In qua concesſit, quod cũ aliquis fratrũ, vel aliorum supradictorũ incurrerit in dementiam, letargiam, vel amiserit expressionem loquelæ propter infirmitatem, vel alias antequam absoluatur,*

a In eodem compẽ. vbi sup. §. 13.

b Vbi supra §. 7.

*& illi fiat plenaria remißio: vel quia nõ fuit copia cõfeſſoris, cũ talis caſus ſeu ſimilis euenerit in dicto mortis articulo quicunque presbyteri ſeculares, vel regulares eum vel eos abſoluere & Huiuſmodi omnium peccatorũ ſuorum plenariam remißionem autoritate Apoſtolica poßint & valeant, illi, vel illis impendere. Quod ſi talis infirmus ſuperuixerit nihilominus dicta plenaria remißio, quoties ſibi facta fuerit perinde valeat, ac ſi de huiuſmodi infirmitate decederet.* Quæ verba poſteriora neceſſarium fuit, vt apponerentur. Si enim non apponerentur minime talis indulgentia reſeruaretur ad verũ mortis articulum, cũ in præſumpto ſuum ſortita fuerit effectum, prout contra Gerſonem tenent Corduba, [a] & Nauarrus. Et id ipſum pro articulo mortis inuenio conceſſum fratribus Benedictis, prout habetur in Compendio [b] Mendicantium.

a Cordu. in quæſtionarijs ð indulgẽt. q. 38. Naua. in ſum. c. 26. n. 31.

b Comp. mẽdican. 2. impreſ. tit. abſolut. extraordi. quoad patres. §. 11.

## ARTICVLVS VII.

### Quid per articulum mortis intelligatur.

REſpondeo dicẽdo, hunc articulum proponi, vt intelligatur, quid per articulũ mortis importetur in conceſsionibus in ſuperiori articulo allegatis. Et reſpõdeo, quod articulus mortis non ſolum dicitur ille, inquo quis cõſtitutus nõ euadit à morte, ſed etiã ille, inquo probabiliter timetur aut ſperatur mors à medicis, ſeu ab alijs viris cordatis, etiam ſipoſtea euadat, & conualuerit, vt probant aliqua iura, [c] ſic intelligenda & reſoluunt Abbas, Baldus, Ripa, & Nauarrus. Vnde cũ hoc veriſimũ ſit aliena à iuris principijs videtur opinio, & ſententia contraria Doctiſsimi Cani, [d] quem ſequuti ſunt Soto, & Couarruuias, exiſtimãtis articulum mortis ſolum illum eſſe à quo quis non euadit. Decipiuntur tamen tantæ autoritatis viri, exiſtimantes longe differre articulum mortis à periculo mortis, cum verius ſit periculũ mortis, prout ſonat moralem quandam certitudinem moriendi idẽ eſſe quod articulus mortis. Et ita intelligenda eſt clauſula Bullæ Cruciatæ, ibi in articulo mortis & omnia priuilegia concedentia eo tempore poteſtatem abſoluendi vt in ſpecie aduertunt Paludanus [e] Decius Antoninus Adrianus, & Syluester, pro quibus Antonius Gomecius in ſua expoſitione Bullæ Cruciatæ [f] conſiderat ſæpe apud Romanos Pontifices vnum pro alio vſurpari, vt videre eſt in ſpecie textus capituli, eos. deſententia excommunicationis in Sexto, vbi mortis articulus in principio poſitus paulo inferius mortis periculum nominatur. Et idem ſatis colligitur ex alijs iuris canonici & decretis. Et hoc idem Doctores vtriuſque iuris exiſtimarunt, prout colligitur ex quadam gloſſa, vbi Felinus, tenent Bartolus & Iaſon.

c c. eos. 22. ð ſent. excommu. in. 6. ca. quod deis eodem titu. Abbas. n. 3. Bald. n. 4. in c. paſtoralis §. præterea. de offi. ordi. Ripa. ð peſt. priui. 10. Naua. in ſumm. de pœnit. d. 5. n. 29. & in manua. ca. 2 n. 8. & ca. 26. n. 26. & 27.

d Cano de pœnit. 5. p. pag. 144. Sot. in. 4. d. 78. q. 4. ar. 4. Coua. in. cap. alma mater. 2. p. §. 11. n. 8.

e Palud. in. 4 d. 27. q. 2. in. 3 caſu Antonin. 3. p. tit. 14. cap. 19. & tit. 14 ca. 47. Adria. de cõfeſſo. n. 134. Syl. v. confeſſ. 146.

f Fo. 85. pag. 2. in fine.

g c. nõ dub. 5. c. ea noſci tur. 13. cap. quid de is 26. c. quãuis 58. de ſentẽ. excom. ca. ſi quis ſuadẽt. diabolo. 1. q. 4 gloſſ. in §. præterea. ca. paſtoralis de offi. ordi. verſi. præter quã vbi Felinus. corol Bart. & Iaſõ n. 27 in. l. 1. ca. de ſacroſanctis Eccleſijs.

Neque prædictis obſtat argumentum eorum, ſcilicet, articulum ſignificare momentum, vt teſtatur Canon. Nam ſatis dicitur eſſe in articulo id eſt in momento mortis qui eſt in periculo aliquo eminente, in quo veriſimiliter mors imminet, & timetur. Et licet non ſit certa, quia, ſcilicet, euadere poteſt, verbi gratia, vt ille qui eſt in naufragio, in bello, in obſidione aliqua latronum, hoſtium ve, in febre aliqua acuta ſeu ingraui infirmitate conſtitutus, & in muliere iam iam paritura, prout tenet Abbas, [h] aut ab extrinſeco, vt in mortis ſupplicio. In his enim caſibus in momento poteſt fieri mors certa, & ita receptum eſt in praxi. Alioquin ſequeretur abſurdum ſi expectanda eſſet mortis certitudo, quod infirmus, ſcilicet, amitteret loquelam, vel incideret in frenefim, vel amentiam, quo tempore neque confeſsio fuiſſet facta, neque abſolutio ſacramentalis eſſet firma, iuxta tradita ab Abulenſe [i] & ab eiſdem Cano, & Soto. Et iuxta hæc ſunt intelligenda reſoluta à Quintiliano, Mandoſio.

h Abb. in. c. quod in te de pœnit. & remiſ.

i Abulenſ. ſup. Matthæum. ca. 16. q. 79. col. vlti. Can. de pœnit 5. p. pag. 128. Soto in 4. d. 18. q. 2. ar 5. col. 5. Mando. de ſignatur. gratiç. tit. cõfeſsional. fol. 111.

AR-

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrùm absolutus virtute dictorum priuilegiorum in articulo mortis teneatur, si non decedat, peccata reseruata iterum superiori confiteri.*

REspondeo dicendo, quod minime tenetur se prælato superiori exhibere, cum semel iam sit virtute dictorum priuilegiorum absolutus. Neque obstat quædam Decretalis [a] vbi videtur contrarium determinari. Nam respondetur, quod in casu illius Decretalis iure extraordinario datur absolutio, vt ab eo qui alias non poterat absolui. Ideo moderamine ibi scripto illius Decretalis autoritate reducitur absolutus in excomunicationem. Secus tamen est in nostra specie. Nam cum in articulo mortis dicti confessores regulares habeant plenam facultatem à Papa absoluendi à quibuscũque reseruatis semel ab eo absolutio præstita valuit, tamquam ab eo, qui pleno iure potuit absoluere, neque tenetur se iterum exhibere superiori, etiam si mortẽ euadat, cum obligatio iam semel extincta amplius nõ reuiuiscat, prout dicitur in iure [b] & hanc opinionem tenet Paludanus. [c]

a c.cos.22.d sent.excom. lib.6.

b c.qui suas e.8 §.area. ff.solut.mar. ca.quæris & ibi glo.vers. cõtrahatur de consecr. d.4.

c Paluda.in 4.d.1.q.1.ar. 2.conclu. 3.

## ARTICVLVS IX.

*Quis ordo debeat seruari in plenaria absolutione in articulo mortis.*

REspondeo dicendo, quod necessarium est, quod dicta absolutio à confessore concedatur. Si enim ipsam non concesserit, minime indulgentiam lucrabitur. Ita affirmat Collector [d] priuilegiorum ordinum Mendicantium. Vbi ait, quod fratres Minores, & alij Mendicãtes in concionibus possunt cõcedere auditoribus tot annos, & dies indulgentiarum, quibus eam indulgentiam minime concedentibus non lucrabitur. Secundo dico, quod hæc indulgentia non debet concedi antequam probabiliter videatur infirmum esse in extremis, sed eo temporis momento debet concedi, quo moraliter credatur ipsum ad minus mortaliter non peccaturum. Si enim ante hoc tempus concedatur potest cõtingere, vt ipsa indulgentia ei non prosit ad pænas peccatorum postea commissorum exoluendas & alia satisfactione indigebit, quam forte intã breui temporis momento non poterit applicare & sic in purgatorio luet pænas. Verum est tamen quod confessores in hoc debent esse nimis circumspecti, & soliciti. Potest enim mors ita repentine & casu obuenire, vt vix prædicta indulgentia concedi possit.

dCollect.in comp.tit.in dulg.in fine materiæ in 2.notabili pag.29.

Aduertendum confessores, quibus verbis indulgentiam concedant. Licet enim in aliquibus confessionalibus proponatur forma absolutionis plenariæ à culpa & pæna & proponatur etiã forma absolutionis ab omni casu etiam pertinente ad Papam concessæ fratribus in agone existentibus autoritate priuilegiorum ordinis: his tamen formis absolutionis minime coarctantur confessores, prout affirmãt Nauarrus [e] & Corduba. Verum est tamen, quod securius est vti dictis formis. Tum, quia aliqui ignorantes confessores concedentes prædictam indulgentiam aliqua adhibebãt contra tenorem concessionũ, dicentes pænitenti in absolutione, *De quibus corde contritus, & ore confessus fueris.* Adhibebãt etiam alia verba, videlicet, *Præter ea, quæ cum confidentia indultorum tuorum cõmisisti.* Quæ verba, prout affirmat Sylvester [f] cõtra mentem suę Sanctitatis apponebantur. Sed quia formæ appositæ non ea breuitate mituntur, qua commode vti possit, securissimum est, quod pænitens petat, vt absoluatur virtute suorũ priuilegiorũ, secundũ suę Sãctitatis intentionẽ. Qua petitione proposita dicat confessor Auctoritate apostolica absoluo te ab omnibus peccatis tuis, in quãtum possum auctoritate Apostolica mihi cõmissa: & restituo te sacramẽtis matris Ecclesiæ, & concedo tibi indulgentiã plenariã quam tibi cõcessam à Domino Papa, si forte nõ morieris, auctoritate apostolica reseruo pro vltimo mortis articulo tuæ. In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Amẽ.

e Nau. in li. 10.notab.30 n.6.idẽ in.c. 26.n.3. Cor. de indulgẽ. q.38.

f Syl.tit.in dulg.q.10.p. 5.

## ARTICVLVS X.

*Vtrùm in aliquibus festiuitatibus possit fratribus indulgẽtia plenaria cõcedi.*

REspõdeo dicẽdo, quod Syxtus quartus *Concessit, quod fratres seu monachi carthusienses possint eligere confessorem idoneum dicti ordinis solũ modo, qui eos*

semel

*semel in anno in festiuitate Natiuitatis Beatæ Mariæ Virginis ab omnibus, & singulis peccatis suis etiam Sedi Apostolicæ reseruatis plenarie absoluere valeat in perpetuum.* Ita habetur in cōpendio [a] Mendicantiū. Item Leo Decimus concessit, *Licentiam ac facultatem omnibus Monialibus Sanctæ Clarę & ancillis Beatæ Virginis, vt quater in anno possint se à suis superioribus, siue confessoribus, aut alijs fratribus de ordine fratrum Minorum deputatis facere absolui ab omnibus peccatis suis, qualitercunque commissis, ac similiter absolui vel potius dispensari ab omnibus ac singulis votis exceptis substantialibus emissis in earum professione, quæ solent fœminea leuitate pro qualibet minima necessitate omitti. Ita tamen quod nulli ipsarū hæc gratia suffragetur, si confisæ de ipsa aliquid attē tarent cōmittere, quod oculis diuinæ maiestatis earum violando professionem offenderent. Et insuper placuit suæ Sanctitati de benignitate Apostolicæ pietatis concedere facultatem earum cōfessoribus de licentia prælatorum eas dem audientibus, quod ea plenitudine eas absoluant & illi statui innocentiæ restituant, qua Sanctitas sua faceret, si ipsamet in confessione auscultaret peccata. Et quod post hac autoritate Apostolica omnibus & singulis sanctam benedictionem impartiantur nomine Sanctitatis suæ,*

a Compen. mend. tit. absolut. extraordinaria quoad fratres in. a. im prel. § 12.

Ita habetur in supplemēto. [b] Et idē Leo X. *Concessit prædictis monialibus Sanctæ Clarę sub cura fratrum Minorum obseruantiæ existentibus, vt in omnibus solennitatibus Domini Sabbaoth, & Virginis Mariæ, ac omnium Sanctorum & S. patris nostri Frācisci, & S. Clarę possint confessores earū in absolutionibus suarū cōfessionum eas plenariè absoluere & pœnitētiā salutarē iniūgere.*

b In supple. fol. 93. concel. 290.

Ita habetur in supplemento ordinis. [c] Et idem Leo X. *Cōcessit ancillis & sororibus ordinis B. Mariæ Virginis sub regimine fratrum Minorum obseruantiæ existentibus vt in omnibus solēnitatibus Dñi Sabbaoth, & Beatæ Mariæ Virginis & Petri & Pauli, & S. Frācisci omniumq; sanctorum atq; per totam maiorē hebdomadam cōfessores earum quicūque fuerint, siue ordinariè à prælatis deputati, siue aliter (dūmodo eas audiant de cōsensu suorū prælatorū) possint in absolutionibus earum à peccatis suis eas plenarie absoluere ac pœnitētiam salutarem*

c Fol 42. cōcel. 132.

*rem iniungere. Quo verò ad fratres prius suorum superiorum & eorum curam gerentium licentia & assensu habitis.* Ita habetur in eodem supplemento. a

a fol.43.cō. cel 137.

Et idem Leo Decimus finaliter, *Concessit fratribus Minoribus regularis obseruantiæ, quod semel in quolibet anno vltra alias indulgentias, quas à sede Apostolica habent possint plenariè absolui & indulgentiam plenariam consequi in festo Sanctæ Catherinæ Virginis & Martyris.* Ita habetur in eodem supplemento. b

b fol.94.cō. cel.299.

Ex his omnibus concessionibus colligitur summariè quod fratres Minores & Moniales S. Claræ ac Tertij ordinis sub obedientia fratrum Minorum degētes possunt absolui ab omnibus peccatis & cēsuris plenariè semel in vita, & in articulo mortis; item quater in anno diebus, quibus maluerint, & in festis Domini Sabbaoth, & Beatę Virginis Mariæ, omniumque Sanctorum, & Apostolorum Petri & Pauli, ac S. Francisci, Sanctæ Claræ, Sanctæ Catherinæ, & per totam maiorem hebdomadam, de consensu tamen suorum prælatorum.

Circa quod est notandum, quod alij Religiosi Mendicantes & alij suorum priuilegiorum communicantes, possunt similiter his absolutionibus absolui, præter quam in absolutionibus Beati Patris nostri Francisci, & Sanctæ Claræ. Loco tamen istarū duarum absolutionum possunt dicti Religiosi absolui in diebus festiuitatum suorum Patronorum. Verbi gratia, fratres Prædicatores possunt absolui plenarie in die Sancti Dominici & Sanctæ Catherinæ de Senis. Et fratres Augustinienses possunt absolui in diebus Diui Augustini & Sanctæ Monicæ. Quod enim pro nostris festiuitatibus nobis concessum est illis pro suis est etiam indultum, prout supra allegando concessionem quandam Iulij Secundi diximus in quæstione de communicatione priuilegiorum.

## ARTICVLVS XI.

### *Vtrùm Religiosi possint frui absolutionibus plenarijs à Leone Decimo concessis sine licentia suorum prælatorum.*

REspondeo dicendo, quod Collector c priuilegiorum Mendicantium tenet nonnullos fratres decipi credendo, quod possint eis vti absque licentia suorū superiorum. Pro cuius rei intelligentia est aduertendum, quod in omnibus ipsis vltima duntaxat excepta, quæ est pro die Sanctæ Catherinæ Virginis & Martyris semper positum est à Summo Pontifice, quod solum possint fratres & Moniales sic plenarie absolui à prælatis suis, vel à confessoribus per eos deputatis seu de licentia eorundē. Sed ad omnē ambiguitatē circa hoc tollendā, quod, scilicet, absq; licētia superiorū, & nō quorūcunq;, sed saltem prouincialiū, nō potest quis præfatis absolutionibus plenarijs gaudere quoad casus reseruatos, notanda est ac menti commendanda quædam clausula in tabula congregationis generalis ordinis Minorum de obseruantia Burdegalensis posita tenoris subsequentis.

c Collect. in comp. tit. ab solutio. extraord. quoad frat. iuxta finem.

*Vt fratribus iuxta regulæ puritatē maior recipiendi sacramentū pœnitentiæ tribuatur occasio, Reuerēdissimus Pater Minister generalis tā quoad fratres, quam quoad moniales reuocat omnes gratias, facultates, confessionalia, & indulgentias & quaslibet literas subquacunque verborum forma, etiam à Sede Apostolica concessas, siue vigore Bullæ Cruciatæ, vel fabricæ Sancti Petri de Vrbe, aut quorumlibet confraternitatum in quātum sunt in præiudicium casuū ministris reseruatorum, declarando*

esse

*esse contra sanctissimi Domini Papæ voluntatem, tam fratres, quam sorores vti præfatis gratijs quoad confessiones faciendas de casibus prædictis, aut contra instituta ordinis, aut prouincialium ministrorum quouismodo sit, etiam irritum esse, & inane quidquid alias fuerit attentatũ: & hoc vigore cuiusdam Breuis præmissorũ declaratorij ab Alexãdro Papa olim cõcessi, & Breuis specialis Leonis X. reuerẽdissimo patri ministro generali missi, & in hoc capitulo publicati.*

Circa prædictam opinionem Collectoris aduertit Cordubà, [a] quod quoad lucrandum indulgentias, & similiter quoad absolutiones à censuris, secundum quod conceditur in ipsis priuilegijs quoad hoc, saltem in foro cõscientiæ bene possunt fratres vti præfatis concessionibus sine licentia suorũ prælatorum, non autem quoad absolutionem à casibus reseruatis prouincialibus in ordine Minorũ: quia sic declarauit Reuerẽdissimus pater frater Franciscus de Angelis Minister generalis in Capitulo prouinciali prouinciæ Castellæ Toleti celebrato anno Dñi millesimo quingentesimo vigesimo quarto, præsente ipso patre Cordubà: dicens, quod sic erant intelligendæ concessiones præfatæ. Quod confirmatur ex quadã concessione Leonis Decimi, de qua in supplemento ordinis. In qua Leo Decimus,

*Prohibuit, & declarauit, quod nullius fratrũ Minorũ regularis obseruãtiæ possit accipere Bullas Cruciatæ, seu alias indulgentias generales concessas, aut concedendas, vt possit vti gratijs ibi cõtẽtis (vtpote cõtra regularia ordinis instituta, confiteri quibuscunq; sacerdotibus, & absolui à casibus reseruatis, & in diebus iuniorũ mãducare lacticinia, & facere alia, quæ non decet religiosos tam altæ & strictæ professionis) nisi solũ ob aliquã necessitatem particularẽ, pro qua prædictæ obseruantiæ auctoritas nõ esset concessa. Et tunc examinata huiusmodi necessitate à generali vel prouincialibus, aut custodibus, ac de eorũ expressa licentia & in scriptis habita.* Qui Leo Decimus postea, *Prohibuit sub excõmunicationis latæ sentẽtiæ pœna, ne fratres prædicti, aut moniales Sãctæ Claræ seu tertiæ regulæ vtantur vllo modo gratijs, indulgẽtijs, libertatibus immunitatibus bullarum Cruciatæ, seu aliarum cõsimiliũ quouis quæsito colore contra obediẽtiã ordinis, & absq; speciali licẽtia suorum superiorum.*

Ita continetur in eodem supplemento. [b] Confirmatur item: quia Gregorius Tertius decimus in literis Apostolicis, prout refertur in Compendio [c] Societatis, *Declarauit non esse neque fore vnquam mentis suæ, aut Sedis Apostolicæ, vt personæ Societatis absq; expressa superioris eiusdẽ Societatis licentia vtantur facultatibus, quæ in Iubileis, Bullis Cruciatæ, confessionalibus aut alijs quibusuis Apostolicis indultis*

[a] Cordu. in addit. ad cõpendiũ vbi supr.

[b] Suppl. fol. 48. cõcel. 144

[c] Compẽ. Societatis. tit. ablolut. §. 11

*dultis, quæ communitatibus, aut priuatis personis, aut pijs locis quomodocunque aliter hucusque concessa sunt, aut in posterum cõcedentur, etiam si in illis expresse indulgeatur, vt omnes regulares, etiam Mendicantes eiusmodi facultatibus vti possint.* Et Syxtus IIII. anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo secũdo Põtificatus sui anno duodecimo calendis Februarij id ipsum cõcessit ordini D.Hieronymi, vt in eius cõpẽdio [a] cõtinetur. Quarũ aliqua licet hodie in religionibus aliquibus non seruentur propter suspensionem bullarum Cruciatæ, nostram tamen sententiam maximè confirmant.

a Comp. D. Hieron. tit. confessiona le.§.1.

## ARTICVLVS XII.

### *An virtute dictarum concessionum Leonis Decimi possint confessores absoluere fratres à censuris & irregularitatibus, & à casibus Papæ reseruatis.*

REspondeo dicẽdo, quod virtute primæ concessionis Leonis X. quatuor absolutiones plenarias cõcedentis nõ possum mihi persuadere ipsos confessores à casibus Papæ reseruatis, & percõsequens ab excõmunicationibus ipsi reseruatis nõ posse absoluere Religiosos, cum in ea indulgeatur, quod ea plenitudine eos possint absoluere, & illi statui innocentiæ restituere qua sanctitas sua faceret, si ipsamet in confessione auscultaret peccata. Quæ verba maximam habent emphasim, & efficaciam tantam, vt auderem dicere virtute dictarum absolutionum religiosos contritos, & debite confessos non solum liberari ab omni culpa, sed etiam ab omni pœna pro peccatis debita. Hoc enim significat status innocentiæ, cui per absolutiones ipsi restituuntur. Quantũ vero ad absolutiones aliarũ festiuitatum præter absolutionem in die Sanctæ Catherinæ Virginis, & Martyris, nolo præcipitare sententiam, dicendo virtute earum indulgentiam pœnarum plenariam ipsos absolutos consequi posse, cum in his dicatur, quod imponatur ipsis pœnitentia salutaris; quæ verba aliqualiter denotant indulgentiam plenariam omnium peccatorum in ipsis minimè concedi. Quantum vero ad absolutionem & dispensationem irregularitatis in ea sententia sum, saluo semper iudicio alterius melius sentientis, quod virtute dictarum concessionum minimè possunt confessores dispensare in irregularitatibus, cum in eis nulla fiat mentio de absolutione, & dispensatione, & censuris; & sit opinio doctissimorum virorum, quod, etiam si concedatur absolutio & dispensatio à censuris in aliquibus Bullis, aut priuilegijs, non censetur concessa dispensatio ab irregularitate, contracta ratione alicuius peccati, cum irregularitas non sit censura, prout tenet Gambarus, [b] Soto, Nauarrus & Enriquez, quos sequitur doctissimus Sahagun. Quam opinionem ego modo sequor, & in nostra confessorum summa secutus sum, videns Summos Pontifices in Iubileis, quæ modo concedunt declarare, non esse suæ intentionis, quod confessores virtute ipsorum in irregularitate procedente ex delicto occulto dispensent. Quod expressius præcipit sanctissimus Dominus noster Clemens Octauus in Iubileo, quod publicare fecit anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo septimo. Et hoc est tenendum. Licet nouissime Gutierrez in noua impressione Canonicarum quæstionum in sua antiqua opinione contrarium dixerit, respondens ad argumentum suprapositum, scilicet, quod irregularitas, quæ nascitur ex delicto occulto, verbi gratia, quando aliquis excommunicatus suspensus, vel interdictus celebrat, est effectus censuræ, quoniã à censura originem suam ducit. Quæ responsio mihi non placet tanti viri autoritate semper salua. Licet enim à censura originem trahat irregularitas, tamen est, prout tradunt Ioannes [c] Andreas, & Panormitanus, & communiter Doctores. Aduerte tamen, quod, licet dicti fratres virtute dictorum priuilegiorum non possint dispensare in irregularitatibus, attentis tamen alijs possunt dispensare, prout articulo sequenti disputabimus.

b Gamb. li. 10.n.415.Sotus.li.5.d iusti.q.1.ar.4. col.4.Naua. c.27.nu.174. & nu.134 & consi. 606.2 col.Henriq. lib.7. de indulg.c.13.n. 6. Sahagun in.c.at si clerici.§.de adult.n. 122. de iudicijs.

c Ioan.And. & Panor.in c.2.de clerico.excõmu. ministrant.

AR-

## ARTICVLVS XIII.

*Vtrùm possint confessores dispensare cum fratribus in irregularitatibus.*

RESpondeo dicendo, *Confessores per suos prælatos deputatos, & pro tempore deputandos posse semel in vita dispensare super quibuscunque irregularitatibus, & inhabilitatibus quo vis modo cõtractis in omnibus, & singulis, etiam Sedi Apostolicæ specialiter & expresse reseruatis (bigamiæ, homicidij voluntarij, mutilationis membri casibus duntaxat exceptis) semel dispensare, ac eos habilitare, vt non promoti ad omnes sacros ordines, & missarum celebrationem promoueri possint & ipsi promoti in eisdem ministrare valeant, & quod adquascunque dignitates administrationes & officia ordinũ (etiã si curam habeant animarum) recipi, illisque perfici, & assumi Apostolica autoritate valeant & possint. Et voluit Eugenius Quartus, quod si prædictas censuras vel earum aliquam ignoranter, vel inaduertenter incurrere cõtigerit, à talibus prælati & confessores prædicti quoties opus fuerit, & opportunũ absoluere, ac super irregularitatem, vel irregularitatibus ex talibus censuris postea celebrando, vel prædicando, vel diuinis se immiscẽdo, vel alias contracta, vel contractis quoties opus fuerit, vt similiter dispensare autoritate prædicta valeant.* Ita habetur in Monumentis [a] ordinum.

Circa quam concessionem primo est notandum, quod videtur sibimet ipsi contrariari. Primo enim generaliter cõcedit, quod prædicti cõfessores possint dispẽsare in quibuscũq; irregularitatibus & inhabilitatibus quouis modo contractis. Et in fine dicit, quod possint dispẽsare in irregularitatibus ortis propter censuras ignoranter, vel inaduertenter incursas. Quæ modificatio nõ cõsonat, neq; congruit cũ generalitate prædictorum verborum, ibi, *Quouis modo contractis.* Quæ verba denotant habere supradictos confessores autoritatem ad dispensandum in omnibus irregularitatibus (exceptis tribus ibi appositis) etiam si à cẽsuris inaduertenter & temerariè contractis originẽtur. At huic difficultati respondeo, quod Eugenius Quartus concesit, vt semel in vita possint confessores dispensare in omni irregularitate (exceptis illis tribus) quouis modo contracta. At in fine amplians suam cõcessionem ait, quod non semel in vita, sed quoties opus fuerit, possit dispensare in irregularitatibus tantum originem trahentibus à censuris ignoranter, vel inaduertentercontractis.

Secundo est notandum, quod licet Eugenius Quartus supradictam concessionem fecerit fratribus Minoribus de obseruantia prouinciarum Regni Castellæ, postea tamen Pius Secundus eam concessionem ad totam familiam extendit, prout patet ex dictis in hoc primo tomo in quæstione de communicatione priuilegiorum.

Tertio est notandum, quod ad gaudendũ supradicta concessione voluit Dñs Papa, *Quod singuli prædictorum qui sufficientis literaturæ fuerint per vnum annũ à tẽpore, quo concessione huiusmodi gaudere voluerint*

[a] In 1. impr. fol. 61. & in 2. fol. 64. cõcel. 85.

*rint singulis septimanis (impedimento cessante legitimo) semel septem Psalmos pœnitentiales cum litania recitent, siue legant: alij vero non sufficienter literati alias orationes iuxta confessorum suorũ arbitrium, prout animarum suarum saluti viſum fuerit dicere teneantur. Et quod si forte impedimento detenti in dictis anno, & septimanis orationes prædictas commode dicere non potuerint, vel ex inaduertentia, aut obliuione omiserint, ex tunc alia septimana sequentis anni supplere teneantur.* Ita habetur in Monumentis [a] ordinum.

a In 1. impreſſ. fo. 62. & in 2. folio 65. conceſſ. 86.

Aduertendum tamen, quod idem Eugenius Quartus Pontificatus sui anno decimo tertio, decimo quinto kalendas Nouembris *Confessoribus deputatis, vel deputandis in monasterio Sanctæ Mariæ de Guadalupe concesit, vt possint autoritate Apostolica dispensare cum fratribus professis, conuersis, nouitijs perpetuo oblatis, & donatis super quibuscunque irregularitatibus eo modo, quo concessum est supra ab eode Eugenio Quarto confessoribus Minorum, vt scilicet, semel in vita possint dispensare in omnibus irregularitatibus quocunque modo contractis, exceptis tribus: & possint etiam dispensare quoties opus fuerit in omnibus irregularitatibus & censuris inaduertenter & ignoranter incursis.* Prout affertur in Compendio Diui Hieronymi. Qui Eugenius Quartus in ea facultate non posuit onus dicendi dictas litanias. Et sic per communicationem confessores ordinum Mendicantium habent id ipsum priuilegium. Licet enim tantum confessoribus Sanctæ Mariæ de Guadalupe pro fratribus eiusdē monasterij fuerit primo concessum; postea tamen per Pium Quartum, & Pium Quintũ fuit ad omnia ordinis monasteria deriuatum; cum ad petitionem inuictissimi Regis Philippi Secũdi omnia priuilegia vni monasterio dicti ordinis concessa ad omnia alia eiusdem ordinis per dictos Summos Pontifices fuerint extensa, secundum ea, quæ latè diximus in hoc primo tomo de communicatione priuilegiorum. Vnde cum sit priuilegium totius ordinis alijs ordinibus habentibus participationem suorum priuilegiorum communicatur.

Aduertendum insuper, quod confessores ordinis Minorum de obseruantia possunt in articulo mortis dispensare cum fratribus in omnibus irregularitatibus, si quas forte cõtraxerint exceptis tribus primo oppositis, prout cõcessit Sixtus IIII. & habetur in Monumentis [b] & in Supplemento. Sed omnes istæ cõcessiones suas limitationes habent, & onera: ideò oportet, vt ad aliam ampliorem deueniamus. Et sic dico, *Quod per priuilegium Sancti Hieronymi in Hispania potest quilibet Mendicantium semel in vita dispensare in foro conscientiæ à confessario per superiorem deputato super irregularitate quacunque occasione contracta.* Et ait Collector Compendij Societatis [c], quod ita habetur in libro priuilegiorum dicti ordinis, titulo duodecimo, folio trigesimo sexto. Circa quam concessionem aduertit dictus Collector, quod communicatur omnibus superioribus, & alijs confessarijs, quibus ipsi eam commiserint, præter quam in bigamia, in mortè, in membrorum obtruncatione, & enormi sanguinis effusione: quę proposito generali reseruantur. Et loquitur collector secundum Societatis constitutiones, & literas Apostolicas, quibus vsum priuilegiorum potest generalis limitare. At in alijs Religionibus, vbi generales dicta concessione minimè vtuntur, quilibet confessarius per superiorem deputatus potest in his dispensare in foro conscientiæ. Verum tamen est, quod non debent prælati hoc committere, nisi viris doctis & circunspectis.

b In monument. in 1. impreſ. fol. 64. conceſſ. 13. & in Supplem. fo. 99. conceſ. 341.

c Compen. Societ. titu. diſpenſat. §. 6.

Aduertit deinde, quod per Concilium Tridentinũ [d] videtur sublata facultas confessarijs dispensãdi in irregularitate proueniente ex homicidio volũtario, sed quod possumus in foro conscientiæ vti hoc modo, cum in foro conscientiæ sint nostra

d Seſſ. 14. de reform. cap. 7.

priuilegia contraria Concilio Tridentino, iam à Pio Quinto reualidata. Sed ego puto hoc priuilegium non derogari per concilium, cum tantum loquatur de Episcopis, quibus non committit dispensationem irregularitatis homicidij voluntarij. Nos autem hic loquimur de prælatis regularibus, qui erga suos subditos maiorem habent autoritatem, quam Episcopi. Sed alia generalior suo modo est concessio, de qua in superioribus egimus mentionem, qua Sixtus Quartus *Concessit omnibus fratribus Minoribus præsentibus & futuris, tam professis, quam nouitijs, qui tamen habēt propositum profitendi, necnon famulis, & seruitoribus prædictorum, & monialium Sanctæ Clarę, & Tertiariarū & Tertiarijs, vt quilibet eorum possit semel eligere confessorem de eiusmodi obseruantia, qui audita eius confessione dispenset cum eis in omnibus irregularitatibus, si quas forte contraxerint homicidio voluntario, & mutilatione membri semper exceptis.*

Circa quam concessionem aduertit Collector [a] Compendij Mendicantium, quod licet Sixtus Quartus non excipit in eo irregularitatem ex bigamia prouenientem, tamē pro excepta debet semper haberi: quia est grauior reliquis ad dispensandum: & quia idem Pius Quartus in quodam indulto facto prælatis ordinis Minimorū ad dispensandum cum fratribus excepit bigamiam; prout habetur in eisdem ordinis Monumentis. [b] Vnde cum prælatis ad dispensandum cum bigamis negat facultatem, credendum est à fortiori eam confessarijs in hac concessione negasse.

[a] Collector tit. absolut. extraordin. quoad fratres. §. 5.

[b] In 1. impress. fol. 61. & in 2. fol. 144. concess. 252.

(ii)

## QVÆSTIO LXIII.

De confessarijs, quo ad facultatem dispensandi in impedimētis, & in votis, & in ipsa commutandi, in octo articulos diuisa.

*Circa quam quæruntur octo.*

1 *Vtrùm confessores Mendicantes possint dispensare ad petitionem debiti cum incestuosis.*
2 *Vtrùm confessores Mēdicantes possint dispensare cum coniugatis voto castitatis astrictis vt possint petere debitum.*
3 *Vtrùm confessores Regulares possint in sæcularium votis dispensare.*
4 *Vtrùm cōfessores Regulares possint commutare vota sæcularium.*
5 *Vtrùm prædicti Regulares possint cōmutare iuramenta, & in ipsis dispensare.*
6 *Vtrùm confessores Regulares possint dispensare & commutare vota Episcopis iure speciali reseruata.*
7 *Vtrùm virtute dictorum priuilegiorum possint regulares cōmutare & dispensare vota pœnalia.*
8 *Vtrùm confessores Mēdicantes possint aperire literas domini Papæ, & iuxta earum tenorem dispensare, vt Magistri in Theologia.*

## ARTICVLVS I.

*Vtrùm confessores Mendicantes possint dispensare ad petitionem debiti cum incestuosis.*

Respon-

REspondeo dicendo, quod secundum ius cõmune & consuetudinem dispensatio horum casuũ Ordinarijs reseruatur, secũdum ea, quæ tradit Nauarrus; [a] at confessores Minorum regularis obseruantiæ cum licentia suorum Prouincialium possunt dispensare cum impeditis causa copulæ carnalis mariti cum cõsanguinea vxoris intra quartum gradum, vel consanguinei mariti cum sua vxore: & hoc per declarationem quandam à Iulio Secundo factam concessioni Martini V. Benedictinis Patribus, & per aliam Pij V. viuæ vocis oraculo habitam à reuerendo patre Fratre Ioanne de Aguilera, Commissario generali curiæ Romanæ, regularis obseruantiæ, vigesimo septimo die Septembris, anno Dñi millesimo quingentesimo septuagesimo nono, cuius tenor sequitur: *Possunt dicti confessarij, si sint viri docti, & iuxta formam concilij Tridentini approbati ex commissione Prouincialis dispensare in foro conscientiæ ad petendum debitum cum his qui consanguineum, vel consanguineam sui coniugis post matrimonium carnaliter cognouerunt.* Ita refertur in compendio Societatis Iesu; [b] & huius concessionis testimonium dat Veracruz [c] in speculo cõiugatorum, & doctissimus Palatius.

Circa quod est notandum, quod post cõcilium Tridentinum hoc priuilegium non est necessarium, quando fuerit copula carnalis inter consanguineos extra secundum gradum. Quia cum ex huiusmodi copula affinitas non contrahiatur inter coniugatos, non versatur aliquod impedimentum: & per consequens possunt coniuges petere debitum absque alia dispensatione. In quam opinionem inclinat Veracruz [d] in suo speculo coniugatorum: quam sequitur nouissime Gutierrez. Et in hanc sententiam inclinat Nauarrus; & eam tenent multi Theologi, & Iurisperiti: & est longe probabilior quam contraria aliquorum Theologorum, & Iurisperitorum, secundum Petrum Ledesmium. Eandem sententiam tanquam manifestam ex decreto concilij Tridentini sequitur & probat Bibaldus in Candelabro aureo, dum agit de Sacramento matrimonij, addens, quod ita consulti tenuerunt magistri Salmanticæ, & Compluti, & Guerrero Archiepiscopus Granatensis. Et eandem opinionem sequitur Blancus Archiepiscopus Compostellæ. Et probatur nostra sententia: Maritus enim cognoscens cõsanguineam vxoris suę extra secundum gradũ non prohibetur petere debitum ratione incestus præcise, si enim ratione incestus præcise prohiberetur petere debitum prohiberetur etiã illud petere cognoscendo aliquã suam consanguineã: verbi gratia matrẽ aut sororem suam: hoc autem nullo iure diffinitur: ergo prohibetur ratione affinitatis, quæ cõtrahitur ratione incestus cognoscẽdo aliquam cõsanguineã vxoris suæ. Hæc autem affinitas secundum decretum concilij [e] Tridentini non contrahitur, nisi quando maritus cognoscit consanguineam vxoris suæ in primo, aut secũdo gradu. Nec obstat, quod in dicto concilio Tridentino solum diffiniatur contrahi affinitatem propter copulam fornicariam intra primũ & secundum gradum, ad effectum dirimẽdi matrimonium, & non dicitur ibi, extra dictos gradus non contrahi affinitatem ad effectũ non petendi debitũ. Nam respondeo, quod si non contrahitur affinitas per copulã fornicariam extra secundum gradum: ergo cõcilium Tridentinum concedit marito facultatem ad petendum debitum in isto casu, cũ impedimẽtum ad petẽdũ debitum non nascatur ex incestu præcise, sed ex affinitate contracta in incestu, quæ extra secundum gradũ, vt supponitur minime contrahitur, prout in dicto concilio diffinitur.

Ex dictis infertur, quod non sufficit habere copulam carnalem cum consanguinea in primo, aut secundo gradu vxoris suæ, ad hoc vt quis prohibeatur petere debitũ: sed est necessarium, quod in ea copula recipiatur semen intra vas naturale. Si enim nõ effunditur neq; recipitur semẽ, minime ex ea copula contrahitur affinitas. Et sic licet contrahatur incestus, cum non contrahatur affinitas, non nascitur prædictum impedimẽtum, cum nõ originetur ex incestu præcise, sed ex incestu, ratione cuius contrahitur affinitas.

nota istum locum

## ARTICVLVS II.

*Vtrùm confessores Mendicantes possint dispensare cũ coniugatis voto castitatis astrictis, vt possint petere debitum.*



a Nauar. in Man. c. 22. n. 74. 71. & 85.

b in comp. Soci. tit. dispensa. §. 8.

c Veracr. in specu. ar. 21. de impedi. in cest. in fi. Pala. in 4. d. 22. disp. 2.

d Veracr. in suo spec. cõiug. ar. 21. de impedi. affini. in fin. pa. 77. & 78. Gutie. li. 1. canonic. qq. c. 23 circa fin. Naua. li. 4 cõsi. de cõsan. & affini. cosi. 3 n. 3. & 4. Ledes. in additio. ad 3. p. q 55. n. 3. pag. 418. vers. circa istã dubitat. Candel. aure. tit. de affin. n. 209. Blan. in Sũma ꝺ aduertẽ de curas in 5. p. fo. 334. pagi. 2.

e Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 4.

RESpõdeo dicẽdo, quòd ille, qui post votum castitatis emissum contraxit matrimonium, minimè ab vxore sua debitũ petere potest, prout resoluit D. Tho. [a] & tradit Sotus, & Ledesma. Et cum eis potest dispensare Episcopus; & possunt etiam dispensare fratres Minores ad petendũ debitum, si ad hoc fuerint à suis prouincialibus deputati; & ad confessiones secularium, iuxta formam Concilij Tridentini fuerint approbati, iuxta concessionem Pij V. factã ipsis vigesimo octauo Octobris, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo nono, prout refertur in Compendio [b] Societatis. Et huius concessionis dat testimonium Veracruz in suo compendio cõiugatorum. Et ait doctissimus Palacius, ad eius aures peruenisse, fratres Minores hanc gratiam fuisse à Sede Apostolica consequutos. Circa quam cõcessionem est notandũ, quod licet Episcopus possit dispensare cum coniugatis, qui post matrimonium contractum consensu vtriusq; continentiam præmiserunt, vt, scilicet, possint petere debitũ; non tamen dicti fratres neque alij Mendicantes possunt dispensare in hoc casu. Quia facultas impetrata à patre fratre Ioanne de Aguilera tantum fuit pro illis, qui ante matrimonium contractum votum simplex castitatis emiserũt: non tamẽ de illis, qui post contractum matrimoniũ votum continẽtię fecerunt, prout annotaui in nostra Sũma [c] confessorum. Debent tamen aduertere confessarij illis, cum quibus dispensauerunt, vt possint petere debitum, non obstante voto castitatis, quod ante matrimoniũ contractũ emiserunt; vt si alter eorum moriatur, superstes, qui dictũ votum emisit, cum sua remanet obligatione, videlicet, quod non potest cõtrahere matrimoniũ, sine peccato, & post contractũ minimè potest debitũ petere, sine noua dispensatione Episcopi, aut confessoris ordinũ Mendicantium ab Ordinario approbati, & à suo prouinciale ad hoc specialiter deputati.

Aduertãt insuper, quòd in casu posterioris articuli, & in casu huius articuli, non possunt sine causa dispensare. Causa autem legitima ad dispensandũ erit, quando coniuges non possunt se continere.

[a] D. Thom. 2.2.q. 88.ar. 3. Soto. in 4. dist. 3. q. 2. ar. 1. Ledes. in 4. diffic. 32.

[b] In comp. Societa. tit. dispẽs. §. 10. speculũ cõiugator. art. 15. de simplici voto fol. 102. Palac. in 4. disput. 2. pag. 722.

[c] In 1. tom. cap. 238 concluſ. 14 pag. 680.

(*c*)

## ARTICVLVS III.

### *Vtrùm confessores Regulares possint in sæcularium votis dispensare.*

RESpondeo dicendo, q̃ Eugenius IIII. *Concessit monachis congregationis Sancti Benedicti ad audiendas confessiones deputatis ab ipsorum prælatis, vt vota omnia permutare, ac in omnibus ac singulis casibus etiam ordinarijs, aut per synodales, vel prouinciales cõstitutiones reseruatis, cum sibi confessis dispensare, præter eas censuras, & pœnas, vota, & casus, de quibus esset merito sedes Apostolica consulenda.* Hæc concessio refertur à Collectore priuilegiorum Mendicãtium. Sed si bene inspiciatur, non dat facultatem tunc ad dispensandum, sed ad commutandum vota: ideò ad alias concessiones properemus.

Item Innocentius VIII. *Concessit, quod confessores ordinis Minorum regularis obseruantiæ præsentati secũdum formã, quam ipse tradidit, & approbauit possint dispensare in omnibus votis, in quibus possunt Episcopi, exceptis votis peregrinationis vltra duas dietas.* Ita habetur in Monumentis [d] ordinum, & in Supplemento: circa quã concessionẽ est aduertendum, quod licet restringatur ad formã præsentationis, quã ipsemet Innocentius addidit, sentit Nauarrus [e] debere extendi ad cõfessarios regulares Mendicantes legitimè præsentatos. Sed hæc concessio nimis stricta est. Primo quia non cõcedit, vt confessores possint dispensare in omnibus votis Ordinario reseruatis. Secundo, quia concedit hoc non omnibus confessarijs legitimè approbatis; sed cõfessarijs approbatis secundũ formã traditam ab ipso Innocentio: quorũ approbatio non erat perpetua, sed tantum per annum durabat. Et ideò nimirũ si talis concessio ipsis cõfessoribus facta fuerit, quę ad alios confessarios, quorum præsentatio & approbatio semel facta est perpetua, minimè videtur posse extendi: ideò ad alias cõcessiones ampliores deueniendum est. Pro quo

[d] In 1. impres. fol. 65. & in 2. fol. 69. concess. 155. & in supplem. fo. 98. concess. 33.

[e] Nauar. in man. c. 12. n. 80.

quo est aduertendū primo, quod Eugenius IIII. concesit *Confessoribus deputatis, & deputandis à Priore siue præsidente monasterij Sancti Benedicti Vallisoleti ad ipsius prioris, vel præsidentis ad nutū reuocandis quorūcunq; vtriusq; sexus fidelium ad dictum monasterium, seu ipsius Ecclesiam quacunq; ex causa pro tempore confluentium commorantiū, siue existentiū cuiuscunq; gradus existant, confessiones diligenter audire, ac cum eis & eorum quolibet dispēsare super votis etiam Episcopo reseruatis, & ea commutare in alia pietatis opera toties, quoties deuotioni prædictorū videbitur expedire nō obstātibus quibuscunq; in contrariū.* Ita refertur in Compendio Mendicantiū. [a]

[a] Compen. Mendic. in 2. impres. ti. absolu. quo ad sæcular. 2. §. 16.

Sed hæc concesio habet quandam restrictionem, prout aduertit Collector, & patet ex litera. Non enim virtute eius potest fieri commutatio, neq; dispensatio votorū extra monasteriū Sancti Benedicti Vallisoleti, & per cōmunicationem non potest fieri, nisi in monasterijs illius ordinis, & aliarum, ideo ad aliam ampliorem concesionem recurrere oportet.

[b] Compen. Societa. tit. de pœnitēt. §. 10.

Pro quo est notandū, vt refertur in compendio [b] Societatis IESV, *Quod per facultatem Benedictinis cōcessam à Martino V. possunt confessores Mendicantes approbati ab Ordinario dispensare in votis etiam Episcopo reseruatis.* Et affirmat hoc haberi in Compendio Benedictinorum Vallisoleti, pagina quadragesima quinta, & sequenti. Et in Compendio priuilegiorum Sancti Hieronymi [c] habetur, quod possunt etiam confessores Mendicantes & alij priuilegijs eorum gaudentes, cum omnibus super votis Episcopo reseruatis quoties opportunum fuerit dispensare. Et refertur ita concessum esse per Eugenium Quartum congregationi Sancti Benedicti Hispaniæ numero vigesimo tertio in illius compendio priuilegiorum.

[c] Compen. D. Hieronymi tit. dispē sat. in sacrament. pœnitent. per cō municatiō nē § 3.

* * *

## ARTICVLVS. IIII.

### *Vtrùm possint commutare vota sæcularium, dicti confessores Regulares.*

REspondeo dicendo, quòd confessarij Mendicantes possunt cōmutare omnia vota exceptis vltramarinis, & Petri, & Pauli de Vrbe, Sancti Iacobi in Compostella, castitatis & religionis. Ita refertur in Compendio [d] Societatis IESV fuisse concessum à Paulo Tertio ipsius Societatis cōfessoribus legitime approbatis. Quod indultum ego vidi sub sigillo authentico in collegio eiusdem Societatis ciuitatis Valentinæ. Et refertur in eodem cōpendio, quod supradictam facultatem cum eadem exceptione extendit Gregorius Tertius Decimus ad vota iurata, dum modo, commutatio non fiat in præiudicium tertij. Non erit autem præiudiciū tertij, si quis voueat, aut iuret Deo dare calicē huic monasterio. Potest enim ex commutatione Episcopi alteri monasterio, aut pio operi applicare, vt cum communi tenet Nauarrus. Quia in hoc casu non est ius quæsitum monasterio; sed Deo; & potest Dei vicarius moderare restitutionem Deo debitam, non vero ita potest moderare restitutionem debitam homini prout aduertit Paludanus.

[d] Compen. Societ. titu. commut. §. 1.

Et idem concessum fuit quantum ad cōmutationem votorum non iuratorum, ab Eugenio Quarto Monachis congregationis Sancti Benedicti ad audiendas confessiones deputatis ab ipsorum prælatis, vt possint omnia vota commutare, præter ea, quæ suæ Sanctitati sunt reseruata, prout refertur in Compendio [e] Mendicantium in secunda impresione. Et in Compendio Diui Hieronymi refertur eundem Eugenium Quartum anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo sexto, Pontificatus sui anno sexto, kalendis Iulij hoc congregationis Sanctæ Iustinæ confessoribus indulsisse. Et refertur etiam Iulium secundum id ipsum concessisse congregationi montis Oliueti anno Domini millesimo quingētesimo septimo, Pontificatus sui anno quarto.

[e] Compen. Mendic. tit. dispensatio. §. 29. Cōp. D. Hieronymi tit. dispē sat. in sacrament. pœnitēt. per cō munic. §. 9.

## ARTICVLVS V.

### Vtrùm prædicti confessores possint commutare iuramenta, & in ipsis dispensare.

RESpõdeo dicẽdo, quod iuxta cõcessionẽ factã cõfessarijs Societatis IESV à Paulo Tertio, qua ipsis indulget, vt possint vota etiam iurata commutare, non est dubium quod cõfessores Mendicantes, & alij communicãtes cũ priuilegio Societatis, possint cõmutare etiã iuramenta, quæ non sunt in præiudicium alicuius tertij. Si enim ipsis conceditur commutatio votorum iuratorum, in quibus duæ obligationes includuntur à fortiori ipsis conceditur commutatio iuramentorum, in quibus vna tantum adest obligatio, dubium est; Vtrùm possint dispensare in iuramentis votiuis. Et videtur quod non. Licet enim ipsis concedatur autoritas ad dispensandum in votis, non propterea ipsis conceditur facultas ad dispensandum in iuramentis, prout tenet Nauarrus [a] allegans in suum patrocinium Diuum Thomam. Sed contraria opinio à viris doctissimis defenditur, & eã tenet Sotus, [b] & Directorium curatorum.

Nec obstat ratio in contrariũ adducta à Nauarro, scilicet, quod in voto vnica tantum est obligatio, in iuramento autem duplex inuenitur. Tum, quia iuramentum ligat, quia est sacra rei attestatio ratione reuerentiæ, qua quis debet implere, quod per nomen eius promittit: votum vero ratione fidelitatis, qua quis debet implere quod Deo promittit. Et sic diuerso modo obligant votum & iuramentum. Hæ enim rationes non militant in iuramento votiuo. Primo, quia in eo iuramento non continentur duo vincula promissionis, scilicet; & iuramenti, sed tantum continetur vnum vinculum iuramenti, scilicet, promissorij. Et quando ait Diuus Thomas, in iuramento duplex inueniri vinculum, loquitur de voto iurato; in quo fateor supra dicta duo vincula reperiri. Et sic tenet Hẽriquez, [c] quod concessa facultate ad commutandum & dispensandum in votis, non conceditur facultas ad commutandum & dispensandum in votis iuratis. Et licet in iuramento, & voto diuersæ rationis contineantur obligationes, hæ tamen diuersæ rationes non impediunt, quo minùs id quod conceditur voto concedatur etiam iuramento cum supradictæ rationes proportionentur inter se.

[a] Nauar. in Manu. c. 27. nu. 172. D. Tho. 2. 2. q. 87. art. 8.

[b] Sot. lib. 8. de iust. q. 1. art. 9. pagin. 688. Direct. c. 15. fol. 182.

[c] Henric. li. 7. de indulgent. ca. 30. n. 5. in glos. lit. y.

## ARTICVLVS VI.

### Vtrùm cõfessores regulares possint dispensare & commutare vota Episcopis iure speciali reseruata.

RESPONDEO dicendo, quòd aliqua sunt vota reseruata Sedi Apostolicæ, in quibus aliquãdo Episcopi possunt dispensare, vrgente necessitate id postulante, & interueniente impotentia morali, ratione cuius faciliter ad Summũ Pontificem, aut eius habentem autoritatẽ non potest haberi accessus, vt post Sylueſtrũ tenẽt Soto, [d] Nauarrus, & Corduba. Et hoc modo possunt dispẽsare in voto simplici cõtinentiæ, quando est periculum, & sine scandalo ad Papam non potest haberi recursus. In hoc tamen, & in alijs votis Papæ reseruatis non possunt cõmutare & dispensare Mẽdicantes confessarij. Licet enim possint cõmutare & dispensare in omnibus votis Episcopo reseruatis, hoc intelligitur de votis reseruatis Episcopo iure communi, & ordinario: non tamen de votis ipsi reseruatis iure speciali, in quibus videtur electa industria personæ, iuxta ea, quæ tradunt Abbas, [e] & Felinus, & Alfonsus de Azeuedo. In his enim votis, ne iugum Christi & Ecclesiæ durum videatur, ex benignitate quadam sequentes sacros Canones hoc Episcopo Doctores concesserunt de eorum prudentia & solertia confidentes. Et sic ad confessores, de quorum solertia & iudicio non tantum confidunt noluerunt prædictam facultatem, & alias similes extendi.

[d] Sot. lib. 1. de iust. q. vltim. art. vlt. Nauar. c. 12. n. 76. Cord. lib. 1. quæstion.

[e] Abb. in c. verum. n. 9. de for. compet. Felin. in c. eam te n. 17. de rescript. Azeued. ad curiam Pisanam. lib. 1. c. 8. ex n. 11.

ARTI-

## ARTICVLVS VII.

*Vtrùm virtute dictorum priuilegiorum possint regulares cõmutare, aut dispensare vota pœnalia.*

REspondeo dicendo, quod ille qui vouet ieiunare sub pœna, quod non ieiunando seruabit perpetuò castitatem, certũ est, quod ante quã ieiuniũ transgrediatur potest cõmutare votũ ieiunandi, & potest in eo etiã dispensari à dictis confessarijs, cum votum ieiunandi minime sit Sedi Apostolicæ reseruatum, & commutato aut dispensato ieiunandi voto, etiamsi non ieiunent, minime tenetur sub ratione voti seruare castitatem. Sublato enim principali voto, sublatum est etiam accessorium, ideſt votum pœnale perpetuæ castitatis. Attamen si ante quam dispensetur, aut commutetur votum principale ipsum transgrediatur, remanet obligatus ad votum pœnale castitatis, prout tenent communiter Doctores, & patet ex traditis à Nauarro, [a] & ab Alcocer, in quo voto solus Sũmus Pontifex potest dispensare. Imo neq; potest commutari per quodcunque priuilegium non concedens expresse commutationem illorum votorum, quæ ipsi Sedi Apostolicæ reseruantur, prout tenent grauissimi Doctores, inter quos sunt Soto, [b] & Couarruuias. Et hanc sequutus sum in nostra explicatione Cruciatę, & in nostra Summa confessorum contrariam sequutus sum sentẽtiam. Et hãc sequitur [c] Medina, & tenent Corduba, & Aragon. Quorum principale fundamẽtum est, quia votum castitatis, & religionis tũc Summo Pontifici reseruantur, quando voluntariè ex deuotione emittuntur: non vero quando in pœnam, & propter indeuotionem, quæ ad esse continentẽ, ab aliquo fiũt; sicut contingit in votis pœnalibus, de quibus in præsentiarum nobis sermo est. Quæ ratio me mouet modo maxime ad hanc, vt probabiliſsimam amplectẽdam sententiam. Et eam vt probabiliſsimam tenuerunt illi præclari viri ex familia prædicatorũ Gallo & Peña, & alij duo non minus præclari lite ris & doctrina Frater Ioãnes de Gueuara, & Frater Ludouicus de Leõ ex Eremitarũ D. Augustini religione, put refert Hẽriquez. [d]

[a] Nau. in manu. ca. 12. n. 43. Alco. in sua Summa c. 16.

[b] Sot. lib. 6. de iusti. q. 2. ar. 1. Couar. in c. quãuis pactum. §. 2. n. 12.

[c] Med. in Sũma. fo 48. colũ. 2. Cord. de casib. q. 52. Arag. 2. 2 q. 88. art. 12. pag. 1043.

[d] Henri. li. 7 indulgẽ. 30. n. 6.

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrùm confessores Mendicantes possint aperire literas Domini Papæ, & iuxta earum tenorem dispensare, vt magistri in Theologia.*

REspondeo dicendo, quòd sæpesæpius emanant à Sede Apostolica rescripta quorum executio committitur alicui sacræ Theologię Magistro, vt scilicet, ipsas aperiat, & iuxta earum tenorem dispenset imposita pœnitentia salutari, quarum signacula alij qui non fuerint in sacra Theologia Magistri minime possunt aperire: *Sed possunt sacerdotes Societatis Iesu designati per præpositum generalem, aut de eius licentia per alios superiores Societatis, & à locorum Ordinarijs approbati, vel approbandi, etiam si nullo gradu sint insigniti aperire literas sacræ pœnitentiariæ destinatas Magistris in Theologia, vel in iure Canonico Doctoribus, & auditis confessionibus recurrentium ad ipsos, imposita illis pœnitentia in literis expressa, vel de iure infligenda eos absoluere, ac in foro conscientiæ quascunque sibi verbo, vel scripto commissas absolutiones, dispensationes, & pœnitentiarum iniunctiones excipere, & exequi.* Ita Gregor. XIII. concesit dictę Societati, & superioribus, prout refertur in cõpendio Societatis. [e] Cuius Collector ibi aduertit, q̃ ad hãc facultatẽ aperiẽdi literas designãtur omnes superiores, alias aprobati, iuxta hãc cõcessionẽ, & omnes alij cõfessarij, quos ipsi ad id deputauerint, quę designatio à Patribus generalibus debet fieri in alijs religionibus; vt hac gratia possint gaudere eorũ confessarij. Si enim nõ designatur ipsa minime vti posũt & quidquid egerint circa hoc erit irritũ, & inane, tanquã quid factũ à nõ habẽtibus potestatẽ. Et aduertãt superiores, q̃ in hac designatione tenentur esse maxime circũspecti: nõ enim tantũ negociũ nisi doctis & expertis confessarijs est committẽdum.

[e] Comp. Societ. cõfessarius. §. 3.

Alia circa hanc materiam vide in nostra Summa confessorum. Hæc enim adducta sunt, vt priuilegia circa hoc sicut decet explicentur.

# QVÆSTIO LXIIII.

## De consecratione Virginum, in quatuor articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæruntur quatuor.*

1 *VTrùm Virgines in monasterio consecrentur.*
2 *Quis potest dare velum seu Virgines consecrare, & qualiter consecrantur.*
3 *Vtrùm illa quæ occultè virginitatem amisit debeat vt Virgo consecrari.*
4 *Quis possit dispensare cum corrupta ad Abbatissatum, & vt velum prælationis possit accipere.*

## ARTICVLVS I.

### *Vtrùm Virgines in monasterio consecrentur.*

REspondeo dicēdo, quòd ad verā explicationē cōsecrationis Virginum, sciendum est cum Paludano [a] quod velum, scilicet nigrum est quintuplex. Primum est professionis quod fœminis datur decimo sexto anno cōpleto, & hoc portant in religione omnes professę siue virgines, siue viduæ. Secundū est consecrationis, quod datur anno vigesimo quinto ætatis, vt tradunt sacri canones: [b] Tertium est ordinationis quod secūdum canones [c] dabatur anno quadragesimo, quæ ideò Diaconissa dicebatur, quia dabatur ei aliqua benedictio ex qua accipiebat officium inchoandi horas in choro, & legēdi homiliam quod alijs non licet. Vnde Episcopus dat ei facultatem ad tangendum breuiarium, in quo sunt homiliæ de Euangelijs in matutinis, quod quidem adhuc seruatur in eodem officio missæ, sed non consueuit dari velum in hoc neque expectari illa ætas, sed ex communi consuetudine hoc fit quando consecratur, seu velatur, quod etiā fit ante vigesimum quintum annum: prout asserit Syluester. [d] Quartū est prælationis quod Abbatissis quadragesimo ætatis anno dabatur. [e] Hodie autem ex Concilio Tridentino, & ex declarationibus Cardinalium in minori ætate ad ministerium Abbatissatus assumuntur: prout [f] supra est satis dictum. Quintum [g] est continentiæ, & obobseruationis, quod est viduarum, & potest etiā dari virginibus licet virginale non possit dari viduis etiam ex dispensatione ordinarij, prout dicitur in iure. [h] Et secundum communiter Doctores, non omnes Virgines sunt consecrandæ seu cōsecrationis velo velādæ, sed solum religiosæ professæ tria vota, essentialia in religione probata. Imò non omnes tales; quia neque moniales Mendicantium, neque quædam aliæ consecrantur ab Episcopo.

a Paluda. in 4. d. 38.
b 20. q. 1. ca. placuit.
c 27. q. 1. ca. Diaconissam.
d Sylues. v. consecrationum. 1.
e 20. q. 1. ca. iuuentutis.
f Sup. quæst.
g 27. q. 1. viduæ.
h 20. q. 1. ca. de votis.

## ARTICVLVS II.

### *Quis potest dare velum seu virgines consecrare, & qualiter consecrantur.*

REspondeo dicendo, quod secundum Archidiaconum post Paludanum velum continentiæ seu viduarum dari potest etiam à sacerdote, vt ait quædam glossa. [i] Imò etiam vidua per se ipsam hoc accipere potest ab altari facta professione coram sua prælata: velare autem virgines nullus potest nisi Episcopus, vt decernunt sacri canones, [k] quia ipse est quasi paranimphus desponsans Virgines Christo. Imò ait Sylvester, [l] quod hoc Episcopus non potest committere non Episcopo, quia hoc est consecrationis & ordinationis Episcopalis, vt sacri canones [m] innuunt. Ex quibus inquit Sylvester, apparet quod prælati mendicantium suas moniales velātes cum Episcopali solemnitate accepta coronatione, & datione annuli non bene faciunt nisi hoc habeant ex concessione Papæ, quia vsurpant officium Episcopale, cum quibus concordat Diuus Thomas [n] dicens, quod Virgines per solum Episcopum consecrantur. Ego nunquam potui inuenire priuilegium Apostolicum virtute cuius possint regulares suas moniales consecrare prædicto modo.

i Glos. in c. vidua, ar. 27 quæst. 1.
k 20. q. 1. ca. de votis.
l Sylues. v. cōsecratio. num. 3.
m De consecrat. Ecclesiæ vel altaris, ca. aqua.
n D. Thom. in 4. distin. 38.

ARTI-

## ARTICVLVS III.

*Vtrùm illa, quæ occultè virginitatem amisit debeat vt virgo consecrari.*

RESpondeo dicendo, duplicem esse virginitatem. Quædam enim est mentalis, id est, animæ tantum; alia vero dicitur materialis, & materialis rursus est duplex vna quæ in nō apertione clausuri virginalis cōsistit, alia vero in seminis resolutione absque signaculi virginalis apertione, quo supposito dico primo, quod virginitas & integritas animæ perditur quotiescunque virgo in aliquod peccatū carnis mente tantum vel aliquo actu absque pollutione incidit, & hæc recuperabilis est per pœnitētiam & facta pœnitentia Virgo virginali velo consecrari vel velari potest.

Secundo dico, quocunque modo virginitas materialis cum peccato mortali amittitur irrecuperabiliter deperditur: deperditur autem per quamcunque seminis voluntariam & mortalem pollutionem, vel clausuri virginalis cum peccato mortali apertionem etiam non sequuta pollutione, vnde sequitur quod illa virgo quę posteà est passa vim nō amittit virginitatē: & sic cōsecrari potest, & tūc dicitur vim passa quantū ad hunc effectū quādo per totū tēpus quo impius actus durat carnis omnino diſsētit: alioquin si per vim adducatur, vt metu adducta cōsentiat volēs stuprata est non inuita, voluit enim illud, quod in ipsa agitur, vt viuere posſit. ¶ Tertio dico, quocunq; modo publice, vel secreto pollutione sequuta vel nō, virgo suā amisit virginitatē corporalē vel materialē peccando mortaliter minimè est consecranda vel velo cōsecrationis velāda.

Quarto dico, quāuis per vim vel dormiēs corrupta materialiter virginitatem animæ non perdiderit neque aureolā nihilominùs tamen cōsecranda non est, quia Ecclesia nō iudicat de occultis, scilicet, de sua mentis reuis occultissima sit huius virginis virginitatis amissio peccat grauissimè consecrationē petens. Ita concludunt omnes cum D. Thoma, [c] & tenet Armilla, & Soto, & minimè est in isto casu consecrationis velo velāda. Sylvester, [d] & alij quos refert Maiolus dicunt posse Episcopū hanc monialē deludere quæ cōsecrari vult, scilicet, vt omnia externa cęremonialia fiāt omissis solis subſtātialibus verbis ac factis mutādo verbū virginitatis in verbū castitatis, & hāc sentētiā allegādo pro sua parte D. Thomā, tenēt doctores [e] cōmuniter, tenet etiā doctiſs. Nauarrus.

Sed licet ab hac opinione cōmuni nō recedat Viualdus in suo aureo candelabro cōtra ipsam tamen multipliciter arguit, & prę cipua eius argumenta in hunc proponūtur modum. Primo quia hæc monialis videtur malefacere manifestando peccatū suū extra confessionē, tenetur enim quis propriā & proximi famam seruare, sed hæc ratio nō concludit: licet enim quis non sit dūs sui corporis, est tamen dominus sui honoris, & famæ. Et ita nō peccat suū peccatum extra confessionē reuelando præcipue in hoc casu, vbi de consecratione agitur, vbi propter vitandum scandalū non sunt euitāda Ecclesiæ sacramenta, neq; etiam sacramētalia, vt tenent grauissimi doctores. Secūdum ipsius argumentū est, quia quādo concurrūt duo iura minus tenetur maiori iuri, & hic concurrunt ius naturale, & diuinū de seruanda fama, & ius positiuū, quod præcipit fieri dictas cōsecrationes tantū virgini, & iuri diuino videtur potius standū, & sic peccare illā se detegendo vel Episcopum eā detegendo, nec valet dicere, quod solum mutat nomen virginitatis in nōmen castitatis: nā ad hoc respondeo quod assistētes moniales, & alij præsentes dictam mutationem intelligent.

Nō dubito huic argumēto posse aliqualiter respōderi, sed si mea sentētia in hac parte aliquid autoritatis habet, nō possum negare aliquā efficaciā hoc argumentū præ se ferre, & naturę sensus renuit dicere hāc obligationē prædictæ moniali cōuenire cū maxima sui honoris infamia. Vnde resolutiuè dico, quod si Episcopus sciat in confessione dictū Monialis peccatū debet in cōsecratione dicere hoc nomē virginitatis: si enim dixerit, castitatis, reus erit sigilli confessionis cum indirectè ipsum frangat, & hoc tenent Paludanus, [g] & Nauarrus [h] propter prædictum argumentum, & alia, proponit

[a] Cap. illæ. 32. q. 5. c. vlt. 15. q. 1. ca. acutius. 26. distinct.

[b] Pelag. de planct. Eccles. cap. 48. col. 21. Nauar. in Manu. c. 16. n. 3.

[c] D. Tho. in 4. dist. 38. Armill. v. consecrat. virg. Soto.

[d] Sylu. vbi sup. n. 2. Maiol. lib. 1. de irregul. ca. 29. n. 32.

[e] Doct. communiter. Nauar. lib. 3. cōsil. tit. de regul. consi. 91

[f] Viuald. in ca. 5. de Abbatissæ elec. nu. 35.

[g] Palud. vbi sup.

[h] Nauar. li. 3. consil. tit de stat. monacho. consil. 21.

quendam nobis modum dicendi, quo res hæc facilius & suauius peragatur dicendo quod Episcopus posset pronuntiare verba illa consecrationis quæ virginem designant accipiendo illa intra mentem pro verbis castitatis & castitatē significantibusper quod excusatur mendacium iuxta latè tradita ab eodem Nauarro [a] scandalum tam efficax euitatur, denique episcopus pronuntiando nomen virginitatis, debet intelligere post hac habendæ, non vero de virginitate habita. Quãdo autem viduæ consecrantur cũ hic non immineat periculum propositũ nemini est dubium quod nomen significans virginitatem in nomen significans viduitatem & castitatem esse commutãdum, prout idem Nauarrus determinat. [b]

[a] Nauar. ca. 25. nu. 42. & c. 18. n. 61. & in cap. piæ aures.
[b] Nauar. in d. c. consi. 2.
[c] Ca. si quis nouã. §. nolumus peccatricem. 1. q. 7. gloss. in c. quomodo v. eligatur 31 q. 1. & in Clemẽ. fin. §. statuimus v. rationabilis. & ibi Cardin. n. 4. & seq. q. 10. & seq. de statu. monach. Capel. Tholos. 292. incipit, fuit quæsitum. Mandos. de signat. grat. tit. dispensatio pro corrupta ad Abbatissatum. fol. 81.
[d] Archidia. in §. indemnitatibus de elect. lib. 6.
[e] Calder. cõsil. 3. in fin. q. 11. de stat. monach. Felin. in c. meminimus. n. 4. de accus. idẽ in c. atsi clerici. §. de adulter. versi. fi. vbi Decius. nu. 10. de iudic. Selua de benefic. 4. q. 7. nu. 7.
[f] Esai. 17.

## ARTICVLVS. IIII.

*Quis possit dispensare cum corrupta ad Abbatissatum, & vt velum prælationis possit accipere.*

REspondeo dicẽdo, quòd corrupta absq; dispensatione non potest esse Abbatissa, prout in multis iuribus [c] & eorum glosis cõtinetur, tenent Cardinalis Capella Tholosana, & Quintilianus Mandosius ait, quod dispensatum fuit tempore Lappi Castellionei, seu dispensari mandatum fuit cum Abbatissa, quod non obstante quod tẽpore suæ professionis corrupta esset per vim eius promotio valeret perinde ac si dicto tempore fuisset virgo prout videre est in quadã Lappi allegatione sexagesima prima post principium versiculo, est enim per dictas literas, & post numerũ quintum, versiculo, nam edictum fuit.

An autem Episcopus possit dispensare cum corrupta quidquid dixerit Archidiaconus. [d] Veritas est pro parte negatiua, & quod alius à Papa dispensare non possit, vt concludit Calderinus: [e] tum quia etiã Episcopus non posset dispensare si notoria esset corruptio. Et ita tenent Felinus, & Decius, quos sequitur Selua. Vnde tutius est tenendum, quod alius à Papa dispensare non possit. Et si corruptæ huiusmodi dispensatio cõcedatur non nisi ex magna causa hoc fieri debet cum contra non virginem exclamet Propheta Esaias [f] dicẽs, descende sede in puluere virgo filia Babylonis, sede in terra, nõ est solium filiæ Chaldęorum, quia vltra non vocaberis mollis, & tenera. Exclamat etiam Amos [g] Propheta dicens, Virgo Israel proiecta est in terram suam, non est qui suscitet eam. [g] Amos 5.

# QVÆSTIO LXV.

## De conseruatoribus iudicibus, in viginti articulos diuisa.

*Circa quam quæruntur viginti.*

1 QVIS sit conseruator iudex.
2 Quis possit conseruatorem dare, & quis possit dari.
3 Vtrùm secundum priuilegia regulariũ alij ab his qui non habent dignitatem possint esse iudices conseruatores.
4 Vtrùm requisiti à fratribus teneantur acceptare ministerium conseruatorum.
5 Vtrùm nominato in causa cõseruatore possit pro eadem causa alius nominari.
6 Vtrùm conseruatores extinguantur morte concedentis.
7 Vtrùm cõseruatores possint procedere contra partes extra ciuitatem, aut diœcesim in qua fuerint deputati.
8 Quid sit agendum si monasterio habenti diuersa mẽbra in diuersis diœcesibus detur conseruatores in diuersis locis.
9 Vtrùm post quinquennium durent conseruatoriæ quoad negotia cœpta.
10 Vtrùm iudices conseruatores possint subdelegare.
11 Vtrum conseruatores possint cognoscere de omnibus causis.
12 Vtrùm conseruatores regularium possint cognoscere cõtra debitores ex causa ciuili.
13 An religiosi possint conueniri pro debitis ciuilibus coram conseruatoribus.
14 Vtrùm conseruator regulariũ possit procedere contra detentores animalium monachorum damnum in pascuis facientium.
15 Vtrũ religiosi possint creare conseruatorẽ contra doctorem aut Scholarem habentes conseruatorem Apostolicum & contra alios regulares.

16 Vtrùm

16 *Vtrùm conseruatores habeant potestatem ponendi censuras contra inobedientes.*

17 *Vtrũ fratres possint eligere cõseruatorẽ pro iniurijs manifestis factis eorũ seruitoribus.*

18 *Vtrùm conseruatores possint in causis regularium procedere de plano sine strepitu & figura iudicij.*

19 *In quam pœnam incurrunt conseruatores suam excedentes potestatem.*

20 *Vtrum suadentes iudicibus conseruatoribus vt suam transgrediantur potestatem incidant in excommunicationem.*

## ARTICVLVS I.

### *Quid sit conseruator iudex.*

REspondeo dicendo, iure canonico [a] esse permissos cõseruatores iudices, & iura partitarum eos etiam admittũt de qua materia agunt Ancharranus, & communiter scribentes, & aliqua tradit Salzedo in sua practica criminali canonica, Iasou, & D. Antoninus. Conseruator autem significat Deum optimum maximum qui in sacra [b] scriptura conseruator appellatur, timenti Deum non occurrent mala, sed in tentatione Deus illũ conseruabit & liberabit à malis. Quam veritatem recognoscens Dauid [c] Rex, humiliter Deum precabatur dicens, conserua me Domine quoniam speraui in te. At de iure positiuo conseruator tentatorum seu iniurias patientium vt pupillorum, viduarũ, & aduenarum & aliarum miserabilium personarum est Princeps, Rex, Imperator, vt in multis iuribus [d] patet & isti sunt conseruatores ordinarij, alij autem sunt conseruatores iudices delegati, & sic morte concedẽtis extinguũtur, prout dicitur in iure. [e] Sed videtur quod hic vsus conseruatorum non posit sustineri quia iure [f] canonico constitutum est ne dentur iudices generales.

At respondetur vsus conseruatorũ maximè regimini rei publicæ cõuenire ad prætorem enim spectat tueri quẽ in sua possessione ne ab ea excludatur vt ex iure [g] colligitur, & si hoc pertinet ad quemcunq; iudicem principaliter debet pertinere ad Regẽ, & ad Summũ Pontificẽ vt iura [h] proclamant, vnde cum Reges, & Pontifices hæc per se ipsos non possint efficere delegant pro necessitatibus occurrentibus iudices quosdam delegatos vt sic ipsi timeantur, & vnusquisq; formidine pœnæ ab iniurijs inferendis abstineat iuxta tradita ab Ancharrano. [i]

Ad obiectionem autem in contrariũ respondetur illud solum habere locum in iudicibus inferioribus, qui generales iudices dare prohibentur, sed non ligat Papam, nec Regem, Papa enim, & Rex soluti sunt legibus, vt canones [k] & iura decernunt, & sic solus Papa potest conseruatores dare, vt articulo sequenti dicetur.

## ARTICVLVS II.

### *Quis possit conseruatorem dare, & qui possint dari.*

REspondeo dicendo, quod Archidiaconus [l] tenet alium à Papa posse cõseruatores concedere: at contrarium tenent Ioannes Andreas, [m] Ancharranus, Francus, & Dominicus dicentes, neminem præter Papam etiam si sit eius à latere delegatus posse conseruatorem dare.

Conseruatores autem solum Episcopi deputantur Abbates, & in dignitate Ecclesiastica in Ecclesijs cathedralibus vel collegiatis constituti vt colligitur ex iure, [n] vbi no tat glossa, sed quoad canonicos cathedralis Ecclesiæ cõtrarium sentire videntur Speculator. At reuera tenet posse conseruatores instituiri: ait enim quod hodie nullus potest esse conseruator nisi soli Episcopi Abbates canonici Ecclesiarum cathedralium præsertim in dignitate constituti, vbi illa dictio præsertim exprimit casum minus dubitabilem, & importat casus magis dubitabiles, & in eis vult idem esse, vt tradunt leges [o] mẽs igitur Speculatoris fuit quod Canonici Ecclesiarum Cathedralium in dignitate aliqua constituti absque dubio conseruatores creari possint, & non solum illi dignitatem habentes verum & alij simplices canonici, sed quidquid velit Speculator veritas est loquẽdo secundum terminos iuris communis, quod canonici non consueuerunt esse conseruatores prout resoluit Quintilianus [p] Mãdosius. Dixi secundum iuris communis terminos: nam secundum priuilegia regularibus concessa aliter est dicendum, vt ex infra citandis bullis apparebit. Et sic ait Marcus [q] Anton. Cuquus quod Ecclesiæ cathedralis canonici dignitatem quidem nullam habent,

a Cap. 2. de offic. deleg. lib 6. l. 1. tit. 8. part. 1. Ancharr. & omnes in d. ca. 1. de officio deleg. lib. 6. Salzed. ca. 3. pag. 10. Iaſ. cõſi. 145. volu. 4. D. Antonin. de excommunic. c. 39.

b Eccles. 15. & 33.

c Pſal. 15.

d l. vnic. C. quando Imperat. interpupil. vel iudices. c. ex parte D. & c. extenore. de for. compet. c. ſignificantib. de offic. deleg. c. licet de cauſis.

e Cap. fin. §. officium de offic. deleg. lib. 6.

f ca. ad hæc de reſcrip.

g l. 1. ff. ne vis fiat ei. l. æquiſsima. ff. de vſufr. hc-princeps ſeculi. c. adminiſtratores. ca. regũ officium. 25 q. 7.

i Ancharra. in ca. 1. de offic. deleg li. 6.

k ca. propoſuit de conceſſ. præb. l. princeps. ff. deleg.

l Archid. in c. 1. de offic. deleg. lib. 6. n. 1.

m Andr. in c. fin. de offic. deleg. li. 6. nu. 2. Anchar. col. 2. Franc. nu. 1. Dominic. in d. c. 1. n. 2.

n cap. fin. ſi. reſpon. vbi gloſſ. penul. de offic. deleg. lib. 6.

o l. 1. §. pater §. maxime. ff. de collat. bono. l. fin. poſt princi. iunct. gloſſ. v. præſertim ff. de lib. homin. exhib.

p Mando. ſius de ſignat. gr. ti. cõſeruatoriæ. fol. 126.

q Cuquus lib. 2 de inſtit. maio. ti. 1. n. 02 & 21.

habent, sed his tantum qui in dignitate sunt plerunque comparari possunt, vnde & Sūmus Pontifex causas eis delegare solet, vt ex iure [a] patet, quoad rectores autem simplices ecclesiæ ait idem autor, quod quanuis interdū aliquam iurisdictionem habeāt non tamen dignitatem habent, prout ait Abbas, [b] & ideo iudices cōseruatores minime possunt nominari possunt.

a ca. statutū de reser. li. 6

b Abb. in c. cum contingat. n. 31. de foro comp.

## ARTICVLVS III.

### *Vtrum secundum priuilegia regulariū alij ab his qui non habent dignitatem possint esse iudices conseruatores.*

REspondeo dicendo, quod de iure positiuo conseruatores destinantur ad defensionem miserabilium personarum pro vt in primo articulo huius quæstionis dictum est. Miserabiles autem personæ non sunt plebeij, prout notat Petrus [c] Gregorius, sed secundum Innocentium [d] & Hostiensem sunt cæci, & alij perpetuo morbo laborantes, & secundum eundem Hostiensem sunt pauperes, pupilli, & viduæ, & huiusmodi, & secundum alios etiam senes, & decrepiti, & religiosi, & generaliter omnes quos naturaliter miseremur propter fortiū iniurias, prout tradit Panormitanus [e] explicans hoc eleganter, ideo summi Pontifices religiosos, tum propter professionem paupertatis, tum propter cultum diuinum, cui sunt destinati, tum propter clausurāmonasticā cui sunt addicti, sūmis sunt prosequuti fauoribus, ne ad tribunalia accedāt seculariū, & ecclesiasticorū, sed sine strepitu & omni appellatione remota quidquid ad eorum personas bona & iura conducit defendūt. Et liberaliter motu proprio ex certa scientia de plenitudine potestatis conseruatores cōcedunt, & sic cōcessit Sixtus IIII. quoad Minoritas, [f] & quoad Carmelitas, [g] & quoad Prædicatores, [h] & quoad Augustinienses. [i] *Mandauit enim quibuslibet in dignitate ecclesiastica constitutis, & Metropolitanæ, vel alterius cathedralis ecclesiæ canonicis per vniuersum orbē qui per Guardianos & fratres ordinis Minorum, seu Syndicos Romanæ Ecclesiæ prædicto ordini deputatos requisiti fuerint, quatenus per se vel alium, seu alios vbi & quando opus fuerit solenniter publicent eorum priuilegia, & eisdē, ac illorū domibus & professoribus efficacis defensionis præsidio assistētes faciant eos pacifica possessione priuilegiorum & cōcessionum huiusmodi gaudere, nō permittentes per quoscunq; indebite molestari.*

c Greg. sintag. iur. 1. p. c. 18. n. 19.

d Inno. in c. significantibus de offi. dele. Panor. in c. licet de censib.

e Panor. vbi sup.

f Habetur. in monum. in 1. impre. fo. 6. & in 2. fo. 145. cōce. 356.

g in 2. impr. fo. 189. cōce. 484.

h in 2. impr. fo. 242. cōce. 588.

i in 2. impr. fo. 251. cōce. 640.

Circa quam concessionem est notandum, quod canonici cathedrales, vel metropolitanæ ecclesiæ possunt modo esse conseruatores, nec obstat, quod Leo X. prout habetur in Supplemento [k] in concilio Lateranensi statuerit vt conseruatores debeant esse in dignitate cōstituti nullam de canonicis mētionem faciendo, & concilium Lateranense omnia in contrariū priuilegia reuocauerit. Nam respondetur, quod ex concessione Pij Quinti per Gregorium XIII. edita, *Societas, & singulæ eius personæ, & familiares clerici, tam in causis ciuilibus, quā in criminalibus & mixtis, siue actores sint, siue rei, omnes & singulos Archiepiscopos, episcopos, & Abbates, nec nō alias personas in dignitate ecclesiastica cōstitutas, Canonicos Metropolitanarū Ecclesiarū, vel cathedrales, & vicarios Archiepiscoporū, & Episcoporū in spiritualibus, eorumq; officiales generales vbilibet constitutos contra quascunque communitates, & collegia huiusmodi in suos conseruatores, & iudices ordinarios assumere possunt.* Ita habetur in compendio Societatis. [l]

k Suppl. fol. 26. n. 83.

l compē. Societ. cōseruator. §. 1.

Secundo est notandum circa eandem concessionem, quod priores Mendicantium, & guardiani Minorum possunt esse iudices conseruatores, qui secundum Geminianum m sunt in dignitate constituti, & faciunt pro hac parte notata per Panormitanum, & Cardinalem, quod tamen locum non habet in prioribus ordinis Diui Benedicti habentibus in eodem conuentu Abbatem, quia hi non habent dignitatem; secus de prioribus, non haben

m Gemin. in ca. nullus de elect. li. 6 Panor. in c. causam, de iudi. & in c. olim de maiori. & obedien. Cardi. in clemē. 2. de rescrip.

habētibus Abbatem in dicto cōuentu prout in ordine D.Benedicti contingit, hi enim sunt in dignitate Ecclesiastica constituti prout tradit Syluester, [a] & idem puto dicendum in vicarijs qui pro aliquibus monasterijs cōstituūtur, quæ monasteria nomine Guardianatus aut Prioratus in ordinibus Mendicantium minimè nuncupantur.

Licet tamen Syluester dicat, & sit communis opinio Guardianos fratrum Minorum posse esse iudices conseruatores cum sint prælati in dignitate constituti, hoc tamen non minimam patitur difficultatē, non quia ipsi non sint in dignitate Ecclesiastica cōstituti; hoc enim nemo diffitetur, sed quia eorū ꝓfessioni videtur repugnare: cū enim ipsi sint mortui mundo, & nullum in particulari neq; in communi dominium alicuius rei possint habere, vt ordinauit [b] Clemens V. videtur, quod repugnat eorū statui posse esse executores testamētorum & iudices arbitros, & hanc opinionem quod nō possint exercere officiū arbitratoris etiam cū licentia suorum prelatorum, consuluerunt Baldus, [c] Alexander, & Socinus, adeò vt dicat Alciatus [d] quæcunq; arbitramenta ab ipsis facta esse nullius valoris cum Clemens V. in fine suæ Clementinæ clausulam apposuerit prohibitiuā & pœnalem respectu omnium quæ in ea constituerat, & affirmat hanc esse opinionem Baldi, Alexandri & Socini, in locis in margine allegatis. Cum enim in cōstitutione prohibitiua & pœnali aliquid prohibetur actus cōtra factus redditur nullus, iuxta ea quæ doctores communiter in iure [e] notant quod à fortiori procedit quando ex arbitramento aliqua pars potest reclamare, prout in simili casu tenet Decius [f] se consuluisse cum Francisco de Aretio, & licet [g] Federicus de Senis tenuerit religiosos propter honestatem tantum non posse esse iudices arbitros, quem sequūtur Romanus, Felinus, & Iason hoc tamen dictum minimè procedit in fratribus Minoribus cum hoc eis in declaratione suæ regulæ à Clemente Quinto prohibeatur. Nō diffitentur tamen Federicus & alij quod quādo ex arbitramentis aliquid possunt reclamare ipsis religiosis vniuersaliter non solū propter honestatem, sed etiam propter eorum professionem talia arbitramenta prohibentur

Sed videamus quibus verbis Clemens V. prohibeat fratribus Minoribus esse executores testamentorum, & iudices arbitros, & ego nō inuenio alia verba, quibus id prohibeatur, nisi sequentia: prohibendo enim quod pro nulla re temporali possint in iudicio experiri cum in huiusmodi dispositionibus & executionibus sæpesæpius litigia & contractiones vel administrationes pecuniæ interueniant, Clemens Quintus in hæc prorumpit verba. Verumtamen in exequendis dare consilium ipsorum statui non obsistit cum ex hoc ipsis circa bona temporalia nulla iurisdictio siue actio in iudicio, siue dispensatio tribuatur, hæc Clemens V.

Non desunt tamen dicentes in prædictis verbis solum prohiberi dictis fratribus comparere in iudicio cum circa bona temporalia ipsis nulla iurisdictio, siue actio in iudicio tribuatur cum hæc sine litigio & contrectatione pecuniæ nequeant expediri, qui tamē aduertere debuerūt in verbis superius allegatis non solum ipsis prohiberi iurisdictionem, siue actionem in iudicio circa bona tēporalia, sed etiam dispēsationem circa eadem bona tēporalia: arbitramēta autē circa ea bona nō possunt expediri neq; cōcludi sine dicta dispensatione distribuendo vnicuique quod ipsis iudicibus arbitris secundum Deum visum fuerit cōuenire: quod sępe sæpius sine reclamatione partium fieri minimè potest.

Quo supposito videtur dicendum, quod ipsi fratres Minores Guardiani minimè esse possint conseruatores pro alijs religiosis cū hæc sine litigio non possint expediri, neq; sine dispensatione rerum temporalium, & sine compulsione debitorum ipsis monasterijs possint concludi, & infra dicemus, quod corā cōseruatoribus possunt cōueniri debitores monasteriorum pro debitis ciuilibus.

At licet supradicta sint probabiliter dicta ego tamen nō audeo affirmatiuè hanc tenere opinionē cum contrariū teneant cōmuniter expositores regulæ B.P. nostri Frācisci, dicentes ipsis in dicta Clementina solum prohiberi actionem ad petendum in iudicio, & dispēsationem bonorum temporaliū extra iudiciū distribuendo aliqua nomine proprio, & nomine aliorū sicut faciūt executores testatorū, cōstringēdo & cōpellēdo debitores, apud iudices ad solutionē debitorū. At nō repugnat eorū statui per dicta verba esse iudices cōseruatores, cū habere huiusmodi iurisdictionē proprietatē minimè includat ab eorū regula maximè prohibitam.

Verum

[a] Syluest. v. delegat. n. 3.

[b] Clement. exiuit. de paradiso, de verb. signif. iuncta glos. ibi. verb. dixit.

[c] Bald. consil. 303. vol. 5. Alexand. cons. 80. volu. 5. Socin. consi. 99. volu. 3.

[d] Alciat. de præsūp. reg. 3. præsump. 18.

[e] l. nemo martyres vbi doctores. C. de sacros. Eccles. l. nō dubiū. C. de legib.

[f] Decius in ca. decernimus de iud.

[g] Federicus consil. 293. incipit, factū tale, in fin. Roman. cons. 409. Felin. in d. ca. decernimus col. 2. Iason. in l. patre furioso. col. 4.

Verum est tamen quòd in quadam cõstitutione generali cõseruatorias acceptare prohibentur & hoc maximè conducit propter rationes superius allegatas.

## ARTICVLVS. IIII.

### *Vtrùm requisiti à fratribus teneantur acceptare ministerium cõseruatorum.*

REspondeo quod multifariam multisque modis Summi Pontifices religiosorum indemnitati fauorem beneuolum sunt impartiti & ideò non solum soliti sunt ipsis concedere conseruatores iudices, sed etiam ipsos conseruatores sub grauibus pœnis ad ipsam conseruatoriam acceptandam astrinxerunt. Iulius enim Secũdus vt habetur in Monumentis [a] *Statuit vt quæcunque persona seu personæ alias de iure capaces pro parte fratrum Minorũ requisitæ nisi legitimo impedimento detentæ fuerint iurisdictionem & conseruationem eorundem fratrum vigore priuilegiorum suorum sub excommunicationis pœna suscipere teneantur.*

[a] In 1. impres. fol. 45. & in 2. fol. 126. concess. 280.

Itẽ Leo X. prout habetur in supplemẽto [b] *Habita informatione quod in aliquibus partibus multa grauia inferebantur fratribus Mendicantibus ab Ecclesiasticis personis specialiter asserendo quod confessi fratribus debitè præsentatis tenebantur iterum eadem peccata confiteri suis curatis, & quod sacramenta Eucharistiæ, & extremæ Vnctionis non poterant à fratribus ministrari illis, quibus sine causa dicti curati recusabant huiusmodi sacramenta administrare ac quod Christi fideles audientes missas diebus Dominicis & festiuis in Ecclesijs fratrum non satisfaciebant præcepto Ecclesiæ, & alia multa consimilia, dedit conseruatores omnes Ecclesiarum prælatos districte eis præcipiendo vt quandocunque requisiti fuerint à fratribus prædictis non permittant eos molestari, aut grauari, sed contra tales molestatores procedant per censuras Ecclesiasticas & alia iuris remedia,* & Innocẽtius Octauus *Conseruatoribus electis & nominatis à religiosis in virtute sanctæ obediẽtiæ præcepit vt literas conseruatorias acceptare teneantur ne quid contra facere præsumant,* quæ cõcessio fuit facta Sãctæ Iustinę congregationi, Romæ anno Dñi millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto, Põtificatus eiusdem domini Papæ anno secundo, ex quibus clare colligitur dictos prælatos sine legitima causa conseruatorias repudiantes contrauenire præcepto Apostolico, quòd in re tam graui existimo ad mortale obligare.

[b] In supple. fol. 47. concess. 142.

## ARTICVLVS V.

### *Vtrùm nominato in vna causa conseruatore, possit pro eadem causa alius nominari.*

REspondeo dicendo, videri quod non. Nam postquàm lator, cui officium sacræ pœnitentiæ dedit literas sigillatas directas discreto viro confessario per latorem præsentium ad introspecta specialiter eligendo, elegit vnum confessarium, nõ potest etiam de voluntate dicti confessoris eo dimisso alterum eligere. Primo; quia iurisdictio delegata non potest prorogari de persona ad personam iuxta tradita in iure; [c] at bullæ prædictæ diriguntur ad eos, quos in eis contentos elegerint, & consequenter eo ipso, quo nominati fuerint electi videtur expresse ab ipso illustrissimo summoq; pœnitentiario, ac si à principio ab ipso essent expressi, & nullatenus possent alij eligi: ergo neq; posteà quam fuerint à partibus nominatim electi, & expressi. Secundo facit illa firma ratio, quod iurisdictio delegata est iurisdictio delegantis, iuxta quandam legẽ. [d] Et ità ad ipsum delegantẽ, cuius ipsa est pertinet, eam extendere, & non ad partes, neq; ad iudices, quorũ illa non est. Id enim quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest, prout in [e] regula quadam

[c] C. E. & G. de offic. delegat.

[d] l. i. §. qui mandatam. ff. de offic. eius cui mãdat.

[e] l. id quod nostrum. ff. de reg. iur.

quadam iuris expressè cõtinetur. Et ita per has rationes hanc partẽ tenet doctissimus Nauarrus. [a] Et ita videtur dicendum in nõ stro proposito, quod semel aliqua persona in dignitate Ecclesiastica nominata à dictis fratribus non possit pro eadem causa alia ab ipsis nominari, cum nominata tali dignitate, & acceptante iurisdictionem, habeat immediatè à Sede Apostolica: quam iurisdictionem ipsi fratres non possunt alterare, etiam ipso iudice nominato consentiente. Et confirmatur. Nam Gregorius Tertius decimus, prout refert Capucinus, [b] omnibus regularibus concessit, vt in ciuitatibus Italiæ sibi conseruatores eligerent, coram quibus conuenirentur, & semel electos non mutarent, eorundemque nomina intra mensem Episcopis locorum ordinarijs indicarent: alioquin coram ipsis ordinarijs conueniri possint, declarauit sacra congregatio Cardinalium super Concilium Tridentinum in sessione septima, capite decimo quarto. Sunt enim consideranda illa verba, vbi semel electos non mutarent; quæ maximè nostram comprobant sententiam. Et ita in praxi audiui fuisse iudicatum. Et hoc determinauit Bonifacius. [c] Qui loquens de pluribus iudicibus disiunctim delegatis ad vnam causam, dicit: Porro vno eorum negotium inchoante commissum alij nequibunt se vlterius intromittere de eodem, nisi vel infirmitate, vel alia iusta causa illum contingeret impediri, aut si nollet, vel malitiosè in eo procedere recusaret. Ex cuius Decretalis decisione comprobantur & limitantur superius resoluta, scilicet, quod vno conseruatore acceptãte, & inchoãte, non potest alius pro eadẽ causa nominari, nisi vel infirmitate, vel alia iusta causa illum cõtigerit impediri, aut si nollet vel malitiosè in eo procedere recusaret. Verumtamen est, quod ex priuilegio conseruatori Societatis cõcesso à Pio Quinto in bulla per Gregorium Tertium edita, quilibet conseruatorum, & iudicũ præfatorum potest prosequi articulum per alium inchoatum, etiam si idem inchoans nullo canonico impedimento præpeditus sit. Ita habetur in Compendio [d] Societatis IESV, quod ex dictis magnum est priuilegium.

[a] Nauar. lib. 1 consil. tit. de offic iud. deleg. consil. 8.

[b] Capuci. in Comp. Mendic. tit. conseruat. ordinis. pag. 128

[c] Ca. cũ plures de offic. deleg. lib. 6.

[d] In comp. Societ. titu. conseruat. §. 7.

## ARTICVLVS VI.

### *Vtrùm cõseruatores extinguantur morte concedentis.*

RESPONDEO dicendo, certum esse secũdum ius iudices delegatos mortis concedentis extingui. Verum est tamen, quod quo ad negotia cœpta nõ expirat morte concedentis, vt diffinit quædam Decretalis. [e] Et sic dicitur in alia Decretali, [f] quod quando sunt plures conseruatores deputati pro prælato, vel monasterio, vel Ecclesia, vel religione, quoad negotium cæptum per vnum eorum perpetuatur iurisdictio in alijs, non obstante morte concedentis. At licet conseruatores electi virtute conseruatoriarum religiosis concessarum sint iudices delegati, eorum tamen delegatio, & iurisdictio morte Põtificum ipsas concedentium minime expirarunt. Nam alioquin virtute literarum Sixti Quarti minimè modo possent religiosi conseruatores deputare: quod minime est asserendum, cum praxis nos contrarium doceat. Pro cuius rei explicatione est notandum, cum Syluestro [g] & communi, quod gratia principis nondum facta, sed fienda reintegra morte concedentis extinguitur iuxta ea, quæ in iure [h] notantur. Secus si erat iam facta, & perfectè concessa, vt cõtinetur in quadam Decretali. [i] Vbi dicitur, quod executio super gratia facta data à Papa mortuo Papa, etiam reintegra gratiam exequitur. Quod intelligitur etiã si gratia habeat iurisdictionem annexam, & etiam si sit concessa solo verbo, prout cum Ioanne Andrea & Archidiacono resoluit Syluester. [k]

Secundo est notandũ, quod iudices conseruatores eliguntur virtute conseruatoriarum, quæ religionibus sunt concessæ. Priuilegia autem concessa religiosis nõ sunt personalia, sed realia, cũ concedantur certo generi personarũ: quod per fictionẽ iuris nunquam videtur perire. Nam tunc etiam priuilegia perpetuo durabunt, vt potè si priuilegia cõcedantur ciuibus alicuius ciuitatis. Nam hi per fictionem iuris nunquã censentur perire, prout dicitur in iure. [l] Et ideò cõcessio eis facta cẽsebitur realis, siue perpetua. Nã sicut censetur perpetuũ priuilegiũ, quod

[e] Cap. fin. §. officium. de offic. deleg. lib. 6.

[f] Ca. cũ plures de offic. deleg. lib. 6.

[g] Syluest. v. gratia. nu. 3.

[h] Ca. si cui de præbẽd. lib. 6.

[i] Cap. si super de offic. deleg. lib. 6.

[k] Syluester. vbi sup.

[l] l. propone batur. ff. de iudicijs.

quod conceditur ciuitati, vel loco, iuxta quandam legem [a] idem dicendum est, si cõcedatur ciuibus, & religiosis, iuxta aliam legem. [b] Et ita in specie tenent Romanus, & Socinus.

His prælibatis fundamentis nostra sententia confirmatur, & probatur primo; quia conseruatores eliguntur virtute gratiæ iam factæ. Secundo quia eliguntur virtute gratiæ monachis indultæ, quæ est perpetua, iuxta tradita in secundo notabili. Tertio, quia sæpesæpius nominantur à Sũmis Pontificibus conseruatores Episcopi & aliæ dignitates ecclesiasticæ. Quæ conseruatoriæ non dantur personis, sed dignitatibus, & per consequens sunt perpetuæ sicut dignitates.

Nec obstat ratio dubitandi in principio adducta. Hoc enim habet locum, quando iurisdictio delegatur aliquibus personis particularibus per viam commissionis. Ipsi enim si non fecerint actum communem de legationis, puta edictum cõmune, vel quid simile, finiuntur morte delegantis.

a l. forma. §. quãquã. ff. de censibus
b l. 2. ff. de rebus dubijs.
c Roma. in l. maritũ. n. 17. ff. soluto matrim. Socin. in d. l. 2. n. 4.

## ARTICVLVS. VII.

### *Vtrùm conseruatores possint procedere contra partes extra ciuitatem, aut diœcesim, in qua fuerint deputati.*

REspondeo dicendo, quod conseruatores secundum ius commune [d] quanuis non permittatur extra ciuitatem, aut diœcesim, in qua sunt deputati, contra aliquem procedere, aut aliquem extra locum itinere vnius diei remotiorem protrahere; conseruatores tamen fratrum per concessionem Leonis Decimi ampliorem habent iurisdictionem. Refertur enim in Supplemento [e] ordinis, quod Leo Decimus in concilio Lateranensi. *Statuit, vt conseruatores fratrum pro tempore à Sede Apostolica deputandi doctrina & probitate sint præstantes, & in ecclesiastica dignitate constituti esse debeant, & voluit, vt coram eis per eosdem fratres, quibus dati fuerint vltra duas dietas à loco suæ solitæ habitationis nullus trahi possit priuilegijs super hoc alias concessis nullatenus suffragantibus.* Verum est tamen, quod per breue Clementis Septimi Minimis cõcessum: *Conseruatores fratrum habent potestatem etiam extra loca, in quibus fuerint deputati procedendi: & conceditur eis facultas citandi & inhibendi etiam per edictum ad se trahẽdo citatos, & monitos, nõ obstantibus Bonifacij Papæ Octaui de vna dieta, & concily generalis de duabus dietis, dummodo non vltra tres dietas aliquis trahatur.* Ita refert Collector Capucinus [f] in additionibus ad compendium Mendicantium, quod priuilegium clare reuocat id quod ordinauit Leo X. in concilio Lateranensi respectu duarum dietarum.

Pro explicatione autem huius indulti est notandum, morem fuisse antiquitus, vt quatuor darentur dietæ conseruatoribus, prout tradit Rebuffus. [g] At lex nouæ compilationis [h] constitutionem concilij generalis de duabus dietis limitans ad duas dietas hoc restrinxit, & Innocentius VIII. tãtum voluit concedere duas dietas in anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo, quinto calendas Februarij, Pontificatus sui anno tertio ad petitionem Regis Ferdinandi, & Christianissimæ Reginæ Elisabeth Regum Castellæ, Legionis & Aragoniæ, tunc procurãte eorum nomine Ene co Lopez de Mendoça Comite de Tendilla pro eis in Romana Curia oratore: cuius bullæ tenorem tradit Azeuedo. Et Sixtus V. Romæ apud Sanctum Marcum sub annulo piscatoris die tertia Octobris, millesimo quingentesimo octuagesimo septimo, Pontificatus sui anno tertio in bulla, quę incipit Et si Mendicantium ordines: in qua confirmat & innouat omnia priuilegia fratrũ Minorum de obseruantia concedens conseruatores pro eorum conseruatione, vt extra locũ in quo sunt possint trahere reos, addit, Nõ obstantibus præmissis, ac piæ memorię Bonifacij Papæ VIII. etiã prædecessoris nostri, de vna & in cõcilio generali, de duabus dietis editis, dummodo vltra tres dietas aliquis præsentiũ vigore ad iudiciũ non trahatur. Quod id ipsum concesserat Gregorius XIII. anno Dñi millesimo quingentesimo septuagesimo quinto, die vigesima prima

Maij

d c. fi. §. conseruatores de offic. deleg. li 6.
e Supple. fo 26. cõcef. 83.
f Capuci. ti. conseruatores. pa. 130. lit. B.
g Rebuf. in tract. de priuile. schol. priui. 161.
h l. 20. tit. 7. li. 1. nouæ cõpila.
i Azeu. in l. 20.

Maij pontificatus sui anno tertio in confirmatione & innouatione priuilegiorum dictorum fratrum. Et Gregorius quartus decimus in confirmatione ordinis Cistertij priuilegiorum in bulla quæ incipit, Romanus Pontifex religiosorum, &c. data Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima octaua Iunij anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo primo Pontificatus sui anno primo, id ipsum cõcedit, nõ obstãtibus præmissis piæmemoriæ Bonifacij octaui de vna, & concilij generalis edita de duabus dietis, &c. Exquibus colligitur, quod hodie virtute dictorũ priuilegiorum possunt conseruatores procedere contra cõtradictores, vltra duas dietas dum modo vltra tres dietas ad iudicium minime trahantur. Neque ijs obstat lex nouæ compilationis superius allegata. Ipsa enim Concilij Generalis vestigijs inhærendo, duas tantum dietas cõcedit. Quod Concilium per dicta priuilegia constat esse abrogatum: quorum priuilegiorum vim lex regia tollere minime potest.

Notandum est etiam pro explicatione quod dieta secundum Bertachinũ [a] continet viginti leucas. De quo mouissime tractat, Villalobos [b] in suo Ærario mille cõmunium opinionum, vbi & inquit à quo loco computetur. Quod iam determinatum habemus in quadam nouæ compilationis lege [c] aduersus Rotæ decisionem aliter definientem, quam ipsam decisionem ibidem ipse Villalobos allegat, & ante eum tradit optimè Orosius. [d] Et istę dietæ a fine dioecesis, a qua citandus moratur, non verò à cõtinentibus ædificijs computantur, prout probatur, in dicta lege nouæ compilationis vestigijs inhærente Decretalis constitutionis Bonifacij octaui ei bi. *à fine dioecesum earumdem trahere non præsumant.*

Aduertendum denique, quod Episcopus constitutus iudex conseruator potest citare & compellere extra dictas dietas quoscũ q ue suæ dioecesis, si dictæ conseruatoriæ ad eum pertinuerint cum in omni sua dioecesi iurisdictionem ordinariam dicatur habere, & in quolibet loco suæ dioecesis non exempto perse, vel per aliũ possit pro tribunali sedere, prout determinauit Bonifacius [f] octauus.

a Berach. in suo repor. ver. dieta.
b Villalobos. ver. dieta. n. 83.
c l. 18. tit. 7. lib. 1. nouæ compil.
d Orosius. in l. 1, n. 4. ff. si quis caut. colu 687. in fin. cum seq.
e ca. fin. de offic. deleg. lib. 6.
f c. cum Episcopus de offic. ord. li. 6.

## ARTICVLVS VIII.

*Quid sit agendũ, si monasterio habẽti mẽbra in diuersis diœcesibus dentur cõseruatores in diuersis locis, sicut habet monasteriũ D. N. de Guadalupe Episcopum Cordubẽsem, Placẽtinũ, & Salmãticensem, cum clausula, vt intra tres dietas possint ad se trahere litigantes, an iniuriatq, vno cõseruatore præsẽte possit iniuriatẽ ad remotiorẽ conseruatorem trahere.*

REspondeo dicendo, quod hoc dubium mouet Ioãnes Andræas: g & doctissime suo modo respondet dicendo quod nõ. Primo quia in iure canonico prohibetur, q rei nõ trahantur vltra vnam dietam, prout dictum est in superioribus. Et ratio, in qua fundatur talis prohibitio est, ne partes vexentur, quæ ratio militat in hoc casu, si dictæ partes ad cõseruatorẽ remotiorẽ trahãtur, existẽte conseruatore prope locũ vbi iniuria manifeste cõtra fratres fuit patrata. Secũdo, quia i & si ius deficeret, æquitas hoc sua deret: quã æquitatẽ iura hcõmẽdant. Solũ enim æquitas legis concedit cõseruatores posse trahere reos vltra duas dietas, quãdo vrgens ratio id postulat, argumẽto cuiusdã legis. i Seruari igitur debẽt in hoc casu priuilegia de tribus dietis, quando ita fieri cõuenit vt sic clausula ciuiliter intelligatur. Et quãtũ fieri potest debet in hi fieri interpretatio, vt minus partibus præiudicetur, etiã si verba aliquo modo repugnẽt, cũ a semitis iuris cõmunis in his conseruatorijs recedatur, iuxta ea, quæ nos vtriusque iuris monumẽta k docẽt. Præcipue, cũ hęc priuilegia ex alio capite sint odiosa: quia scilicet præiudicant ordinariæ potestati, & clausula sit odiosa ligans eũ, qui cum dispẽdio à longe protrahitur. Faciunt pro hac parte quæ Imperatores Honorius, l & Theodosius Hypano Magistro militum rescripserunt, dicentes. Apparitores per orientem statutos officij tui ad aliud iudiciũ trahi

g And. in add dit ad speculat. tit. de iudice deleg. lib. 1. fo. 11. pag. 2.
h l. in sũma §. Labeo in fi. ff. de aqua pluuia arcẽda. c. eritautem x. 4. bist.
i l. 1. C. de dilat. l. de die §. fin. ff. qui satis d. cog. k 24. q. 1. ca. paratus ca. causam de rescrip. c. ex parte. 2. de offic. de leg. l. quanuis ee in ius vocã. l. siquando C. de inoff. test.
l. l. apparitores c. de offi. magis. milit.

minime oportebit. Sciat igitur magnificentia tua sub te siue ciuiliter siue criminali ter appetantur eos litigare debere. Denique talis fuisse videtur mens principis, ne grauedamnum alteri sine causa inferatur, secundum quam mentem priuilegia sunt explicanda, vt colligitur ex iure [a] quæ mens prævalet verbis, vt in alio iure [b] notatur.

a c. inhis de priuil. iũcta glos. 2.

b ca si. posquam §. 1. de elect. lib. 6.

Ex quibus colligitur, quod conseruator est præsens in loco vbi residet iniuriator aut est propè, & ratione aliqua esset suspectus iniuriatori, aut iniuriato, tunc ipse deleget si forma delegationis id patitur. Si vero non patitur, vel delegare non vult tunc ad alium remotiorem conseruatorem potest adiri: in hoc enim casu cessant superius allegata.

## ARTICVLVS IX.

### *Vtrùm post quinquẽnium durent conseruatoriæ quoad negotia cœpta.*

REspondeo dicendo, quod licet conseruatoriæ religionum sint perpetuæ, prout iam in superioribus [c] re solutum, remanet: aliæ tamen conseruatoriæ habent clãusulam limitantem, scilicet, præsentibus post quinquẽnium minimè valituris: sicut videmus in Cõcilio Tridentino [d] determinari, dicendo. Nemo etiam similium literarum beneficio vltra quinquennium gaudere possit. Et quæritur, an duret post quinquẽnium iurisdictio conseruatoris quoad negotia iam cæpta. Et respondet Ioãnes Andræas [e] negatiue, prout alibi scripserat. Et ratio eius est, quia istæ conseruatoriæ sunt odiosæ, prout in articulo superiori dictum est. Et ita iuxta terminos proprios ipsarum debent stricte explicari vt iurisdictio ordinariorum quominus fieri possit detrimentum patiatur.

c sup. hac q. a. 6.

d Sess. 14. de reform. cap.

e Andreas in addit ad speculat. 1. part. tit. de offic. deleg. fol. 12, pag. 1. col. 1.

* * *

## ARTICVLVS X.

### *Vtrum iudices conseruatores possint sub delegare.*

REspondeo dicendo, quod Sixtus quartus Pontifex maximus Romæ apud sanctũ Petrũ anno incarnationis Dominicę, millesimo, quadringẽtesimo septuagesimo, quarto pridie kalendas Septẽbris, Pontificatus sui anno quarto, prout habetur in Monumẽtis ordinũ [f], *Concessit fratribus Minoribus, vt conseruatores per eos nominati per se, vel per alios in suis partibus conseruẽt ipsos fratres contra ipsos iniuriantes.* Et id ipsum concessit Pius quintus in conseruatoria edita à Gregorio tertio pro Societate Iesu. Ait enim, quod, *Conseruatores, & iudices per ipsam Societatem & singulas eius personas, etiam si sint extra loca in quibus deputati sunt habent potestatem, vt tã perse, quam per alios Societatem defendant neque permittant eam super bonis, & priuilegijs tam Apostolica, quam ordinaria & alias rite regia autoritate concessis alijsque rebus ad ipsam pertinentibus à quibuscunq; personis tã secularibus, quã Ecclesiasticis indebite molestari aut, grauari.* Ita habetur in compendio [h] Societatis.

f In. i. imp. fol. 60, & in 2. fo. 145. cõ cess. 356.

Ex quibus colligitur, quod quanuis conseruator secundum iura communia debeat procedere perse ipsum, nec possit committere vices suas alijs (exceptis citationibus & sententiarum denuntiationibus) nisi aliter, eis per literas committeretur & tunc, non nisi infra ciuitatem & diœcesim, in qua deputatus fuerit hoc ei face-

g Compẽd. societ. titcõ seruator. §. 1 i c. fin. §. vices de offi. de leg. lib. 6. Andreas addit. ad speculat. tit. de iudice de legato lib. 1. part. 1. pag. 12.

facere licet, prout habetur in iure, & tradit Ioannes Andræas: Conseruator tamen fratrum secundum hæc priuilegia poterit vices suas alteri, & alijs committere. Et ita per priuilegium Clementis septimi tenet collector Capucinus in additionibus ad Compendium Mendicantium. a

a tit. conseruatores. fol. 230.

Aduertant tamen primo conseruatores fratrum quod non possunt ipsi committere alijs vices suas, nisi fuerint in dignitate cõstituti, prout tenet Ioãnes Andreas b dicens quod si ex beneficio literarum competit cõseruatori committere necesse habet committere personis in dignitate vel personatu constitutis in Ecclesijs cathedralibus, vel collegiatis. Et quod hæc clausula, vt possit per se vel per alium vtilis sit, quia exceptis citationibus, & sententiarum denuntiationibus nõ possunt conseruatores suam committere iurisdictionem: at virtute dictæ clausulæ possunt. Inqua fundatus doctrina tenet Didacus Perez, c quod etiam substitutus cancellarij, & sic vicecancellarius qui virtute conseruatoriarum cognoscit, oportet, vt dignitatem ecclesiasticam habeat & possideat, sicut & ipse cancellarius habere debet: alias sententiæ per cancellarium latæ nullæ erũt ipso iure, tanquam à non habente potestatem prolatæ. Regulariter enim cum quis per substitutũ deseruire potest, debet constituere alium æque idoneum prout expresse probat quædam lex d notabilis dicens conssideratis eorum laboribus per substitutum chartularium ciusdẽ scrutinij, cui præfectus est ipse, idoneum & tam optimis moribus præditum quam scientiam peritiamque rerum habentem electione sua, suarumque periculo facultatum præfatum munus eos adimplere præcipimus. Vbi Bartolus e per hunc textum supradictam tenet sententiam & eã comprobat Azeuedo, f & Euerardus

b Andræas vbi sub.

c Perez lib. 2 ordi. colu. 356. in prin.

d l. 2. C. de præpos. agẽ. in rebus lib. 12.

e Bart. in d. l. 2. n. 4.

f Azeued. in d. l. 20. nouę compil. tit. 7. lib. 1. Euerar. in consil. 20. cap. 93. de subroga. colu. 2. in paruis.

Aduertendum denique, quod cum secundum ius commune citationes & sententiarum denuntiationes possint conseruatores, per alios efficere, Pius quintus & Gregorius decimus tertius hanc gratiam ampliando in dicta conseruatoria concessione indulta religioni Societatis Iesu, concesserunt, quod quando iudicibus, & conseruatoribus huius modi tutus non apparet accessus ad loca, in quibus morari contingeret eos, qui monendi, inhibendi, atque citandi sunt possunt hæc per edicta publica efficere, locis publicis ea affigendo, dequibus esset verisimilis coniectura quod ad ipsorum monitorum citatorum, & inhibitorũ notitiam valerent peruenire. Ita continetur in dicto societatis Compendio. g

g Comp. Societ. vbi. su. §. 4.

## ARTICVLVS XI.

## Vtrum cõseruatores possint cognoscere de omnibus causis.

h c. 1. c. fin. de offic. de leg. lib. 6.

REspondeo dicendo, quod Innocẽtius h quartus Pontifex maximus iudicibus conseruatoribus tantum concessit vt de manifestis iniurijs, & violentijs cognoscant neque ad alia, quæ iudicialem indaginem exigunt, suam possunt extendere potestatẽ. Quod si præscriptam formã fuerint trãsgressi, eo ipso per annum ab officio sint suspensi. Imo, & quod non vulgarem difficultatẽ habent regia i constitutio ordinamentorũ regalium noue definit minime posse iudices conseruatores id transgredi etiam si vberior potestas & iurisdictio in rescripto concessa fuerit. Quod si ad vnguem non seruauerint pœna amissionis naturalitatis horũ regnorum puniantur. Hæc pro parte negatiua adducuntur. Sed pro parte affirmatiua in inferioribus multa adducemus, quæ eam satis probant.

i l. 1. tit 8. li. 1. ordin.

Pro cuius rei resolutione est notandum quod vt hæc quæstio perfecte clare, & distincte intelligatur, tria sunt consideranda. Primum est, de quibus causis possibiliter possint cognoscere conseruatores. Secundum de quibus causis secundum ius commune cognoscere possint? Tertium de quibus causis secũdũ priuilegia possint iudicare.

Quantum ad primum sit prima conclusio: Non est prædictis iudicibus prohibitum de alijs causis vltra iniurias & violentias manifestas iudicare & cognoscere si in literis Apostolicis hoc illis fuerit indultum. Quod ex eo manifestè patet: quia Summus Pontifex causas Ecclesiasticorum ad secularia tribunalia spectantes auocare potest, & alteri terminandas committere, prout tradunt multa iura Canonica k, & vltra alios latissime comprobat Couarruuias. Et istorum iudicum potestas à literarum facultate dependet, prout dicitur in iure. l

k ca. nostrã. de appellat. c. pastoralis §. præterea de offic. de legat. c. ecclesia. 2. ver. no s quid vt lite pendẽt. Cõcil. Trid. sess. 24. c. 20. Couar. pract. q. q. c. ca. 9. l cap. recipi m'. §. porro de priuileg.

Nec his refragatur textus, in capitulo primo de officio delegati, libro sexto.

Loquitur enim quando conseruatorũ potestas est limitata, secus si ampla tribuatur eis iurisdictio quia tunc impune cauti possunt. Qua propter illius Decretalis decisio ferè hodie inutilis est cum ampliori forma recepta sit, vt scribũt Ioannes Andreas ibi super casus positione, & ibi etiam Archidiaconus Et Dominicus [a] & Rebusus.

a Domini. in.d.c.fin.§. conseruatores Rebuf. in.l.48.in fi. de verb.signifi.

Nec minus aduersatur præcitata lex regia prima disponens, non esse alicuius valoris iurisdictionem, quæ contra prædictam prohibitionem concessa fuerit. Hæc enim lex articulo sequenti explicabitur.

Quantum ad secundum sit secunda conclusio. Iudices conseruatores religiosorum & Mendicantiũ possunt, non solum contra clericos stãte decreto Cõcilij Tridẽtini procedere, sed etiã cõtra laicos promanifestis in iurijs, vel violentijs personis ecclesiasticis & regularibus illatis, quanuis rei sint: quia minimè ex hoc defraudatur regia iurisdictio, cum talia crimina sint mixti fori prout sacri Canones, [b] & leges regiæ nobis aduertunt. Et hoc probatur ex lege [c] regia ordinamentorum, cuius tenorem articulo sequenti proponemus, quæ loquitur de laicis, & eius exceptio, qua permittit conseruatoribus de manifestis iniurijs, & violentijs cognoscere contra laicos dubioprocul intelligenda est, cum exceptio semper ex regula profluat secundum iuris regulam. [d]

b c. cum sit generale de for. cõpet. l.58.ti.6.par. 1.l.4. tit. 18. ead.par.

c l.5. tit.3. li.1.ordin.

d l.nã quod liquide. §. fin.ff.de priuil.

Tunc autem dicitur manifesta iniuria, & violentia inferri, vt pateat aditus iudicibus conseruatoribus contra laicos procedendi quando monasterium & religiosi sua possessione perturbantur, aut eorum priuilegia, exẽptiones, & immunitates violãtur, prout dicitur in iure. [e] Quod inqualibet oppressione locum obtinet vt ex alijs decretis colligitur & tradunt Abbas, Socinus & Lapus. Qui probãt, quod iudicibus ecclesiasticis permittitur laicos cõpelliere, vt pro iniurijs & damnis ecclesiæ illatis competenter satisfiat. Et in proprijs huius controuersiæ terminis id tenẽt Ioãnes Lopez [g] & Salzedo: qui ait non semel iudicatum vidisse, maximè anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo tertio in fauorem religiosissimi collegij pietatis Iesu populi Complutensis. Nam cum quidam ciuis oppidi de Loança vim dicto collegio quibusdam suis prædijs intulisset consilio eiusdem doctissimi viri querela huius violentiæ & oppressionis proposita fuit coram vicario generali curiæ Complutensis huius sacri collegij cõseruatori pro tunc. Et licet rei personaliter citati declinatoriam fori exceptionem proposuerunt causa ad regiam Pincianam curiam fuit delata, & in ea fuit declaratum nullam vim à iudice conseruatore illatam fuisse, & causa eis fuit remissa.

e c.cum sit generale de for. compet. f c.si clericus de foro cõpeten. Abb. & DD. in.d. cum sit generale vbi Soccin. n.18 Lap. allegat 58.&.72.

g Lopez. in c.per vestras §. sed pulchra dubitatio.n.3.fol. mag.181. Salzedo in pract. crimin. c.3. fol.10.col.1 &.2.

Ex dictis infertur, quod si aliquis furore choleræ accensus dicat aliquibus fratribus quod velint nolint debet ingredi monasterium, & ingrediatur de facto nulla læsione secuta, si statim à tali furore desistat & relinquat eos in sua pacifica possessione, non est dictus reus coram conseruatore iudice conueniendus, cum in hoc parũ læsum fuerit monasterium, & de minimis non est curandum. Et eorum fratrum possessio non fuit perturbata cum statim in ea pacifice fuerint relicti sine aliqua, vt dictum est læsione & notabili violentia.

Infertur etiam quod fratres non possunt creare iudicem conseruatorẽ in fauorẽ eius qui ipsis vim intulit, vt per hoc liberetur à manibus brachij secularis, quia verbi gratia, ipsum rigorosè volebat castigare. Non enim fratribus conceditur iudex conseruator, vt suos iniuriatores defendant, sed vt se & sua ab eorum iniurijs protegant, contra eos procedendo. Quod est notandum. Vidi enim quendã prælatum à suo superiore punitum, quia titulo charitatis elegit conseruatorem contra quendam monasterio iniuriantẽ, non, vt ipsum puniret: sed vt eius blanda punitione à rigorosa manu brachij secularis eriperet.

Aduertendum insuper quod si reus confiteatur delictum coram conseruatore, tunc conseruator potest procedere in eo casu contra confitentem, licet neget qualitatem notoriam. Et ratio est quia quamquam in hac specie non sit notorium per euidentiã facti, est tamen notorium per euidentiam iuris perfacti cõfessionem. Ita quædam Decretalis, [h] iuncta eius glossa: & tenent Innocentius Ancharranus, Dominicus & Frãcus

h c. vestra iuncta gloss. ibi.v.nõ diffitetur. de cohabit.cleric. Innocẽ. colu.2. Ancharr. col.2. Domin.n.8. Francus.n.1 in.d.ca.1.de offi. deleg. li.6.

Sed quid, si reus neget offensam vel esse delictum notorium, tunc huiusmodi iudex conseruator secundũ aliquos nõ potest procedere cõtra eũ. Per negationẽ enim partis videtur fieri res dubia iuxta glossam [i] & Felinum: quia conseruator non potest se intromittere vbi est necessaria iudicialis indago. Præterea notorium non probatur per testes sed per euidentiam facti, prout affirmant

i Gloss.1.in d.c.1.l.3.C. quibus ad libert. proclam.non licet Felin.in c.si clericus de for. cõp.

ac. quanto de transl. Episco. c. fi. de cohabit. cleric.

mant sacri Canones, [a] & ita interpretatur potestatem conseruatorum Antonius de Butrio. [b]

b Butr. tit. de notor. a. 14 n. 4.

Sed contraria sententia est tenenda, scilicet, quod conseruator potest cognoscere summatim de notorietate cum sit res dubia an eius sit iurisdictio. Ita Innocentius, [c] quē sequuntur omnes, exceptoHostiensi. Quod aliquibus iuribus comprobatur, & præsertim ex quadam Vlpiani [d] iuris consulti decisione. Et Innocētius [e] tertius affirmat quod iudex per rescriptum delegatus potest cognoscere de validitate rescripti, & per consequens, an in causa possit procedere. Nec obstat, quod conseruator non habet indaginem iudicialem. Hoc enim debet intelligi, quod scilicet, non habet indaginē iudicialem in notorijs inquibus non habet iurisdictionem, sed non inquibus habet iurisdictionem. Habet enim in his indaginē iudicialem ad cognoscendum an sit iudex, vel non. Et probatur: quia si conseruator habet iurisdictionem in notorijs potest facere illa, sine quibus iurisdictio sua expediri non potest iuxta ea, quę communiter in iure. [f] notantur.

c Innocen. in d c. 1. n. 5. & 6. vbi. dd.

d l. siquis ex aliena ff. de in ius vocando.

e c. super. li teris iuncta glos. ver. nullatenus extra de rescr.

f l. ff. de iurisdi. omniū iudic.

Exquo infertur, quod si conseruator citat reum, & reus est contumax, potest, eum cognoscendo de sua contumacia condemnare in expensis vt decreta & canonica loquentia de iudice delegato affirmant, & leges ciuiles nos docent. Et potest etiam excommunicare, & interdicere vt infra dicemus. Vn decolligitur, quod in casu, de quo loquimur potest conseruator summarie procedere cō tra negantem notorietatem ad ipsam notorietatem indagandam, cum iudici competat indagare an iurisdictio sibi cōpetat nec ne.

gc. de causis. §. 1. & in ca. præterea de offic. deleg. l. i. ff. quis just. nō obtin.

Quantum ad tertium quod promisimus decidendum, sit tertia conclusio, quod forma conseruatoriarum est inspicienda, & nō decisio iuris communis, prout ex iure colligunt Ioannes Andræas [h] & communiter scribentes. Et ita hodie communiter dantur conseruatoriæ generaliores, vt affirmat Nauarrus. Et conseruator vniuersitatis Salmanticensis cognoscit de omnibus causis generaliter, etiam non notorijs: & ita lege regia [i] partitarum declaratum est. At prolixum nimis esset concludere in hac conclusione, quid per conseruatorias sit hodie à sede Apostolica concessum regularibus, ideo articulis sequentibus pro posse comprehendetur.

h Andreas in d. ca. fin. de offic. de legat. li. 6.

i Nau. c. 27. n. 125.

k l. 18. tit. 7. part. 1.

## ARTICVLVS XII.

### *Ad conseruatores regular iū possint coguoscere cōtra debitores ex causa ciuili.*

REspondeo dicendo, quod circa hoc dubium duas inuenio opiniones cōtrarias

Prima est affirmatiua, Guidonis k Papę quem sequūtur Alciatus, & Didacus Perez.

k Guid. pap. decis. 18. in fin. Alciat. de prę sum prę sum. p. 1. q. 23. n. 1. Perez in l. 1. ti. 7. li. 1. ord. co. 2. 69. ver su. conseruatores autē.

Secunda opinio est contraria quod scilicet minimè possint. Et hanc tenet nouissime Gutierrez [l] in quadam practica quæstione, In fine cuius ait Alciatum tenere cō tra Guidonem. Et sic reprehendit Didacum Perez pro sua parte cum Guidone adduxisse Alciatum, cū Alciatus teneat contra Guidonem. Dequo certè miror valde, Alciatus enim expresse tenet cum Guidone iloco allegato à Gutierrez. Et vt hoc patefiat eius literam & verba in medium proponam: quæ sunt sequentia. *Cum in bullis conseruatorum dicatur, quod cognoscant cōtra iniuriātes monasterijs, &c. sequitur q̄ poterunt cōpellere ad solutionem debitores nolentes soluere, ex quo illi non satisfaciendo dicūtur iniuriari.* Hæc Alciatus in loco in margine allegatus: Primū pro opinione Guidonis fundamentum propositum à Gutierrez est desumptū ex Concilio Tridentino. [m] Nam si conseruatoribus deputatis & singularibus personis, & capitulo hoc prohibetur in dicto decreto, & regularia loca, & cętera in eo excipiuntur, vt horum personæ in dicto loco minime comprehēdātur: ergo in eisdem causis inquibus singularibus personis est prohibitum vti literis conseruatorijs, erit permissum locis regularibus, & alijs de quibus in dicta exceptione, vt exceptio sit de regula iuxta iuris regulā. [n] Huic argumēto respondet Gutierrez in hunc modum, scilicet, Concilium Tridentinum esse intelligēdū iuxta dispositionē iuris communis ideſt, vt licet regularia loca & similia exempta eorumq; personæ non cōprehēdātur indicto decreto, eiusque prohibitione nihilominus tamen in his iuris dispositio seruanda sit. Non enim Concilium ibi specifice agit de forma & causis in quibus iudices conseruatores ab his eligendi procedere debent, id enim omisit, ac proinde iuris dispositioni relinquit. Sed tantum voluit excipere

l Gutier. li. 3. pract. q. 9.

m Cōnc. sess. 14. de refor. c. 5.

n le. nam q liquide cū simil. ff. de pecu. legat

à reuocatione præcedenti conseruatoriarum, quam fecerat, prædicta loca eorumq; personas. At vero quomodo ab his electi iudices conseruatores procedere valeant ac possint ibi non agit, sed remanet in dispositione iuris cõmunis prædicti.

Quæ doctissimi viri responsio vera est, sed diminuta. Non solum enim in dicto concilio conseruatoriæ regularium remanent in dispositione iuris communis, sed etiam in dispositione priuilegiorum quæ in ipsis conseruatorijs præter & contra ius cõmune continentur, de quibus aliqua iam diximus supra, & infra de alijs dicetur. Quia talia priuilegia minimè sunt per Concilium Tridentinum abrogata: imo verò ab eodem Concilio sunt confirmata, cum non abrogẽtur ab eodem. Ait enim Concilium.[a] In cæteris omnibus prælatorum ordinum priuilegia & facultates, quæ ipsorum personas loca & iura concernunt firma sint & illęsa. Et ita fatetur Nauarrus, [b] quod hodie concedunt conseruatoriæ, virtute quarum cognoscitur de his quæ requirunt iudicialem indaginem quas in inferioribus proponemus.

a Con. Trid. sess. 25. de regul. cap. 20.

b Nau. c. 27. n. 125.

Secundò probatur nostra sententia: quia debitores nolentes soluere iniurias ipsis monasterijs, eorunque personis maximas infigunt, de quibus manifestis iniurijs conseruatores virtute iuris cõmunis cognoscunt. At huic argumento respondet Gutierrez, quod conseruatores possunt cognoscere de manifestis iniurijs, nõ sumendo iniuriam pro omni illo, quod fit contra ius, & causat damnũ monasterijs: sed sumpta iniuria in specie pro contumelia & conuitio, & sic pro offensa, de qua in titulo de iniurijs. Nam verba rescripti capiuntur strictè & in specie & propriè prout colligitur ex iure. [c]

c Rodulph. de rescript.

Sed contra hanc responsionem arguam, tum iure communi, tum priuilegijs. Primo enim videtur allucinari doctissimus alias vir, cum tantum velit accipere nomen iniuria specialiter & strictè, prout considerat eã Vlpianus. [d] Cum idemmet Vlpianus [e] considerat statim ipsam iniuriam dicens ꝙ interdum iniuriæ appellatione damnũ culpa datum significatur. Et licèt verba rescripti strictè sint interpretanda, debent tamen secundum subiectam materiam explicari. Vnde cum hic agatur de rescriptis conseruatorijs, id est, de conseruando loca regularia eorumque res & personas, diminutè prouisum esset à sede Apostolica, si tantum pro contumelijs, & violentijs conseruatores concederet, & pro damnis manifestis eos denegaret, præcipue, cum rarò cõtumelientur & vim patiantur loca, & res, & personæ regulares: sæpè autem & sæpius damnis non paruis notorijs afficiantur.

d l. 1. de iniur. & famo libel.

e Ind. l. 1. & in. l. sed & si quemcunque. ff. ad. l. Aquiliam.

Et certè iniuria maxima fieret generalitati verborum, quibus summi Pontifices in suis bullis volunt religiosi status protectionem. Ait enim Pius quintus in sua conseruatoria expedita per Gregorium tertium decimũ: cõcessa religioni Societatis. [f] *Quod possunt regulares tam in ciuilibus, quam in criminalibus & mixtis siue actores sint, siue rei omnes & singulos Archiepiscopos Abbates necnon personas in dignitate cõstitutas, canonicos Metropolitanarũ, vel cathedralium Ecclesiarum, & vicarios archiepiscoporum, & Episcoporum inspiritualibus, eorumque officiales generales vbi libet constitutos contra quascunque cõmunitates & collegia in suos conseruatores & iudices ordinarios assumere.* Hæc dicta conseruatoria. Notanda enim sunt illa verba, tam in ciuilibus quam in criminalibus, quam mixtis: quæ satis denotãt omnes causas quibus damnum & vis causatur dictis regularibus ad conseruatores pertinere. Et hoc magis in specie probatur. Nam contumelia, iniuria & vis quæ infertur locis rebus & personis Ecclesiasticis, & regularibus mixti fori causa est cum sit sacrilegium, & laicus coram iudice ecclesiastico, aut seculari possit conueniri, si patrator talis sacrilegij existat, vt in fauorem ecclesiæ ordinauerunt iura, [g] & tenet Felinus & fatetur Ioannes Gutierrez. Et Salzedo in sua practica criminali dicit communem. Hoc supposito probatur nostra conclusio. Nam dicta conseruatoria non solum conceditur pro causis mixti fori, cuiusmodi est iniuria in specie sumpta, & violentiæ locis, rebus & personis religionum illatę

f Habet. in cõpend. fo ciet. ver. cõseruatores, §. 1.

g ca. cũ sit generale de foro comp. Felin. in. ca. ecclesia sanctæ Mariæ n. 7, & 8. de constit. Salzedo in practic. crim. c. 3. Guti. vbi sup. n. 12. & 13.

illatę pro quibus solum dicit Gutierrez conseruatores concedi, sed etiam concedit pro causa ciuili cuiusmodi est debitum quod debitores monasterijs minimè volunt soluere in quo monasteria non modicam iniuriam & detrimentum patiuntur.

Et quod iniuria manifesta pro quo conseruator deputatur, sumatur pro damno dato, satis nobis indicat Sixtus in conseruatoria Minoribus indulta, de qua in superioribus fecimus mentionem Alloquens enim ibi conseruatores ait. *Quod non permittant perquoscunque in debitè molestari, aut eis grauamina, iniurias atque damna inferri seu quomodolibet irrogari.*

Hæc Sixtus quartus. Patet etiam ex alia cõseruatoria Sixti quarti, quæ incipit: Dum attenta meditatione, data Romæ apud D. Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo Sexto, quarto Calendas Decẽbris prout refertur in Monumẽtis.[a] Qui inter alia concessit fratribus Carmelitis. *Iudices conseruatores, ipsis præcipiens, quod nõ permittant dictos fratres per ordinarios, & perquoscũque alios indebitè molestari, aut eis grauamina, iniurias, atque damna inferre, seu quomodolibet irrogari.*

a In.1. imp. tom.2.fo.105 pag.2.lit. m

Item Ioannes vigesimus secundus, vt in eisdem Monumentis[b] continetur in bulla, quæ incipit, venerabilibus fratribus, data Auiñon sexto calendas Maij, Pontificatus sui anno tertio concessit fratribus Minoribus iudices conseruatores. *Vt eisdem efficacis defensionis præsidio assisterent, nõ permittẽtes eosdem à quibus cunque indebitè molestari vel eisdem damna violentias, iniurias & molestias irrogari.*

b In mon. in 1. impref. fo. 119.

Item Eugenius quartus in conseruatoria cõcessa ab ipso monasterio *D.* Nostrę de Guadalupe extenso iam ad omnia ordinis Dui Hieronymi, monasteria, cuius tenorem infra in hoc articulo referemus, ait quod *Concedit ipsos conseruatores non solũ pro ipsis fratribus & corũ conuentibus, possessionibus, terris locis iurisdictionibus, sed etiam pro fructibus prouentibus & omnibus bonis mobilibus & immobilibus, quocunque nomine & quibuslibet molestijs, iniurijs atque damnis cæterisque tam realibus, quam personalibus actionibus præsentibus, & futuris.*

Item Pius quartus[c] anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo kalendis Iulij Pontificatus sui anno primo, in bulla, quæ incipit, Romani Pontificis circunspecta &c. confirmans priuilegia ordinis militaris sancti Ioannis Baptistæ, quibus gaudent Mendicantes, prout dictum est in superioribus[d] concesit dicto ordini conseruatores. *Aduersus inferentes vim personis eius instituti, aut eorum seruitoribus & familiaribus iniurias seu grauamina, vel damna in personis, rebus, & bonis.*

c Habet. in li. priuileg. huius fordi. vidi sub sig. gil. auth.

d Sup. hoc 1. tom. q.

Exquibus omnibus satis constat, saltem in bullis, & priuilegijs conseruatoriarum, non solum concedi conseruatores pro iniurijs, prout significant contumeliam & violentiã, sed etiam prout significant damnum datũ. Sed vt veritas huius articuli magis patefiat operæpretium esse duxi ad agumenta, quæ incontrarium proponuntur, respondere.

## *Ad argumenta.*

Primo arguitur à doctissimo alias viro ex quadam Decretali dicente quod conseruatores non possunt cognoscere de his, quę iudicialem indaginem exigunt. Exquibus

e c.1. de offi. deleg. li. 6.

verbis colligit regulares non posse nolentes eis soluere debita ciuilia coram conseruatore cõuenire: cum si ipsi debitores negẽt debitum aliasue exceptiones legitimas allegent negatione efficiatur res dubia, iuxta quãdã legem [a] ex qua id notant glossa, Felinus & Iason, & communiter scribentes. Et per consequens cum talis iudicialis indago requiritur ad hanc suam extenderent iurisdictionem iudices conseruatores.

al.3.C.quibus ad libert. procl. nõ licet vbi glos. ver. dubium Felin. in c. si clericus laicum n.2. de for. competent. & in.c.cõrã n.8.de offi. delegat. Iason in le.1. iuxta.fin.ff. de transactio.

Respondetur primo quod quando debitum est notorium etiam si negetur à debitore, potest ipse iudex conseruator cognoscere rit vtrum debitum notorium sit: & notoriũ sit quod ipse non vult soluere. Erit autem notorium si per instrumentum, & testes omni exceptione maiores probetur: in hoc enim casu indagat iudicialiter prædictus iudex, an ad id sua potestas extendatur, quod sibi à iure non denegatur, prout articulo superiori probatum est.

Secundo respondetur quod debuit doctissimus alias vir in memoriam reducere doctrinam Nauarri superius citatam quod scilicet hodie communiter dantur conseruatoriæ cum clausula, vt possint iudices cõseruatores cognoscere de his, quæ altiorem requirunt indaginem: & sic de hic cognoscentes virtute earum non incidunt in pœnam excommunicationis, nec in pœnam suspensionis per annum ab officio de qua in capitulo finali de officio delegati libro sexto. Hæc Nauarrus.

Videamus igitur, vtrum ipsis hodie cõceda tur iurisdictio in his, quæ requirunt iudicialem indaginẽ. Et primò Benedictus vndecimus in bulla, quæ incipit, venerabilibus fratribus Archiepiscopo Compostellano &c. data Romę apud Sanctum Petrum quarto nonas Aprilis, Pontificatus sui anno primo pro prouincia sancti Iacobi regularis obseruantiæ Minorum fratrum instituit Archiepiscopum Compostellanum, Olixbonensem, & Çamorensem Episcopũ contra rectores Ecclesiarum & alios &c. In illis, videlicet, quæ iudicialem requirunt indaginem per viam iudicij in alijs vero prout qualitas ipsorum exegerit iustitiæ complementum facturi.

Deinde Eugenius quartus anno Domini millesimo quadringentesimo, quinquagesimo primo, Idibus Augusti Pontificatus sui anno decimo tertio, concessit & expediuit in forma breuis in fauorẽ monasterij B. Mariæ de Guadalupe. *Episcopos Salmanticensem Placentinum & Cordubensem conseruatores, quos & quemlibet eorum in solidum iudices conseruatores & defensores instituit priores fratrum cõuentus, possessionum, terrarum, locorum, iurisdictionum, fructuum reddituum, prouentuum & omnium bonorum mobilium & immobilium, quocunque nomine, & quibuslibet molestijs in iurijs ac dãnis cæterisq; tã realibus, quã personalibus actionibus p ræsentibus & futuris in illis videlicet, quæ iudicialẽ indaginẽ requirũt sũmariè & de plano sine strepitu figuræ iudicij; in alijs vero prout qualitas eorũ exegerit iustitiæ complemẽtũ. Et cõtra quoscunque cuiuscunque dignitatis, gradus status, ordinis, vel conditionis extiterint compellentes eos autoritate Apostolica per cẽsuram Ecclesiasticam (appellatione postposita) non obstantibus constitutionibus Bonifacij octaui de dieta vna ac de duabus in concilio generali: dum modo virtute huius conseruatoriæ vltra tres dietas à fine suæ diœcesis computandas, quis non trahatur cæterisque alijs contrarijs quibuscũq; à summis Põtificibus consti*

*constitutionibus emanatis, aut emanandis, quæ huic iurisdictio ni & potestati, eiusq; libero exercitio obuiare, seu impedire possũt, nisi in illis fiat plena & expressa mentio de verbo ad verbum de huiusmodi indulto.* Hęc Eugenius Quartus, prout refertur in [a] Compendio priuilegiorum Diui Hieronymi. Vbi collector aduertit, quod hanc conseruatoriam postea Nicolaus Quintus Pontificatus sui anno sexto ad vniuersum ordinem, & singula eius monasteria extendit. Et per cõcessionem Pij Quarti expeditã, per Pium Quintum, de qua in quæstione de communicatione priuilegiorum fecimus mentionem, etiam extensa est: cum per dictam concessionem omnia priuilegia & indulta temporalia, & spiritualia facta vni dicti ordinis monasterio omnibus eiusdem ordinis monasterijs facta decernantur.

a tit. conseruatoriæ bullæ. §. fi.

Quæ extensio non est, vt omnia alia monasteria habeant dictos tres conseruatores. Hoc enim esset maximè molestum his qui ad eorum iudicium traherentur: cum quædam in Hispanijs monasteria huius sacræ religionis vltra quatuor, & quinque dietas distent à dictis conseruatoribus assignatis. Et non est præsumendum Pontificẽ maximum quid contra ius concessisse. Extensio igitur prædicta, vt omnia alia monasteria fruantur dicta Bulla (vt existimo) est, vt conseruatores deputati pro alijs monasterijs eandemmet habeãt autoritatem, quam habent tres in illa nominati pro monasterio B. Mariæ de Guadalupe. Vnde per communicationem ordines mendicantes gaudent dicto priuilegio, & eorum conseruatores possunt procedere etiam in his, quæ iudicialem requirunt indaginem.

Secundo arguit Gutierrez ex quadam [b] lege nouæ compilationis, vbi dicitur.

b l. 1. §. 2. ti. 5. lib. 1. nouæ compil.

*Los conseruadores dados, y deputados por nuestro muy Sãcto Padre, no sean osados a perturbar nuestra iurisdiction seglar, ni se entremetan a conoscer, saluo de injurias, y offensas manifiestas y notorias que suelen ser hechas a las Iglesias o monasterios, y personas ecclesiasticas, segũ que los derechos communes disponen, y los Sanctos Padres que los ordenaren, y no mas ni aliẽde no embargante qualesquier commissiones, o poderes que le sean o son dados. Y si los tales conseruadores lo cõtrario hizieren por esse mismo hecho pierdan las temporalidades, y naturaleza, que en nuestros Reynos tienen, y sean auidos por agenos, y estraños de nuestros Reynos: la qual naturaleza no puedan recobrar, y de mas que, assi como rebeldes y desobedientes a su Rey los mandaremos salir de nuestros Reynos.*

Ex qua lege videtur, quod non possint conseruatores in his Hispaniarum regnis se intromittere ad compellendum debitores, vt soluant debita ciuilia monasterijs, saltem vbi iudicialis indago requiritur ad dictam compulsionem peragendam, non obstante alia suæ sanctitatis quacunque data commissione vltra ius commune.

Huic argumento respondet [c] Salzedo, quod ibi solum præcipitur conseruatoribus ne iurisdictionẽ regularem perturbent contra laicos procedendo. Non autem ibi præcipitur, vt contra Ecclesiasticas personas possint se opponere virtute dictarum conseruatoriarũ concedentium indaginem iudicialem, cum per hoc non perturbetur iurisdictio regularis. At hæc solutio videtur diminuta. Secundum eam enim nõ possunt conseruatores compellere debitores seculares nolentes soluere monasterijs, vt debita ciuilia illis soluant. Vnde ad aliam solutionem deueniendum est.

c Salzed. in pract. crim. c. 3.

Pro cuius explicatione est notandũ val-

de, quod, quidquid monachus acquirit quo ad Dominium, soli Deo & Domino nostro Iesu Christo acquirit, prout ait Innocentius [a] communiter receptus per citatos ab eo, & à Nauarro: & Concilio [b] Tridentino hoc innuere videtur. Ius autem administrandi eius dominij supremum & generale acquirit Papæ, & Ecclesiæ vniuersali, particulare verò illi Ecclesiæ, & monasterio, cuius ipse est, si sunt capacia iuris administrandi, alioquin etiam speciale remanet apud Papam, & sola detentio, & vsus & administratio facti penes ordinis monasteria, quibus acquiritur ius particulare administrandi, si illius essent capacia, prout latius probabimus in secundo tomo in quæstione de paupertate.

a Innocen. c. cũ super de cau. possess. & propri. Decius in. c. constitutis de rescrip. Naua. in tract. de redditibus eccles. monit. 40. q. 1.

b Concil. Trid. sess. 25. de regul. c. 2.

Ex hac doctrina colligitur, qua ratione ius commune pontificium in Cõcilio [c] Tridentino, innouatum potuit determinare, vt iudices Ecclesiastici possint procedere non solum contra clericos, sed etiam cõtra laicos, qui bona Ecclesiæ, vel alicuius pij loci occupauerint. Quod à fortiori potest etiam Papa determinare, cum secundum veritatem sit super concilium. Et ratio est: quia cum ad Papam & Ecclesiam pertineat ius administrandi dominij generale, & supremum rerum Ecclesiasticarum, & regularium: ideo contra horum bonorum detentores, & vsurpatores potest procedere recuperando patrimonium Ecclesiæ dispersum ne dissipetur, cuius Dominus est *Deus*, & Dominus noster Iesus Christus. Et hoc faciendo Ecclesia & summus Pontifex non turbant iurisdictionem regalem, cum bona supradicta non sint bona laicalia, sed bona ecclesiastica. Et ideo potuit Papa concedere iudicibus conseruatoribus autoritatem ad iudicandum de ijs, quæ iudicialem requirunt indaginem, quando scilicet, ecclesijs, monasterijs, fratribus, & rebus, & bonis ipsorum fit aliqua notoria iniuria, damnum, & grauamen. Et sic cũ quis est malefactor, aut rerum religiosorum spoliator, notorius raptor, & inuasor manifestus, in fauorẽ ecclesiæ est introductum, vt ipsos malefactores, qui sacrilegi sunt cẽsendi locorum rectores possint sub quo maluerint iudice conuenire, prout dictum est iam in superioribus. Et licet hoc procedat, vt ait [d] glossa & cõmunis, quãdo agitur cõtra malefactores, & sacrilegos cuiusmodi nõ sunt debitores monasteriorum, nolentes ipsis monasterijs satisfacere, respõdetur tamẽ cũ eadẽ glossa vbi ait.

c Concil. Trid. sess.

d Glossa in d. c. concil. Generali verb. malefactores.

*Quod tantum contra malefactores loquuntur iura de hoc agentia,* Addit tamen. *Quod de alijs potest id ipsum determinari, vt scilicet laici possint coram iudice ecclesiastico conueniri. Primum quando coram iudice laico non possunt regulares & ecclesiastici suam consequi iustitiam.* Prout dicitur in [e] iure. Limitat secundo in finalibus verbis dicens. *Nisi consuetudo contrarium inducat, vt dicitur supra eodem titulo capite si clericus laicum in fine.* Vbi asseritur, quod actor forum rei sequi debeat, licet in plerisque partibus aliter de cõsuetudine habeatur, vbi glossa in verbo cõsuetudine ait. *Talis consuetudo contra omnia iura prædicta est, sed introducta est propter negligentiam laicorũ in exhibenda clericis iustitia, vt infra in eodem titulo capitulo, cũ sit generale. & capitulo. licet. & capitulo ex tenore. Sed Papa siue sint negligentes siue non, quotidie concedit literas contra laicos super quacunque quæstione. Et ita assumit sibi iurisdictionẽ aliorum contra id, quod dicit supra titulo proximo in capitulo nouit in principio.* Hæc glossa. Ex quibus glosis colligitur primo, quod Sũmus Pontifex ratione negligentiæ iudicum secularium in administrando justitiam clericis potest in quacunque causa facere, vt ecclesiastici conueniant laicos sub quocunque iudice maluerint. Secũdo colligo, quod etiam si non sint negligentes potest id ipsum efficere

e c. extrãmissla de foro competen.

cere ex causa rationabili, sicut consuetudo id in diuersis partibus effecit.

Ex qua doctrina infero primo, quod Papa propter negligentiam iudicum secularium in administrando iustitiam Religiosis, potuit condere legem, vt in quacumque causa ipsi laici possint trahi coram iudicibus conseruatoribus ab ipso deputatis. Et sic potuit contra laicos ipsis committere, vt cognoscerent ad petitionem fratrum sine strepitu & figura iudicij de iniurijs & dānis siue à laicis illatis, etiam si iudicialis indago ad id decidendum sit necessaria, potuit id etiā ipsis cōcedere, licet iudices secularis nulla notentur negligentia. Et hoc in fauorem status regularis, ne hunc profitentes statum ad tribunalia secularia accedant vbi lites cū strepitu & figura iudicij aguntur, contra terminū cautarum regularium, quæ sine strepitu, & figura iudicij decernunt constitutiones pontificales peragi debere.

Secundo infertur, quod numquam mihi potui persuadere, quod dicta lex regia disponit (sicut aliqui intellexerunt) quod conseruatores non iudicarent, nisi de manifestis, & notorijs iniurijs contra religiosos factis à secularibus, etiam si ipsi conseruatores à Sede Apostolica ampliorem haberent potestatem. Imo contrarium ex dicta lege colligitur ibi. *Segun que los dere chos cōmunes disponen, y los Sanctos Padres que los ordenaron.* Quæ verba indicant duo. Primum est, quod conseruatores non se intromittant in alijs, præter ea, quæ secundum ius commune ipsis conceduntur.

Secundum est, quod non se intromittāt in alijs præter ea, quæ à Sanctis Patribus, qui id ius commune ordinauerunt, constituta sunt. Constat autem Sanctos Patres, qui ius commune ordinauerunt, in fauorem religiosorum pro varietate temporum alia ampliora ordinasse, sicut ipsimet Sancti Patres, & lex [a] regalis concesserunt conseruatoribus Salmanticensis Pincianæ & Complutensis academiarū, vt indistincte de omnibus causis in fauorem *Doctorum* & scholasticorum contra laicos possint procedere, eos ad suum tribunal trahendo. Et potuisse eosdem Sanctos Patres concedere conseruatores regularibus, qui cōtra laicos procederent & compellerent ad soluendum debitū monasterijs, etiam si ad id concludendū indago esset necessaria, constat. Tū propter fauorem religiosorū. Tum propter ignauiā iudicum secularium, pro vt dictū est in superioribus. Tum, quia, licet nec contra ipsos nec contra eorum bona aliqua iniuria & malefi cium committatur non soluēdo debita monasterijs, damnum tamen graue ipsis, & eorum bonis & personis ex dilatione solutionis generatur: quorum bonorum dominiū est solius Dei & Domini nostri Iesu Christi, & supremū ac generale ius administrandi dictum dominiū residet apud ecclesiam, & Papam

Nec supradictis obstat lex ordinamentorum regalium superius allegata. Ibi. *Non embargante qualesquier cō missiones, o poderes, que les sean, o son dados.* In his enim verbis non loquitur lex de concessionibus datis à Papa. In his enim nulla fit mentio Papæ, aut sedis Apostolicæ. Loquitur igitur ex supradictis de commissionibus datis ab inferioribus à Papa, qui secundum ius commune prout iā dictum est, non possunt concedere conseruatorias. Et hic intellectus necessariò est tenendus. Alioquin diceremus Papam & ecclesiā non posse pro cōseruatione rerum & iuriū ecclesiasticorum & regularium concedere, vt laici ipsarum rerū detentores possint comparere coram iudice ecclesiastico, aut conseruatore ab ipsa Sede Apostolica deputato.

Ex quibus denique resoluendo supradicta dico primo, quod quando debitum constat per instrumentum publicum, vel per sententiam transactam in rem iudicatam, vel per confessionem partis nolentis soluere, iam notoriè monasteria iniuriantur nolentibus soluere debitoribus. Et hoc casu vi iuris cōmunis possunt conseruatores compellere debitores: cum hic fiat manifesta iniuria monasterijs iuxta superius explicata. Quod implicite & in virtute fatetur Gutierrez [b] Si enim diffitetur, non posse iudices conseruatores regularium ad hunc casum suam extendere potestatem, est; quia iniuriam non accepit pro damno, & nocumento monasterijs illato, sed pro iniuria & offensa & violentia. Quod tum ex iure communi, tum præcipuè ex multis

[a] l. 8. tit. 7. li. 1. ordin.

[b] Gutierr. vbi sup. nu. 14.

multis priuilegijs conseruatoriarum religiosis concessis luce meridiana clarius patefecit.

## ARTICVLVS XIII.

### An religiosi possint cõueniri pro debitis ciuilibus coram iudice ordinario ecclesiastico, vel coram conseruatore ab ipsis pro suis causis deputato.

a Gutierr. lib. 3. pract. qq. q. 10. pa. 70.

REspondeo dicendo, doctissimum [a] Gutierrez hanc mouisse quæstionem, quã in hunc modum dissoluit affirmando quod debent conueniri coram iudice conseruatore. Nec obstat, vt ipse ait, quod in superiori articulo respondet, scilicet, non posse fratres conuenire reos pro debitis ciuilibus coram ipsis conseruatoribus. Magna enim, inquit, est inter hos casus differentia. Prima est: quia actor debet sequi forum rei iuxta iuris regulas: & huiusmodi religiosi sunt rei, habentque à Sede Apostolica iudicem conseruatorem deputatum, quem in causis ipsorum elegerunt, qui eos defendat & manu teneat. Vnde consequens videtur, quod corã eo conueniendi sint ex quacunque causa, quia is est suus proprius iudex, cuius ratione exempti sunt in hoc à iudice ordinario: & ideo sæpè sæpius â iure, & à Concilio Tridentino exempti appellantur. Hæc Gutierrez.

Sed doctissimus alias vir in hoc fuit allucinatus, putans conseruatores regularium esse ad modum conseruatorum vniuersitatum, Doctorum & scholarium: qui de omnibus causis eorum iudicant, & alios iudices, coram quibus possint conueniri, nõ habẽt, ratione quorum sunt exempti, tam in ciuilibus, quam in secularibus, quam mixtis à iurisdictione ecclesiastica, & seculari: At religiosi alios habent iudices, scilicet, suos prælatos, qui de eorum causis cognoscunt per iurisdictionem ordinariam, & non delegatam: sicut cognoscunt iudices conseruatores, prout tradit & multis cõprobat [b] Nauarrus. Quę nimirũ veritas nõ solũ probatur per ea, quæ à prædicto autore notãtur, sed etiã, quia si religiosi exempti Episcopus subderentur, exempti minimè passim vocarentur, nec eorum exemptio ita esset notoria, vt dicant communiter scribentes eam probatione minime indigere, vt tradit [c] Syluester. Præsertim, cum his temporibus non sint astricti religiosi ad conseruatores perpetuos, sicut antiquitus habebant: imo sunt ad nutũ per ipsos religiosos amouibiles, prout dictum est in superioribus: & quando necessitas aliqua vrget eos nominãt, deputant, & eligũt. Et si vera esset opinio Gutierrez multi religiosi modo non essent exẽpti, cum multæ fratrum prouincię conseruatores particulares minime habeant. Quod euidenter ostenditur, cum secundum ipsum, conseruatores sint proprij eorum iudices. Denique eorum exemptio non à conseruatorijs dimanat, sed à subjectione suorum prælatorum quibus in vtroque foro sunt stricti. Quæ veritas innumeris priuilegijs, & constitutionibus apostolicis est iam declarata, & vniuersali consuetudine comprobata, prout infra in quæstione de exemptione *Deo* duce demõstrabimus, & ex infra dicendis clarius patebit. Vnde cum religiosi habeãt suos proprios judices prelatos, scilicet, suos à Sede Apostolica deputatos, nõ coram iudicibus conseruatoribus (qui solũ destinantur pro defensione fratrum, domorum & rerum monasteriorum) sed coram ipsis sunt ratione delicti, aut contractus, aut debiti pecuniarij conueniendi, prout quotidie videmus in practica seruari. Totaenim potestas ad Abbatem respectu monachorũ pertinet, vt Pelagius [d] Papa notanter dixit. Præterea quæro à doctissimo alias viro quomodo iudex conseruator potest cognoscere de hac causa, vocando in iudicium Regulares, quorum ipsi sunt conseruatores, vt debita ciuilia persoluant, si secundum eum tantum possunt cognoscere de manifestis injurijs & violentijs, & non de causis ciuilibus, in quibus non dantur injurię secundum suam specialem significationem Si dicat quod non habent alium iudicem coram quo cõueniãtur, quod iam improbauimus, contra hoc in hunc modum replico, dicendo, quod etiam si non habeant alium judicẽ nisi conseruatorem, ipsemet conseruator secundum eundem Gutierrez non potest cognoscere de omnibus causis, sed tantum de injurijs, & violentijs manifestis, in quibus non requiritur iudicialis indago. Et per consequens non habet iurisdictionem, vt coram

b Nauar. in c. non dicatis. n. 63.

c Syluest. v. exẽptio.

d c. nulla 18. q. 1.

coram eo posſi n treligiosi conueniri pro debitis ciuilibns, cum hoc neque ad manifestam iniuriam & violentiam factam monasterijs pertineat,& sæpe sæpius pro eo exequēdo iudicialis requiratur indago. Cōsiteri ergo necesse est,vt aliud singamus ius ampliorem facultatem ipsis conseruatoribus concedens,aut confiteamur alios habere iudices,coram quibus posſint conueniri. Et non sunt iudices ecclesiastici,quia alias nō essent exempti,neque sunt judices conseruatores,vt probatum est.Ergo sunt iudices regulares,quibus ipsi religiosi in vtroque foro subduntur.

Sed contra hoc propono argumentum desumptum ex bulla conseruatoria Pij Quinti expedita per Gregorium tertium decimū virtute cuius *Societas & singulæ eius personæ, & familiares clerici, tā in causis ciuilibus, quam in criminalibus, & mixtis siue actores sint, siue rei posſint eligere in cōseruatores personas indignitate Ecclesiastica constitutas contra quascumque communitates, & collegia,* Prout latius in cōpendio a Societatis continetur. Ex cuius verbis ibi. *In causis ciuilibus,* iunctis verbis ibi, *Siue actores sint, siue rei.* Videtur quod religiosi Societatis posſunt pro debitis ciuilibus coram suis conseruatoribus cōueniri,& non coram eorum prælatis. Nam respondetur,concedendo,quod posſunt cōueniri,si ipsi voluerint.Bulla enim supradicta solum dicit,quod posſunt creare conseruatores pro quacūque causa, siue rei sint, siue actores.Nam quando ab ipsis coram iudice seculari,aut Ecclesiastico debitum ciuile fuerit petitum,dicentibus ad ipsos hanc jurisdictionem pertinere, & nō ad suos proprios prælatos regulares,cum prælati regulares nullis armis posſint se defendere procedendo contra ipsos iudices censuris, & pœnis ecclesiasticis posſunt dicti religiosi si voluerint creare conseruatorem, qui de hac causa cognoscat, at si noluerint minimè astringuntur. Et etiam si iudex Ecclesiasticus procedat contra eos censuris,& alias armis spiritualibus minime tenentur respōdere, nisi in casu mercedum miserabilium personarum,de quo in Cōcilio b Tridentino. Et vt hæc veritas magis patefiat, quod scilcet non posſunt religiosi ad hoc persuos conseruatores compelli proponam priuilegium Nicolai quinti pontificis Maximi Carthusianis concessum Romæ apud Sanctum Petrum anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo decimo septimo Kalendas octobris, pontificatus sui anno sexto. Quod priuilegium non vidi à Concilio Tridentino neque ab aliquo sacro canone reuocatum, cuius tenor sequitur.

a Compē. ſociet.v.cō ſeruator.§.1

b Concil. ſeſſ.7.c.14.

*Nicolaus quintus ad perpetuam rei memoriam. Exhibita si quidem nobis pro parte dilectorū filiorum prioris maioris domus, ac vniuersorū fratrum ordinis Cartusiēsium petitio cōtinebat, qp licèt ipsi ab omni iurisdictione, & potestate patriarcharum, Archiepiscoporū & Episcoporū, Abbatum, & quorum libet ordinariorum, aut aliorum iudicum cū domibus & rebus suis per speciale Sedis Apostolicæ priuilegium, cui nō est in aliquo derogatū sint prorsus exempti & Sedi Apostolicæ immediatè subiecti; tamē non nulli cōseruatores & alij iudices per priuilegia apostolica deputati super bonis, & rebus ad eorū domus huiusmodi pertinentibus eos multipliciter molestare, & à suo laudabili proposito abstrahere, ac alias inquietare præsumunt, in ipsorum non modicum detrimentum. Quare pro parte eiusdem*

ma-

maioris, necnõ aliarum domorũ eiusdem ordinis priorum, ac fratrum prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, vt ne exemptio prædicta eis reddatur inutilis, ipsique â deuotione & contemplatione perpetua distrahantur eorum statui & quieti super hoc opportunè prouidere benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati autoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus, quod priores & fratres dicti ordinis præsentes, & qui pro tempore erunt perpetuis futuris temporibus prætextu similiũ, & quarumcũque aliarum literarum Apostolicarum sub quibus formis, ac verborum expreßionibus ab eadẽ sede etiam contra exemptos concessarum, siue in posterum concedẽdarum, etiam si derogatorias & apponi insolitas quasuis alias clausulas cõtineant, à quibuscũque conseruatoribus, atque in literis huiusmodi deputatis, seu deputandis iudicibus memoratis, seu eorũ aliquo, seu aliquibus in iudicio vel extra cõparare, aut quomodolibet de iure respõdere teneãtur, neq; ad id cõpelli valeãt, aut debeant quocunque modo districtius inhibẽtes vniuersis & singulis conseruatoribus, & iudicibus huiusmodi ne contra priores & fratres ipsos, eorumque domus, loca, seu bona quouis modo quæsito colore procedere audeant, vel præsumant. Decernentes ex nũc omnes & singulos cõtra fratres, domus, & loca & bona prædicta per conseruatores, seu iudices prædictos contra concessionem & indultum; huiusmodi factos, seu habitos in posterumque habendos processus, & illorũ prætextu vsque ad præsens latas, seu promulgatas, ferendasque excommunicationis & interdicti, aliasque sentẽtias & censuras, pœnas ac totum, & quidquid contra tenorem præsentium fieri, attentariq; contigerit irrita, & inania, nulliusque roboris & momenti. Nõ obstantibus, &c. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ ordinationis, statuti, inhibitionis, constitutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attẽtare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Hæc Nicolaus quintus. Ex qua Bulla nostra sententia est comprobata, cum omnes Mendicantes, & qui illorum gaudẽt priuilegijs, hoc indulto, & priuilegio fruantur

tur. Et hoc priuilegium habetur in libro dicti ordinis, in cuius margine continetur in magna Cartusia esse authenticum.

a Concil. vbi sup.

Nec supradictis obstat decretū a Concilij Tridentini adductum pro sua parte à Gutierrez, tāquam textum expressum pro sua opinione. Verba Concilij sunt: In exemptorum causis constitutio Innocentij quarti, quæ incipit volentes, in generali Concilio Lugdunensi edita seruetur, quam eadem sacrosancta Synodus innouandam censuit, & innouat, addendo insuper, quod in ciuilibus causis mercedum & miserabilium personarū clerici seculares, aut regulares extra monasterium degentes quomodo libet exempti, etiamsi certum iudicem deputatum in partibus habeant, in alijs vero si ipsi iudicē non habuerint coram locorum ordinarijs tanquam in hoc ab ipsa sede delegatis, conueniri, & iure medio ad soluendum debitum cogi & cōpelli possunt, priuilegijs & exemptionibus, conseruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus aduersus præmissa nequaquam valituris. Hæc Concilium. Notat autem Gutierrez ex verbis eius ibi, *Si ipsum iudicem nō habuerint*, quod à contrario sensu si ipsum habuerint coram ordinario in causis ciuilibus, veluti pro debito soluendo conueniri non possunt, sed coram suo iudice deputato conseruatore. Sed miror valde doctissimum alias virum, hoc decretum tanquam expressum pro sua opinione adduxisse, cum (pace tanti viri dicam) nullatenus nostram sententiam debilitet, quod in sequentibus probabitur.

Pro cuius rei explicatione est notādum, q̄ decretum cōcilij solū loquitur cū fratribus extra claustra degētibus: & nō dicuntur viuere extra claustra monasteriorū, qui causa prędicationis, vel cōfessionis, vel eleemosynæ, vel alterius similis rei ad tempus, & non permanenter extra claustra morantur. Degere igitur dicuntur extra monasteria, qui habent domicilium speciali licentia, vel priuilegio extra sua monasteria. Qui enim secundum regularia instituta inseruit beneficio, vel addicitur alicui monasterio monialium, talis non comprehenditur in tali decreto: quia non degit extra monasteriū pro priè, cum non sit extra illud speciali licentia, vel priuilegio, sed ex instituto, prout explicat b Nauarrus: & dicemus infra in secundo tomo in quæstione de exemptione fratrum.

b Nauar. in. c. non dicatis. n. 96.

Secundo est notandum, quod istis fratribus & religiosis licentiæ & priuilegio speciali Apostolico extra claustra degentibus exemptis immediatè Sedi Apostolicæ subiectis in dicta licentia, & priuilegio deputātur iudices, qui de omnibus eorum causis ciuilibus, & criminalibus possint cognoscere. His suppositis respondetur ad argumentum, quod scilicet, Concilium Tridētinum non loquitur de fratribus intra claustra degentibus: hi enim habent suos iudices ordinarios (qui sunt eorum prælati) coram quibus pro debitis ciuilibus sunt conueniendi iuxta supra tradita, sed loquitur de religiosis extra claustra degentibus, quibus priuilegio Apostolico conceduntur quidam iudices in ipsomet rescripto, & priuilegio deputati, qui non sunt conseruatores judices de injurijs, & violentijs tantum manifestis cognoscentes, sed sunt iudices quidam delegati pro omnibus causis ipsorum, etiam si iudiciali indigeant indagine. Et coram ipsis debent conueniri pro debitis pecuniarijs: sicut debebant conueniri coram prælatis suarum religionum, si intra claustra monasteriorum iuxta regularia instituta vitam agerent. Et si ipsos iudices non habuerint, ait Concilium, corā ordinarijs tanquā in hoc à Sede Apostolica delegatis conueniri, & iure medio ad soluendum debitum cogi & cōpelli possunt, priuilegijs exemptionibus cō seruatoribus, deputationibus & eorum inhibitionibus aduersus præmissa nequaquam valituris. Illa enim verba. *Conseruatorum deputationibus nullatenus valituris*, Referuntur non ad casum primum, quādo, scilicet ipsi fratres habent iudicem deputatum, quia secundum supradictū auctorē ipse iudex deputatus est ipsius fratris conseruator, & vnus cōseruator pro eadem causa, & pro eodem religioso aduersus alium cōseruatorem pro eodē religioso & causa minime datur; quia sic esset iurisdictionum confusio. Feruntur ergo prædicta verba ad casum posteriorem, quando scilicet, extra claustra degentes non habent iudices deputatos. Hoc enim casu coram judice ordinario debent cōueniri, non obstantibus exemptionibus, priuilegijs & conseruatorū deputationibus. Ex his infertur nō esse

esse seruandam praxim à Gutierrez adductam, cum non ita firmo fundamento nitatur. Praxis igitur notanda est, quod quando religiosi degunt intra claustra pro debito ciuili debent conueniri coram suis ordinarijs, qui sunt eorum prælati. Quando verò sunt extra claustra degentes, & habent Apostolicum iudicem per breue & rescriptum Papæ deputatum, tunc coram ipso pro dicto debito debent conueniri. Si verò talē iudicem deputatum non habent debent creditores recurrere ad ordinarium in hoc tamquam à Sede Apostolica delegatum, qui potest dictos regulares exemptos ad debiti solutionem compellere, non obstante quacumque exemptione, & conseruatorū deputatione. Conseruatoriæ enim concessæ regularibus non conceduntur pro regularibus extra claustra degentibus. Ex quibus resultat verus ad dictum Concilij Tridentinum intellectus.

## ARTICVLVS XIIII.

*Vtrum conseruator regularium possit procedere contra detentores animalium monachorum damnum in Pascuis facientium.*

REspondeo dicendo, hoc dubium constare ex decisione alterius dubij; Vtrum, scilicet, talia animalia res Ecclesiasticæ sint? Ad hoc respondetur ea esse de foro seculari, & nō ecclesiastico. Et sic videri, quod à iudice seculari possunt sine aliqua injuria detineri, quando inueniuntur in fructibus, & in alijs rebus alienis damnū inferentia, iuxta casum cuiusdam nouæ cōpilationis [a] legis, vbi certa statuitur cōtra dicta animalia pœna. Quod autem ipsa animalia sint de foro seculari constat ex doctrina [b] Baldi, docentis, q̄ quādo tributū est appropriatū ipsi rei, iudex potest mittere ad rem ipsam, licet clerici, & recipere tributū, quia est de sua iurisdictione tam vniuersali, quā particulari. Sed q̄ non poterit iudex alli quid facere cōtra personā clerici: q̄ ex alijs cōprobat Gutierrez adducēs pro sua parte [c] Gregorium Lopez, & Auendañum, & Auiles. Vnde non possunt religiosi eligere cōseruatorem contra iudicē secularem solū propter detentionem ipsorum animalium ex eo capite, quod sunt de iurisdictione ecclesiastica, cum re vera non sint. Possunt ergo ipsum eligere, quando ratione damni supradicti conueniuntur monachi coram iudice seculari, aut ecclesiastico. Personæ enim fratrum sunt exemptæ; & non possunt cōueniri nisi corā suo iudice regulari, sicut nō possunt clerici ex hac causa cōueniri nisi coram suo iudice ecclesiastico, qui est competens clericorum iudex, vt constat ex traditis per [d] Castellum. Ex quibus infertur, quod si denunciatur coram iudice laico, seu seculari de aliquibus religiosis eo quod animalia sua minimè descripti fecissent sub pœna priuationis eorūdem iuxta terminos legis [e] regalis nouæ compilationis, prædictum iudicem secularem minime esse iudicem competentē contra religiosos: eo quod aduersus personas eorū, quibus imputatur culpa ex omissione descriptionis corā suo iudice regulari esset agendum præcipuè cū animalia prædicta nullū damnum dedissent sed domini earū omisissent prædictā descriptionē, & sic de eorum negligentia agatur. Vnde possunt religiosi conseruatorē eligere, vt ipsos in sua exemptione cōseruent & coram ipso de dicta causa peragatur. Et affirmat [f] Gutierrez in quadā practica quæstione in facti cōtingentia, cōsilio suo quosdam regulares conseruatorem elegisse. Qui cum processerint in causa aduersus quendā iudicē laicū, qui de hac causa cognoscebat, ipsa causa per viā vis fuit delata ad regiam chancellariam Pincianam, à qua fuit remissa ad prædictū iudicē conseruatorē, cuius iurisdictioni secularis iudex obtemperauit: & mandato dicti conseruatoris se à causę cognitione inhibuit. Et addo, quòd pro sola detentione animalium à iudice lata quando ipsa detentio fuerit iniusta, quia verbi gratia nullum damnum intulerunt, & si intulerunt parati sunt monachi sufficienter satisfacere dando sufficientem cautionem, possunt religiosi, si iudex secularis noluerit dimittere ea, nisi prius fieret realis restitutio, creare iudicem conseruatorem, cum ipsis inferatur grauis & notoria iniuria, tum in animalibus detentis, tum etiam in sua exemptione, cum per priuilegia conseruatoria rum bullarum non solum personæ regulares, sed etiam bona mobilia & immobilia eorum ad protectionem & defensionem iudicum conseruatorum spectent. Et sic dixi notanter supra, quod non possunt religiosi propter solam detentionem animalium

[a] l.12.tit.3. lib.1. nouæ compil.
[b] l.Bald.in l.de his. C. de episcop. & cleric.
[c] Greg. in l.51.in glos. por razō de sus personas.titu. 6. parti.1.& in l.24.titu.15. parti.7.v.el ganado ver sic. per suū iudicē. Auēda.2.par.c a. 14.præto.n. 13.Auiles.c. 17.præto.in glos.buenas n.12.fol.159.
[d] Castil.in 70.Taur.gl. mag.fol.156 col. 3. vers. videoetiā.
[e] l.13.tit.18 lib.6. nouæ compila.
[f] Gutier.lī. 1.pract.q.4.

lium creare conseruatorem ex eo capite, quod ipsa animalia secundum ius commune sint de iurisdictione ecclesiastica, cum re vera non sint secundum tale ius de eius iurisdictione.

## ARTICVLVS XV.

### *Vtrùm religiosi possint creare conseruatorem contra Doctorem, aut scholarem habentes pro suis causis conseruatorem Apostolicum, & contra alios regulares.*

REspondeo dicendo, quòd vniuersitates scholarium Salmanticensis, Pintianæ & Complutensis Academiarum habent conseruatores, qui indistinctè autoritate Apostolica, & regali possunt cognoscere de omnibus causis in fauorem Doctorum, vel scholarium contra laicos procedendo, prout dicitur in quadam ordinamenti regalis lege, [a] & tradit Salzedo in sua practica criminali. Et in hac quæstione quod inuestigatur est, vtrum religiosi contra dictos Doctores & scholares ipsos iniuriantes possint iudicem conseruatorem cõstituere. Et videtur quòd non, cum ipsi Doctores & scholares sint similiter priuilegiati, & priuilegiati non possunt vti suo priuilegio contra pariter priuilegiatos: prout dicitur in iure. [b] Sed pro contraria parte facit, quòd si hoc esset verũ, sequeretur, quòd cõtra religiosos non possent conseruatorẽ iudicem constituere, quod est contra concessionem conseruatoriam factam Minimis à Clemente Septimo, quæ refertur in compendio [c] Societatis Iesu. Vbi dicitur. *Item per priuilegium in amplissima forma concessum Minimis per Clementem Septimum, vt in eorum priuilegijs folio octuagesimo sexto possumus eligere nobis conseruatores contra quascunque personas ecclesiasticas tam regulares, quam seculares, necnon laicos, communia ciuitatum & diœcesum.*

a l.8.tit.7.li.1.ord. Salz. in pract. crimi.c.3.in.fi.

b Authè. de sanctiss im. episco.§.sed hac præsenti.l.verũ. §. vlt. cũ leg. sequent. ff. de minor.

c Comp.Societ.tit. conseruator.§.9

Item hoc videtur expresse concessum à Pio Quinto, & Gregorio Tertiodecimo religiosis Societatis Iesu, vt in eodem compẽdio [d] continetur. Possunt enim virtute dictæ concessionis iudices conseruatores detentoribus iniuriatoribus, contradictoribus, & rebellibus inhibere sub censuris, & pœnis, etiam pecuniarijs suo arbitrio moderandis liberèque suam iurisdictionem exercere, non obstantibus quibuscunque inhibitionibus sibi factis, etiam prætextu quarumuis literarum conseruatoriarum, aut priuilegiorum concessorum & concedendorum.

d Comp.vbi sup.§.5.

Nec obstat ratio dubitandi in principio adducta. Nam respondetur, quòd vbi idem habẽt priuilegium, & contendunt de aliqua re, is quidem præfertur alteri qui priuilegium actu habet, & actu in ea re & specie de qua agitur, prout probatur in iure, [e] & notat Bartolus, & allegando alios notat Ioannes Parladorus. Nam qui Reipublicæ causa abfuerit, etiam aduersus eum, qui pariter affuerit restituendus est, si aliquod dãnum patiatur. Vterque enim priuilegium habet, ex quo restitutionem, qui læsus fuerit petere potest, & tamen qui modo indiget auxilio restitutionis ad reparationem damni priuilegium habet in specie de qua agitur, & in exercitio, quia læditur: alter verò cum læsus in ea causa non fuerit in præsentiarum priuilegium minime habet. Et hanc doctrinam nos docet Abbas, [f] quem post alios sequitur Couarruuias. Et iuxta hanc doctrinam debent intelligi supradicta priuilegia. Et debet etiam concludi secundum quòd in hoc casu non sunt propositi in articulo quæstionis pariter priuilegiati; & sic cessat ratio dubitandi. Pariter igitur priuilegiati dicentur illi, de quibus supra [g] egimus declarantes prędictam regulam.

e l. vlt. vbi Bartol. ff ex quibuscaus. mai. Parlad. li.1.rer.quotidian.c.17. n.28.

f Abb. in. c. ad aures de prę scrip idẽ in. ca. super spoliatione de ordi. cognit. Couar. in reg. possessor. 2.p.§. 2.n.4.

g Sup.q.9.

(2.)

## ARTICVLVS XVI.

*Vtrùm conseruatores habeant potestatem ponendi censuras contra inobedientes & contumaces.*

RESpondeo dicendo, quòd *Quicunque iudices Apostolici, seu literarum Apostolicarum conseruatores pro executione earum deputati seu deputandi in quibuscunque causis religiosorum, seu aliorum quorumcunque prælatorum consensu, quoties requisiti fuerint, eadem exequi possunt, & tenentur, nec ab ipsis diœcesanis & ordinarijs aliquo modo sub priuatione exercitij, officij, & iurisdictionis pœna ipso facto incurrenda impediri possunt: & quidquid secus attentatum fuerit irritum sit & inane:* Prout concessit Martinus [a] Quintus ordini Cistertij, & habetur in compendio dicti ordinis. Et Pius Quintus, & Gregorius Tertiusdecimus in bulla concessa Societati id ipsum concesserunt: cuius tenorem in articulo superiori attulimus.

a Comp. Cistertij titul. bullæ cõseruatoriæ. §. 1.

Pro quorum explicatione est aduertendum, quòd secundum ius commune, secundum quod debent in dubio priuilegia explicari, si delegatus iudex conseruator non vult facere fidem ordinario de suo mandato Apostolico, & literis conseruatorijs, nõ potest ipsum excommunicare, eo quòd nolit suam exequi sententiam; quia delegatus non habet iurisdictionem super ordinarium, nisi sit ei rebellis: & non potest dici rebellis, si petit fidem de commissione: facit enim quod iure sibi petitur. Sed si ordinarius malitiosè se asserat dubitare de cõmissione & delegatione maxime falsitatem rescripti allegando, secundum omnes Doctores quatuor remedia competunt delegato. Primum est, vt exequatur per se quod potest, vt notatur in iure. [b] Secundũ, vt puniat ordinarium, si cõstat malitiosè se opponere tertio, quod ipse ordinarius quoad Deum punitur; cum gratia diuina per peccatũ mortale & cõtumaciã priuetur. Quartum; quia potest condemnari in triginta libras, si malitiosè se opponit ad cauillãdum rescriptum, iuxta quandam legem. [c] Facit ad prædicta, quod tradit Panormitanus [d] dicẽs, quod si agitur de grauissimo, seu grauiori præiudicio non est parendum delegato, quanuis sit persona authorizata, nisi prius constet de pleno mandato: neque sufficit simplex copia iuxta aliam legem. [e] Neque aliter ordinarius debet sententiam exequi, argumento cuiusdam canonis. [f] Sed si agatur de præiudicio graui: quia verbi gratia, citatus est in partibus remotis, sufficit mittere copiam rescripti: non autem sufficit asserere, se esse delegatum. Si autem agitur de leuissimo, puta, quia citatus est in loco ciuitatis, non est necessarium copiam mittere ad effectum coarctandi, ex quo persona delegata non est vilis, sed in dignitate constituta: in tali enim dubio quis comparere tenetur argumento cuiusdam legis. [g] Secus si simpliciter citet, non asserens se esse conseruatorem delegatum, neque alias est ordinarius: quia tunc comparere non tenetur; neque vt obediens, & contumax potest excõmunicari. Quæ notanda sunt pro explicatione priuilegiorum supra positorum in hoc articulo. Non enim ipsis cõseruatoribus conceditur supradicta potestas, nisi quando iuris metis suam iurisdictionem exercent. Et similiter est intelligẽdum aliud eiusdem conseruatoriæ priuilegium, in quo dicitur, quod dicti conseruatores, & iudices sic electi cum fuerint requisiti super bonorum Societatis restitutionem & priuilegiorum obseruationem, necnon super iniuriarum & damnorum compensationem, possunt appellatione postposita per cẽsuras ecclesiasticas quoties opus fuerit vsque ad auxilij brachij secularis inuocationem procedere. Ita refertur in dicto compendio [h] Societatis.

b ca. in literis de offic. delega.

c l. 2. C. de legibus,

d Panor. in c. præterea, de dilationibus.

e l. vni. C. de mandatis princip.

f c. nobilissimus. d. 9.

g gl. si quis ex aliena. ff. de iudicijs.

h Comp. Societ. tit. conseruat. §. 3.

AR-

## ARTICVLVS XVII.

### Vtrùm fratres poßint eligere conſeruatorem pro iniurijs manifeſtis factis eorum ſeruitoribus.

REſpondeo dicendo, quòd, vt patet ex ſupradictis conceſsionibus conſeruatorijs allegatis, fratres non ſolum poſſunt eligere iudices conſeruatores contra iniuriantes ſuas proprias perſonas, & res, ſed etiam contra iniuriantes ſuos familiares,& ſeruitores. Sed hodie per Concilium Tridentinum [a] hæc autoritas limitatur. Quoniam enim priuilegia & exemptiones, quæ varijs titulis pleriſque conceduntur perturbationem in Epiſcoporum iuriſdictione excitare & exemptis occaſionē laxioris vitæ præbere dignoſcuntur, decernit inter alia ſancta Synodus, vt ſi quando illos cuicunque monaſterio oblatos, vel quomodocūque addictos, ſub nomine ſeruientium militijs,ſeu monaſterijs,hoſpitalibus,collegijs, aut quocunque alio titulo aſſumi contigerit, nihil ex his priuilegijs detractum eſſe ordinarijs intelligatur,quo minus ij,quibus ea iam cōceſſa ſunt, vel in poſterum concedi contigerit, ipſis ordinarijs tanquam apoſtolicæ ſedis delegatis ſubiecti exiſtant,exceptis tamen his,qui prædictis locis aut militijs actu inſeruiunt, & intra eorum ſepta, ac domus reſident, ſub eorumque obedientia viuunt;ſiue ij, qui legitime & ſecundum regulam earundem militiarum profeſsionem fecerint, de qua ordinario conſtare debeat. Non obſtantibus priuilegijs, quibuſcunque etiam religionis Sancti Ioannis Hieroſolymitani, & aliarum militiarum.Hæc Concilium. Ex quibus verbis colligitur ſolum pro ſeruitoribus,qui actu inſeruiūt prædictis pijs locis, & intra eorum ſepta & domus reſident, ſubque eorum obedientia viuunt, & pro his,qui legitime, & ſecundum regulam earum militiarum profeſsionem fecerint poſſunt conſeruatores creari, quando in bonis, & rebus ipſorum aliquam iniuriam& damnum patiuntur,iuxta terminos iūris communis & priuilegiorum.

a Seſſ.24. de reform.c.11

## ARTICVLVS XVIII.

### Vtrùm conſeruatores poßint in cauſis regularium procedere de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij.

REſpondeo dicendo, quòd hoc dubiū proponitur ad declarandum conſeruatorias concedentes,vt iudices conſeruatores poſsint procedere in cauſis regularium ſibi commiſsis ſimpliciter, & de plano ſola veritate inſpecta,ſine ſtrepitu & figura iudicij poſthabitis articulis,& citationibus omiſsis in iuramentoquod examinādis teſtibus datur omni appellatione remota. Vbi enim de cauſis regularium agitur apud eorum prælatos,aut eorum conſeruatores, nequaquam ſeruanda eſt illa ſubtilis,& anguſta iuris forma, quæ in alijs cauſis ſeruanda deſcribitur,iuxta ea, quæ in iure [b] notantur.Quod etiam proprijs cuiuſcunque religionis conſtitutionibus caueri ſolet,prout tradunt Speculator, [c] Præpoſitus,& Folerius; vt ſic euitentur ſumptus, quos ſubire neceſſe eſt eos,qui in iuris figura ſtrepituque iudiciorum exercentur.

Sed operæ pretiū eſt explicare prædicta verba.Et vt omnis prorſus opinionum ſtrepitus exterminaretur,Clemens [d] Quintus nobis horum verborum gloſſam ſua conſtitutione dedit,dicens,quod per dictam clauſulam ſignificatur,non debere iudicem neceſſario libellum exigere, nec litis conteſtationem poſtulare, in tempore etiam feriarum ob neceſsitates hominum indultarum à iure procedere valet,in domo non ſedendo pro tribunali. Non tamen poteſt procedere in tempore feriarum ob honorē Dei, prout ibi aduertit gloſſa, [e] debet amputare dilationum materiam, litem quantum poterit debet facere breuiorem, exceptiones & appellationes dilatorias repellendo, partium aduocatorum contentiones & iurgia,teſtiumque ſuperfluam multitudinem refrænando.Non ſic tamen iudex debet litem abbreuiare,quin probationes neceſſariæ, & defenſiones legitimæ admittantur. Citationem vero,ac præſtationem iuramēti de calumnia, vel malitia, ſiue de veritate dicenda,ne veritas occultetur per commiſsionem huiuſmodi (ait Clemens Quintus) intelligimus non excludi. Vnde quædam gloſſa [f] cum communi dicit, quòd verbà ſimpliciter & de plano importāt,quòd per ea non

b c.qualiter & quando de accuſat.

c Specu.tit. de inquiſit. §.vlti.nu. 5. Præpoſitus in c.cūpaſtores.27.q.7. Foler. in tra &a.de mod. procedend. contra monach.n.10.

d Clem. ſæpè de verb. ſignif.

e Gloſ.in.d. Clem.v. ob neceſsitatis

f Gloſ.in.d. Clem.in.v. ſimpliciter.

ca non remoueatur ordo iuris, sed tantum pernicioſa ſolennitas, prędicta enim verba ex ſuo proprio ſignificato importāt idem, quod ſine plica & malitia. Verba autem illa, ſola veritate inſpecta, important, quòd omittantur ſolennitates, & ſubtilitates negotij veritatem non tangentes, quæ vocantur apices iuris; & quod negotium principale per iura decidatur, prout tradit Bartolus. [a] Quid autem ſignificat clauſula omni appellatione poſtpoſita, vide ſupra quæſtione octaua, articulo decimotertio.

a Bart. in l. ſi ſideiuſſor, ff. mandat.

## ARTICVLVS XIX.

### *In quam pœnam incidunt conſeruatores ſuam excedendo poteſtatem.*

REſpondeo dicendo, quòd Alexander Quartus Papa [b] ait, quòd ſi conſeruatores ſcienter ſe intromiſerint in alijs, quàm à Sede Apoſtolica ipſis eſt conceſſum, ab officio eo ipſo per annum ſint ſuſpenſi. Et in lege [c] regali naturalitate priuantur, prout iam in ſuperioribus dictum eſt. Notandum eſt tamen, quòd non omnibus hæc pœna injicitur, ſed illis tantum, qui ſcienter hoc egerint. Illi autem ſcienter id faciunt, qui etiam ignorantia affectata, ſeu quo vis alio figmento quæſito præſumpſerunt eam extendere poteſtatem. Tunc autem dicuntur procedere ex ignorantia affectata, cum id ſcire potuerunt, ſed noluerunt, aut diſſimulauerunt, vt colligitur in ſimili caſu ex textu [d] iuncta gloſſa ibi. Ex quibus omnibus colligitur, quòd proponitur hæc pœna tantum cōtra præſumentes. Illi autem dicuntur præſumptuoſe procederequi agunt de facto ſecundum quandā gloſſam, [e] & vulgo dicimus pręſumptuoſum qui eſt temerarius. Et ſecundum vſum, communem loquendi ſtatuta ſunt intelligenda, vt per Bartolum [f] & Felinum, & Cardinalem.

Ex quibus inferē hoc nō habere locū, quādo aliquis iudex conſeruator ignorans ſuā trāſgreditur poteſtatē. Quod Alciatus [g] dicit ſane eſſe intelligēdū, quod in his nō prę ſumitur ignorantia; quia ſi lex aliquid fieri prohibet non præſumitur ignorātia iuxta ſtrictam iuris regulam. [h] Vnde debet ſupra dictus iudex prætēdere iuſtam ignorātiam, & eā probare, iuxta tradita in iure, [i] & notata à Gloſſa, & Ab Alexandro.

b c. fi. de offi. delegat.

c L. d. c. eos iū ct. gl. v. affecta ta de tempo rib. ord. li. 6. e gloſſ. in. c. iudæi de teſtib.

f Barto. in. l. labeo. ff. de ſupellecti. leg. Felin. in proœ. Grego. in decreta. Cardi. in Clemē. 1. in prin. 3. q. de priuil.

g Alciat. de præſumpt. 1 p. c. 40. n. 9.

h l. iuris ignorantiam, C. de iur. & fact. ign. i l. generali, C. de tabul. lib. 10. gloſſ. in. l. in rem, §. tignū, ff. de reiuendica. Alexā. in. l. de pupillo § nūciationē ff. de noui o per. enunt.

## ARTICVLVS XX.

### *Vtrùm ſuadentes iudicibus conſeruatoribus, vt ſuam tranſgrediatur poteſtatem, incidant in excommunicationem.*

REſpondeo dicendo, quod idem Alexander [k] Quartus, omnibus modis voluit præcludere viam cōſeruatoribus, ne ad alia ſuam extendèrent poteſtatem, quæ ipſis à Sede Apoſtolica non ſunt cōceſſa. Cū enim conceſsiones conſeruatorię ſint odioſæ in præiudicium ordinariorū voluerunt Summi Pōtifices, vt eſſent limitatæ, & limites ipſarum minimè tranſgrederentur. Et vt conſeruatores limites ſibi traditæ poteſtatis (quos frequenter excedunt) metu pœnæ diligenter obſeruent pœna ſuſpēſionis ab officio ipſos Alexander Quartus ipſo facto comminatur. Pars vero, quæ hoc fieri procurabit ſententiā excommunicationis incurrat; à qua non poſsit abſolui, niſi ei, quem ſic caſtigauit indebite, primo ſatisfaciat integraliter de expenſis.

k d. c. fin. de offic. deleg. lib. 6.

Circa quod aduertit Nauarrus, [l] quòd hanc non incurrit, qui non eſt pars in iudicio, neque ſi eſt, & procurauit, ſed iudex nō proceſsit. Nam lex excommunicans facientem aliquid non comprehendit regulariter conſentientē, etiam mandando, conſulēdo, fauendo, vel auxiliando, antequam fiat, niſi ex eius tenore, vel aliarū legum id expreſſè aut tacitè colligatur, quod firmiter aſſeuerat Caietanus [m] & Syluester ſibi cōtrarius, & tenet, vt commune idem Nauarrus.

l Naua. c. 27. n. 125.

m Caieta. in ſumm. v. excommunicatio. pag. 2, & c. 47. notab. 5 Syluel. v. excommun. 10 n. 4. Naua. in d. c. 27. n. 51.

## QVÆSTIO LXVI.

### De conſtitutionibus iuris Ciuilis & Canonici quantum ad religioſos in quinque articulos diuiſa.

*Circa quam quæruntur quinque.*

1 *QVot & quotuplex ſit conſtitutio.*

2 *An conſtitutiones iuris ciuilis generaliter loquētes ad perſonas eccleſiaſticas & regulares, eorūq; bona extendātur.*

3 *Vtrùm ſtatuta quæ ſunt cōtra libertatem eccleſiaſticam ſint etiam reſpectu regularium contra eandem immunitatem.*

4 *Vtrùm*

4 *Vtrùm sit licita ciuilis constitutio prohibens alienari immobilia ecclesijs, personis ecclesiasticis & regularibus.*

5 *Vtrùm disponente statuto, quod religiosi non admittãtur ad officia communitatis assumi possit hospitalarius portans vestem certi coloris cum cruce in pectore.*

## ARTICVLVS 1.

### Quæ & quotuplex sit constitutio.

REspõdeo dicẽdo, quòd quatuor sunt generalia nomina ex diuersis sumpta, ad idẽ significandũ, scilicet, lex, eo quod lex legatur in ius redacta in rescriptis, vt sic omnibus patefiat iuxta tradita à D. Thoma, vbi eius Comẽtatores. Statutum eo quod firmetur deliberatione quasi in statu, idest, in gradu immobili situm, vel positum. Et constitutio, quasi in simul statutio, eo quòd ad eam deliberandam multi, idest, populus conueniũt. Nec tamen significat constitutio solũ id, quod populus statuit, sed ampliatur ad omne statutum & legem. Vnde in religionibus non solũ vocantur constitutiones illæ, quæ fiunt à capitulo & approbãtur à patribus in definitorio; sed etiam illæ, quæ nõ fiunt à Capitulo, sed solũ à patribus in suo definitorio, siue definitoriũ sit capituli generalis, siue sit prouincialis capituli, aut cõgregationis. Verũ est tamen, quòd cõstitutiones factę à Capitulo generali, aut prouinciali durant perpetuo donec reuocentur in alio Capitulo generali aut prouinciali. At constitutiones factæ in definitorio solũ durant vsquequo ipsius definitorij prælatus generalis, aut prouincialis suũ finiat ministeriatus officium. Et ad hũc modũ sunt intelligenda tradita à Sylueſtro [b] de perpetuitate harũ cõstitutionũ verba faciente.

a D. Tho. 1. 2. q. 90.

b Sylvest. in summ. v. cõstitutio.

Sed visa definitione, quid nominis cõstitutionis, oportet, vt ad definitionem rei deueniamus. Et dico q̃ est ordinatio rationis in bonũ commune ab eo, qui curã gerit cõmunitatis promulgata, prout definit D. Isidorus, [c] dũ censet legẽ & constitutionem nihil aliud esse, quã dictamen rationis in ordine ad tria. Puta religionẽ disciplinã & salutẽ, intelligendo per religionem cultũ diuinũ, per disciplinam pacem & concordiam Reipublicæ, & communitatis, per salutẽ ipsam, animæ salutem, vt intelligere videtur Cardinalis. [d] Et apertè significat Isidorus legem rectè diffiniri, quòd sit ordinatio rationis in bonum commune. Pro cuius definitionis explicatione aliqua sunt notanda.

c Isidor. lib. 5. etymol.

Primo notandum est, in quauis Republica necessariã fore normã quandã seu regulã, per quam subditorũ actiones in bonum eiusdem Reipublicæ dirigantur. Nam cum subditi sint partes Reipublicæ, & homines attenta natura corrupta sint proni in malũ facilè tota Respublica corrueret, si ijdẽ subditi propriæ voluntati in rebus agendis relinquerentur, iuxta quæ à D. Thoma [e] & ab scribentibus communiter notantur. Ad significandum igitur hanc normam in vsu apud Græcos est dictio *Nomon* deducta à tribuendo, quasi suum vnicuique tribuat. Apud Latinos vero est dictio lex, deducta à legendo, vel dirigendo, quasi per eam dirigantur ea, quæ sunt agenda, prout tradunt Cicero, [f] Soto, & Conanus.

d Cardi. in c. consuetudo. §. porro, d. 1. n. 10. cũ sequent.

e D. Tho. 1. 2. q. 109. ar. 2.

Secundo notandum est, quo pacto subditorũ actiones in bonum Reipublicæ dirigãtur seu ordinentur. Et cũ nemo ordinetur, nisi dum ad id mouetur, tribus potest modis contingere ea ordinatio, nempe, promissione precibus, & præcepto. Primo quidem modo ordinatur quis à se ipso adimplẽdo promissa. Studiosè enim agẽdum est, vt ea, quæ promittuntur opere compleantur, vt ait Gregorius. [g] Secundo modo ordinatur Dominus à subdito. Non enim aliter solẽt domini flecti per suos subditos, quã precibus, prout in toto titulo de precibus Imperatori offerendis satis patet. Tertio modo ordinatur subditus à superiore, vt sacri Canones [h] significant. Hæc resolutio colligitur ex traditis à D. Thoma, [i] cuius mentem prosequitur Soto. Cũ igitur ordinatio subditorum in bonũ Reipublicæ ab eius rectore fiat, qui est superior sine dubio, non aliter, quam per præceptũ, vel imperiũ fieri potest. Ex quibus notabilibus remanet clarè constitutionẽ esse actum intellectus practici non speculatiui. Duo enim sunt actus cõmunes intellectui practico & speculatiuo. Alter est consilium, quo scilicet, intellectus inquirit de medijs congruis ad aliquẽ finem. Alter est iudicium, quod iudicat hunc, vel illũ medium esse preferẽdũ ad finem. Et additur tertius actus putà præceptum, vel imperium, quo prædictum iudiciũ executioni mandatur: & is actus cum sit

f Cicer. li. 1. de legib. Soto li. 1. de iust. q. 1. art. 1. Conan. lib. 1 iur. ciuil.

g c. qualiter de pact.

h c. quid ergo 11. q. 3.

i D. Tho. 2. 2 q. 88. Sot. li. 7. de iust. q. 1 ar. 2. col. 3. & pen.

operans nequaquam intellectui speculatiuo, sed tantum practico accommodatur, vt ex sententia Aristotelis [a] docet Soto. Cum igitur ordinatio in bonum commune hanc importet executionem, dum, scilicet, ordinat subditorum actiones in illud bonũ, am bigendum non est actum esse intellectus practici, & non speculatiui.

Ponitur deinde in eadem definitione in bonum commune ad explicandum finem proximum legis quoad bonum commune. Nulla enim potest dari Constitutio respiciens bonum priuatum, quando illud à cõmuni bono est distinctum, prout tradit D. Thomas. [b] Licèt enim aliquæ constitutiones possint fieri à principibus in fauorẽ aliquarũ personarum particulariũ, ipsę tamen vt leges communes minimè recipiũtur, sed vt priuilegia fauorẽ particularem respicientia iudicabuntur, prout expẽdit Decius. [c] Et sic ait doctissimus Soto [d] sententias latas non esse leges, nec tanquam leges ad casus similes esse trahendas, prout dicitur in iure, [e] nisi sint latæ à Principe cum animo condendi legem ordinatam ad bonum cõmune. Vnde Decretales epistolæ, licèt vt plurimum sint sententiæ inter partes latæ reputãtur leges, cum sint insertæ in corpore iuris, & vt tales ad casus similes propter bonum publicum ad iudicium trahuntur, prout ait quædam glossa [f] recepta. Vnde valida omnino erit constitutio in odium certæ personæ factæ, quando adest aliqua publica vtilitas, vt, verbi gratia, si interfit religioni ne guardiani sint definitores. Ita Felinus [g] & Iason. Et ratio est: Nã odium illud cum nitatur publicæ vtilitati, est quid bonũ, non malũ, vt innuit quædã Decretalis. [h] Et non est dicendũ quòd illud bonũ reperiatur prius in persona patiẽtis, quam in ipso corpore communitatis. Et hinc consequenter colliges, quòd deficiente publica vtilitate lex edita in odium certæ personæ omnino sit inualida, prout Doctores citati satis indicant.

Dicitur, *Ab eo qui curam gerit*, ad explicãdã causam efficiẽtẽ. Sicut enim equiti cõuenit ordinare artẽ frænefactiuã ad equestrem, quoniam frenefactiua arti equestri subijcitur, seu ancillatur, vt ait Aristoteles [i] & ampliat Victoria; ita rectori ciuitatis conuenit ordinare subditos ad Rempublicam, cuius ipse est pars.

Dicitur ab eo promulgata. De substantia enim legis, & constitutionis est quòd ipsa promulgetur. Idq; meritò; nam cum sit regula & norma, oportet vt instar albi ad sagittã veniat in notitiam subditorũ per verba prẽceptiua obligationẽ indicantia. Quãtumcunq; enim constitutio à Principe edatur, & promulgetur, non erit constitutio, neq; lex, si alias præceptum non cõtineat, prout tradunt D. [k] Thomas & Soto.

a Aristo. li. 6 Ethic. c. 10, Sot. lib. 1, de de iust. q. 1. ar. 1, col. 3,

b D. Tho. 1, 2. q. 90, ar. 2,

c Decius in Rubrica de consti. principi. lect. 2, n. 7

d Soto lib. 1 de iust. q. 1, ar. 2,

e l. nemo, C. de furt.

f Glo. in pr. 19. dist.

g Feli. in, c. cũ omnes d cõstit. Iason in. l. 1, n. 16, ff. de const. princ.

h c. licet de regul.

i Arist. lib. 1 Ethic. c. 1, Victor. de potest. eccl. q. 3, n. 10,

k D. Th. 1, a q. 17. ar. 1, Soto. libr. 1 de iust. q. 1, ar. 1, corol. 3 l Hostiẽs. & DD. in. c. vlti. de solut. Abb. Felin. & Decius in capi. ecclesia, de cõsti. DD. in. l. cũctos populos de sum. Trinit.

## *ARTICVLVS II.*

## *An constitutiones iuris ciuilis generaliter loquentes ad personas Ecclesiasticas & regulares earumq; bona extẽdantur.*

REspondeo dicendo, quòd cũ personæ regulares inter ecclesiasticas personas computentur, prout articulo sequenti demõstrabitur, non absre erit determinata in iure circa ecclesiasticas personas ad regulares trãsferre. Et circa articuli propositi quæstionem loquendo de ecclesiasticis Hostiensis [l] & Doctores per plures columnas plura inuoluunt. Abbas, Felinus, Decius, & alij frustra mille casus multiplicant. Ex mente tamen communi resolue duas regulas constituendo.

Prima regula est, quòd leges clausæ in corpore iuris communis, quas vocant imperiales, deficiente canone obtinent in foro ecclesiæ. Ita Hostiẽsis [m] receptus ab omnibus ex Abbate Felino Fortunio & à pluribus relatis à Tiraquello. Ratio huius regulæ est, quoniam hæ leges reperiuntur approbatæ per Summos Pontifices ad adiuuãdũ canones, vt ex ipsis canonibus [n] probatur. Quam regulam communis Doctorũ limitat procedere in legibus concernentibus fauorem, nõ tamen in odiosis. Sed hæc limitatio, licèt communis nullatenus est admittenda. Primo, quia iura approbantia illas leges non reijciunt odiosas, quin potius admittunt. Patet si expendas leges dici odiosas, quæ principaliter odium continẽt ex resolutis à Calderino, [o] à Decio recepto; è quorum numero est interdictum vnde vi, quod in odium spoliantium noscitur institutum, & tamen obtinet in foro ecclesiastico, vt patet ex multis Decretalibus. [p] Similiter edictum noui operis tendit in

l Hostiẽ. vbi sup. Abb. in c. 1, nu. 8. de nou. oper enunt. & in d. c. ecclesia n. 17, vbi Felin. n. 37, Decius, nu. 27, Fortu. de vl. fin. illat. 13, Tiraq. d priuilegio. q. 44. n. 3,

m Host. vbi sup. Abb. in c. 1, nu. 8. de nou. oper enunt. & in d. c. ecclesia n. 17, vbi Felin. n. 37, Decius, nu. 27, Fortu. de vl. fin. illat. 13, Tiraq. d priuilegio. q. 44. n. 3,

n c. de capitulis, c. certũ cũ multis ibidem. d. 10 c. 1. de noui oper. enunciat.

o Calde. sub tit. 4. de verb. signi. consi. 4. Decius in l. venia. n. 5. C. de in ius vocand.

p ca. in literis. c. grauis & c. cum ad sedem de restis. spoliat.

dit in ordinem contemnentis præcepta iudicis, vt leges [a] dicunt, & tamen ex generali canonum [b] approbatione recipitur in foro ecclesiastico. Deinde probatur contra communem nostrum intentum, quia leges ciuiles non alia de causa in canonum adiutorium approbantur, quam ob iustitiam in ordine ad bonum commune, argumento ipsorummet canonum. [c] At hæc iustitia non minus reperitur in legibus odiosis, quam in fauorabilibus, vt iura [d] proclamant. Et confirmatur: Nam leges inducentes infamiam, quæ maximè sunt odiosæ obtinent, vt patet in foro ecclesiastico. Denique hæc limitatio nullatenus est admittēda, cum ipsius autores in eius explicatione non rectè sibi constent. Veteres nanque cum Hostiensi leges fauorabiles intelligūt illas tantum, quæ nullum possunt afferre damnum cum quibus pertransit Costa. [e] Nouiores verò cum Abbate [f] illas omnes intelligunt, quæ rectè possunt se habere ad damnum, & ad commodum, vt tenent idem Abbas, [g] & Decius.

Secunda regula est, quòd leges extra corpus iuris, siue sint communes, siue sint locales, quas Doctores vocant inferiorum, non obtinent in foro Ecclesiæ, nisi specialiter fuerint approbatæ. Ita Hostiensis [h] & Abbas & Decius, qui multos refert. Ratio huius regulæ est, quia leges illæ nullibi per canones reperiuntur approbatæ, & sic non ligant exemptos, putà ecclesiasticos, siue regulares iuxta regulam cuiusdam legis. [i] Limita tamen regulam istam non procedere, quando leges illæ aliquod inducerēt priuilegium. Planè enim quoad illud obtinēt in foro Ecclesiæ. Vt verbi gratia, est statutum, quo cauetur stantibus masculis fœminas non succedere. Vtique masculus, etiam si sit clericus, aut monachus excludit fœminas, vt in effectu limitant Abbas, [k] Decius, & Tiraquelus. Et ait post Albericum & Tiraq. Molina, [q] statutū excludens fœminas propter masculos excluderet quoque à successione monialem quantumcunque ante dictum statutum effecta esset monialis. Ratio huius limitationis est: Nam clerici & monachi licèt sint exempti à potestate ciuili sunt tamen ciues, vt ait Felinus [l] & Victoria, & vt tales potiūtur beneficijs sta tutorū iuxta sacros Canones. [m] Limita secundo prædictam regulam non procedere, quando lex, vel statutum receptum foret consuetudine mista clericorum monachorum & laicorum. Planè enim tale statutum in via consuetudinis obtinet in foro ecclesiastico. Ita tenet Abbas, [n] Felinus, Decius, & Couarruuias. His consequens est, quòd deficiente canone in causis ecclesiasticis, & ordinationibus generalibus, in causis regularium, non ad ius regium, sed ad Cæsareū est deueniendum, prout tenent Alexander, [o] & Rauenna, quidquid Palatius, & Bernardus Diaz de Lugo contradicant. Quorum tamen sententia licet vsu & consuetudine sit recepta in foro ecclesiastico, at in causis regularium, vbi talis vsus non est opinio Alexandri & Rauennę est sequenda.

Tertia regula est: Exemptio ecclesiasticorum à legibus ciuilibus non ita indistinctè ecclesiasticis competit, quin vt ciues potestati sui principis non subsint, vt apertè docent Victoria [p] & Soto. Idque patet ex multis. Primò, quia nullibi reperitur tā lata extensio, vt prædicta subiectio omnino tollatur, quin potius iura [q] hanc passim subiectionem admittunt. Iuuat illud Pauli: Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit. Secundo, quia tam lata exemptio est irrationabilis, per quam, scilicet, membra putà ecclesiastici & regulares à suo capite in quantum ciues omnino eximantur, contra id, quod Decretales [r] decernunt. Tertio, quia iura agentia de hac exemptione fundantur in prærogatiua dignitatis, qua ecclesiastici præstant laicis, vt significant patenter sacri Canones. [s] Et tamen certum est prærogatiuam illam non competere ecclesiasticis in quantum ciues, vt eadem iura [t] satis innuūt. Quarto, iura canonica non aliam concedunt exemptionem ecclesiasticis circa regimen, quam illam, quæ competit iure Diuino. At iure diuino clerici non aliter sunt exempti à potestate ciuili, quam habito respectu ad clericatum; illo nanque respectu sunt superiores laicis, vt dicunt sacri Canones. [u] Atque subinde, vt ciues secundum regulam iuris naturalis præesse debent, & non subesse, ex resolutis per Diuum [x] Thomam in materia de obedientia. Nec sacri canones ab hac dissentiunt veritate, imo eam summopere confirmant. Per hæc argumenta videtur hæc res satis probata. Et profectò illam negans cogeretur confiteri non te-

a l prætor ait, § ait prætor. ff. de noui oper. enunt.
b ca. 1. eodē tit.
c c. fin. ibi diuinitus. 16. q. 3,
d c. facta. 4, d. l. 1. ff. de leg:
e Costa in. l. si ex cautione pag. 224. n. 7.
f Abb. in. d. c. eccle. n. 17
g Abb. in, c. vlt. col. vlti. de solut. Decius in. d. c. eccle.
h Host. vbi sup. Abb. In d. c. 1. n. 8. de noui oper. enunt. Decius in. d. c. eccle. n. 2.
i l. fin. ff. de iniurijs.
k Abb. in. d. c. eccle. n. 37 Decius n. 52 Tiraq. de primog. q. 44. n. 56. Molin. de primog. lib. 2. cap. 10 n. 81.
l Felin. in. d. c eccle. n. 69 Victoria de potest. eccle sia. pag. 103, n. 4.
m c. 1. c. fin. de immuni. eccles. lib. 6.
n Abb. in. c. cū causa. n. 4 de re iud. Felin. in d. c. eccle. n. 61. Decius in. c. ad nostram. n. 3. deprobat. Couar. 2. p. de spōsa. c. 6 §. 10. n. 18.
o Alex. in. c. consuetudo 3. col. d. Rauenn. in al. leg. consuetudinis. 5. col. Palat. in repet Rubr. n. 8. Bernar. Diaz. in pract. 136.
p Victor. in relect. de potest eccle. c. 97 Sot in 4. d. 25 q. 2. ar. 2.
q c. cū multis. d. 10. c. solitæ de maiorit. & obed.
r cap. non liceat de præscript. c. contra mores, d. 3.
s c. 1. de constit. c. vlt. de reb. eccle.
t d. c. solitæ.
u c. quis dubitet. c. duo sunt. 96. d. c. continua in fin. 11. q. 1.
x D. Tho. 2. 2. q. 104. ar. 1
y c. inferior cum multis alijs. 2. d.

neri clericos, vel monachos parere suo Regi, illos vocanti ad aliquod negotium alias licitum; quo nihil absurdius.

Quarta regula est, quæ ex superiori satis consequitur: quòd lex ciuilis siue statuta generaliter editū absque derogatione ecclesiasticæ libertatis ligāt clericos, & monachos quoad vim coactiuā, nō in quātū leges ciuiles, sed vi iuris naturalis. Patet hæc assertio; Nam prædictæ leges absque respectu disponūt de personis & bonis subditorum solum in quantum ciues ex vi iuris naturalis. Officium namque bonę legis est ordinare partes ad totum, vt dicit quædam regula; [a] at hoc respectu clerici & monachi sunt de numero subditorum. Et sic procedunt sacri canones determinantes leges principum in causis exemptorum esse seruandas, de quibus in secunda regula fecimus mentionem.

a c.regula.3 dist.

Quinta regula; Ciuiles leges circa determinatoria iudicis in causis clericorum & monachorum, minimè locum habent quoad forum ecclesiasticum aut regulare: ita quod si causa sit agitanda coram iudice ecclesiastico, aut regulari, tales leges non ligant: secus si sint agitandæ coram iudice seculari. Ita Calderinus [b] & omnes secundum Abbatem. Ratio est. Nam huiusmodi leges censentur impositæ iudicibus, quorum interest hoc vel illo modo processus ordinare, ob breuitatem, scilicet, commodius inuestigandam iuxta leges ciuiles, [c] & canonicas. Et non est dicendum, quod iudices ecclesiastici & regulares subsint legi ciuili contra sacrorum canonum normam, decernenti debitum vltra certam summam non posse probari testibus. Constat autem solennitatem probationis, quæ ad validitatem actus requiritur de ordinatorijs esse iudicij, quippequæ ad instruendum iudicem ordinatur, iuxta regulā cuiusdam [d] legis, quidquid Boerius cōtra dicat. Proinde lex ordinationum [e] Regni Portugaliæ, dum habet debita vltra certam summā non aliter, quam per scripturā probari posse non ligat etiam laicum, si in foro ecclesiastico causam agat, vt ait Abbas [f] de simili verba faciens. Contra verò ligabit clericum, aut monachum agentem in foro seculari sicut in praxi contra communem receptum est cum doctissimo Lusitano Aluaro [g] Valasco.

b Calder. in dispu. statuto cauetur. Abb. in. ca. quod clericus de foro compet.

c l. 3. ff. de testib. ca. iudicem. 30. q. 5.

d d.l. 3. ibi tū magis.

e lib. 3. ordi. Portug. tit. 45.

f Abb. in. c. quod clericis de foro compet. n. 3

g Velasc. de iure emphyteu. q. 7.

Sexta regula: Leges ciuiles nón comprehendunt ecclesiasticos & regulares, circa ea, in quibus ipsi potiuntur priuilegio. Huiusmodi sunt leges tributorū. Planè enim in tali materia ecclesiastici in quantum ciues non subsunt suo Principi, sed soli Papæ secundum sacros Canones; [h] ac subinde illis legibus non illaqueantur.

h c. quāquā de cens. li. 6.

Septima regula est, quòd leges ciuiles nō habent locum in causis ecclesiasticorum, & monachorum, in his, quæ quouis modò canones offendunt, eo namq; ipso non ligant ecclesiasticos. Et ratio est: Nā clerici & monachi etiam in temporalibus sunt magis subditi Papæ, quam Principi seculari, quippe qui multo meliori vinculo & nobiliori, putà clericatus & monachatus ipsi Papæ subijciuntur, vt ait quidam Canon, [i] proinde tenentur magis canonibus deferre, quam legibus: iuxta illam regulam; [k] Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Confirmatur hæc ratio: Nam constitutio Ecclesiæ circa bona seu personas subditorum multo specialior censetur respectu clericorum, quam legis ciuilis constitutio. Nam Ecclesia directè ecclesiasticos respicit: contra verò lex ciuilis non directè, sed in quantum sunt ciues. At specialis dispositio derogat generali iuxta regulam [l] generi per speciem detrahitur. Ex his hanc regulam obseruant omnes [m] communiter, quos sequitur Sylvester.

i c. Constā. tinus. 96. d.

k Reg. quite fistit. 11. q. 3.

l Reg. genes ri de regul. iur. li. 6. l. sanciri. ff. de pænis.

Octaua regula, quoad pœnas legibus ciuilibus præscriptas quantumcunque clerici & monachi, vt ciues eisdem legibus subijciantur, nunquam tamen illis pœnis sunt obnoxij. Ita Soto. [n] Ratio est: Nam vel pœnæ decernuntur ipso iure, vel veniunt imponendæ per iudicem. Priores quidem cum sint latæ sententiæ eos tantum ligant, quorum lator est iudex, aliter ligaretur quis per sententiam latam à suo non iudice contra decreta apud sacros Canones. [o] Et constat clericos non subijci ipsis decretoribus legum ciuilium, vt ijdem sacri Canones [p] affirmant. Rursum posteriores cum veniant imponendæ per iudicem, vtique ecclesiasticis, & regularibus imponi nequeūt, siquidem imponendæ sunt per iudicem secularem, ad quod ipsi respectu ecclesiasticorum non habent auctoritatem. Verum est tamen, quòd si imponantur per iudices ecclesiasticos, aut regulares ipsis ecclesiasticis, aut regularibus debent

m Omnes in. c. 1. de cōstit. Sylu. v. lex. n. 15.

n Soto vbi sup. concl. 5

o c. atsi clerici de indic.

p c. sacerdotibus. 11. q. 1.

debent imponi, non secundum rigorem, sed secundum id, quod paterna charitas insinuat. Pro cuius limitationis explicatione est notanda quædam regula maximè memoria tenenda quæ in quæstione sequēti articulo finali proponetur.

Nona regula: Clerici, vel monachi transgressores legum, seu constitutionum ciuilium ad quarum obseruationem, vt alij ciues sunt astricti, non sunt deferendi ad iudices seculares, prout habetur in quodam canonico decreto, [a] sed potius remittendi sunt ad suos iudices; qui quidē suo arbitrio perpensa grauitate materiæ constitutionis violatę, & scandalo exinde suborto pro modo culpę illos punire debent. Aliter autem procedendo ecclesiasticos ad tribunalia secularia trahendo contra decreta in bulla cęnæ Domini fieret.

a c. 1. de cōstit.

Ex dictis infertur primo, quod clerici & regulares possunt compelli per iudices seculares ad occisionem locustarum, & aliorum animalium, quæ demoliuntur messes, & vineas ipsorum monachorum & aliorum, ne dānum inferant Reipublicæ, & hoc non potestate legis ciuilis contra ipsos clericos, & regulares in quantum tales, sed potestate legis obligantis ex iure naturali ipsos in quantum ciues. Verum tamen est, quod non obedientes & rebelles solum eorum iudices possunt punire ex supradictis: prout etiam resoluit Salzedo. [b]

b Salz. in add. ad prac. crim. ca. 55. pag. 172.

Secundo sequitur custodiam montium obligare clericos & regulares, cum hæc bonum commune Reipublicę importēt propter quod de eorum custodia est solicita, & constitutiones pænales contra inobedientes promulgat.

Tertio sequitur, quod constitutiones pænales cōtra dominos locorum animalia nociua habentes, si ipsa animalia damnū segetibus & vineis inferant non modicum, comprehendunt etiam animalia clericorum & regularium ea damna inferentia, adeo, vt à iustitia seculari possint dicta animalia deprehendi. Pæna tamen ab statutis proposita non coram iudice seculari: sed coram suis iudicibus ecclesiasticis, aut regularibus est petenda. Imo asserit Azeuedo, [c] quod iudex secularis sine alicuius excommunicationis timore potest facere, vt pænæ debitæ soluantur ex bonis ecclesiasticorum aut regularium nolentium eam soluere exhibendo ab eis pignora ad soluendum efficacia. Et asserit Azeuedo sic fuisse in causa cuiusdam ecclesiastici in Granatensi curia pronūciatum. Sed Salzedo [d] ab hac sententia aliquo modo discedens, consulit, vt pastores animalium coram iudice seculari citentur, vt ad solutionem dictæ pænæ compellantur, cum ipsorum culpa damnum fuerit factum: ad quod ratione contractus initi cum ecclesiasticis aut regularibus, quorum animalia pascunt, sunt astricti.

c Azeue. in l. 12. tit. 3. li. 1 ordinam.

Quarto infertur, quod statuta & constitutiones [e] ciuiles præcipientia, vt animalia, quæ pascuntur, scribantur, comprehendunt etiam animalia clericorum, aut monachorum: ita vt si non scribantur perdantur, prout in ipsis statutis continetur. Sed non possunt propter hoc ipsi ecclesiastici & regulares conueniri coram iudicibus secularibus, sed coram iudicibus ecclesiasticis, aut regularibus, cum agatur de culpa ipsorum ecclesiasticorum & regularium; quæ non potest puniri, nisi per suum iudicem. Ita affirmat Gutierrez [f] dicens, quod consilio suo fuit in huiusmodi causa electus iudex conseruator à quibusdam regularibus contra quendam iudicem secularem contra eos procedentem: & cum causa deferretur ad curiam Pincianam per viam vis fuit promulgatum dictum conseruatorem nullam omnino vim facere.

d Salz. vbi sup.

e l. 13. tit. 18. lib. 6. nou. compil.

f Gutier. li. 1. prac. qq. q. 4.

Quinto infertur, quod ecclesiastici & regulares quoad vim directiuam obligantur obedire legibus ciuilibus bonum commune concernentibus, cum omnes quotquot sunt Reipublicæ membra vi directiua ad earum obseruationem astringātur. Sunt enim partes ipsius Reipublicæ quoad conseruandum humanum conuictum, in quo viuendo sociantur: quo conuictu maximè substantia ipsius Reipublicæ consistit iuxta ea quæ eleganter tradit Conanus. [g] Et Victoria [h] etiam resoluit clericos & ecclesiasticos inter Reipublicæ ciues esse enumerandos. Quod etiam tenent Felinus, [i] Bartolus, Platea, Soto, Adrianus, Metina, & Castro. Quod limitandum est procedere in constitutionibus, quæ neque directè neque indirectè offendunt Ecclesiæ libertatem. In his enim, quæ directe, aut indirecte ipsam offendunt, directiua etiam vi minimè ecclesiastici sunt astricti.

g Con. lib. 1 iur. ciuil. c. 2 h Victo. li. 1 de potest. eccle. pag. 103 n. 4.

i Feli. in c. eccle. n. 69. de constit. Bart. in l. 1. ff. ad municip. Plat. in l. ciues. C. de incolis Soto lib. 1. de iust. q. 6. ar. 6 Adria. quo libet. 6. Medin. de restitu. q. 36. Castro lib. 1. de leg. pęnal. c. vlt.

## ARTICVLVS III.

### *Vtrùm statuta, quæ sunt contra libertatem Ecclesiasticã sint etiam respectu regularium contra eandem immunitatem.*

REspondeo dicendo, quod libertas ecclesiastica non violatur violatis priuilegijs particularium ecclesiarum, sed violatis illis, quæ conceduntur Ecclesiæ vniuersali. Et Bartolus [a] inquit fieri contra libertatem Ecclesiæ, quando fit aliqua dispositio, constitutio vel statutum, per quod clerici efficiuntur timidiores. Quod ait Syluester [b] non negare: sed ait insuper quod fit etiam contra eam cum fit contra priuilegia vniuersalis Ecclesiæ secundum Innocentium. Franciscus [c] Zab. ait contra libertatem Ecclesiæ fieri, quoties tollitur vel minuitur libertas Ecclesiæ particularis, competẽs ipsi, quia omnibus Ecclesijs vniuersaliter conuenit, prout patet ex quadam Decretali. [d] Ac tandem cõcludit quod sit contra libertatem Ecclesiæ, quandocunque violatur priuilegium concessum super vniuersali libertate Ecclesiæ. Et hoc siue violetur quoad omnes Ecclesias, siue clericos siue quoad vnam Ecclesiam, vel clericum: cum omnes Ecclesiæ quoad hoc sint vna, vt dicitur in iure. [e] Non autem violatur libertas ecclesiastica, quando fit contra libertatem particularis Ecclesiæ non competentem Ecclesiæ generali. Vnde cum regulares inter personas ecclesiasticas computentur iuxta ea, quæ aliqua adducẽdo tradit Syluester [f] & tenẽt cõmuniter Doctores, q̃ libertas ecclesiastica monachorum debet regulari per libertatem ecclesiasticam clericorum: & sic in omnibus casibus, in quibus libertas ecclesiastica violatur respectu clericorum, violatur etiam respectu monachorum recipientium aliquam læsionem. Videamus igitur in quibus immunitas clericorum violatur. Pro cuius rei explicatione est sciendum primo, aliquos Doctores canonistas in hac materia tenuisse exemptionẽ clericorum tã in bonis, quã in personis esse de iure diuino. Ita glossa quædã. [g] Sed contrarium tenẽt communiter Theologi, & multi ex canonistis, vt patet ex traditis per Victoriam, [h] Soto, & Couarruuias. Ex quo fit, vt non sit amplior exemptio clericorum à potestate ciuili, quam iure cautum reperiatur. Et inter exemptiones clericorum à potestate ciuili circa bona & personas quinque potissimum in iure canonico reperiuntur definita. Primum quoad forum, quod, scilicet, in omnibus causis, in quibus actor sequitur forum rei, nequaquam clerici ad secularium iudicium trahãtur, prout dicitur in iure. [i] Secundum quoad capturam vt videlicet, nullo casu licita sit personalis captura clerici autoritate laicorum, vt ius canonicum [k] determinat. Tertium, quod decernit idem ius canonicum est quoad tributa. [l] Quartum quoad regimen, vt videlicet ne res & personæ ecclesiasticæ dispositioni seu regimini laicorum subijciantur, vt notant iura canonica. [m] Quintum circa confugientes ad Ecclesiam: vt ijdem Canones [n] statuunt. Et in his omnibus etiam parificantur religiosi. Si enim in his eorum particularia priuilegia læduntur per constitutiones principum secularium libertas ecclesiastica frangitur, cum sint priuilegia vniuersalis Ecclesiæ ecclesiasticis concessa. Et sic contra ea facientes non solum possunt feriri pœnis in ipsorum priuilegijs contentis, sed etiam pœnis, quibus puniuntur libertatem ecclesiasticam lædentes. De quibus vide apud Syluestrum: nolo enim in præsentiarum eas referre ne lectori sim fastidiosus, cui breuitate iuncta claritate & veritate desidero placere. Dixi per constitutiones principum secularium: nam principes ecclesiastici, vt sunt, verbi gratia, Episcopi contra aliqua supradictorum, aliqua statuentes ad modum, quo eam possunt statuere respectu suorum Clericorum, non erunt ecclesiasticæ libertatis violatores; sed priuilegiorum particularium ipsorum regularium pœnis subijciẽtur per iudices regularium conseruatores. Et ratio huius dicti est: quia regulares sunt exempti à potestate & iurisdictione Episcoporum per particulare priuilegium ipsis religiosis concessum, quod vt patet non est priuilegium totius Ecclesiæ vniuersalis.

Ex quo infertur, quod etiam si seculares compellentes religiosos contribuere ad ædificationem pontium, & ad alia similia sine consensu Sedis Apostolicæ lædant eccle-

a Bart. in l. 1 §. quæ onerãdo. ff. quarũ rerum actio.

b Sylu. v. immunitas. 2. n. 2.

c Zab. in c. perpẽdimus de sentẽ. ex com.

d c. 1. de immunit. eccl. lib. 6.

e c. loqui. 24 d. 1. cap. 1. de summ. Trinit.

f Sylu. v. eccle. 1. n. 6.

g Glo. v. discuti in ca. si imperator 96. d.

h Vict. de potest. eccle. c. 97. Soto in. 4 d. 25. q. 2. ar. 2. Couar. in prac. qq. c. 31 col. 2. n. 3.

i c. si diligenti de for. cõpe. cap. experientia. 11. q. 1.

k c. 2. de for. competẽt. l c. quanquã de censibus lib. 6.

m cap. bene quidem. 96. d. ca. vlti. de reb. eccles. n c. inter alia de immunit. eccles. lib. 6.

ecclesiasticam libertatem, prout resoluit Nauarrus, [a] & tenet etiam apud decisiones Pedemontanas Balbus: attamen quando Domini Episcopi compellunt clericos dictas collectas soluere casu, quo eis sit licitum, compellendo etiam religiosos non frā gunt libertatem ecclesiasticam: cum compulsio religiosorum ab Episcopis in hoc casu non lædat libertatem generalem ecclesiasticorum, sed priuilegia particularia per quæ ipsi religiosi in hoc & in alijs sunt ab ordinariorum iurisdictione exempti. Et sic pœnis ipsorum priuilegiorum aduersus contrauenientes propositis afficientur, si aliquid contra priuilegia fecerint, aut constitutiones ediderint, si talia priuilegia fuerint notoria. Imo etiam si notoria sint ait Syluester, [b] quod vt incurrant in eorum pœnas forte obligati sunt religiosi ea proponere. Licet enim excusentur ab onere probandi, non tamen excusantur ab onere proponendi. Ego autem affirmare auderem necessarium esse quod dicta priuilegia ipsis ordinarijs intimentur, vt pœnis ibi appositis contra inobedientes afficiantur. Licet enim ipso facto pœna excommunicationis plectantur, cum huiusmodi pœnæ ipsi ordinarij habeant ignorantiam, sicut ignorantiam habent multarum extrauagantiū non est quod ipso facto ipsos excommunicatos esse dicamus ante quam supradictarum pœnarum notitiam habuerint. Præsertim cum pœnæ dictorum priuilegiorum non fulminentur, nisi contra presumentes.

a Nau.lib.3, consi.tit. de immunit.eccle.consil.2, n.4.pag.382 Balbus.post decisi.Pæde mont.decis. 68.pag.157.

b Sylu.v.immunitas,2, §.4.

## ARTICVLVS IIII.

### *Vtrùm sit licita ciuilis constitutio prohibens alienari immobilia ecclesijs, personis ecclesiasticis, & regularibus.*

REspondeo, quod in quibusdam prouintijs, & de facto in Regno Portugaliæ [c] prohibentur seculares alienare bona immobilia Ecclesijs, monasterijs seu personis ecclesiasticis. Et multi Doctores inualidam talem iudicant constitutionem. Et hanc opinionem tenet Bartolus [d] Alexander, Ripa Crotus, & Felinus, & alij relati à Tiraquelo affirmante cum alijs, hanc esse communem. Alij contraria via gradientes existimant eam esse validam. Et Baldus [e] testatur magnos viros eam tenere: quam sequitur Decius, & sequuntur multi, quos refert Tiraquelus. Quorum sententia sequenti ratione probatur: Nam lex ciuilis in hoc non egreditur limites suæ potestatis quando disponit de rebus temporalibus subditorum ad suum bonum. Et talis est huiusmodi constitutio, prohibēs subditos ab alienandis immobilibus in exemptos, quo, scilicet, magis ipsi subditi sufficiant ad onera Reipublicæ supportāda. Et confirmatur. Potest enim quilibet priuatus prohibere alienationem Rei suæ immobilis in clericum, vel Ecclesiam. Patet in emphyteusi, prout tenent Speculator, [f] Abbas, & communis secundum Imolam & Iasonem. Et non est dicendū quod Respublica eiusque rector nequeat efficere sua lege, quantum eius subditi suo pacto contra cuiusdam legis argumentum. [g]

c Ord.tit.8, lib.2. d Bar.in.l.filius famil. § diui.n.12.ff. delegat.1. vbi Alex.n.n.12.Rip.n. 81.Crot.nu. 80,Felin. in c.eccles. de cōsti.Tiraq. post leg.connub.gloss.6. n.169.

e Bald.in.d. c.eccles. n.6 Decius.n.55 ibi Tiraq. tit.1.retract. §.1.gl.13.n.5

f Specu. tit. emphyteusi vers.116.Abbas.n.10. & Imol.nu.25, Iason.in.l.si ita quis, §. ea lege.v.interest, ff. de verb.oblig. g l.vlt.ad fi. C.de fideiusso.

Ego in hac difficultate nescio, quo me vertā. Primo enim video ordinationē Lusitanam autoritate Christianissimorum Regum executioni mandatam, prout in ea ordinatione continetur, quibus pro summo erga ecclesiasticos & regulares amore maximum obsequium præstare debemus, credentes ipsos de iustitia huius constitutionis præstantissimos in vtroque iure & in Theologia consuluisse viros. Video etiam pro alia parte Ecclesiæ immunitatē proclamantem, ex hac constitutione non modicū pati detrimētum. Et licet sectatores opinionis Baldi dicant Ecclesiam, ecclesiasticos & regularium monasteria directè non prohiberi ab immobilibus acquirendis, & si indirectè, & per quādam consequentiam prohibeantur. Quæ indirecta prohibitio nihil officit, quominus ipsis subditis per Reges directe tale præceptum possit imponi. Non potest tamen negari in hoc indirectè immunitatem ecclesiasticam violari, cum ex eo quod regulares & ecclesiastici propter exemptionem, quam habent, ne à secularibus tribunalibus possint obligari ad soluendas impositiones, & collectas pro oneribus Reipublicæ supportandis, ab acquisitione rerum immobilium indirectè abstrahātur: & sic eorū exemptio & immunitas data in eorū maximum fauorē in odiū & damnū ex huiusmodi constitutionibus

retor-

retorqueretur. Et ideo quædam Decretalis [a] expresse has & alias similes laicorum constitutiones libertati ecclesiasticæ repugnantes irritas & cassas esse declarat. Et licet contrariæ partis assertores hanc Decretalem affirment non habere locum in constitutione, de qua loquimur, quando, scilicet, prohibētur seculares vendere immobilia Ecclesijs & monasterijs, cum ex venditione eorum seculares ab his destituti minime possint onera Reipublicæ supportare; considerare certe debuerant, quod sicut non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei, prout summa veritas apud Matthæum [b] contra dæmonium arguendo nos docuit: ita Respublica non in solis laicorum redditibus nixa sustentatur, & conseruatur, sed in virtute Dei optimi maximi, cuius virtutis ecclesiastici & regulares sunt administratores, & dispēsatores. Quod satis perpendit Gregorius Nonus in generali Concilio Lugdunensi, cuius Decretalis [c] sub titulo de immunitate ecclesiarū collocatur: in qua maximè Ecclesias commendat, cum in ipsis laudes diuinæ peragantur, & Deus Optimus, in eis cultu latriæ à fidelibus colatur, per quod hæc Ecclesia militans, & Respublica facta sunt loca cum debita deuotione pacifica. Denique constitutionem supradictam limites potestatis secularis ex dictis excedere existimo: à quibus limitibus minime egrediuntur pacta ineuntes, quando emphyteusim constituunt de rebus proprijs, ne res ad exemptos possit aliqua venditione aut alio contractu peruenire, cum liberū sit vnicuique de re sua prolibito disponere, & talis dispositio cum dicta conditione nulla lege prohibeatur. Nec enim valet quod Respublica & eius rector possit efficere cum sua lege quantum subditus pacto suo. Hoc enim sano modo est intelligendum, scilicet, quod quidquid potest subditus regulatus legibus sui superioris facere sua conuentione & pacto; id ipsum potest superior regulatus sui superioris legibus. Cuiusmodi sunt superiores seculares, qui aliquid concernens Ecclesiæ immunitatem, & libertatem constituere potestate sua volentes legibus papalibus debent necessario esse subiecti, vt eorum decreta non sint irrita & inania, sed valida & constantia, & sic vere nomen constitutionum sortiantur.

[a] ca. fin. ibi contra libertatem de immunit. eccles.

[b] Matth. 4.

[c] Decre. de immuni. eccles. lib. 6.

## ARTICVLVS V.

*Vtrùm disponente statuto, quod religiosi non assumantur ad officia communitatis, assumi possit hospitalarius portans vestem certi coloris cum cruce in pectore.*

REspondeo dicendo, quod Syluester [d] affirmat, hanc quæstionē in ciuitate Senensi fuisse ventilatam propter casum contingentem, & Petrum de Peru. qui tunc in ea ciuitate legebat tenuisse, in eo statuto hospitalarium comprehendi. Nam si statutum de religiosis strictè tantum loqueretur nihil operaretur, & verba statuti debent aliquid operari. Quod probatur: quia iure communi assumi nequeunt religiosi ad officia secularia, prout in titulo, ne clerici vel monachi se secularibus negotijs immisceant, tractatur. Et sic debet intelligi statutum de religiosis large. Sed ait Syluester Panormitanum de hoc dubitare, cum statutum inhabilitans monachos ad officia secularia sit stricti iuris. Et consequenter debet intelligi in stricta significatione argumento aliquorum iurium, [e] & consequenter de religiosis strictè. Et confirmatur. Nam in materia odiosa hoc verbum religiosi, debet accipi multum strictè, nisi addatur aliquod verbum generale, vt quicunque, & huiusmodi. Ita tenet glossa, [f] & ibi Ioannes Andreas, communiter recepta.

Nec obstat motiuum Petri de Peru. Nā respondetur, quod vbi statutum non loquitur in materia iuris communis, non debent verba interpretari, vt aliquid operētur, sed satis est, quod inducat aliud remedium prę ter ius commune, vt notabiliter sentit Bartolus. [g] Et ex his infert Panormitanus, quod dispositio odiosa contra regulares non comprehendit eos, qui non promiserūt tria vota substantialia religionis, vt fratres de tertio ordine B.P.N. Frāciſci, vel Ieſuatos, aut Mantelatos. Secus autem erit in constitutione fauorabili: quia largo modo eius interpretratio est facienda.

[d] Syl. v. statutum. n. 3.

[e] c. cum dilectus de consuet. c. in nostra d. iniur.

[f] glo. in Clemen. 1. d. de cim.

[g] Bart. in l. i §. prætor. ff. de dam. infect.

(2.)

QVÆ-

# QVÆSTIO LXVII.

## De constitutionibus ciuilibus & Canonicis, quoad earum extensionem & restrictionem in quatuor articulos diuisa.

*Circa quam quæruntur quatuor.*

1 *QVot sint genera constitutionum.*
2 *Quomodo decisio vnius constitutionis ad decidẽdum alium distinctum casum assumatur.*
3 *Vtrùm constitutiones fundatæ in præsumptione obligent in conscientia inspecta veritate in contrarium.*
4 *Vtrùm cesset constitutio, eius ratione cessante.*

## ARTICVLVS 1.

### *Quot sint genera constitutionum quoad extensionem.*

REspondeo dicendo, quod hæc quæstio cum suis articulis hic fuit proposita, vt iudices ecclesiastici & regulares in iudicando & consulendo sciant ex legibus ciuilibus, & canonicis elicere argumenta, quibus causæ ecclesiasticæ, & regulares determinentur. Pro cuius rei explicatione primo quærimus, quot sint genera constitutionum quoad huiusmodi extensionem. Et dico leges quoad hunc effectum in quadruplici esse differentia. Vel enim sunt pœnales, vel exorbitantes, vel correctoriæ, vel denique ab omnibus his diuersę. Pœnales sunt illæ, quæ aliquod inferunt damnum ad vindictã culpæ. De ratione nanque pœnæ est quod tendat ad vindictam culpæ, vt dicitur in iure. [a] Sunt tamen hæ leges pœnales in duplici differentia. Quædã enim sunt ferendæ sententiæ; quales sunt illę, quæ pœnam constituunt per iudicem imponendã vt dicitur in iure. [b] Quædam sunt latæ sententiæ, quæ, scilicet, ipso iure, vel facto non expectata iudicis sententia pœnam inferũt vt in multis canonibus [c] videmus.

Exorbitantes cõstitutiones sunt illę, quę deuiant à generalibus iuris regulis. Dicuntur exorbitãtes quasi extra orbitent, vt tradunt Tiraquelus [d] Alciatus, & Gamarus. De his agunt aliquæ leges. [e] Et apud iuris consultos ius cõstitutum nũcupãtur, prout tradit Alciatus. Huiusmodi sunt omnia prętoris edicta circa rescindẽdos contractus, vt edictum de minoribus, de dolo, quod metus causa, & similia. quippequæ deuiant à generali regula, argumento cuiusdã legis. [f] Huiusmodi etiam sunt priuilegia clausa in corpore iuris, & cęteræ leges limitatorię iuris cõmunis, quoniam, & hæ speciali ratione contra regulas iuris communis sunt constituta, vt tradit Ripa. [g]

Correctorię constitutiones sunt illę, quę vel ex parte, vel in totũ alias leges abrogãt. De abrogantibus in totũ habes quãdam legem, [h] sicut de abrogantibus pro parte alia lex [i] proponitur. Aliæ sunt leges, quæ non sunt exorbitantes, nec correctoriæ, neq; pœnales, quę decernũt secundũ iuris metas ea, quæ proponuntur decidendo de nouo, aut declarãdo, aut limitãdo leges antiquas. Ex quibus colligitur quæ sit differẽtia inter cõstitutiones limitatorias exorbitãtes & correctorias, & dico quod constitutio limitatoria dicitur, quæ apponit quosdã limites verbis generalibus regulæ, nõ tamẽ deuiat à iuris rationibus, sed tantũ propter diuersam iuris rationẽ à verbis generalibus recedit. Lex autem exorbitans dicitur, quãdo quid continetur sub verbis & ratione regulæ & tamen ob fauorem causæ, vel personæ subducitur à regula. & ideo tale ius dicitur singulare à quadã lege [k] vbi doctissimus Fulgosius. Dicitur etiã ius exorbitãs, quia iura debent respicere vniuersos, & non singulares personas, vt est notũ in iure. [l] Et cum prædicta iura non vniuersos, sed singulares respiciant propter aliquem fauorem specialem causæ, vel personæ tributũ, merito etiã dicuntur exorbitantia; quia recedunt ab ea regula generali, quod, scilicet, iura debẽt respicere vniuersos & nõ singulares, vt tradit Gram-

a c.non offeramus.24.q.1.
b ca.de causis.§.1.de offic. delegat.
c c.licet canõ de elect. lib.6.
d Tiraq.in.l.si vnquã. v. libertis,n.19 Alciat.lib.2 de verb.signif.n.46. Gamar. de extensio.n.89.
e l. quidam cum duab. seq.ff. de legib. Alciat. li.7. parerg. c.26.
f l.sicut C.de action.
g Ripa in.l. si constante n.78.ff.solu. mat.
h l.2. C.de interd.viduit.
i l.vlt C.de repud.hæredit.
k l.iussingulare.ff.de legi. vbi Fulgos.
l l.iura.7. ff. de leg.c.erit autem lex. 4 d.

Grammaticus. [a] Et sic in hoc maximè differunt iura limitatoria, & exorbitantia: quia limitatoria Constituunt ius quoad vniuersos, exorbitātia autem quoad singulares propter aliquem fauorem specialem. Iura autem correctoria appellātur quando vna constitutio aliquid generaliter constituit & fertur: postea autem alia constitutio contrarium etiam generaliter disponit in eodem casu. Hæc enim lex correctoria dicetur de quo habemus exempla in multis legibus. [b] Similiter, si constitutio in certis casibus quid cōstituat, & postea in eisdem casibus contraria lex proferatur, hæc secunda correctoria dicetur. Quod si lex generaliter quid statuet, & postea feratur lex alia contrarium in certo casu statuens, qui tamen in prima non erat specificatus, sed tantum ex generalitate verborum, poterat cōprehendi, ea lex nō dicetur correctoria, sed limitatoria, vt explicat Crotus, [c] quē sequitur Menochius, tenent Aymon, & Corneus. Quibus addendum est, quod si contrarium statuatur in aliquo casu particulari, in quo ratio generaliter legis videtur deficere, dicetur ea lex limitatoria. Si vero legis etiam ratio eum casum comprehendit, & tamen aliquo speciali fauore ab ea subducitur, ea lex dicetur exorbitans iuxta supradicta.

[a] Grâma. in tract. extēl. n. 89.

[b] l. 1. si quis seruus ff. de lib. iunct. l. fi. C. de repud. hæred. Iason in l. si cōstante in prin. ff. solu. mat. n. 78,

[c] Crot. in l. omnes populi, nu. 193 ff. de iust. Menoch. de recup. pos. 14. remed. n. 11. & 13, Corn. cōs. 174. col. 2. lib. 4.

## ARTICVLVS II.

## *Quomodo decisio vnius constitutionis ad decidendum aliū distinctum casum extendatur.*

REspondeo dicendo, hanc esse materiam nimis intricatam. Pro cuius clara explicatione aliqua notabilia sunt proponenda. Primum notandum est vnum, in quo multi iurisperiti grauissime decipiuntur: nempe longe aliud esse mentem legis à ratione legis. Mens nanque in lege dicitur per similitudinem mentis respectu hominis, vt in quodā canone [d] innuitur ibi, *Vt proponitur animus*. Ratio verò legis nihil aliud est, quam causa finalis, id est finis à lege prætensus, vt tenet Imola. [e] Proinde sicut aliud est mens hominis, & aliud est causa finalis, & finis ab eo prætensus, prout resoluit Diuus Thomas: [f] ita aliud est mens legis, & aliud ratio & finis legis, vt obseruant in specie Bartolus, [g] Decius, & Salomonius, sic sanè ratio legis est finis legis, per quem lex est edita, mens autem est sententia legislatoris ordinans media ad illū finem, quidquid Bartolus sibi contrarius, & plures citati à Tiraquelo mentē legis cum ratione confundant.

[d] c. Sedulo, 3. d.

[e] Imol. in c. post translationem. n. 4, de renunt.

[f] D. Tho. 2. 2. q. 1. ar. 2, & 3

[g] Bar. in l. 1 §. vlt. ff. d. legit. tuto. Decius in c. 2. requiris in pr. de appel. Salom. in l. Gallus, § & quid si tātū nu. 91. ff. de lib. & post. thu.

Secundo notandum est aliud, in quo itidem iurisperiti communiter decipiuntur, rationem legis non ita menti cohærere, vt sola rationis identitas sufficientem indu cat mentis coniecturam ad legis extensionem. Patet hoc in multis. Primo, quia ratio legis saltem si expressa nō sit, adeo difficilis est cognitu, vt nunquam possimus esse certi de illa, prout docent Alciatus [h] & Gamarus. Et certum est, quod ea, quæ sensu non percipiuntur non sunt apta ad coniecturas. Quia licet ratio esset certa & euidens, non tamen semper expedit legislatori omnes casus eiusdem rationis sub eadem lege, seu ordinatione complecti. Non enim satis est ad iustitiam legis, quod finis sit bonus, nisi aliqua quoque concurrant requisita; inter quæ illa tria recensentur, nempè quod lex sit secundum consuetudinem patrię, quod tempori, & loco cōueniat. Proinde cum non semper legislator omnes casus eiusdem rationis, eadem lege definire debeat, vtique sola identitas rationis non est sufficiens mentis coniectura iuxta illud, quod communiter dicitur [i] non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. Tertio, quia quando verba legis nequeunt ad omnes casus eiusdem rationis aptari, eo ipso insurgit vna coniectura mentis contra extensionem legis, nempe quod si legislator voluisset expressisset, vt dicitur in quodam decreto [k] cum alijs multis congestis per Tiraquelum. At certum est eandem cō iecturam tolli per aliam, vt tenent iura [l] in quibus notāt Bartolus, & Salicetus. His argumentis hæc sententia omnino tenēda videtur, quod, scilicet, sola rationis idētitas non est efficax mentis coniectura ad legis extēsionē. Ita obseruat in specie Butrius [m] & obseruāt plures citati à Tiraquelo, quid quid alij innumeri contra dicant ab eodem Tiraquelo relati.

[h] Alciat. in l. nominis, ff. de verbo. signif. Gam. de extensio. nu. 91. volu. tract.

[i] ca. in præsentia d. probat.

[k] c. 2, de trāslat. Episcop. Tiraq. in l. si vnquam. v. libertis, n. 31 l. diuus. ff. d. in integr. rest. ca. quia verisimile d. præsumpt. Bart. & Salicet. in l. mater, C. de calum.

[l] But. in c. vlt. n. 58. de consuet. Tiraq. vbi sup. n. 2. & n. 45. & in tracta. cessant. causa, n. 149.

Tertio est notandum, identitatem rationis,

tionis, si alias verba legis saltem interpretatiuè, hoc est attenta iurisfictione seu parificatione casui omisso adaptari possunt, efficacem esse mentis coniecturam ad legis extensionem. Ita in effectu resoluunt Butrius, [a] Dominicus, Decius, & Ripa. Et probatur ratione: Nam licet in dubio verba proprie & naturaliter, & non etiam ciuiliter sint accipienda, vt post alios tradit Tiraquelus, [b] propter materiam tamen subiectam, si id postulent verba ciuiliter sunt accipienda, vt videlicet parificata quoque secundum iuris regulas comprehendant, prout in iure [c] notatur. At stante identitate rationis circa illa parificata eo ipso materia subiecta hanc ciuilem interpretationem postulat, si quidem per rationem, seu finem legis regulatur eius materia, vt ex argumento [d] colligitur cuiusdam legis. Et iuuant tradita circa finem humanorum actuum à Diuo Thoma. [e] His addendum est, quod parificata in iure in hoc loco dicuntur omnia illa, quæ vel in communi per viam regulæ parificantur, vel in materia, de qua agitur, vt intendunt post alios Decius, [f] & Ripa quidquid Crotus [g] & alij resoluant, alia diuersa via gradientes, aliquibus iuribus fundati; quæ si attente legantur, non ita vrgent, vt ipsi autumant.

Quarto est notandum extensionem legis in duplici esse differentia. Vel enim fit ex mente legis, vel ex sententia legis, vel præter eius mentem. Prior quidem extensio tunc demũ fit, quando adest sufficiens mentis coniectura, vt quia in identitate rationis verba saltem secundum mentis interpretationem concurrunt ex dictis in priori notabili. Et hæc extensio magis est comprehensio, quam extensio, vt in aliquibus iuribus [h] notatur. Contra verò posterior extensio fit, quando vel ob solam rationis identitatem repugnantibus verbis ad casum similem extenditur, cessat enim eo casu mens legis ex dictis in primo notabili. Proinde hæc extensio dicitur hominis non legis, de quo agunt aliqua iuris ciuilis iura; [i] quidquid hanc extensionem fieri à lege arbitretur Salomonius: [k] Cuius tamen contrarium docet Bartolus. Vtrum autem dabilis sit sufficiens coniectura mentis ad legis extensionem contra verba dic quod sic, quando, scilicet, lex redderetur iniusta, nisi extensio fieret, vt colligitur ex multis legibus [k] & tradit Crotus. Sed his prælibatis fundamentis, operæ pretium esse duxi, aliquas proponere conclusiones, quibus propositis magis in speciali videbimus quid in his contineatur fundamentis.

Prima conclusio: Omnis constitutio extenditur ex identitate rationis ad omnes casus, qui siue in communi per viam regulæ, siue etiam in illa materia iure parificantur, dummodo ex illa extensione tamquam à causa principali alicuius legis correctio non insurgat, vel alias de contraria mentis legislatoris non appareat. Probatur hæc conclusio: Nam omnis lex ad ea omnia extenditur, quæ veniunt ex eius mente. Mens enim legislatoris maxime attendi debet, etiam si alias verba refragentur iuxta quamdã legẽ. [l] At extensio huiusmodi fit mente legis: ergo. Sed vt hæc cõclusio clarius pateat oportet per singulas eius particulas recurrere. Cuius aliquæ iã in superioribus sunt explicatæ; ideo eas tantum tangam, quæ explicatione opus habent. Quarum prima est illa, quæ continetur ibi, dummodo ex illa extensione &c. Ponitur enim hoc additamentum, quia correctio legis nimis est pernicioſa, vt dicitur in iure, [m] & tradunt Diuus Thomas, & Conanus. Ob id quod non aliter quam ex euidenti licita sit vtilitate, vt constitutiones [n] principum nobis scriptum reliquerunt nequaquam per coniecturas quantumcunque efficaces, nisi alias iuxta suam naturalem significationem suffragentur, inducta censebitur, vt dicit quædam glossa [o] recepta.

Ponitur etiam alia particula ibi tamquam à causa principali. Dabilis enim est extensio legis causa alterius correctæ, quæ tamen per se non est causa illius correctionis: quod contingere potest casu, quo ratio illius legis est correcta. Correctio nãque rationis est causa principalis ob quam lex ipsa correcta censetur, prout allegando multos tradit Tiraquelus. [p]

Ponitur alia particula, Vel alias de contraria mente legislatoris. Fieri enim potest, quod lex tacite, vel expresse casus iuris parificatos excludat.

Ex hac conclusione sic declarata infertur primo, legem pœnalem loquentem de clericis extendi ad quamcunque personam ecclesiasticam & regularem. Probatur. Di-

a Butr. in c. vlt. n. 58. ver si. fallit. 1. de consuet. Dominic. in c. 1. n. 9. de tẽpor. ord. li. 6 Decius in c. trãslat. lect. 2. in prin. de constit. Rip. in l. si constante. n. 69. ff. solut. mat.

b Tiraq. in l. si vnquam n. 17. l. fi. C. his veniam. &c. ex parte de cleric. nõ resid. c. mulieres §. illi de sentẽ. excom.

c l. si tã angusti. ff. d̃ seruit. l. verũ 40. ff. de furt.

d D. Th. 1. 2, q. 1. ar. 3,

e Deci° in c. translato, 2, lect. n. 3, de constit. Rip. in l. si constãte, nu. 70. ff. solut. matri,

f Crot. in l. omnes populi, n. 178, ff. de iust.

g l. matres, 6. ff. de verb. sig. iunct. gl. in ca. si post quã. v. mẽte d̃ elect. lib. 6

h l. non possunt cum, l. seq. ff. de legib. l. à Titio ff. de verb. obligat.

i Salom. in d. §. & quid si tãrũ n. 92, Bar. in l 3. §. fina. ff. de legit. tutor.

k l. nam. ab surdum, ff. d̃ bon. liberto l. scire oportet, §. aliud ff. de excus. tuto. Crotus in, l. omnes populi nu. 136. ff. de iustit.

l l: scire oportet, §. aliud, ff. de excusat. tuto. l. vbi ita donatur, ff. donat. causa mortis,

m ca. ridiculũ, 12, d. D. Tho. 1, 2, q. 97. art. 2, Conan. li. 1. iur. ciuil. c. 9, n. 3

n l. in rebus ff. de constit. princip.

o Glos. in c. cupientes, § quod si per viginti. v. petere debet d̃ elect. lib. 6.

p Tiraq. in tract. cessante causa. 1. p. n. 127.

tur. Dictum est enim in conclusione omnem legē extendi ex identitate rationis ad casus per viā regulæ parificatos: at omnes pœnæ ecclesiasticæ hoc modo reperiuntur parificatæ iuxta sacros canones [a] & probant iura passim dicentia priuilegium canonis, siquis suadente continens pœnam in communi in percutientes clericos, vel monachos extendi ad conuersos & nouitios religiosos. Et eodem modo lex pœnalis agens de faciente ex identitate rationis ad mandantem, seu ratum habentem extenditur. Omnes enim hi per viam regulæ parificantur, prout dicitur in iure. [b] Sic constitutio pœnalis capituli. siquis suadente. contra percutientes & mandantes, ac ratum habentes extenditur, prout dicitur in iure. [c]

Nec his obstat quod fratres mendicantes sunt inuicē æquiparati, quia passim æquiparatio hęc in nostro iure reperitur iuxta sacros Canones. [d] Tū quia vnus & idē est finis omniū ordinū Mendicantiū, putà, spiritualia populo administrare: & omnes ordines ad eundē finē instituti maxime sunt parificati ex resolutis per Diuū Thomam. [e] At constitutio pœnalis circa vnum ordinem Mendicantium non extenditur ex identitate rationis ad alium, vt ijdem sacri Canones [f] patenter innuunt. In quibus videmus, quod constitutio pœnalis de recipiendis nouitijs, & de eorum receptione ad professionem post annū probationis; edita ab Alexandro Quarto pro ordine Prædicatorum, & Minorum non extendatur ex identitate rationis ad alios Mendicantes ordines. Sed sunt qui respondeāt hoc contigisse, quia Alexander Quartus hanc specialiter prohibuerat extensionem. Ita tenent Perusinus [g] & Gamarus, expendentes dictionem, duntaxat, positam in capitulo cōstitutionem de regularibus libro sexto. Sed hæc responsio refellitur. Ideo aptius dicendum est, propterea prædictam extensionem non admitti; quia licet eadem in omnibus Mendicantibus vrgeat ratio, nullibi tamen per viam regulæ horum parificatio reperitur. Ita in specie resoluunt Perusinus [h] Dominicus & communis. Et sic alias constitutio, de qua in Clementina dudum de sepulturis circa Prædicatores & Minores ad cæteros Mendicantes non extenditur, vt tenet glossa [i] communiter recepta. Et hac attenta ratione cæteri ordines Mendicantes impetrauerunt a Sede Apostolica indultum, quo huiusmodi constitutio ad eos extenderetur, prout in quæstione de canonica portione, & in quæstione de confessoribus quoad præsentationem & approbationem, & in quæstione de confessoribus quoad potestatem absoluendi seculares, & in quæstione de sepulturis explicatur. Nec obstat, quod omnes hi ordines conueniunt in fine: Quia licet idem sit finis omnium, & propter eundem finem idem fuerit mendicitatis institutum, eorum tamen exercitia sunt diuersa, & iuxta diuersa exercitia diuersæ quoque insurgunt religiones.

Ex quibus infertur, quod licet leges pœnales proprium casum non egrediantur, iuxta sacros Canones. [k] Hoc tamen est limitandum, nisi ad ea trahantur, quæ veniunt ex mente legislatoris. Licet enim in pœnis mitior sit interpretatio facienda iuxta eosdem sacros Canones: [l] hoc tamen procedit in dubio, vt, verbi gratia, si verba legis æque aptari possunt maiori, vel minori pœnæ: & adest efficax coniectura, quod legislator senserit de maiori, vt optime tradit Couarruuias [m] defendens quod lex pœnalis ad omnia iure parificata ex identitate rationis extendatur.

Secundo infertur in legibus exorbitantibus dabilem quoque esse extensionem ex identitate rationis ad casus iure parificatos, dummodo ex illa extensione non insurgat alicuius legis correctio. Dabilis enim est extensio legis exorbitātis ad illos casus absq; huiusmodi correctione, nempè, si non adsit lex contraria speciatim disponens circa eosdem casus ex resolutis in primo notabili. Hanc opinionem tenet quædam glossa, [n] Iason & ante eum Ananias, & in specie probat Andreas Siculus; & obseruant plures alij hanc extensionem etiam in legibus correctorijs admittentes relati ab Andrea Tiraquelo.

Nec obstat regula iuris dicens, quod ea, quæ à iure communi exorbitant nequaquam ad consequentias sunt trahenda. Respondetur enim regulam illam habere locum in extensione, quæ fit ab homine per argumentum à simili. Iuxta enim hunc sensum dicitur quod lex trahitur in consequentiam. Et hoc modo fateor in legibus exorbitantibus non admitti extēsionē secus in extēsione ad casus parificatos in iure, quā constat fieri ex mēte legis

a c. duo sunt genera iūct. glo. v. cōuersi. 12. q. 1.

b l. 1 §. deiecisse. ff. vnde vi.

c c. mulieres §. illius de sent. excom. c. penu. eod. tit. lib. 6.

d c. quorundā. de elect. lib. 6 Clem. 1. cū concordat. per glo. ibi. v quosli ber de regu. e D. Tho. 2. 2. q. 133. ar. 1 f c. non solū iūcto. c. seq. de reg. lib. 6

g Perusin. in. c. constitutionē de regular. li. 6. Gamarus de extensio. n. 192.

h Perusi. n. 6 Dominic. n. 4. in d. c. cōstitutionem

i Gloss. in. d. ca. constitutionem simi lis in regul quę à iure & reg. iur. li. 6.

k c. pœnę & de pœn. d. 1.

l c. in pœnis & pœni. li. 6.

m Coua. de sponsa. 2. p. c. 6. in pr. n. 12.

n Gl. vl. in. l. siquis seruo C. & furt. Iason in Authen. quas actiones. n. 19. C. de sacrosanct. ecclesi. & in. l. Marcellus nu. 28. ff. ad Trebel. Ananias cons. 17 n. 8. Siculus in. l. cum a cutissimis n. 56. C. de fideicōmiss. Tiraq. in tract. cessant. cau sa. 1. p. n. 153

te legis ex resolutis in conclusione. Et hæc sufficiant pro hac illatione. Multa enim in ea inculcantur iura, quorum expositio difficilis reputatur, sed quoad nostrũ institutum sufficit hoc modo breuiter veritatẽ proponere.

Secunda conclusio: Nulla lex extendi debet ex rationis identitate ad casus, qui neque per viam regulę, nec in illa materia sunt parificati, nisi casus illi omnino per legislatorem sint omissi. Patet conclusio. Nam hęc extensio non aliter admitti potest, quã velut facta ab homine. Extensio nanque ex sola identitatis ratione contra verba nõ est extensio legis, sed hominis ex resolutis supra in quarto notabili. At homo puta, iudex nequit extendere legem ad casus qui sunt omissi per legislatores: tenetur enim iudex secundum leges scriptas iudicare, vt tradit Diuus Thomas [a]. Dixi ex idẽtitate rationis ad excludendas alias mentis coniecturas, quę ita sunt efficaces, vt etiam contra verba extensionem inducant, de quibus dictũ est supra notabili quarto. Dixi, nisi casus &c. quia quando casus occurrit, qui sub nullius legis dispositione continetur, iudex, cuius officium est iustitiam ministrare, vt iura [b] decernunt, tenetur recurrere ad leges continentes casus similes tam quam ad regulas iustitiæ, quę tali casui magis conueniunt, vt iura ciuilia [c] nos docent.

Ex hac conclusione infertur primo, quod in cõstitutionibus correctorijs atque etiam in exorbitantibus non est dabilis extensio ex identitate rationis ad casus iure non parificatos, non enim potest fieri huiusmodi extensio, nisi ad casus omnino per Legislatorem omissos, at casus omisi per leges exorbitantes remanent in dispositione iuris communis à qua exorbitant, vel à dispositione legis correctæ iuxta dispositа in iure, [d] & tradita à Bartolo. Quod procedit etiã si fit maior ratio in casu simili sola enim rationis identitas in correctorijs, vel exorbitantibus non sufficit ad eorum extensionem. Si enim ea sola sufficeret Alexandri [e] quarti constitutio de recipiendis nouitijs ad professionem post annum probationis in ordinibus Prædicatorum, & Minorum ad alios ordines Mendicantes sine noua Apostolicæ sedis prorogatione traheretur, at necessaria fuit noua ipsius sedis prorogatio per Bonifacium [f] Octauũ ergo. Et hoc videtur tenendum, quidquid citati à Tiraquelo [g] contradicant. Quod procedit, etiam si ratio esset scripta in lege, expressio enim rationis non extendit dispositionem, vt probat quædam glossa cõmendata à Nauarro. In dicta enim Decretali Alexandri quarti ratio scripta inuenitur quę alijs ordinibus Mendicantibus satis accommoda pari formiter videbatur, & nihilominus, vt decretũ in ipsa alijs religionibus competeret à Domino Papa Bonifacio octauo fuit petita prorogatio. Quod etiã procedit etiam si per extensionem fiat regressus ad ius antiquum. Licet enim hic regressus perse sit fauorabilis secundũ ius, [i] nõ ita tamen quando fit mediante alicuius legis correctione, vt etiam iura [k] decernunt iunctis resolutis per Diuum Thomam. Et hæc ampliatio satis est de mente, Bartoli dum in terminis, cuiusdam l legis, inqua fit regressus ad ius antiquum non admittit extensionem hominis, quod ipsum alibi idem voluit Bartolus. [m]

Infertur secundo dabilem esse in legibus pœnalibus extensionem ad casus similes non parificatos, cum casus similes sint omnino per legislatorem omissi, respectu legum pœnalium, vt ex iure n colligunt, & probant Bartolus Aimon & Felinus. Sed sunt qui negant in pœnalibus aliquam admitti extensionem. Obseruant tamquam à Doctoribus receptum Butigela o Crotus & Menochius. Vnde, vt defendas nostrum corollarium intelligendum est, quod procedat quando extensio fit ad ponendam pœnam legalem tamquam arbitrariam, alio quin si fiat ad effectum ponẽdi eandem pœnam tamquam ordinariam, non est licita extensio ad casus similes n õparificatos. Ratio huius limitationis est nam cũ pœna legalis in quantum est ordinaria, nitatur autoritate legis, & vt talis astringat iudicem, vt secundum eam iudicet, vt in iure p ordinatur, nequaquam eo respectu præter mentem legis extendi potest. Proinde, cum hæc mens deficiat quoad casus similes non parificatos ex dictis in quarto notabili, vtique ad illos nequit fieri talis extensio. Et in his terminis procedunt iura q minime talem extensionem admittentia. Secus in pœna legali quæ imponitur vt arbitraria: hæc enim non innititur autoritati legis, sed potius dictamini rationis: & vt talis non ita iudicem astringet, vt docet ius. [r] Nõ enim conuenit quod ad casus similes, inqui

[a] D. Thom. 2.2.q.60.ar.5

[b] c. forus de verbo. significa. ibi iudex non est. cl. illud. ff. ad l. aquiliã l. nõ possunt cum seq. ff. de legib.

[c] l. cõmodi fine. ff. d lib & post Bar. in l. omnes populi. n. 6. ff. de iust. & in l. fi cõstãte. n. 45. ff. solut. mat.

[d] ca. non solum de reg. lib. 6.

[e] c. constitutionem eod. tit. & lib.

[g] Tira. intra. cessan. cau. 1. par. n. 153. h, Glos. 1. recepta ibi. in c. in fidei fauorẽ de hęret. lib. 6. Nauar in. §. in leuitico not 28. n. 22.

[i] c. ab exordio. 35. dist.

[k] l. in rebus. ff. constit. princip. D. Tho. 1. 2. q. 7. art. 2. Bart. in. l. Marcellus in prin. n. 6. ff. ad Trebel.

[m] l. ficũ test. C. ad l. faci d m Bart. in. d l. fi. constãt: n. 43.

[r] c. de causis §. 1. de offic. leg. Bart. cõsilio 106. Aymon. de antiq. temp. 4. par. c. videamus. n. 35. Fel. post alios in c. transiato. n. 11, de constit. o Butigel in l. vinum. n. 41. ff. Si certum petat. Crot. in Rub. n. 15. & in. l. 1. n. 22. ff. de nou. op. enũ Menoc. lib. 2. de arbit. cen. 3. casu. 272. n. 22. c. decau. § 1. de offi. de leg. q. c. pen. cũ alijs de pœ. d. 1. r c. tempora 26. q. 7.

bus nulla alias reperitur pœna præscripta, trahatur. His omnibus consequens est pœnam etiam mortis in vno casu præscriptam posse trahi ad casus similes arbitrio iudicis, vt tenet [a] glossa recepta communiter ex Andræa Siculo, & Menochio quid quid alij ab ipso relati contradicant. Quorum sententia rectè procedit in iudice non habente ea, quæ sunt meri imperij, cui ob id arbitrariū in causis capitalibus minimè competit secūdum [b] ius. Secus si iudex habeat iura meri imperij, quæ habent prælati regulares habentes iurisdictionem quasi episcopalem circa suos subditos, quæ sibi data sunt à Sede Apostolica, cum approbauit eorum regulam. Nam illa confirmatio & approbatio dat ipsis Abbatibus, & prælatis regularibus merum, & mixtum imperium, & iurisdictionem quo ad exequendam illam regulam: prout ait [c] Cantera, affirmans hanc esse fundamentalem rationem ad huiusmodi merum & mixtum imperium his prælatis concedendum.

Ex his consequens est pœnam priuationis, aut suspensionis guardianatus, aut alterius prelatiæ posse à iudice extra casus iure expressos imponi. Ita [d] Innocentius, & Felinus, quidquid alij citati à Tiraquelo absque vllo fundamento contradicant. Quorum tamen sententia rectè admitti potest quando iudex non esset de numero eorum, quibus competeret potestas instituendi & destituendi, argumento cuiusdam [e] Decretalis. Vnde infertur quod prouinciales cum in quibusdam religionibus non possint per se solos priuare à suis guardianis guardianos, etiam si committant aliqua delicta, in quibus eadem rationis identitas militet, quæ militat in delictis propter quæ secundum suas constitutiones guardiani pœna priuationis officiorum plectuntur: non tamen possunt eos propter tales defectus dicta priuatione punire. Quod vltra prædicta probatur. Nam etiam si detur in legibus pœnalibus extensio ad casus similes non parificatos, prout dictum est, hoc tamen non procedit quoad illa pœnalia, quorum extēsio homini est interdicta, eo nanque ipso extra casus iure parificatos extendi nequeunt, prout sunt actiones pœnales, quæ reputantur partes iuris, vt dicit idem [f] ius, & vt tales nequeunt per legum ministros putà iudices institui, vt resoluit [g] Alciatus. Huiusmodi quoque est pœna latę sententiæ, qualis est illa, quæ ipso iure seu ipso facto incurritur, vt dicit quædam [h] Decretalis. Hæc enim extra casus sub mente legis comprehensos nequaquam extendi possunt, vt tenet [i] Abbas post alios, & plures citati à Tiraquelo. Priuatio autem guardianatus in hoc casu est quædam pœna imposita, quæ secūdum regulares cōstitutiones prohibetur ad casus similes extendi.

a Glos. in v. extraordinaria in. §. in summa inst. de iur. Siculus consil. 11. li. 1. Menoch. li. 1. de arbit. q. 36. n. 20.

b l. imperiū ff. de iurisd. omn. iud.

c Canter. in sua pract. ti. de quæstio. crimi. tangētis iudic. q. 10. nu. 10. in fi. pag. 37

d Innocen. in. cap. quia diuersitatē de præbēd. Felin. in. c. 1 n. 14. de offi. deleg. Tira. in. l. si vnquam. v. reuertatur. n. 249.

e c. cum ex iniuncto in fin. de hæreticis.

f l. 2. §. deinde ex his. ff. de orig. iur.

g Alciat. in l. pecuniæ verbo. ff. de verb. signif.

h Glos. v. exceptione de elect. lib. 6.

i Abb. n. 3. in. c. vlt. de iur. patro. Tiraq. in. l. si vnquā. v. reuertatur n. 303.

## ARTICVLVS III.

### *Vtrùm constitutiones fundatæ in præsumptione obligent in conscientia inspecta veritate in contrarium.*

REspondeo dicendo, legem fundatam in prēsumptione tāquam iustam non obligare in conscientia, si veritas fuerit in contrarium. Lex enim quantumcunque iusta non obligat in isto foro, quando id lator legis intendit, at legislator condendo legem iustam videtur nolle subditos obligare, si veritas sit in contrarium tum propter æquitatem, secundum sacros Canones [k], secundum quam intentio legislatoris est interpretanda, vt in simili docet quidam iuris [l] consultus, tum præsertim, quia contra has leges passim legislatores probationem admittunt, quasi per illas conditionaliter tantum obligent, nempe si veritas non fuerit in contrarium iuxta ea, quę ex sacris canonibus colliguntur, & tenent Abbas [m], Felinus, Decius, Gomez, Iason, Siluester, Adrianus, & Alciatus. Et idem dicendum est de sententijs ecclesiasticis per falsas informationes contra innocentes decretis. Iuniores enim arbitrantur has sententias & censuras, quas vocant iniustas ex causa non ligare innocentes in conscientia, vt tradit [n] Caietanus, quē sequūtur Soto, Ledesma, & Couarruuias.

Nec obstat, quod contra hanc adducitur opinionem, scilicet, magnam esse differentiam inter decisionē legis, & inter definitionem sententiæ censuras imponentis. Nam sententiæ trahunt secum executionem, à

k c. ueritate. s. d.

l l. ex facto ff. de vulgar.

m Abb. nu. 10. Felin. n. 40. Decius lect. 1. n. 18. in. c. 1. de cōsti. Gomez in reg. de non iudicā. iuxta formā supplicat. q. 14. Iason in rub. n. 25. ff. de acquirē. hæred. Syluest. v. lex. q. 9. Adrianus quodli. 6. ar. 5. Alciat. in c. nouit. nu. 24. de iudic.

n Caiet. 2, 2. q. 7. a. in. 4 ad. 2. Soto. 4 d. 22. q 1. ar. 3. col. 4. & in relect. de secreto. mēb. 3. q. 1. cō. 4. Ledesma in 2. 4. q. 23. art. 4. Couar. in c. alma mat. 1. p. § 7. conclu. 1.

quorum

quorum numero sunt censuræ, vt dicitur in quadam [a] *Decretali*: quæ licèt per falsas informationes in innocentes sint latæ, obligant tamen in conscientia, cum dictæ sententiæ sustineant vicem ministri exequentis. Et sicut innocentes tenentur parere ministris exequentibus sententias iniustas: ita planè tenentur parere censuris iniustis quousque ab illis absoluantur. Non sic autem est in legibus, quæ cum suos habeant ministros, id est, Magistratus, vt decernunt [b] iura, non ita præcisè continent præcepta, vt contra veritatem obligent. Nam ista ratio diuersitatis parum, aut nihil efficaciæ continet. Non enim potest negari, sententiam secum trahentem executionem fundatam in præsumptione, si veritatis iudex fuisset informatus, nunquam fuisse latam cum tali rigore ab eo: ideò sententia nouiorum mihi inter illos neotericos maximè arridet.

Ampliatur nostra sententia. Nam etiam si præsumptio, in qua lex fundatur, sit iuris & de iure, licet enim talis præsumptio tam efficax secundum ius reputetur, vt pro veritate habeatur, prout notant [c] Doctores communiter & tradit Andreas Alciatus: nequaquam tamen lex, in ea fundata obligat in conscientia, quando veritas est in contrarium. Pro quo est efficax ratio. Nam quod talis præsumptio apud legislatorem pro veritate habeatur, non tollit quin eius intentio interpretanda sit iuxta æquitatem, vt videlicet præsumptio veritati non præferatur. Et sic constito legitime de veritate, puta per partis confessionem, lex ipsa quantumcunque præsumptione nitatur, non obligat etiam in foro exteriori, prout tenet [d] glossa reputata singularis à multis, quos refert Couarruuias.

Et aduertendum, quod aliqui limitant supradictam sententiam, vt procedat, quando præsumptio est definitiua, nõ tamen quãdo est suppositiua. Pro cuius explicatione aduertendum est, dupliciter posse nos de dubijs opinari, nempe definitiue & suppositiue. Opinamur definitiue, quando factum dubium in hãc, vel illam partem definiendo trahimus opinamur vero suppositiue quando supponimus rẽ ita se posse haberi, vel nõ haberi. Notanda est etiam differentia inter vtrunque modum præsumẽdi. Nam priori modo nemini licet in deteriorem partem definire. Secundo vero modo licet, vt nobis & proximo consulamus suppositiue interpretari. Ita eleganter inter vtranque præsumptionem distingunt Diuus [e] Thomas: vbi explicat suus commentator Caietanus, & resoluit Soto. His duobus notabilibus præfatis assertores supradictæ limitationis suam sententiam in hunc explicant modum, & probant suo iudicio efficaciter. Nam cum ad veritatem præsumptionis suppositiue satis sit quod factum sit dubium: ita quod possit se habere ad esse & non esse, & lex nunquam fundetur in tali præsumptione, nisi quando factum est dubium: aliter lex ipsa esset iniusta: recte fit vt talis præsumptio semper veritati nitatur, atque subinde huiusmodi lex semper liget in conscientia.

Sed certe, licet hæc limitatio appareat probabilis: minime tamen eam admittendam iudico. Pro cuius refutatione notandum est, quod facta dubia nequeunt absque proximi iniuria diffiniri in deteriorem partem, vt dicit quædam lex in [f] lege naturali satis fundata. Suppositiuè vero possunt in deteriorem partem definiri, supponendo posse ita esse, & non esse: hic enim actus est prudentiæ. Ita Diuus [g] Thomas, & Caietanus. Vnde nulla est lex, quæ fundetur in præsumptione definitiue presumendo. N. filium presbyteri esse incontinentem, cum hoc sit contra proximũ, sed ipsum posse esse incõtinentem, supposito, quod potest sequi vestigia patris. Posse autem esse incontinentem solum dicit præsumptionem suppositiue. Leges igitur, quæ fundantur in præsumptione de præsumptione suppositiue loquuntur, non autem de præsumptione diffinitiue: alioquin essent iniustę: quia presumptio definitiue aliquid contra proximum determinate suspicatur. Ex quo infertur contra superius in contrarium allegata, quod leges, quæ fundantur in præsumptione suppositiue non semper nituntur veritati: ac subinde inspecta veritate tollente dubiũ, in quo fundatur præsumptio præsuppositiue, non obligant in conscientia, cum iam accedente veritate cesset præsumptio.

Ex dictis sequitur, quod si aliquis religiosus sit priuatus actibus legitimis & officijs Reipublicæ, eo quod descenderit à patre criminoso per confessionem iudicialem ipsius patris, qua confessus est ti-



a c. pastoralis. §. verũ deappellat.

b l. 2. §. magistratus. ff. de orig. iur.

c Glos. & DD. in. c. is qui fidẽ de spõs. Alciat. de præsum. par. 2.

d Glos. in. l. incontractibus. C. de nume. pecu. Couarr. de spons. 1. p. c. 4. §. 1. n. 5

e D. Tho. vbi Caiet. 2. 2. q. 6. art. 4. ad. 3. Soto li. 3. de iust. q. 4. art. 3. cõclus. vlt.

f Merito. ff. pro socio.

g D. Tho. & Caieta. vbi sup.

more tormentorum se crimen læsæ Maiestatis commisisse, si filius sciat contrarium esse verum, scilicet, patrem minime tale facinus commisisse, & sibi id timore tormentorum falso imposuisse, potest dictus filius in foro conscientiæ vti actibus legitimis. Licet enim contra ipsum patrem sit præsumptio iuris propter ipsius confessionem iudicialem: at cum ipse filius inspecta veritate sciat contrarium esse verum, optimo iure potest in foro conscientiæ dictis actibus frui: dummodo id faciat sine scandalo illorum, qui solū exteriora contemplantur.

Secundo secundum aliquos infertur, quod statuta regularia prohibentia ingressum cellarum horis quibusdam silentio deputatis ad euitandum peccata, quæ ex huiusmodi ingressibus possunt euenire, non obligant in conscientia, si veritas sit in contrarium, id est, si ingrediantur non ad committendum dicta peccata, cum supradicta statuta videantur in præsumptione fundari: qua sublata cessat eorum obligatio. Sed qui hoc somniant toto cælo videntur aberrare: hæc enim statuta non fundantur præcise in præsumptione, sed sunt determinata non solum ad euitandum peccata, sed etiam ad euitanda colloquia statis horis, quæ communitatem conturbant. Vnde si ingrediantur ad colloquia aliqua honesta nihilominus peccant: cum prohibitio horum ingressuum non solum edatur ad euitanda dicta peccata, sed etiam ad obseruationem silentij à Sanctis Patribus maxime commendati. Verum est tamen quod si ingrediantur ad aliqua opera charitatis, pietatis, & necessitatis, verbi gratia ad curandum infirmum, tunc nullum committunt peccatum, cum leges ecclesiasticæ non obligent ad obseruationem festorum, & ad audiendam missam in diebus festiuis, quando ex hoc officium charitatis circa infirmos impeditur.

## ARTICVLVS IIII.

### *Vtrùm cesset constitutio eius ratione cessante.*

REspondeo dicēdo, non esse dabilē legē à rectitudine rationis deuiantem, cum omnis lex iusta ab illa lege æterna deriuetur, iuxta illud [a] Prouerbiorum, & tradunt Diuus Augustinus, & Diuus Thomas. At nihil iniustum, & à ratione deuiū ab illa lege deriuatur, planè enim illa summa lex est ratio in Deo existens, atque ipsamet Dei scientia, vt tradunt luculenter *Diuus* [b] Augustinus, & D. Thomas, Soto & Castro, & ex Canonistis Abbas, Decius, Romanus, & Conanus, & alij passim asserentes leges iniustas, & à ratione deuiātes nullam obligandi habere vim.

Quod tamen limitandum est, quando lex secundum ea, quæ frequentius accidunt hunc defectum pateretur, alioquin si non ita in genere, sed secundū ea, quæ raro accidunt à rationis dictamine deuiaret non ob id desinit esse lex, vt post Ancharranū tradit [c] Aretinus, Curtius iunior, Couarruuias, Victoria, Soto, Menchaca: & est doctrina Angelici Doctoris *Diui* Thomæ. *Ratio* huius limitationis est. Nam cum nostri actus ob varias circunstantias, infinitis propè modis varientur, ob idque nulla potest lex seu regula ita certa constitui circa eosdem actus, vt in multis casibus à rationis dictamine non deficiat, recte fit, vt legum iustitia non ex hoc vel illo casu, sed ab his, quæ frequentius accidunt sit expendenda iuxta præcitata iura.

Vtrum autem lex iusta cesset in casibus, in quibus à sua deficit ratione, non parum apud Doctores controuertitur. Partem affirmatiuam tuentur [d] Abbas, Cajetanus, & Menchaca. Alij contra arbitrantur talem legem non cessare quantumcunque deficiat ratio. Hanc opinionem tenet quædam glossa [e] Baldus, Aretinus, Tiraquellus, Soto, & magis communis.

Sed alij mediam sectantur viam, distinguentes inter casus, in quibus obseruantia legis esset nociua subdito circa lucri cessantis tantum amissionem, & inter casus, in quibus esset nociua circa damnum in rebus iam quæsitis, vt scilicet, in priori casu cessante in particulari ratione legis lex nō cesset in eo particulari: in posteriori verò cesset lita distinguunt [f] Bartolus & alij citati

a Prouerb. 3. Augustin. lib. 1. de lib. arbit. D. Th. 1. 2. q. 93. a. 3.

b D. Aug. vbi sup. D. Thom. vbi sup. Soto li. 1. de iust. q. 3. art. 2. Castro lib. 1. de leg. pœnal. ca. 5. Abbas n. 9. Decius lect. 1. n. 18. & lect. 2. n. 10. in c. 1. de constit. Roman. singul. 766. Conan. lib. 1. iur. ciuil. c. 8.

c Aretin. in l. 2. col. 7. in princ. ff. de vulg. Cur. in l. posthumo. nu. 42. C. contrata bul. Couar. in c. cum esses. nu. 9. de test. & in c. possessor. 3. p. §. 2. nu. 2. Victori. in relect. de potest. ciuil. n. 22. pag. 94. Soto lib. 4. de iustitia q. 5. ar. 3. col. 3. Mencha. illust. qq. c. 87. n. 23. D. Thom. 2. 2. q. 120. ar. 1.

d Abb. in c. quoniā contra. nu. 6. de probat. Caiet. in opusc. de iacr. e Gloss. 2.

mat. q. 2. Menoch. lib. 2. contro. illust. c. 46. nu. 5. & ibi Bald. nu. 7. in l. non est dubium. C. de legib. Aretin. in l. 2. prope. num. 8. ff. de vulg. Tiraquel. in tract. cessant. caus. limit. 32. & in eod. tract. 1. p. n. 160. Soto. lib. 1. de iust. q. 6. ar. 8.

f Bart. in d. l. n. non dubium. n. 9. Iason. n. 16. Tiraq. vbi sup. n. 146. Felin. in c. si quando. n. 11. de testib.

tati à Iasone, & Tiraquello, & est communis secundum Felinum. At nullam ex dictis tribus opinionibus puto sequendam. Prima enim opinio confunditur ex quadam [a] lege expresse. Secunda per aliam refellitur [b] legem. Tertia supponit amissionem lucri cessantis non esse considerabile damnum. Quæ opinio confunditur ex [c] lege, in qua ipsa fundatur, in qua Vlpianus iurisconsultus reputat æstimabile damnum interesse lucri cessantis, de quo ibi agit, vt constat ex verbis ipsius legis, ibi: Per quam durum est. Confunditur etiam ex resolutis à Diuo [d] Thoma, & ab scribentibus communiter de huius lucri cessantis restitutione tractantibus, & ad restitutionem obligantibus. Pro resolutione igitur veritatis accipiat lector sequẽtes conclusiones.

a l. prospexit ff. qui & à quibus.
b l. adigere. §. quàuis ff. de iure patronat.
c l. prospexit
d D. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 4

Prima conclusio: Lex naturalis non obligat in particulari cessante ratione ipsius etiam in particulari: ipsa enim semper id quod & æquum, & bonum est, iudicat. Quod ipsum dicendum est de lege Euangelica, quæ nullo modo obligat cum rigore contra æquitatem, iuxta illud [e] Matthæi: Iugum meum suaue est, & onus meũ leue. Et sic cessante causa correctionis fraternæ præceptum eiusdem correctionis minime obligat.

e Matth. 11.

Secunda conclusio: In casibus, in quibus obseruantia legis ita deficit à ratione, vt repugnet bono communi, dispositio ipsius legis cessat. Exemplum est [f] Diui Thomæ. In ciuitatis obsidione salutiferum est lege caueri, ne portæ aperiantur. Nihilominus, si tunc ciues, quorum vita saluti Reipublicæ conducit, hostes fugiẽtes in vrbem se volunt recipere contra legis verba aperiendæ sunt illis valuæ. Quoniam illa est legis mens, quippe quam si ad esset legislator haberet. Et hæc fuit sententia [g] Aristotelis, dicentis non esse licitum subdito à lege discedere quantumcunque lex ipsa cessaret negatiue, nisi cessaret contrarie. Quod optime explicat [h] Caietanus. Ratio huius distinctionis est. Nam quando ratio legis cessat, contrariè hoc est cum repugnantia ad bonum commune: nequaquam eo casu potest lex subsistere, iuxta illud vulgare, quod duo contraria non possunt esse in eodem subiecto. Secus vero quando ratio legis solum cessat negatiuè, hoc est sine repugnantia ad bonum commune, plane enim eo casu nullum subest impedimentum, quo minus lex in communi iusta seruetur quandiu per legislatorem casus ille non excipitur. Pro maiori autem huius distinctionis explicatione annotabis, tum demum & non aliter rationem legis cessare contrarie: hoc est, cum repugnantia ad bonum commune, quando casus occurrit, in quo legis obseruantia vitium induceret, prout explicant *Diuus* [i] Thomas, & Soto. Ratio est, quia eo ipso, quod talis obseruantia repugnat religioni, vel saluti animarum, in quibus maxime consistit bonum commune. Tunc ratio cessat negatiue quando cessat ratio ipsius legis sine aliqua repugnantia ad bonum commune.

f D. Tho. 2. 2. q. 97. ar. 6
g Aristot. 1 ethi. c. 19.
h Caiet. 2. 2 q. 12. ar. 1.
i D. Tho. 2. 2. q. 120. ar. 1. Soto li. 1. de iust. q. 7. ar. 3. vers. ar gutis. & li. 3. q. 4. ar. 5. ad fin.

Sed videamus. Vtrum cessante ratione legis tantum negatiue lex obliget in foro conscientiæ. Pro quo sit conclusio sequens.

Tertia cõclusio: Nemo in foro cõsciẽtiæ tenetur obseruare legem positiuam cum periculo mortis, nisi ratione officij ad id obligetur. Probatur. Nam ille, cui palam est obseruationem legis esse sibi lethalem, constaretque ex natura legis non esse eius mentem in tantum periculum adigere subditos, neutiquam tenetur legem custodire. Vt si mihi constaret hostes mihi in via insidias parare non teneor die festo ire ad sacrum. Dixi, nisi ratione officij ad id teneretur. Milites vero in bello tenentur obedire ducibus in his, quæ ad certamen & prælium conducunt, etiam cum periculo mortis. Legis enim impositæ à ducibus mens est, in tantum periculum adigere subditos milites, vt victoria consequatur. Vnde licet Diuus Thomas dicat legem non esse seruandam casu, quo noscitur aduersari saluti communi: non debemus tamen negare eam non esse seruandam, quando saluti particulari noscitur fore nociuã, prout in exemplis positis satis patet.

Quarta conclusio, subito imminente periculo, licet subdito agere contra legem in consulto principe. Pro huius conclusionis explicatione notat k Soto, quod aut subdito palam liquet occurrente casu, non esse legis mentem vt seruetur, tunc licet subitum sit periculum, siue tempus suppetat adeundi præfecti absque illius prorsus consilio licet facere contra legem. Cui enim in die ieiunij nullus alius suppetit cibus,

k Soto in. d. art. 8. vers. ad rei huius.

quam carnium absque vlla superioris consultatione potest ne fame pereat, illas comedere, etiam si citra periculum posset illum adire. Aut per aliud extremum eiusmodi subditus in dubio hæret vtrimque æquali: itaque neutrius partis assensum habet, liceat ne facere contra legem nec ne? Et tunc si vacat ad superiorem recurrere, recurrendum est: si vero repentinum periculum id non permittit ad literam ieruanda est lex: prout ait Diuus [a] Thomas. Si vero medio modo se habet, ita vt neque certus omnino sit, neq; prorsus ambiguus, sed in illā partem propēdeat quod potest facere contra legem: itaque illius partis opinionem habet cum formidine de oppositō, tunc si mora datur, qua possit prælatum consulere id facere tenetur. Sin vero per subitaneum periculum id non licet tuto facere potest contra legem.

[a] D. Tho. 1. 2. q. 96. ar. 8 ad. 2.

Quinta Conclusio, non est sufficiens ratio, vt subditus faciat contra legem, eo quod ratio legis in particulari persona, & casu deficiat, cum lex antequam causa in toto genere cesset, aut consuetudo illam abroget, vim suā non amittat. Si enim subditis cōcederemus posse in hoc casu vti epikeia, iudices eos in sua propria causa cōstituere remus, & cū proposita affectio sæpè sæpius excæcet intellectum eorum intellectus ob cæcatus adesse epikeiam decerneret, vbi nec in particulari ratio legis cessaret: & sic omnino eneruaretur potestas prælatorum, legibus & constitutionibus animos subditorum volentium continere. Vnde oportet, quod ipsi ad suos prælatos recurrant: qui non solum habent potestatem ad dispensandum in his, sed etiam ad declarandum in his, & alijs similibus casibus ad epikeiam fore recurrendum.

Pro cuius rei explicatione notandum est, quod dicit [b] Soto, in hæc verba prorumpens: Nam etsi ratio legis in hac persona deficiat, non ideo protinus à vinculo legis enodatur. Aliud est enim, quod obseruatio humanæ legis rationi sit contraria, vbi epikeia locum habet, aliud vero quod ratio legis in hac persona deficiat, vbi nihilominus necessaria est dispensatio. Denique ex his collige deficere rationem legis in hac persona particulari, sufficientem esse causam ad dispensationem impetrandam, non autem vtēdum epikeia. Exemplo hoc supradicta clariora fient. Si carnes die vetita non comedere causa mihi esset, vt fame perirem, possum epikeia vsus comedere. Tamen licet ego castigatione carnis non indigerem, ob quam ieiunium indictum est, imò abstinentia & inedia aliquod mihi esset impedimentum studij, non ideo liber à lege fio: nec in hoc casu possum ego vti epikeia, sed est causa, vt mecum prælatus dispensset, non quidem interpretando, quod tunc lex non comprehendit, sed etiam si me comprehendat præbendo mihi gratia maioris commodi licentiā, vt non sit mihi culpa non ieiunare.

[b] Soto lib. 1. de iust. q. 7. art. 3. vers. sed arguis.

## QVÆSTIO LXVIII.

### De statutis Regularium in sex articulos diuisa.

*Circa quam quæruntur sex.*

1 *VVtrùm valeat statutū in voluntate statuentium tantum factum.*

2 *Vtrùm statuta iniusta obligent in foro exteriori, & in foro conscientiæ.*

3 *An generales ordinum teneantur statuta religionum suarum seruare, quoad vim coactiuam, & directiuam.*

4 *Vtrùm statuta alicuius prouinciæ obligēt hospites aliarum prouinciarum pro tempore, quo in ipsis hospitantur.*

5 *Vtrùm constitutiones factæ à regularibus autoritate Apostolica confirmatæ possint sine eiusdem sedis autoritate reuocari.*

6 *Vtrùm generales & prouinciales possint declarare statuta facta cum capitulo.*

ARTI-

## ARTICVLVS I.

### *Vtrùm valeat Statutum in voluntate Statuentium tantum factum.*

REspondeo dicendo, quod vt constat ex his, quæ in hoc tomo sæpe diximus statuta regularia in duplici sunt differentia. Quædam enim velut leges perpetuæ facta à patribus in diffinitorio cum consensu maioris partis vocalium cõgregationis. Alia sunt facta ab ipsis prouincialibus, quæ licet fiant cum consilio patrum, finito eorũ officio etiam ipsæ constitutiones finiũtur. Hæc non inter leges, vt prima statuta, sed inter præcepta enumerantur. Quæ omnia ita rationi debent adhærere, vt sola voluntas generalis, aut prouincialis non sit earũ constitutionum ratio prout colligitur ex iure, & tradunt Diuus [a] Thomas, Castro, Soto & Menchaca. Qui omnes affirmãt cauendum esse à sententia cuiusdam [b] glossæ dicentis, dabilem esse legem, cuius ratio sit solum volũtas legislatoris. Nec prædictam glossam iuuat, quod quidam iurisconsultus affirmat placitum, scilicet, principis vigorẽ legis habere. Nam si bene consideretur iuris consulti decretum pro nostra opinione facit, cum hoc nomen placitum, non importet nudam voluntatem, sed deliberatam & ratione regulatam, cum placitum idem sit, quod consensus, vt alius [d] iurisconsultus ait, & tradit Diuus Thomas. Consensus autẽ, licet sit actus voluntatis, est tamen sententia finalis de agendis, quæ, scilicet, præmisso rationis [e] iudicio ab ipsa voluntate elicitur, prout idem D. [e] Thomas testatur.

Nec his obstat, quod quidam [f] iurisconsultus ait, dicens non omnium, quæ à maioribus constituta sunt rationem reddi posse. Licet enim quidam non inepte respondeãt, quod Iulianus iurisconsultus solum nos admonet, ne rationem omnium constitutorum à maioribus perquiramus, prout explicat [g] Soto, assignans rationem desumptam ex Aristotele, quod in dubio habenda est fides experientiæ & prudentiæ maiorum, vt pro eorum statutis præsumamus quandiu non apparet de ratione contraria. At hæc responsio non satisfacit, quia licet præsumendum sit de statutis maiorum, vt docet Aristoteles, non ob id vitio verti debet, quod omnium ratio perquiratur, tum propter verba dicti iurisconsulti, quæ aperte significant dari aliqua à maioribus constituta, de quibus nulla potest reddi ratio. Rectius igitur ex mente [h] glossæ, & Doctorum ibi respondebis, multa esse iure humano constituta, quę rationi sunt consona, ita quod eorum æquitas & iustitia intellectu percipitur, & nihilominus eorum ratio explicari nequit, vt verbi gratia, quod vsu capio mobilium triennio potius, quam quadriennio perficiatur. Hæc igitur & id genus alia pendẽt ab arbitrio legislatoris: vt videlicet non oporteat aliam de his reddi rationem, quam quod ita legislator arbitratus est. Et pro hac explicatione iuuat sententia [i] Aristotelis, asserentis iustum ciuile esse, quod à principio nihil refert, sic vel aliter fiat. Plane enim agit Aristoteles de iusto ciuili, quatenus consistit in aliquo indiuisibili iuxta tradita per [k] Soto, quod quidem sola voluntate legislatoris fit iustum. Ex quibus sequitur multa posse ordinari in religionum capitulis & definitorijs, quæ tantum in voluntate definientium consistant. Verbi gratia, quando ordinantur pœnæ cõtra fratres delinquentes. Quamuis enim dictæ pœnæ sint consonæ delictis quod tamẽ tantum ipsæ, & non aliæ maiores vel minores impositæ sint, solum in voluntate definientium consistit. Et quando ordinatur, vt iuuenes, nisi transacto biennio post professionem minime sacris initientur. Licet enim in ratione consistat, vt hi neophyti in religione ad sacros ordines minime promoueantur, in voluntate tamẽ definientiũ, est vt ordinentur post transactum bienniũ, & non post triennium à professione. Et cum sint tot voluntates, quot homines, ita circa hoc sunt in diuersis religionibus & prouintijs diuersę ordinationes.

[a] D. Tho. 1 2. q. 90. art. 1 ad. 3. Castro lib. 1. de leg. pœnal. c. 1. Soto li. 1. de iust. q. 1. ar. 1. colu. pen. Menchac. li. 1. controuer. illust. c. 50.

[b] glos. in c. ius generale in fin. dis. 4.

[c] l. 1. ff. de const. princ. d l. 1. in pr. ff. de pact.

[d] D. Tho 1. 2. q. 15. art. 3. ad. 3.

[e] D. Thom vbi sup. ar. 4.

[f] l. non omniũ ff. de legib.

[g] Soto lib. 1 de iust. q. 5. art. 2. ad fin. Arist. lib. 6. ethic.

[h] glos. in d. l. non omniũ

[i] Arist. lib. 5 ethic. c. 7.

[k] Soto li. 6 de iust. q. 2. ar. 3. conc. 3

## ARTICVLVS II.

### *Vtrùm Statuta iniusta obligent in foro exteriori, & in foro conscientiæ.*

REspondeo dicendo, quod titulus quæstionis duo dubia amplectitur. Primum est, an statutum iniustum obliget in foro exteriori. Secundum est an in foro conscientiæ sit obligatorium.

Quantum ad primum aduertendum est, partem negatiuam obseruare Diuū [a] Thomam, Innocentium, Abbatem, Aretinum, Alexandrum, Syluestrum, & Theologos communiter passim asserentes, legem iniustam omnino esse inualidam, cum de ratione legis sit dictamen rationis. Pro cuius rei explicatione est notandum, & distinguendum inter legem patenter iniustam, & iniustam cuius iniustitia non est patens. Prior quidem est inualida: posterior vero valida censetur. Quando enim lex est patenter iniusta certum est à lege æterna non deriuari iuxta illud [b] Isaiæ: Væ qui condunt leges iniquas. Et sic certum est nullam habere vim obligandi iuxta illud [c] Pauli ad Romanos: Non est potestas, nisi à Deo. Proinde talis legis minister, magis est minister violentiæ, quam legis. In his terminis loquuntur Augustinus, & Diuus [d] Thomas: sicut alias sentētia notorie iniusta nulla est vt dicitur in [e] iure. Non sic tamen dicendum est, quando iniustitia legis non est patens. Eo nanque ipso adest iuris præsumptio, quod talis lex sit iusta, iuxta ea, quæ in iure [f] notantur. Secundum quam præsumptionem tenetur iudex, quantumcunque lex ipsa sciat iniustitiam fauere eā executioni mādare, sicut loquēdo de sententia iusta, ijdem sacri [g] Canones prædicant. Proinde cum executio seu coactio ex vi huiusmodi legis sit iusta, ambigendum non est talem legem in foro exteriori ligare. Et iuxta hunc loquendi modum est intelligenda opinio Philippi [h] Decij, Boerij, & cōmunis dicentium, quod lex iniusta in foro exterio ri obligat. Loquuntur enim supradicti autores non de lege euidenter iniusta, sed de lege iniusta non ita patenter.

Quantum ad secundum quod promisimus resoluendum, respondeo, quod statutum iniustum non obligat in conscientia, prout patet ex dictis in superioribus, & tenet Diuus [i] Thomas. Limitant tamen hanc sententiam procedere, quando ex trāsgressione legis iniustæ nullum immineret scandalum. Alioquin si immineret, vt quia apud alios transgressio illa male audiret, vel alias turbaretur Respublica peccaret subditus tali legi non parens. Ita limitat *D.* Thomas receptus, propter regulā de euitando scāda lo, de qua agit idem D. [l] Thomas. Hæc tamen limitatio temperanda est procedere, dummodo legis iniustitia insurgat ex solo subditorum iudicio: qualis est lex decernēs tributū sine causa. Alioquin si iniustitia insurgat ex repugnantia ad legem diuinam, seu naturalem nullus trāsgressor culpam cō mittet quantumcunque scandalum immineat. Explicat autem *D.* [m] Thomas, quando lex dicatur iniusta constituens tres defectus, ad quos legum iniustitia reducitur. Primo ex fine, vt quia lex repugnat bono communi. Huiusmodi est lex edita in fauorem priuati. Secundus defectus est ex autore: vt quia egreditur limites potestatis legislatoris. Huiusmodi est lex ciuilis disponens circa ecclesiastica. Tertius defectus est formæ: quia scilicet continet inæqualitatē inter subditos. Huiusmodi est lex, quæ onera alias ad bonum cōmune spectantia inæqualiter, id est, non seruata debita proportione inter subditos distribuit.

Vnde infertur, quod erit constitutio patenter iniusta, quando fuerit contra legem superioris ipsius legislatoris, cum excedat limites potestatis ipsi traditæ. Potestas enim cuiuslibet cōmunitatis regulatur, iuxta metas sui boni, vt videlicet hactenus cōpetat, quatenus est necessaria ad bonum suum. Cessat autem hoc bonum, quando adest lex contra legem superioris. Præsumptio namque adest pro illa lege, quod in tota sua Republica sit iusta, vt nos sacri Canones [n] monent, & tenet Ioannes Andreas ab omnibus receptus. Quod procedit, etiā si communitates sint laicorum. Hæ enim nequeunt cōtra sui superioris regulam statuta concedere, prout dicitur in iure & obseruant in specie [o] Rainerius & Baldus putat verius. Vnde cum superior omniū superiorum sit Deus optimus maximus, quod cūque statutum fuerit factum contra legē diuinam irritum erit, & inane, & patenter iniustum.

Ex quibus infertur non valere statutum, si fiat in aliquibus religionibus, scilicet, quod non admittantur ad visitandū, nec ad denuntiandum defectus superiorum iuuenes, antequam ad sacerdotium sint admissi, quandiu sub disciplina Magistrorum nouitiorum fuerint: & non obligare huiusmodi statutum, nec in foro exteriori, nec interiori. Primo quia huiusmodi statutū est cōtra legē diuinā. Si enim loquamur de denūtiatione pœnitentiali, siue de correctione fraterna, qua religiosi corrigere intendunt fratrem secreto, dicendo prælato, non vt iudici,

a D.Tho.1.2.q.96.ar.4 Innocentius Abb. nu. 2. Aretinus in ca. cum omnes de cōsti. Alex. in. ca. erit autem lex in fin. 4. dist. Cardin. §. 10. nu. 3. ead. dist. Syl ueſt. v. lex. §. 7.

b Isai. 10.

c Ad Rom. 13.

d D. Thom. vbi sup.

e c. inter cæteras de re iudic.

f c. in istis. 4 dist.

g c. pastoralis. § quiaveto de offi. de legat.

h Deci. lect. 1. n. 5. Boerius. n. 19. in d. c. omnes.

i D. Tho. 1 2. q. 96. art. 4. Abb. nu. 9. & alij in c. 1. de cōsti.

l D. Tho. 2 2. q. 43. ar. 1. & 2.

m D. Th. in d. ar. 4.

n in istis. 4. dist. c. institutionis. 25. q. 2. c. quod super his de maior. Andræ. in c. vlt. de appellat. li. 6 o Raineri in l. omnes. n. 5 ff. de iust. Bald. 1. p. statut. q. 3.

ci,

ci, sed vt patri peccatū ipsius fratris, ad hāc correctionem de iure diuino omnes absolu
a Matth. 18. te tenentur. Præcepit enim a Christus Dominus, si peccauerit in te frater tuus vade corripe eum inter te & ipsum solū. Si te audierit lucratus eris fratrū tuum, &c. Quod si non audierit dic ecclesiæ, ideſt prælatis denunciando dictum peccatum. Et hoc esse de iure diuino tenent Theologi, & Canonistæ sequentes.
b Archid. & omnes. ca. si peccauerit. 11 q. 1. b Archidiaconum. Ex quo etiam iure colligitur, quod si loquamur de denunciatione iudiciali, & quantum ad peccatum perpetrandum, & quantum ad peccatum perpetratum, quod recipit augmentum, vel multiplicationem, aut continuationem mali, tenetur quilibet ad eam denunciationem credens eam posse proficere sine graui detrimento: cum ista denunciatio sit actus charitatis, vt, scilicet, delinquens corrigatur, aut saltem ad aliorum terrorem ipse compescatur. Adeo hoc est verum, vt dicat quædam
c glos. in d. c. si peccauerit. c glossa communiter recepta, quod admitti debent ad denunciationem omnes infames, minores, mulieres modo bono zelo iuxta normam Euangelicam denuncient. Et cōfirmatur. Si enim aliquis iuret, se nunquam denuntiaturum: hoc non intelligitur in casu, quo denunciatio cadit sub præcepto, vel sub consilio. Vbi enim est de præcepto diuino, vel de cōsilio nō obstante tali iuramēto iurās tenetur denunciare, prout tradit D.
d D. Th. 2, 2. q. 9. d Thomas. Etsi aliter ipse iurādo intēdebat, peccauit iurādo & hoc nō alia ratione, nisi quia iurare cōtra præcepta, vel consilia diuina peccatum est. Probatur insuper nostrum corollarium. Nisi ipsi iuuenes ad denunciandum inhabiles efficerētur peccata fortassis increscerēt, cum guardiani, & superiores non timentes Deum ipsos socios adhiberent, & coram ipsis aliqua sine timore pœnę committere auderent, quę Deum optimum Maximum & religionē offenderent, videntes & considerātes ab eorum visitatione esse liberatos, & eorum denūciationes minime illis in aliquo in iudicio nocituras. Hoc autem quam pernicioſum sit religioni, nullus est qui ignoret.

Nec ipsi iuuenes possunt remoueri à denunciatione, quando ipsi in ea tanquam testes admittuntur, possunt enim simul esse denuntiatores & testes. Nam quilibet qui à iure nō prohibetur potest esse testis, & ego nullo iure inuenio hos iuuenes in hoc casu esse inhabiles ad testificādum. Supponitur enim quod non sunt infames, nec vt falsarij per sententiam iuridicam condemnati, vt ipsi à testimonio repellantur. Et si dicatur, quod ipsis concedatur libertas ad denunciandum de suorum superiorum defectibus disciplinæ rigor eneruabitur: non enim eos audebunt corrigere & reprehendere, prout decet timentes eos falsa ipsis imposituros. Ad hoc respondeo, quod propter vehementes etiam præsumptiones non possunt dicti iuuenes inhabilitari respectu illius, quod sibi lege diuina & humana cōcessum est. Præterea, si falsa detulerint solertia iudicum de falsarijs conuincantur, & secundum mensuram delicti, pœna afficiantur. Etsi de falsitate non possunt argui neque cōuinci, recordentur superiores visitati verbi Domini dicentis: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorū est regnum cælorum. Denique statutum supradictum existimo inualidum. Statuentes enim ne persecutionem patiantur propter iustitiā iuris diuini & humani metas sunt egressi. Quod alienum debet esse ab his, qui propter Deum abnegauerunt proprias voluntates, & in hoc mundo mortui prędicantur. Imo existimo, quod etiam si capitulum habeat autoritatem Apostolicam ad statuendum, & eadem autoritate statuta confirmētur: hoc statutum minime ea autoritate confirmari, vt patet ex his, quæ in alio statuto tradit doctissimus
e Nauarrus. e Nauar. li. 3 consi. titu. de regul. consil. 4. pag. 224. n. 10. in 1. editio.

## ARTICVLVS III.

### *An generalis ordinum teneatur statuta religionum suarū seruare, quo ad vim directiuam & coactiuam.*

REspondeo dicendo, principē subijci suę legi quoad vim directiuam si modo legis ratio in eo non deficiat. Omnes enim quotquot sunt membra Reipublicæ subijciūtur eius legibus quoad vim directiuam, dum modo tale sit membrum, in quo legis ratio non deficiat. Nā subijci legi quoad vim directiuā, nihil aliud est, quam obligari à lege in quantū est regula rationis. At omnes partes Reipublicæ obligantur regula rationis humanę, quippe quæ est exēplar

regulæ ſupremæ, puta legis æternæ. Ita Di
a D. Tho. 1. 2. q. 21. ar. 1 uus [a] Thomas. Et certum eſt legem eſſe regulam rationis humanæ, qua, ſcilicet, partes ad totum ordinantur, prout tradit idem
b D. Tho. 2 2. q. 71. ar. 6 Diuus [b] Thomas. Qui [c] noſtram amplectitur ſententiam & explicat Soto. Pro cuius concluſionis explicatione conſiderandum eſt, neminem dici ſimpliciter ligatum
c D. Tho. 1. 2. q. 96 ar. 5 ad. 3. Soto li. 1. de iuſt. q. 6. art. 7. lege niſi ſit ligatus ſecundum plenam rationem legis: ſicut etiam nemo dicitur homo ſimpliciter, niſi ſit animal rationale. Proinde, cum de ratione legis ſint duo ſimul, nempe, quod ſit res rationis, & quod ſit præceptum ſuperioris, recte fit, vt qui ſubijcitur legi quo ad vim tantum directiuam, qualis eſt præcepti, non dicatur obligatus à lege ſimpliciter, ſed ſecundum quid. Atque in
d l. princeps ff de legib. hoc ſenſu dicunt [d] iura principem ſolutũ eſſe legibus ſimpliciter. His conſequens eſt recte ad concordiam reduci Doctores illos, qui aſſerunt principem ligari ſua lege, de
e Bald in. l. 2. n. 40. C. de ſeruit. quorum numero eſt [e] Baldus, cum alijs Doctoribus negãtibus abſolute principem ſua lege ligari, prout refert [f] Tiraquelus.
f Tiraq lib. 2. retract. §. 1 gloſ. 14. nu. 28. Primi enim loquuntur de lege in quantum eſt dictamen rationis: ſecundi vero de lege non ſolum in quantum eſt dictamẽ rationis, ſed etiam in quãtum eſt præceptum ſuperioris intelliguntur. Hac doctrina propoſita dubiũ eſt maximum, qua ratione generales ordinum aliquando in eorum ſyndicatione puniuntur conuicti generales ordinationes ordinis fuiſſe tranſgreſſos, cũ ſint principes ſuarum religionum, & ad earum obſeruationem prout patet ex dictis minime teneantur? Ad quod reſpõdeo, quod ſufficit eos vi teneri directiua, vt ad arbitrium iudicis aliqua pœna afficiantur, cum ſint
g Plato. 4. de Repub. Corraſ. lib. 2. miſcel. c. 25. ſuarum religionum moderatores, & reformatores: quarum reformatio in obſeruantia ordinationum maxime conſiſtit: quæ ſi
h l. 1. &. 2. ff. de offi. procurat. cæſar. ab ipſis non incipit paulatim deformabitur. Et confirmatur ex his, quæ tradit g Plato, cuius dictum extollit Corraſius. Ait enim, ſe videre interitum Reipublicæ paratum, in qua non lex principi & Magiſtratui, ſed princeps & Magiſtratus legi præſunt. Deinde puniuntur: quia ſicut princeps
i l. hæreſ. inſt. de obligat. quæ ex quaſi contract. Fulgo. in. l. digna vox. n. 7. C. de legib. Aretin. in. c. 1. n. 3. & ibi Feli. n. 1. de proba. hæres inſtitutus adeundo hæreditatẽ obligatur omnibus oneribus hæreditarijs iuxta ea, quæ in iure [h] traduntur, & hæc obligatio eſt ciuilis, vt in alio [i] iure definitur, & tradunt Fulgoſius, Aretinus & Felinus ita etiã generales ordinum huiuſmodi conſtitutionibus aſſenſum, & confirmationem præbentes, & ipſis vim præcepti ad dentes videntur ex quaſi contractu adearum obſeruationem obligari taliter, quod in eis deficientes poſsint ratione defectuũ ſyndicari, & pœna arbitraria puniri: cũ acceptando generalatus munus reformatorũ induerint perſonas, & per transgreſsionem ordinis ſtatutorum ſunt potius diſsipatores, faciendo opus ſatis alienum ab eis.

## ARTICVLVS IIII.

### *Vtrùm ſtatuta alicuius prouinciæ obligent hoſpites aliarum prouinciarum pro tempore, quo in ipſis hoſpitantur.*

REſpondeo dicendo, quod in aliquibus Monaſterijs reformatis aliquarũ religionum proponuntur ſtatuta cũ grauibus pœnis contra tranſgreſſores eorũ, ad quæ Monaſteria ſæpe ſæpius deueniunt aliarum prouinciarum fratres, vt ibi per annum & aliquando per plures annos propter aliqua negotia agenda commorentur. Quæritur modo, Vtrum hi hoſpites prædictis ſtatutis aſtringantur? Vt autem huic dubitationi reſpondeã, ab his, quæ tradunt Doctores de peregrinis in alienis prouincijs habitantibus debemus ſumere argumentum. Qui quantumcũque in alienis prouincijs commorentur, ſi alias inibi domicilium non habent, nec quoad vim coactiuam nec quoad vim directiuam ipſius Reipublicæ legibus ſubijciũtur: cum ipſius minime ſint membra. Prout tenent quædam
k gloſſ. in l. cũctos. C. de ſumma Trinit. gloſ. in v. aut peregrini in. ca. quæ contra mores. 30. diſt. gloſſæ cõmuniter approbatæ. Quæ concluſio procedit, quando lex ſpeciatim de ſubditis loquitur. Talis enim lex nequit ligare forẽſes, vt tenet
l Bart. in. d. l cunctos populos. n. 24. l. 1. C. de emancipat. libero. Bartolus communiter receptus, & probatur in iure.

His tamen non obſtantibus dicendũ eſt, leges morum, quales ſunt illæ, quæ viuendi modum præſcribunt, præcipiendo, ſcilicet, illas virtutes, prohibendo videlicet, contrarias ad vſum membrorũ ſpectãtes, ligare forenſes quandiu ibi morantur. Probatur
m d. ca. quæ cõtra mores. hæc ſententia ex quodam [m] Canone expreſſe hoc determinante. Probatur inſuper ratione. Nã certũ eſt, poteſtatẽ cuiuſlibet ciuitatis intendere ad reſiſtendum omnibus, quæ ſuo regimini ſunt nociua, ſicut corpori

pori naturali ineſt facultas reſiſtendi ſuis contrarijs, prout adducendo aliqua probat [a] Soto. Et hac ratione poteſt Eccleſia coercere etiam non ſubditos, puta, in fideles, qui prædicationem Euangelij quoquomodo impedirent, vt tradit [b] Victoria, at forenſes turbant regimen Rei publicæ, in qua ſunt commorati, eo ipſo quod à moribus ciuiũ diſſentiunt: ex illa nanq; morũ diuerſitate inſurgit ciuiũ ſcãdalũ, vt colligitur ex [c] iure. Et ſic extollit [d] Regius Pſaltes habitãtes vnius moris in domo. Vn de tenẽtur forenſes abſtinere à carnibus eo in loco, in quo ipſa abſtinẽtia eſt inpræ .cepto, vt tenent [e] Cardinalis, & Alexander. Obſeruare inſuper tenentur feſta & ieiunia eiuſdẽ loci, vt tenet [f] Alexander, quid quid Sylueſter contradicat. Et iuxta hanc regulam forenſes violantes ſtatuta eo ipſo pœnis ſtatutorum ſubduntur, ac ſubinde quo ad iſtum effectum partes Reipublicæ reputantur. Hoc tamen limitandum eſt, vt non procedat, quando aliqua adeſt iuſta cauſa, ob quam ceſſat materia ſcandali: eo namque ipſo poteſtas Reipublicæ non extenditur ad forenſes, & iuxta hæc ſunt explicanda quæ adduximus pro parte affirmatiua. Ex his colligitur, quid reſpondendum ſit quæſito in articulo quæſtionis, quod ſcilicet, frãtres hoſpites in aliquibus prouincijs commorantes poſſunt compelli in foro exteriori ad earum prouinciarum conſtitutiones obſeruandas in his, quæ ad mores & commune regimen ſpectant. At in foro interiori ceſſante ſcandalo minime peccabunt eas tranſgrediendo, aliqua eos cauſa excuſante.

[a] Soto lib.4 de iuſt. q. 4. art. 1.

[b] Victo. de Indis inſul. n, 12.

[c] illa. 12. d. clemen. 1. de eject.

[d] Pſalm. 67.

[e] Cardin. in clem. 2. q. 5. de cel. miſ. Alex. d. c. illa n. 6.

[f] Alex. in. d. l. quæ contra mores. nu. 3. Sylueſt. v. ieiunium. n. 3.

## ARTICVLVS V.

### *Vtrùm conſtitutiones factæ à Regularibus autoritate Apoſtolica confirmatæ poſſint ſine eiuſdem ſedis autoritate reuocari.*

REſpondeo dicendo, quod ſupra quæſtione nona dubium præſentis articuli ex parte eſt reſolutum: ſed in hoc proprioloco difficultas, prout decet, magis enucleabitur. Quod enim ibi dictum eſt ca ſu, quo Summi Pontifices aliquid determinantes id ipſum per modum ordinationis ab omnibus obſeruandum proponeretur. Hoc enim dixi ibi non poſſe ab alio Capitulo generali propria autoritate immutari, niſi ad id haberet à ſede Apoſtolica licentiã & facultatem, & niſi id determinatum ab eadem ſede eſſet priuilegium religioni conceſſum, cui Capitulum generale poteſt renuntiare. Nunc vero altius rem propoſiti dubij indagando, quæritur, vtrum facta in Capitulis autoritate Apoſtolica confirmata ab alijs Capitulis generalibus poſsint corrigi & mutari ſine autoritate Apoſtolica ad hoc ſpecialiter obtenta. Pro cuius dubij explicatione notandum eſt, nullam legem iuris publici pacto priuatorum poſſe remitti. Leges enim iuris publici bonum reſpiciunt commune diſtinctum à priuato, & nemo ius alterius remittere valet, prout probatur in [g] iure. Et ſic noſtram doctrinam probant [h] leges Canonicæ, & Ciuiles: & conſequenter aſſerendum eſt ius publicum vniuerſitatis, vel collegij conſtitutum per legem ſuperioris non poſſe per eandem communitatem remitti, prout reſoluit [i] communis, ea ſcilicet, ratione: nam dum princeps legem edit ſpecialem circa communitatem inferiorum, eo ipſo ſe facit rectorem eiuſdem communitatis ad effectum conſeruandi bonum per illam legem prætenſum, ac ſubinde reſeruare ſibi videtur poteſtatem rectoris, quoad illum effectum, vt videlicet ſolus ipſe prædictam vniuerſitatem repræſentet, & ſolus tale ius poſsit remittere, non autem inferiores, prout in dicta quæſtione nona aſſeruimus. At contrarium debemus dicere in legibus, & ſtatutis factis ab vniuerſitate, confirmatis tamen autoritate Apoſtolica. Ipſa enim vniuerſitas poteſt ab huiuſmodi ſtatutis propria autoritate recedere, vt ſtatutum factum per Papam de certo numero Canonicorũ, de quo in capitulo. Cum acceſsiſſent. de conſtitutionibus à quo potuerunt Canonici recedere.

Nec his obſtat, quod ſtatutum de certo numero Canonicorum confirmatum per Papam cenſetur lex papæ, iuxta illud [k] vulgare, quod omnia noſtra facimus cuius autoritate facimus. Reſpondetur enim, regulam

[g] l. i. & per totum C. de reb. alienan. h. c. ius publicũ ff. de pac. c. ſi diligenti de for. cõpet.

[i] Commu. DD. in. c. cũ acceſſiſſent de conſtit. & in. c. dilecto de conſtit.

[k] l. 1. C. de veter. iur. enucleãd. cap. ſi apoſtolicade præbẽd. li. 6.

regulam illam habere locum quo ad effectum firmitatis, vt videlicet actus à principe confirmatus perinde firmus censeatur, ac si fuisset gestus per ipsum principem. Non autem exinde sequitur, quod amittat suam naturam primordialem, & confirmatio tanquam quid accessorium eius naturam sequatur, secundum [a] iuris regulam; idque in hac specie intendit [b] Baldus. Ex his sequitur resolutio clara ad id, quod in principio huius articuli proposuimus decidendum, scilicet, quod statutum communitatis inferioris confirmatum per Papam potest remitti per ipsammet communitatem, postea in vnum congregatam. Illa enim confirmatio quantum cunque necessaria sustinet vicem causæ accessoriæ, & non principalis argumento cuiusdam [c] legis, & expendit Decius dictum capitulum. cum accessissent. vbi Canonici, vt vniuersi potuerunt remittere statutum de certo numero Canonicorum confirmatum per Papam; quod tamen sine vlla cõfirmatione valere non poterat, prout aduertit [d] glossa.

Et ex his infertur intellectus ad bullam Sixti Quinti, quæ incipit, & si communis cura, &c. datam Romæ apud sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris die vigesima nona Iulij anno millesimo, quingentesimo octuagesimo septimo, Pontificatus sui anno tertio. In qua bulla duo in genere facit Sixtus Quintus. Primo confirmat statuta facta in Capitulo generali ordinis fratrum Minorum de obseruantia nuncupatorum in Alma Vrbe, in domo Beatæ Mariæ de Aracœli celebrato pro vtriusque sexus personis eiusdem sacræ familiæ. Secundo in ea bulla statuit, vt Abbatissæ, vel aliæ præfectæ quorumcunque monasteriorum Monialium ipsorum fratrum curæ cõmissarum ad summũ triennales sint, & suis officijs elapso triennio per functæ in quibusuis prouincijs, nõ per biẽnium tantum, iuxtà decretum in generali Capitulo Parisiensi eiusdem ordinis editum; sed saltem per triennium integrum à die finitæ sui officij administrationis numerandum, nullum Abbatissatus, seu præfecturæ monasteriorum, aut aliud officium, nec aliquam potestatem, vel authoritatem in eis obtinere vel excercere possint, debeant. Necnon omnes electiones superiorum, aut officialium per ipsos fratres faciendæ semper fiant per schedulas obsignatas, ita vt suffragia, seu vota, ac ipsorum eligentium nomina omnino sint secreta & occulta, & nunquam publicentur ac peracto scrutinio schedulæ, & omnia huiusmodi scripta coram omnibus vocalibus illico comburantur. Hæc Sixtus Quintus. Quorum primum, cum tantum sit per Papam confirmatum, potest aliud capitulum generale reuocare, prout regimini ordinis viderint expedire, prout patet ex superioribus: quod ex dicendis articulo sequenti euidentius patebit. Secundum vero cum sit statutũ ab ipsomet Pontifice immediate editum ab ipsis fratribus in capitulo generali congregatis, sine particulari Sedis Apostolicæ licentia minime reuocari potest.

[a] c. cum dilectis cũ simi lib. de fid. instum.
[b] Bald. in l. explacito. n. 6. & 7. de rer. perm.
[c] l. omnium C. de testam. Decius in d. c cum accessissent.
[d] Glos. ibi v. confirmatum.

## ARTICVLVS VI.

### Vtrùm Generales & Prouinciales possint declarare statuta facta cum capitulo.

REspondeo dicendo, quod [e] Panormitanus & Ioannes Andreas Bartolus & omnes iurisperiti communiter concludũt, quod non, exquo ipsi generales non condiderunt ipsas ordinationes, sed totum capitulum, & ideo recurrendum est ad ipsummet capitulum, aut ad aliud generale. Quod Panormitanus limitat, quãdo interpretatio est valde dubia: & ex tali interpretatione quid arduum potest resultare contra ius. Secus quando est clara, & iuri consona: quia tunc generales, & prouinciales possunt interpretari, sicut possunt declarare legem communem & priuilegia, prout tenent [f] Innocentius, & Bartolus. Sed pro vitandis scrupulis, quæ in his declarationibus possunt contingere, notandum est, quòd Martinus Quintus, & Eugenius quartus, prout refertur in [g] compendio Cistercij, *Concesserunt, quod generalis reformator, & Capitulum generale huius congregationis pro directione*

[e] Panormit. in. c. ex parte de verb. signifi. Bart. in. l. omnes populi. ff. de iusti.
[f] Innocen. in. c. cum speciali de appel lat. Bart in d. l omnes populi.
[g] Compen. Cistertij, tit. constitutiones seu definitiones §. 1.

*ctione, ac subditorum animarũ salute, stabilitateq; monasteriorum, saluis regulæ substantialibus quascunque in spiritualibus, & temporalibus circa ipsam regulam, & eius obseruantiam occurrentes ambiguitates, obscuritates, & dubia declarandi, diluciandi, interpretandi, & dispensandi, statutaque & ordinationes seu eiusdem definitiones etiã interpretandi, modificandi, dirigendi, & reformandi, mutandi, variandi, tollendi reuocandi, cassandi, & alterandi; necnon noua edendi, condendi, & faciendi plenam, & liberam autoritate Apostolica facultatem, & potestatem habent.*

## QVÆSTIO LXIX.

De consuetudine in quatuor articulos diuisa.

*Circa quam quæruntur quatuor.*

1 *QVæ sit consuetudo faciens legẽ.* 2 *Vtrùm consuetudo excusset fratres ab obligatione seruandi præcepta regulæ.*

3 *Vtrùm consuetudine possit introduci vt regulares ad aliquid plusquam ad quartam funeralem teneantur.*

4 *Quare Statuta regularia non possunt tollere leges canonicas, sicut eas tollit consuetudo legitima.*

### ARTICVLVS 1.

*Quæsit consuetudo facie nslegẽ.*

REspondeo dicendo, quod cõsuetudo est ius quoddam, scilicet, non scriptum moribus, idest, assiduis actibus constitutũ, quod pro lege suscipitur cum deficit lex, prout dicitur in [a] iure, & tradit Diuus Thomas. Omnes enim Respublicæ, vt aduertit quidam [b] iurisconsultus politicè viuentes, non solum legibus scriptis, sed etiam consuetudinibus gubernantur. Vnde in [c] Mesopotamia consuetudo erat prius maritandi filias maiores, quã minores. Et vt consuetudo iusta censeatur, necesse est, vt habeat aliquas conditiones iustificantes.

a c. cõsuetudo dist. 1. D. Tho. in. 4. d. 23.
b l. omnes populi. ff. de iusti. & iur.
c Genes. 29.

Prima conditio est, quod sit rationabilis: quia de substantia legis est, quod sit rationabilis, prout dictum est in superioribus. Vnde consuetudo ratione carẽs non habet vim legis: Quod est certissimum. Difficultas autem versatur in definiendo, quando consuetudo dicetur rationabilis, & iusta. Ratio dubitandi est: Nam si consuetudo est contra legem, videtur quod non possit dici iusta, & rationabilis. Neque bene potest intellectus percipere, quomodo à principio per actus contra legem, & sic illicitos possit licita introduci consuetudo, & iusta. Pro resolutione huius difficultatis aliqua proponam dicta. Primũ dictũ est, quod cõsuetudo contra ius diuinum & naturale illicita est, & inualida, & irrationabilis. Hoc dictum est certissimũ, & fatentur omnes [d] Theologi, & Canonistæ. Ius enim diuinũ & naturale immutabile est.

d D. Tho. 1. 2. q. 197. ar. 3 ad. 1.

Secundum dictum: Consuetudo contra legẽ humanã potest esse rationabilis. Quod probatur: Sicut enim quando lex statuitur fit rationabilis, & postea per aliam legem contrariã rationabiliter corrigitur temporum necessitate id postulante: ita etiam lex à principio rationabilis tractu tẽporis per consuetudinem contrariam aboletur, id consuetudine sic postulãte. Verum est tamen, quod cũ nullus propria autoritate possit frangere legem, primi legis iustæ transgressores in ea transgressione peccauerunt: sicut etiam peccauerunt illi, qui ante quam esset legitimè præscripta transgressi sunt; vt ei contrauenientes post legitimam prescriptionem minimè peccauerũt, seruan-

seruando in hoc rationabilem consuetudinem, vt aduertit [a] Caietanus. Et successores eorũ, qui primo legi contrauenerunt nõ peccauerunt, quia potuerunt existimare q̃ ex aliqua causa rationabili illa lex non sit recepta, prout tradit [b] Syluester, dicens, quod non obseruantes in principio dictam legem, non peccauerunt, quando ex rationabili causa moti sunt. Et vt hoc dictum eui dentius pateat, in medium proponam quid Diuus [c] Thomas in proposito dicat. Qui volens declarare, quomodo sine peccato consuetudo humana legem tollat, dicit, leges humanæ in ali quibus casibus deficiunt, in quibus, scilicet, eas seruare non expedit bono communi. Vnde possibile est quandoque præter legem agere in casu scilicet, in quo deficit lex, & tamen actus non erit malus. Et cum tales casus multiplicentur propter aliquam hominum mutationẽ, tunc manifestatur per consuetudinẽ, quod lex vlterius nõ est vtilis: sicut etiam manifestatur si lex contraria verbo promulgaretur. Si autem adhuc maneat eadem ratio, propter quam lex prima vtilis erat, non consuetudo legem, sed lex consuetudinem vincit, nisi fortè propter hoc solũ lex inutilis videatur: quia non est possibilis secundum consuetudinem patriæ, quæ erat vna de conditionibus legis. Difficile enim est cõsuetudinem multitudinis remoueri. Hæc Diuus Thomas.

a Caiet. 1.2 q.97.ar.3.

b Sylvest. v. consuetudo. n.12.

c D.Tho.1.2.q.96.art.3 ad.2.

Sed vlterius dubitatur, quomodo dicatur consuetudo rationabilis ad effectum tollendi legem. Licèt enim pro consuetudine antiqua sit præsumptio iuris, vt dicitur in [d] iure, pro alia parte attento, quod est contra legem præsumitur iniusta & irrationabilis, eo quod lex sit iusta & rationabilis. De quo dubio agũt Doctores multa in proposito accumulantes.

d l.2.C.quę sit l.onga consuet.c. fin. ext. de cõs. e c.fi. de cõsuet. f l.vẽditor §.si constat. ff. commu. præd. l. de quibus. ff. deleg. ca.2. &.c.cum dilectus de cõsuetud. D. Tho.1.2.q.97.ar.3. Bar. in.l.2.nu.3. C. quæ sit lõg. cõsuet. Bald.in.ca. cum venissent. de eo qui mit.in posses. g Bald.in.d. l. de quibus colu.10.

Pro cuius resolutione dico primo, quod si consuetudo euidenter fuerit mala, & irrationabilis minime est seruanda, cum hæc non sit cõsuetudo, sed corruptela, prout notum [e] est in iure.

Dico secundo, quod quando non constat clarè de consuetudinis iniustitia, præsumitur, quod sit rationabilis, & ad hũc sensum dicitur in iure [f] Canonico, & Ciuili ipsam tollere legẽ, & tradũt D. Thom. Bartolus & Baldus. Et ratio est: Nam id, quod ab omnibus fit, recte fieri præsumitur. Et ait idem [g] Baldus, quod semper præsumitur quod ab aliqua iusta causa emanauit.

Secunda conditio, vt consuetudo legem tollens sit rationabilis, est quod sit legitimè introducta, & præscripta. In qua cõditione etsi omnes conueniãt, cũ in iure sit expressa, magna tamen est varietas inter juris peritos, quando dicatur consuetudo legitimè introducta, & præscripta, ponentes in huius dubij explicatione aliqua requisita, vt constat ex traditis à [h] Bartolo, & Abbate. Quorum principalia in præsentiarum referam.

h Bart.in.l. 2.n.12. quæ sit long.cõ. suet. Abb. in.c.fin.de consuet.

Primum requisitum est, quod actus, per quos introducta fuit consuetudo fiant eo animo, ac si lege præcipiente fierent. In multis enim religionibus officium Dominæ nostræ recitatur consuetudine antiqua, non per viam obligationis; sed deuotionis: quæ consuetudo non obligat, neque facit legem. At si consuetudine per viam obligationis, & non deuotionis diceretur, legis vim certè haberet, vt colligitur ex multis [i] iuribus.

i l.1.§. Iulianus rectè &.l.fi. ff. de itin.act. priuat.l. fin. ff. quemadmodum seruit. ami.

Secundum requisitum est, quod consuetudo actibus continuatis fit frequentata: quod apud omnes receptissimum est. At dubitatur, quot actus sint necessarij. Ad quod respondet [k] Panormitanus, distinguendo, quod si actus vnus habet causam successiuam, & continuationem temporis habilis ad consuetudinem inducendam sufficit, & consuetudo inducitur, vt patet in [l] iure. Et si beneficium seculare confertur regulari & ab eo possidetur spatio quadraginta annorũ, efficitur regulare, licet vnica interuenerit collatio: & idem si ædificetur pons in publico, & haberet causam successiuam per dictum tẽpus. Et ratio potest esse: quia ibi actus est vnus ratione rei factæ, quæ est vna, sed est saltem virtualiter multiplex propter temporis diuturnitatem, in qua possent esse multiplices, & de facto sunt, cum non cõtinuè artifices operentur. Duo autem actus secundum aliquos sufficiunt ad consuetudinem inducendã. At ego existimo, quod ad hoc determinandum, ad arbitrium boni viri est recurrendum. Qui debet aduertere, quod sicut ad acquirendũ ius itineris per aliquem locum priuatum, plusquã triginta actus requirũtur, vt inquit quidam iuris [m] consultus, ita multo plures requirentur ad formandam cõsuetudinem contra legem.

k Panormit. in.c. fin. de consuetud.

l c.cum de beneficio de præb. lib.6.

m l.1.§.hoc interdicto. ff. de itin. actuq; priuat.

Tertium requisitum est, vt tali consuetudine

dine certo temporis spatio vtatur. Quod autem temporis spatium sit necessarium, varietas est maxima. Quidam enim decem annorum spatium requirunt. Alij autē quadraginta, quos sequitur [a] Nauarrus. Alij autem aiunt quod ad introducendam consuetudinem, quæ contra legem est, decem annorum spatium postulatur, quos sequitur [b] Couarruuias. Et hanc opinionem videtur lex quædam partitarum approbare.

a Nauar. in man. c. 21. n. 13.

b Couar. li. 1. var. c. 17. n. 8. vers. quādo. l. 5. tit. 2. par. 1.

Quartum requisitum est, quod personæ actus consuetudinem introducentes per frequentationem ad introducendam consuetudinem habeant autoritatem, vnde pueri, mulieres, furiosi, & huiusmodi non computantur, quia legem condere non possunt. vide [c] Panormitanum alia proponentem.

c Panormi. in. c. fin. de consuet.

## ARTICVLVS II.

### Vtrùm cōsuetudo excuset fratres ab obseruatione præceptorum regulæ.

REspondeo dicendo, quod in hoc articulo non agimus de præceptis regulæ essentialibus, scilicet, de obedientia, paupertate, & castitate. Nulla enim consuetudo potest ab his religiosos eximere. Primo, quia non potest esse rationabilis. Secundo, quia hæc voto solenni promittuntur, quod cum ius diuinum concernat, minimè à consuetudine potest alterari. Vnde ait [d] Baldus, quod non valet consuetudo introducere vt religiosi possint testari, cum hoc sit contra votum paupertatis. Et propterea ait [e] Nauarrus, nullam putare esse in aliqua religione consuetudinem hoc introducentem: & si forte in aliquibus fuerit introducta, debet intelligi eo modo, quo Papa potest concedere licentiam testandi non faciendo contra votum paupertatis, verbi gratia, disponendo de vsu bonorum illorum nomine Sedis Apostolicæ. Disputatio ergo est circa alia præcepta, circa quę licet nemo neget consuetudinem rationabilem & præscriptam habere eandem vim, quam habet super alias leges & præcepta Ecclesiastica: verum non timent aliqui affirmare, quod vix consuetudo potest ita mittere radices, vt tollat omnino obligationē rigorosam, ad quā religiosi ratione status tenētur. Cōsuetudo enim aiunt semper tacito aut interpretatiuo cōsensu legislatoris introducitur. Et in huiusmodi regulæ obseruātia non sufficit consensus generalium & prouincialium, cum ipsi met sint subditi & regulæ subiecti: sed solum sufficit tacitus consensus Papæ, aut protectoris religionum. Et huius taciti & interpretatiui consensus vix possumus habere aliquā moralē certitudinem, cum Summus Pontifex harum relaxationum aliquam notitiam non habeat. Imo in contrarium est præsumptio: siquidē sæpe sæpius per suas constitutiones intendit religiones reformare. Verum est tamen, quod licet consuetudo non possit tollere huiusmodi præceptorum obligationē ipsa tamen potest interpretari regulam circa eius præcepta. Primo quia præcepta regulæ recipiunt interpretationem. Secundo, quia licet præcepta regulæ obligent de iure diuino, vt secundum aliquos obligant præcepta regulæ patris nostri Francisci ratione voti impliciti, & per cōsequens minime per consuetudinē tolli possint; possunt tamen per eandem consuetudinē declarari, pro vt constat ex traditis à [f] Couarruuias dicente quod licet dispensatio non sit licita in his, quæ ius diuinum concernunt, declaratio tamen minime repudiatur. Tertio probatur ex quadam communi [g] Canonistarum doctrina dicentium, quod sufficit consuetudo dum non fuerit improbata ad excusandum à peccato, etiam si sit in materia vbi consuetudo minime potest esse valida. Et sic licet in iure reprobetur vnius ciuitatis mos, vbi præferebatur matrimoniū secundum consummatum matrimonio primo rato, excusatur tamen, & vt iniusta non condemnatur consuetudo ipsa in ea ciuitate vsitata. Et id ipsum colligitur ex celebri doctrina [h] Bartoli dicentis excusari à peccato, & à pœnis facientes contractum vsurarium existimantes esse firmum & validum. Et doctissimus [i] Nauarrus supradictam doctrinam apertissime amplectitur dicens peccare mortaliter qui ingreditur, & profitetur religionem aliquam, in qua non seruantur præcepta, quæ in eius regula comprehendūtur. Quod quidem ait verum est, quo ad essentialia vota, non autem quoad accidentarias obseruationes, quæ sunt iam sublatæ, vel mitigatæ Apostolicis priuilegijs veris, vel tempore immemoriali

d Bald. in. l. fin. C. vnde legit.

e Nauar. in c. non dicatis. n. 76.

f Couar. in 4. in. 2. p. c. 6. §. 9. n. 2.

g Doctores in. c. fi. extra de sponsa duorum.

h Batt. in. l. quis sit fugitiuus. §. apud Iabeonem. ff. de æd. edicto.

i Nauar. in man. c. 12. n. 50.

riali præscriptis, vel ex licētia tacita, vel ex pressa proprij prælati ad hoc facultatem habentis, vel ex consuetudine; quæ licet non sit immemorialis, est tamen adeo rationabilis, & tot annorum adeoque vetus, & antiqua, quæ ad ita emolliendas prædictas obseruationes sufficeret, quoad quas obseruationes rectè poterit defendi opinio Panormitani in capitulo. super eo. de regularibus. & capitulo. Deus qui. de vita & honestate clericorum. quem Maior in quarto distinctione trigesima octaua quæstione vigesima licentiosius liberiusq; quam par erat carpsit cum constet etiam Cardinalem Florentinum in capitulo. cum ad monasterium. de statu monachorum, & post eum multos alios, in quibus sunt Felinus in capitulo. nā concupiscentiam. columna secunda, de constitutionibus, & Aufrerius decisione Tholosana. quadringentesima quadragesima octaua. Imo & Dinum Antoninum tertia parte, titulo decimo sexto. capite primo. §. vndecimo & duodecimo, idem tenuisse. Cumque constet totius orbis Christiani maximam partem id obseruare ipso Summo Pontifice id sciente & tolerante, & consequenter ipsum aliqualiter dispensare iuxta glossam singularem in capitulo. quo circa. de consanguinitate. quamuis capitulum istud, cuius est illa glossa non probat id, q illia dicit, sed aliud singularius, vt in capitulo. si quis autem. à numero sexagesimo septimo ad septuagesimum quintum. de pœnitentijs distinctione septima. diximus. Hæc Nauarrus. Ex quibus constat, quod non est cur scrupulis agitentur religiosi videntes consuetudine tolerata obseruationes accidentarias, & præcepta accidentalia non eo rigore executioni mandari, quo mādantur in eorum regulis, etiamsi dicta præcepta ad mortale obligent, vt obligant in ordine Minorum. De earum enim mitigatione sunt certi Summi Pontifices, præcipue in partibus Vltramontanis, imo etiam in partibus Cismontanis. Vnde quādo constitutiones rigorosas expediunt, quibus religiosos reformare prætendunt has respectu aliquarum regularium obseruationum, non autem omnium expediunt, cum sciant tam difficile esse religiones reformare in totum, sicut est difficile mare magnum, & spaciosum per angustum fluuium compellere intrare, prout refert doctissimus [a] Nauarrus Illustrissimum dominum Çardinalem Caietanum rescripsisse cuidam prouinciali ordinis Prædicatorum. Non tamen ex hoc inferāt religiosi ordinis Minorum quod absolutè possunt equitare & camisias portare, cum consuetudo hoc admittat. Nam hæc consuetudo si in aliquibus viget, est quia ad id propter occultas necessitates habent à suis prælatis facultatem. Et sæpè in nostra religione Minorum in comitijs generalibus & prouincialibus fiunt constitutiones ea expresse prohibentes: quæ prohibitiones consuetudinem interrumpunt, ne scilicet, nomen verę consuetudinis sortiatur, cum debeat esse prescripta, iuxta tradita in [b] iure. Et idē est in omnibus alijs religionibus, vbi ad obseruationem præceptorum regulæ, & obseruationum regularium pœnę in constitutionibus fulminantur contra trasgressores. Ex ipsis enim constitutionibus à prælatis factis colligitur voluntas expressa prælatorum, quod scilicet volunt omnes, quascunque consuetudines (quæ potius dici debent corruptelæ) eneruare, vt viribus carentes minime possint obseruantiæ regulari præiudicare.

[a] Nauar. in c. nullam. 18 q. 2. n. 36.

[b] c. fi. extra eod. tit.

## ARTICVLVS III.

### *Vtrùm consuetudine possit introduci, vt regulares ad aliquid plus quam ad quartam funeralem teneantur.*

REspondeo dicendo, quod [c] Clemens quintus concesit fratribus ordinum Prædicatorum, & Minorum, vt non plus quam ad quartam funeralem soluēdam Ecclesiæ parochiali teneantur, pro vt dictū est in superioribus, in quæstione de canonica portione. & tollit ipse Summus Pontifex pacta & consuetudines in contrarium. Vnde videtur dicendum, quod etiamsi in aliqua Ecclesia horum ordinum à tempore immemorabili citra ex funeralibus & ex relictis obuentionibus pro portione, seu canonica parochiali à quibusdam regularibus solui solita, semper fuerit ad ipsa minime teneantur. Hoc tamen non obstante dubio proposito sequentibus dictis respō detur. Et dico primo, quod in religiosis ordinum *D.* Augustini & Carmelitarum, & aliarum religionum à Prędicatoribus & Minoribus

[c] Clemen. dudū. §. verum de sepultur.

ribus secundum ius commune non habet locum decisio Clementinæ. Dudum. prout ibi vult glossa, [a] quam sequitur ibi Cardinalis [b] Lappus, & idem sentit Geminianus. Et ex litera ipsius Clementinæ satis constat ibi, vt dictorum ordinum fratres. Illa enim dictio, dictorum, præfatorum, & similes dictiones relationem faciunt ad specificata cum suis qualitatibus, prout notant Bartolus, [c] Aretinus, & Ruinus. Et sic religiosi à Prædicatoribus, & Minoribus tenentur ratione dictæ consuetudinis ad solutionem dictæ quantitatis vltra quartam: cum in dicta Clementina minime comprehendantur. Et sic non possunt iuuari à verbis ipsiusmet Clementinæ pacta, & consuetudines in contrarium reuocantis, præsertim cum dicta verba recte intellecta minime in hoc casu Prædicatoribus, & Minoribus patrocinentur, prout ex sequenti dicto satis patebit.

Secundo dico, quod religiosi ordinum Prædicatorum, & Minorum, secundum terminos dictæ Clementinæ possunt obligari ad quantitatem, de qua in articulo quæstionis. Nec obstat dicta Clementina. Pro eius enim explicatione cõsiderat Quintilianus Mandosius [d], quod ante extrauagantem. Super cathedram. bonæ memoriæ Bonifacij Octaui, & præallegatam Clementinam. Dudum. Clemẽs [e] Tertius diuersitatibus opinionum occurrere volens, statuit in quantitate canonicæ parochiali ecclesiæ debitæ, an debeat esse tertia, an quarta, an dimidia stari deberi loci consuetudini superuenit postea dicta constitutio Bonifacij Octaui, ac Clementis Quinti constitutio eam innouans. Quæ tanquam correctoria iuris antiqui, & à iure communi exorbitans in quantum fratribus præfatis fauet restringẽda venit, prout colligitur ex glossa [f] in dicta Clementina Cardinali Vitali, & Petro de Vvaldis. Vnde licet statuerit vt ad solam quartam funeralem tenerentur derogando conuentiones, & consuetudines in contrarium declarando, an deroget consuetudines præteritas, an futuras. Attamen debemus intelligere, & explicare, quod loquitur solum de consuetudinibus præteritis, non autem de futuris, iuxta doctrinam glossæ [g] communiter receptam, secundum Romanum, & Vitalem. Et tanto magis id procedit, prout ait glossa, quando consuetudo non est ecclesijs oneroſa. Hanc opinionem tenet Bartolus [h] & Ancharranus, dicentes, non esse verum quod si canon reprobat consuetudinem nõ possit illa postea innouari. Idem voluerunt Imola, & Paulus de Castro. Et quod illa Clementina. Dudum. non tollat consuetudines futuras sed præteritas dumtaxat affirmat ibi Cardinalis, [i] & Vitalis, & concludit in casu nostro, & Ioannes de Castelio. Clementina enim solum prohibet consuetudines, & conuentiones iam factas, sed nouas fieri non impedit.

a glos. in d. Clem. dudũ
b Card. in d clc. dud. q. 8 Lap. d cano. portio. n, 66. Gemi. cõsi. 22.
c Bart. in l. 1 § eũ qui, n, 2 ff. de postul. & in l. talis scriptura, §, vult. n. 4. ff, deleg. 1. Areti. cõsi. 21. colu, 1, vers. ex quibus reb. Rui. cõsi. 89, n. 9. li. 2.
d Mãdo. cõsi. 26, n. 4.
e c. certificati. de sepult.
f glo. in d. § verũ, ver. de iure, & ibi Card. q. 7. n. 7. Vita. n, 36. Vval. in tracta. de cano. parochia. c. 4. 2. q. princip. n. 15.
g glo. in cle. statutũ ver. cõsuetudine de elect. Roma. singulari 80, & Vit. n. 11.
h Bart. in l. cunctos populos. q. 3. de sacrosan. eccles. q. 3. post numerũ 23. Anch. cõsi 218. n. 2 Castrẽ. in l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de legat. 1 Curti. Iun. cõsi. 173 n. 7.
i Card. in d. clem. q. 8. n. 2. Vital. n, 4, Cast. in tracta. cano. portio. n. 66

## ARTICVLVS IIII.

### *Quare statuta regularia non possunt tollere leges canonicas sicut eas tollit consuetudo legitima.*

RĒspondeo dicendo, magnam esse differentiam inter leges Imperiales, & leges canonicas. Leges enim Imperiales tendunt in bonum publicum, & vtilitatem priuatorum. Vnde si populus vult sibi præiudicare condendo legem, Imperator non curabit, quia potest populus in hoc fauori suo renuntiare, prout dicitur in iure. [k] Item, quia mores hominum sunt diuersi, ideo voluit Imperator, vt quisquis populus possit facere contra legem, non tamen contra honestatem, neque contra Principis reseruata, sed in præiudicium eorum dumtaxat, prout notat Bartolus [l] per textum ibi. Sed ius canonicum principaliter intendit dirigere homines in Deum, & venit ad bonum publicum ecclesiasticum: vnde statutum contra editum ab inferioribus præsumitur temerarium, & ambitiosum, & fini æterno contrarium. Vnde noluit Papa dare potestatem statuendi contra Canones: consuetudo tamen contra Canones toleratur, quia consurgit ex tacito consensu, nec præsumitur ambitio tanta, prout dictum est in superioribus. Aduertendum tamen, quod Bartolus [m] dicit vnũ singulare, quod ex causa vrgenti, & verosimiliter non præuisa à canone fieri potest statutum contra canonem. Hoc enim statutum licet sit contra literalem, & grammaticalem sensum ipsius canonis, non tamen est contra mentem ipsius Legislatoris. Et

k c. ad Apostolicã, de regularibus.
l Bartol. in l omnes pop. ff. de iust.
m Bar. vbi.

pro hoc singulari dicto facit cuiusdam iuris consulti determinatio [a], vbi dicitur, quod si dedi mandatum speciale alicui, vt seruum manumittat, certe potest procurator generalis domini ex noua causa non considerata per dominum interdicere procuratori speciali, ne manumittat, veniendo contra mandatum speciale domini. Et ita in proposito est philosophandum. Et per hoc dictum, & illam iurisconsulti determinationē ait doctissimus [b] Siluester menti esse tenendum hoc singulare, quod ex noua causa potest legatus generalis prohibere delegato Papæ speciali, ne procedat in causa sibi cōmissa, quanquam in illa causa delegatus specialis dicatur maior generali, vt in [c] iure est determinatum. At ait hoc admitti ex noua causa non considerata per Papam. Ex his infertur ad regulares, quod si minister generalis in ordine Minorum committat alicui patri negotium quoddā speciale per agendum non obstante quod in familia vbi executioni mandatur, adsit commissarius generalis cum plenitudine potestatis, potest nihilominus ipse commissarius generalis ex noua causa non considerata per ministrum generalem impedire ipsum commissarium specialem, ne supra dictum negotiū exequatur. Et de similibus simile erit iudicium, iuxta cuiuslibet religionis regimen.

[a] l. si hominem. ff. mandati.

[b] Siluester. tit. consuetudo. n. 16.

[c] Cap. studuisti de officio delegati.

## QVÆSTIO LXX.

### De custodibus in sex articulos diuisa.

*Circa quam quæruntur sex.*

1 *Qui sint custodes in ordine Minorū.*
2 *Vtrum custodes sint verè prælati.*
3 *An custodes possint visitare conuentus sibi commissos.*
4 *Vtrum custodes possint celebrare custodiale capitulum.*
5 *Quomodo sint eligendi custodes.*
6 *Quantum durat officium custodiatus.*

## ARTICVLVS I.

### *Qui sint custodes in ordine Minorum.*

REspondeo dicendo, quod in regula patris [d] nostri Francisci custodes constituūtur. Et vt melius possimus deprehendere huius officij, & prælaturæ institutionem, est aduertendum, quod hoc nomen custos, & hoc nomen, custodia, sumuntur dupliciter. Primo modo sumuntur generaliter: secundo specialiter, & proprie. Hoc nomen custos, generaliter sumptum cōuenit generali ministro, vt constat in capite octauo nostræ regulæ, vbi, subditur, quod quando generalis sit deponēdus, ꝙ possint electores alium sibi eligere in custodē: quo loco per custodem, omnes regulæ interpretes intelligunt ministrum generalem. Item nomen, custos, sumitur pro prouinciali ministro, vt constat in eodem capite octauo, in quo dicitur, quod post capitulum Pentecostes ministri, & custodes possint singuli si voluerint eodem anno in suis custodijs semel fratres suos ad capitulum conuocare. In quo loco per custodes intelligunt omnes interpretes prouinciales, & per custodiam intelligunt prouinciam. Atque adeo in hoc loco custos & prouincialis sunt nomina synonyma. Rursus sumitur nomē, custos, pro guardianis, vt constat ex quarto capitulo regulæ, quod ministri, & custodes solicitam curam gerant pro necessitatibus infirmorum & alijs fratribus induendis. In quo loco per custodem ante declarationē Nicolai tertij guardianū intelligimus, vt notant quatuor magistri, & omnes regulæ interpretes, præsertim Corduba in eodem quarto capite. Ecce tres vsurpationes huius nominis custos quando sumitur generaliter, Quando vero sumimus hoc nomen custos specialiter, & proprie supponit pro prælato quodam ordinario distincto, à generali prouinciali, & guardiano, vt constat ex capite octauo nostræ regulæ, in quo dicitur, quod ministri, & custodes sunt qui debent eligere & deponere generalem. In quo per custodes intelligimus prælatos, qui præsunt certis guardianis, & subduntur prouincialibus, qui

[d] ca. 4 & 8.

qui nimirū custodes appellantur. Hi custodes duo officia & munera habent ex regula. Primū pertinet ad potestatem iurisdictionis. Nam cum sint veri prælati habent curam animarum, & ideo omnes guardiani, & subditi existentes in custodia tenentur obedire custodi, iuxta præceptum Seraphici patris in regula docentis, capite decimo. Firmiter præcipio eis, vt obediant suis ministris. In quo loco per ministros, non solum intelligit generales, & prouinciales, sed guardianos & custodes, vt omnes interpretes notant. Secundum munus & officium custodum pertinet ad potestatem actiuam eligendi, & deponendi ministrum generalem, vt constat in regula Seraphici patris nostri Francisci.

Aduertendum rursus, quod olim in vna prouincia erant plures custodes, & custodiæ, atque adeo omnes custodes quotquot erant in vna prouincia secundum regulam ad comitia generalia petebant cum suo ministro prouinciali, ac singuli suffragia sua ferebant in electione, & institutione generalis ministri. Verum ad euitandos magnos sumptus, & alia incommoda propellenda cautum fuit autoritate Nicolai Quarti, prout habetur in libro monumenta ordinum, in prima & secunda impressione, vt cum electio generalis ministri fuerit facienda custodes vnius cuiusque prouinciæ vnum ex se ipsis constituant, ac ei suas vices committant, ipsumque ad locum in quo electio eadem fuerit celebranda transmittant. Et quod is qui sic ab ipsis custodibus constitutus extiterit, vnam vocem dumtaxat pro se, & ex omnibus habeat, & intelligatur habere, ac pro vna voce tantummodo ab alijs admittatur. Hoc autē voluit ita obseruari, etiā si custodes alicuius prouinciæ sint præsentes in huiusmodi generalis capitulo, vbi electio generalis debeat celebrari. Et ab hoc tempore custos custodum appellatus fuit is, qui pro se, & pro alijs custodibus vnius prouinciæ vocem habebat in capitulo generali.

a in 1. impr. fol. 31. in 2. fo. 32. cōcel. 33.

Aduertendum insuper, quod sigillum ordinis, & veri ministri, & custodes, quos Seraphicus pater instituerat in sua regula per seuerauerunt inter fratres Minores conuentuales (qui etiam fratres Minores de communitate appellantur) vsq; ad tempus Leonis Decimi. Fratres vero Minores reformati qui de familia vulgo vocabantur à Cōcilio Constantiensi vocati sunt fratres Minores regularis obseruātiæ. Et per prædictū Conciliū, & Eugeniū Quartum concessum fuit eisdem obseruantibus, vt ex se ipsis haberent vicarios prouinciales, & generales, qui sua comitia celebrarent. Et ideo statutis temporibus vicarij prouinciales celebrabant comitia prouincialia, atque ex quolibet conuentu conueniebant guardianus, & vnus discretus. Ex omnibus vero vocalibus, & discretis eligebatur vnus, qui discretus discretorum vocabatur: qui nomine discretorum prouinciæ haberet vocem in capitulo generali proxime celebrando in electione vicarij generalis. His constitutis anno Domini millesimo quingentesimo decimo septimo, idem Leo Decimus statuit & decreuit, vt sigillum ordinis, & nomina prælatorum vera & propria, quæ Seraphicus pater instituit, essent omnino inter obseruantes fratres. Et ideo voluit, quod vicarij prouinciales & generales obseruantiæ essent veri ministri prouinciales & ministri generales, atque discreti discretorum mittendi ad capitulum generale ab eo die essent, & vocarentur veri custodes, eo fine, vt sicut sigillum ordinis, ita quoque verus ministeriatus, & custodiatus inregula Seraphici patris institutus esset omnino inter Minores fratres regularis obseruantiæ, prout habetur in libro Supplementum ordinum. b

b Suppl. fo. 29. cōcel 94.

## ARTICVLVS II.

### Vtrùm custodes sint vere prælati.

REspondeo dicendo, quod in prouincijs obseruantiæ in quibus nulla est custodia, sed eliguntur custodes, vt sint vocales in capitulo generali proxime celebrando quantum ad actum exercitum non sunt vere prælati, quia nullam habent iurisdictionem actualem, cū nulla sit actualis custodia, cui actu præsint. Verum in actu signato sunt vere prælati: quia habent iurisdictionem habitualem. Si vero roges, quid est habere prælaturam in actu signato, & habere iurisdictionem habitualem? Dico nihil aliud esse, nisi habere iam in se dispositionem & titulum sufficientem, sine

vlteriori prouisione, & institutione ad gubernandas oues, in casu, quo in dicta prouincia aliqua custodia instituatur. De qua re est exemplum in Episcopis titularibus; qui quanuis non habeant iurisdictionem actualem, habent tamen habitualem. Ad hunc sensum, quia si contingat, quod infideles suorum Episcopatuum conuertantur ad fidem, ipso facto habent iurisdictionem actualem in ipsis. Aliud exemplum proponitur in Summo Pontifice: qui actu non habet iurisdictionem in infideles, sed habitu tantum: qui si conuertantur ad fidem statim habet plenitudinem potestatis in ipsos, suamque iurisdictionem in eos potest exercere. Eodem modo philosophandum est de custodibus, qui modo in nostra obseruantia eliguntur. Ij enim, licet iurisdictionem actualem non habeant, habent tamen habitualem, quia si custodia erigatur, eo ipso habebunt actualem iurisdictionem in ipsam. His suppositis & declaratis, colligitur, qua ratione ipsi custodes sint vere prælati, habentes iurisdictionem habitualem in partibus, vbi non adest custodia. Ex quibus colligitur primo, qua ratione custodes custodum nuncupantur, & sunt discreti, & patres prouinciæ, in qua constituuntur custodes; prout habetur in constitutionibus generalibus Toletanis capite septimo, titulo de discretorum electione. Cum enim custodes sint vere prælati, nimirum, si inter patres prouinciæ numerentur. Infertur secundo, quod licet illegitimi fratres possint eligi discreti ad capitulum Prouinciale, cum huiusmodi officium, non sit prælatio, nec dignitas, quæ illegitimis prohibentur conferri, non possunt tamen eligi discreti discretorum ad capitulum Generale; cum huiusmodi officium sit prælatio, prout in quæstione de Abbatibus quoad legitimationem satis diximus. Tertio infertur, quod licet illi, qui descendunt ex genere maculato, in religione Minorum de obseruantia possint eligi discreti ad capitulum prouinciale; non tamen possunt eligi discreti discretorum ad capitulum generale; cum huiusmodi officium sit prælatio. Et iuxta constitutionem Pauli Quarti cõfirmatam per Gregorium Decimum tertium prælati esse non possunt secundum ea, quæ latè declarata sunt supra in quæstione de Abbatibus quoad genus. Quantum autem ad authoritatem, & potestatem ipiorum custodum vltra prædictam, quam habent à regula, dico, quod tanta erit, quanta eis ministri prouinciales, vel generales, vel constitutiones, vel Summi Pontifices conferre voluerint: vnde standum est illorum dispositionibus, vel laudabili in hoc consuetudini. Et hinc est, prout refert Capuccinus in additionibus ad Compendium Mendicantium, titulo Custodes, in fine, quod in aliquibus prouincijs custodes habent plus, & in aliquibus alijs minus autoritatis in visitandis, & prouidendis eorum custodijs. Et hinc etiam est, quod custodes fratrum reformatorum de obseruantia, & conuentualium habent tantam authoritatem: quia eis à Summis Pontificibus, vel à capitulo generali est collata, vt est videre in constitutione Quadragesima prima Clementis septimi, anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo secundo emanata: quæ incipit: In suprema militantis, &cæt. Et in constitutione quinquagesima sexta, quæ incipit: Cum illius à Gregorio Decimo tertio, anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo nono expedita, prout refert idem Capuccinus.

## ARTICVLVS III.

### An custodes possint visitare cõuentus sibi commissos, sicut prouinciales.

RESPONDEO dicendo, quòd sic: quia id non est eis prohibitum: imo expresse in iure præceptum. Nam cum sint prælati admodum Episcoporum quoad iurisdictionem iure diuino humano, & naturali tenentur visitare, vt probant Diuus Thomas, [a] & eius commentator Caietanus, & Corduba. Nec obstat dicere, quod in regula dicitur, *Fratres qui sunt ministri, visitent.* Ex quibus verbis videtur concludi, quod actus visitandi non congruit custodibus, sed tantum ministris. Nam ad hoc respondetur primo, quod prædicta verba non

[a] D. Thom. 2.2.q.83. ar. 2. & ibi Caietan. Corduba. sup. regulam. c. 10.

non sunt præceptiua, neque inhibitoria, vt omnes interpretes teste Corduba [a] dicunt asserentes, quod ex vi regulæ non tenentur ministri visitare : quia prædicta verba solum habent vim admonitionis. Secundo respondetur, quod in casu, quo prædicta verba habeant vim præcepti sub nomine ministri comprehenduntur custodes : quia sunt vere prælati habentes iurisdictionem non localem, sed Episcopalem vt egregie notant Bartholomæus de Pisa, & Hugo de Sancto Victore supradictis verbis.

[a] Cord. vbi su. q. 1.

## ARTICVLVS IIII.

### Vtrùm custodes possint celebrare custodiale capitulum.

REspondeo dicendo, quod sic, dummodo non sit capitulum, in quo eligendus sit custos. Nam in eo casu ad ministrum prouincialē pertinet tale capitulum celebrare, vt constat ex consuetudine. Si vero non sit in eo capitulo eligendus custos, sed tantum agendum de reliquis negotijs ad custodiam spectantibus poterunt quidem tale capitulum celebrare, vt ex regula Beati Patris nostri Francisci aperte colligitur. In qua dicitur.

*Post capitulum vero Pentecostes ministri, & custodes possint singuli si voluerint, & eis expedire videbitur eodem anno in suis custodijs semel fratres suos ad capitulum conuocare.*

Vbi ponderanda sunt verba, possunt singuli, si voluerint: nam ex eis constat, non solum prouinciales, sed etiam custodes posse capitulum celebrare. Notandum est etiam, hoc nomen, custodia in prædictis verbis. Nam non solum in hoc loco significat districtum in quo præest custos, sed etiam significat prouinciam. Aduertendum tamen, quod in prædicto capitulo non possunt institui confessores, neque prædicatores, neque guardiani, nisi ad id concedatur facultas Apostolica : quia hæc omnia pertinent ad prouinciales, & diffinitores in capitulo prouinciali congregatos.

## ARTICVLVS V.

### Quomodo sint eligendi custodes.

REspondeo dicendo, quod quantum attinet ad electionem custodum ad capitulum generale mittendorum satis decretum est in constitutionibus generalibus Toletanis [b], quæ sunt seruandæ cum autoritate Apostolica sint confirmatæ.

[b] consti. Toletca. 7. de electio. tit. de custodi. ad capitulū generale.

Sed dubitabit quispiam, an si per mortem vel longam absentiam vacauerit custodiatus, an in tali casu possint prouinciales, & discreti extra congregationem habentem vicem capituli, alium eligere custodem ? Et respondetur affirmatiue. Nam in ipsis constitutionibus Toletanis determinatur, quod si extra capitulum contingat, quod prædictus custos impeditus sit, quominus ad capitulum generale accedere possit, ipso facto sit à prædicto officio absolutus, & alius eligatur à prouinciali, & discretis prouinciæ. Et certe vacatio per impedimentum eundi, comprehendit euidenter vacationem per mortem, & absentiam. Præsertim cum intentio supradictæ constitutionis sit prouidere in casu cuiuscunque vacationis; neque potest negari mortuum, & legitime absentem, legitime etiam impeditum, vt ipso iure custodiatus vacare dicatur. Verum si quispiam non sit impeditus, quia habet integram valetudinem, & vellet libere renunciare, existimo, quod eo casu non habent prouinciales, & discreti autoritatem eligendi, quia nullo modo custos electus est impeditus. Ille autem erit impeditus, qui actu habet ægritudinem, vel qui iudicio medicorū ex longo itinere periculum vitæ, aut grauis infirmitatis non euaderet. Quare semper consulerem, vt testimonium authenticum medicorum præsentetis, qui habet impedimentum, vt ad alium custodem eligendum ministri, & discreti procedere queant. Similiter dicetur impeditus, qui alicui negotio magni ponderis

& publicæ vtilitatis est addictus, à quo diuerti non potest sine nocumento notabili, vt si custos esset iam in principis obsequia distinatus. Et de similibus idem erit iudiciũ.

## ARTICVLVS VI.

### *Quantum durat officium custodiatus.*

REspondeo dicendo, hoc non esse decisum in cõstitutionibus generalibus Toletanis. Tantum est enim ibi determinatum, vt eligatur in capitulo proximo prouinciali ante capitulũ generale. Et ideò nulla ratio cogit, vt eius officium expiret, quousque alius custos eligatur; sicut de iure communi officium prouincialis non expirat, neque vacat vsque ad electionem successoris. Quod nimirùm ad bonam gubernationem conducit. Maximè enim expedit, vt semper sit custos in prouincia ad omnem euentum. Hæc nostra sententia fuit de facto & iure in comitijs generalibus Toletanis probata & suscepta, in quibus interfuit Doctissimus pater Portesius natione Gallus, qui fuit olim electus in custodem suæ prouinciæ, vt ad generale capitulum Parisiense peteret. Accidit verò in sua prouincia propter bellicos tumultus non potuisse celebrari capitulum prouinciale, neque congregationem habentem vicem capituli, vt custos eligeretur ad comitia generalia Toletana mittẽdus. Et facta consultatione in dictis comitijs generalibus fuit decretum prædictum patrem verum esse custodem, & eius officium adhuc durare.

(a)

# FINIS.

AVI-

# AVISENSIS MILITIAE PRIMORDIA.

Dominus Frater Franciſcus do Auelar, perpetuus ſacrorum antiſtes apud ampliſsimum militarem ordinem (vocant de Auijs) necnon à Regis conſilijs, Religioſiſsimo cœnobitæ, viroque doctiſsimo, Fratri Emanueli Roderico Luſitano, de Franciſcana familia Prouinciæ S. Iacobi, S. P. D.

SIGNIFICAVERAS, *pater optime, talem tuis humeris impoſitam eſſe à Prælatis prouinciam, vt priuilegia ex omnibus religioſis ordinibus exacta in compendia redigeres, redactaque foras dares, tuæque induſtriæ eſſe in votis militarium ordinum priuilegia non dimiſſa facere. Eò quòd adeò tuæ vigilantiæ Benedictinæ Militiæ apud Auiſium in Luſitania fundatæ primordia liquido cognita non forent, non vulgariter à me contendiſti, vt ipſius ſcaturientis originem perſcrutarer, perſcrutatamque ad te mitterem, nec non confirmationis diplomata, bullis ſtabilita, & Sedis Apoſtolicæ acceptionem, atque alia communionis priuilegia mitterem. Non equidem miror ſi tua diligentia principia tam illuſtris equitatus non facilis inuenerit; cum ipſius chartophilacium, quo cuſtodiuntur annales, potiùs pandatur lucro commendatario inſeruiendi cauſa, quam vt indagarentur occulta monumenta, vnde tot tamque præclara facta ordinis ampliſsimi ſcaturierint. Cum aliquando iſta vetera monumenta circumuoluerem, & me quærentem tæderet tantæ obliuionis inter religioſos huius conuentus parietes, quibus abhinc vno de viginti annis præſum, tæderet, inquam, & puderet meditantem, quàm fuerit friuola noſtra ætate, quam iacuerit conſternata, quam abiecta Militiæ nobiliſsimæ origo, à qua origine iam ſunt pluſquam quadringenti anni. Attamen inter legendum obiter notaui, & quæ priuilegia, quæ pendentibus diplomata bullis, quales quantæque eſſent donationes in ſcrinio reperta, quannis in ſcrinio diſsipato, & eneruato, vel librariorum incuria, vel vt potiùs dicam, liuido oſorum hominum affectu. Qui adeò hanc iuriſdictionem oderunt, vt & diplomata bullis condecorata & compoſitiones admodum neceſſarias tenaci temeritate vſurpauerint. Aliqua non vulgaria ex hac obliuione deprompta pa-*

*lam feci, quæ tuo stylo arridere poterunt, & ex parte satisfacio illo studio, quo diu noctuque flagro, si voluentibus annis (Deo dante) tam præclara religionis primordia in pristinos dignitatis honores iterum reuiuiscant. Reuiuiscat inquam, ille ordo cuius excellentia, cuius nobilitas, cuius priuilegia, ita funditus labuntur, vt extremam ruinam iam iam minitari videantur, ô tempora, ô mores. Commendatary fortunarum incremento in dies singulos exuberant, crescentibus redditibus, diuitijs affluunt, contra verò Auisensis huius Militiæ conuentus, atque ipsimet conuenticolæ, quibus priscis temporibus vberrima fuerat fortuna in possessionibus, & redditibus, qui paulatim his fortunis sublatis laico iuri adscriptis ad tam tenuem fortunam deuenere, vt præsidionariorum militum more perscripta viuant dieta. Ast tu Pater colendissime viue diu, tibi religiosus, nobis officiosus, reipubl. literariæ studiosus Deo gratiosus. Datum Auisy sub nostro sigillo pridie kalend. Julias, anni millesimi quingentesimi nonagesimi septimi.*

(·;·)

PROM-

# PROMPTVARIVM,

## QVOD EQVESTRIS ORDINIS (quem vocant de Auijs) apud Lusitaniam sub patris Diui Benedicti disciplina seruat primordia.

### *De institutione equestris ordinis Auisensis in Lusitania tunc armorum studiosi, nondum religiosi, nec Apostolicæ Sedi confirmati apud Eboram degentis, Caput Primum.*

NVLLI dubitādi ratio sugeritur (vt Romanorū, Christianorū, Gottorū, Maurorum denique chronographia narrat) & vt Ecclesiasticæ monarchiæ annales edocēt post sacrosancti Euangelij promulgationem interruptionem Reipublicæ Christianæ, primò à Romanis, deinde à Mahometica prauitate inceptam fuisse nemini dubiū vertitur. Ille namq; humani generis labes, ille virtutum omniū corruptela, anno nostræ salutis ferè quingentesimo nonagesimo tertiò adeò inferorum furijs incensus obrependo per magnam orbis terrarū partem, prouincias diruit, nationes vastauit, ita vt cētum annorū spatio Asiam occupauerit, Arabiam subegerit, Assyriam domauerit, Persiam profligauerit, Africa potitus fuerit, totamq; AEgyptum citraq; Nilum armorum vi sub suam tyrāmidem redegerit: ita vt vno eodēq; tempore illorum multitudo penè infinita armis instructa occasum versus regionem illā, quę ipsorum lingua Algarab, scilicet, occasum, nostra verò corruptè Algarabium appellatur, inuaserint; præcipuā Mauritaniæ partē Barbari obtinuerint. Sed Deus ille scelerum vindex imperscrutabili suo iudicio, Hispaniā pessima hæresi coinquinatā, & publico stupro in regali exemplo contaminatā voluit Mahometico verbere corrigere: cū proditoris Iuliani temerata industria Maurorū innumerabiles copias ex Africa in Hispaniam transuexit, qui collatis signis cum Roderico vltimo Gottorū Rege per octo dierum interuallum confligendo, tandem pulso fugatoq; Christianorum exercitu, Rege grauiter lethali vulnere sauciato vniuersa Hispania, paucis prælijs interpositis, triginta non plus mēsibus barbari sunt potiti. Et quamuis Christianis Regibus magno labore stetit, magnoq; sumptu, exercitus cōscribere, quorū vi & potestate à Maurorū ditione regiones occupatas eriperēt, inq; Christianam libertatem vindicarent; attamē durum erat factu, si diminutam potentiā enerauataq; Reip. vires respicerent. Namq; præter quotidianos cū barbaris congressus, ipsimet Reges intestinis inter se bellis de confinium iurisdictione dimicabant. Testis mihi sit Hispania, quæ sæpè sæpius suorum ciuium, ac domesticorum Regum sanguine se madefactā queritur: testis inter Portugaliæ Castellæq;, ac cæteros Hispaniæ Reges frequens eruptio, vt apud priscos annales videre licet, quo tēpore infelici propter regnorū peculiariū, ac cōfinium diuisiones Hispanienſis Respublica non de recuperanda libertate solum, verum etiam de tota funditus perdēda periclitabatur, humano auxilio fallēte. Ni Deus Opt. & Max. sapientia infinitus, solita misericordia vberrimus erga illos, quos Christus humanæ naturę vindex fuso cruore lustrauerit, qui crucis vexillū sequuti fuissēt in tā aduersa procella opē diuinitus nō ferret: talia nanq; Regibus patrocinia ostētaret, queis & facilius Mauro-

rum gentem à suis finibus procul facere, & Remp. Christianam in pristinam libertatē vindicarent, vt re vera diuinitus prouidit. Nam nobilium hominum in bello & armis dicatorū, hinc religionis studiosorū certo, congregationis studio sacratorum, communi iure congregationē suffecit: qui priscorū Machabæorū instar habentes propensa animi voluntate pro legibus sanctissimis pro patria sibi charissima, pro Reipublicæ Christianæ propagatione vitam in vltimum discrimen adducere, non honestū modo, pulchrū ac decorū sibi persuaserint: qui diuersis locis sub quolibet honesto signo, quo bellandi impetus religioq; vocabat, erumpebant: nulli alio viuēdi studio adscripti, quā feruēti studio sacrati, amoreq; Dei Opt. & Max. æstuātes, qui fortes viros impellebat atq; immittebat in armatas hostium copias. Taliū armorū ratio princeps præstanti prudētia virum maximiq; animi hominē equitemq; fortissimū Ferdinandum Rodericum Monterium deuouebat, vt Alphonsi primi Portugaliæ Regis inuictissimi signa sequeretur, Regiq; in re militari cōtra hostes magno vsui foret. Qui capto nocturno silentio oppido Scalabi Olysiponem versus aciem dirigit, ante Olysiponensem obsidionem, in cuius cōfinibus debellatis captisq; oppidis, oppidum Mafram simul cum arce præcellenti duci & quasi equitū aliquorum capiti domino Ferdinando Roderico Monterio est elargitus, qui dux iam aliquos eiusdem propositi & conditionis viros sibi sacramēto in armis iunctos & æquali animo confœderatos ob Christi amorē in Regni augmētum hostiumq; perniciem sibi adscripserat. Regius chronographus Eduardus Galbanus in chronographia Alphōso primo Portugaliæ regi dicata, capite trigesimo quarto asserit hunc primum Militiæ magistrū virū fortissimū & belli peritissimū fuisse, illis verbis, cum asseuerat, oppidum Mafram ab hostibus per arma partū Ferdinando Roderico Monterio primo Militię magistro à Rege donatū fuisse Auisij. Quanuis enim non profecto Auisij, quod oppidū nondū extabat, sed Eboræ, quæ statio & quasi domicilium Militiæ Auisensis prima fuit. Quia verò cū Galbanus hanc chronographiā cōposuerit, de Auisio quasi de re perspicua mētionem fecerit, necnon quod sub hoc nomine Auisio hic equestris ordo longius latiusq; notus foret ipsius ætate. Attamē Ferdinandum Rodericū primum Militiæ Auisensis magistrū vocat: sub eo enim ortū primum habuit Auisensis Militia: quanuis nōdum certè non peculiari sacrata religioni, nec Sedi Apostolicæ probata foret. Nec mirum si antiqua Calatrauæ monumēta attēdamus, cumq; nostris principijs cōferamus, nam ex eisdē elementis primus Calatrauæ magister dominus Garcia processit: de quo in ipsius ordinis annalibus nihil scriptu digum reperimus, nec quo anno è vita discesserit. Neq; Calatrauēsis Militiæ ipso viuēte Apostolicæ Sedi probata fuit; siquidem, vt sunt historiæ, militante secūdo ordinis Magistro domino Ferdinando cognomēto Escaça, vt testatur historia Calatrauensis composita à Licentiato Francisco de Rhadas Andrada â Regis sacris eiusdem Calatrauēsis ordinis professore cap. decimo. Hac ratione gesta processere primi huius magistri Eborensis Militiæ, quæ nostra ætate equestris ordo Auisensis feliciter nūcupatur, qui ante Sedis Apostolicæ probationē, iam tūc huius Militiæ Magister Auisensis inscribebatur, vt inferius pręnotabimus, Anno à nostra salute millesimo centesimo quadragesimo septimo: quo tēpore Vlyssea vrbs ab eodem Rege Alphōso recepta fuit, qua tempestate historicus Eduardus Galbanus de fratre Ferdinādo Roderico Mōterio, quasi de Auisensi Magistro loquitur. Eadē prorsus ratione idem asserit doctissimus Andræas Resendius Lusitanus antiquitatū studiosissimus tā Romanorū, quàm Gottorū, ac Maurorū annalibus, in libro, quē de antiquitate Eborēsi sibi patria charissima in lucē edidit, cap. decimotertio. Ad quā historię puritatē probandam Infantem Dominū Petrū authorem citat in libro, quem de Genealogia conscripserat, tit. septimo, paragrapho quinto. Et vt eidem authoritati suffragaretur cū de temporum successu agat, duo Epigrammata ætatem, & annos testātia ponit, duobus incisa cippis in Basilica Olysiponensi. Quorum sententia huiusmodi est.

*Tunc anni Domini, cum centū mille notantur:*
*Cumq; quater denis, quatuor atq; tribus.*
*Cū per Christicolas vrbs est Olixbona capta:*
*Et per eos fidei reddita Catholicæ.*

Cum alter ex duobus cippis victoriæ peculiarem adscribat diē in mense Octobri, diē nimirū Crispo & Crispiniano martyribus consecratum; deinde quo tempore Rex inuictis-

uictiſsimus Alphonſus tanta armorũ vi in bellum incumbebat quodlibet oppidũ ſuæ ditioni ſubmittendi, veriſimile eſt, non oppi do, non arce aliũ donaſſe, quã ducem ſtrenuiſsimum & bellandi pertiſsimũ, quẽ quaſi ſuæ virtutis ac regni propugnaculum hoſtibus obijceret, ne rurſum Luſitaniam recenter in libertatem vindicatam, pertinaciter hoſtes inuaderẽt. Qua de cauſa Alphonſus equeſtrem Militiam ſub tam excellẽtis ducis vexillo ſtabili contra hoſtes prẽſidio, Eboræ locauit. Quo militari munere functus primus hic equeſtris ordinis Magiſter Monterius armorum ſtudioſus, nondũ religioſus diem obiuit. Reſendius verò in libro de Eborenſi antiquitate ſupracitato capite decimo ſexto, tres Militiæ Auiſenſis Magiſtros Eboræ floruiſſe affirmat; dominũ, ſcilicet, Ferdinandum Rodericum Mõterium magni momenti virum, fratrem deinde dominum Gondiçalum Viegas, dominum deniq; fratrem Ferdinandum Ioannis: ſub cuius ætate equeſtris ordo Ebora in Auiſium tranſmigrauit. Non nouum inuentum putes hunc ordinem militarẽ abſque Religionis forma, ſine Apoſtolicæ Sedis approbatione incepiſſe. Hac enim ratione primores equites Iacobẽæ familiæ militantes multò ante iam equites confœderati, nõdum in regularem obſeruãtiam redacti, nec Romano Pontifici probati, vt noſtra ætate religioſi certo ordini ſacrati tã militãti; quã triũphãti Eccleſiæ inſeruiunt, vt videre eſt in Chronographia, quæ de tribus militaribus ordinibus apud Caſtellã agit, in annalibus eiuſdem militaris ordinis Sãcti Iacobi, fol. quarto, ad cuiuſdam argumenti reſponſum, cui ſatisfacit chronographus ibidem illis præſcriptis verbis (reſpueſta notable.)

## *Quiſnã ſecundus Militiæ Auiſenſis apud Eborã Magiſter floruerit, Cap. II.*

CHriſtianæ Reipub. Ebora reſtituta ab Alphonſo primo Portugaliæ Rege, anno à Chriſto Domino nato milleſimo centeſimo ſexageſimo ſexto, Rex illũ ordinem, de quo in quotidianis contra hoſtes eruptionibus tot vtilitates capiebat, cõſeruare, ac in vrbe enixè intendens, & vt vrbem quaſi munitionem fortiſsimam efficeret, vt inde hoſtes per totã Tranſtaganam continentem diſperſos, vel incurſibus crebris longius fugaret, vel in Chriſtianæ Reipubl. glorioſum augmentum funditus profligaret, antequam naturæ concedendo felicem animam exhalaret. (Mortuus enim eſt decimo anno ab vrbe capta, qui fuit annus ab illuſtratione mundi milleſimus centeſimus ſeptuageſimus ſextus) publico diplomate ſecundo huic Militiæ magiſtro domino fratri Gõdiçalo Viegas cõtubernaliq; equitatui donationem Regiam fecit. Donatio enim talis erat. Tibi fratri Gondiçalo Viegas, tibi, inquã, tuoq; ſodalitio bellico, qui Eboræ degitis, illiſq; qui in poſterũ hãc militandi rationem ſub Benedicti obſeruantia profeſsi fuerint, per donationẽ hæreditario iure, do regias ædes, & palatia, veterem que arcem cum ſuo ſuburbio, quo hortus, quo prope ciuitatem vinea continetur, regias item domos, quas in oppido Scalabi ad pagum Sirigio habeo, oppidum item Culuchi cum confinibus ſuis. Quas donationes tantum facio miſericordia cõmotus in animæ meæ ſalutẽ, necnon in Chriſtianæ Reipub. vtilitatem, huius denique Luſitani Regni propagationem. Ita memorans teſtatur antiqua mẽbrana latino ſermone exarata, Regio annulo obſignata, & regalibus inſignibus adornata, plumbeis bullis depẽdentibus in publico huius Auiſenſis conuentus ſcrinio coadſeruata. Ex qua perſpicua donatione liquido claret, aliqua indigeſta & cruda præterlapſa fuiſſe à trium ordinum militarium hiſtorico ſupra recenſito, vt par erat tantæ authoritatis viro, vtq; hiſtoriam in his, quæ Caſtellã attinẽt fide digniſsimam decebat. In chronographia, quã idem Calatrauenſis compoſuit cap. 16. folio. 32. in fragmento capitis, quod de militari ordine Auiſenſi conſcribit, ait Magiſtrum dominum Rodericum Garces anno à ſalute mundi milleſimo ducenteſimo decimo tertio donaſſe magiſtro fratribuſq; militaribus Auiſenſis ordinis in Luſitaniæ Regno duo caſtella, quæ Calatrauenſis ordo Eboræ haberet, nonnullaſq; alias poſſeſsiones, ac fundos illic poſſeſſos: quę liquido cõſtaret in diplomate bullis dependẽtibus ſecundæ & tertiæ Calatrauenſis approbationis. Addit deinde Calatrauenſem ordinem in ijs alijſque donationibus ideò ſe munificum erga magiſtrum cæteroſque eiuſdem Militiæ Auiſenſis contubernales oſten-

disse id in causa esse, eo quod Eborenses Calatrauensi ordini se obtemperantes præstiterint, eorumque statuta seruare religionis gratia se eorum ditioni dare, correctioni denique se se submittere, se obstrinxerint. Quod à rei sinceritate abhorrere clare patet, si attendamus ad primam Chronographi scribendi licentiam, affirmantis: Calatrauensem Magistrum Dominum Rodericum Garces arces duas Eboræ prominentes Magistro Auisensi, & nonnulla alia prædia erogasse. Cum luce meridiana clarius pateat ex donatione relata Eboreas arces, quas nuper recentes ab hostium tyrannide armis redemerat, cætera quoque suburbia in eadem donatione contenta Alphonsum Primum Portugaliæ Regem nulli alij quã Auisensi Magistro, socijsque de se in bello benemeritis elargitum fuisse, cui iam promeritis oppidum Mafram cum arce equestris ordinis Magistro Domino Ferdinando Roderico Monterio suppeditauerat. Qui inquam ordo, quamuis informis nuper scaturiens Regi coætaneus fuerat. In testem voco intra mœnia vrbis pagum nostra adhuc ætate vulgari vocabulo, ab equestri ordine fratrum Freyria nuncupatum. In testem iterum ac sæpius voco Resendiũ antiquitatum perscrutatorem studiosissimum in antiquitatibus Eborensibus cap. 17. asserentem, Alphonsum Primum primam stationem Auisensi equitatui Eboræ munificè dedisse, quod eodem capite ad illa verba testatur. (Ebora ab hostium ditione erepta) Cum Eborensis situs natura aptus sit, vt inde nostrates homines Mauros debellarent, magis ac magis Regi visum est equestris ordinis sedem, quem vulgo de Auis vocamus in ea vrbe sistere; cuius singulari in bello virtute facilius Mahometanos à suis finibus exterminauerit (vlterius narrans autor ita progreditur) prædicti equites Gallico vocabulo Freyres, scilicet fratres sua domicilia, vel potius militaria contubernia in præeminenti vrbis supercilio, vulgo Freyria, posuere. Ast intra vrbis arcem muro, & turribus certa hodie apparent huius veritatis exempla, & expressa vestigia, vt testes sunt ædes magnificæ Domini Ferdinandi Comitis de Basto ciuitatis ducis: testis in area sacellum Michaeli Archangelo dicatum prominens, vbi diuina frequenter officia celebrabantur, ex quo omni dubitandi controuersia remota (tot in in causam citatis testibus) liquido constat hunc Auisensem ordinem hoc in Regno fœliciter ortum, Eboræ prima domicilia posuisse, & quam multis per diuersa loca prædijs ab ipso Lusitano Rege fuisse donatum. Item hæc veritas satis superque stabilitur in ipsamet donatione superius citata, qua & Castella Eborensia domicilia, & vineam, atque Scalabitanas ædes, oppidum denique Coluchi de se in bello merenti Militiæ porrexisse constat, anno millesimo centesimo septuagesimo sexto. Quibus suppositis rationibus locum illum Calatrauensis chronographiæ non friuolum modo, falsum verum etiam, atque mendosum esse scriptum manifeste patet. Quo asseueratur Calatrauensis magister Roderi cus Garces castella Auisensi ordini suppeditasse cum alijs redditibus, quæ in Lusitania apud Eboram haberet à Christi Domini natalibus, anno millesimo ducentesimo decimo tertio: cum constet multo iam ante castellorum, cæterorumque prædiorum donationem Magistro cæterisque commilitonibus tunc Eborensibus, postea Auisensibus factam, vt par erat quod præstasset Alphonsus Rex primo ordini Militari sibi coætaneo, qui tanto in bello Regi præsidio fuerit. Nec vnquam apud Chronographiam scriptum inuenies Calatrauensem ordinem illa ætate auxiliares aliquas, vel turbas, vel turmas Lusitanis Regibus contra hostiles impetus misisse, cui ordini bene de se merito, quasi pro mercede aliquas possessiones in Lusitano agro præberet, si quidem per id temporis vtraque potentia, & Lusitana, & Bethica præsidijs militaribus cõtra hostes fortissimos fere æqualiter erat eneruata. Deinde eò q hic tũc Eborensis ordo in Regni primordijs tam benemeritum se de Rege præstiterit, vt huiusmodi liberales munificentias meruerit. Tum etiã suo exordio, & primo militiæ fundamento præcedente Militiæ Calatrauensi se se præstiterit vndecim annis ante, vt superius dicto capite primo manet: inqua historiæ puritate Lusitani annales nos minime fallunt quod in chronographia trium ordinum chronographus venuste, nasuteque asserit in illo supracitato fragmento capitis, quod nimis ieiunus de Auisensi Militia tantum composuit. Quod tunc etiam ad citatorum annalium prologum facile probatur, necnon in Calatrauensibus annalibus

libus capite tertio: vbi affirmat Calatrauen sem familiam stabilitam fuisse, anno Domini milleſimo centeſimo quinquageſimo octauo, equitatumq; Eborenſem, qui nunc nomine ab Auiſio ſortito, Auiſenſis appellatur, anno milleſimo centeſimo quadrageſimo ſeptimo vndecim annos ante Calatrauenſem ſtabilitum fuiſſe. Cuius Mafræ donatio equitibus Eborenſibus ſub primo Militiæ Magiſtro merentibus hoc verum fore aſſeueranter affirmat; ob bonas in armis virtutes, quas in expugnando & recipiendo Mafræ caſtello, in capiendaque Oliſipone fecerit. Quod Mafræ caſtellum cum cõfinibus ſuis Eborenſi adhuc ordini ſecundo confirmatum eſt, ob præclara in bello geſta ſub ſecundo Militiæ magiſtro domino fratre Gondiçalo Viegas: Regnante ſecundo Portugaliæ Rege Alphonſi primi filio Sanctio. Quod quidẽ ex donatione ordini præſtita latè conſtat in publico diplomate mẽbrana exarato, per regiam obſignationem firmato, plumbeis pendentibus bullis exornato apud Auiſium in chartophilacio cuſtodito: à noſtra ſalute anno milleſimo centeſimo octogeſimo tertio. Quam donationem ab Alphonſo tertio Luſitaniæ Rege Auiſenſi Magiſtro confirmatam legimus, vt alia pergamea membrana in huius conuẽtus bibliotheca cuſtodita videmus. Alias reperimus donationes militari noſtro ordini ab eodem Sanctio ſecundo Portugaliæ Rege in primis impertitas, alias nimirùm poſſeſsiones quas Auiſenſis ordo apud Luſitaniam poſsidet: arcem, ſcilicet, Alcandenſem, oppidum Alpedrinum, Giruminenſe caſtrum, quæ cuncta poſteà ab Alphonſo tertio Portugaliæ Rege, & confirmata & ſtabilita fuere. Quæ omnia & videre & legere quiſque poterit apud huius cõuentus bibliothecam. Ex quibus in fidem teſtimonijs claro liquet: illa prima bona noſtra æta te ab Auiſenſi Militia poſſeſſa nulla vnquam hominum memoria Calatrauenſi ordini à Luſitanis Regibus conceſſa fuiſſe, ſed Auiſenſi à primo Rege primo donata à ſucceſſoribus confirmata. Ex quibus argumentis fide dignis conſtat Auiſenſem ordinem nulla vnquam bona à Calatrauenſibus ſibi arrogaſſe, nec Calatrauẽſes aliqua item bona, nec manu parta, nec à Luſitanis Regibus donata intra Luſitaniæ clauſtra habuiſſe, nam bene de ſe meritum ordinem illis bonis cæteriſque redditibus, vt ſuperius edocuimus, donauit. Bullis verò ſecundæ & tertiæ Calatrauenſis confirmationis atq; poſſeſsionibus, quas in hiſtoriæ fidem chronographiarum actor citare videtur, eodem loco citato inferius, Deo dante, ſatisfaciemus.

## *Quo tempore Auiſenſis Militia ſub patris Benedicti diſciplina in religionis formam inceperit.*

## *Cap. III.*

FAc hãc Auiſenſem militiã iam tunc ordinẽ militarẽ eſſe priuſquam in religionẽ Sũmo Pontifici probatã coaluerit, imò verò Latino bellicoq; nomine tam Rei publicæ, quam militiæ ſtatus ordines vocamus; ergo ordo erat militaris quãdo ſub primo magiſtro ſub Deo, ſub Rege, in armis bene merebat, vt dictum fuit in primo capite, vſq; ſecundũ Militiæ Magiſtrũ Gondiçalũ Viegas, regnante adhuc Alphõſo primo Rege, ſub quod tẽpus Ebora capitur anno milleſimo centeſimo ſexageſimo ſexto. Quæ Vrbs, vt author eſt Reſendius pluſquã quater centũ annos ſub Mahometico ritu prophanata iacuerat. Quo annorũ numero labente ad annũ milleſimũ centeſimũ ſexageſimum ſextum noſtra equeſtris militia Spiritu ſancto inflammata, ſupra humanam rationem diuino pugnandi ſtudio alacris, in domino Chriſtianũ bellum pugnabat: pro laribus, pro liberis, pro religione deniq; vitam generoſe profundere haud dubitabat. Militaris namq; ordo cum maioti conſciẽtiæ ſynceritate in bellandi hoc ſtudium incũbere arderet, & tutiori incolumitate, non corporis, quod frequenter alacris neci obiectabat, ſed vt omnia ſibi obſtantia, quæ huiuſmodi militandi rationi impedimẽto eſſe poſſent, ſubterfugeret. In quam militiã incumbebat non ſæculo inſeruiẽdi gratia, ſed Deo, non ambitionem, non temporalia bona, non parta ab hoſtibus ſpolia ſectando, non auri, non argenti poſsidendi auiditate, quæ omnia & ſingula militare ſtudium vtcunque inſectari ſolet. Quibus omnibus vitæ impedimentis cum obuiare intenderent homines ſingulari virtute præditi, vt Chriſtum lucrifacientes in huius fallacis vitæ ludibrio beatam vitam affectarent: Placuit

cuit præstanti virtute viris dupliciter, & corpore & animo armatos in duplex visibile, & inuisibile bellum prorumpere renunciatoque ex parte sæculo sub regulari obedientia vni in Christo prælato propriam libertatem subdere, vt contra spirituales nequitias, contra Rectores huius mundi armati ieiunijs, & orationibus, & omni sanctimoniæ generi liberius forent intenti, tum etiam, vt ad profligandos hostiles exercitus forent expeditiores. O rem heroicis etiam temporibus incognitam. O rem illo primo tempore huius bimembris militiæ, non pulchram modo auditu, sed etiam pulcherrimam visu, quæ se bina armorum sorte armauerit, hinc inde spirituali, & corporali, vt mellifluus asserit dulci stylo Bernardus in epistola ad milites templi. Accipe ergo lector humanissime, quænam causa exorta illa fuerit, quæ primo primitus Auisenses equites impulerit, vt sub priuato sanctimoniæ habitu se Benedictinæ familiæ nomine dederint. Historia enim sic se resoluit. Religiosissimus Abbas Raymundus nomine Benedictinæ disciplinæ professor ad Toletanos confines armorum, ac militiæ imperitus vitam in cœnobio sanctè beatèque degebat. Attamen diuino impulsu feruidus quo tempore antiquus ille Templariorum ordo oppidum Calatrauam aduersus crebras Maurorum incursiones ægre defendebat, Calatraua enim & hostium, & nostrorum fines æque attingebat quod oppidum quasi propugnaculum Hispanorum hostes arcebat, vnde Templarij cum Mauris quotidianis prælijs contendebant, qui cum hostiles appetitiones non retardare solum, sed nec item sustinere sufficerent, de vrgenti periculo Castellanum Regem, Regemque Toletanum admonendos curant. In primis Toletanum Dominum Sanctium cognomento Desideratum certiorem faciunt, sibi pro attritis viribus pro Barbarorum multitudine, oppidum diutius tutando non fore. Quod si quis qui oppidum contra Barbaros tueri velit reperiretur sibi, nec mora cedendum esse spondent; cum autem nullius potentia, quæ oppidum defendendum vellet suscipere inneniretur, nec ipsemet Rex fraterno cum fratre bello intentus de defendendo oppido minime curasset: Raymundus de cœnobio, quod vocant de Sancta Maria de Fitero, Deo Optimo Maximo annuente in vrgenti periculo diuinitus electus, oppidi Calatrauensis donationem accipit, ea tamen conditione, vt oppidum ab hostili incursu tutum seruaret, vt propensius subiectam historiam narrat auctor annalibus trium militarium ordinum ad Calatrauensem historiam, capite secundo, & tertio.

Raimundus vero hinc Abbas religiosissimus, inde vir fortissimus, comite fratre Iacobo Velazquez inflammati animi studio raptus pedestri, equestrique auxilio stipatus: gratiosissimis impertitis indulgentijs (quas vocant de Cruciata) in illorum indultum, qui fortiter pugnando in acie occumberent, nec multo intermisso temporis interuallo Raymundus celeritate festinus oppidum alicubi dissipatum muniuit, hinc non pauci illorum equitum, quos conscientiæ æstus, & bellandi ardor impellebat, peculiari, & honesto habitu, & ad arma tractanda expeditiori sunt vsi. Quam multas ab hostibus victorias ex hoc Calatrauensi præsidio partas, quanuis Christianorum sanguine cruentatas legimus! Dum hæc apud Calatrauam contra Barbaros geruntur, equestris ordo apud Lusitaniam rudis adhuc, & informis, nec Apostolicæ Sedi stabilitus cum Barbaris contendebat, vel cum in eorum finibus præliaretur, vel cum eos à nostris prohiberet. Iam Monterius primus militiæ magister apud Eboram præsenti vita functus Deo viuebat, cui Alphonsus primus Lusitaniæ Rex oppidum Mafram arcemque in Olisiponensibus confinibus superaddiderat: quando anno millesimo centesimo quadragesimo septimo, illud à Maurorum tyrannide recepit, recuperata deinde Ebora anno millesimo centesimo sexagesimo sexto, iam Apostolicæ Sedi confirmata Calatrauensi militia sub Alexandro III. Pontifice maximo anno millesimo centesimo sexagesimo quarto; interpositis decem annis, post receptamà Barbaris ciuitatem Eborensem, ad salutis nostræ annum millesimum centesimum septuagesimum sextum, Equites huius militiæ adhuc Eborensis cum indies singulos magis, ac magis pro Rep. Christiana debellando rum Barbarorum studio ardescerent, æmulari maxime placuit Calatrauensem ordinem, & obedientia, cui se dicarent, & disciplina,

cui

cui se libenter committerent, sancta æmulatione imitari voluerunt, deuotique animi propensione Militaris religionis illam matrem appellare. Quod equidem nequaquam intelligendum est accidisse, si respicias ad primam & adhuc informem Calatrauensis Militiæ originem: siquidem plane liquet nostrum apud Eboram equestrē ordinem prius barbaros debellasse, eodemque propagandæ Reipublic. studio quam Calatrauensem, quæ vndecim annos post Eborensem felici auspicio incepit, sub quod tempus non se Eborensis Calatrauensi subdidit; siquidem post à Sede Apostolica approbationem se se subditam submisisse reperimus. Quam probatam legimus ab Alexandro Tertio Pontifice Maximo, anno ab hominum recreatione millesimo centesimo sexagesimo quarto, vt ex diplomate publico ipsius, bullis circumpendentibus constat primam approbationem testante. In quo primo diplomate, nō Eborensem Militiam, non aliqua à Calatraua Eborensi Militiæ data prædia refert. Vnde lectori fit palam, non ante tuam confirmationem, Calatrauensem Eborenses equites in filios recepisse. Ex donatione verò ab Alphonso primo Lusitano Rege Eborensi equitatui facta, necnon à tempore vrbis captæ Eborensis pulchre indagari potest, quibusnam annis voluentibus Eborensis Militia nostro tempore Auisensis, in Calatrauensem ordinem se insinuatum ierit, quo namque anno præcisè se dicauerit normæ & institutioni ordinis Calatrauensis, ex Chartophilacio haud constat, constabit ex Calatrauensi. Verumtamen sub annum millesimum centesimum sexagesimum sextum, nondum peracto anno millesimo centesimo septuagesimo sexto aliquo mēsium spatio ante prædictum annum millesimum centesimum septuagesimum sextum, hæc Militia Eborensis à Calatrauensi in filiam suscipitur. Quando enim Alphonsus primus duabus arcibus apud Eboram & Regia domo secundum Militiæ magistrum Gondiçalum Viegas donauit, anno à Christo Seruatore millesimo centesimo septuagesimo sexto: iam prius milites Eborensis ordinis Calatrauensi ordini se se subdidisse pro comperto habetur: vt ex ipsiusmet donationis verbis constare videtur: donatio enim sic habet.

Alphonsus Portugaliæ Rex misericordia compunctus considerans salutem animæ & vtilitatem Christianitatis, & defensionem regni facio Gunsaluo Viegas magistro Eborensi & fratribus vestris tam præsentibus, quam futuris in perpetuum promouendis ordinem Sancti Benedicti in Elboram tenentibus chartam scriptam donationis & firmitudinis de oppido meo quod vocatur Coluche cum terminis suis, vt habeatis & possideatis illud iure hæreditario. Facio etiam vobis chartā de domibus meis, quas habeo in Ebora cū suo Alcacer veteri, & de vinea mea cū horto suo, qui iuxta illam stat, facio adhuc vobis chartam de domibus meis, quas habeo in Sanctarene in Sisirigo.

Quæ domorum donatio præstita est anno post Christi natiuitatem millesimo centesimo septuagesimo sexto. Vnde manifestè patet ex eisdem donationis verbis (ordinem Sancti Benedicti in Elboram tenentibus) ante annum millesimum centesimum septuagesimum sextum Eborensem Militiam Calatrauensi ordini iam obsequiū per obedientiam indulsisse. Nam Calatraua in Benedicti ordinem se se insinuauerat: quanuis quonam anno præcisè se insinuauerit, me prorsus latet, vt superius recensitum manet. Attamen ex hac prima donatione procul dubio constare videtur, hæc prima bona, nempe veterem arcem aliamque arcem, necnon aulam Regiam apud Eboram simul cum cæteris prædijs eadem donatione contentis, huic Militiæ à primo Lusitano Rege pro meritis iam Religiosæ erogata fuisse; deinde à Sanctio Secundo Rege Gundisalo Viegas secundo magistro stabilita confirmataq; esse cōstat, vt scriptum est in donatione inuenta apud huius Auisensis conuentus chartophilacium, anno ab humani generis illustratione millesimo centesimo octuagesimo octauo: in quo anno Gregorius Octauus Pontifex Maximus in secundo bullis pendentibus diplomate (quod Calatrauensem continet approbationem) eidem Calatrauensi Militiæ in omnem posteritatem stabiliuit omnia bona, quæ præfatus ordo intra Lusitaniam possideret, non ideò quasi aliqua ætate prædicta bona Calatrauensis ordo veluti ab alicuius Lusitani Regis donatione elargita in Regno Lusitano iure possideret. Verumtamen eo quod iam Calatrauensis Eborensem in filiam sibi innexuerat, Summus

mus Pontifex, vt fit, filiæ bona in matre confirmare volùit, non quasi matris propria bona, sed recentis filiæ. Quibus rationibus quasi in cerniculo bene incretis planius mendosum narratu patet in Calatrauensi historia ad illud paruum citati capitis fragmentum, quod narrat Calatrauensem, magistrum Rodericum Garces, magistrum magistri commilitones Eborenses Eborensi arce veluti mercenario præmio donasse anno à Christo millesimo ducentesimo trigesimo.

## *Quisnã tertius Eborensis Militiæ magister, quis deinde primus Auisensis secutus, quis denique Auisensia Mænia templũque fundauerit. Cap. IIII.*

SI priscis credimus annalibus, dominus frater Ferdinandus Ioannis Tertius ordinis huius Magister, vltimus Eborensis, primus deinde fuit Auisensis. Ita memorat noster Resendius Eborensium antiquitatum libro cap. 16. paulò ante finem, probaturque ex catalogo ad huius Militiæ commentarium adaucto, qui tam ordine, quam numero præteritos recenset magistros. Alphonsus Lusitaniæ Rex ordine tertius Sancti filius, Alphonsique primi feliciter nepos, huic magistro iustis de causis Auisensem situm patentibus longe lateque confinibus donat (distat Auisium fere triginta millia passum Septentrionem versus) siquidem Eborensia campestria per planitiem diffusa expulsis fugatisque Mauris non multum hostili impetu infestabantur, eo quod Barbari fugati loca natura munita armis occupauerant, sub hoc enim præsidij prisci illi mortales confugiebant, quibus nondum tot belli machinæ repertæ, & eo quod in hoc situ (si priscis huius ordinis rationalibus credimus) aliquæ rupium crepidines, dentatis saxis inhospitalibusque cautibus præruptæ prominebant, has montium crepidines Barbari occupauerant arcibus aggeribusque defensi. Ab Auisio duodecim millia passuum distantes aduerso rapido torrente nascentem solem versus oppidum natura munitum occupauerant, nostro tempore Sanctus Antonius de Vayamonte vulgo nuncupantur, cuius inter oleastros cæteraque arbusta apparent ruinæ, locus nunc & olim munitissimi oppidi Cabeça de Vide confinibus continetur. Quod oppidum perenni fama, vel conditum, vel habitatum fuisse dicitur à quodam dynasta Mahometano potentia præcellente nomine Bide, ad cuius ditionem etiam castellum de Vide dicitur pertinuisse. Maurus namque castellum suo nomine donauit, verbi gratia, Cabes de Bide, castel de Vide. Hunc ergo prẽruptũ montẽ Auisum dictum Alphonsus secundus Rex Tertio Eborensi Magistro, suoque ordini militari & posteris impertitus fuit, eo quod natura sua locus præceps & abruptus immi nentiori rupe arduus, rapido torrente Auisio Auisensi semicinctus, qui torrens arcem & conuentum nostrum præterlabitur horrentibus cautibus spumans per molares cauernosos deiectus profundo alueo exasperatus inuoluit ur, ita vt magna ex parte, non equiti modò, verumetiam & pediti vias pene inuias præbeat. Attamen Aquilonem versus ducto ponte solidissimo crebros arcus superuecto, & venientibus angusto calle & gyrantibus per anfractus viarum difficiles ad oppidum præbeat aditus. Hic vere ille situs est, quem Rex tertio militiæ magistro dedit, non vero castellum, quod asserit chronographus trium ordinum supracitatus, sub illud paruum pagellæ fragmentum, in quo de hoc ordine scribit sub vno eodemque verbo duo componit figmenta. Ex quibus sit primum, Regem Lusitanum Alphonsum donasse castellum Auisense secundo Militiæ magistro, cum re vera non secundò, sed tertio donauerit, nec item castellũ Auisense quod nondum extabat in rerum natura, sed tantum inculta loca, vndique imminenti accliuitate inuecta, & inter molarium crepidines aspera & scruposa, ad rem tamen militarem idoneam, ad arcem vnde arcerent hostes ædificandam. Talis enim situs opus erat: qui tot hostium impetus à vicinis arcibus sustineret. Quæ omnia vera esse constant ex donatione ab ipsomet Rege facta, quæ in scrinio huius conuentus latine exarata in membrana regalibus insignibus, dependenti bulla seruatur,

tur,anno milleſimo centeſimo octogeſimo primo. Quàm donationem à primo ad imũ non transferimus,ne breuitati conſulentes, hiſtoriam luxuriare cogamus, ipſimet donationis deliberatis verbis ſub id tempus non fuiſſe caſtellum vllum in hoc ſitu, ſed fuiſſe tantum collem à nidificantibus auibus Auiſium dictum,vt propenſius enodabitur in breui compendio,quod Deo inſpirante de inſignibus ordinis,deque ſigillo cõponemus in operis calce. Donationis enim verba ſic ſonant. Ego Alphonſus filius Regis Domini Sanctij,& nepos Domini Regis Alphonſi vna cum vxore mea Regina Domina Vrraca,& filio meo infante Domino Sancio facio chartam donationis perpetuę firmitudinis vobis Domino Fernãdo Ioannis magiſtro Eboræ,& fratribus veſtris tam præſentibus,quam futuris de loco illo, qui vocatur Auis,qui iacet inter Sancarem, Culuchi,Elborã, Eluas, Ablantes. Recenſitiſque huius loci conterminis ita dicit,tali pacto quod in loco ſupradicto Auis caſtrum ædificetis & populetis.

Ex quibus verbis luce meridiana clarius patet,Regem Alphonſum ſecundum nullo modo largitum fuiſſe caſtrum apud Auiſium Eborenſi ordini, ſiquidem nec opere barbarico,nec politico caſtrum erectum extaret,ſed ſitum nudum, ea tamen conditione,vt arcem erigerent, vnde obſtantes barbaros caſtella circum circa tenentes commodius debellarent. Magiſter verò, vt primum per tempus licuit feſtinus inſtrumenta parari, lapides effodi, rudimenta aptari, foſſas aperiri, caſtri fundamẽta feliciter iaci, arduum denique opus vrgeri intendit. Quanta enim cautela, ne obſeruarentur à barbaris,fabrile opus inſurgebat apud priſtinum militiæ tomum legere quis valebit. Cauti enim homines noctu furtim in opus incumbebant,laboreſq; nocturnos ante lucem, ne animaduerterentur ſecto arbuſto velabãt: quoad caſtrum eo ſublimitatis inducerent, vt ex eo iam irruentes barbaros poſſent depellere,ſibiq́ue præſidio foret, & in dies ſingulos ædificium palam oſtentare haud pigebat, quod opus præter opinionẽ Maurorum animos penſiles habuit, tam caſtri quam conuentus opere peracto, & murorũ ſoliditate ambito, quanuis non in multam altitudinem ducto, ſed quatenus ad cætera domicilia protegenda, non admodum prominentia par eſſet, vt illius antiquitatis veſtigia oculis meditãtibus teſtatur. Quid enim temporis in præclarum opus impenſum fuerit ſignificabitur. Quod non adeò breue fuiſſe ſuſpicor,cum ſubter huius arcis aream ferri fodinas ſub illo tempore effoſſas in viua caute contemplor. Quæ prolixũ temporis ſpatium petebant,ex quibus fodinis ferrum effodiebatur, tam in fabricanda inſtrumenta, quam ad arma paranda, quo ferro inde ſuffecto non ex Cantabria ferrũ, non Mediolano petebant. Anno verò à Chriſto Domino nato milleſimo cẽteſimo octogeſimo quarto,arci vltima manu impoſita,in quo opere triennium impenſum eſt, præfatus Magiſter Dominus Ferdinandus Ioannis primus coloniam Auiſenſem duxit,ductamq́; ſolido & ſublimi muro circũmuniuit, & per interualla turribus & propugnaculis ambiuit, vt vere teſtatur lapis in plano quadratus Septentrionalem portam ſupereminens,qui Gotticis inciſus characteribus ita habet.

FERHANDVS MAGISTER DEI GRATIA ORDINIS CALATRAVEÑ. IN PORTVGAL. CVM SVO CONVENTV PLANTAVIT AVIS IN FESTIVITATE ASSVMPTIONIS STE MARIE, E. M.CC. ET II. STEFANVS MARTINI: PATER NOSTER PRO ANIMA EIVS.

Secundum Cæſarem: ſecundum vero morẽ Chriſtianũ anno à Chriſto nato milleſimo cẽteſimo octogeſimo quarto. Vnde fit à prima donatione Auiſenſi magiſtro,ad vltimũ arcis & conuentus opus, & primo cõditum oppidũ,& primo ductã coloniã die Deiparæ Virginis Aſſumptionis dicato Idib. Auguſti tres effluxiſſe annos. Ex his duobus ſitibus Eborẽſi nimirũ,& Auiſenſi,ex triũ primorũ Magiſtrorũ ętatibus,ex triũ primorũ

Por-

Portugaliæ Regum donationibus liquidò, constat, quænam & qualis prima huius militaris ordinis Eborēsis origo fuerit. quæ sub nostram ætatem Auisensis ordo feliciter nuncupatur, quam vt vulgo recitarē historiam ad breuiorem stilum redigere non potui, tum annalium inopia, quorum pars temporis iniuria perierit, pars furtim subla ta, pars denique vsu attrita, & in controuersijs inter ordinem & ordinarios oblata, & in actibus appensa nunquam serinio fuerit restituta. Attamen dummodò pij petitoris studio inseruiam, quanuis non pauca quæ proferrem animum subibant, quæ de vario huius ordinis successu scribentem non pœniteret: cuius facta quanuis per se glorioſa; attamen indigna obliuione obruta in occulto latēt: cuius priuilegia & immunitates pristino fauore sublato spreta iacent: sed quanuis in operis calce bene tamē aliquid de insignibus ordinis ponā, deq; huius ordinis sigillo lectorem certiorem faciam. Anno vero à Christo nato millesimo ducentesimo quarto, Innocentius III. Pontif. Max. hanc Militiam Auisensem seu Eborensem cū bonis suis confirmauit, & sub tutelam S. Ap. excepit, vt constat ex diplomate bullato.

## *Quibus insignibus olim, quo item sigillo hic ordo antiquitus Eborensis, modo Auisensis nobilitatus fuerit, Caput. V.*

NOn in suo primordio, non ante, non post confirmationem, non aliquot post annis reperimus nostrates equites aliquibus priuatis insignibus, nec aliquo priuato sigillo vsos fuisse. Sed postquàm Auisenses Magistri nonnulla rura infateosim dabant aliqua ordinis insignia inminia tila cera incisa albà vel nigra bullis circūtata inuenimus. Propria verò & peculiaris ordinis obsignatio talis erat, vt ex ipsius forma indagari potest: quam huc translatā deliniari volui, vetusti castri nimirum simulacrum, à primo Portugaliæ Rege Alphonso donati apud Eboram, quod si deinde aliud recens castrum fabricatum fuit, id ab ordine ad vrbis defensionem ædificatum forte fuit. Solum verò hoc vetus castrum sibi primo donatum fortissimi viri in fortitudinis insigne cepere & ostentauere præuia Christi Domini cruce, sub quo vexillo omnes militares ordines hostium armatas copias debellando profligabant, vt egregie trium militarium ordinū historiographus notatum refert. Deinde sub cuius disciplina militabant Calatrauēses compedes sibi arrogarūt, sunt enim binæ pedicæ, quæ hinc inde castrum astant. Priuata verò huius oppidi Auis insignia, illæ sunt aquilæ quæ super turrium fastigia apparent, eo quod perennis sit fama in hoc Auisensi cliuo, in torrentem deiecto (quo nunc domesticorum nostrorum domicilia imminent) aquilam nidificasse, sacra pagina testante, aquila in arduis ponit nidum suum. Hinc duo tantum aquilas (totidem enim non amplius aquila pullos ouis excludit) sibi ordo in vexillis suis arrogauit. Ex quibus aquilinis pullis sua insignia Auisensis ordo auem capesit, & hoc siue vulgari pronomine, siue vt potius reor, quod Aquila super omnes primatum volucres teneat. Nam idemmet Auisense oppidum hanc memoriā nostra ætate & affectat & retinet, regaliq; vexillo hinc regia insignia, inde ex aduerso aquilam vnam intextam glorioſe ostentat, necnon publica huius oppidi obsignatio aquilæ vniùs effigiem seruat; ita videatur oppidum vnius, scilicet, matris, ordo verò duarum, scilicet, pullorum effigies in publicis causis insculpere, vt in maiori sigillo perspicue clareque videre licet. Additur & aliud breuius sigillum, quod communi vsui frequenter inseruire solet.

---

## *Magistrorum atque gubernatorum huius Auisensis Militiæ catalogus.*

*Domnus Ferdinandus Monterius.* 1
*Domnus frater Condiçalus Viegas.* 2
*Domnus frater Ferdinādus Ioannis.* 3
*Domnus frater Ioannes Portarius.* 4
*Domnus frater Martini Ferdinandi.* 5
*Domnus frater Ferdinandus Soarez.* 6

Domnus

*Domnus frater Laurẽtius Alphonsi.* 7
*Domnus frater Ioannes Pyrez.* 8
*Domnus frater Vascus Alphonsi.* 9
*Domnus frater Cilius Martini.* 10
*Domnus frater Garcia Pyrez.* 11
*Domnus frater Cilius Pirez.* 12
*Domnus frater Alphonsus Mendesius:* 13
*Domnus frater Garcia Vaz.* 14
*Domnus frater Ioannes Rodericus Pimentel.* 15
*Domnus frater Iacobus Garcia.* 16
*Domnus frater Martinus do Auelar.* 17
*Domnus frater Egas Martir.* 18
*Domnus Ioannes, posteà Rex hoc nomine primus, qui vrbẽ Ceptam à Mauris cepit.* 19
*Domnus frater Ferdinãdus Rodriguez de Sequeira.* 20

¶ Hucusque canonici recensentur Magistri, sequuntur deinde gubernatores per Apostolicam autoritatem.

*Infans Ferdinandus Ioannis hoc nomine primi Regis filius.* 21
*Dominus Petrus infans Aragonensis Rex infantis Petri filius.* 22
*Rex Ioannes hoc nomine secundus.* 23
*Princeps Alphõs. Ioãnis regis filius.* 24
*Princeps Georgius Ioannis secundi regis filius.* 25

¶ Sub hoc tempore equestris Magistratus apud Auisum Regiæ coronæ & ditioni adscriptus adactusque fuit, ipsiquemet Reges militiæ moderatores, & perpetui administratores, autoritate Apostolica substituti fuere.

*Rex Ioannes hoc nomine tertius.* 26
*Rex Sebastianus hoc nomine primus.* 27
*Rex Henricus Cardinalis.* 28
*Regis Philippi sacra Maiestas, qui fæliciter nostra ætate huius Militiæ moderator est summus.* 29

DOMI-

DOMINVM FRATREM FRANCIS-
cum do Auelar (A,uelar enim vigil interpretatur) de vigilantia
in excitandis Auiſenſis Militiæ antiquitatibus, ſuus fami-
liaris frater Ioannes de Caminha, in ipſius con-
uentu Magiſter interpollat.

*Si memini, vigilis tibi dat proſapia nomen,*
*Illius, excubitor, qui fuit ante ducis,*
*Degener excubitor minimè Franciſce fuiſti:*
*Mille modis vigil es, ô pater alme vigil.*
*Te vigilem Muſæ primæ vidêre legentem:*
*Canone te vigilem tempora lapſa ferunt.*
*Te ſcholis multum vigilem ſacra pagina vidit:*
*Sanctorum aßiduus dum vigil alta legis.*
*Es vigil in fabricis, ſacra vigil æde Decanus:*
*Abbas ipſe vigil, præſul & ipſe vigil.*
*Quam vigilat populũ doctor, vigil ipſe ſacerdos:*
*Vita & exemplis, officijſque vigil.*
*Militiæq; vigil, veterum monimenta reuolues:*
*Mille vigil vicibus candide præſul ades.*
*Præmia parta tenens ſimules vigil, atq; beatus,*
*Chriſtus quem veniens inueniet vigilem.*

LAVS DEO.

# INDEX OMNIVM QVÆSTIONVM, ET ARTICV-

lorum, & dubiorum, quæ in hoc primo tomo continentur: in quo lector curiosus potest videre varia vtilia & principalia breuiter summata eorum, quę in eo ventilantur.

## QVÆSTIO PRIMA.

*De religione in communi, in sex articulos diuisa. Pag.* 1.


PRimus articulus, Vnde habuerint originem religiones, pag. 1. col. 1. & 2.

Secundus articulus, Quæ requirātur modo ad hoc quod votum religionis sit solemne, pag. 2. col. 1. & 2.

Dubitatur circa istum articulum vtrum collegium in quo tria vota promittuntur sine authoritate sedis Apostolicæ cōgregatum sit licitum, pag. 3. colum. 1. & 2.

Articulus tertius, Vtrum canonici regulares sint verè monachi, ibidem.

Articulus quartus, Vtrūm personæ Societatis Iesu sint propriè religiosi, in quo defenditur hic religiosus status ab aliquibus impugnationibus, & probatur Summū Pontificem posse efficere vt votū simplex dirimat matrimonium, pag. 4. 5. & 6.

Art. quintus, vtrū sit licitū disputare an Societatis institutū sit vere religiosorū. p. 7. & 8.

Artic. sextus, Vtrū professi in ordinibus Militaribus sint veri religiosi, pag. 8, 9. & 10.


## QVÆSTIO II.

*De ordinibus Mendicantibus, & eorum origine, in nouem articulos diuisa. Pag.* 10. *colum.* 2.


Articulus primus, Qui sint ordines Mendicantes, pag. 11. col. 1.

Articulus secundus, Vnde habuerit exordiū ordo Prædicatorum, pa. 12. col. 1. & 2.

Artic. tertius, A quo habuit originē religio fratrum Minorum, in quo articulo extollitur varietas professorū huius sacræ religionis, in quo eius decor & pulchritudo maxime consistit, pa. 12. col. 2. & pa. 13. & 14.

Artic. quartus. Vnde traxit originem ordo Eremitarum S. Augustini, pag. 15. col. 1.

Articulus quintus, Vnde habuit originē religio Carmelitarum, in quo articulo de origine, & progressu Discalciatorū etiam agitur, ibid. col. 1. & 2. & pag. 16. col. 1. & 2.

Articulus sextus, Vnde habuit originem ordo Seruorum Beatæ Mariæ, ibid.

Articulus septimus, Vnde habuit originem ordo Minimorum, pa. 17. col. 1.

Articulus octauus, Vnde habuit originem congregatio Sancti Hieronymi Iesuatorum, ibid. col. 1. & 2.

Artic. nonus, Vnde habuit initiū religio Societatis Iesu. ibid. & pag. 18. colum. 1.


## QVÆSTIO III.

*De initio ordinū non Mendicantium, in decem & septē articulos diuisa. Pag.* 18. *col.* 1.


Artic. primus, A quo habuit originem ordo canonicorū regularium, in quo explicatur varietas horū canonicorū, & de quibus fit mētio in sacris canonibus, pa. 19. co. 1. & 2.

# Index


Articulus ſecundus, A quo habuit originem ordo D.Benedicti,pag.20.col.1.
Articulus tertius, A quo habuit originē congregatio montis Oliueti,ibid.
Articulus quartus, A quo habuit originem congregatio Vallis vmbroſæ,ibid.col.2.
Articulus quintus, Vnde habuit originē ordo Ciſtercienſium,ibid. & pag.21.col.1.
Articulus ſextus, A quo habuit originē congregatio Camaldulenſium,ibid.
Articulus ſeptimus, Vnde habuit originem ordo Celeſtinorum,ibid.& col.2.
Articulus octauus, A quo habuit originē ordo Carthuſienſium,ibid.
Articulus nonus, A quo habuit originē congregatio Eremitarum Sancti Hieronymi è Piſa,ibid.& pag.22.col.1.
Articulus decimus, A quo habuit originem congregatio Eremitarum Sancti Hieronymi Hiſpaniarum,ibid.& col.2.
Art. vndecimus, A quo habuit originē ordo fratrū Crucigerorum,ibid.& pag.23.col.1.
Articulus duodecimus, A quo habuit originem religio Sanctiſsimæ Trinitatis,in quo fundatoris & fundationis cōfratriæ Miſericordiæ in Luſitano Regno proponitur initium,ibid.& col.2.
Articulus decimus tertius, A quo habuit originem congregatio Sanctæ Mariæ de Mercede,ibid.& pag.24.col.1.
Art.decimus quartus, Vnde habuit originē congregatio clericorum regularium.ibid.
Articulus decimus quintus, A quo habuit initium congregatio clericorū miniſtrantium infirmis,ibid.col.2.
Ariculus decimus ſextus, A quo habuit originem congregatio noua clericorum regularium,ibid.
Articulus decimus ſeptimus, A quo habuit originem congregatio Sancti Georgij in Algaba,cuius profeſſores in Regno Portugalię Loyos nūcupātur,ibid.& pa.25.co.1.


## QVAESTIO IIII.

*De origine conuentualitatis & obſeruantiæ, in tres articulos diuiſa. Pag. 25. colum. 1.*


Articulus primus, A quo habuit originem conuentualitas religionis Patris noſtri Franciſci, in quo de mira huius religionis fœcunditate aliqua proponūtur, & de extenſione conuentualitatis in partibus Hiſpaniarum agitur.pag.25. & 26.
Articulus ſecundus, De origine fratrum Minorum de obſeruantia,pag.27.columna.1. & 2.
Articulus tertius, Vnde cæperit conuentualitas in alijs religionibus, ibid.col.2.& pa.28.colum.1.


## QVAESTIO V.

*De ordinibus Militaribus quoad eorum numerum & principium, in ſex articulos diuiſa. Pag. 28. colum. 2.*


Articulus primus, Quis fuerit Templariorū ordo, & de eorum fine, pag. 28. colum.2. & pag.29.colum.1.
Articulus ſecundus, Quæ fuit ordinis Militaris origo Sancti Ioannis Baptiſtę,in quo articulo huius ordinis priuilegia confirmata à Gregorio Decimo tertio, proponuntur,ibid.col.1.& 2.
Articu.tertius, Vnde habuit originem ordo Militaris de Calatraua,pag.30.col.1.
Articulus quartus, A quo originem habuit religio Militaris de Alcantara,ibid.
Articulus quintus, Vnde habuit originē ordo Militiæ Sancti Iacobi,ibid. col.2.
Articulus ſextus, Vnde habuit originem ordo de Auis in Regno Luſitano,ibid.


## QVAESTIO VI.

*De ſtatutis, & ordinationibus, & priuilegijs Apoſtolicis in communi, quibus hæc religionū monarchia cōſeruatur, in decē & ſeptē artic. diuiſa. Pag. 31. col. 1.*


Articulus primus, quotuplex ſit ſtatutum Apoſtolicum regularibus directum, pagina 31.colum.2. & pag.32. colum.1.
Articulus ſecundus, Vtrum omnia quæ in iure

iure canonico statuũtur obligent, ibidem. colum. 1. & 2.
Articulus tertius, Vtrùm ad hoc quod istæ leges canonicæ obligent necesse sit quod sint solenniter promulgatæ, pag. 33. col. 1. & 2.
Articulus quartus, Vtrùm constitutio liget illos ad quorum notitiam venerit ante lapsum duorum mensium à promulgatione eiusdem, ibid. col. 2.
Articulus quintus, Vtrùm constitutio pontificia irritatoria obliget statim post quam Romæ est promulgata, ita vt actum in contrarium sit irritum, in quo articulo aliqua decreta concilij & constitutionum Pontificalium explanantur, pag. 24. col. 1. & 2.
Artic. sextus, Vtrùm ad hoc vt lex canonica habeat vim legis sit expectandus populi consensus, pag. 35. colum. 1.
Articulus septimus, Vtrùm liceat supplicare Papam vt suas constitutiones reuocet & moderetur, in quo articulo ponitur differentia inter rescriptum Papæ & constitutionem Apostolicam dicendo, quod posita supplicatione rescripti suspenditur eius executio, non autem apposita supplicatione constitutionis cuius differentiæ ratio iuridice & Theologice indagatur, pag. 35. col. 2. & pag. 36. & 37. col. 1.
Articul. octauus, Vtrùm reges, & principes, & suorum tribunalium consiliarij possint detinere literarum Apostolicarum executionem sine timore excõmunicationis Bullæ cœnæ Domini, pag. 37. col. 1. & 2.
Articulus nonus, Vtrùm suspensio literarũ Apostolicarum possit fieri sine aliqua iusta causa supplicatione inter posita, pa. 38. colum. 1. & 2.
Articulus decimus, An constitutio non recepta liget, pag. 39. col. 1. & 2. in qua intellectus ad constitutionem Clementis Octaui, de largitione numerum regularibus prohibita per transennam applicatur.
Articulus vndecimus, Quando dicatur constitutio nõ recepta vt nõ habeat vim obligandi, ibid. col. 2. & pag. 40. col. 1.
Articulus duodecimus, Per quot actus contrarios legis obligatio sciẽte principe euacuatur, in quo cõstitutiones de agitatione taurorum enodantur, ibid. col. 1. & 2.
Artic. decimus tertius, Quando lex positiua obliget ad peccatum mortale, pag. 41. & 42. col. 1. & 2.
Articulus decimus quartus, Vtrùm regulares legibus ciuilibus obligentur, ibid.
Articulus decimus quintus, Vtrum leges pœnales obligent in conscientia, pa. 43. co. 1.
Art. decimus sextus, Vtrùm legũ pœnalium transgressores ante latã sententiam pœnas ipsas subire teneantur, ibid. col. 1. & 2. & pag. 44. col. 1. in qua modificantur constitutiones, pœnas ipso iure, & ipso facto imponentes.
Articulus decimus septimus, Vtrum constitutio dicatur respicere præterita vel futura, ibid. col. 2.

## QVAESTIO VII.

*De priuilegijs in communi, quibus religiones conseruantur, in septem articulos diuisa. Pag. 45. colum. 1.*

Articulus primus, A quo dicatur, & quid sit priuilegium, pag. 45. col. 1. & 2.
Articulus secũdus, quotuplex sit priuilegiũ. ibid. & pag. 46. col. 1.
Art. tertius, Vtrũ appellatione priuilegij veniat cõsuetudo immemorialis, ibi. co. 1. & 2.
Articulus quartus, Quid significat hoc nomen Maremagnum, ibid. col. 2.
Articulus quintus, Vtrùm priuilegium necessario debeat dari in scriptis, ibid. col. 2. & pag. 47. colum. 1. & 1.
Articulus sextus, Vtrùm priuilegiũ ad hoc vt valeat sit necessarium vt promulgetur, ibid. col. 2. & pag. 48. col. 1.

## QVAESTIO VIII.

*De priuilegijs quoad suam confirmationem innouationem & vsum, in decem & sex articulos diuisa. Pag. 48. col. 1. & 2.*

Articulus primus, Vtrum Papa confirmauerit priuilegia regularium, in quo diuersa priuilegia aliquarum religionum cõfirmata referuntur, pagina 48. columna 2. &

pag.49.& pag.50.& pag.51.& pag. 52.& pag.53.

Articulus secundus, Vtrùm possimus modo vti priuilegijs, quę non sunt in vsu in quo declaratur,quid velit Gregorius XIII quãdo confirmauit priuilegia regularium quatenus sunt in vsu. pag.53.col.1.& 2.& pag.54.col,1.& 2.& pag.55.col.1.

Articulus tertius, Vtrùm Syxtus quintus subticens illa verba,quatenus sunt in vsu, aliquid noui concesserit,in quo declaratur quid importet confirmatio ex certa scientia & de plenitudine potestatis. pa.55.colum.1.& 2.& pag.56.col.1.& 2.

Articulus quartus, Vtrùm priuilegium perditum per non vsum, quoad religionem, cui directe est concessum, perdatur etiam quoad alias religiones quibus per extensionem est communicatum. pag.57.col.1. & 2.

Articulus quintus,vtrùm lex & priuilegium quod imponit pœnam ipso facto possit derogari per contrariam consuetudinem.pa. 58.col.1.& 2.

Articulus sextus, Vtrùm priuilegia contra decreta sacri concilij Tridentini sint abrogata.ibi.& pag.59.& pa.60.in quibus aliqua declarantur concilij Tridentini decreta,& constitutio Pij quarti,in qua derogãtur priuilegia contra dicta decreta,explicatur.

Articulus septimus,Quæ priuilegia derogentur per concilium Tridentinum.pa.60.colum.2.in fine.& pa. 61.in quibus loca concilij enumerantur, quæ priuilegiorum regularium sint correctoria.

Articulus octauus, Vtrùm priuilegia, quæ sunt contra sacros canones alios à decretis concilij Tridentini sint per constitutionẽ quandam Gregorij Decimi tertij reuocata pa.62.col.1.& 2.

Articulus nonus, Vtrùm priuilegia regularium reuocata per concilium Tridentinum sint modo valida in foro cõscientiæ. pag.62.col.2 & pag.63.col.1.

Articulus decimus, Vtrùm Pontifices à Clemente VII.confirmauerint priuilegiaregularium in foro exteriori etiamsi essent contra concilium Lateranense.pag.63.col.1. &pag.64.col.1.&2.

Articulus vndecimus, Vtrùm clausula generalis non obstantium tollat legem iuratam.ibid.

Articulus duodecimus,Quomodo sit intelligenda illa clausula posita in bullis & in cõfirmationibus priuilegiorum regularium, scilicet cõtradictores quoslibet, & rebelles etiam per quascunque censuras & pœnas ecclesiasticas,&c.pa 65.col.1.

Articulus decimus tertius, Quomodo intelligenda sit illa clausula, omni appellatione postposita.ibi.col.1.& 2.

Articulus decimus quartus, Quid sibi vult clausula posita in confirmationibus priuilegiorum, inuocato etiam ad hoc auxilio brachij secularis.pag.66. col.1.& 2.& pag. 67.col.1.

Articulus decimus quintus,Quomodo intelligenda sit illa clausula posita in confirmationibus priuilegiorum, scilicet,supplentes omnem defectum.pag.67.col.1.& 2.

Articulus decimus sextus, Vtrùm exemplar deductum ab originali priuilegio non citata parte cui interest,valeat.pa.68.& pa.69.

## QVAESTIO IX.

*De priuilegijs quoad ipsorum cessationem,& reuocationem,in vndecim articulos diuisa pagina.69.columna.2.*

Articulus primus,Vtrùm priuilegia & rescripta Papæ eo mortuo expirẽt.pag.70.co.1 & 2.

Articulus secundus, Vtrùm generales ordinũ,capitula generalia & prouincialia possint restringere vel tollere à guardianis,vel alijs fratribus vsum priuilegiorũ Apostolicorũ.ibi co.2.& pa.71.co.1.& 2.

Articulus tertius,Vtrùm priuilegium reuocatione tollatur. ibi col.2.& pa.72. &73. in quibus dubia quæ circa hoc tractantur à Doctoribus ventilantur,scilicet,quomodo concesso secundo priuilegio videatur Papa reuocare primum, siue sit inclusum in corpore iuris,siue non.

Articulus quartus, An priuilegium tempore tollatur.pagina.73.colum.2.& pag.74 col.1.& 2.

Articulus quintus, Vtrùm leges derogantes consuetudinem derogent etiam futuram, & etiam immemorialem, ibidem, col. 2. & pag. 75. col. 1.

Articulus sextus, Quomodo intelligitur illa clausula posita in aliquibus priuilegijs, scilicet, quòd non censeantur reuocata nisi de eis fiat mentio de verbo ad verbum ibidem, colum. 1. & 2.

Articulus septimus, Vtrũ non obstantiæ positæ in dictis confirmationibus, & in bullis derogent in totũ priuilegia, quibus apponuntur, pa. 76. col. 1. & 2.

Articulus octauus, Vtrùm possimus vti priuilegijs nostris non reuocatis contra inferiores à Papa, ibid. col 2. & pa. 77. col. 1.

Articulus nonus, Vtrùm subiatis priuilegijs alicuius monasterij, aut religionis censeantur sublata priuilegia ad instar, ibid. colum. 2.

Articulus decimus, Vtrùm perdatur priuilegium regularium non viuendo ipsis regulariter, ibid. & pag. 78. col. 1.

Articulus vndecimus, Vtrùm priuilegiatus possit vti suo priuilegio contra pariter priuilegiatum, ibid. & col. 2.

## QVAESTIO X.

*De statutis factis in religionibus, in nouem articulos diuisa. Pag. 79. colum. 1.*

Articulus primus, Quid sit statutũ & à quo fieri possit, pag. 79. colum. 2.

Articulus secũdus, Vtrùm Generales, & Prouinciales imponentes præcepta circa res graues debeant ordinare cum consilio patrum, pa. 80. colum. 1. & 2.

Articulus tertius, Vtrùm capitulum generale alicuius religionis possit statuere autoritate ordinaria ne recipiantur ad suum ordinem descendentes ex hæreticis Iudæis, & Saracenis, ibidem. col. 2. & pa. 81. & pa. 82. colum. 1.

Articulus quartus, Vtrùm capitulũ generalis capituli repræsentatiuum possit tollere facta in capitulo generali autoritate Papæ, pa. 82. col. 1. vide hoc dubium declaratum & limitatum infra q. 68. art. 5. pa. 667. col. 1. in quo quæritur vtrùm constitutiones factæ à regularibus autoritate Apostolica confirmatæ possint sine eiusdẽ sedis autoritate reuocari, & vide totam illã quæstionem, in qua in omnibus eius articulis de materia huius quæstionis agitur.

Articul. quintus, Vtrùm aliqua persona priuata possit procurare priuilegia cõtra statuta regularium, p. 82. col. 2.

Articulus sextus, Vtrùm statuta religionum in foro conscientiæ obligent ad pœnam. pag. 83. col. 1. & 2.

Articulus septimus, Vtrùm moniales teneãtur ad statuta facta in capitulis generalibus, & prouincialibus suorum ordinũ. ibidem. col. 2.

Articulus octauus, Vtrùm statuta facta præter regulã D. Patris nostri Francisci obligent modo ad culpam, pag. 84. col. 1. & 2. & pag. 85. & pa. 86. colum. 1.

Articulus nonus, Vtrum Papa confirmando statuta regularium prætendat remouere eos per illa ab stricta obseruantia quã habent. ibid. columna 1. & 2. in quibus dicitur, & probatur zelus Papæ in reformatione regularium maximè intentus.

## QVAESTIO XI.

*De sacris canonibus, priuilegijs & statutis, quoad eorum explicationem, in nouem articulos diuisa. Pag. 89. colum. 1.*

Articulus primus, Vtrum declaratio sacrorum canonum & priuilegiorum pertineat ad principem solum, pag. 87. col. 1. & pag. 88. columna 1. & 2. in quibus paginis duæ commissiones à sede Apostolica emanatæ proponuntur, quibus Cardinalibus sacræ cõgregationis Concilij Tridẽt. cõmittitur facultas declarandi ipsius Cõcilij decreta.

Articulus secundus, Vtrũ declarationes congregationis Cardinalium obligent in foro

interiori, & exteriori, pag. 89. col. 1. & 2.
Articulus tertius, Vtrum liceat doctoribus ius canonicum, & priuilegia declarare, pa. 90. col. 1. & 2. & pa. 91. col. 1. in quibus explicatur quomodo liceat doctoribus Concilij Trident. explicare. Explicatur deinde quę autoritas secundū sententiā D. Augustini declarationibus doctorum debeat præstari.
Articulus quartus, Vtrùm præferendus sit Theologus Canonistis in interpretatione dubiorum quæ tangunt forum cōscientiæ. pag. 91. col. 1. & 2.
Articulus quintus, Vtrùm prælati religionū habeant facultatē ad iura & priuilegia interpretāda. pa. 91. co. 2. pa. 92. & p. 93. co. 1.
Articulus sextus, Quomodo decreta & priuilegia sint explicanda, pag. 93. col. 1. & 2. & pag. 94. 95. 96. 97. & 98. in quibus paginis ponuntur quatuordecim regulæ quibus leges & priuilegia explicantur quæ regulæ late etiā prosequūtur & cōfirmātur.
Prima regula, est quod proœmia canonum & priuilegiorum continent causam finalem, pag. 39. col. 2.
Secunda regula quod priuilegia & cōcessiones recipiunt interpretationem à supplicatis, ibid.
Tertia regula quod verba legū & canonū, & priuilegiorū debent intelligi secundū id ad quod principaliter proferuntur, ibi.
Quarta regula, Quod vna scriptura declaratur non solum per aliam partem eius, sed etiam per alias omnino ab ea separatas, pagin. 94. col 1. & 2.
Quinta regula, Quod voluntas legislatoris declaratur à verisimili, ibid.
Sexta regula, Quod debemus considerare vtrū concessiones sint fauorabiles an odiosæ, ibid. & pag. 95. & pa. 96. col 1. in quibus declaratur quando concessio sit fauorabilis an odiosa.
Septima regula, Quod lex ita debet interpretari quod ipsa minimè inutilis reddatur. ibid. col. 1. & 2.
Octaua regula est, quod ea quæ concernunt religiosos debent interpretari de bono, & æquo, ibid. & pa. 97. col. 1. in qua declaratur quid apex iuris importet, & decisio cuiusdam casus resoluitur.
Nona regula, Quod quando lex non distinguit nec nos distinguere debemus. ibi. co. 2
Decima regula, Quod priuilegia concessa regularibus debent interpretari fauorabiliter, ibidem.
Vndecima regula, Quod lex non includit illud, ad quod mens & ratio autoris non se extēdit, ibid. de cuius regulæ explicatione vide latè infra hoc tomo q. 67. pag. 653. in qua quęstione per quatuor articulos diffuse tractatur de constitutionibus ciuilibus, & canonicis quoad earum extensionem, & restrictionem.
Duodecima regula, Verba legis sunt intelligenda secundum subiectam materiam, pagina. 97. col. 2.
Decima tertia regula est quod quando proprietas verborum repugnat ad improprietatem recurrere debemus, pa. 98. col. 1.
Decima quarta regula est quod argumētū à simili in legibus pœnalibus non valet, ibi.
Decima quinta regula est quod Papa rescribendo præsumitur se conformari cum iure communi, ibid. col. 2.
Articul. septimus, An leges & priuilegia secundum consuetudinem interpretentur, ibid. & pag. 101. alias 99. col. 1.
Articulus octauus, quid requiritur ad hoc, vt sit rationabilis consuetudo ad legē explicandam, ibid. pa. 101. alias. 99. col. 1.
Artic. nonus, Vtrùm priuilegium principis sit ample interpretandū. pa. 100. co. 1. & 2.

## *QVAESTIO XII.*

### *De Abbatibus, & Abbatissis quoad eorum essentiam & differentiam, in sex articulos diuisa. Pag. 101. col. 1.*

Articulus primus, Quid sit Abbas, pa. 101 colum. 1. & 2.
Articulus secundus, Quid sit Abbatissa, ibidem, colum. 2.
Articulus tertius, Vtrùm benedictio Abbatis, & Abbatissæ sit reiterabilis, pa. 102. colum. 1.
Articulus quartus, Vtrùm Abbates non benedicti habeant eadem priuilegia quæ habent benedicti, ibid. col. 2.
Articulus quintus, Quæ sint regularium prælatorum species, ibid. & pa. 103. col. 1.
Articulus sextus, Vtrùm Guardiani & eorū vicarij sint prælati, ibid. col. 2.

QVAE-

# Quæstionum.

## QVAESTIO XIII.

*De Abbatibus, & Abbatissis quoad qualitatem legitimationis, in viginti quatuor articulos diuisa. Pag. 104. colum. 1.*

Articulus primus, qui sint legitimi filij & illegitimi, pag. 105. col. 1. & 2.

Articulus secundus, An filij illegitimi militum Alcantaræ Diui Iacobi de la espada, necnon Calatrauæ sint sacrilegi, pag. 106. colum. 1. & 2. & pag. 107. per totam.

Articulus tertius, Vtrũ per ingressum religionis tollatur illegitimatio quoad ordines, pag. 109. colum. & 2.

Articulus quartus, Quis ingressus religionis tollat ipso iure irregularitates quoad ordines, ibid. & pag. 110. alias 109. col. 1. & 2.

Articulus quintus, Vtrùm per ingressum religionis approbatæ omnis illegitimitatis irregularitas tollatur, non solum quoad sacros ordines, sed etiam quoad omnes prælationes & dignitates, pag. 109. col. 2. & pag. 110. col. 1. & 2.

Articulus sextus, Quis possit dispensare cum religiosis illegitimis ad prælationem. pagina 110. columna secunda, & pagina 111. per totam, in quibus de intelligentia constitutionum Sixti, & Gregorij XIIII. circa illegitimos tractatur.

Articulus septimus, Vtrùm filius alicuius religiosi possit dispensari vt sit prælatus in religione in qua ipsius pater habuit prælationem. pagina 112. columna prima, & secunda, in qua de intelligentia constitutionis Gregorij Decimi quarti, circa illegitimos, & Concilij Trident. sess. 25. de reformatione, cap. 15. agitur.

Articulus octauus, An genitus ex cõcubina post cuius professionẽ in religione approbata pater eius matrem in vxorem duxit indigeat dispensatione vt possit esse prælatus. pag. 113. col. 1.

Articulus nonus, Vtrùm dispensatio illegitimorum possit fieri à patribus in congregatione intermedia in ordine Minorũ. ibid. & col. 2. in qua tractatur quæ sit differẽtia in capitulo intermedio, & in congregatione intermedia.

Artic. decimus, An illegitimus dispensatus in sæculo vt beneficiũ curatum obtinere possit, posteà religiosus factus indigeat noua dispensatione, vt possit esse prælatus regularis. pa. 114. co. 2. & pa. 115, & pag. 116. in quo articulo resoluitur magnam esse differentiam inter legitimationem & dispensationem illegitimorum, & magnã esse differentiã inter dispensationẽ generaliter concessam, & dispẽsationem limitatã ad aliqua munera. Ex qua doctrina aliqua scitu digna quoad regulares in practica inferuntur.

Articulus vndecimus, Vtrùm dispensatus in religione possit habere beneficium curatum, pag. 116. col. 2.

Artic. duodecimus, Vtrum illegitimus factus canonicus regularis Ecclesiæ Cathedralis possit esse Archidiaconus eiusdem sine dispensatione Papæ, pag. 117. col. 1. & 2.

Articul. decimus tertius, Vtrùm illegitimus post professionem religionis possit esse vicarius vel prouisor alicuius Episcopi sine dispensatione, ibid.

Artic. decimus quartus, Vtrũ dispẽsatio illegitimorũ requirat causam. p 118. co. 1. & 2.

Art. decimus quintus, Quę causæ requirãtur ad huiusmodi dispensationem. ibid. col. 2.

Art. decimus sextus, vtrũ electo illegitimo in prælatũ dispẽsatio facta cẽseatur. p. 119. co. 1.

Art. decimus septimus, Vtrũ ad hoc vt valeat dispẽsatio sufficiat petere dispẽsationẽ illegitimationis in genere. ibi. co. 2. & p. 120. co. 1.

Articulus decimus octauus, Vtrum religiosus illegitimus possit esse diffinitor sine dispensatione, ibid. col. 2.

Articulus decimus nonus, Vtrum illegitimi possint eligi discreti ad capitula generalia, & prouincialia, ibid. & pag. 121. col. 1.

Articulus vigesimus, Vtrum religiosus illegitimus possit esse sine dispensatione magister nouitiorum, confessor monialiũ, & vicarius conuentus, ibid. & pa. 121. col. 2.

Articulus vigesimus primus, Vtrũ moniales illegitimæ possint esse Abbatissæ sine dispensatione, ibid & pa. 122. col. 1. & 2.

Articulus vigesimus secundus, Quis possit cũ monialibus illegitimis dispensare, vt sint Abbatissæ, ibid. & pa. 123. col. 1. & 2.

Artic. vigesimus tertius, Vtrum prælati regulares possint cum familiaribus illegitimis monasteriorum dispẽsare, vt habere possint beneficium simplex aut curatum. ibi. columna. 2.

# Index

Articulus vigesimus quartus, Vtrùm ista dispensatio debeat fieri à dictis patribus cum Generali, Prouinciali, aut intermedio capitulo. pag. 124. col. 1. & 2.

## QVAESTIO XIIII.

*De Abbatibus & Abbatissis quoad genus, in quatuordecim articulos diuisa. pag. 124. colum. 2.*

Articulus primus, Vtrùm descendentes ex Iudæis, Sarracenis, & hęreticis possint esse prælati in religione Minorum regularis obseruantiæ. pag. 125. col. 2.

Articulus secundus, Vtrùm omnes descendentes ex Iudæis, Sarracenis & hæreticis inclusiuè comprehendantur in constitutione Pauli Quarti. pagina. 127. colum. 1. & 2. & pagina 128. & 129. & 130. in quibus latè tractatur de explicatione dictæ constitutionis.

Articulus tertius, Vtrùm religiosus cuius tritaua fuit igne cremata possit esse prelatus in ordine Minorum, pag. 131. col. 1. & 2. & pag. 132. & pag. 133. & pag. 134. in quibus dubium hoc triplici ipsius diuisione facta Iuridicis, & Theologicis rationibus illucidatur.

Articulus quartus, Vtrùm dictus religiosus teneatur in foro conscientiæ credere habere suam descēdentiam ab ipsa tritaua post commissum crimen. pa. 135 co. 1. & 2. & pagi. 136. co. 1. & 2. in quibus de dubio practico & speculatiuo aliqua notanda dicimus.

Articulus quintus, Vtrùm nouiter conuersus ex Iudaismo, & ex infidelitate comprehendatur in constitutionibus Pauli quarti, & Gregorij XIII. pag. 136. col. 2. & pag. 137. col. 1. & 2.

Articulus sextus, Vtrùm præfatæ constitutiones includant omnes quos vulgus Lusitanum, & etiā aliqua pars vulgi Hispaniæ appellat Christianos nouos, etiam si ante quintam generationē maiores eorum fuerint conuersi. pag. 138. col. 1.

Articulus septimus, Vtrū descendentes ex dicto genere maculato sint priuati dictis officijs, & inhabiles ad ea, si sui progenitores vsq; ad quartā generationē inclusiuè condemnati sunt propter hæresim reconciliati tamen sunt ecclesiæ. ibi. & col. 2.

Articulus octauus, Vtrùm descendentes ex dicto genere maculato sint priuati dictis officijs, & inhabiles ad ea ante latam sententiam. pag. 139. col. 1. & 2.

Articulus nonus, Vtrùm fratres nostri ordinis possint obedire prælatis ex dicto genere, cum primum sciuerint ipsos esse cōprehensos in dictis constitutionibus. pag. 140. col. 1. & 2.

Articulus decimus, Vtrùm supradictos ad dicta munera admittentes inexcōmunicationē ipso facto incidāt, & sint priuati ipso facto officijs & inhabiles ad ea. ibi col. 2.

Articulus vndecimus, Vtrùm hi qui professi sunt in nostra religione ante constitutionem Clementis VII., & Pauli IIII. possint esse diffinitores, discreti capitulares, magistri nouitiorū, vicarij conuentuū, & cōfessores monialiū, etiamsi descendāt ex genere maculato. pag. 141. col. 1. & 2.

Articulus duodecimus, Vtrùm professi in nostra religione ex dicto genere maculato possint esse prædicatores. pa. 142. col. 1.

Articulus decimus tertius, Vtrùm moniales nostri ordinis descendentes ex genere maculato comprehendantur in dictis constitutionibus. ibi. col. 2.

Articulus decimus quartus, vtrùm in ordine D. Hieronymi descendentes à Iudæis vel Sarracenis possint habere officia dicti ordinis. pag. 143. col. 1. & 2. Vide circa materiam istius quæstionis articulū tertiū quęstionis decimæ, sup. pa. 80. co. 2. vbi quæritur, Vtrùm capitulū generale alicuius religionis possit propria autoritate statuere, ne recipiantur ad religionem descendentes ex infidelibus.

## QVAESTIO XV.

*De Abbatibus & Abbatissis quoad sexum & ætatem, in sex articulos diuisa. pag. 143. col. 2.*

Articulus primus, An fœminæ sint capaces spiritualis potestatis. pa. 143. co. 2. & pag. 1

Articulus secundus, Vtrùm minores viginti quinque annorū possint esse Abbates. ibi col.

colum. 2. & pag. 145. colum. 1. & 2.
Articulus tertius, Quam ætatem debeant habere Abbatissæ, & Priorissæ, ibidem. colum. 2.

## QVAESTIO XVI.

*De Abbatibus, & Abbatissis quoad eorum durationem, in quinque articulos diuisa. Pag. 146. colum. 2.*

Articulus primus, Vtrùm magis conueniēs sit, quòd Abbates sint perpetui quam temporales, pag. 146. colum. 1. & pag. 147. colum. 1. & 2.
Articulus secundus, Quo temporis spatio durent modo officia generalium, & aliorum præpositorum præpositarumvè, ibidem, colum. secunda, & pag. 148. colum. 1. & 2.
Articulus tertius, Vtrum Abbatissæ finito triennio teneantur officium Abbatissatus renuntiare, pagina 149. columna prima, & secunda.
Articulus quartus, Vtrùm patrono constituto à Papa super quodā monasterio monialium ad præsentādam Abbatissam habente potestatem debeat institutio ipsius esse perpetua aut triennalis, ibid. & pag. 150. colum. 1.
Articulus quintus, Vtrùm collegium oblatarum teneatur eligere præsidentem trien nalem, an possint eligere perpetuam sicut antiquitus eligebant, ibidem. pag. 50. colum. 1. & 2.

## QVAESTIO XVII.

*De Abbatibus, & Abbatissis quoad potestatem iurisdictionis in communi, in duodecim articulos diuisa. Pag. 150. colum. 2.*

Articulus primus, Vtrùm Abbates habeant immediatam iurisdictionem in suos monachos, pag. 151. colum. 1. & 2.
Articulus secundus, Quo iure competat prę latis regularibus iurisdictio super monachos, ibid. & pag. 152.
Articulus tertius, An Guardiani, & Priores habeant eandem iurisdictionem quam habent prouinciales, aut generales, pag. 153. colum. 1. & 2.
Articulus quartus, quam potestatem habeāt Guardiani, & Priores secundum sua priuilegia, ibidem. colum. 2. & pag. 154. colum. 1.
Articulus quintus, Vtrùm generales & pro uinciales, aut capitula generalia & prouincialia possint restringere & tollere à Guardianis & prioribus vsum dictorum priuilegiorum, ibid. colum. 2.
Articulus sextus, Vtrùm Generales, Prouinciales, Custodes, Priores, & Guardiani habeant iurisdictionem delegatam aut ordinariam. pag. 155. col. 1. & 2.
Articulus septimus, Vtrùm potestas prælatorum regularium possit restringi & coartari à suis prælatis, ibid. colum. 2.
Articulus octauus, Quo iure habeant ministri ordinis Minorum iurisdictionem ordi nariam in moniales ipsis subiectas, pa. 156 & 157.
Articulus nonus, Vtrùm prædicta autoritas concessa prælatis respectu monialiū Sanctæ Claræ sit reuocata per Concilium Tridentinum, & extendatur ad moniales conceptionis, pag. 157. colum. 2. & pag. 158. colum. 1.
Articulus decimus, An potestas prouincialium in Moniales sit ordinaria, vel delegata, ibid. colum. 2.
Articulus vndecimus, Vtrùm autoritas iurisdictionis prælatorum regularium in no uitios sit delegata vel ordinaria, ibidem. & pag. 159. colum. 1. & 2. in quo agitur quomodo prælati regulares concedentes subditis autoritatem ad dispensandum autoritate Apostolica ipsis commissam etiam si moriantur nihilominus eorum autoritas nomine Papæ concessa durat.
Articulus duodecimus, Quam potestatē habeant Abbatissæ, pag. 160. col. 1. & 2.

# Index

## QVAESTIO XVIII.

*De Abbatibus quoad potestatem conferendi ordines, & dandi dimissorias suis subditis, in sex articulos diuisa. Pag. 160. colum. 1.*


Articulus primus. Vtrùm Abbates possint conferre ordines Minores suis subditis.pagina. 161.colum. 1.

Articulus secundus, Vtrùm Abbates nō benedicti possint dictos ordines Minores suis subditis conferre,ibid.colum.2.

Articulus tertius, Vtrùm Abbates ordinis Cistercij habeant priuilegium conferendi ordines Subdiaconatus,& Diaconatus suis monachis,pa.162.col.1.& 2.

Articulus quartus, Vtrum dictum priuilegium sit abrogatum per Concilium Tridentinum,pag. 163.col.1.

Articulus quintus, Vtrùm regulares possint ordinari cum solis literis commendatitijs suorum prelatorum, ibid.col.2.& pa.164. in qua quædam Clementis Octaui circa hoc proponitur concessio.

Articulus sextus, Vtrùm dictis dimissorijs & Commendatitijs literis prælatorum regularium præsentatis teneantur Episcopi ordinare monachos nullo præcedente examine, pagina. 165. columna 1. & secunda.


## QVAESTIO XIX.

*De Abbatibus quoad potestatem benedicendi Ecclesiastica, in sex articulos diuisa. Pag. 166. colum. 1.*


Articulus primus, Vtrùm benedictio calicis, paramentorum & huiusmodi possit fieri à simplici sacerdote,pag.166.col.1.& 2.

Articulus secundus, Vtrùm priores conuentuales atque Guardiani possint benedicere ornamenta Ecclesiastica, ibid. & pag. 167. col.1.& 2.& pag.168.col.1.& 2.in quo tractatur quomodo Guardiani, & eorum Vicarij ipsis absentibus possunt benedicere corporalia pro suis & aliens Ecclesijs.

Articulus tertius, Vtrùm prouinciales possint benedicere in partibus Indiarum supradicta, & alia non distantibus Episcopis extra duas dietas,ibidem.pa.168. col. 2. & 169. colum.1.

Articulus quartus, Vtrùm prælati regulares possint petere ab alieno Episcopo benedictionem eorum, quæ pertinent ad cultum diuinum diœcesani loci licentia minimè requisita,ibidem.col.2,

Articulus quintus, Vtrùm Episcopi pro benedictione dictorum paramentorum & aliorum ad cultum diuinum pertinētium possint aliquid recipere,pag.170.alias 150 colum.1.

Articulus sextus, Vtrùm prælati regulares possint benedicere Ecclesiam pollutā. ibi. colum. 2.


## QVAESTIO XX.

*De Abbatibus quoad potestatem absoluendi suos monachos, in triginta articulos diuisa. Pag. 171. colum. 1.*


Articulus primus, Vtrùm prælati regulares possint absoluere suos subditos à reseruatis à Papa, pagina 172. columna 1. & secunda.

Artic. secundus, Vtrùm authoritas concessa prælatis per Clementem IIII. quoad absolutiones & dispensationes fratrum extendatur ad priores conuentuales, & eorum Vicarios, pagina. 173. columna prima,& secunda.

Articulus tertius Vtrùm supriores in ordine Prædicatorum possint absoluere à supradictis,pag.174.col.1.

Articulus quartus, Vtrùm supradicti patres possint absoluere dictos fratres, & hospites ab omni excommunicatione à iure, & à particulariter lata, ibidem.columna 2.

Articulus quintus, Vtrū possint dicti prælati absoluere à dictis censuris non imposita pœniten-

pœnitentia salutari, neque satisfacta parte pag. 175. col. 2.
Articulus sextus, Vtrùm virtute priuilegiorum possint prælati regulares absoluere monachos nominatim excommunicatos. pag. 176. col. 2.
Articulus septimus, Vtrùm prædicti prælati possint absoluere à dictis censuris virtute dictorum priuilegiorum extra forum sacramentale. pag. 177. col. 1.
Articulus octauus, Vtrùm prædicti prælati possint absoluere à censuris & casibus reseruatis à summo Pontifice post datas concessiones ad absoluendum. ibi. col. 2.
Articulus nonus, Vtrùm dicti prælati possint absoluere suos subditos à casibus Cœnæ Domini. pag. 178. col, 1. & 2. & pag. 179 & 180. in quibus nouiter contra aliquos declaratur, non esse sublatam prælatis regularibus potestatem absoluendi suos subditos ab ijs casibus per processum Bullæ cœnæ quotannis publicatum.
Articulus decimus, Vtrùm prædicti prælati possint absoluere suos subditos à crimine hæresis. pag. 181. col. 1. & 2.
Articulus vndecimus, Vtrū Episcopi possint absoluere à crimine hæresis occulto per suū Commissarium aliquam .v.g. monialem, quæ propter votum aut præceptum clausuræ non potest ad ipsum recurrere. pa. 182 col. 1. & pag. 183. in quibus agitur de explicatione Concilij Tridentini.
Articulus duodecimus, Vtrùm prædicti prælati possint absoluere suos subditos ab excommunicatione capituli, Si quis suadente diabolo pag. 184. col. 1.
Articulus decimus tertius, Vtrùm prædicti prælati possint absoluere suos subditos ab excommunicatione & suspensione, quæ incurritur ratione simoniæ in ordine. pa. 185 col. 1. & 2. & pa. 186. co. 1 & 2. in quibus explicatur constitutio Syxti V. de male promotis, adducta moderatione constitutionis Gregorij Decimi quarti, in qua constitutio Syxti V. restringitur & limitatur.
Articulus decimus quartus, Vtrùm dicti prælati possint absoluere à suspensione à diuinis virtute suorum priuilegiorum. ibid, & pa. 187. & 188. in quibus explicatur, quid sit suspensio à diuinis, & quæ per ipsam suspendantur.
Articulus decimus quintus, Vtrùm prædicti Patres possint absoluere suos subditos à censuris in contemptum clauium commissis. pag. 189. col. 1. & 2. in quibus explicatur, quid sit peccare in cōtemptum clauiū.
Articulus decimus sextus, Vtrùm peccantes ex confidentia horum priuilegiorum possint absolui à dictis prælatis virtute eorum ibi. col. 2. & pag. 190, & 191. col. 1. in quibus explicatur quid sit peccare cum confidentia indulti.
Articulus decimus septimus. Quid sibi velint illa verba in priuilegijs suprapositis, in quibus dicitur, quod prælati possint absoluere suos subditos à pœnis à iure vel ab homine. pag. 191. col. 2.
Articulus decimus octauus, Quid significent illa verba posita in priuilegijs, quod, scilicet dicti prælati possint absoluere à quibuscunque irregularitatibus, & inhabilitatibus pag. 192. col. 1.
Articulus decimus nonus, Quid importetur per illa verba, absoluo vos ab omni infamiæ macula. ibi. col. 2.
Articulus vigesimus, Vtrùm prædicti prælati possint habilitare suos monachos ad officia ordinis, ad quæ sunt inhabiles ratione transgressionis legis canonicæ. pag. 193 & 194. Circa hunc articulum vide alium ordine. 17. in quæstione 24. pag. 250. col. 2. & pag. 251. & 252. cum sequenti, in quo tractatur, Vtrum generalis & prouincialis possint dispensare in foro exteriori cum religiosis committentibus aliqua delicta, propter quæ constitutionibus Apostolicis sunt priuati officijs ipso facto & inhabiles ad alia futura.
Articulus vigesimus primus, vtrùm prædicti prælati possint absoluere nouitios. pa. 194 columna. 2.
Articulus vigesimus secundus, Vtrùm prædicti prælati possint absoluere moniales. pag. 196. columna. 2.
Articulus vigesimus tertius, Vtrùm nouitiæ monialium possint absolui à dictis prælatis, sicut absoluuntur moniales & fratres. pag. 197. col. 2.
Articulus vigesimus quartus, Vtrùm seruitrices dictarum monialium à dictis prælatis possint absolui. pag. 198. col. 1.
Articulus vigesimus quintus, Vtrùm valeat absolutio & dispensatio prælatorum virtute priuilegij, quod ipsi ignorant. pagina 199. col. 1.
Articulus vigesimus sextus, Vtrùm in capitulo generali religionum possint prælati absoluere fratres plenarie. pag. 200. col. 1. & 2.

& 2.& pag.201. in quibus dubitatur vtrũ prælati posint committere dictam absolutionem,dubitatur etiam quomodo intel ligatur absolutio à peccatis extra confessionem peccatorum, & Bulla Clementis Octaui ad hoc adducitur.

Articulus vigesimus septimus, Vtrũ prælatus concedens alicui fratri facultatem vt posit eligere confessorem posit absolui à casibus à quibus dicti prælati posint ab soluere virtute ipsorum priuilegiorum. pag.202.col.1.

Articulus vigesimus octauus, Vtrùm aliqua cõsuetudine posit introduci quod aliquis præter sui superioris licentiam cõfessorem sibi eligere valeat, pag. 203. col. 1. & 2. in quibus defenditur quod Guardianus possit sibi ad libitum eligere confessorem.

Articulus vigesimus nonus, Vtrùm prælato regulari impedito eius subditus possit recurrere ad Episcopum pro absolutione casuum à quibus ipse iure communi aut speciali potest absoluere,ibid. colu. 2. & pag.204.col. 1.

Articulus trigesimus, Vtrùm posit regularis absolui à reseruatis à quolibet confessario regulari negãte superiore pœnitenti suam autoritatem,ibidem.col.2.

## QVAESTIO XXI.

### *De Abbatibus quoad potestatem reseruandi casus, & ab eis absoluendi, in vndecim articulos diuisa. Pag. 206. colum. 1.*

Articulus primus, Vtrùm prælati Ecclesiarum posint reseruare casus, pag.206. columna. 1.

Articulus secundus, Vtrùm prælati regulares possint reseruare casus, pag. 207. col. 1.& 2.& pa.208.in quibus constitutio noua Clementis Octaui circa reseruationes casuum refertur.

Articulus tertius,Quis posit absoluere à casibus reseruatis ipsis prælatis, pag. 208. colum.2.

Articulus quartus, Vtrùm prælati regulares teneantur concedere facultatẽ suis subditis vt posint absolui à casibus reseruatis. pag.209.col.1.& 2.

Articulus quintus,Vtrùm sit obligatus religiosus confiteri peccata reseruata simul cũ alijs negata injustè autoritate à prælatis, pag.210.col.2.

Articulus sextus, Vtrùm superior teneatur audire peccata reseruata simul cum non reseruatis, vt subditum posit absoluere à reseruatis,pag.211.colum.1.

Articulus septimus, Vtrùm confessio reseruatorum superiori, aut habenti autoritatem facta sine debita contritione, aut attritione valeat vt pœnitens posit ea peccata confiteri cuicunque alij confessori inferiori approbato. pagina 211. columna. 2.

Articulus octauus, Vtrùm Guardiani habentes potestatem secundum ius ad eligendum confessorem posit absolui ab eo à casibus reseruatis suis prouincialibus, pagina.213.columna 1.

Articulus nonus, Vtrùm Guardiani quibus prouinciales committunt suos casus possint alteri committere dictam potestatem,ibid.

Articulus decimus, Vtrùm religiosi possint absolui à casibus reseruatis virtute Bullæ Cruciatæ, ibidem. columna secunda, & pagina 214. & pagina 215. in quibus refertur quædam concessio Clementis Septimi, qua fratres Minores possunt gaudere Cruciata etiam non accepta Bulla Cruciatæ, & aliqua ad explicationẽ eiusdem Bullæ adducuntur.

Articulus vndecimus, Vtrùm religionum nouitij possint eligere confessorem, qui ipsos possit absoluere à casibus reseruatis intra ordinem, pagina 215. columna secunda in fine, & pagina 216. per totam, in qua resoluitur, nouitios minimè esse inter religiosos connumerandos, & contra Cordubam aliqua ad eorum statum pertinentia declarantur.

QVAE-

# Quæstionum.

## QVAESTIO XXII.

*De Abbatibus quoad potestatem dispensandi in commmuni, in duodecim articulos diuisa. Pag. 217. colum. 1.*


Articulus primus. Quid sit dispensatio. pag. 217.colu. 1.

Articulus secundus, Quotuplex sit dispensatio, ibid.col. 2.

Articulus tertius, Vtrùm sit idem dispensatio quod priuilegium & declaratio. pag. 218.col. 1.

Articulus quartus, Vtrùm sit necessaria causa ad dispensandum, ibid col. 2.

Articulus quintus, Quæ causæ requirantur ad dispensandum, pagina 219. colum. prima, & secunda.

Articulus sextus, Vtrùm Summus Pontifex possit dispensare cum religiosis, pagi. 220.colum. 1.

Articulus septimus, Vtrùm Episcopi possint dispensare cum religiosis, ibid. colum. secunda, vbi explicatur quomodo ipsis possint indulgentias concedere.

Articulus octauus, Vtrùm prælati inferiores possint dispensare in legibus superiorum & in pœnis eorum, pa. 221.col. 1. & 2.

Articulus nonus, Vtrùm in aliquo casu possint inferiores prælati dispensare insubstãtialibus legis latæ à superiore tollendo omnino obligationem legis in particulari, pa. 222.col. 1.

Articulus decimus, Quo iure an diuino, an humano possint prælati religionũ dispensare cum suis religiosis, pag. 223. & pagina 224. in quibus quid sit de iure diuino explicatur.

Articulus vndecimus, Vtrùm prelati religionum volentes ex iure communi, vel ex priuilegio dispensare possint hanc autoritatẽ subdelegare, pag. 225.col. 1.& 2.


## QVAESTIO XXIII.

*De Abbatibus quoad potestatem dispensandi in certis casibus contra legem, in decem articulos diuisa. Pag. 226. colum. 1.*


Articulus primus, Vtrùm omnis iurisdictionis potestas Episcoporum, & Prælatorum regularium descendat à Summo Pontifice. pag. 226.colum. 1.

Articulus secundus, Vtrùm generales religionum possint transferre prouincialem vnius prouinciæ ad aliam prouinciam, ibidem, colum. 2.

Articulus tertius, Vtrùm generales & prouinciales possint eximere subditũ ab obedientia sui Guardiani, pag. 227. colu. 1. & 2. pag. 228. in quibus resoluitur casus de monacho, qui virtute cuiusdã breuis Apostolici ex Indiarum partibus ad prouincias suæ religionis Hispaniarũ fuerit trãslatus, & in his incorporatus qui non potest ad easdem partes per obedientiam cogi vt reuertatur.

Articulus quartus, Vtrùm generales & prouinciales possint restituere degradatos ab ordine, pag. 228.col. 2.

Articulus quintus, Vtrũ prælati religionum possint restituere ad religionem fratrẽ eiectum, & exautorizatũ à religione, pa. 229. col. 1.& 2.& pa. 230. in quibus quædã circa hoc bulla Sixti Quinti proponitur.

Articulus sextus, Vtrum prælati regulares possint deserere monasteria ædificata, ibidem, col. 2.

Artic. septimus. Vtrũ prælati regulares possint dispensare in iure communi erigendo monasteria sine autoritate Papæ, pag. 231. col. 1. & 2 in qua tractatur quomodo & qua autoritate attẽto Cõcilio Tridẽt. possint modo regulares monasteria ædificare.

Art. octauus, Vtrũ prelati regulares possint erigere prouincias de nouo. pa. 232. co. 1.

Artic. nonus, Vtrũ prælati religionum possint dispẽsare vt vnus habeat plures Guardianatus, & Prioratus, ibid. col. 2.

Articulus decimus, Vtrum prælati religionum possint dispensare in ætate requisita ad habendam prælationem aut dignitatem, pag. 233. col. 1.& 2.


QVAE-

# Index

## QVAESTIO XXIIII.

*De Abbatibus quantum ad potestatem dispensandi in irregularitatibus, in septemdecim articulos diuisa. Pag. 233. colum. 2.*


Articulus primus, Quid sit irregularitas, pag. 234. colum. 1.

Articulus secundus, Vtrùm prælati religionum possint dispensare cum fratribus bigamis ad hoc vt ad sacros ordines promoueantur, ibid. col. 2. & pag. 235. col. 1. & 2. in quibus de vera, similitudinaria & interpretatiua bigamia differitur & declarãtur priuilegia regularium, de bigamia mentionem facientia.

Articulus tertius, Vtrùm generales & prouinciales possint dispensare cum fratribus irregularibus ex corpore vitiato, pag. 235. co. 2. & pa. 236. in quibus de multiplici corporis vitio agitur, & casus circa materiam contingentes proponuntur.

Articulus quartus, Vtrùm Episcopus, an verò prelatus regularis debeat iudicare sitne religiosus corpore vitiatus, pag. 237. col. 1.

Articulus quintus, Vtrùm prouinciales possint dispensare vt religiosus possit celebrare velato propter infirmitatẽ capite, ibid.

Articulus sextus, Vtrùm Prouinciales possint dispensare cum infamibus, ibid. col. 2.

Articulus septimus, Vtrùm prælati regulares possint dispẽsare cum suis religiosis in irregularitate quæ procedit ex animi defectu. pag. 238. & pag. 239. in quibus tractatur qua scientia debent pollere regulares vt ab Episcopis possint ordinari.

Articulus octauus, Vtrùm prælati regulares possint dispensare in irregularitate proueniente ex defectu lenitatis, pa. 240. columna 1. & 2.

Articulus nonus, Vtrùm Generales, & Prouinciales possint dispensare in irregularitate contracta ex homicidio voluntario, pag. 241. col. 2.

Articulus decimus, Vtrùm prælati regulares possint secundum sua priuilegia dispensare in irregularitate procedente ex mutilatione voluntaria alicuius membri. pa. 242. co. 2. vbi quid sit mẽbri mutilatio declaratur.

Articulus vndecimus, Vtrum prælati regulares possint secundum ius dispensare in irregularitate contracta ex homicidio occulto. pag. 243. col. 2. & pag. 244.

Articulus duodecimus, Vtrum prælati regulares possint dispensare secundum eorum priuilegia cum suis subditis in irregularitate contracta ratione homicidij voluntarij occulti, pag. 245. col. 1.

Articulus decimus tertius, Vtrum Prouinciales possint dispensare cum suis subditis irregularibus ex homicidio casuali, & ex homicidio facto causa defensionis, pag. 246. colum. 2.

Articulus decimus quartus, Vtrum prælati regulares possint dispensare cum fratribus irregularibus ex eo quod censura Ecclesiastica irretiti diuina celebrarunt, pag. 247. colum. 2.

Articulus decimus quintus, Vtrum dicti prelati possint dispensare cum nouitijs in irregularitatibus, pag. 248. col. 2.

Articulus decimus sextus, Vtrum prælati regulares possint dispensare cum fratre irregulari ratione homicidij voluntarij ad hoc vt in religione possit esse prælatus. pagina 249. colum. 1.

Artic. decimus septimus, Vtrùm Generales & Prouinciales possint in foro exteriori dispensare cum religiosis, committentibus aliqua delicta, propter quæ constitutionibus Apostolicis sunt priuati officijs ipso facto, & inhabiles ad alia futura. pag. 250. co. 2. & pa. 251. & pa. 252. & pa. 253. in quibus aliqua notabilia proponuntur, & explicatur capitulum, at si clerici §. de adulterijs de iudic.


## QVAESTIO XXV.

*De Abbatibus quoad potestatem dispensandi & commmutandi vota suorum subditorum, in octo articulos diuisa. Pag. 253. colum. 2.*


Articulus primus, Vtrùm Papa possit dispẽsare cum religiosis in voto solemni religionis, pag. 253. colum. 2.

Artic. secundus, Vtrùm Papa possit efficere de

de religioso non religiosum, vt possit ducere vxorem. pag. 254. col. 2.
Articulus tertius, Vtrum Summus Pontifex possit dispensare cum militibus ordinum Militiarum vt possint contrahere matrimonium. pag. 255. co. 1.
Articulus quartus, Vtrum prælati regulares possint irritare, aut dispensare vota suorũ subditorum. ibi. col. 2.
Articulus quintus, quo iure prælati regulares habeant autoritatem irritandi vota religiosorum. pa. 256. co. 2
Articulus sextus, Vtrum prælati regulares possint dispensare in votis volentium ordinem intrare. pag. 257. col. 1.
Articulus septimus, Vtrũ dicti prelati & Abbatisse possint irritare & dispẽsare in votis monialium. columna. 2. in fine. ibidem.
Articulus octauus, Vtrum dicti prælati possint dispensare, commutare, & irritare vota nouitiorum, & nouitiarum. pag. 258 col. 1. & 2.

## QVAESTIO XXVI.

*De Abbatibus, quoad potestatem dispensandi in obseruantijs regularibus, in octo articulos diuisa. pag. 258. col. 2.*

Articulus primus, An prælati generales, & prouinciales possint dispensare in omnibus obseruantijs regularibus, exceptis tribus votis essentialibus. pagi. 258. col. 2. & pag. 259. & pag. 260. & pag. 261. & pag. 262. in quibus explicatur concilium Tridentinum. sess. 25. de regularibus cap. 1. & quoddam Pij V. indultum fratribus Minoribus obseruantibus concessum, quo declaratur, & dispensatur in aliquibus præceptis regulæ dictorum fratrum.
Articulus secundus, Vtrum expediat vti dicta constitutione Pij Quinti. pag. 263. col. 1. & 2. & pag. 264. in quibus rationes efficaces proponuntur, propter quas dicta constitutio, tanquam in nihilo repugnans puritati paupertatis dictorum fratrum, esb ab omnibus admittenda.
Articulus tertius, In quibus releuentur fratres per dictam concessionem. pa. 264. col. 2. in fine, & pag. 265. & 266. ex quibus dicta in superiori articulo clariora fiunt.
Articulus quartus, Vtrum fratres Minores possint recipere modo triticum & alia superabundantia, vt pro alijs rebus necessarijs commutentur. pa. 266. col. 1.
Articulus quintus, Vtrum præcepta regulæ Minorum sint vota. pag. 267. col. 1. & 2. & pagina 268. & pag. 269. & pag. 270. & pagina 271. & pagina 272. & pagina 273. in quibus explicatur Clementina, Exiui, de verborum significatione, in Concilio Vienensi recepta.
Articulus sextus, Quis prælatus possit dispensare cum Minoribus in præceptis de non equitando, & de non portandis calceamentis, an necessario debeat esse prouincialis. pag. 274. col. 1. & 2.
Articulus septimus, Quis possit dispensare cum dictis prælatis ad supradicta. pa. 275. columna. 1.
Articulus octauus, Vtrum possint fratres vti dispensationibus sine causa impetratis. ibi. columna. 2.

## QVAESTIO XXVII.

*De alienatione rerum ecclesiasticarum, in tredecim articulos diuisa. pagina. 276. columna. 1.*

Articulus primus, Quid sit alienatio. pagina 276. col. 2.
Articulus secundus. Quæ requirantur in alienatione rerum monasteriorum. pag. 277. & pa. 278. & 279. & 280. 281. 282. in quibus declarantur maxima regularium priuilegia, quæ de alienatione rerum ecclesiasticarum, & regularium aliqua concedunt.
Articulus tertius, Vtrum in aliquibus religio-

gionibus alienationes & contractus generalibus & prouincialibus tantum committantur, pag. 283. colum. 1. & pag. 284. & pag. 285. in quibus aliqua priuilegia regularium explicantur.

Articulus quartus, Vtrùm Abbas sine consensu capituli sui, & generalis possit opacas arbores locorum sui monasterij pro vberiori fructuum collectione cædere præsertim si Cæsarum arborum pretia in bonorum stabilium emptione in commodum illius monasterij conuertit, pag. 286. colum. 1.

Articulus quintus, Vtrùm prælati ordinis Minorum possint commutare legata facta locis suis in vnum vsum, in alium, ibid. colum. 2. & pag. 287. & pag. 288. in quibus explicatur concessio quædam Leonis Decimi, & regula Patris nostri Francisci declaratur.

Articulus sextus, Vtrùm syndicus fratrum Minorum possit extra ordinē aliquid per donationem alienare, pag. 288. colum. 2. & pag. 289. & pag. 290. in quibus explicatur nouè quanta sit huius syndici autoritas, & quod constitutio Clemētis Octaui de elargitione munerum regularibus prohibita huius syndici minimè abstulit autoritatē ad faciendas alienationes extra religionem in vtilitatem religionis.

Articulus septimus, Vtrùm syndicus fratrum Minorum possit commutare triticum, & alia eleemosynaliter petita pro alijs rebus ad victum necessarijs, pagina 290 col. 2. Vide posita supra q. 26. artic. 4. pag. 266. colum. 1. in quo quæsitū fuit vtrum fratres Minores possint recipere modo triticum, & alia superabundantia vt pro alijs rebus necessarijs commutentur.

Articulus octauus, Quæ alienationes dicantur fieri in vtilitatem monasteriorum, pa. 290. col. 2.

Articulus nonus, An valeat alienatio facta in vtilitatem monasterij etiam si non fiat cum iuris & priuilegiorum solennitatibus, pag. 291. colum. 1.

Articulus decimus, Vtrùm emptor tenetur restituere rem monasterij ab ipso emptam sine solennitatibus suprapositis, pagina 291. colum. 1.

Articulus vndecimus, Vtrùm malè alienans rem Ecclesiæ teneatur restituere damnum datum ei cui eam alienauit, vel è contra malè accipiens rem alienam debeat soluere damnum alienanti vel Ecclesiæ, cuius est res malè alienata, pag. 292. columna. 2.

Articulus duodecimus, Vtrum commendatarij perpetui ordinum Militarium possint alienare, pag. 293. colum. 1.

Articulus decimus tertius, In quas pœnas incurrunt non seruantes in dictis alienationibus solennitates supradictas, quæ ad alienationem rerum Ecclesiç requiruntur, pag. 294. col. 1.

## QVAESTIO XXVIII.

*De Altaribus, in tres articulos diuisa. Pag. 294. colum. 2.*

Articulus primus, Vtrùm necessariò debeat dici missa in altari consecrato, pa. 294. colum. 2.

Articulus secundus, Vtrùm regulares prçlati possint altaria consecrare, pag. 295. col. 1. & 2. in qua quoddam priuilegium ordinis Cistercienſis explicatur.

Art. tertius, Vtrū fratres Minores possint celebrare in altari portatili, pa. 296. columna. 1.

## QVAESTIO XXIX.

*De appellationibus, in quinque articulos diuisa. Pag. 296. colum. 2.*

Articulus primus, Quid & quotuplex sit appellatio, pag. 296. colum. 2.

Articulus secundus, Vtrum licitum sit regularibus appellare à grauaminibus sibi illatis,

latis,pag.297.colum.1. & 2.
Articulus tertius, Vtrùm deceat religiosos appellare,pag.298.colum.1.
Articulus quartus, Vtrùm peccent iudices regulares appellationes negantes, ibidem. columna 2.
Articulus quintus, Vtrùm suspensio à voce actiua & passiua suspendatur per appellationem subsequentem, pag. 298. columna 2. in fin.

## QVAESTIO XXX.

### *De Apostatis, & à religione electis, in vigintiocto articulos diuisa. Pag. 299. colum. 1.*

Articulus primus, Quid & quotuplex sit apostasia,pag.300.col.1.
Articulus secundus, Vtrùm portantes habitum subtus in absconditò sint apostatæ, pag.301.col.1.
Articulus tertius, Vtrùm pœna fugitiui puniatur monachus qui ob aliquod leue peccatum supra modum grauatus ad suos superiores sine licentia inferiorum pergit. ibidem.
Articulus quartus, Vtrùm pœnæ quas posuit Paulus IIII. contra religiosos extra claustra vagantes & apostatas cum habitu, vel sine habitu tantum sint latæ contra apostatas,pag.301.colum.2.
Articulus quintus, Vtrùm prælatus teneatur requirere apostatam fugitiuũ,pag.302 colum.2.
Articulus sextus,Vtrùm prælatus possit vbicunque deprehendere apostatam fugitiuum,pag.303.col.1.
Articulus septimus. Qua pœna puniantur hi fugitiui,pag.304.colum.1.
Articulus octauus, Qua pœna puniãtur dictos fugitiuos recipientes, pag. 305. colum.1.
Articulus nonus, Vtrùm apostatæ & fugitiui fratres sint à suis prælatis benignè recipiendi,pag.306.colum.1.
Articulus decimus, Vtrum bona apostatarũ & fugitiuorum ordinis Minorum pertineant ad ipsum ordinem, ibidem. columna 2.
Articulus vndecimus, An prædicti apostatæ & fugitiui ad ordinem cum aliquibus bonis redeuntes teneantur scribere memoriale creditorum, & debitorum & ipsum suo prælato præsentare, pag. 307.colum. 1. & pag. 308. in quibus resoluitur, quod memoriali propalato in prima ipsorũ confessione debet dari fides, & explicatur constitutio Pij Quinti bona apostatarum morientium extra ordinem cameræ Apostolicæ applicans.
Articulus duodecimus, Vtrum solum bona acquisita ab apostatis per negotiationem contra iustitiam cameræ Apostolicæ applicentur. pag. 308. colum. 2. in fin.
Articulus decimus tertius, Vtrùm propter crimẽ apostasiæ quis à religione rectè possit expelli,pag.309 colum.1. & pag. 310. in quibus resoluitur solum incorrigibilem esse à religione eijciendum.
Articulus decimus quartus, Vtrùm apostata qui in religione Minorum non fuit ter conuictus, neque ter punitus possit expelli à religione propter hæc & alia grauia delicta quæ in apostasijs, & in religione cõmisit, pag. 310. colum. 2. & pagin. 311. & pagin. 312. in quibus probatur duplicem esse incorrigibilitatem, quandam de iure,quandam verò defacto, quæ doctrina ad multorum casuum decisionem maximè conducit.
Articulus decimus quintus, Vtrum solum Generalibus aut Prouincialibus expulsio horum apostatarum & delinquentiũ committatur,pag.312. colum. 2.
Articul. decimus sextus, Vtrùm Generales, aut Prouinciales possint eijcere incorrigibiles sine consilio patrum,pagina.313. colum.2.
Articulus decimus septimus, Vtrùm dicti prælati possint expellere à religione homicidam,pag.314.colum.2.
Articulus decimus octauus, Vtrum religiosus de crimine nefando conuictus possit à religione expelli, pag. 315. colum.2.
Articulus decimus nonus, Vtrùm iustè expulsi à religione teneãtur ad seruandam regulam, quam vouerunt,pag.316.colum.1 & 2.cum seq.

Arti-

Artic.vigesimus, Vtrum à monasterio eiectus rogansvt iterũ recipiatur possit manere tuta conscientia in sæculo, si prælati eum nolint recipere, pagina 317. columna 1. & 2.

Articulus vigesimus primus, Vtrùm legitime eiectus possit intrare in aliam religionem sine licentia superioris qui eum eiecit, pag. 328. colum. 1. & 2.

Articulus vigesimus secundus, Vtrum prælati possint expellere incorrigibilem à sua religione iubendo ei, vt ingrediatur aliam strictiorem intra certum tempus, ibidem. colum. 2.

Articulus vigesimus tertius, Vtrum promotus tantum ad sacrum subdiaconatus ordinem si expellatur propter eius delicta ab ordine possit ordinari ab Episcopis. pagina. 319. colum. 1.

Articulus vigesimus quartus, Cui episcopo erunt subiecti expulsi à religione an Episcopo originis, an domicilij, ibid. colum. 2. vbi doctrina quædam contra aliquos proponitur.

Articulus vigesimus quintus. Cui acquirant isti legitimè expulsi, pag. 320. colum. 1.

Articulus vigesimus sextus, Vtrum eiectus teneatur vti habitu clericali ordini suo cõuenienti, ibid. col. 2.

Articulus vigesimus septimus, Vtrum isti eiecti possint tradi brachio sæculari vt corporaliter puniantur, pag. 321. col. 1.

Articulus vigesimus octauus, Vtrum eiectus à sua religione si ad eam iterum recipiatur necessarium sit, quod in ea iterum profiteatur. ibid. colum. 2.

## QVAESTIO XXXI.

*De Baptismo, in sex articulos diuisa. Pag. 322. colum. 1.*

Articulus primus, Vtrùm Monachi possint baptizare, pag. 322. colum. 2. & pag. 323. in quibus traditur quomodo fratribus Minoribus non prohibetur in sua regula baptizare, sed de fonte leuare baptizatum.

Articulus secundus, An Canonici regulares possint esse patrini eleuando baptizatum de fonte, pag. 323. colum. 2.

Articulus tertius, Vtrùm religiosi in partibus Indiarum possint baptizare, ibidem. & pag. 324. colu. 1. & 2. in quibus referuntur, & explicantur priuilegia Apostolica ipsis fratribus pro his partibus concessa.

Articulus quartus, Vtrum filij Hispanorum vocati mestizos, possint virtute breuis Pauli Quarti per fratres baptizari, pagina 324. colum. 2.

Articulus quintus, Vtrum dicti fratres possint vti oleo sancto, & chrismate antiquis in baptismo, pag. 325. col. 2.

Articulus sextus, Vtrũ baptismus in his partibus possit conferri extra Ecclesias sine præfatis cæremonijs, pag. 326. col. 1.

## QVAESTIO XXXII.

*De Bello. Pag. 326. colum. 1.*

Articulus vnicus, Vtrum religiosi possint in bello contra infideles exhortari dimicantes, pagina 326. columna secunda.

## QVAESTIO XXXIII.

*De benefactoribus, in septem articulos diuisa. Pag. 327. col. 1.*

Articulus primus, Vtrum aliqua censura, benefactores monasteriorum molestari possunt ab ordinarijs, pag. 327. colum. 1.

Articulus secundus, Vtrum prælati regulares possint applicare benefactoribus opera subditorum suorum, ibidem. colum. 2. & pag.

& pa.328.in quibus explicatur,quomodo dicta opera, quo ad vim meriti & satisfactionis applicent.
Articulus tertius, Vtrùm prælati regulares applicent benefactoribus in suis litteris cõmunicationem, quantum ad merendum. pa.329.col.1.
Articulus quartus, Quid applicent prælati de bonis subditorum in litteris ab eis datis ibi. & col.2.
Articulus quintus, Vtrùm prælati possint applicare benefactoribus bona subditorũ suorum iam facta.pag.330.col.1.
Articulus sextus, Vtrùm dicta applicatio æqualiter proficiat omnibus benefactoribus,quibus dictæ litteræ conceduntur. ibi. col.2
Articulus septimus, Quę sit differentia inter hanc communicationem & indulgentiam pa.330.col.1.

## QVAESTIO XXXIIII.

*De beneficijs ecclesiasticis à regularibus,& regularibus conferendis in nouem articulos diuisa.pag.331.col.1.*

Articulus primus,Quod & quotuplex sit beneficium.pa.331.col.2.
Articulus secundus, Vtrùm beneficia regularia sint beneficia.pag.332.col.2.
Articulus tertius, Vtrùm monachus beneficium habere possit,& à quo conferri possit.pag.333.col.1.& 2.
Articulus quartus,Vtrùm monachus possit promoueri in ecclesia collegiata ad canonicatum,vel aliud beneficium simplex ipsius ecclesiæ collegiatæ.pa.334.col.1.
Articulus quintus, Vtrùm religiosus possit acceptare beneficium in ecclesia seculari sine licentia sui prælati.ibi.col.2.
Articulus sextus, Vtrùm monachus qui factus est Rector alicuius ecclesiæ secularis teneatur ad statuta sui ordinis. pagi. 335. colum.1.
Articulus septimus, Vtrùm religiosus acquirat monasterio,vel ecclesię in qua habet beneficium.pag.336.col.1.
Articulus octauus, Vtrùm monachus possit cogi à prælato ad accipiendum aliquod beneficium,vel prohibere ab eius acceptatione.ibi.col.2.
Articulus nonus, Vtrùm prælatus possit cogere subditum suũ ad relinquendũ beneficium manuale, aut habilem facere ad duo beneficia, etiam sui ordinis & monasterij. pag.337.col.1.&2.

## QVAESTIO XXXV.

*De cura animarum quam habent Regulares super Indos,in sex articulos diuisa.pag.338.col.1.*

Articulus primus,Vtrũ in partibus Indiarũ possint religiosi Mendicãtes extra sua monasteria esse ecclesiarum parochi.pa.338. colum.1. & pag.339. in quibus Breue Pij Quinti pro Mendicantibus concessum ad petitionem Philippi Secundi Hispaniarum Regis explicatur.
Articulus secundus,Vtrùm Reges Hispaniarum possint signare ministros sine licentia Episcoporum.pa.340.& pa.341.in quibus latè & Theologicè prosequitur, quomodo Reges Hispaniarum hanc habent delegationem Apostolicam,& quomodo Reges Hispaniarum habent in dictis partibus ius per dictam delegationem,& per ius patronatus aliud distinctum ius.
Articulus tertius,Vtrùm licentia ad exercendum officium parochi in partibus Indiarũ debeat concedi fratribus in capitulis prouincialibus.pa.341.col.2.
Articulus quartus, Vtrùm capitulum prouinciale possit committere hanc licentiam fratribus alterius prouinciæ, pagina 342. col.1.

Articulus quintus, Vtrum religiosi Indiarũ sint curati, pag. 342. colum. 2.
Articulus sextus, Vtrùm Episcopi post intimationem breuis Pij V. possint auferre à fratribus populos aliquos Indorum. pag. 342. colum. 2.

## QVAESTIO XXXVI.

*De potestate ad conferendum & gubernandum beneficia regularia, in septem articulos diuisa. Pag. 344. colum. 1.*

Articulus primus, Quis possit hæc beneficia regularia dare, pag. 344. & pag. 345. in quibus aliqua regularium priuilegia proponuntur & explicantur.
Articulus secundus, Quod salarium debeat constitui seruientibus Ecclesijs parrochialibus monasterijs vnitis, pag. 346. colum. 1. & 2.
Articulus tertius, Vtrũ Episcopi possint visitare Ecclesias ordinum Militiarum exigẽdo rationem à rectoribus, & ab œconomis visitando cõfratrias, & Eremitas, pag. 347. colum. 2. & pag. 347. & pag. 348. & 349. 350. in quibus loca Concilij Tridentini explicantur sess. 4. cap. 5. de reform. & sess. 7. de reformat. cap. 8. & sess. 21. cap. 8. de reform. & sess. 24. cap. 9. de reformat. & sess. 25. cap. 8. & 20. de reformat.
Articulus quartus, Vtrùm Episcopus possit corrigere fratrem beneficiatum dictorum ordinum seruientem beneficium curatum in eo quod deliquerit circa ministerium curatus, pagina 351. columna prima. & pag. 352. & pag. 353. in quibus declaratur etiam Concil. Tridenti. sess. 25. ca. 11. de refor. cõtra aliquos ipsum male intelligẽtes.
Articulus quintus, Vtrum sententia consilij regalis noceat supradictis quæ declarauit Episcopum quendam non facere vim visitando, & prætẽdendo visitare Ecclesias ordinum Militiarum, & castigare fratrẽ eorũ habentem curam cuiusdam Ecclesiæ ipsorum in eo quod deliquerit in administratione ipsius curatus, pag. 353. col. 1.
Articulus sextus, Vtrum Priores ordinũ Militiarum, in quorũ prioratibus sunt aliquæ Ecclesiæ annexæ possint aliqua munera episcopalia exercere, pag. 354. colum. 2.
Articulus septimus, Vtrũ oblationes & anniuersaria pertineant ad Commendatarios seu perceptores Militiarũ, an ad vicarios, & rectores ecclesiarũ quibus impositi sunt prælati perceptores, pag. 356. colum. 1. & 2. in qua differentia inter oblationes anni uersaria & decimas quantum ad id quod quæritur proponitur.

## QVAESTIO XXXVII.

*De beneficijs Ecclesiasticis nouitiorum, in duos articulos diuisa. Pag. 357. colum. 1.*

Articulus primus, Vtrum beneficium quod habet nouitius quando ingreditur religionem vacet, pagina 357. columna prima.
Articulus secundus, Vtrum renunciatio beneficij facta ante duos professionis mẽses valeat, ibid. pag. 2. in quibus Conciliũ Tridentinum explicatur.

## QVAESTIO XXXVIII.

*De Bonis regularium, in septem articulos diuisa. Pag. 358. col. 1.*

Articulus primus, Vtrũ religiosi male quæsita, & ablata, & eorum dispositioni relicta possint sibi applicare, pag. 358. col. 2.
Articulus secundus, Vtrùm religiosi possint habe-

habere bona emphyteutica.pag.359.col.2 &.pag.360. in quibus dubium ventilatur vtrum ſi penſio ratione emphyteuſis debita monaſterio non ſoluatur cadat emphyteuta in commiſſum & poſsit expelli autoritate prælati monaſterij & ad hoc adduci turquoddã priuilegiũ cõceſſum ordini Sãctiſſimæ Trinitatis in Regno Portugaliæ.

Articulus tertius, Vtrùm bona feudalia poſſint monachi recipere,pag.360.col.2.& pagin.361.col.1. in quibus declaratur quid & quotuplex ſit feudum.

Articul.quartus, Vtrùm bona deperdita ſint aliquibus religionibus applicata,pag.361. col.1.&.pa.362. in quibus declaratur qua ratione bona inuenta & deperdita ordini Sanctiſsimæ Trinitatis & ordini Sanctæ Mariæ à Mercede applicãtur pro redemptione captiuorum,& de valore excommunicationum pro rebus inuentis quæ ad inſtantiam fratrum horum ordinum quotidie publicantur.

Articulus quintus, Vtrùm aliqua alia dictis fratribus pro redemptione captiuorum debeãtur,pag.363.col.1.&.2.&. pa.364.co.1. in quibus de intellectu.l.1.tit.8.lib. 1.ordinam.agitur.

Articulus ſextus, Vtrùm bona monaſteriorum deſertorum pertineant ad fratres,pa. 364.col.1.

Arti. 7. in quas pœnas incurrant occupantes bona regularia.pag.365.col.1.

## QVAESTIO XXXIX.

*De canonica portione in nouem articulos diuiſa, Pagina.365.columna.2.*

Articulus primus, Quid ſit canonica portio, pag.366.col.1.

Articulus ſecundus, De quibus & à quibus debeatur canonica portio,ibid.&.col.2.&, pag.367. &.368. col.1. in quibus ſingularis declaratio illuſtriſsimorum Cardinaliũ refertur ſatis authentica & neceſſaria in practica.

Articulus tertius,Vtrùm quando aliquis defacto contra voluntatem fratrum in eorũ Eccleſijs ſepelitur debeatur quarta portio,pag.368.col.1.

Articulus quartus, Vtrùm quarta funeralis debeatur Eccleſiæ parrochiali nouitio decedente in anno nouitiatus extra monaſterium eligente ſepulturam in monaſterio, pag.368.col.2.

Articulus quintus, Vtrùm quando aliquis cuius maiores ſolent ab antiquo in aliqua Eccleſia ſepeliri ea dimiſſa eliget ſibi ſepulturam vtrum inquam canonica portio debeatur Eccleſiæ dimiſſæ,pag.369.colum.1.

Articulus ſextus, Vtrùm valeat electio ſepulturæ in aliquo monaſterio non legando Eccleſiæ parrochiali quartam funeralem, ibi. columna.2.

Articulus ſeptimus,Vtrùm legatum Eccleſiæ parrochiali ab eo qui alibi eligit ſepulturam computetur in quartam funeralem debitam parrochiæ, pagina. 380. columna. prima.

Articulus octauus,Vtrùm canonica portio poſsit renunciari,ibid.

Articulus nonus,In quam pœnam incurrunt prælati vel curati cogentes fratres vel teſtamentarios, vel hæredes defuncti ad ſoluendam quartam,ibid.col.2.

Circa hanc quæſtionem dubium eſt notabile & in practica verſatum,vtrum ſcilicèt conſuetudine poſsit introduci vt regulares ad aliquid plus quam ad quartam funeralem teneantur.Cuius reſolutionem habes infra hoc tomo. q. 69.articulo. 3. pagina. 672. colum.2.

## QVAESTIO XL.

*De cantu in duos articulos diuiſa,Pagina.381. per errorem.371.columna.1.*

Articul.primus,Vtrùm apud regulares ſit licitus cantus organicus in officio diuino, pag.381. per errorem.371.col.1.&.2.&. pag.382.per errorem.372.

Articulus ſecundus, In quas pœnas incurrũt huic cantico organico inſiſtentes, pa.383.

per errorem, pag.373.col.1. in qua quæstione agitur de intellectu extrauagantis primæ Ioannis.22.de vita & honestate clericorum & aliqua de cantu traduntur.

## QUAESTIO XLI.

*De capitulis generalibus & prouincialibus in quinque articulos diuisa, pag.383.per errorem.373.colum.1.*

Articulus primus, Quid sit capitulum & quãdo celebrandum, pag.383.per errorem. 373.col.2.

Articulus secundus, Quæ in capitulis generalibus & prouincialibus possint fieri, pag. 384.per errorem.374.col.1.&.2.

Articulus tertius, Vtrùm solis capitulis prouincialibus competat depositio Abbatum & Abbatissarum,ibid.

Articulus quartus, Vtrùm interessentes in capitulo generali possint plenariè absolui, pagina.385.per errorem,375,columna.1. &.2.

Articulus quintus, Quam autoritatem & potestatem habeant capitula prouincialia fratrum mendicantium Indiarum,pagina-386.alias per errorem, 376.columna. prima.

## QUAESTIO XLII.

*De celebratione diuinorum quoad officium diuinum in.21.articulos diuisa.Pa. 386.alias per errorem 376.columna.2.*

Articulus primus, Vnde habuerit originem ritus quem Ecclesia Romana seruat in officio diuino faciendo, pag. 387. per errorem.377.col.1.&.2.

Articulus secundus, Quomodo sit officium diuinum recitandum, pag.188.&.per errorem. 378. col.1.&.2.&.pag.389.alias per errorem.379.&.pag.380.in quibus aliquę concessiones factæ regularibus pro officio diuino recitando proponuntur & explicantur.

Articulus tertius, Vtrùm satisfaciant fratres officio diuino supplendo postea defectus pag.380.col.2.&.in fin.

Articulus quartus, Vtrùm officium diuinum possit dici mentaliter, pag.381.col.2.

Articulus quintus, An fratres possint officiũ diuinum mutare ratione alicuius negotij, aut occupationis magnæ,pag.382.col.1.

Articulus sextus, An religiosi recitantes horas canonicas ex libro lucrentur indulgentias.383.col.1.

Articulus septimus, Vtrùm prælati possint dispensare cum fratribus infirmis in officio diuino recitando,ibid.col.2.

Articulus octauus, Vtrùm itinerantes fratres possint recitare horas canonicas non per breuiarium quo eas tenentur recitare,pag. 384.col.2.

Articulus nonus, Vtrùm socius alicuius religiosi possit recitare horas canonicas iuxta priuilegium concessum dicto religioso,pa. 385.columna.1.

Articulus decimus, Vtrùm religiosus liberatus propter eius infirmitatem à recitatione horarum canonicarum,sit etiam liberatus ab earum auditione,aut à parte quam potest recitare,pag.386.col.1.

Articulus vndecimus, Vtrùm possint prælati regulares mutare aliquid addendo, vel minuendo de officio diuino,pag.386.col.2

Articulus duodecimus, Vtrùm aliquis ratione priuilegij possit recitare secundum diuersa breuiaria, pa.287.col.1.in qua & sequenti aliqua dubia grauissima proponuntur distinguẽdo casum positum in articulo quæstionis.

Articulus decimustertius, Vtrùm qui non tenentur recitare breuiario Romano nouo vti possint si velint eo extra chorum,pagi. 388.col.1.

Artic.14. Vtrũ religiosi teneantur dicere officium defunctorũ & septem psalmos pęnitentiales & canticum graduum in choro & extra chorum vbi est consuetudo,ibi.co.2.

Arti.15. Vtrũ regulares ac clerici teneantur dicere officiũ diuinum B.Marię virginis in choro vbi erat cõsuetudo ante breuiarium reformatum,pag.389.col.1.

Articulus,16.Vtrùm fratres minores possint ferijs quintis relicto sancto simplici occurrente recitare officium corporis Christi, ibid.col.2.

Articulus, 17. Vtrùm regularis obligatus ad reci-

ad recitandum horas per breuiarium reformatum ſi præficiatur Eccleſiæ ſeculari teneatur per ipſum etiam tũc horas recitare pag.396.col.2.

Articulus decimuſoctauus, Vtrùm officium diuinum poſsit anteponi & poſtponi, ibidem.

Articulus decimuſnonus, Vtrùm laici fratres ad ſacerdotium ſine licentia ſuperiorum promoti teneantur recitare officium diuinum, pag.391. columna. 2.

Articulus vigeſimus, Vtrùm moniales teneãtur recitare officium diuinum & an potiantur facultatibus fratribus conceſsis quoad ipſius recitationem, pag.392.col.1.&.2.in qua traditur quomodo religioſi ſocietatis nõ tenẽtur dicere officiũ diuinũ in choro.

Articulus vigeſimusprimus, Vtrûm religioſi & religioſæ poſsint recitare de Sanctis ſuorum ordinum, pagina.393. columna. 1. in qua etiam reſoluitur vtrùm poſsint in particulari huic priuilegio renunciare.

## QUAESTIO XLIII.

*De celebratione diuinorum quantum ad miſſam in decem & ſeptem articulos diuiſa, Pagina.393.columna.2.*

Articul.1.Quid ſit miſſa & vtrum ante lucem dici poſsit, pag.394.col.1.&.2.vbi reſoluitur quid ſit & quando dicatur aurora.

Articulus ſecundus, Vtrum miſſa poſsit celebrari poſt meridiem, ibid.colum.2.&.pagi.395.col.1. vbi explicatur conſtitutio Pij Quinti quoad hoc.

Articulus tertius, Vtrùm Prouinciales ſecluſo priuilegio poſsint diſpenſare vt miſſæ ante auroram & poſt meridiem celebrentur, pag.395.col.2.

Articulus quartus, Vtrùm miſſa poſsit dici extra Eccleſiam in altari portatili, pa.396. col.2.&.pag.397.col.1.&.2. in quibus agitur de priuilegijs varijs regularium & intellectu Concilij Tridentini ſeſsione.22.in decreto de obſeruandis & euitandis in celebratione miſſæ.

Articulus quintus, Vtrùm priuilegia regularia quoad modum tempus & locum celebrandi miſſam ſint per Concilium Tridentinum ſublata, pag.398.col.1.

Articulus ſextus, Vtrùm modo poſt Concilium Tridentinum poſsint prælati regulares nullo priuilegio extante diſpenſare vt miſſæ extra locum ſacrum celebrentur, pag.399.col.1.

Articulus ſeptimus, Vtrùm miſſa poſsit audiri extra parrochiam in monaſterijs religioſorum, pag.400.&.pag.401.in quibus reſoluitur quod ſaltim poſſunt compelli religioſi ad declarandũ fidelibus in miſsis in ſolemnijs feſtorum quot vigiliæ ieiunij & feſtiuitates in hebdomada occurrunt quod ex Concilio Tridentino demonſtratur.

Articulus octauus, Vtrùm poſsit dici miſſa votiua priuata in feſto, pag.401.col.2

Articulus nonus, Vtrùm religioſi pro vna miſſa commendata vnius feſti poſsint dicere aliam, pag.402.col.1.

Articulus decimus, Data eſt cuidam monaſterio quædam eleemoſina vt eius prælatus miſſas Diui Gregorij pro anima defuncti faciat celebrare, Quæritur vtrum ſatis faciat dicendo alias miſſas de ſanctis & Dominicis occurrentibus recordatione ſolum habita in memento de dicta anima ibique valorem miſſæ ei applicando, ibid.col.2.& pag.403.in quibus docetur quæ ſunt miſſæ Diui Gregorij & vtrum poſt Concilium Tridentinum & miſſale reformatum dici poſsint & vtrum obligatio ad celebrãdum quotidie ſit admittenda.

Articulus vndecimus, Vtrũ dominæ noſtræ miſſa celebrari poſsit in ſabbato concurrente feſto & idem de officio defunctorũ quæritur inquocunq; feſto, pag.404.col.1

Articulus duodecimus, Vtrùm in Eccleſijs regularibus ſint duæ miſſæ dicendæ in quadrageſima & aduentu & in vigilijs ſcilicet vna de feria & altera de ſancto occurrente ibid. col.2.&. pag.405.col.2.in quibus reſoluitur nomine Eccleſiarum collegiatarum non venire monaſteria.

Artic.13. Vtrum generales ordinum poſsint reducere miſſas capellarũ ad minorem numerum, pa.405.co.1.&.pa.406.co.1.&.2.

Artic.14. Vtrùm gloria in excelſis Deo dici poſsit à regularibus in miſsis votiuis, pag. 407.col.1.

Artic.15. Vtrùm in feſtiuitatibus ſanctorum ordinum debeat dici ſymbolum apoſtolorum in miſſa, ibid.col.2.

Artic.16. Vtrũ religioſi cũ vna miſſa poſsint pluribus pitantijs ſatisfacere, pagin. 408. &.409.in quibus hoc latè proſequitur.

# Index

Articulus decimusseptimus, Vtrùm teneantur curati negare celebrationem missarum presbyteris peregrinis aut ignotis regularibus, pag. 410. col. 1.

## QVAESTIO XLIIII.

*De clausura monialium in communi in quatuor articulos diuisa, Pag. 410. columna. 2.*

Articulus primus, Vtrùm Ecclesia habeat potestatem ad instituendam clausuram monialium, pag. 412. pag. 413. in quibus hoc latè explicatur & constitutiones pontificales illucidantur.

Articulus secundus, Vtrùm omnium monialium generalis clausura præcipiatur ab Ecclesia, pag. 414. col. 1. &. pag. 416. &. pagin. 417. &. pag. 418. &. pag. 419. in quibus varia Concilij Tridentini loca explicantur, & aliquibus difficultatibus circa hoc ortis respondetur.

Articulus tertius, Vtrùm extrauagantes Pij Quinti & Gregorij Tertij decimi eandem monialium clausuram obseruare præcipiant, pag. 420. col. 1. &. pa. 421. &. pa. 422 & pagin. 423. in quibus latè dictę extrauagantes illucidantur.

Articulus quartus, An moniales conuersæ seu seruitialis ad clausuram astringantur & ad habitum & professionem recipi valeāt, pag. 423. colum. 2. &. pag. 424. &. pag. 425. & pagina. 426. in quibus latè discutitur quæ sint istæ seruitiales & de earum differentia, qua posita aliqua noua illucidantur.

## QVAESTIO XLV.

*De clausura monasteriorum virorum vel mulierum quantum ad accessum in septem articulos diuisa, Pag. 426. col. 2.*

Articulus primus, Vtrùm sit prohibitum mulieribus accedere ad monasteria virorum, pag. 427. col. 1.

Articulus secundus, Vtrùm sit prohibitus accessus ad monasteria monialium, ibid. col. 2. &. pag. 428. col. 1.

Articulus tertius, Vtrùm iure aliquo sit prohibitum mittere literas ad moniales, pag. 428. col. 2.

Articulus quartus, Vtrùm fratres minores prohibeantur ex vi suæ regulę accedere ad monasteria monialium. pagina. 429. columna. 1. &. pag. 430. &. pag. 431. col. 1. vbi hoc latè explicatur.

Articulus quintus, Vtrùm prouinciales & inferiores prælati possint licentiare fratres minores ad accedendum ad monasteria monialium, pag. 431. col. 2.

Articulus sextus, Quis prælatus ex inferioribus possit dare prædictam licentiam, pag. 432. col. 2.

Articulus septimus, Vtrùm custos & guardianus qui possunt licentiare suos subditos ad dictos accessus & ingressus possint licentiare se ipsos, pagina. 433. columna. prima.

## QVAESTIO XLVI.

*De clausura monialium quantum ad ingressum in earum monasteria in vndecim articulos diuisa, Pag. 433. col. 2.*

Artic. 1. Vtrùm omnes prohibeantur ingredi in monasteria monialium, pa. 434. col. 1.

Artic. secundus, Vtrùm cum licentia licitum sit ingredi monasteria monialium, ibi. col. 2. &. pagi. 435. in quibus declaratur ad ingrediendum monasteria monialium regularibus subiectarum non esse necessariam licentiam Episcopi.

Arti. tertius, Quis fratribus minoribus ac alijs quibuscunque personis ingredi Sanctę Clarę monasteria licentiam concedere valeat, pa. 435. col. 2. &. pa. 436. vbi hoc latè discutitur & aliqua in facti contingentia occurrentia apponuntur.

Articul. quartus, Vtrùm ad licite ingrediendum monasteria quaruncunque monialium præter superioris licentiam requiratur adhuc causa moraliter necessaria,

pagina.437.columna.1.
Articulus quintus, Vtrum stante Concilio Tridentino & constitutionibus apostolicis de ingressu & clausura monasteriorum monialum superiores earundem immediati autoritate apostolica deputati possint indistincte ex causa publica vel secreta ab ipsis tantum superioribus iustificanda intra clausuram monasteriorum intrare in electione Abbatissarum facienda ex causa inquietudinis monialium & suspicione sub ornationis inter easdem suborta vel ex alijs iustis causis ab ipsis superioribus recte arbitrandis & ibi vota ipsarum monialium audire & recipere,pag.438.col.2.
Articulus sextus, Vtrum generosa quædam possit intra clausuram intrare monialium conceptionis comitata aliquibus honestis puellis,pag.439.col.1
Articulus septimus,An monialium conuentibus liceat habere seculares ancillas quę monialibus infirmis & in coquina & in alijs ministerijs inseruiant,pag.440.&.441.
Articulus octauus, Moniales quædam ordinis Sanctæ Claræ post quam quadraginta annis in continuis atque grauibus infirmitatibus detentæ incessanter laborauerant his accedit quod in eius conuentu sunt alię moniales anus & debiles, aliæ ægrotantes quarum altera perpetuo laborat morbo in quarum ministerio adolescentes moniales continuo occupantur, aliæ choro die noctuque assistunt, aliæ non paucæ conuentus officijs impediuntur,& præterea nouitiæ quæ intra probationis annum sunt cõstitutæ discunt literas & cantum & diuinum officium, quo fit, vt quanuis in conuentu sit non exiguus monialium numerus ibi tamen infirmæ necessarium subsidium commode præstare nequeunt. Dubitatur vtrum eius prælatus huic concedere possit honestam famulam sæcularem suorum parentum expensis alendam quæ illi in necessarijs ministraret hac lege quod nunquam à monasterio exiret.pagin.442. col.1.&.2.
Articulus nonus. In monialium tertij ordinis, vel militiarum monasterijs est aliqua monacha præ cæteris illustrior.Dubitatur an prælatus huic licentiam concedere valeat ad habendam sęcularem ancillam suorum parentum expensis alēdam & an hæc sit necessitas moralis. pagina. 443. colum. &.2.
Articulus decimus,An in prædictis Tertiarũ & Militarium monasterijs aliquas nobiles puellas seculares ibi nutriendas sanctisque moribus imbuendas recipere liceat. pagin. 443.col.2.& pag.444.& pag. 445. & pag. 446.colu.1. in quibus notandæ illustrissimorum Cardinalium declarationes. 17. proponuntur.
Articulus vndecimus, An liceat prælatis dispensare vt matres ingrediantur ad inuisendas filias moniales morti iam propinquas. pag.446.col.2.

## QVAESTIO XLVII.

### *De pœnis in quas incurrunt ingredientes monasteria monialium in duodecim articulos diuisa,pag.446.col.2.*

Articulus primus, Vtrùm sint aliquæ censuræ aduersus monialium monasteria ingredientes pag.447.col.1.&.pag.448.in quibus resoluitur quæ pœnæ imponantur aliquibus in dictorum monasteriorum clausuram admittentibus,aut introducere præsumentibus.
Articulus secundus,Vtrùm absolutè moniales admittentes alios in dicta monasteria prætextu licentiarum inualidarum sint excommunicatæ,pag.449.col.1.
Articulus tertius, In quas pœnas incurrunt ingredientes monasteria monachorum prætextu licentiarum reuocatarum & in quas incurrunt Abbatissæ prætextu dictarum licentiarum reuocatarum admittentes in monasteria monialium,pag.450.col.1.&.pag.451.inquibus ventilatur vtrũ moniales pœnis quibus afficiuntur Abbatissæ plectantur.
Artic.quartus,Vtrum sint aliqui casus in quibus licet ingredi monasteria monialium sine timore excommunicationis,pag.451.co.2.&.pag.452.&.pag.453.&.pag.454.& pagina.455.&.pag.456. inquibus proponuntur & ventilantur casus in quibus licet ingredi.Qui casus ampliantur.
Primus est quod confessor potest intrare ad confitendam infirmam quæ non potest ad locutorium cõmode venire qui etiam habet locum quando ipsa monialis sacramento Eucharistiæ est reficienda.

Circa quod dubitatur an vicarius monialium posſit intrare cum ſocio ad celebrandum in infirmaria vt infirma monialis recipiat Euchariſtiam.
Dubitatur etiam vtrum pro renouatione Euchariſtiæ posſit intrare.
Secundus caſus eſt quando monialis vult exhalare ſpiritum.
Tertius in die funeris.
Quartus ad aperiendam ſepulturam ſeu poſt modum coaptandam.
Quintus poſſunt intrare fratres minores deputati obſequijs monaſteriorum monialium Sanctæ Claræ pro exercendo monaſteriorum ipſorum opere quod commode extra monaſterium fieri non poteſt.
Sextus quod medicus cauſa multum grauis infirmitatis vel minutor cum neceſsitas exegerit poſſunt ingredi.
Septimus eſt quod occaſione incendij vel ruinæ monaſterij, &c. De quo in articulo ſequenti.
Articulus quintus, Vtrùm ratione incēdij vel alterius periculi poſsint fratres minores ingredi monaſteria monialium, pag. 457. columna. 1.
Articulus ſextus, Vtrùm cardinales ſanctæ Romanæ Eccleſiæ poſsint ingredi monaſteria Sanctæ Claræ, ibid. col. 2.
Artic. ſeptimus, Vtrum liceat generali miniſtro minorum intrare clauſuram monialium Sanctæ Claræ, ibid.
Articul. octauus, Vtrùm fratres minores rogati à prælatis curam monialium habenti bus poſsint intrare earum clauſuram, pag. 458. col. 2.
Articulus nonus, Vtrùm pro prædicanda calenda poſsint minores ingredi monaſteria monialium, pag. 459. col. 1.
Articulus decimus, Vtrum Epiſcopus poſſit intrare clauſtra monialium pro conſecratione & benedictione ſororum, ibidem. columna. 2.
Articulus vndecimus, Vtrū perſonæ licentiatæ ad ingreſſum poſsint eſſe in clauſura finito negotio ad quod ingrediuntur. ibid.
Articulus duodecimus, Vtrū ad ingrediendū ſit neceſſaria licētia in ſcriptis, pa. 460. co. 1.

## QVAESTIO XLVIII.

*De clauſura monaſteriorum virorum quantum ad ingreſſum mulierum in ea in quinque articulos diuiſa, Pag. 460. col. 2.*

Articulus primus, Vtrùm ſit prohibitus ingreſſus mulierum in monaſteria virorum pag. 460. col. 2. &. pag. 461. &. 462. vbi declaratur conſtitutio Pij Quinti.
Articulus ſecundus, Vtrùm omnis mulierum ingreſſus etiam ſine prætextu alicuius licentiæ prohibeatur in dicta monaſteria pag. 462. col. 2.
Articulus tertius, Vtrùm in aliquibus caſibus ſit licitus ingreſſus mulierū intra clauſtra monaſteriorū virorū, pa. 463. co. 1. &. 2
Articulus quartus, Vtrùm regulares canonici Sancti Auguſtini poſsint in eorum domibus intra ſepta eiuſdem Eccleſiæ tenere mulieres ætate prouectas, honeſtas omni ſuſpicione carentes obſequiorum honeſtorum præſtandorum cauſa, pa. 464. col. 1.
Articulus quintus, Quis poſsit diſpenſare in pœnis conſtitutionis Pij Quinti ſuperius allegatæ, ibid. col. 2.

## QVAESTIO XLIX.

*De clauſura monialium quantum ad egreſſum in ſeptem articulos diuiſa, Pagina. 465. columna. 1.*

Articulus primus, Vtrùm moniales poſsint egredi clauſuram. pag. 465. col. 1.
Articulus ſecundus, Vtrum poſsint moniales Sanctæ Claræ egredi monaſteria ſuperueniente ineuitabili & periculoſa neceſsitate pag. 466. columna. 2.
Articulus tertius, Vtrùm propter aliquas infirmitates liceat monialibus à monaſterio exire, pag. 467. col. 2. &. pag. 468. vbi hoc declaratur.
Articulus. 4. Quid nomine epidemię veniat propterquam moniales à clauſura exire poſſunt, pa. 469. col. 1. &. pag. 470. col. 1.
Articulus quintus, Vtrum caſus qui ponuntur ab Vrbano quarto in quibus moniales Sanctæ Claræ poſsūt à clauſura egredi ſint reuocati

reuocati à Pio Quinto in sua constitutione ibid.col.2.
Articulus sextus, Superioris regularis licētia sufficiat ad exeundum à monasterio momonialibus,pag.471.col.2.
Articulus septimus, In quas pœnas incurrunt dantes licentiam extra casus supradictos & ipsæ moniales egredientes, & ipsas recipientes, pagina.472.columna.1. &.2.

## QVAESTIO L.

*De clausura monachorum quoad egressum à suis monasterijs in duos articulos diuisa,pag.473.column.1*

Articulus primus, Vtrùm possint monachi à suis claustris exire,pag.473.col.1.
Articulus secundus, Vtrùm egressus monachi à monasterio sine licentia prælati ad alium superiorem sit peccatum, pag.473. columna.2.

## QVAESTIO LI.

*De commissario generali ordinis minorum in quatuor articulos diuisa, Pagina.474.columna.1*

Articulus primus, Quæ sit cōmissarij generalis in ordine minorum institutio,pag.474. columna.1.
Articulus secundus, Quæ sit autoritas cōmissarij generalis, ibidem. columna.2.
Articulus tertius, An prædictus cōmissarius generalis sit prælatus ordinarius an delegatus,pag.475.col.1.
Articulus quartus, An possit minister generalis seu capitulum generale amouere prædictum cōmissarium sine causa aut eius potestatē limitare,pagina.476.columna.1.
Articulus quintus, Vtrùm generalis possit in ordine minorum eligere cōmissarium generalem in familia,ex qua fuit assumptus, pag.478.col.1.

## QVAESTIO LII.

*De commissario generali Indiarum ordinis minorum in duos articulos diuisa,Pag.478.column.1*

Articulus primus,Quę sit origo cōmissarij generalis Indiarum in ordine minorum,pag. 478.col.1.
Articulus secundus, An cōmissarius generalis Indiarum sit in aliquibus subiectus cōmissario generali Cismontano & prouinciali prouinciæ,in qua est, pagina.479.columna.1.

## QVAESTIO LIII.

*De commissario & procuratore Romano in ordine minorum in tres articulos diuisa, Pag.480.col.2.*

Articulus primus, Vnde habeat originē officium procuratoris Romani in religione minorum,pag.480.col.2.
Articulus secundus,Quæ sit huius procuratoris autoritas pag.481.col.2.
Articulus tertius,A quo instituatur commissarius Romanus & quantam habeat autoritatem,ibid.

## QVAESTIO LIIII.

*De cōmissarijs prouincialibus & cōmissarijs ad capitulū generale & de missis ad visitandas prouincias in quatuor articulos diuisa, pag.482.col.1.*

Articulus primus, Quid possint commissarij prouinciales cum plenitudine potestatis

in ordine Minorum regularis obſeruantię pag.482.col.2.
Articulus ſecundus, Quomodo ſint intelligendi cõmiſſarij in ordine minorum in absentia prouincialis & quæ ſit eorum autoritas,pag.483.col.2.
Articulus tertius, Quomodo eligantur commiſſarij ad Capitulum generale loco Prouincialium miſsi,pagina. 484. columna.1. & 2.
Articulus quartus, Quæ ſit autoritas commiſſariorum ad viſitandas prouincias, pagina, 485. columna. prima, & ſecunda.

## QVAESTIO LV.

*De communicatione priuilegiorum in viginti articulos diuiſa, Pagin.* 486. *column.* 1.

Articulus primus, Vtrùm ordines mendicantes communicent in priuilegijs, pagina. 486.columna.2.&.pagina.487.&.pagina. 488 in quibus variæ cõceſsiones referũtur ex quibus colligitur ordines mendicantes communicare in priuilegijs conceſsis & concedendis ordinibus mendicantibus & non mendicantibus.
Articulus ſecundus, Vtrùm ordo minimorum gaudeat priuilegijs conceſsis ordinibus mendicantibus.pagina.489.columna. ſecunda.
Articulus tertius, Vtrùm ordini ſeruorum Beatæ Mariæ priuilegia mendicantiũ concedantur,pag.490.col.1,
Articulus quartus, Vtrùm congregatio Sancti Hieronymi Ieſuatorum communicet in priuilegijs mendicantium,pag.490.columna.1.
Articulus quintus. Vtrùm religioſi Societatis Ieſu gaudeant priuilegijs mendicantium ibid.col.2.
Articulus ſextus, Quæ ſit communicatio ordinis Sancti Benedicti. pagina.491. columna.2.
Articulus ſeptimus, Quam communicationem priuilegiorum habeat ordo Ciſtercienſis.pag.493.columna.2.
Articulus octauus, Quam communicationem priuilegiorum habeant Carthuſienſes pag.496.col.1.
Articulus nonus, Quam communicationem priuilegiorum habeat ordo Sancti Hieronymi in Hiſpania,ibid.col.2.
Articulus decimus, Quam communicationem priuilegiorũ habeat ordo Sanctiſsimę Trinitatis,pag.498.col.2.
Articulus vndecimus,Quam communicationem priuilegiorum habeant fratres Crucigeri ac religio clericorum miniſtrantiũ in firmis,pagina.399.column.2.
Articulus duodecimus,Vtrùm religioſi Sanctæ Mariæ à Mercede gaudeant priuilegijs Mendicantium, pagina. 500. columna, prima.
Articulus decimustertius, Vtrùm Moniales fruantur priuilegijs regularium, pag. 501. col.1.
Articulus decimusquartus, Vtrùm Moniales Tertiariæ gaudeant priuilegijs Minorum, pag.502.col.1.
Articulus decimusquintus, Vtrùm moniales Conceptionis gaudeant priuilegijs Mendicantium,pag.503.col.1.
Articulus decimusſextus, Vtrùm fratres & Hoſpitantes religioſos gaudeant eorũ priuilegijs,pag.503.col.2.
Articulus decimusſeptimus, Vtrùm Mendicantes, & qui eorum gaudent priuilegijs poſsint vti priuilegijs Societati Ieſu conceſsis,pagin.506.columna. 1. & pagin.507. vbi latè.
Articulus decimusoctauus, An in communicatione priuilegiorum veniant conceſſa alicui loco ſpeciali,pag.508. columna.1.& 2. pagina. 509. columna. prima. vbi reſoluitur indulgentiam Portiunculæ in ordine Minorum maximam confraternitati chordæ Beati Patris Franciſci eſſe communicatam, & omnibus monaſterijs ordinis eſſe conceſſam, & notatur etiam conceſſa alicui religioſo particulari nõ alijs eiuſdem inſtituti religioſis communicari.
Articulus decimus nonus, An in communicatione priuilegiorum cenſeatur communicari vſus & non vſus,pagina.509.columna.2.
Articulus vigeſimus, Quomodo ſit eorum priuilegiorum communicatio,pagina.510. columna. 1. & 2. & pagina, 511. columna prima, in quibus reſoluitur, quod conceſſa locis perſonis, & ſanctis vnius ordinis

dinis mendicantium censentur concessa locis personis & sanctis aliorum ordinum qui communicant in priuilegijs.

Articulus vigesimus primus, Vtrum participantes priuilegia possint illis vti contra eos quorum contemplatione participant pag. 511. col. 1. &. 2. in quibus resoluitur quomodo seruitores fratrum gaudeant eorum priuilegijs.

Articulus vigesimus secundus, Vtrùm ordines Mendicantes possint vti priuilegijs eorum obseruantiæ repugnantibus, pagina. 512. columna, prima, & secunda.

## QUAESTIO LV.

*De communione corporis Domini nostri Iesu Christi & administratione aliorum sacramentorum quantum ad eorum ministros in quatuordecim articulos diuisa, pag. 512. col. 2.*

Articulus primus, Vtrùm religiosi possint fidelibus administrare sacramentum Eucharistiæ & alia sacramenta, pag. 513. col. 1, & 2. &. pag. 514. &. pag. 515. &. pag. 516. in quibus latè explicatur materia Clementinæ religiosi de priuilegijs.

Articulus secundus, Vtrùm autoritate apostolica possit fieri vt religiosi modo Eucharistiam fidelibus administrare possint, pagina. 516. col. 2. &. pag. 517. &. pag. 518. in quibus prosequitur etiam explicatio Clementinæ primæ de priuilegijs.

Articulus tertius, Vtrùm sit aliquod priuilegium apostolicum modo concedens religiosis vt possint fidelibus sacramentum Eucharistiæ ministrare etiam in die paschatis, pag. 518. col. 2. &. pag. 519. &. pag. 520. pa. 521. &pa. 522. in quibus tria tractātur. Primū quid significetur per illam exceptionem in die paschatis & vtrum requiratur iurisdictio ad hoc sacramentum administrandum.

Secundum, Vtrùm sit aliquod priuilegium quod concedat religiosis communicare fideles omnes etiam in die paschatis.

3. An clerici seculares in Ecclesijs regularibus sacrum celebrantes possint fideles communicare.

Articulus quartus, Vtrùm in articulo mortis liceat religiosis ministrare sacramentum Eucharistiæ sine culpa & sine pœna excommunicationis, pag. 523. col. 1. &. 2.

Articulus quintus, Vtrùm deficiente parrocho & necessitate vrgente possint religiosi communicare infirmos viaticum petentes pag. 524. col. 1.

Articulus sextus, Vtrùm communionem paschalem possint religiosi ministrare peregrinantibus ibid.

Articulus septimus, Vtrùm secularis sacerdos cui datur facultas administrandi sacramentum in Ecclesijs mendicantium debeat esse approbatus ab ordinario iuxta formam Concilij Tridentini & idem quæritur de parrocho an possit in sua parrochia delegare hanc facultatem cuicunque sacerdoti simplici, pag. 525. columna, prima.

Articulus octauus, Vtrùm diaconus religionis possit sacramentum Eucharistiæ ministrare fratribus aut secularibus in aliqua necessitate, ibid. col. 2.

Articulus nonus, Vtrùm moniales possint facere ministrare sacramentum Eucharistiæ ab alio presbytero seculari in Ecclesijs suis, pag. 526. col. 2.

Articulus decimus, Vtrùm fratres & sorores tertij ordinis Mantellati & corrigiati & chordelati possint recipere extra parrochiam communionem paschalem, ibid. columna. 2.

Articulus vndecimus, Vtrū fratres ministrantes in Indijs occidentalibus sacramentum Eucharistiæ & alia sacramenta cum licentia Regum Hispaniarū incidant in excommunicationem, pag. 527. col. 1. &. pag. 528. in quibus agitur de intellectu clementinæ religiosi de priuilegijs: agitur etiā de cōmissione & delegatione apostolica quam habent reges Hispaniarum pro nouo orbe.

Articulus duodecimus, Vtrùm Episcopus possit agere contra religiosos qui sacramenta prohibita ministrari in Clementina religiosi de priuilegijs sine licentia administrant, pagin. 529. columna, 1. & pagina. 530. & pag. 531. & pag. 532. in quibus late prosequitur quoddā dubium huius materiæ principale quomodo Episcopi possunt

agere contra religiosos priuilegia allegantes & vtrum ea ostendere teneantur & quis debet iudicare an dicta priuilegia sint valida nec ne.

Articulus decimus tertius, Vtrùm licentia parochi excommunicati sufficiat vt religiosi possint ministrare sacramenta prohibita in clementina religiosi de priuilegijs, pagina. 532. col. 2.

Articulus decimus quartus, Vtrùm religiosi possint sacramentum Eucharistiæ & alia suis familiaribus ministrare, ibid.

## QVAESTIO LVII.

*De Beata Virginis Mariæ conceptione in quinque articulos diuisa, Pagina. 533. columna. 2.*

Articulus primus, Vtrùm Beata virgo fuerit concepta sine peccato originali, pag. 534. columna. 1.

Articulus secundus. Vtrùm modo sit peccatum prædicare oppositū scilicet virginem Mariam in peccato originali fuisse concep tam, pag. 535. columna. 1. & 2 & pag. 536. columna. 1.

Articulus tertius, Vtrûm pro missa & festo conceptionis aliqua indulgentia concedatur, pag. 536. col. 2.

Articulus quartus, Vtrùm deferentes imaginem Beatæ Mariæ & eius filij quam moniales conceptionis deferunt indulgentiam plenariam consequantur, pag. 537. columna. 2.

Articulus quintus, Vtrùm in festo conceptionis suspendatur interdictum & cessatio à diuinis, pagina. 538. columna, secunda.

## QVAESTIO LVIII.

*De confratrijs chordæ Beati Patris nostri Francisci & corrigiæ Diui Augustini in tres articulos diuisa, Pag. 539. col. 1.*

Articulus primus, Quæ indulta concedantur confratribus chordæ Diui Francisci, pag. 539. col. 1. & pag. 540. &. pag. 541. &. pag. 542. in quibus Bullæ Pontificiæ huic archi confraternitati concessa explicantur.

Articulus secundus, De institutione confratriæ corrigiatorum Diui Augustini & de eius priuilegijs, pag. 543. col. 1. &. pag. 544. &. pag. 545. in quibus Bullæ huius archiconfraternitatis apponuntur & explicantur.

Articulus tertius, An corrigiati indulgentiam portiunculæ consequantur, pag. 545. col. 2. &. pag. 546.

## QVAESTIO LIX.

*De confessarijs regularibus quantum ad præsentationem in decem articulos diuisa, pag. 546. col. 2.*

Articulus primus, Vtrùm confessarij regulares debeant necessario ab Episcopis approbari & coram ipsis præsentari, pag. 547. colum. 1. & pag. 548. in quibus ponitur modus quibus regulares ad audiendas secularium confessiones iuxta formam clementinę dudum coram ordinarijs præsentantur.

Articulus secūdus, Vtrùm ista forma præsentandi secundum dictam clementinam sit à Concilio Tridentino sublata, pagin. 549. col. 1. &. pag. 550. &. pag. 551. &. pag. 552. in quibus hoc dubium latè prosequitur & nouè secundum aliquos Concilium Tridē tinum explicatur.

Articulus tertius, Vtrùm præsentatio & approbatio religiosorum habeat aliquam formam specialem. pag. 552. col. 2.

Articulus quartus, Vtrùm præsentatio & approbatio confessariorum regulariū sit perpetua, pagin. 554. columna. 1. &. pag. 555. & pagin. 556. & pagin. 557. &. apagin. 558. in quibus proponitur & explicatur concilium Tridentinum sessione, 23. cap. 15. de reformatione. adducitur etiā & explicatur quędam declaratio illustrissimorum Cardinalium: adducitur etiam quædam executoria-

torialis sententia Domini Camilli Caietani Patriarchæ Alexandrini nuncij apostolici in his Hispaniarum partibus à Sanctissimo Domino Clemente Octauo data pro fratribus minoribus contra parrochos eos in multis grauantes & resoluitur Episcopos posse reprobare ex iusta causa confessarios regulares semel approbatos. In cõfirmatione huius rei adducitur quoddam priuilegium à Pio Quarto concessum inquisitoribus hereticæ prauitatis contra confessores in actu confessionis mulieres solicitantes.

Articulus quintus, Vtrùm hæc præsentatio regularium in vno Episcopatu sufficiat pro omnibus episcopatibus.pag.559.co.1.

Articulus sextus, Vtrùm præsentatio & approbatio perpetua competens Minoribus & prædicatoribus confessarijs aliarum religionum concedatur,pag.560.col.2

Articulus septimus, Vtrùm cõfessarij regulares in foro conscientiæ possint modo frui præsentatione & approbatione semel obtenta,pag.562.col.1.

Articulus octauus, Vtrùm approbatio confessariorum regularium possit ab ordinarijs restringi ad certum locum,tempus & personas,ibid.col.2.

Articulus nonus. Vtrùm aliquis prouincialis possit renunciare huiusmodi priuilegio approbationis perpetuæ, pagina.563.columna.2.

Articulus decimus, Vtrũ regulares graduati in sacra theologia debeant necessario Episcopis ad audiẽdas secularium confessiones præsentari,pag.564.col.1.

## QVAESTIO LX.

*De confessarijs quoad potestatem confitendi in octo articulos diuisa, Pag.565. columna.2.*

Articulus primus, Vtrùm religiosi per suos prælatos legitime Episcopis præsentati & approbati contra suorum prælatorum voluntatem possint audire confessiones sæcularium, & an possint prælati eos punire confessiones audientes,pag.565.col.2.

Articulus secundus, Vtrùm religiosus legitimè præsentatus & ab episcopo approbatus si interdictus sit à prælato suo audire confessiones,& eas nihilominus audiat sint validæ tales confessiones, pag.566.col.2.& pagina.567.&.pag.568.in quo articulo resoluitur, vtrum sint validæ confessiones cuiusdam regularis extra claustra vagantis ab ordinario constituti & approbati pro cura cuiusdam populi & noue expenditur lex Barbarius Philippus digestis de officio prætoris.

Articulus tertius, Vtrùm religiosus per prælatum suum ordinarijs non præsentatus licentia solum ordinariorum possit sæcularium audire confessiones, pag.568.col.2. &.pag.569.

Articulus quartus, Vtrùm regulares per Episcopum approbati possint audire confessiones secularium etiam contradicente parrocho,pag.569.col.2.

Articulus quintus, An confessores regulares extra diœcesim vbi sunt approbati oues eiusdem diœcesis cõfiteri possint, pa.570.col.1.

Articulus sextus, Vtrùm dicti fratres præsentati & approbati virtute suorũ priuilegiorum possint omnium confessiones audire pag.570.col.2. & pag.571. & pag.572.in quibus tractatur vtrum possint dispensare cum omnibus quos possunt confiteri in ijs in quibus ipsis committitur dispẽsatio.

Articulus septimus, Vtrùm cõfessores regulares potentes confiteri omnes etiam aliarum diœcesum ad se venientes possint vti sua autoritate extra monasteria existentes pag.573.col.1.

Articulus octauus, Vtrùm confessi regularibus teneantur iterum parrocho confiteri, ibid.col.2.

## QVAESTIO LXI.

*De confessarijs regularibus quantum ad potestatem absoluendi seculares in quindecim articulos diuisa. Pag.574.col.1*

Articulus primus, Vtrùm Papa possit concedere facultatem aliquibus confessarijs absoluendi à casibus reseruatis Episcopis ipsis Episcopis inuitis.pag.574.colu.2.

Articulus secundus, Vtrùm religiosi mendicantes, & qui eorum gaudent priuilegijs

præsentati secundum formam Clementinæ dudum possint absoluere ab omnibus casibus Episcopis reseruatis de iure & speciaIter, pag. 575. col. 2. & pag. 576. & pa. 577. & pag. 578. inquibus hoc dubium latè explicatur & de vera intelligentia Clementinæ dudum multa adducuntur.

Articulus. 3. vtrum confessarij regulares per aliqua priuilegia possint absoluere à casibus iure Episcopis reseruatis, pag. 579. columna. 1.

Articulus. 4. vtrum regulares extra sua monasteria existentes possint absoluere à dictis casibus, pagina 580. col. 2.

Articulus. 5. vtrum religiosi confessarij possint absoluere à casibus Papæ reseruatis, pag. 581. col. 1.

Articulus. 6. vtrum dicti fratres possint absoluere nominatim excommunicatos, pagin. 582. col. 1.

Articulus. 7. vtrum extra sacramentum pœnitentiæ virtute ipsorum priuilegiorum possint confessores absoluere à censuris pœnitentes, pag. 583. col. 1.

Articulus. 8. an regulares confessarij possint absoluere percussorem clerici manifestum ibid. col. 2.

Articulus. 9. vtrum mendicantes habentes facultatem absoluendi à reseruatis possint absoluere à cõcessis Episcopis iure speciali Concilij Tridentini sectione. 24. cap. 6. de reformatione, pag. 584. col. 1. & pag. 585. in quibus vltra dubium positum in titulo quæstionis resoluitur generales & prouinciales regulares habere autoritatem concessam in Concilio dictis Episcopis cõtra quẽdam neothericum: in cuius rei confirmationem adducitur quædam Bulla Pij Quinti.

Articulus. 10. quid importetur per absolutionem à censuris in foro conscientiæ, pagin. 586. col. 1.

Articulus. 11. vtrum religiosi sacerdotes simplices absoluentes ab excommunicatione minore incidant in pœnam Clementinæ primæ de priuilegijs, pag. 587. col. 1.

Articulus. 12. vtrum religiosi possint absoluere à culpa & à pœna sine eo quod incidant in excommunicationis sententiam, pag. 588. col. 1.

Articulus. 13. vtrum priuilegia quibus religiosi possunt absoluere à casibus reseruatis sint hodie per Concilium Tridentinum sublata, pag. 589. col. 1.

Articulus. 14. vtrum confessores regulares vbi publicatur Bulla Cruciatæ possint absoluere pœnitentes non habentes bullas à casibus reseruatis virtute suorum priuilegiorum. pa. 591. col. 1. & pag. 592. & pag. 593. in quibus noue explicantur aliqua dubia Bullæ Cruciatæ.

Articulus. 15. vtrum confessores regulares obligentur absoluere pœnitentes à casibus reseruatis sibi cõfessis, pag. 593. co. 1. & pa. 594. vbi aliqua memoriæ digna contra quẽ dam doctum neothericum adducuntur.

## QVAESTIO LXII.

*De confessoribus regularibus quantum ad absolutionem fratrum in trede cim articulos diuisa, pag. 594 col. 2.*

Articulus primus, Vtrum religiosi teneantur confiteri. pag. 595. col. 1.

Articulus secũdus, Vtrũ sit licitum statutum quo obligãtur monachi in fine anni confiteri prælato peccata alias confessa. ibidem. columna. 2.

Articulus tertius, Vtrum confessio generalis semel in vita omnium peccatorum possit statuto præcipi in religionibus, pag. 596. columna. 2.

Articulus quartus, Quis possit audire confessiones religiosorum ibid. & pag. 597. inquibus agitur de intellectu Concilij Tridentini. sess. 23. c. 15. de reformat. & aliqua priuilegia regularium adducuntur.

Articulus quintus, Vtrum religiosi itinerantes possint quibuscunque confessarijs religiosis aut secularibus confiteri pag. 598. columna. 1.

Articulus sextus, Vtrum confessores regulares possint semel in vita & in articulo mortis absoluere plenariè fratres, pag. 599. col. 2. & pag. 600. & pag. 601. in quibus varia priuilegia adducuntur.

Articulus septimus, Quid per articulum mortis intelligatur. pag. 602. col. 1.

Articulus octauus, Vtrum absolutus virtute dictorum priuilegiorum in articulo mortis teneatur si non decedat peccata reseruata iterum superiori confiteri, pagina. 603.

603.columna.1.
Articulus nonus, Quis ordo debeat seruari in plenaria absolutione in articulo mortis,ibi.
Articulus decimus, Vtrùm in aliquibus festiuitatibus possit fratribus à confessoribus indulgentia plenaria concedi, pagin. 603.column.2.& pag.604.& pagin.605 in quibus variè concessiones Apostolicę adducuntur.
Articulus vndecimus, Vtrùm religiosi possint frui absolutionibus plenarijs à Leone Decimo concessis sine licentia suorum prælatorum, pagina. 605. columna secunda. & pagina. 607. in quibus tractatur quomodo fratres possint vti Bulla Cruciatæ sine licentia suorum prælatorum.
Articulus duodecimus, Vtrùm virtute dictarum concessionum Leonis X. possint confessores absoluere fratres à censuris & irregularitatibus & à casibus Papæ reseruatis,pag. 607.col.1.
Articulus decimustertius, Vtrùm possint confessores dispensare cum fratribus in irregularitatibus,pag.608.col. 1. & pag. 609.in quibus aliqua priuilegia scitu digna adducuntur.

## QVAESTIO LXIII.

*De confessarijs quoad facultatem dispensandi in impedimentis & in votis & ipsa commutandi in octo articulos diuisa. Pag. 610.column.2.*

Articulus primus,Vtrùm confessores mendicantes possint dispensare ad petitionē debiti cum incestuosis,pag.610.col.2. & pag.611.
Articulus secundus,Vtrùm confessores mēdicantes possint dispensare cum coniugatis voto castitatis astrictis vt possint petere debitum,ibid.col.2.in fin.
Articulus tertius,Vtrùm confessores regulares possint in secularium votis dispensare,pag.612.col.2.
Articulus quartus, Vtrum dicti confessores regulares possint commutare vota secularium,pag.613.col.2.
Articulus quintus,Vtrùm prædicti confessores possint commutare iuramenta & in ipsis dispensare,pag.614.col.1.
Articulus sextus,Vtrùm confessores regulares possint commutare & dispensare in votis Episcopis iure speciali reseruatis,ibi. column.2.
Articulus septimus, Vtrùm virtute dictorum priuilegiorum possint regulares dispensare & commutare vota pœnalia, pa. 615.col.1.
Articulus octauus, Vtrùm confessores Mēdicantes possint aperire literas Domini Papæ directas magistris in Theologia & iuxta earum tenorem dispensare, pagin. 615.col.1.

## QVAESTIO LXIIII.

*De consecratione Virginum in quatuor articulos diuisa. Pag. 616. column. 1.*

Articulus primus, Vtrùm virgines in monasterio consecrentur, pag. 616. columna.1.
Articulus secundus, Quis possit dare velum seu virgines consecrare & qualiter consecrentur,ibid.col.2.
Articulus tertius, Vtrùm illa quæ occultè virginitatem amisit debeat, vt virgo consecrari,pagina, 617. columna. 1.& 2 in qua resoluitur quomodo potest corrupta, vt virgo consecrari sine eo quòd aliquod mendacium committatur.
Articulus quartus, Quis possit dispensare cum corrupta ad Abbatissatum& vt velum prælationis possit accipere, pa.618. colum.1.

# Index

## QVAESTIO LXV.

*De conseruatoribus iudicibus in viginti articulos diuisa, Pag. 618. column. 2.*


Articulus primus, Quid sit iudex conseruator, pag. 619. col. 1.

Articulus secundus, Quis possit conseruatorem dare, & qui possunt dari, ibidem, column. 2.

Articulus tertius, Vtrùm secundum priuilegia regularium alij ab his qui non habent dignitatem possint esse iudices conseruatores, pag. 620. column. 1. & 621. in quibus multa dicuntur, & priuilegia adducuntur.

Articulus quartus, Vtrùm requisiti à fratribus teneantur acceptare ministerium cõseruatorum, pag. 622. col. 1.

Articulus quintus, Vtrùm nominato in vna causa conseruatore possit pro eadem causa alius nominari etiam post cęptam causam, ibid. col. 2.

Articulus sextus, Vtrùm conseruatores extinguantur morte concedentis, pag. 623 colum. 2.

Articulus septimus, Vtrùm conseruatores possint procedere contra partes extra ciuitatem aut diœcesim in qua fuerint deputati, pag. 624. col. 1.

Articulus octauus, Quid sit agendum si Monasterio habenti membra in diuersis diœcesibus dentur conseruatores in diuersis locis sicut habet monasterium D. N. de Guadalupe Episcopũ Cordubensem Placentinum & Salmanticensem cum clausula vt intra tres dietas possint ad se trahere litigantes an iniuriatus vno conseruatore prędente possit iniuriãtẽ ad remotiorẽ cõseruatorẽ trahere, pa. 624. col. 2

Articulus nonus, Vtrùm post quinquennium durent conseruatoriæ quoad negotia cœpta, pag. 626. col. 1.

Articulus decimus, Vtrùm iudices conseruatores possint subdelegare, ibid. colu. 2.

Articulus vndecimus, Vtrùm conseruatores possint cognoscere de omnibus causis, pag. 627. columna. 2. & pagina. 628. in quibus tractatur latè quæ sit iniuria notoria & negata à parte, vtrùm possit probari ad hoc, vt cognoscat conseruator.

Articulus duodecimus, An conseruatores regularium possint cognoscere contra debitores ex causa ciuili, pagina. 629. columna. 2. & pagina. 630. & pagin. 631. & pagin. 632. & pagin. 633. & pagina. 634. & pagin. 635. in quibus varia decreta iuris Canonici & Concilij Tridentini & priuilegiorum regularium explicantur: explicatur etiam. l. 1. §. 2. titul. 5. lib. 1. nouæ compilat. & l. 8. tit. 7. lib. 1. ordinationum regalium.

Articulus decimustertius, Vtrùm religiosi possint conueniri pro debitis ciuilibus coram iudice ordinario ecclesiastico, vel coram conseruatore ab ipsis pro suis causis deputato, pag. 636. & pag. 637. 638. & 639. in quibus de vera intelligentia Concilij Tridentini sessio. 7. cap. 14. de reforma. agitur contra Doctorem Ioannem Gutierrez & adducitur priuilegium concessum Carthusiensibus hanc dirimens litem.

Articulus decimus quartus, Vtrùm conseruator regularium possit procedere contra detentores animalium monachorum damnum in pascuis facientium, pag. 640. col 1.

Articulus decimusquintus, Vtrùm religiosi possint creare conseruatorem contra Doctorem aut scholarem habentes pro suis causis conseruatorem apostolicum & contra alios religiosos similem conseruatorem habentes, pag. 641. col. 1.

Articulus decimussextus, Vtrùm conseruatores habeant potestatem ponendi censuras contra inobedientes & contumaces, pag. 642. col. 1.

Articulus decimusseptimus, Vtrùm fratres possint eligere conseruatorem pro iniurijs manifestis factis eorum seruitoribus, pag. 643. col. 1.

Articulus decimus octauus, Vtrùm conseruatores possint in causis regularium procedere de plano sine strepitu & figura iudicij, ibi. col. 2.

Articulus decimusnonus, In quam pœnam incidant conseruatores suam excedendo potestatem, pag. 644. col. 1.

Articulus vigesimus, Vtrùm suadentes iudices conseruatoribus, vt suam transgrediantur potestatem incidant in excommunicationem, ibid. col. 2.


QVÆ-

# Quæstionum.

## QVAESTIO LXVI.

*De constitutionibus iuris Ciuilis, & Canonici, quantum ad religiosos in quinque articulos diuisa. Pag. 644. column. 1.*


Articulus primus, Quæ & quotuplex sit constitutio, pag. 645. col. 1.

Articulus secundus, An constitutiones iuris ciuilis generaliter loquentes ad personas ecclesiasticas, & regulares, earumque bona extendantur, pag. 646. colum. 2. & 647. & 648. & 649. in quibus nouē regulæ traduntur cum suis illationibus, quibus hæc materia resoluitur, & aliqua memoria digna resolutiuè traduntur.

Articulus tertius, Vtrùm statuta quæ sunt cōtra libertatem ecclesiasticam sunt etiā respectu regularium contra eandem immunitatem, pag. 650. colu. 1. &. 2. in qua traduntur ea, in quibus regulares, vt alij ecclesiastici à potestate ciuili eximuntur.

Articulus quartus, Vtrū sit licita ciuilis cōstitutio prohibens alienare immobilia ecclesiasticis, & regularibus, pag. 651. col. 1. & pagin. 652. in quibus agitur de iustitia cuiusdā ordinationis Regni Portugaliæ.

Articulus quintus, Vtrùm disponente statuto, quòd religiosi non assumantur ad officia communitatis assumi possit hospitalarius portās vestem certi coloris cum Cruce in pectore, pag. 652. col. 2.


## QVAESTIO LXVII.

*De constitutionibus Ciuilibus & Canonicis quoad earum extensionem & restrictionem in quatuor articulos diuisa, Pag. 653. colum. 1.*


Articulus primus, Quot sint genera constitutionum pag. 653. col. 1.

Articulus secūdus, Quomodo decisio vnius constitutionis ad decidendum alium distinctum casum assumatur, pagina. 654. columna. 1. & pagin. 655. 656. 657. 658. in quibus aliquibus notabilibus præpositis hæc materia satis intricata per aliquas conclusiones cum suis illationibus scitu dignis resoluitur.

Articulus tertius, Vtrùm constitutiones fundatæ in præsumptione obligent in conscientia inspecta veritate in contrarium, pagina. 658. columna. 2. & pagina. 659.

Articulus quartus, Vtrùm cesset cōstitutio eius ratione cessante, pagin. 660. col. 1. & pag. 661. & pag. 662.


## QVAESTIO LXVIII.

*De Statutis Regularium in sex articulos diuisa, Pag. 662. column. 2.*


Articulus primus, Vtrùm valeat statutum in voluntate statuentium tantum factum pag. 663. col. 1.

Articulus secundus, Vtrùm statuta iniusta obligent in foro exteriori, & in foro conscientiæ, pag. 663. colu. 2. & pag. 664. & pag. 665.

Articulus tertius, An generalis ordinum teneatur statuta religionū suarum seruare quoad vim directiuā & coactiuam, pagi. 665 columna. 2.

Articulus quartus, Vtrùm statuta alicuius prouinciæ obligent hospites aliarum prouinciarum pro tempore quo in ipsis hospitantur, pagina. 666. columna, secunda.

Articulus quintus, Vtrùm constitutiones factæ à regularibus autoritate Apostolica confirmatæ possint sine eiusdem Sedis autoritate reuocari, pag. 667. col. 1. & pag. 668.

Articulus sextus, Vtrùm generales & prouinciales possint declarare statuta facta cum capitulo, pag. 668. col. 2.


QVÆ-

# Index

## QVAESTIO LXIX.

*De consuetudine, in quatuor articulos diuisa, Pagin. 669. column. 1.*


Articulus primus, Quæ sit consuetudo faciens legem, pagina. 669. columna. 2. & pag. 670.

Articulus secundus, Vtrùm consuetudo excusset fratres ab obseruatione præceptorum regulæ, pag. 671. col. 1.

Articulus tertius, Vtrùm consuetudine possit introduci, vt regulares ad aliquid plus quam ad quartam funeralem teneãtur, pag. 673. col. 2.

Articulus quartus, Quare statuta regularia non possunt tollere leges canonicas sicut eas tollit consuetudo legitima, pag. 673. column. 2.


## QVAESTIO LXX.

*De Custodibus in sex articulos diuisa. Pagina. 674. column. 1.*


Articulus primus, Qui sint Custodes in ordine Minorum, pagina. 674. columna, secunda.

Articulus secundus, Vtrùm Custodes sint verè prælati, pagina. 675. columna. secunda.

Articulus tertius, An custodes possint visitare Conuentus sibi commissos sicut prouinciales, pag. 676. col. 2.

Articulus quartus, Vtrùm custodes possint celebrare custodiale capitulum. pag. 677 column. 2.

Articulus quintus, Quomodo sint eligendi Custodes, ibidem. col. 2.

Articulus sextus, Quantum durat officium custodiatus. pag. 678. col. 1.


INDEX

# INDEX OMNIVM AVTORITATVM PRINCIPALIVM SAcræ Scripturæ, iuris Canonici, extrauagantium, bullarum, necnon iuris Ciuilis quæ in hoc Primo Tomo declarantur, in quibus non recẽ ſentur priuilegia Apoſtolica, quæ in eo explicantur cum ſint innumera & eſſet Lectori ſatis moleſtum ea in hoc indice collocari.

*Loca Sacræ Scripturæ tam noui quam veteris teſtamenti.*


DEuteronomij. 16. quantum ad originem verbi, Miſſa expeditur oblatio ſponta nea, iuncta deductione ex Hebræo & Chaldæo, pag. 394. colum. 1. Pſalm. 118. particeps ego ſum omnium timentium te. pag. 328. col. 2.

Iſaiæ. cap. 1. væ genti peccatrici, & populo graui iniquitate, pagina. 311. columna, prima.

Matthæi, 10. vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, pag. 1.

Matthæi. 18. ibi dic Eccleſiæ, pagina, 152. colum. 1.

Matthæi, 18. ſi peccauerit in te frater tuus corripe eum, pag. 665. col. 1.

Luc. 9. nemo mittens manum ad aratum, pagin. 306. col. 1.

Luc. 18. oportet ſemper orare. pagina. 378. colum. 2.

Actorum, 10. D. Pauli ad Roman. 10. non eſt diſtinctio Iudæi, & Græci, pagina. 125. col. 2.

Pauli ad Roman. 2. ibi, tu autem ſecundum impœnitens cor tuum, pagina. 311. colum. 1.

Paul. 1. ad Corinth. capit. 14. mulieres in Eccleſia taceant, pag. 143. col. 2.


*Loca ex quinque libris Decretalium.*


Cap. cum ex literis de in integrum reſtitut. cap. paſtoralis de appellationib. capit. 5. cap. quando de reſcript. pag. 35. columna. 2.

Cap. ni eſſent de præbend. pagina. 38. column. 1.

Cap. cognoſcentes de conſtit. pagin. 44. colum. 2.

Cap. cum acceſsiſſent de conſtit, pag. 53. colum. 2.

Cap. ſi de terra de priuileg. pagina. 57. colum. 2.

Cap. paſtoralis. §. verum de ſentent. excommunic. pag. 58. col. 1.

Cap prudentiam de offic. deleg. pagina. 64. colum. 2.

Cap. paſtoralis & capit. ſuper quæſtionum, §. porro, &. §. ſi vero domino de offic. deleg. pag. 65. col. 2.

Cap. ſignificaſti de offic. delegat. pag. 66. colum. 1.

Cap. veniens de reſcript. pagina. 72. column. 1.

Cap. Capella de priuil. pag. 77.

Cap. cum acceſsiſſent extra de conſtit. cap. ex literis extra eod. pagina. 79. columna. 2.

Cap. cum delectus de dolo & contumac. cap. cum nobis olim. in fin. de elect. pa. 80 colum. 1.

Cap. qualiter & quando, de accuſat. pagina. 81. & pagina. 82. columna. prima. & ſecunda.

Cap. cum acceſsiſſent de conſtit. pagina. 82 colum. 2.

Cap. cum veniſſent de iudic. pag. 87. col. 2. & pag. 91. col. 2.

Cap. in his de priuileg. pagina. 100. columna. 1.

Cap. ex tenore qui filij ſint legitimi. pagin.

# Index


105.col.1.
Cap.1.de filijs presbyter. pag.109.col.1.& pag.110.col.2.
Cap.ad hæc eod.titul. pagina, 112.columna.2.
Cap. ex tranſmiſſa de filijs presbyter. ibidem.
Cap.cum in cunctis de his quæ fiunt à maior. part.capit. pagina.114.columna,prima.
Cap.1. de filijs presbyter. pagina. 117. column.1.
Cap.fin.de filijs presbyter.pag. 120.columna.2.
Cap.dilecta de maiorit.& obed.pagin.122. column.1.
Cap.eam te de reſcript.pagina.129.columna.1.
Cap.accedens de purgat.cano.pagina.134. col.1.in fin.
Cap.præterea el.2.de ſponſal.pagina. 135. colum.1.
Cap.illud dominus de cleric. excommunic. pag.135.col.2.
Cap. inquiſitionis de ſent. excommunicat. pag.136.col.1.
Cap.in tua de pœnit.& remiſ. pag. 144.colum.1.
Cap.cum in cunctis de electio.pag. 144.colum.2.
Cap.vnic.de ætat.& qualit.ordin.pag.145. col.1.in fin.
Cap.cum cauſa de electio.pagina. 152. colum.2.
Cap.fin.de offic.archipresbyt.pagina, 153. col.1.
Cap.fin.de offic.ordin.pagina,158.columna.2.
Cap.noſter,capit.noſcit. de his quæ fiunt à prælat.& cap.dilecta de maiorit.& obed. pag.160.col.1.
Cap.quærenti de verbor.ſignificat.ibidem, colum.2.
Cap.1.de ſupplen. neglig. prælat. cap.licèt de tranſlat.Epiſcop.pagina. 162. columna.1.
Cap.attendentes de ſtat.monach.pag. 166. colum.1.
Cap.1.de ſupplend.neglig.prælat.pag. 170 colum.1.
Cap.quia circa de priuileg.pagina. 177.columna.2.
Cap.monachi de ſentent. excommunicat. pag.184.col.2.
Cap. tanta de ſimonia, pagina.185.columna. 1.
Cap.cum capientes de ſentent.excommun. pag.187.&. 188.
Cap.quærenti de verbor.ſignific. pag. 192. colum.2.
Cap.vult.de teſtib.pag.192.col.2.
Cap. Deus omnipotens de accuſatio. ibidem.
Cap.at ſi clerici.§.de adulterijs.pag. 193.
Cap.ſi Epiſcopus de pœnitē. & remiſsio.pagina.202.columna.2. & pagina.209.column.1.
Cap.fin.de pœnti. & remiſsio. pagina.203. columna.1.& pagina.213.columna, prima.
Cap. monachi, capit. cum illorum. de ſentent. excommunicatio. pagina. 204. colum.1.
Cap.monachi,cap.ſignificaſti de foro competent.ibi.
Cap.religioſi de priuileg. pagina. 208. colum.2.
Cap.vltimo de pœnit.& remiſsio. pag.213. column.1.
Cap.nuper.de ſenten. excommun.pag.221 colum.2.
Cap.cum contingat de foro compet.pagin. 222.col.2.
Cap.inter corporalia de tranſlatio.Epiſcop. pag.224.col.1.
Cap. fin. de offic. delegat. pagina. 225.cocolumn.1.
Cap.1.& 2.de tranſlat.Epiſcop.pagin.226. colum.2
Cap.pen. & vlt. de corpor. vitiat.cap.2.de cleric.ægrot.pag.226.col.1.
Cap.1.de exceſsib.prælat.pagina. 232. colum.2.
Cap.fin.de foro competent. pagin.446.colum.1.
Cap.cum dilecta.de conſuetud.pag.271.colum.2.
Cap.1.de exceſsib.prælat.pag.231. columna.1.
Cap.de multa.de præbend. pagina.232.columna.2.
Cap.vnde.de bigamis.pag.235.col.1.
Cap.nuper de ſentent.excommun.pa.236. colum.2.
Cap.2. de ordin. cognitio, pagina.237.colum.2.
Cap.1.de clericis pugn.in duello,pag.242. colum.2.


Cap.

# Locorum.


Cap.ex tenore de tempor. ordin.pag. 244. colum. 1.
Cap.quanuis de sentent.excommu.pa.248 columnn. 1.
Cap.& si clerici.§.de adulterijs de iudic. pa. 250.col. 2.
Cap.cum ad monasterium de statu monachor.pag.254.col. 1.& pag.259.colum. 1 & pag.268.col. 1.
Cap. 1.de desponsat.impub.pagin.272.colum. 1.
Cap.cum in cunctis in princ. de elect. pagi. 276.col. 1.
Cap.tua nos.de testam.pag.288.
Cap.nisi cum pridem.de renuntiat.pa.290. columnn. 1.
Cap.cum nos de his quæ fiunt à prælat.pa. 291.col.1.
Cap.is qui.cap.tua de sponsal.pag. 291.colum.2.
Cap.si quis presbyter de rebus Eccles.pag. 292.col. 1.
Cap.grauis de restit.spoliat.ibid.
Cap.de priori de appellat. pagina. 297.colum.2.
Cap.ad nostram de appellat.pagin. 298.colum.2.
Cap.is cui.§.fin.de sentent.excommunicat. pag.299.col. 1.
Cap. 1.de apostat.pag. 300.col. 1.
Cap.dilecti el.2.de appellat.pagina.301,colum.2.
Cap.à nobis de apostat.pagina.303. columna. 1.
Cap. vltim. de regul. pagina. 303. columna. 1.
Cap. ne religiosi de regul. pagina. 303. colum. 1.
Cap.cum olim el.2.de priuileg.pagina.306 colum.2.
Cap.super eo de regul.pagina.334. columna. 1.
Cap.quod Dei timorem de statu monacho. ibid.
Cap. 1. de Ecclesijs monachor. ibidem, colum.2.
Cap.vltim.de religios.domib. ibidem. Cap. cum olim.2.de priuileg. pagina. 306.colum.2.
Cap. quoniam in plerisque de offic. ordin. pag.337.col.2.
Cap.cum singula.in princip.de præbend.& in.§.prouidens.ibidem, columna. 1.& 2. in fin.
Cap.ad nostram.& cap.porrecta.de confirmat.vtil.pag.337.col. 1.
Cap.fin de religios. domib. capit. quoniam in plerisque de offic.ordin.pagin.337.colum.2.
Cap. 1. & capit. si diligenti. & capit. si quis contra clericum de for.competent. pagi. 353.col.2.
Cap.ad Apostolicam de regul. pagin.354. colum. 1.
Cap.certificata de sepult. pagina. 368. colum.2.
Cap.cum in cûctis de his quæ fiunt à maio. part.pag.375.col.2.
Cap.dolentes de celeb.missa.pag.378.col.2 cum sequent.
Cap.tuæ de clerici.peregrin.pagin.410.colum.2.
Cap.periculoso de statu regul.pag.414.col. 1.cum sequent.
Cap.monasteria,de vita & honest. clericor. pag.427.col.2.
Cap.omnis vtriusque sexus de pœnit.& remis.pag.543. col. 1.
Cap.in S.P.de pœnitent.& remis.pag.566. colum. 1.
Cap.ex parte de foro compet.pag.571.colum. 1.
Cap.ex parte el. 1.de verbor.signif.pa.584. colum. 1.
Cap.omnis vtriusque sexus de pœnitent.& remis.pag.520.col. 1.& pagi.521.& pag. 595.col. 1.
Cap.2.& cap.fin.de offic.delegat.pag.619. colum. 1.
Cap.E.&.G.de offic.deleg,pag. 622.columna.2.
Cap.in literis de offic.delegat. pag.642.colum. 1.
Cap.qualiter,& quando de accusat.pa.643. colum.2.
Cap.cum accessissent.de constitu.pag.667. colum.2.


## *Loca explicata ex sexto libro Decretalium.*


Cap vni.de voto.pag.2.col. 1.
Cap.si cui de prebend.pag.70.col.2.
Cap.super gratia de offic.delegat.ibidem.
Cap.ipso iure de rescript.pagina.67.columna.2.
Cap. 1.de constit.pagina. 72.columna.2.ad fin.


Cap.

# Index


Cap.cui licet quod plus de reg.iur. pa.114. colum.2.
Cap.ſtatutum.de hæretic.pag.128. columna.2.
Cap.contra Chriſtianos.de reſcrip.pa.129. colum.1.
Cap.filij.de hæretic.ibid.col.2.
Cap.ſtatutum cl.2.de hæretic.ibi.vſque ad, pag.136.incluſiuè.
Cap.nullus.de elect.pag.144. col.2.
Cap.indemnitatibus.§.proinde.de elect.pa. 145.col.2.
Cap. Abbate. de priuileg. pagina. 166. colum.1.
Cap.is qui. de ſentent.excommun.pag.171 col.1.in fin.
Cap.Abbates.de priuileg.pagina. 181. colum.1.
Cap.ſi quis ſuadente.de ſentent.excom.pa. 187.col.1.
Cap.1.de ſentent.excomm.pag.187. col.1. & pag. 92.columna.1.
Cap.vn. de deſponſ.impuber. pagina.199. colum.2.
Cap.religioſo.de ſentent. excom. pag.216. columna.1
Cap.cum ex eo.de exceſsib.prælat.pa.230. columna.1.
Cap.vnicum de religioſ.domib. pagin.231. col.1.
Cap.licèt Canon.de elect. pagina. 232. colum.2.
Cap.1.de ſentent.excommun. pagina.234. colum.2.
Cap.vnic.de religioſ.domib.& cap. vnic.de voto,pag.261. colum.2.
Cap.exijt.§.dato de verbor.ſignifi. pa.270. colum.2.
Cap.is qui.42.de elect.pag.293.col.1.
Cap.quoniam.de priuileg.pag.296. col.1.
Cap.ſi religioſus.de elect.pagin. 334. col.2.
Cap.cum de beneficio. de præbend.pa.336 colum.2.
Cap.nullus de tempor.ordinand. pag. 339. col.1.
Cap.quorundam.§.fin.de teſtament.pagin. 342.column.2.
Cap.beneficium de regular. pagin. 357.colum.1.
Cap.cum quis de ſentent.excom.pagi.369. colum.1.
Cap. qui ex eo.de pact.pag.371.col.1.
Cap. qui celebrat, de priuileg.pagina.397. colum.2.
Cap.fin.de priuileg.pag.398.col.1.
Cap.licet de conſtitut.pag.552.col.2.
Cap.eos de ſentent.excommunic.pag.608. col.2.& ſeq.
Cap.ſtatutum de reſcriptis,pagina.620.colum.1.
Cap.1.de offic.delegat.pag.627.col.2.
Cap.fin.de offic.delegat.pag.644.
Cap.fin.§. conſeruatores de offic. delegat. pag.623.vſque ad pag.640.


## *Loca Clementinarum explicata.*


Clementina dudum de ſepult.pag.56.col.1 & pag.550.& pag.551.col.1.&.2. & pa. 575.colum.2.
Clementina dudum.§. olim eodem tit.pag. 117.col.2.
Clementina.1.de priuileg.pagina. 174. columna.2.
Clementina ne Romani de electio. pa.221. colum.2.
Clement.exiuit.de verbo.ſignifi.§.dato.pa. 270.colum.2.& pag.287.colum.1.& vide.pag 103.col.2.
Clementina ſi furioſus.de homicid.pa.240. cum ſequent.
Clementina monaſteriorum, de rebus Eccleſ.non alienand.pag.287.col.1.
Clementina dudum.§.verum de ſepult.pag. 366.col.2.cum ſequent.&c.
Clementina dudum.§.ac deinde,& §.ſtatuimus,pag.549.cum ſequent.
Clementina religioſi.de priuileg. pag. 513. vſque ad pag.532.
Clementina abuſionibus de pœnitent.& remiſ.pag. 587.& pag.588.


## *Loca Decretorum explicata.*


§.leges.4.diſtinct.pag.39.colum.1.
Cap.placuit. 16. quæſtio.7.pagina.77.colum.2.
Cap.erit autem lex.4.diſt.pag.99.colum.2.
Cap.ſi quis incognitus.17.q.2.pagina.109. columna.2.
Cap. monaſterij.19.q.13.ibid.
Cap.imputatur.1.q.4.pag.134.col.1.
Cap.conſtitui. 17. quæſtio.4. pagina. 137. colum.1.
Cap.nullam.18.q.2.pag.153.col.1.& pag. 172.col.2.
Cap.Manus de conſecrat. diſt. 5. pag.162. columna.2.


Cap.

# Locorum.


Cap.audiuimus.24.quæſtio.2.pag.183.colum.1.
Cap.inferior. 25. diſtinct. pagina.221. colum.2.
Cap.fœlix. 16.q.1.c.de locorum.de conſec. diſt.1.pag.232.columna.1.
Cap.hæc quidem.de conſecrat.diſtin.4.pagin.270.
Cap.ſicut. 12.q.2.pag.277.colum.2.
Cap.ſine exceptione. 12.q.2. pag. 278. columna. 1. & pagina. 289. columna. 1.in fine.
Cap.fin.15.q.1.& cap. ex literis. 16. q.2.& cap.communiter.33.diſtinct.pagin.238. colum.1.
Cap.ſi qua.12.quæſtio.2. pagina. 291. columna.1.
Cap.altaria de conſecr.diſtin.1.pagin. 294. colum.2.
Cap.cum ſedibus de conſecrat. diſtinctio.1. ibidem.
Cap.omnis oppreſſus.&.cap.ſi quis.& cap. placuit.2.q.6.pag.296.col.2.
Cap.ne pro cuiuſlibet.26.q.1.pagina. 320. colum.1.
Cap.Licetus de conſecrat. diſtinctio.3.cap. ſi quid.de conſecrat.diſtinct.4.pag. 325. colum.2.
Cap.non dicatis. 12.quæſtio.1.pagina.336 colum.1.
Cap.decretum.10.quæſtio.1. pagina. 347. col.2.
Cap.cantantes.92. diſtinctio. pagina. 371. columna.2.
Cap.contraria de conſecrat.diſt.5.pag.388 colum.1.
Cap.in noua actione. 16.quæſt.7. pag.338. col.1.
Cap.ſicut. de conſecrat.diſtinct.1.pagi.397 col.1.
Cap miſſa.de conſecrat.diſtin.1.pagin.399 colum.1.
Cap.peruenit. 18. quæſtio.2. pagina. 427. colum.1.
Cap.diffiniuimus.18.quæſtio.2.ibidem. colum.2.
Cap.placuit.20.q.1.cap.diaconiſſam.27.q. 1.pag.616.col.1.
Cap.1.deuotis.20. quæſtio. 1. ibidem. columna.2.
Cap.illæ.32.quæſtio.5.cap.vltim.15. quæſtio.1.cap.acutius.26.diſtin.pagin. 617. col.2.
Cap. ſedulo. 30. diſtinctio.pagina.654.colum.1.
Cap.conſuetudo.diſt.1.pag.669.


---

# LOCA EXTRAVAGANTIVM TAM IN CORPORE IVRIS INSERTARVM QVAM ALI quarum extra corpus iuris, primo referam eas quæ ſunt in corpore iuris: poſtea autem alias non prætermittam.


EXtrauagans ambitioſe de reb.Eccleſ.nõ alien.pag.294.
Extrauagans.2.de ſimonia.pagina.185.column.1.
Extrauagans Ioannis Vigeſimi ſecundi de vita & honeſtate clericorum explicatur. pag.372.&.373.
Extrauagans graue nimis de reliquijs & veneratione Sanctorum, pagin.534. vſque ad pag.537.
Extrauagans vas electionis de hæreticis,pa. 573.columna.2
Extrauagans vnam ſanctam de maioritate, & obedientia,pag. 585.col.2.
Extrauagans Pij Quarti,cõfirmata per Gregorium. XIII. de deſcendentibus ex Iudæis Sarracenis, & hæreticis, quod non ſint prælati in ordine Minorum explicãtur à pagina.125.vſque ad pag.143.
Extrauagans Pij Quarti,circa bona monachorum morientium extra clauſtra,pag. 308.& pag.309.col.1
Extrauagãtes Pij Quinti,& Gregorij.XIII. de agitandis Tauris,pag.40.col.2.
Extrauagans Pij Quinti,circa durationem prælatorum, & abbatiſſarum, in ordine Minorum,pag.147.colum.2.& pag.150. colu.1. & 2. explicantur etiam extrauagantes

gantes Gregorij XIII. & SixtiQuinti, circa eandem materiam.
Extrauagantes Leonis X. Adriani Sexti, Pauli Tertij, & Pij V. pro nouo orbe explicantur, pag. 324. & pag. 325. & pagin. 340. & pag. 341. & 342. & 343.
Extrauagans Pij Quinti, contra Sodomiticos declaratur cum alia Summi Pontificis extrauagante, pagina. 315. columna. 2.
Extrauagans Pij Quinti, de non celebrando missam hora vespertina explicatur, pag. 394. & 395.
Extrauagantes Pij Quinti, & Gregorij decimitertij, circa clausuram monialium declarantur, pagin. 420. vsque ad pag. 426. inclusiuè, & pag. 437. vsque ad pag. 451. inclusiue, & pag. 467. vsque ad pag. 472. inclusiue.
Extrauagantes Pij Quinti, circa præsentationem confessariorum regularium explicantur, pag. 555. col. 1. & 2. & pa. 564. & pag. 565.
Extrauagans Gregorij XIII. pro religione Societatis Iesu explicatur, pag. 4. vsque ad. 8. inclusiue.
Extrauagans Sixti Quinti, contra male promotos explicatur, pag. 185. & 186.
Extrauagans Sixti Quinti, circa confraternitates corrigiatorum Diui Augustini, & chordatorum Diui Patris nostri Franciſci explicantur, pag. 539. vsque ad pag. 546.
Extrauagans Gregorij XIIII. moderans cõstitutiones Sixti Quinti circa illegitimos explicatur, pag. 108. col. 1.
Extrauagans Clementis VIII. de largitione munerum prohibita regularibus explicatur. pag. 34. columna. 1.

## *Loca Concilij Tridentini explicata.*

Cap. 5. sess. 4. de reformatione, pagina. 350. colum. 2.
Cap. 5. sess. 4. de reformatione, & sess. 25. c. 8. & 20. pag. 349. column. 1.
Sessio. 4. de vsu sacrorum librorum.
Sessio. 5. de reformatione. cap. 1.
Sessio. 22. de reformatione, cap. 4. pag. 559. column. 2.
Cap. 4. sess. 6. de sacramento pœnitentiæ, pa. 94. column. 1
Cap. 5. sess. 6. de reformatione, pa. 169. col. 2. & pag. 295. colum. 1.
Cap. 7. sess. 7. de reformatione, & cap. 16. sess. vltima, pag. 346. colum. 2.
Cap. 8. sess. 7. de reformatione, pagina. 347. column. 2.
Cap. 7. sess. 13. pag. 599. col. 1.
Cap. 1. sessio. 14. pag. 220. col. 1.
Cap. 7. sess. 14. de reformatione, pagina. 60. colum. 2.
Cap. 7. sess. 14. & c. 6. sess. 24. de reformatione, pag. 110. & pag. 209. col. 1.
Cap. 7. sess. 14. de sacramento Eucharistiæ. pag. 205. col. 1. & pag. 206. col. 2. & pag. 209. colum. 2.
Cap. 7. sess. 14. & cap. 7. sess. 19. de reformatione, & sessio. 25. capit. 6. pagina. 245. columna. 1.
Cap. 7. sess. 14. de reformatione, pagin. 242. col. 1. & pag. 250. colum. 1.
Cap. 7. sess. 14. de reformatione, pagina. 609. col. 1.
Cap. 8. sessio. 14. pag. 175. col. 2.
Cap. 7. sess. 19. pag. 245. col. 1.
Cap. 8. sess. 21. de reformatione, pagina. 349. col. 1.
Cap. 2. sessio. 22. pag. 233. col. 1.
Cap. 4. sessio. 22. de reformatione. pag. 288. colum. 2.
Cap. 22. sessio. 22. pagin. 436. columna. 2. in fine.
Cap. 7. & cap. 8. & cap. 18. & cap. 8. sess. 23. de reformatione, pag. 165. col. 1.
Cap. 5. sessio. 23. de reformatione. pag. 206. colum. 1. & pag. 207.
Cap. 10. sessio. 23. de reformatione. pag. 158 colum. 1.
Cap. 8. cap. 10. & cap. 12. sess. 23. de reformatione, ibid.
Cap. 7. sessio. 23. de reformatione. pagin. 165.
Capit. 8. & capit. 10. sessio. 23. pagina. 165.
Cap. 16. eiusdem sess. & cap. 2. sess. 14. de reformatione, pag. 173. col. 2.
Cap. 6. sess. 23. de reformatione, pagi. 187. colum. 2.
Cap. 12. & cap. 14. sess. 23. de residentia prælatorum, pag. 239.
Cap. 1. sess. 23. de residentia. & sessio. 25. de reformatione, capit. 18. pagina. 219. colum. 1.
Cap. 3. sess. 23. de reformatione, & cap. 9. eiusdem. sess. pag. 238. col. 2.
Cap. 10. sess. 23. pag. 355. col. 2.
Cap. 11. sess. 23. pag. 60. col. 1. vbi pagin. 61. ponun-

ponuntur duodecim decreta Cõcilij Tridentini, in quibus reuocantur priuilegia regularium.
Cap.12.ſeſ.24. de reformatio.pag.89.col.2 & pag.144.col.2.& pa.145.
Cap.6.ſeſ.24.de reformat.pag.181.col.1.& pag.182.col.2.& pag.244. col.1. & pag. 250.col.1.
Cap.4.ſeſsio.24.de reformatione.pag.400. colum.1.
Cap.11.ſeſsio.24.de reformatione. pa.327. colum.2.
Cap.13.verſiculum in vnionibus,ſeſsio.24. pag.232.colum. 2.
Cap.9.ſeſ.24.pag.348.colum.1.& ſeſ.21.c. 8.ibidem.
Cap.9.& cap.10.ſeſsio.24.de reformatione & cap.8.ſeſ.7.ibidem.
Cap.6.ſeſsio.24.pag.586. col. 1.
Cap.2.ſeſsio.24.& cap.7.ſeſs. 14.pag. 589. colum.2.
Cap.11.ſeſsion. 24. pagina. 598. columna. ſecunda.
Cap.5.ſeſs.25. de regularibus, pagina.259. colum.1.
Cap.1.& ca.5.& ca.21.eiuſdem.ſeſ.pa.264. colum.1.
Cap.1.& cap.2.eiuſdem.ſeſsio.pagina.280. colum.1.
Cap.7.ſeſs. 25. de regularibus.pagina.145. col.2.
Cap.10.ſeſsio.25.de regularibus,pagi.455. colum.1.
Cap.5.ſeſ.25.de regularibus,pa.457.col.1.
Cap.6.ſeſsion.25. de regularibus.pag.484. columna.2.
Cap.14.ſeſsio.25.de regularibus. pag.480. col.1.
Cap.8.ſeſsio.25.de regularibus.pagin.147. colum.1.
Cap.16.ſeſsio.25.de regularibus. pag. 357. colum.1.
Cap.20.& cap.9. ſeſsio. 25. de regularibus, pag.158.
Cap.4.ſeſsion.25.de regularibus, pagi.301. colum.2.& pag.405.col.1.
Cap.11.ſeſs.25.de reformatione,,pag.345. colum.2.& pag.351.col.1.
Cap.13.ſeſ.25.de reformatione,pagin. 367 col.1.
Cap.15.ſeſs. 25. de reformatione,pag.112. col.2.
Cap.18.ſeſ.25.de reformatione,pagin.219. columnn.1.
Cap.20.& capi.8.ſeſs.25. de reformatione, pag.281.col.1.
Cap.14.in principio.ſeſsio. vltima. ſub Pio IIII.pag.301.colum.1.

## *Loca Digeſti veteris.*

L.1.iuncta gloſ.v.illicita.ff.de colleg. illicit. pag.3.colum.1.
L.adoptio.ff.de adoptio.pagina.54.columna.2.
L.ſi hominem.ff.mandat. pagina.75.columna.1.
L. plenum. §. equitis. ff. de vſufruct. pagina.76.
L.verum.§.vult.cum lege ſeq.ff. de minori. pagina.78.circa finem, & pagina.79.colum.1.
L.4.§.pen.ff.ad Macedon.pag. 96. col.1.in fin.
L.bona fides. ff.depoſit.pagina.97.columna.1.
L.omnes populi.ff.de iuſt.& iur.pagina.98. colum.2.
L. 1. ff. de offic. eius cui mandat. eſt iuriſd. pag.155.col.1.
L.furti.ff.de his qui not.infam.pagina.299. col.2.
L.falſus.§.qui alienum.ff.de furt.pagi. 361. col.1.
L.Barbarius Philippus. ff. de offic. prætor. pag.567.colum.1.& pag.568.
L.non omnium.ff.de legib.pagina.663.columnn.1.
L. princeps. ff. deleg. pagina. 666. columna.1.

## *Loca Infortiati.*

L.ex militari.§. ſed vtrũ. ff.de milit.teſtam. pag.76.
L.hæredes palã.§.ſi quid in fin.ff.de teſtam. pag.94.col.2.
L.ſi ita.ff. de aur. & arg. legat. pagina.178. col.1.
L.adigere.§.quanuis.ff.de iure patron. pag. 661.col.1.

## *Loca Digeſti noui.*

L.item apud Labeonẽ. §. ait prætor.ff.de in iur.pag.45.colum.1.
L.Titia.§.idem reſpondit.ff.de verb.obliga. pag.93.col.2.

L.mi-

L. miles. §. defunctus. ff. de adulter. pag. 135. column. 1
L. statu liberi. §. quintus. ff. de statu liber. pagin. 281. col. 1.
L. prospexit. ff. qui & à quibus, pagina. 661. colum. 1.

*Loca ex Codice.*

L. nonnunquam in principio. C. de collat. pag. 72. col. 1.
L. 3. C. de silentiar. pagin. 73. columna. 1. in fin.
L. quoties. C. de precib. imperat. offerend. ibid.
L. inter emptorem. C. de pact. pag. 74. col. 1. in fin.
L. voluntariè. C. de excusat. tuto. ibidem. colum. 2.
L. assiduis. C. qui potiores in pigno. versi. & ideo etiam, pag. 87. circa fin.
L. à iudice. C. de iudic. pag. 225. colum. 1.
L. 1. C. de iure emphyteut. pagina. 359. columna. 2.
L. 1. C. de relato. pag. 97. colum. 1.
L. 2. C. pro emptore. pag. 281. col. 1.

*Ex Authenticis loca.*

Authentic. quę supplicatio. C. de precib. imperat. pag. 66. col. 1.
Authent. de sanctissimis Episcipis. §. sed hac præsenti. l. verum. §. vltim. cum lege sequent. ff. de minor. pag. 78. col. 1. & pag. 64. colum. 1. & 2.
Authenti. vt factæ nouæ constitutiones in Rubrica & in nigro, pag. 33.
Authentic. omnes peregrini. C. communi. succesio. pag. 361. colum. 2.

*Ex legibus partitarum.*

L. 18. titut. 7. part. 1. pag. 629. col. 1.

*Ex legibus ordinam.*

L. 1. tit. 8. lib. 1. ordin. pag. 363. col. 2. & pag. 619. colum. 2.
L. 8. tit. 7. lib. 1. ordin. pag. 642. col. 1.

*Ex noua Compilatione.*

L. 1. tit. 2. lib. 1. nouæ compilat. pagina. 639. lumn. 1.
L. 7. tit. 8. lib. 5. nouæ compilat. pagina. 106. column. 2.
L. 13. tit. 18. lib. 6. nouæ compilat. pag. 649. colum. 2.

*Ex ordinationibus Portugaliæ.*

Lib. 2. tit. 8. pag. 651. col. 1.

# INDEX MATERIARVM HVIVS PRIMI TOMI, IN quo sententiæ insigniores summariè apponuntur.

## A.

### *Abbas.*


ABba apud Hębreos pater est. pa. 101. colu. 1. q. 21. art. 1.
Abbas vnde dicatur, ibidem.
Abbatis nomen primum quod. ibid.
Ab Abbatibus ad Abbatissas arguitur. ibid.
Abbates, & Abbatissæ benedicti & benedictæ ibid. 102. colum. 2.
Abbates semel benedicti rebenedici nō possunt, ibidem.
Abbas debet esse professus sacerdos & anno rū vigintiquinq; pa. 144. col. 2. q. 15. ar. 2.
Abbas & alius prælatus quoad regulam iudex pag. 151. col. 2. quæst. 17.
Abbatibus iurisdictio competit iure humano, pag. 151. colum. 1. & pag. 152. col. 1.
Abbatibus & alijs prælatis an potestas competat iure diuino, pag. 152. colum. 1. ibid.
Abbates non possunt dispensare in certis casibus, pag. 153. colum. 2. ibid.
Abbates in suis Ecclesijs possunt populū benedicere, pag. 161. colum. 1.
Abbates quibus ordinibus possint subditos ordinare, ibi q. 18. art. 1.
Ab Abbate promotus ad ordines, ipsius priuilegium tenetur ostendere, ibidem.
Abbates per non vsum non derogant priuilegio ordinatiuo, ibid. colum. 2.
Abbates non benedicti funguntur omnibus præminētijs benedictorū, ibi. col. 2. art. 2.
Abbas electus & confirmatus ante benedictionem dicitur, Abbas. ibid.
Abbates Cistertij non possunt suos subditos ordinibus sacris insignire post Conc. Tridentinū, ibi. pa. 162. co. 1. & pa. 163. col. 1.
Abbas exēptus potest dimissorias dare suis regularibus, ibid. pag. 163. colum. 2.
Abbas suos subditos ab irregularitate purgat, pag. 193. colu. 11. q. 20. art. 20.
Abbas à suis subditis impedimenta circa ordines potest remouere, ibi. col. 2.
Abbas non potest alienare sine solennitatibus, pag. 177. colum. 1.
Abbas solus quæ facere potest, ibid.
Abbates Cistertij & primi coabbates possūt altaria cōsecrare, pag. 295. col. 2. q. 27. ar. 2.
Abbates in aliena diœcesi sine licentia Episcopi non possunt hæc facere, ibid.
Abbatum depositio quibus competat, pagi. 374. col. 2. q. 41. art. 3.
Abbatum depositio an competat solis capitulis.


### *Abbatissa.*


Abbatissa quæ, pa. 101. colum. 2.
Abbatissæ incapaces sunt ad imponēda præcepta spiritualia, ibid. pag. 102. col. 2.
Abbatissæ triennales non benedicuntur. ibi. colum. 2.
Quid sit Abbatissa, pag. 121. co. 2. q. 13. ar. 21.
Abbatissæ esse possunt illegitimæ, ibid. pag. 22. col. 1.
Abbatissa quadraginta annos debet habere, & octo post professionem, pag. 145. col. 2. & pag. 146. col. 1. q. 15. art. 3.
Abbatissa debet esse expresse professa, ibid.
Abbatissa finito triēnio statim renūciare debet, pag. 149. col. 1. & 2. q. 16. art. 3.
Abbatissæ à patronis præsentatæ sunt perpetuæ, ibid. pag. 150. col. 1. & 2.
Abbatissæ confirmatæ conferunt Ecclesias, pag. 160. col. 1. q. 17. art. 12.
Abbatissæ quo ordine possint instituere, ibi.
Abbatissæ nō habēt pertinētia ad claues. ibi.
Abbatissa suspendit ab officio subtrahendo beneficia, pag. 160. colum. 2.
Abbatissa an comparetur Abbati. ibid.
Abbatissa iubens excommunicare quomodo intelligendum. ibid.
Abbatissa in votis monialium non dispēsat, pag. 258. col. 2. ad fin.
Abbatissa maiorem in moniales potestatem habet, quam pater in filios, pag. 258. col. 2. quæst. 25. art. 7.

# Index


Abbatissa irritando vota monialiũ sine causa non peccat.ibidem.

Abbatissæ admittentes intra claustra monasterij mares & fœminas sunt excommunicatæ & suspensæ.pag.450. colu. 2. & pag. 451.colu.2.q.47.art.3.

Abbatissa non potest esse corrupta absque dispensatione.pagina.618.colum.1.quæst. 64.art.4.

*Absens.*

Absens præsentatus ad beneficium intra tempus certum debet comparere,alias præsentatio est nulla. pag.565.colu.1.quæst.59. art. 10.

*Absoluere,absolutio.*

Absoluere possunt suppriores ordinis Prædicatorum sicut priorespag.174. col.1.

Absoluere possunt prælati suos subditos à quacunque censura.ibi.col.2.

Non possunt prælati absoluere suos subditos à crimine hæresis. pag. 167.col. 1. & pag. 182.col.1.

Absoluere possunt Episcopi ab hæresi occulta.ibi pag.182.colu.1.

Non possunt Episcopi vniuersaliter cõmittere alicui absolutionem ab hæresi.ibid.pag. 183.col.1.

Qui potest absoluere ratione officij potest committere autoritatem ad pœnitentiam arbitrandam.ibi.pag.184.col.1.

Absoluere possunt prælati suos subditos per confessores clerici.ibi.

Absoluere potest excommunicatus excommunicatum in casu necessitatis.ibi.colu.2.

Absolui potest superior percutiens clericum à suo subdito.ibi.

Absoluere possunt prælati generales suos subditos à simonia pag.185.colu.1.&.2.

Absoluere non possunt prælati simoniacos in mala ordinum promotione.ibi. pag.186

Absoluere possunt prælati irregulares suos subditos à suspensione à diuinis. pag.187. col.2.

Absolui non possunt subditi à prælatis à peccatis commissis in contemptum clauium. pag.189.colu.1.

Absolui possunt subditi à peccatis commissis cum confidentia priuilegiorum. pag. 190.colu.1.&.2.

Absoluere possunt prælati suos subditos ab omni irregularitate, & alijs impedimentis tribus exceptis.pag.194.col.1.

Absolui possunt moniales.pag.196. &.197.

Absolui plenarie possunt nouitiæ monialiũ à suis confessoribus.pag.198.colu.1.

Absolutio facta virtute priuilegij validi licet ignorati valet.pag.199.col.2.

Absoluere qui potest ex priuilegio perpetuo potest subdelegare.pa.200.co.2.in fin.

Absolutio à peccatis extra confessionẽ quomodo explicetur.pag.201.colu.1.&.2.

Absoluere non potest inferior subditum à re seruatis quãdo superior iuste ei denegauit absolutionem.pag.204.&.205.

Absoluendi potestatem recipiunt presbyteri in ordinatione.pag.206.col.2.

Absoluentes à reseruatis sine autoritate pœna afficiuntur.pag.208.col.2.

Absoluere quis possit à casibus prælatis reseruatis ibidem.

Absolui non possunt fratres ordinis prædicatorum absq; licentia suorum prælatorũ. pag.209.colu.1.

Absolutio à peccatis dari non potest sine absolutione excommunicationis præmissa. ibid.col.2.

Absoluendi licentiã non possunt prælati rigorose negare.ibidem.

Absolutus ab inferiori directe à mortalibus, & per indirectum à reseruatis, an recipiat vnum verum sacramentum.pag.210.col.2. in fin.

Absoluere tantum à venialibus potestatem habet simplex sacerdos. pag.211.col.1.

Absoluentes à reseruatis tenentur integram audire confessionem.ibidem.

Absolutio à reseruatis quomodo detur à pœnitentiario.papæ.ibid.colu.2.

Absoluendi magnam habent potestatẽ prælati Mendicantiũ Indos Christianos. pag. 325.col.1.q.31.ar.4.

Absoluere per priuilegia possunt regulares à casibus Episcopo reseruatis.pag.579.co.1 q.61.ar.3.

Absoluere possunt regulares à reseruatis sedi Apostolicæ exceptis bullę cœnæ.pag.581 col.1.ibid.

Absoluere possunt regulares excõmunicatos parte satisfacta.pag.582.col.1.ibi.

Absoluere possunt regulares pœnitentes à censuris extra sacramentum pœnitentiæ. pag.583.col.1.&.2.

Absoluere non possunt regulares à casibus Episcopo à Concilio Tridẽtino reseruatis. pag.584.ibid.

Absolui potest aliquando excommunicatus etiã parte nõ satisfacta.pag.583.col.2.ibi.

# Materiarum.


Absoluere non potest religiosus simplex ab excommunicatione minori, licet possit à peccatis venialibus. pagina. 587. colum. 2. ibidem.

Absolutio in foro conscientiæ quid importet. pag. 586. col. 1.

Absolutio in foro conscientię à sacerdotibus iurisdictionem habentibus fieri potest. ibi. colu. 2.

Absolutio à culpa & à pęna quid importet pag. 588. col. 1. ibid.

Absolutionis effectus. ibid.

Absoluens religiosus sine autoritate à culpa & à pœna bona fide non incidit in Clemẽtinam. pag. 589. col. 1.

Absolutus plenariè in articulo mortis etiam à reseruatis postea conualescens reseruata prælato non tenetur cõfiteri. pag. 603. colu. 1. q. 62. art. 8.

Absolui plenariè ab omnibus potest regularis infirmus, qui casu non fuit confessus. pag. 603. col. 1.

Absolutionis in articulo mortis faciendæ, quæ forma. pag. 603, col. 1. &. 2.

Facultas absoluendi à reseruatis Papæ, intelligitur de reseruatis etiam post datam facultatem. pagina. 177. columna. 2. quæst. 20. art. 8.

Quis possit absoluere à casibus bullæ cœnæ pag. 178. col. 1. ibidem.

Cætera vide verbo, confessio, & verbo, confessor, & verbo prælati, & verbo regulares, & verbo religioli.


## Ac.


Ac dictio quid importet. pag. 138. colum. 2. q. 14. art. 7.


## Actus.


Actus, per quos infringitur lex sufficit quod fiant scientibus regijs auditoribus ad reuocandam legem. pag. 40. colum. 1. quæst. 6. art. 12.

Actus validitas non dependet à notitia potestatis, sed ab ipso posse pag. 199. colum. 2. q. 20. art. 5.

Actus prohibitus cum pœna si fiat est nullus. pagina. 621. columna. 1. quæstione. 65. artic. 3.

Actus duo communes intellectui practico & speculatiuo. pagina. 645. columna. 2. q. 66. artic. 1.


## Ad instar priuilegium.


Ad instar priuilegium concessum, cuius virtutis. pag. 576. col. 2, &. 577. colum. 1. q. 64. art. 2.


## Admissio.


Admittere ad religionem omnes, an sit obligatorium. pag. 81. col. 2. in fin. & pag. 82. col. 1. q. 10. artic. 3.


## Adulterium.


Adulterij crimen graue & punibile. pag. 251. col. 1. q. 24. art. 17.


## Affinitas.


Affinitas ex copula cum consanguinea non contrahitur, nisi intra secundum gradum. pag. 611. col. 2. q. 63. art. 1.

Affinitas ex copula non contrahitur, nisi effuso semine intra vas. ibidem.

Affines matrimonium contrahentes scienter non faciunt prolem legitimam. pag. 105 col. 1. q. 13.


## Alcantara.


Ordinis militaris Alcantaræ vnde origo. pa. 30. colu. 1.


## Alienare alienatio.


Alienationis verbum in materia odiosa stricte interpretãdum, secus in fauorabili. pa. 276. col. 2. q. 27. art. 1.

Alienatione rerum Ecclesiæ prohibita quæ comprehendantur. ibid.

Alienatio rerum Ecclesiæ, qua solennitate fieri. ibid. pag. 277. colu. 1.

Alienans rem Ecclesiæ, vel locans vltra trienium in casibus non permissis excommunicationis sententia afficitur. ibid.

Alienãte Papa, vel Episcopo rem Ecclesiæ in consanguineum causę non creditur, nisi de ea legitime constet. pag. 277. col. 2. q. 27. art. 2.

Alienatio Ecclesiæ valida est etiam non antecedẽte tractatu, si postea subsequatur. ibi. in fin. col.

Quis tractatus esse debeat ante alienationẽ. ibid. pag. 278. colu. 1.

Alienatio rei Ecclesiæ non valet etiamsi prælatus consentiat maiori parte collegij dissentiente. ibidem.

Alienatio rei ecclesiæ non valet prælato dissentiente, etiam si omnes de collegio consentiant. ibidem.

alienatio à capitulo ſede vacante fieri non poteſt abſque autoritate ſuperiorum.ibid. in fin.colu.
Alienatio facta à monialibus ſine ſui generalis conſenſu nulla,ab ipſo ratificari poteſt. ibid.pag.278.colu.2.
Alienationes à generalibus ordinis Ciſtercij ex indulto Eugenij IIII. quomodo celebrandæ.ibidem.
Alienationes rerum Eccleſiæ non validantur ex præſumptione quod ſolemnitates interuenerint.ibidem.
Alienatio quadrupliciter in iure capitur. pa. 281.col.1.q.27.art.2.
Alienare prohibitus quando poſsit hypothecare.ibid.colu.2.
Alienari ſine ſolemnitate poteſt res,cuius dominium adhuc eccleſiæ non eſt acquiſitū. ibid.pag.285.col.1.ibid.
Res eccleſiæ immobiles,vel mobiles,quæ ſeruando ſeruari poſſunt cenſentur prohibitæ alienari.ibid.pag.286.columna.1.q.27. art.4.
Alienare prohibitus non prohibetur arbores opacas cædere, vt loco earum fructiferas ſubſtituat. ibidem.
Prælatus non poteſt alienare & ſuccēdere arbores fructiferas ibidem.in fin.
Prohibitus alienare non prohibetur donare pro victu & veſtitu.ibid.pag.289.colu.2. in medio.
Arbitrio boni viri relinquitur, an alienatio ſit vtilis.ibid.pag.290.col.2.
Alienationis vtilis monaſterio exempla. ibi. in fin.colu.
Sufficit quod alienatio ſit vtilis tempore contractus.ibid.pag.291.colu.1.
Alienatio facta in vtilitatem monaſterij ſine ſolemnitatibus valet.ibid.
Alienatio ſine ſolennitatibus licet vtilis nulla,exceptis quibuſdam caſibus. ibid.in fin. columna.
An monachus alienans ſine cōſenſu prælati ſit obligatus in foro conſcientiæ.ibid.pag. 291.col.2.
Alienatio rei eccleſiæ facta, vt reſcindatur alia in ſimul præexigit. ibidem.pagin.292. colu.1.
Alienans rē Eccleſiæ tenetur ad damni reſtitutionem.pag.292.colu.2.q.27.art.11.
Alienans male rem Eccleſiæ, vt excuſetur à peccato, & ſimiliter emens quid conſiderandum.ibid.pag.292.col.1.
Commendatarij ordinum militiarum nō poſſunt res ſuarum commendarum alienare. ibid.pag.293.colu.1.
Alienatio dicitur locatio ad longū tēpus.ibi.
Alienatio dicitur locatio ad vitam facta.ibid.
Alienatio dicitur locatio facta ad nouēnium cum pacto de retrolocando ad aliud.ibid. colu.2.
Alienantes res Eccleſiæ ſine ſolennitatibus, qua pœna puniantur.ibidem.pagina.294. col.1.
Non incidunt in has pœnas alienantes res minimas.ibid.in fin.colu.
Alienantes res eccleſiæ ſine ſolemnitatibus, quibus caſibus pœna afficiētur.ibid.col.2.

## *Altaria.*

Altaria conſecrant Epiſcopi.pag.195.col.1.
Altaria regulares an poſsint conſecrare.pagina.295.
Abbas Ciſtercij & alij primi coabbates poſſunt altare conſecrare.ibid.
Hoc tamen in aliena diœceſi non poſſunt. ibid.colu.2.
Altaria in locis infidelium presbyteri Societatis Ieſu poſſunt conſecrare.ibi.in fin.col.
Altaria poſſunt Minores conſecrare in partibus Indiarum,ibid.
Altare portatile quod ſit pag.397.colu.1.q. 43.art.3.
Altari ſeruiens de ipſo viuere quomodo intelligitur.pag.409.col.1.

## *Angeli.*

Angelorum vitæ cœnobitarum vita ſimilis. pag 473.q.50.art.1.

## *Animal.*

Animalia monachorum ſunt de foro ſæculari.pag.640.col.1.q.65.art.14.

## *Appellare, appellatio.*

Appellari non poteſt à lege facta à legitimo conditore.pag.36.colu.1.q.6.art.7.
Appellare in quibus poſsit religioſus. pag. 297.col.2.q.29.art.2.
Appellare Minores ad quos poſsint, & quo ordine.ibid.
Appellare religioſis indecens. ibid. pag.297. col.1.art.3.
Appellatio friuola, quæ ſit. pag. 65. col.2.q. 8.art.13.
Definitio appellationis.pag.296.col.2.q.29. artic.1.

# Materiarum.


Appellatio iudicialis quæ.pag.297.ibidem.
Appellatio extra iudicialis quæ.ibid.
Vtriusque appellationis quis effectus. ibi.
Appellationis iudicialis triplex effectus.ibi.
Appellationis à censura effectus tantum deuolutiuus.ibid.
Appellationis verbo non vtitur in ordine Mendicantium, pag.297.colu.1.art.2.ibi.
Appellationis prohibitio in ordine Mendicantiũ inquibus sit prohibita.ibid.
Appellatio est iuris naturalis.ibi.col.1.in fin.
Appellatione prohibita sit locus simplici querelæ.ibid.
Appellatione prohibita religiosis circa correctiones & alia similia intelligitur, nisi modus excedatur.ibid.in medi.colu.
Appellationem iniustè denegans peccat,ibi. pag.298.col.2.
Appellatio interposita à sententia quæ priuat ab vtraque voce ipsam suspendit.ibi. pag.299.col.1.
Appellatio non suspendit sententiam suspendens ab officio,vel ingressu ecclesiæ. ibid.
Appellatione pendente nihil innouandum pag.97.col1.
Appellatione pendente vbi ex bono & æquo proceditur aliquando nihil innouatur.ibi.

*Apex iuris.*

Apices iuris & rigor non sunt odiosi·pag.96. col.2.in med.q.11.art.6.
Apices cum suo rigore aliquando seruandi. ibidem.
Apicum iuris inuentio.ibid.col.2.infin.

*Apostata,apostasia.*

Apostata & apostasia quotuplex sit pag.300 col.1.q.30.art.1.
Apostata quando tanquam talis veniet castigandus.ibi,colu.2.
Apostata non est qui sine licẽtia exit à monasterio ad ingrediendũ aliam religionem ibi.
Apostasia vera fit per habitus desertionem,sine proposito reassumendi ipsum.ibi.
Apostatæ definitio,ibidem.
Apostata non dicitur religiosus fugitiuus.ibi dem.col.2.infin.
Apostata non est ille,qui portat habitum subtus in absconditо,licet sit ex communicatus,ibid.301.col.1.art.2.
Apostata verus punitur pœnis positis à Paulo IIII. ibidem.
Apostata rediens ad religionem tenetur facere memoriale debiti,& crediti,pag.307. col.2.ibid.art.11.
Apostata per sententiam iectus non potest confessioni factæ contraueñire circa debita & credita,ibid.
Apostata ordinis Minorũ licèt non fuerit ter conuictus potest expelli à religione,si est incorrigibilis de facto pag.310.col.2.ibid. arti.14.

*Approbati.*

Approbati ad vnum officium non remanent semper approbati,pag.554.col.1.q.50.ar.

*Arbitrium.*

Arbitrio boni viri relinquuntur omnia,quæ in iure non habent certam determinationem.pag.38.col.1.q.6.art.9.
Arbitrium & iurisdictio diuersificantur.pag. 159.col.2.q.17.art.11.
Arbitrium potest concedi per viam iurisdictionis ordinariæ.ibid.
Arbitrio viri boni,quæ cõmissa,pag.290.col. 2.q.27.art.8.
Arbitri iudices esse non possunt Guardiani Minoritæ. pag.621.q.65. art.3. Arbitrio boni viri remanẽt dispẽsationes, pag.118. col.1.

*Archidiaconatus.*

Quid sit archidiaconatus pag.117.col.2.q. 13.art.6.

*Argumentum.*

Argumentũ verisimilitudinis voluntatem legislatoris declarat, pag.179.col.1.q.20. artic.9.

*Articulus.*

Articulus mortis quomodo veniat intelligendus pag.603.col.1.q.62.ar.7.

*Auis.*

Auis ordo in Regno Lusitaniæ vnde ortus, pag.30.col.2.q.5.art.6.
Auis ordo Eboræ conuentum habuit, ibidem.
Auis ordo subiectus erat ordini de Calatraua ibid.infin.
Auis oppidi Portugaliæ quædam memoria lapidi inscripta refertur,pag.31.colum.1. in fin.

*Auditor.*

Auditoris officium expirat morte Domini constituentis, pag.104.colum.1.q.12. artic.6.

*Aurora.*

Auroræ initium quando dicatur, pag.394.

column.1 .quæ.43.artic.7.

*Autoritas.*

Autoritates quot cõtineat decretorum volumen,pag.12.col.1.

Authenticus tantum decretorum volumen, quoad decreta ſanctorum Patrum,ibid.

*Auxilium.*

Auxilio brachij ſecularis implorato à ſeculari poteſt dicere, quod vult videre proceſsũ pag.66.column.2.

*Baptizare,baptiſmus.*

Baptizare an poſsint monachi pag.322.colu. 2.q.31.art.1

Baptizare poteſt quicunq; pag.323.col.1.ibi.

Baptizare poſſunt in partibus Indiarum & reliqua ſacramenta conferre fratres Minores,pag.324.col.1.ibi.

Baptizare poſſunt fratres Minores filios Hiſpanorum in Indijs,pag.324.col.2.ibi.art.4.

Baptizare poſſunt fratres Minores in partibus Indiarum cum oleo & chriſmate antiquis vſque ad quatuor annos,pa.325.col. 2.arti.5.ibidem.q.31.

Baptiſmus,vt fiat,quatuor debet habere,pag. 326.col.1.q.31.art.5.

Baptizare poſſunt in partibus Indiarum extra Eccleſias ſine cæremonijs fratres Societatis Ieſu,pag.326.colu.1.q.31.art. 6.

*Benedictio,benedicere.*

Benedictio Calicis & paramentorũ eſt ſolius Epiſcopi pag.166.colu.1.q.19.art.1.

Benedictio ornamentorum Eccleſiæ,vel altaris exceptis corporalibus poteſt fieri à ſacerdotibus Minorum ibi.col.2.

Benedictio ornamentorum Eccleſiæ & etiam corporalium vbi non datur copia Epiſcopi poteſt fieri à Minoritis ſacerdotibus,ibi. Quid circa hoc dicat Veracruz habes,ibidẽ.

Benedictionũ dicte cõceſsiones quoad fratres Minores ſacerdotes non ſunt in vſu,ibid.

Benedicere Eccleſias,oratoria, & alia ad Minores pertinentia poſſunt generales & prouinciales Minorum,& hi quibus ipſi commiſerint,exceptis his in quibus chriſma interuenit,pag.167.col.1.ibi.ar.2.

Benedicere poſſunt,ſupradicti prælati corporalia,ibid.

Benedictio corporalium chriſma non requirit,ibidem.

Priores & guardiani poſſunt benedicere corporalium,ibidem.column.2.

Benedictio corporalium à dictis prælatis facta proficit pro Eccleſijs extra ordinem,pagina.168.col.1.ibid.

Benedicere poſſunt prouincinciales Indiarum ſupradicta, etiam pro vſu alieno,ſi diſtent, vel eorum officialibus per duas dietas,ibid.col.2.in fin.

Benedicere extra,vel intra duas dietas neceſsitate petente tam pro vſu proprio, quã pro alieno prouinciales Minorũ in partibus Indiarum poſſunt Epiſcopis abſentibus, & confirmationis ſacramentum fidelibus miniſtrare,pag.168.col.2.in fi.ibi.ar. 3. & hãc poteſtatẽ poſſunt ſuis fratribus communicare, ibi.pag.169.col.1.

Benedictionis poteſtas an alijs Abbatibus cõuentualibus Vltramontanis & Ciſmontanis competat,ibid.

Benedictiones,cõſecrationes, & reliqua regularibus gratis ſunt facienda, ibid.pag.150. art.5.columna.1.

*Beneficium.*

Beneficia principum fauorabilia amplianda, ſecus ſi odioſa,pag.96.col.1.q.11.ar.6.

Beneficiarius, qui profitetur canones adſimilitudinem Theologi fruitur in abſentia prouentibus beneficij,pag.102.col.2.q.11.ar.9.

Beneficij appellatio quæ comprehendat.pa. 185.col.1.ar.12.q.20.ar.9.

Beneficiũ habens curatũ,non priuatur beneficio ipſo facto per homicidium, pag.250. col.1.q.24.ar.16.

Beneficium,quod, & quotuplex,pa.331.col. 2.q.34.ar.1.

Beneficia regularia duplicia quæ,ibid.

Beneficium ſimplex regulare,quod,pa.332. col.1.ibid.

Beneficiũ regulare,an ſit proprie beneficiũ, pag.332.col.2.ar.2.q.34.

Beneficia regularia manualia ad nutum Abbatis,ibid.

Beneficia regularia quædam quoad adminiſtrationem perpetua.ibid.

Beneficiũ regulare quãdo fiat irreuocabile,ibi.

Beneficium regulare monachis conferendum pag.333.col.1.q.34.ar.3.

Beneficia regularia conferenda ſunt monachis eiuſdem ordinis,ibid.col.2.

Beneficia nulla poſſunt conferri Mendicantibus,ibidem.

Beneficiũ regulare dicitur capella in Eccleſia regulari fundata,ibid.

Beneficij regularis ad nutum,& aliorũ beneficiorum,perpetuorũ quoad reſidentiam idẽ eſt iudicium,pag.337.col.1.q.34.ar.8.

Beneficiũ manuale tenetur monachus relinquere

quere ex mandato prelati,ibi.ar.9.
Beneficia duo,etiam sui ordinis monachus habere non potest. ibidem.
Beneficium,& capellam, & portionem monachalem in simul monachus habere non potest.ibidem.
Beneficium quodlibet, cum primo in monacho incompatibile.ibidem.
Beneficiorũ duplicium circa monachũ dispẽsatio,qua ratione fit. ibidem.col.2.in prin.
Beneficia regularia,quis concedat. pag. 344. col.1.quæst.36.art.1.
Beneficia regularia ab aliquibus impetrata, nõ eis aliquod dant emolumentũ.ibi.col.2
Quid dicendum in beneficijs spectantibus ad ordinem D.Ioannis.ibidem.
Quid in clericis vulgo, Loyos,melius S.Ioannis Euangelistæ dicendum circa præsentationem suorum beneficiorũ.pag.345.col.1
Idẽ priuilegium cõmunicatum ordini de S. Benedicto in regno Portugaliæ. ibi. col.2.
Beneficiũ nouitij nõ vacat ante elapsum probationis annum sine ipsius consensu. pag. 357.col.1.q.37.art.1.
Beneficium seculare collatum regulari, si ab ipso per.40.annos possideatur fit regulare.pag.670.co.2.q.69.artic.1.

*Benefactor.*

Benefactores monasterior ũab ordinarjis nõ possunt molestari pag.327.co.1.q.33.ar.1
Benefactores dicti actu seruiẽtes exẽpti sunt à iurisdictione Ordinariorum,& hoc,quomodo intelligendum,pag.327.col.2. ibid.
Benefactoribus à generalibus ministris bona opera suorum subditorum possunt indulgeri.ibid.pag.327.col.2.art.2.
Benefactoribus nec faciẽs,nec prælatus, quo ad vim satisfactoriã opera iã facta possunt applicare.pa.330.col 1.q.33.art.5.
Benefactoribus bona facta,quoad vim meriti possunt applicari. ibi.
Benefactoribus literæ concessæ à prælatis de participando nõ prosunt,nisi interuenientibus beneficijs, nisi talis concessio sit facta ex liberalitate.pag.330.col.2.q.33.art.6:

*Bernardinus.*

B. Bernardinus initiũ dedit fratribus Minoribus de obseruantia,& eorũ vicarius generalis primus fuit.pag.13.col.1.post med q. 2.art.3.& pag.27.colu.2.q.4.art.2.

*Bellum.*

Bellum iustum quod,pag.241.
In bello iusto exhortantes ad pugnã quocũq; modo fiũt irregulares.pa.326.q.32.ar.1.

*Bigamia.*

Bigamiæ optima expositia. pag.234.colu.2. q.25.art.2.
Bigamia quando non contrahitur. ibid. pag. 235.col.2.Vide verbo irregularitas.

*Bona.*

Bona religiosorum apostatarum moriẽtium extra, ordinem sunt sedis Apostolicæ. pag.308.col.1.&.2.& pag.309.colu.q.30
Applicantur dicta bona sedi Apostolicæ deducto ære alieno. ibi.
Bona beneficiariorum ad cultum diuinũ pertinentia post eorum mortem pertinent ad ecclesias vbi habent redditus.ibid.
Bona facta ab vno particulariter quando dicantur cõmunia pag.329.col.2.q 33.ar.4
Bona subditorum quæcumq; sint potest prælatus applicare ibi in fin col.
Bona emphyteutica & feudalia possunt monachi habere.pag.359. & pag.360.
Bona deperdita sunt aliquibus religionibus pro redemptione captiuorum applicata. pag.561.&.562.&.563.
Bona monasteriorũ desertorum pertinẽt ad fratres Sanctissimæ Trinitatis.pag.364.q. 38.art 6.
Bona regularia occupantes incurrunt in multas pœnas.pag.565.

*Boni, & æqui.*

Processus boni & æqui non debet esse secundum propriam imaginationem. pag.97. col.2.q.11.art.6.
Processus boni & æqui apud regulares seruãtur ibidem.

*Bullæ.*

Bullæ summi Pontificis,eandem vim habẽt, quam ius canonicũ.pa.33.col.1.q.6.art.2.
Bulla Pij IIII reuocatoria priuilegiorum regularium contra Concilium Tridentinum intelligitur.pag.60.colu.1.&.2.q.8.
Bulla Gregorij XIII. confirmatoria priuilegiorum regularium quatenus sunt in vsu intelligitur.pag.62.colu.q.8.artic.8.
Bulla quæ habet clausulam in fine, quomodo intelligenda.pag.215.colum.artic. 10. quæst,25.

C.

*Canonici.*

Canonici regulares non possunt leuare baptizatum

zatum de fonte.pag.323.quæſt.31.art.2.
Illicitum eſt canonicis regularibus admittere mulieres intra clauſtra monaſteriorum. pag.464.colu.1.q.48.art.4.
Canonici regulares clerici ſunt dicendi. pag. 3.colu.2.poſt.med.
Canonici regulares Lateranenſes ab Apoſtolis orti.pag.19.colu.1.q.3.art.1.
Canonici regulares Sancti Saluatoris vnde habent originem. ibidem.
Qui ſint canonici regulares,de quibus in iure communi ibidem.colu.2.
Canonici regulares in Luſitania ſunt reformatiſsimi.ibid.
Canonicus qui fuit Iudæus non ex eo indignus.pag.81.colu.1.

## *Canonica portio.*

Quid ſit canonica portio pag.366.quæſt.39. art.1.
Canonica portio duplex.ibidem.
Canonica portio parochiano debita eſt vna. ibidem.
Canonica portio non Eccleſiæ dimiſſæ vbi maiores ſunt ſepulti,ſed parochiali debetur pag. 369.colu.1.ibid.
Canonica portio debetur etiam à Regibus & alijs monarchis.ibid.colu.2.
Canonica portio quando non debita à confratre accepto in aliqua religione. ibidem.
Canonica portio an debita parocho ipſi à defuncto legato relicto.pag.370.col. 1.ibid.
Canonica portio an poſsit renunciari. ibidē.
Canonica portio à quibus & de quibus debita pag,316.col.1.ibidem.
Canonica portio ex priuilegio non debetur à Mendicantibus.ibidem.
Canonica portio à quibus nūc debeatur. ibidem.pag.367.col.1.
Canonica portio non ſoluitur à fratribus Minoribus.pag.367.colu.1.&.2.
Canonica portio ſolum debetur de his, quæ corpus defuncti concomitantur pagi.368. colu.1
Canonica portio non debetur ex ſepultura, quæfit inuitis fratribus vbi ſupra.col.2.
Canonica portio ſolū debetur quando ſepultura fit in caſu conceſſo. ibid.
Canonica portio non debetur Eccleſiæ parochiali ex ſua culpa interdicta.ibid.
Canonica portio non debetur ex funere nouitij extra monaſterium morientis in monaſterio ſepulti. ibidem. pag. 369. col. 1.

## *Capitulum.*

Capitulum intermedium, & congregatio intermedia diſtinguuntur. pagi. 113.colu.2.
Capitulum intermedium quæ operatur. ibi.
Congregatio intermedia quę operatur.ibid.
Capituli illa maior pars, quæ nititur maiore ratione & pietate.pag.114.col.1.in medio.
Congregationes intermediæ ſubrogantur in locum capituli intermedij. ibidem. colu. 1.in fine.
Capitula generalia & prouincialia poſſunt reſtringere autoritatem guardianorum. pag.154.col.2.q.17.
Capitulum quid ſit & quando celebrari debet.pag.373.col.2.q.41.art.1.
Capitulum totū dicitur maior & ſanior pars. ibidem.
Capituli maiori parte ſuſpenſa minor pręualet.ibidem.
Capitula quę poteſt celebrare generalis Frāciſcanus.pag.374.col.1.q.41.art.1.
Capitula generalia & prouincialia in ea familia de triennio in triennium celebrantur. ibidem.
In capitulis generalibus & prouincialibus ordinationes fiunt.ibid.col.1.&.2
Capitulis ſolis an cōpetat Abbatum & Abbatiſſarum depoſitio.ibid.col.2.
Capitulo generali confeſſarij intereſſentes quam poteſtatem habent. pag. 375. colu. 2.q.41.art.3.
Capituli felicem ſucceſſum precantes quam indulgentiam conſequantur.pag.200.col. 1.& pag.375.col.2.
Capituli prouincialis in partibus Indiarum quæ poteſtas.pag.376.col.2.ibid.
Capituli definitorium quid ſit.ibid.
Capitulum generaliſsimum Romæ celebratum reformauit ordinem Minorum. pag. 27.colu.2.
Facta in capitulo generali autoritate Apoſtolica facta cenſentur. pagi.71.columna.1.in principio.
Capitulum non ſuccedit Epiſcopo ſedevacante,in eis quæ ei iure ſpeciali cōpetunt.pag. 584.col.2.in fine.
Capitulū cuſtodiale celebrant cuſtodes. pag. 677.q.70.art.4.

## *Caſtitas.*

Votum caſtitatis ſimplex quando operatur traditionem pag.6,col.1.
Votum ſimplex caſtitatis dirimit matrimonium

nium in Societate Iesu.ibid.
Castitatem coniugalem solemniter vouentes in ordinibus militaribus sunt verè religiosi, pag. 8.colum.2. & fornicando committunt sacrilegium,pag.106.col.2.

*Casus reseruatus.*

Casus reseruatus quis dicatur,pag.206.col.2
Casus qui sint reseruati in religionibus, ibid. in fine columnæ.
Casus in ordine Minorum non possunt reseruari,nisi à ministro Prouinciali. pagina 208.colum.1.
Non possunt casus reseruari per breue Clementis Octaui, nisi in generali aut prouinciali capitulo,pag.177.&178.

*Clausula.*

Clausula,quatenus sunt in vsu posita in confirmationibus priuilegiorũ quomodo intelligatur,pag.55. colum.1.
Clausula,de nouo concedimus, quid importet,ibidem.
Clausula, quatenus sunt in vsu, si taceatur quid operetur,ibidem.
Clausula generalis non tollit legem juratam pag.64.colum.2.
Clausula,contradictores quoslibet per censuras compellentes,quid importet, pag. 65. colum.1.
Clausula,contradictores & contemptores incursuros indignationem Petri, & Pauli, ibidem.
Clausula, omni appellatione remota, quid importet,ibidem.
Clausula, inuocato etiam ad hoc auxilio brachij secularis quomodo intelligitur, pag. 66.colum.1.
Clausula,supplentes omnem defectum,quomodo intelligenda,pag.67.col.1.
Clausula, supplentes omnem defectum, non supplet defectus substantiales,ibid. col. 2.
Clausula generalis, supplentes omnem defectũ,non tollit defectum partis supplicantis,ibidem.
Clausula,ex certa scientia, & de plenitudine potestatis,quid importet, ibid.
Clausula, ex certa scientia & de plenitudine potestatis, nunquam supplet dolum partis impetrantis,ibidem.
Clausula deducta ex priuilegio, quomodo facit plenam fidem,ibid.pag.69. colum.1.

*Clausura.*

Clausura monialium iuris humani est pagi. 411.colum.1.quæst.44.artic.1.
Clausura monialium, quo anno fuerit inducta ibidem.
Clausura monialiũ ad duo tendit.ibid. col.2.
Clausura perpetua monialibus indici potest, pag.412 col.2.quæst.44.art.1.
Clausuram monialium violantes, quomodo ab Episcopis arcendi pag. 416. colum. 1. Vide verbo Moniales.
Clausuram non possunt egredi moniales, pa. 465.quæst.59.art.1.
Claudi moniales foris debent à personis deputatis, ibid.
Clausuram maiorẽ,quam reliquæ habẽt moniales Sanctæ Claræ,pag.466.col.1. quæs. 49.artic.1.
Clausura indici non potest dato mortis periculo,ibidem.
Clausuram non vouentibus in casu licita est dispensatio, pag. 467. col.2. Vide verbo, Moniales.

*Cantus.*

Cantus organicus licitus ne apud regulares, pag.371.col.1.
Cantus in Ecclesia laudabilis, ibidem.
Cantus in Ecclesia à quo tempore,ibid.co.2.
Cantantes erant sancti, & laudantes Deum in resurrectione, ibidem.
Cantum oportet clericum scire, ibid.
Cantãtes nõ voce tenus solũ,sed corde. ibid.
Cantus in Ecclesia,quomodo, & qualiter celebrari debet,ibidem.
Cantus in officio diuino, qua ratione inuentus,pag.372.col.1
Cantu solum in verbis delectari in officio diuino peccatum est,ibidem.
Cantus, quomodo Deo magis placens, ibid.
Cantus organicus, quomodo sit in Ecclesia admissus,pag.373.col.1

*Causa.*

Causa literas Apostolicas suspendit, quę ius tertij tollit,pag.38.art.9.col.1.q.6.
In qualibet dispositione causa principalis & immediata,& non secundaria inspicienda est,pag.313.colum.1
Causa cessante, quando priuilegium nõ cesset,pag.530.col.2.in fin.q.55.art.1.
Causa impulsiua priuilegij si cesset ipsum nõ cessat,pag.531.col.1.ibid.
Causa duplex priuilegiorũ cõcessorũ religiosis in partibus Indiarũ,pag.531.col.1. ibid.
Causa cessante effectus cessat, quando in cõmuni causa defecit,ibid.col.1. ad finem.

*Cartusienses.*

Cartusienses in festo de natiuitate B. Mariæ eligere possunt confessorem, qui ipsos plenarie absoluat, pag. 604. col. 1. q. 62. art. 10.

*Clerici.*

Clerici non deobligantur à legibus ciuilibus ordinatis ad bonum commune, pag. 42. colum. 2. q. 6. art. 14.

Clerici leges ciuiles conformes charitati, & iustitiæ seruare tenentur, ibid.

Clerici seculares intra domũ suam, quas mulieres possint habere, pag. 464. col. 2. q. 48. artic. 4.

Clerici cruciati vere religiosi, pag. 8. colum. 2. quæst. 1. art. 6.

Clerici obligantur ad occisionem locustarũ, pag. 649. col. 1. quæst. 66. art. 2.

Clerici, qui habent animalia nociua, an obligẽtur ex cõstitutionibus ciuilibus ad pœnam, ibidem.

Clerici an obligentur ex statutis dicentibus, vt animalia scribantur, ibid. col. 2.

Clerici legibus ciuilibus obligati, quoad vim directiuam, ibid.

Clericorum exemptio, cuius sit iuris, pagina 650. col. 1. quæst. 66. art. 3.

*Celebrantes.*

Celebrantes scienter in Ecclesia polluta mortaliter peccant, non tamen fiut irregulares, pag. 171. col. 1. q. 19. art. 6.

*Censura.*

Censuræ nomine quid veniat, pa. 174. col. 1. quæst. 20.

Censuris non obediens per annũ contra ipsum, vt de fide suspectum proceditur, pag. 310. col. 2. quæst. 3. art. 13.

*Citatio.*

Citationem requirit exemplar, pag. 68. col. 1

Citationem non requirit exemplar priuilegij Minorum ex indulto, ibid. col. 2. idem in Augustinis. 6.

*Comes.*

Comes Palatinus potens legitimare, non potest dispensare, pag. 115. col. 2. quæst. 13. artic. 9.

*Commissio, Commissarius.*

Commissio nõ finitur mortuo Papa per quã Episcopo committitur verificata informatione dispensatio. pag. 70. col. 2. q. 9. art. 1.

Cõmissio facta vt quis de beneficio, quideat, quibus voluerit, quomodo intelligenda, pag. 70. col. 2. ibidem.

Committere vices suas delegatus ab inferiore non potest nisi sit ad vniuersitatem causarum. pag. 213. art. 9. col. 1. quæst. 20.

Commissio perpetua facit quem ordinariũ pag. 159. col. 1. quæst. 17. art. 5.

Cõmissarius ex priuilegio perpetuo potest delegare, pag. 182. col. q. 20. art. 11.

Commissarij generalis in ordine Minorum, quæ sit institutio, pag. 474. col. 1. q. 51, ar 1.

Commissarius generalis generali subditus, ibidem.

Commissarius generalis triennalis, ibid. colum. 2.

Commissarius generalis aliquando Cismontanus vel vltramontanus, ibid.

Commissarij generalis quę sit autoritas. ibi.

Commissarius generalis est ordinarius prælatus, pag. 475. col. 2. q. 51. art. 3.

Commissarius generalis habet dignitatem, & prælaturam amplissimam, pag. 476. col. 1. ibidem.

Commissarius generalis electus à solo generali non est ordinarius, nec habet dignitatem, ibidem.

Cõmissarius generalis à generali potest creare commissarium, ibid.

Cõmissarius generalis nec à generali, nec à capitulo generali potest sine causa amoueri. pag. 476. col. 2. quæst. 51. art. 4.

Commissarij generalis potestas à generali limitari non potest sine capitulo, pag. 476. colum. 2. ibid.

Commissarius generalis generali debet obedire, ibidem.

Commissarij potestas eadem est, quæ generalis, pag. 477 colum. 1. ibidem.

Commissarius generalis subditus est ministro generali in aliquibus, ibid.

Commissarij potestas limitatur cũ nullis cau sis, ibidem.

Commissario quarundã partium creato tollitur potestas generalis commissarij quoad illas, pag. 477. col. 2. in med.

Commissarius generalis non eligitur ex familia generalis, pag. 478. col. 1. quæst. 51. artic. 5.

Commissarij generalis Indiarum quæ origo, pag. 478. colum. 1. quæst. 52. art. 1.

Commissarius generalis Indiarum non est in aliquibus subiectus cõmissario generali Cismontano, pagina 479. col. 2. ibidem. artic. 2.

# Materiarum.


Commissarius minorum curiæ Romanæ, à quo instituatur, & quæ sit eius autoritas, pa.482.col.1.q.53.ar.3.

Commissarij prouinciales in ordine Minorum multiplices,pag.482.col.2.quæst.54. art.1.

Commissarij missis à ministris generalibus ad visitandas prouincias tenentur prouinciales obedire,pag. 483.ibidem.

Commissarijs dictus non fit in his in quibus solum prouincia tota vel definitores cum prouinciali habent potestatem, ibid.col.1 in fin.

Cõmissarij dicti in quibus dispẽsare,ibi.col.2

Commissarij dicti non possunt contra statuta prouinciæ facere sine consensu patrum prouinciæ,ibid.

Cõmissio facta ab episcopo vt quis possit absoluere à casibus sibi reseruatis non ortentur ad censuras reseruatas,pag. 202. col.2.

Commissarij prouinciales in eorum absentia quomodo alienandi & de eorum autoritate,pag.483.col.2.q.54.ar.2.

Commissariorũ prouincialium autoritas eadem cum prouinciali,pag. 484.column. 1. ibidem.

Cõmissarij ad capitulum generale missi loco prouincialium quomodo ordinentur,ibid. artic.3.

Cõmissariorum ad visitãdas prouincias magna autoritas,pag.485.column.1.quæst.54 artic.4.

Commisio generalis non comprehendit ea, quæ quis in specie non esset concessurus, pag.480.col.1.q.52.


## *Corporalia.*


Corporalia generalis benedicere non potest, pag.167.col.1.

Corporalium benedictio chrisma non requirit.ibid.


## *Communicatio priuilegiorum.*


Communicatio priuilegiorum Mendicantiũ non solum,quoad præterita,sed etiã quoad futura,non solum,quoad ordines Mendicãtes,sed etiam,quoad non mendicantes,pag. 487.& pag.489.q.55.ar.1.

Communicat ordo Minimorum cum mendicantibus,pag.489.col.2.ibid.

Communicat ordo seruorum B.Mariæ, pag. 490.col.1.ibid.

Communicat ordo Iesuatorum,ibid.

Communicatio priuilegiorum ordinis D.Benedicti quæ.pag.491.col.2.ibid.

Communicatio ordinis Cisterciensis,pa.493. col.2.ibid.

Communicatio ordinis Cartusiensium quæ, pag.496.col.1.ibid.

Communicatio, quæ sit ordinis S. Hieronymi,pag.496.col.2.ibi.

Communicat ordo Sanctissimę Trinitatis cũ Mendicantibus,pag.503.col.1.ibid.

Communicãt in aliquibus priuilegijs fratres, religiosos hospitantes,ibi.

Communicatio fit omnibus ordinis monasterijs indulgentiæ Portiunculæ,pag.509.col. 1.ibid.

Communicatio,quæ sit in priuilegijs monialium Tertiarum, cum Mendicantibus,pag. 502.col.1.ibi.

Communicent ne cum Mendicãtibus monia les Conceptionis,pag.503.colu. 1. ibidem. Mendicantes communicãt cum priuilegijs Societatis Iesu,pag.506.col.1.ibid.

Communicatio priuilegiorũ cõprehendat nẽ concessa alicui loco speciali,pag.508.col.1.

Communicatio priuilegiorum Minorum datur monialibus Sanctæ Claræ & Tertiarijs, pagin.123.column.1.quæstio. 12.articul.22.

Communicatio suorum ordinum conceditur Monialibus Sanctæ Claræ & Prædicatorũ, pag.197.col.1.q.20.ar. 22.vide verbo,moniales.

Communicatio fit ordini Prædicatorum indulgentiarum Sanctorum ordinis Minorũ & è conuerso,pag.511.col.1.

Communicatio non fit seruitoribus priuilegiorum contra illos à quibus habent communicationem, ibidem. pagin. 511. columm. 1.

Communicatio fit de vno priuilegio concesso cuidam monasterio illius congregationis omni congregationi,pag.350. col.2. in princip.

Communicatio priuilegiorum nihil commune habet cum vsu,& cum non vsu ipsorum, pag.509.col.2.

Communicatio priuilegiorum quomodo intelligatur.pag.510.& 511.col.1.

Communicantes in priuilegijs possunt agere contra illos, quibus primo concessa fuerunt priuilegia, ibidem, column. 1. & 2.

Communicatio ordinis Sancti Hieronymi in Hispanijs,pag.496.col.2.q.55, ar.8.

Communicatio ordinis Cisterciẽsis, pag.493 colum.

columnn.2.articul.7.
Communicant in priuilegijs cum mendicantibus religiosi & moniales Sanctissimæ Trinitatis,pag.499.ar.10.col.1.
Communicant cum cæteris ordinibus Crucigeri & infirmis ministrantes, pag. 500.columnn.1.
Communicant moniales priuilegijs regularium,pag.501.col.1.
Communicant sorores B. Mariæ priuilegijs Monialium Sanctæ Claræ,pag.604. col. 2. q.62.ar.10.

## *Commendatarij.*

Cõmendatarijs militiarum decimæ non oblationes competunt,pag.356.colum.1.q.36 artic.7.
Commendatarij Sancti Ioãnis Baptistæ sunt religiosi,pag.8.col.2.q.1.ar.6.
Commendatarij militiarum sunt exempti à rigore aliorum religiosorum,ibidem.
Commendatarij militiarum sunt veluti depositarij perpetui,ibidem.
Commendæ non sunt tituli beneficiorum. ibid.

## *Conceptio.*

Conceptio B. Virginis immaculata,pag.534. q.57.ar.1.
Conceptio B. Virginis disputata à quibusdã, ibid.
Conceptam fuisse B. Virginem in peccato originali prædicantes peccant, pag.535. columnn.1.
Conceptionis missa, & festum quas indulgentias,pag.536.ar.3.col.2.
Conceptionis festum an suspendat interdictum,& cessationem à diuinis,pag.538.col. 2.art.5.

## *Concessio.*

Concessio Papæ, vt possit absoluere à reseruatis,quomodo intelligenda,pag.177.col. 2.q.20.ar.8.
Concessio facta à principe de collatione beneficiorum certæ ciuitatis: intelligitur etiam de creatis post concessionem,ibid.
Concessio facta ob iustam causam recipit extensionem,ibid.
Concessio facta à quodam legato de latere prioribus monasterij Mariæ de Monte Marthæ, circa relicta in testamento cum prohibitione de non alienando cum alijs clausulis ibi positis quomodo intelligenda & de eius communicatione, pag. 280. columnn.1.quæstio.27.articul.2.
Concessio dicta, quomodo practicanda, vbi consuetudo fuerit quod non fiat sine superioris consensu,ibi.colum.2.
Concessio facta monialibus Sanctæ Claræ,vt cum consensu prouincialium bona immobilia possint cũ alijs permutare quomodo intelligenda,pag.281.col.2.ibi.
Concessio alia eisdem monialibus, & tertiarijs à Leone Decimo,vt pro emergentibus necessitatibus possint alienare bona immobilia, & permutare, quomodo intelligenda,pag.282.col.1.ibi.
Cõcessionis similis factæ monialibus ordinis Eremitarum D. Augustini intellectus, ibidem.
Concessionis factę à Gregorio Decimotertio patribus Societatis Iesu, vt generalis ipsius,vel ipsa Societas generaliter congregata possit vendere bona ipsius Societatis intellectus,pag.284.col.2.& 285.col.1.ibidem.
Concessionis factæ minoribus,vt eleemosinæ factæ quibusdam locis possint in alios trãsferre intellectus,pag.287.col.1.in fine.
Concessio,seu legatum factum pro monasterio ædificando in certo loco non potest à prælatis alterari,pag.288.colum.1.& hoc, quomodo intelligendum, ibid.
Concessio generalis dispensandi,& absoluendi, nunquam extenditur ad homicidium voluntarium, membri mutilationem,& bigamiã,nisi exprimãtur, pag.375.col.1.& 2.q.41.art.4.

## *Confessor,confessio.*

Confessores monialium ordinis minorum in foro cõscientiæ circa moniales habẽt auctoritatem prælatorum,quoad peccata reseruata & quoad censuras,pag.168.col.1.q. 19.ar.2.
Confessores ex Societate Iesu,& aliorum ordinum participantium possunt quoscunque pœnitentes absoluere ab omnibus cẽsuris etiam reseruatis exceptis casibus Bullæ cœnæ,pag.196.columnn.1.quæstio.20. art.21.
Confessores ordinis Minorum moniales Sanctæ Claræ absoluere possunt ab omnibus Sedi Apostolicę reseruatis,& contentis in Bulla cœnæ, pag.196.col.1.ibi.
Confessori,qui à reseruatis non potest absoluere facta reseruatorũ reuelatione,tenetur seruare sigillum,pag.211.col.1.q.21.ar.6.

Confessor,cuius debeat esse autoritatis, pag. 543.col.1.quæst.59.art.1.
Confessores regulares cõfessiones audire nõ possunt,nisi coram Episcopo præsentẽtur, ibidem.
Confessorum regularium duplex est præsentatio,ibidem.
Confessorum regularium præsentatorũ forma,ibidem.
Confessorum regularium præsentatio corã quibus,ibidem.
Confessorum præsentatio Methynæ, & Valysolleti fieri debet coram Abbatibus earum,ibidem.
Confessores postquã electi debẽt se Abbatibus corporaliter præsentare,pa.544. co.2.
Confessores sufficientes ad audiendas cõfessiones eligi à prælatis. ibidem.
Confessariorum numerus ab Episcopo regularium eligendus, ibid.
Confessor ab Episcopo electus ex rationabili causa potest reprobari,ibidem.
Confessoribus regularibus denegata ab Episcopo licentia,quid faciendum,ibid.
Confessores Minores,& Prædicatores sunt à iure approbati. pag.554.col.2.q.59.art.3.
Confessor in vno Episcopatu approbatus in alijs non censetur pag.559 col.1.& 2. ibid.
Cõfessores Societatis Iesu, semel approbati, quoad omnes mundi partes remanent approbati seruato moderamine de quo pag. 560.col.1.q.59.art.5.
Communicatur hoc omnibus Mendicantibus.ibid.
Confessores exceptis Minoribus,& prædicatoribus,licet ex priuilegio semel approbati perpetuo maneant,tamen iterum examinari possunt ab successoribus Episcoporũ pag.561.col.2.q.59.art.6.
Confessores Minorum semel Præsentati, & aliarum religionum non indigent alia præsentatione in foro conscientiæ. pag.562. col.1.q.59.art.7.
Confessorum regularium approbationẽ prælati ad certas personas possunt restringere pag.562.col.2.art.8.q.59.
Confessores examinandi sunt de scientia & prudentia.pag.569.ar.10.col.2.ibid.
Confessor excommunicatus, quia apostata, & hoc silens ab Episcopo approbatus audiens confessiones, an valeant dictæ confessiones.pag.567.col.2.q.60.art.2.
Confessores regulares absoluere an possint ab omnibus casibus specialiter ab Episcopis sibi reseruatis pag.559. col.1. quæst.61. art.13.
Confessores Societates Iesu,per priuilegium absoluunt à dictis pag.591.col.1.ibi.
Confessores regulares publicata Bulla Cruciatæ possint ne absoluere pœnitẽtes non habentes bullas à casibus reseruatis virtute dictorum priuilegiorum.pag.591.col. 1. & 2.q.67.art.14.
Confessores regulares possunt remittere Episcopis absolutiones, & dispensationes ad quas ipsi habẽt autoritatem.pag.599. col. 1.art.15.ibidem.
Confessores cum fratribus possunt dispẽsare in quibuscunq; irregularitatibus etiã reseruatis Sedi Apostolicæ.pag.608.col.2. art. 12.q.62.
Idem Religiosi S.Mariæ de Guadalupe, ibid.
Confessores Minorum regularis obseruãtiæ cum licentia suorum Prouincialium possunt dispensare cum impeditis causa copulæ carnalis incestuosæ,pag. 611. col. 1. q. 63.art.1.
Confessoribus e Societate Iesu indultum est, vt possint literas Summi Pontificis aperire missas magistris in Theologia, & virtute illarũ absoluere,quod alijs Mendicantibus communicatur,pag.615.col.2.q. 63. art.8. Vide aliqua verbo monialium confessores.

## *Confessio.*

Confessionis integritas iuris diuini, pag.211 col. 1.art.6.quæst.21.
Confessionem, ob defectum attritionis circa reseruata facta superiori,pœnitens iterum renouare non tenetur,ibidem.art.7.
Confessio peccatorum,quid sit,pag.543.art. 1.quæst.59.colum.1.
Confessionem in articulo mortis, quilibet sacerdos audit,ibid.
Confessio vt sit valida ex parte absoluentis duo prærequirit,pag.598.art.7.co.2.
Confessio generalis vtilissima, & maxime à Romanis Pontificibus commẽdatur, pag. 596.col.2.quæst.62.art.2.
Confessionem religiosorum nullus sine commissione proprij prælati audire potest, pagin.597.col.1.ibid.
Confessionem sacerdotum secularium regulares non possunt audire absque Episcopi approbatione, pag. 597. colum. 1. art. 3. quæst.62.
Confiteri tenentur religiosi sicut cæteri fideles,

les, pag. 595. colum. 1. quæstione 62. artic. 1.

*Confirmatio.*

Confirmatio in dubio fit de eo, quod actu valet, pag. 48. colum. 1. quæst. 8. artic. 2.
Confirmatio illius, quod non est, interpretatur datio, ibidem. col. 2. in princip.
Confirmatio cum clausula, quatenus sunt in vsu, quomodo intelligenda, pag. 53. colum. 1.
Confirmatio cum clausula non obstantibus reuocationibus Apostolicis quid operetur, ibid. col. 2. post. med.
Confirmatio duplex est, pag. 55. col. 2. quæst. 8. art. 2.
Confirmatio ex certa scientia quando dicatur, ibidem.
Confirmatio in forma communi, ibi. colum. 2. post med.
Confirmationis verba in forma communi propriè, & conditionaliter intelliguntur, ibidem.
Confirmatio ex certa scientia tria operatur ibidem.
Confirmatio in forma communi parum, aut nihil operatur, ibid. in fin. col.
Confirmatio in forma cõmuni non tollit iudicis inferioris cognitionem, ibidem.
Confirmatio ex certa scientia validat nullũ, pag. 56. col. 1. quæst. 8. art. 3.
Confirmatio de plenitudine potestatis idem operatur, ibidem.
Confirmatæ Abbatissæ Ecclesias conferunt, pag. 160. col. 1. artic. 12. quæst. 17.
Confirmatio fieri potest graduato absenti, pag. 565. col. 1.

*Congregatio.*

Congregatio Sancti Hieronymi Iesuatorum inter ordines mendicantium comprehenditur, pag. 11. col. 2. ar. 1. quæst. 2.
Congregatio capucinorum exijt à fratribus de Obseruantia à quibus, & quo tempore, pagi. 13. colum. 1. in fine, quæst. 2. art. 3.
Congregatio montis Oliueti, à quo cœpit, pag. 20. col. 1. in fine.
Congregatio Vallis vmbrosæ à quo cepit. pagina 20. col. 2. quæst. 3. art. 4.
Congregatio Camaldulensium, à quo instituta. pag. 11. colum. 1. ibid.
Congregatio Eremitarum Sancti Hieronymi à Pisa, à quo orta, pag. 22. col. 1. quæst. 3. artic. 9.
Congregatio eremitarum Sancti Hieronymi Hispaniarum à quo orta, pag. 22. col. 1. & 2. quæst. 3. art. 10.
Congregatio Sãctæ Mariæ de Mercede, vbi inchoauerit, & quo tempore confirmata, pag. 23. col. 2. in fin. & pag. 24. columna. 1. quæst. 3. art. 13.
Congregationis istius officium, quod sit. ibi.
Congregationis istius fratres tria vota essentialia emittunt cum quarto, quod remanebit obses pro redemptione captiui, si de fide perichitetur, ibid.
Congregatio clericorum regularium, qui vocantur Theatini à quo orta, pag. 24. col. 1. quæst. 3. art. 14.
Congregatio clericorum ministrantium infirmis à quo orta, pag. 24. colum. 2. art. 15. ibidem.
Congregatio clericorum regularium à quo orta, ibid. art. 16. col. 2.
Congregatio Sancti Gregorij in Algaba à quo orta, ibidem, art. 17. pag. 24. ad fin. col. 2. & pag. 25. col. 1. in princip.
Congregationis istius fratres in Lusitania, Loyos dicunt, ibi.
Congregationis istius in Lusitania domus prima fuit Sam Saluador de Villar de Frades, ibidem.
Congregatio intermedia capituli; quæ operetur, pag. 113. col. 2. quæst. 13. art. 9.
Congregationis intermediæ diffinitorij, quæ potestas, ibidem. col. 1.

*Consensus.*

Consensus, quãdo dicatur, & quid in se includat, pag. 314. col. 2. quæst. 30. art. 16.

*Conseruator.*

Conseruatores ordinis de Alcantara possunt alienationes rerũ illius ordinis male factas reuocare, hoc quomodo intelligẽdum, pa. 293. col. 2. q. 27. art. 12.
Conseruatores omni iure admissi, & qui de eis agunt, pag. 619. col. 1. q. 65. art. 9.
Conseruator dicitur Deus Optimus Maximus, ibidem.
Conseruator de iure est princeps circa pupillos, & viduas, ibid.
Conseruatores, quidam ordinarij, quidam vero iudices delegati, ibid.
Conseruatores delegati morte concedentis extinguntur, ibidem.
Conseruatorum vsus in Rep. maximè necessarius, ibid.
Conseruatores solus Papa dare potest, pag.

619 artic.2.col.2.quæſt.65.
Conſeruatores deputantur Epiſcopi, & aliæ perſonæ in Eccleſijs Cathedralibus,vel collegiatis in dignitate conſtitutæ, ibid.
Conſeruatores, an ſimplices in Eccleſijs Cathedralibus canonici. ibidem.
Conſeruatores attento iure poſitiuo ad miſerabiles deſtinantur, pag. 620. col. 1. art. 3.ibidem.
Conſeruatores habent Minoritæ, Carmelitæ,& Auguſtini,ibidem.
Conſeruatores in Societate tam in ciuilibus, quam criminalibus & mixtis,ſiue agant,ſiue defendantur poſſunt eſſe Epiſcopi, vel alij ab dicta Societate electi,ibid. colum. 2.
Conſeruatores eſſe poſſunt prædicatorum priores,ibid.in fine col.
Cõſeruatores an Guardiani.ibi.pa.621. co.1.
Conſeruatores requiſiti ad acceptionem, ſi non acceptant pœnis afficiuntur, pagin. 622.col.1.art.4.ibid.
Conſeruatore vno electo ad vnam cauſam, alius ad illam non poteſt nominari, pag. 622.col.2.art.5.ibidem.
Conſeruatore nominato ad vnã cauſam, an alium ad eandem poſsint nominare perſonæ è Societate Ieſu,ibid.pag.623. col. 1.in fine.
Conſeruatorum iuriſdictio morte concedentium non expiret,pag.623.col.2.ibidem.
Conſeruatores non poſſunt procedere contra partes extra ciuitatem, aut dioeceſim, intra certas dietas,pag.624.co.1.ar.7. ibid.
Conſeruatores regularium, quomodo in dicto caſu procedant ex indultis,pag. d. ibi.
Conſeruatores plures ſi monaſteriũ habeat, ex eo, quia habet membra in diuerſis dioeceſibus,an iniuriatus vno cõſeruatore præſente poſsit iniuriantem coram alio conuenire,pag.626.col.2.art.8. q.65.
Conſeruatoriæ, quoad negotia cæpta durãt poſt quinquennium,pag.626.art.9.ibid.
Conſeruatores,an poſsmt ſubdelegare, pag. 626.col.1.art.10.ibid.
Conſeruatores regularium, quo ordine ſub delegent,pag.627.col.1.
Conſeruatores ſubdelegare, quæ ſolum poſſint,ibid.
Conſeruatores regularium ſimpliciter poſſunt ſubdelegare,ibidem.
Conſeruatores de iniurijs, & violentijs manifeſtis,pag.627.col.2.art.11
Conſeruatores de alijs cauſis poſſunt cognoſcere ſi indultum exprimat,ibidem.
Conſeruatores circa cauſas regularium ciuiles non cognoſcunt.
Conſeruatores poſſunt procedere cõtra ordinarios regulares moleſtantes, pag. 627. col.1.art.12.ibid.
Conſeruatores fratrum non ſolum cõtra clericos,ſed contra laicos pro manifeſtis iniurijs,pag 628.col.1.ibidem.
Conſeruator non poteſt creari in fauorẽ iniuriantis,ibid.col.2.
Conſeruatores procedere poſſunt cõtra confitentes vim licet negent notorietatis qualitatem,ibidem.
Conſeruatores, an poſsint procedere contra reum negantem offenſam, vel delictũ notorium,ibid.
Conſeruatores procedere poſſunt ſecundum formam ſuarũ cõſeruatoriarum, & quid dicendum attento iure partitarum, pa. 629. colum.1.in fine.
Conſeruatores,an poſsint dari à Papa,vt cõtra laicos in cauſis regularium procedant ſimpliciter,pag.635.col.2.ibid.
Conſeruatores, an poſsint in ciuilibus procedere contra laicos,pag.634.col.1.& 2. artic.12.ibid.
Conſeruatores contra laicum procedunt, quando debitum ex publico inſtrumento conſtat,pag.635.col.2.in fine,ibid.
Conſeruatores non ſunt competentes ob detentationem animalium monachorũ,pag. 640.col.1.art.14.ibid.
Conſeruatoriarum priuilegia, ad quæ extendantur,pag.640.col.2. ibid.
Conſeruator an poſsit creari contra ſcholaſticũ,vel alium regularem habentem ſimile priuilegium,pa.641.col.1.art. 15.ibidem.
Conſeruatores cõtra inobedientes poſſunt cẽſuras imponere,pag.642.col.1.art. 16.ibi.
Cõſeruator,vt contra ordinarium procedat debet ſibi facere fidẽ de commiſsione,ibid.
Conſeruator, quo ordine procedat cõtra ordinarium ſe malitioſe opponentẽ,ibi.col.2
Conſeruator,quando copiam plene ſuæ cõmiſsionis,ibidem.
Conſeruatores,quo ordine procedere in cauſis perſonarum Societatis Ieſu, ibidem, in fin.colum.
Conſeruatores eliguntur pro iniurijs factis familiaribus,& ſeruitoribus,pag.643. col. 1.artic.17.ibidem.
Conſeruatores in cauſis regularium de plano ſola facti veritate inſpecta, art. 18.col. 2.pag.643.ibid.

Cõseruator,quo ordine de plano debeat procedere,ibidem.
Conseruatores suam excedentes potestatem,qua pœna puniantur,ibi.art.19.
Cõseruatoribus suadentes vt suam excedant potestatem excommunicantur,pag.644. col.2.art.20.ibidem.

*Consilium.*

Consilium,quando dicatur, & quæ in se includat,pag.314.col.2.art.16.q.30.
Consultiua verba legis non obligant ad peccatum,pag.42.col.1.
Consilij legi se astringentes per votum conuenientes peccant.ibid.
Consilij reuerentiam lex continens obligat ad peccatum,ibidem.
Consilij reuerentia,quid sit.ibidem.

*Constitutio.*

Vide multa verbo, lex.
Constitutio non recepta non ligat, pag. 39. col.1.quæst.6.art.10.
Constitutio non recepta, vt vim obligandi nõ habeat quæ prærequirit,ibi.co.2.ar.11.
Constitutio de nouo veniens derogans contrariæ consuetudini,si à principio non fuit recepta non ligat,ibid.
Constitutio in dubio recepta præsumitur,pagina.40.col.1.ibidem.
Cõstitutio respicit futura,p.44.co.2.ar.17.ib.
Constitutio iuris naturalis declaratoria obligat ad præterita,ibidem.
Constitutio iuris antiqui declaratoria addẽs nouam pœnam,quoad pœnam non comprehendit præterita,ibidem.
Constitutiones Pauli IIII.agentes de Iudæis & hæreticis,& eorũ filijs,Gregorius XIII. extendit ad Saracenos, pag. 137. col. 2. in quæst.14.art.5.
Constitutiones dictæ non cõprehendunt gradus in collateralibus,ibidem.
Constitutio Pauli IIII.non cõprehendit descendentes à Iudæis, vel hæreticis reconciliatis,pag.138.art.7.col.2.ibid.
Constitutio Pauli IIII.an comprehendat dictos ante latam sententiam,ibid.
Cõstitutiones Papæ ipso iure priuantes,quo modo intelligendę,pag.140.col.1.art.8.ibi.

*Consuetudo.*

Consuetudinem præteritam lex derogat, si exprimat,pag.74.col.2.q.9.art.5.
Consuetudinem futuram lex derogat,ex derogatione indefinita, pag.75.col.1.
Consuetudinem futuram ex noua causa introductam lex non derogat, ibidem.
Cõsuetudo immemorialis nũquã à lege cẽsetur excluſa,nisi fiat mẽtio particularis. ibi.
Consuetudo optima legum interpres,pagin. 101.col.1.art.7.ibid.
Consuetudo in ieiunijs seruanda.ibid.
Consuetudo Hispanis,quod Sabbato intestina maducentur,quid.ibid.
Consuetudo vt vicat legem debet esse rationabilis,& præscripta,ibid.colum.2.
Consuetudo vt vincat legem legis partes debet habere,ibid.
Consuetudo aduersus legem diuinã,aut naturalẽ nulla,ibid.& pag.670.col.1.q.69.ar.1.
Consuetudo non alterat substantiam sacramentorum,ibid.
Consuetudo declaratiua quæ sit, ibid. pag. 102.col.1.
Consuetudo,quid sit,pag.669. col. 2. quæst. 69.att.art.1.
Consuetudo iusta,quas debeat habere conditiones,pag.669.artic.1.col. 2.
Consuetudo contra legem humanam rationabilis esse potest,ibidem.
Consuetudo euidenter mala reijcitur, ibid.
Consuetudo,in qua dubium est, an sit bona, vel mala sustinetur,ibid.in fin.col.
Consuetudo legem vincens, quæ debeat habere,ibid.col.2.
Consuetudinis legitime introductæ, & præscriptæ requisita,ibid.
Consuetudinem introducit actus vnus cõtinuatus,ibid.
Consuetudo nulla eximit religiosum à votis substantialibus,pag.671.col.1.q.69.art.2.
Consuetudo regulã interpretatur circa eius præcepta,ibid.col.2.
Consuetudo an possit efficere, vt regularis ad aliquid amplius quarta funerali teneatur,pag.672.col.2.q.69.art.3.

*Custos.*

Custos, & custodia dupliciter assumuntur, quæst.70.art.1.pag.674.col.2.
Custodes,qui sint in religione Minorum.ibi.
Custodis officium,quod.ibid.
Custodes hodie in capitulo, quomodo versentur,ibid.
Custodia nulla in prouincijs de obseruantia,pag.675.art.2.
Custodes in dictis prouincijs eligũtur vt sint vocales in capitulo generali.ibid.

Custo-

Custodes,quantum ad actum exercitum non sunt vere prælati,ibid.
Custodum autoritas colligitur ex virtute commissionis, pag.676.col.2.q.70.ar.2.
Custodes possunt visitare sibi conuētus commissos,ibid.
Custodes celebrāt custodiale capitulum,dum modo in eo non eligatur custos,pagin.677.q.70.ar.4.
Custodes in suo capitulo non possunt prælatos instituere & quæ limitate agant,ibi.
Custodes quomodo sint eligendi. pag.677.col.2.ar.5.ibid.
Custodiatus officiū, quomodo absoluat,ibid.
Custodiatus officium quantum duret.pagina.678.col.1.ar.6.ibi.

*Conuentus.*

Conuentuales fratres à quo tempore dicti pag.26.col.2.q.4.ar.1.
Conuentus nomen,vnde ortum,ibi.
Conuentualium status, ad quorum petitionē reformatus,ibi.
Conuentualiū status omnino fuit extinctus, quo tempore & cuius opera ibid.

D.

*Dauid.*

Dauid instituit sacerdotes, leuitas cantores ad diuina officia,pag.377.col.2.q.42.art.1

*Debitor.*

Debitor non potest admitti ad religionem, pag.195.col.2.

*Decretum.*

Decretorū volumen collectū à Gratiano nō inuenitur approbatū.q.6.ar.2.pa.32.col.1.
Decretorum volumen,quot contineat autoritates,ibi.col.2.
Decretorū volumen autenticus est tantum, quoad decreta Sanctorum patrum,ibid.
Decreto leges insertę nō ligant in foro canonico,ibi.col.2.ad fin.

*Declaratio.*

Declaratio legis superioris ab inferiori fit super validitate & surreptione,pag.87.co.2.q.11.ar.1.
Declaratio circa statuētis potestatē ad ipsum solum qui statuit, ibid.
Declaratio circa legum dubia ad principem si de facili adiri, alias secus, ibid.
Declaratio generalis concilij ad solum Papā, ibi.pag.88.col.1.
Declarationes concilij Tridentini commissæ sunt Cardinalibus,ibi.
Declarationes Cardinaliū in nullo foro obligant dummodo oppositum sit bene fundatum,ibi.pag.89.col.1.
Declarationes Cardinalium obligant quando congregationes sigillo sunt munitæ, ibid. pag.89.col.2.
Declarationibus Cardinaliū effectū est vt minor sexdecim annis admittatur ad dignitatem ecclesiasticā collegiata Ecclesia,ibid
Declaratio legis nō indiget publicatione.ibi. in med.col.
Declarationes Cardinalium ius faciūt, quoad omnes sicut & canones,ibi.pag.90.col.1.
Declarare cōciliū possūt iudices in tribunalibus,doctores in cathedris,ibi.pa.90.co.1.ar.3
Declaratio regulæ B. Patris Francisci licet à iure sit Papæ reseruata tamē interpretatur à doctoribus,ibi.col.2
Declaratio iuris canonici, & decretorū concilij ne fiat,quomodo intelligendū,ibi.
Declaratio doctorū circa iura & leges admittitur,ibi.pag.91.col.1.
Declaratio doctorum nō necessitat,ibi.
Declaratio canonis & legis vbi dubietas ex præfatione colligēda,pa.91.co.2.q.11.ar.6.
Declaratio Bullę & canonis & legis à supplicatis deducitur, ibi.
Declaratio legis secūdū id,ad quod principaliter,ibi.col.2.in fin.
Declaratio vnius scripturæ fit per eius partes alias vel alias diuersas,ibid. pag.94.col.1.
Declaratio legis fit à verisimili,ibi.col.2.
Declaratio legis fit,cōsiderato odio,vel fauore,ibid.col.2.in fin.
Declaratio legis ita facienda, ne ex ea lex remaneat inutilis,ibi.
Declaratio legis quanuis odiosę ita fit,ne lex sit ridicula.ibi.
Declaratio illa legis pœnalis præualet, quæ verba non impropriat, ibi.col.2.
Declaratio legis tā in odiosis, quā in fauorabilibus si de mēte legislatoris constet ex ea sumenda, ibid.
Declaratio legis,aut statuti circa regulares debet fieri ex bono & æquo,ibi.
Declarationibus Cardinaliū est ostensum in priuilegio Clementis VIII. per cōciliū Tridētinū nō esse sublatā prælatis regularibus potestatē dandi dimissorias. pa.165.col.1
Declarationes Cardinaliū circa receptiones puellarum nobilium in monasterijs varias habes,pag.444.col.1.&.2.

*Decima.*

Decima & oblatio differunt, pag.356.col.1.

*Deciſio.*

Deciſio circa tria vota religionis amplianda pag.96.col.1.

Deciſio circa alia religionis præcepta reſtrin genda,ibid.

*Definitorium.*

Definitorium congregationis intermediæ habet eam vim quam capitulum intermedium,pag.113.col.1.q.13.ar.8.

*Degradatio,degradatum.*

Degradatio eſt duplex, pag.228.col.2.q.23. artic.4.

Degradatum verbaliter Epiſcopus & prouinciales poſſunt reſtituere, pagina.299.col. 1.ibidem.

Degradationis verbalis & actualis diſcrimen, ibidem.

*Delegatus.*

Delegatus quis ſit,pagina.155.columna.1.q. 17.ar.6.

Delegatus non poteſt ſubdelegare niſi ſit ad vniuerſitatem cauſarum, pagina.213. colum.1.

Delegatus poteſt nudum miniſterium cõmittere,ibid.col.2.

*Delictum.*

Cum delicti reuelationis periculo non tenetur quis renuntiare dignitatem qua propter delictum priuatur,pag.139.col.2.q.14. artic.3.

Delictorum cognitio eſt neceſſaria, pag.192. col.2.in fin.q.20.ar.19.

Delicta mediocria cauſant irregularitatem ex accidenti, pagina.193. columna.1.ibidem.

Delicta mediocria occulta non cauſant irregularitatem, & acta pœnitentia poteſt fieri promotio,ibi.

Delicta enormia ſi ſint occulta non cauſant irregularitatem,ibi.

Ex delicto occulto oritur excommunicatio, pag.244.col.2.

Delicta grauia quæ, pag.251.columna.1.q. 24.ar.15.

Delicta grauiſsima quæ,ibi.

*Denuntiatio.*

Denuntiatio euangelica de iure diuino, pag. 665.col.1.

Denunciare omnes tenentur, ibi.

*Deſcendentes.*

Deſcendentes ab hæreticis vt incidant in pœnas neceſſarium eſt quod ab ipſis hæreticis deſcendant poſt crimen commiſſum pag.131.col.2.q.14.ar.3.

Deſcendentes ab hæreticis præſumuntur quod ante crimen commiſſum fuerint concepti,ibi.pag.133.col.1.

Deſcendentes ex genere maculato in ordine minorum inhabiles quomodo intelligatur,pag.141.col.2.

Deſcẽdẽtes ex genere maculato in eo ordine poſſunt habere officia non habentia ordinariam iuriſdictionem & poſſunt eſſe prædicatores,ibi.pag.142.

Deſcendentes ex dicto genere intra quartum gradum excludit ordo Diui Hieronymi,pag.143.ibi.col.1.

Deſcendentes moniales ex dicto genere non comprehenduntur in dictis pœnis,ibidem. pagina.142.col.2.

Vide verbo conſtitutio & verbo Iudæi.

*Determinatio.*

Determinatio reſpiciens plura determinabilia pariformiter determinat, pag.129.col. 1.in fin.

*Deus.*

Deus optimus maximus quando dicatur ordinario modo operari, pag.80.col.1.q.10. artic.2.

*Diaconus.*

Diaconus religioſus,fratribus aut alijs in caſu neceſsitatis ſacramentum Euchariſtiæ poteſt miniſtrare,pag.525.col.2.q.58.artic.8

Diaconus baptizans præſente presbytero excommunicatus,pag.248.col.1.

*Dieta.*

Dieta continet ſeptem leucas,pag.171.colu. 1.quæſt.19.art.6. & 618.quæſt.64.arti.4.

*Dictio.*

Dictio, ſeu, aliquando ponitur inter duo idem ſignificantia, pag.260.columna.2.q. 26.artic.1.

Dictio alius indicat ſimilitudinem, pag.312. col.1.q.30.ar.14.

Dictio De & dictio Ex differunt,pag.313.co. 1.q.30.ar.16.

*Dimiſſoriæ.*

Dimiſſoriæ dantur ab Epiſcopis & à prælatis regularibus,pagina.165.columna.1.

Vide verbo ordinare.

*Diſcreti.*

Diſcreti ex conſtitutione Syxti quinti non poterant

poterant habere vocem passiuam in capitulis,pag.121.col.1
Discreti ad generale capitulum in ordine minorum sunt prælati & sine dispensatione illegitimi non possunt eligi,ibid.

*Dispensatio.*

Dispensatio cum illegitimis ad prælationem à solo Papa, pagina.110.columna.2.quæ. 13.ar.6.
Dispensatio cum religiosis in hoc fit ab eorum prælatis in capitulo,pagina.111.columna.1.&.2.
Dispensatio non est necessaria,quoad prælationē cum illo qui post professionem per subsequens legitimatur matrimonium. pa. 113.col.1.q.13.ar.8.
Dispensatio, quoad prælationem potest fieri cum illegitimo à generali minorum in congregatione intermedia,ibid.
Dispensationes circa illegitimos,qua ratione fiant in cōgregationibus,ibi.col.2. in med.
Dispensatus in seculo ad beneficium,postea religiosus ad prælaturam alia indiget dispensatione,pagin. 114.colum.2.art.7. ibi.
Dispensatio stricte interpretari, ibid.
Dispensatio facta ad curatum non prodest ad simplex,nec ad dignitatē,pag.115.col.1. in fin.ibid.
Dispensatio, & legitimatio differunt,ibid.
Dispensatio difficilius à principe fit, quā legitimatio, ibid.col.2.
Dispensationis tenor est attendendus, vt videamus an sit legitimatio,vel alias,ibid.pa. 115.col.2.
Dispensatio generaliter in seculo censetur etiam quoad ea, quæ sunt religionis,ibidem.
Dispensatio generalis in seculo non facit illum, cui fit, habilem ad regularia in commendam,ibid.col.2.in fin.&pag.116.co.1.
Dispensatio fieri, nō autē legitimatio à prælatis regularibus,ibid.
Dispensatio facta cum religioso, si postea ejiciatur in seculo alia indiget dispensatione,ibid.in fin.col.
Idem dicendum si transferatur ad aliam religionem,ibid.
Dispensatio facta ad canonicatum, an sit etiā ad archidiaconatum, pag.117.columna.1. art.12.ibid.
Dispensatio ab inferioribus à Papa non potest fieri sine causa, ibid.pag.118.colum.1. artic.14.
Dispensationis causæ remanēt in arbitrio boni viri,ibi.col.2.ar.15.
Dispensatio,vt valeat omnia à supplicato debent narrari,ibidem.pagina.119.colum.2. artic.17.
Dispensatio, in qua siletur qualitas aliqua necessaria,& si in ea sit verbum de plenitudine potestatis non valet, ibidem. in fine columnę.
Dispensatio ab ignorante tempore impetrationis ex communi errore valet,ibi.pa.110. col.1.in fin.
Dispensatio valet absque expressione qualitatum quæ augent culpam,ibid.
Dispensare potest cū monialibus illegitimis generalis & prouincialis ad officium Abbatissæ,pag.122.col.2.
Dispensatio vnde dicatur & definitio, pag. 217.col.1.&.2.q.2.art.1.
Dispensationis virtus quæ,ibid.
Dispensationum diuisio,ibid.
Dispensatio sine facultate Episcopi,vel alterius inferioris prælati nihil operatur, ibid.
Dispensationis prelati,& Papæ differētia,ibi.
Dispensatio expressa quando dicatur,ibidem in fin.col.
Dispensationum genera tria,ibi.pa.218.col.1 ibidem.
Dispensatio,& priuilegium differunt,& differentiæ,ibid.
Dispensatio circa ius, & iuris declaratio differunt,ibid.
Dispensatio Papæ sine iusta causa non est licita in conscientia ex parte petentis,& concedentis,pag.218.col.2.ibid.
Dispensatio circa ius diuinum non solum cō tinet peccatum,imo est nulla,ibid.
Dispensatio inferioris circa legem superioris nulla sine causa,ibi.
Dispensare prælati possunt ad libitum, circa suas,vel sui prædecessoris leges, ibi.
Dispensantes circa legem superioris sint aduertentes,ibid.
Dispensationis quæ causę sint iustę, pag.219 col.1.ar.5.ibid.
Dispensationis causæ iustissimæ sunt, quæ in virtutis cuiuscunque obsequium diriguntur,ibi.col.2.
Dispensatio facta cum religioso, vt ad aliam religionem quibus casibus facta valeat,ibidem.
Dispensatio, quando licita, vt quis ad laxiorem religionem,ibidem.pagin.219.col. 2.&.220.col.1.

Diſpenſatio facta à Papa cum religioſis valet pag.220.col.1.ar.6.ibid.
Diſpenſare Epiſcopi cum religioſis non poſſunt,pag.220.col.ar.7.ibid.
Diſpenſare in lege, & diſpenſare in pæna à lege quid ſit ibidem. pagina.221.columna.2.
Diſpenſatio in lege ſuperioris facta ab inferiore nulla,in pæna vero cõtracta valet,ſi non fuerit reſeruata,ibidem.
Diſpenſatio circa pænam poſsibilis dummodo legis ſit, ſecus verò, ſi hominis, ibidem.
Diſpenſatio facta à prælato inferiori circa legem ſuperioris, quando valeat ex conſuetudine, pagina.222.columna.2.quæſt.22.artic.9.
Diſpenſandi poteſtas vnde prælatis competat,pag.222.col.2.q.22.ar.10.
Diſpenſatio facta à regularibus prælatis valet facta cum ſubditis in omnibus caſibus qui à iure non prohibentur,ibid.
Diſpenſatio ſi fiat à generali Minorum vt vnus ſit diffinitor ſimul & guardianus valet,ibid.
Diſpenſatio facta à prælatis Minorum ad habendas prælatias non valet,ibid.pag.223.columna.1.
Diſpenſatio facta à generalibus in omnibus irregularitatibus cum ſubditis valet exceptis aliquibus, interquas eſt homicidium voluntarium, & hoc,quomodo intelligendum, pag.242.col.1.q.24.ar.20.&.pagina.3.columna.1.
Diſpenſatio facta ab Epiſcopo ſuper irregularitate facta ex mutilatione voluntaria occulta valet, pagina.243.columna.1.quæſt.24.ar.10
Diſpenſatio facta à generalibus, & prouincialibus ordinis mendicantium ſuper dicta irregularitate valet,ibid.
Diſpenſatio commiſſa prælatis intelligitur de ſuis ſubditis nec extenditur ad hoſpites ibid.in fin.col.
Diſpenſare an prælati poſsint in irregularitate nouitiorum,pag.248.colum.2.artic.15.ibidem.
Diſpenſatio facta à prælatis cum nouitijs in irregularitatibus ſi fuerint generaliter ex cõmunicati valet,ſecus ſi in particulari, & hoc intelligendum quomodo ſit vide,ibidem.
Diſpenſatio facta à prælatis cum nouitijs etiam in bigamia valet cum certis qualitatibus,pag.249.col.1.ar.15.ibidem.
Diſpenſatio facta à prælatis ſuis ſubditis irregularibus ad obtinendas prælatias vtrum valeat, pagina.250.columna.1.artic.16.ibidem.
Diſpenſatus ab Epiſcopis (quo caſu poteſt) intelligitur quoad omnia, pagina.250.columna.2.
Diſpenſatio facta à generalibus cum ſubditis in delictis,grauibus, & grauiſsimis in quibus pœna ipſo iure an valida, pag.250.co.2.&.251.col.1.ar.16.ibid.
Diſpenſatio voluntaria,& neceſſaria,quando pagina.253.colum.1.in fin.articulo.17.ibidem.
Diſpenſatio facta à Papa cum religioſo manẽte in religione in aliquo ex tribus votis ſubſtantialibus ſi valet, pag.253.colum.2.q.25.ar.1.
Diſpenſatio, & irritatio in quibus differunt, pag.256.col.1.q.25.ar.4.
Diſpenſatio facta à prælatis ſuper votis de adimplendis præceptis diuinis, valet ibidem.
Diſpenſatio facta à Papa valet ſuper omnibus votis tam regularium, quam ſecularium,pag.256.col.1.ar.5.ibid.
Diſpenſatio facta ab Epiſcopo in ſuis, vel ſummipontificis legibus quomodo poſsibilis,pag.274.col.1.q.26.ar.6.
Diſpenſatio circa regulę præcepta ad generales,vel prouinciales ſolos,ibidem.columna 1.in fin.
Diſpenſatio dicta abſentibus dictis prælatis ad inferiores,ibid.col.2.
Diſpenſare generales poſſunt circa equitationem & calceamenta cum aliquibus Minoritis perpetuo,ibid.
Diſpenſator ſi deficiat recurritur,ad epicheiã quod quid importet,ibidem.in medio col. vſque ad fin.
Diſpenſare poſsint ne ſecum prælati circa ſupra dicta & quid in hoc faciendum, pag.275.col.1.q.26.ar.7
Diſpenſatio ſine cauſa eſt graue peccatum, pag.275.col.2.ar.8.ibi.
Diſpenſatione voti, quis vti non poteſt ſine cauſa,ibid.ad.fin.col.2.
Diſpenſatio ſine cauſa circa præcepta valet, ibid.pag.276.col.1.
Diſpẽſatio facta in prẽceptis regulę circa calceamenta,& alia,quę in cõceſsionibus ſummorum pontificum ſine cauſa facta ab inferiore non valet,ibid.

Diſpen-

Dispensatio ab inferioribus fiat cũ attẽtione, ibidem.
Dispensare possunt prouinciales ordinis Minorum & quibus ipsi commiserint vt non obstante incestu & voto castitatis possint petere debitum,pag.615.col.
Dispensatio circa monachum vt duplicata beneficia possit habere quomodo fieri,pa. 337.col.2.q.34.ar.8.
Dispensatio cum corrupta vt fiat Abbatissa à quo possit fieri,pag.618.q.64.ar.4.
Vide verbo confessor,& verbo facultas &verbo generalis,verbo irregularitas, & verbo illegitimi, & verbo legitimatus, & verbo prelati regulares.

*Diuinum officium.*

Diuinum officium in Ecclesia vnde ortum, pag.377.col.2.q.42.ar.1.
Diuini officij effectus,vid. in med.col.
Diuinũ officiũ ab omnibus ecclesiasticis quo modo recitandũ,pag.378.col.2.q.42.ar.2.
Diuini officij recitationi minoritæ ex indulto quomodo satisfaciant,ibid.
Diuinij officij recitatio fieri debet.
Diuini officij recitatio qua attentione fierl, ibidem.
Diuinum officium ex malitia non cum attentione & deuotione dictum non prodest,& quid importet hoc verbum ex malitia explicatur,ibid.ad fin.col.
Diuini officij recitationi an quis satisfaciat se vestiendo,ibid.
Diuini officij recitationi non satisfit si fiat actus attentioni contrarius,ibid.col.2.
Diuini officij recitationi non satisfit ab eo qui ita recitat vt omissio fiat partis notabilis horæ,ibid.pag. 380.col.1.
Diuini officij recitatio facta cum illo,qui syllabas deglutit,& cum eo,qui in choro facit confusionem an fiat sine peccato mortali, pag.381.col.1.
Diuini officij recitatio à minoribus non perfecta in choro ex defectu visus, vel auditus quomodo perficiatur,ibid.
Diuinum officium recitantes si in fine cuiusque horæ recitent orationem Dominicam & Angelicam pro felice statu Leonis Decimi, & Ecclesiæ Sanctæ Dei consequantur remissionem omnium defectuum in illa hora commissorum ex humana fragilitate ibid.in fin.col.
Diuinum officium mentaliter potest à Minoribus recitatis in illis, quæ sub silentio dicuntur, pag.381.colu.2.artic.4.
Diuinũ officiũ verbaliter recitari debet, ibi.
Diuini officij recitatio à minoribus, quomodo mutari,pag.382.col.1.ar.5.
Diuini officij recitationem excusat negociũ superueniens repentinum,ibid.
Diuinum officium nescientes recitare minores,quid facere,ibid.col.2.
Diuini officij ex libro recitatio quas indulgentias minoribus,ar.6.ibid.
Diuini officij ex libro recitatio, si memoriter fiat an prævaleat, ibid.col.2.
Diuinum officium recitant fratres infirmi recitando sibi à prælato assignata,pag.399. col.2.ar.7.ibid.
A diuini officij recitatione quomodo laborantes tertiana excusentur.ibi.pa.400.co.1
Diuinum officium, quaratione ab itinerantibus fratribus recitandum,pag.400.col.2 q.42.ar.8.ibid.
Diuino officio non recitato ex breuiario reformato,quãdo sit peccatũ, pa.385.co.1.ibi.
Diuini officij recitatio à socio facienda ex priuilegio an possit etiam fieri à consocio, pag.385.col.2.ar.9.ibid.
Diuini officij recitatione deobligatus, an liberetur ab eius auditione si facultatem habet lectoris, pag.386.col.1.ar.10.
Diuini officij recitatione deobligatus, an de obligetur etiam eius partis,quã potest, ibi.
Diuini officij recitatio à prælatis nullo modo alterari potest, pag.386.col.2.q.42. artic.11.ibid.
Diuini officij dubia possunt prælati declarare,pag.387. col. ibi.
Diuini officij calendarium ordinari potest ab electis à minoribus in capitulis prouincialibus,ibid.
Diuini officij recitatio an fieri possit secundũ diuersa breuiaria ex priuilegio,pa.387. col.2.q.42.ar.12.
Diuini officij recitatio an fieri possit vna die secundum diuersa breuiaria ex priuilegio, ibidem.
Diuinum officiũ ex breuiario Romano possunt recitare qui ex priuilegio ex antiquo possunt,pag.388.col.1.q.42.ar.13.

*Dominicus.*

Dominicus S.Patriacha ortus vbi,pag.12.co. 1.q.2.ar.2.

*Donare.*

Donare prohibitus intelligitur de gratiosis

pag.289.col.1.in prin.
Donare nō posſunt cōmendatarij ordinis militiarū ſuis cōcubinis,pag.295.col. 2. in fi.

*Dubium.*

Dubia inter religioſos ſuper obſeruatione regulæ,quomodo decidi,pag.96. col.1.
Dubio dato in pœnalibus ſemper in melius iudicandum,pag.133. col. 2.
Dubius de ſtatu ſuo non tenetur in foro animæ ſe iudicare inhabilem, pag. 135. col.2 &.136.col.1.
Dubium duplex eſt,ibid.
Dubium ſpeculatiuum,quod, practicū quod, ibidem.
Dubius dubietate ſpeculatiua, ſi deſcēdat ad dubium practicum non tenetur credere & hoc quando,ibid.in fin.col.
Dubius dubio ſpeculatiuo tenetur ſolum ad diligentiam moralem, ibid. col.2.
Dubium facit negatio,pag.632.col.1

E.

*Eccleſia.*

Eccleſia de minoribus canit per excellentiam Deus,qui Eccleſiā ſuam fætu nouæ prolis &c.pag.14.column.2.in medio.q.2.ar. 3.
Eccleſia polluta quot modis dicatur, pagin. 150.col.2.q.19.artic.6
Eccleſiam pollutam guardiani de obſeruantia, & reliqui maiores prælati poſſunt reconciliare,ibid.
Eccleſia polluta quid ſit,ibid.
Eccleſia conſecrata difficilius recōciliatur, & quomodo,ibid.
Eccleſiæ conſecratæ reconciliationem Papa ſacerdoti poteſt committere, aqua ſit per Epiſcopum benedicta,ibi.
Eccleſiaſtica hierarchia ex quibus conſtet,pa. 103.col.1.q.12.ar.5.
Eccleſiæ hierarchiæ vnus fons,pag.515.col.2
Eccleſia primitiua, quatenus organum ſpiritus Sancti ius diuinum condere potuit,pa. 254.col.1.q.25.ar.1.
Eccleſia collegiata quæ ſit proprie,pag.404. col.2.ar.12.q.43.
Eccleſia collegiata præſumitur cathedralis, ibidem.
Eccleſiæ collegiatæ nomine monaſteria non comprehenduntur,ibi.in fin.col.
Eccleſia ſecularis vnita ordini ſit regularis, pag.332.col.1.q.34.ar.1.

*Eccleſiaſticus.*

Eccleſiaſticus in iudicem eccleſiaſticum non poteſt conſentire abſque ſui prælati licentia,pag.253.col.1.q.36.ar.5.
Eccleſiaſticorū nomine in odioſis nō veniūt regulares,pa.405.col.1.vide verbo officiū.

*AEdificium.*

Multa de ædificio habes verbo monaſterium.

*Eiectus à religione.*

Eiectus à religione rogans vt iterum recipiatur, ſi non ſit receptus tutus remanet in conſcientia, pagin.317.columna.1.&.2.q. 30.ar.10.
Eiectus à religione infamis reputatur, ibid.
Eiectus à religione non poteſt prędicare neque confeſsiones audire.ibid.
Eiectus à religione poteſt ad aliā tranſire,pa. 318.alias 328.co.1.
Eiectus à religione ex priuilegio non poteſt ad aliam conuolare,ibid.col.1.&.2.
Eiectus à religione non poteſt obligari per ſententiam vt ad aliam ſtrictiorem tranſeat,ibid.col.2.&pag.319.col.1.
Eiectus à religione quomodo poteſt ordinari,ibid.col.1.&.2.
Eiectus à religione ſubiectus erit Epiſcopo, ibid.col.2.&.pag.320.col.1.
Eiectorum à religione bona antequam ſe Epiſcopo præſentent forte ſunt apoſtolicæ cameræ ſi moriantur,ibi.
Eiectus à religione tenetur vti habitu eius ſtatui conuenienti, ibid. col.2.
Eiectus à religione poteſt tradi brachio ſeculari.pag.321.col.1.
Eiectus à religione ſi ad eā iterum recipiatur non tenetur iterum profiteri,ibid.col.2.
Eiectus à religione ad aliam religionem tranſiens tenetur iterum profiteri, ibid.
Eiectus à religione ſi ad eam iterum recipiatur non habebit locum antiquum,pag.322 columna.1.
Vide verbo expellere, & verbo generales & verbo incorrigibilis.

*Electio,eligere,electi.*

Eligere volentes in ordine Minorum deſcendentes ex genere maculato pœnis afficiuntur,pag.140.col.2.
Electiones perpetuæ Abbatū & prælatorum laudandę pag.147.col.1.
Electiones prælatorum modo ſunt tēporales ibi.&.col,2.&.pag.148.col.1.&.2.
Electi finito tempore ſuorum officiorum tenentur renunciare,pag.144.col.1.&.2.

Emphi

*Emphiteusis Emphiteuta.*

Emphiteusis vnde dicta pag.359.col.2.q.38. ar.2.

Emphiteuta quis,ibid.

Emphiteutæ patrum Sanctissimæ Trinitatis cessantes pensitare per biennium propria autoritate expelluntur. pag.360.col.2.vide verbo bona

*Epicheia.*

Epicheia quid & quando ad illam recurrendum,pag.274.colu.1.

*Episcopus.*

Episcopus non potest dare professionem religioso non subdito,pag.2.col.2.

Episcopo mortuo dimissoriæ non expirant pa.70.col.2.q.9.ar,1.

Episcopo mortuo non finitur eius commissio executoria,ibid.

Episcopus mortuo Papa potest dispensare ex eius commissione,ibid.

Episcopus non consecratus non est dicendus Episcopus,pag.162.col.1.q.18.ar.2.

Episcopi consecratio confert ordinem,pag. 162.col.1.ibi.

Episcopus solus an confirmare,pag.162.col. 2.ibidem.

Episcopis concessa concedantur etiam prælatis maioribus regularibus,pag.181.q.20 artic.10.

Episcopi attento iure communi,quę habent, ibidem.

Episcopis an sublata fuerit potestas absoluendi ab occulta hæresi,pag.181.col.2

Episcopi sunt inquisitores hæreticæ prauitatis, ibid.in.fin. col. ibid.

Episcopi absolutionem à crimine hæresis occultæ possunt specialiter committere,pag. 182.colu.2. ar.11.ibid.

Episcopi habent potestatem absoluendi à crimine hęresis occultæ,& duobus modis possunt commissario committere,pag.183.col. 2.q.20.ar.11.

Episcopi possunt dispensare inquibuscunque criminibus licet grauissimis post actam pœnitentiã,licet pœnę sint ipso iure incursæ,& perpetuæ,nisi Papa specialiter reseruauerit,pag.252.col.2.in.fin.q.24.ar.13.

Episcopi ad dictam dispensationem debent moueri ex iusta causa,ibid.

Episcopi indispensatione voluntaria,& necessaria,quomodo se gerãt,& quæ sit vtraque ibidem.

Episcopus potest celebrare in altari portatili, pag.296.col.1.idẽ prędicatores, & minores ibid.

Episcopi possunt procedere contra monachos vagantes sine licentia, quod tamen vno modo limita, pag. 302.colu.2.q.30. artic.4.

Episcopi in pãrtibus Indiarum post intimationem breuis fratribus nullum potest fieri impedimentum,pag.343.ar.6.col.2.

Episcopi factum contra mandatum Papæ est nullum,ibid.

Episcopi non possunt visitare Ecclesias ordinis militaris,pag.346.col.2.

Episcopi non possunt corrigere fratrem beneficiarium,pag.351.col.1.art.4.q.36

Episcopis debetur quarta de legatis pijs Ecclesijs suæ diœcesis relictis, pag. 360. colum. 1.q.39.ar.1.

Episcopi regularibus possunt mandare,vt diebus Dominicis populo nunciẽt vigilias, & festiuitates,pag.401.colu.2.q.43.

Episcopi, sicut, & prælati ordinum ex causa numerum missarum & anniuersariorum pro capellis possunt ad minorem reducere pag.405.col.2.ar.13.

Episcopi dictam taxationem faciant de missis ante concilium Tridentinum, & de missis solum,non alijs suffragijs ex declaratione Cardinalium,pag.406.co.1.ibid.

Episcopi dictam taxationem non possunt facere de missis pro fundatione positis. ibidem.

Episcopi,& prælati in dictis circunspecti,pa. 406.col.1.ibid.

Episcopi contra sacramenta prohibita in clementina ministrantes dupliciter se habere possunt,pag.519.col.1.

Episcopus contra religiosum ministrãtem sacramenta prohibita in clementina duplici ter potest agere,ibid.in.fin.col.

Episcopus contra religiosum potest agere ad ostendendam licentiam,ibid.col.2.

Episcopus ostenso à religiosis priuilegio ad dicta sacramenta ministranda agere nequit,pag.530.col.1.

Episcopus dubitans de priuilegio religiosi ipsum interim impedire nõ potest,ibi.

Episcopi in partibus Indiarum inhibentes regularibus ministerium sacramentorum ipso iure sunt excõmunicati,pa.531.co.1.ibi.

Episcopus de priuilegio regularis coram quo agere debeat non potest iudicare,pag.531 col.2.in fin.

Episcopus ratione studij cõpetens est quoad sacramenta necessaria, non tamen quoad voluntaria, pag.572.columna.1.quæst.60. art.4.
Episcopus habet aliquos casus à iure reseruatos,ibi.in fin.col.
Episcopus solus potest moniales consecrare pag.626.col.2.q.64.ar.2.

*Eucharistia.*

Eucharistiæ sacramentum in Ecclesia Minorũ presbyteri seculares possunt ministrare pag.522.col.2.
Eucharistiæ sacramentum potest in die paschatis à religiosis ministrari, pag.524.co.1. vide in verbo Minores.

*Eugeniana.*

Eugeniana non gaudent scholastici Salmanticenses qui non studeant.pag.77.co.2.in.fi.

*Euidentia.*

Euidentia quomodo probetur pag.628.col. 2.in.fin.

*Examinare.*

Examinare,vide verbum prælati.

*Excommunicatio.*

Excõmunicatio non ligat sublato iure eam continens,pag.55.col.2.q.8.ar.1.
Excommunicare non potest ordine carens, pag.160.col.1.q.17.ar.12.
Excommunicatus potest excommunicatum in casu necessitatis absoluere pagin.184. col.2.ibid.
Excommunicatus ex delicto omnino occulto non debet se abstinere ab exercitio ordinum pag.244.col.2.q.24.ar.11.
Excommunicatus non est qui sagittam immisit in clericum sictum errauit,pag.43. col.2.in.fin.
Excommunicatio non extenditur de casu ad casum,pag.448.col.2.in fin.
Excommunicatio non incurritur,nisi vbi peccatum lethale,pag.450.col.1.q.47.art.2.
Excommunicatus pro iniuria, licet non possit absolui nisi parte satisfacta, hoc tamen cessat,quando satisfactio requirit altiorem indaginem,pag.583.col.2.q.61.ar.8.
Excommunicatus, quod non possit absolui nisi parte satisfacta quomodo intelligendũ pag.584.col.1.ibi.
Excommunicatio iniusta cuius virtutis,pag. 587.col.1.q.61.ar.10.
Excommunicationis verbũ simpliciter prolatum comprehendit quamcunque excommunicationem,ibid.col.2.

*Executio.*

Executio præcepti superioris,quando differri possit pag.35.col.2.in.fi.q.6.ar.7
Executio mandati superioris differtur ex iusta informatione.ibi.
Executio legum generalium Papæ ex suppli catione facta,aut informatione non suspen ditur,pag.36.col.1.in medio.ibid.

*Exemplar.*

Exemplar deductum ab originali,an validum non citata parte,pag. 68.colum.1.quæst.8. art.16.
Exemplar deductum ab originali debet fieri, vt supra,sed parte non apparẽte fit citatio per edictum generale,ibid.
Exemplar requirit partis citationem propter falsitatis periculum.ibid.
Exemplaribus priuilegiorum minorum fides integra datur absque partiscitatione, ibid. column.2.
Idem priuilegium Augustinis,pag.69.columna.1.ibid.
Exemplari deducto ex mari magno vel ex alio priuilegio minorum cuiusque clausulę tantum necessarię,si de mandato iudicis deducatur plena fides,ibid. col.2.
Exemplari sic deducto ex vna tantum clausula quid agendum parte opponente, ibidem.

*Exemptio,exempti.*

Exempti qui sunt à quibusuis clausulis generalibus,pag.176.col.1.
Exemptus locus, & locus extra diœcesim æquiparantur pag.348.col.1.q.36.ar.3.
Exemptus in casu necessitatis in foro sacramentali potest subijci,pag.354.col.1.
Exemptus absque licentia Papæ non potest suo priuilegio renunciare,pag.353.colum. 1.q.36.ar.5.
Exemptionis priuilegium competens religiosis multipliciter intelligendum,pagin.517. columna.1.
Exemptus ratione loci, vel personæ differunt pagina. 573.columna.1.quæstio.60. artic.7.
Exemptio ecclesiastici à potestate ciuili quomodo intelligenda, pagina.647.columna. 1.q.66.ar.2.

*Expellere, & expulsio, & expulsi.*

Expelli nō potest à religione apostata nisi sit incorrigibilis, pag. 309. colu. 2. & pag. 310. column. 1.

Expelli potest à religione incorrigibilis de iure, & etiam de facto, ibidem. & pagin. 311. & 312.

Expelli non potest à religione à solo prælato generali nisi de consilio patrum, ibid. pag. 312. colum. 2. & pag. 313. colum. 1. & 2. & pag. 314.

Expelli potest à religione homicida, ibid. col. & 315. col. 1.

Expelli potest à religione conuictus de crimine nefando, ibi. col. 2.

Expulsi à religione ad quæ teneantur, ibidem 316. col. 1. & 2.

Expulsi à religione tenentur seruare votum castitatis, ibid.

Expulsi à religione tenentur recitare officiū diuinum, ibi. pag. 317.

Expulsi à religione cui acquirant, pag. 320. col. 1. & 2. vide verbo electus.

*Experientia.*

Experientia est optima rerum Magistra, pag. 146. col. 2. q. 15. ar. 1.

*Expositi.*

Expositi non reputantur illegitimi, pag. 133. col. 2. q. 14.

*Extrauagans.*

Extrauagans executrix iuris communis cum pœna restringenda, pag. 96. colum. 1. q. 11 artic. 6.

Extrauagantis quæ sit vis, pag. 420. colu. 1. q. 38. ar. 3.

Extrauagantes duæ Pij Quinti & Gregorij XIII. circa Monialium clausuram, ibidē,

Extrauagantes non pereunt morte Pontificum sicut regulæ Cancellariæ, ibid.

*Extensio.*

Extensio de monachis ad Canonicos regulares fit, vide in verbo lex.

F.

*Facultas.*

Facultas concessa ab Episcopo, vt à reseruatis durat sede vacante, pag. 561. colu. 2. q. 59. artic. 6.

Facultates concessæ absoluendi à censuris nō censentur factę quod possint dispensare in irregularitate, pag. 607. col. 2. quæstio. 62. artic. 12.

*Factum.*

Factum contra legem irritantem ante legitimam promulgationem an sit validum, pa. 34. col. 1. q. 6. ar 5.

*Franciscus.*

Franciscus pater ab Ecclesia Patriarcha pauperum, pag. 103. col. 1. q. 12. ar. 5.

*Frater.*

Fratres minores non possunt ab obedientia suorum superiorum resilire propria autoritate licet sciant ipsos comprehensos in cōtitutione Pauli, IIII. pag. 140. ar. 9. q. 14.

Fratres minores ex indulto speciali Pij V. quæ teneantur seruare sub pœna mortalis, pag. 260. col. 2.

Fratres Sanctissimæ Trinitatis sindicum habent, & quod ius illi competat, pag. 363. col. 1. q. 38. art. 5.

Fratres dicti habent quintum morientium ab intestato sine hærede legitimo, ibid. col. 2. vide circa dictos fratres alia, pagin. 364. column. 1.

Fratres, & sorores Tertij ordinis Mantellati, & Cordellati possunt extra parochiā recipere comm. unionem pascalem, pag. 526. col. 2. circa fin. q. 43. ar. 10.

Fratres, & hospitantes religiosos an gaudeāt priuilegijs eorum, pag. 503. colum. 1. q. 55 artic. 16.

Fratres ordinis Sanctissimæ Trinitatis maximis potiuntur priuilegijs, ibid.

*Frequens.*

Frequens dicitur illud, quod bis fit, pag. 40. col. 1. q. 6. ar. 12.

*Festum.*

Festa principalia sanctorum ordinis Minorū numerantur, pag. 407. colu. 2. quæstio. 43. artic. 15.

Festa celebranda interdicti tempore, pa. 538. colum. 2.

Festum Portiunculæ celebratur die. 2. Augusti, pag. 509. col. 1. q. 55. ar. 18.

Festum dictum multas habet indulgētias omnibus monasterijs ordinis communicatias, ibidem.

*Feudum.*

Feudalia bona, an monachi possint recipere, pag. 367. col. 1. q. 38. ar. 3.

Feudum, quid, ibidem.

Feudum ab emphiteusi,quomodo distinguatur,ibid.
Feudum quibus modis acquiratur,ibi.
Feudi seruitium à monachis generali præstatur,ibid.

*Filius.*

Filij legitimi,qui,pag.105.colum.1.quæst.13 art.1.
Filij legitimi sunt,qui ex matrimonio bona fide celebrato saltem ex parte vnius nascuntur,ibid.
Filius,vt legitimus ex bona fide, quando iudicandus sit,ibid.
Filius legitimus dicitur natus ex soluto & soluta, cum qua matrimonium contractum fuit,licet istud matrimonium fuerit secundum.ibi.
Filij militum Alcantaræ, Sancti Iacobi de la Espada & Calatrauæ, non sunt naturales, sed sacrilegi,pag.106.col.2.& pag.107.co.1.late.q.13.ar.2.
Filij dictorum militum,& similium,qui tenẽtur ad castitatem coniugalem si ex soluta procreent filios, vt postea cum eis contrahãt matrimonium tales per subsequens matrimonium non legitimantur,pag.107.co.2.in fine,ibid.
Filij adulterini, incestuosi per subsequens matrimonium non legitimantur,ibid.
Filij naturales religiosorum an possint promoueri ad prelatias suorum parentum.pa.112.col.1.q.13.ar.7.
Filij illegitimi ecclesiasticorum non possunt promoueri ad dicta.ibid.col.1.& 2.
Filius non tenetur credere matri dicenti ipsum ex adulterio,pag.135.col.2.q.14.ar.4

*Fugitiuus.*

Vide verbo Monachus.

G.

*Guardianus.*

Guardiani, & cæteri conuentuum præfecti habent ecclesiasticam dignitatem, pag.103 col.1.q.12.ar.5.
Guardiani, & cæteri conuentuum præfecti sunt prælati dignitate,ibi.col.2.
Guardiano mortuo vicarius expirat,ibidem.
Guardiano mortuo non expirat vicarius, quando est institutus à prouinciali,ibi.col.2.in fin.
Guardiani,nec priores in subditos non habẽt potestatem generalium,pag.153.colu.1.q.17.art.3.
Guardiani iurisdictio similis est illi,quam habent archipresbyteri plebani,ibid.
Guardiani officium ad quæ,ibi.
Guardiani circa suos subditos habent autoritatem prouincialium,pag.153.col.2.q.17.ar.4.& pag.154.col.1.
Guardiani sunt vere prælati,ibidem.pag.154 col.1.
Guardiani Minorum benedicunt corporalia, pag.167.col.1.
Guardiani confessor ab ipso electus non potest illum absoluere à reseruatis prouinciali,pag.213.col.1.q.21.ar.8.
Guardianus,qui à reseruatis potest absoluere potest etiam à suo confessore ab eo electo à reseruatis absolui,ibid.
Guardianus,cui prouincialis suas vices committit eas alijs non potest committere generaliter,ibid.ar.9.
Guardiani esse non possunt arbitri,pag.611. col.1.& verbo benedicere.

*Graduati.*

Graduati regulares in sacra Theologia an sint Episcopis ad audiendas confessiones præsentandi & ab ipsis examinandi, pag.564. col.1.q.59.ar.10.
Graduato absente presentato confirmatio fieri potest,pag.565.col.1.ibi.

*Gratia.*

Gratia concessa à Papa eo mortuo durat, & durat etiam mortuo vel amoto prælato eã concedente,pag.159.column.1.quæst.17. art.11.
Gratia iustificatus alteri non potest mereri de condigno,sed de congruo,pag.327.col.1.q.33.ar.3.

*Generalis.*

Generales patres tres habet ordo minorum, pag.13.col.2.q.2.ar.3.
Generali mortuo ex Societate Iesu non expirat potestas rectorũ; quid dicendum in visitatoribus,pagin.70.column.1.quæstio.9. artic.1.
Generales ponentes præcepta, debent id de consilio patrum facere,pag.80.col.1.q.10. artic.
Generales habent iurisdictionem ad modum patriarcharum,pag.193.col.1.quæstio.12. artic.5.
Generales,& prouinciales ordinis mendicantium possunt dispensare cum monialibus illegitimis ad officium abbatissæ,pagin.122. col.2.q.13.ar.22.
Generales,quæ possint, pag.153.column.1. quæst.

quæstio.17.articul.3.
Generales,& cæteri prælati ordinum habent iurisdictionem ordinariam, pag. 155.col.1. q.17.ar.6.
Generales & cæteri circa suos subditos, eadē possunt quæ episcopi attento rigore, ibid. ad fin.col.1.
Generales & cæteri præfecti regulares in omnibus casibus in quibus non sunt expresse prohibiti possunt dispensare, ibidem, column.2.
Generales non possunt prouincialem vnius prouinciæ in aliam permutare,pagin.226. col.2.q.23.ar.2.
Generales non possunt restituere ab ordine degradatos,pag.228.column.2.quæst.23. art.4.
Generales iectum, & exauthorizatum non possunt restituere,pag.229.column.1.ibidem.
Generales ordinis D. Hieronymi habent potestatem eijciendi apostatas, & delinquentes,pag.312.col.2.
Generalis iste,an sit præcise ille,qui extiterit in monasterio D.Bartholomæi, pag. 313. col.1.q.30.ar.15.
Generales ex indulto Papæ per se solos possunt eijcere apostatas& de intellectu indulti,dum dicit de consilio fratrum, vide pag. 313.col.2.ar.16.ibi.
Generales homicidam eijcere à religione possunt,pag.315.q.30.ar.17.
Generalis potest eijcere subditos committentes crimen, ex quo in seculo datur mors, ibid.vide verbo commissarius multa,& verbo dispensatio.

*Gloria.*

Gloria in excelsis Deo,an in missis votiuis dici possit à Minoribus,pag.407.col.1.q.43. art.14.
Gloria in excelsis Deo, dicitur hodie vbi in matutinis dicitur Hymnus Te Deum laudamus,exceptis quibusdam, de quibus ibi.

H.

*Hæresis.*

Vide verbo absoluere.

*Hæreticum.*

Hæreticum est negare canones præceptiuos obligare ad peccatum,pag.42.colu.2.q.6. art.15.

*Hierarchia.*

Hierarchia ecclesiastica ex quibus constat, pag.103.col.1.q.12.ar.5.
Hierarchia ecclesiastica depingitur, pag. 515 col.2.q.56.ar.1.

*Homicidium.*

Homicidium voluntarium,quod sit, q.24.ar.9.pag.241.col.2.
Homicida voluntarius non solum est irregularis,quoad ordines,sed etiam, quoad quascunque prælaturas,ibidem.pagin. 242.column.1.
Homicidium voluntarium non comprehendit mutilationem voluntariam, ibid.
Homicidium occultum triplex,pag.243.col. 2.q.24.ar.11.
Homicidium occultum, quod ita est, vt non possit probari,nisi ex occisoris confessione an inducat irregularitatem, pagin.244. col.1.ibid.
Homicidium omnino occultum non indiget prælatorum dispensatione secundum aliquos,ibi.col.2.circa fin.
Homicidium omnino occultum inducit irregularitatē,ibi.pag.245.col.1.
Homicidium factum à religioso omnino occultum,an à prelato dispensari,ibid.
Homicida occultus licet voluntarius potest à prælato dispensari ex indultis, pag. 246. col.1. ar. 12.ibi.
Homicidium casuale,quod.pag.246.colum.2 art.13.
Homicida ad sui defensionem non excedens moderamen non est irregularis, pag. 247. colum.1.
Homicidium quibus modis committatur,pa. 315.col.1.q.30 ar.17.

*Horæ canonicæ.*

Horarum canonicarum officiumvnde ortum pag.378.col.2.
Horarum canonicarum in primitiua ecclesia quis ordo,ibi.col.1.
Horas canonicas tenetur recitare adolescens sacris non initiatus post professionem, pa. 392.col.1.q.42.ar.20.
Horas canonicas religiosi à Societate Iesu sacris non initiati non tenentur recitare, ibi. Vide verbo officium diuinum.

I.

*Iacobus.*

Iacobi sancti militia vnde orta,pagin. 30.columnn.2.

Iacobi ſancti ordo habet magiſtrum, ſimul & commendatarium,ibi.
Iacobi Sãcti ordo habet tres perſonarum ſpecies,ibid.

*Ieſuitæ.*

Ieſuitæ,quare ſic vocati, & quare dicti Sancti Hieronymi,pag.17.col.1.q.2.ar.8.

*Ignorans.*

Ignorantes legem poſt promulgationem ante tẽpus præfinitum ſi contra faciant non peccant,pag.33.col.1.q.6.ar.3.
Ignorantia culpabilis cauſat peccatum, ibid.
Ignorantia ex quibus vincatur,pag.33.col.2 ibidem.
Ignorantia affectata quæ,pag.644.colu. 1.q. 65.ar.19.

*Illegitimi.*

Illegitimorum diuiſio eſt quadruplex, pagi. 105.col.2.
Illegitimus legitimatus per ingreſſum religionis ſi ante profeſsionem exeat ſit irregularis,pag.109.col.1.
Illegitimus profeſſus per profeſsionem legitimatur quoad ſucceſsionem ab inteſtato,pag.110.col.1.ibi.
Illegitimitatem tollit religionis profeſsio de iure diuino,ibi.col.2.
Illegitimus ex coniugata ortus occultus tamen ſi cogatur eſſe prælatus an poſsit, ibi. col.2.in fin.
Illegitimo electo ad prælaturam à ſcientibus ſecurus eſt in foro animæ,in foro vero exteriori electio eſt nulla,pa. 119.col.1.q.13. art.16.
Illegitimus definitor eſſe non poteſt abſque diſpenſatione,pag.120.col.2.ibi.
Illegitimi poterant eſſe diſcreti per breue Sixti Quinti, quoad vocem actiuam abſq; diſpenſatione, quo vero ad paſsiuam non, pag.120.col.2.ar.19.ibid.
Illegitimus non poteſt habere officia habẽtia iuriſdictionem ordinariã, delegatam vero ſic,pag.121.col.2.art.20.ibi.

*Impreſsio.*

Impreſsiones librorum in Regnis Hiſpaniæ ſolum deſiderant priuilegium regale. pag. 55.col.2.q.8.ar.5.

*Immemorialis.*

Immemorialis conſuetudo quando à lege excludatur, pagin. 75. columna. 1. in principio.

*Inceſtuoſus.*

Inceſtuoſi qui,pag.106.col.1.

*Inconſtantia.*

Inconſtantia in Principe damnabilis, pag.71 col.2.in med.q.9.art.3.

*Incorrigibilis.*

Incorrigibilis, quis dicatur,vt à religione poſsit expelli,pag.310.col.1.
Incorrigibilis quis dicatur in ordine Minorum,ibidem.
Incorrigibilis clericus iudicatur ex bina venia in crimine graui non correcto ad hoc, vt poſsit tradi curiæ ſeculari, pagin. 310. col.2.q.30.ar.14.
Incorrigibilem denotantia loca Sacræ Scripturæ,pag.311.col.1.
Incorrigibilis nefando aſſuefactus, pag. 316. col.1.

*Indiarum.*

Indiarum partes,quo anno ſubiectæ catholicæ maieſtati,pag.478.colu. 1. quæſtio.52. art.1.

*Indiuiduum.*

Indiuiduum quid dicatur, pagina.347. columna.1.

*Indulgentia.*

Indulgentiarum conceſsio amplè interpretatur,pag.102.col.1
Indulgentiæ liberant homines in foro Dei,& Eccleſiæ à pœnis debitis,pag.331.col.1.q. 33.ar.5.
Indulgentijs Cruciatæ an minores & moniales D.Claræ gaudere poſſunt,pag.213.columna.2.
Indulgentię applicant merita Paſsionis,pag. 331.col.2.
Indulgentiæ conceſſæ à Sixto Quinto ferentibus chordam Beati Patris Franciſci, pag. 538.columna.2. & pag. 539. quæſtio.58. colum.2.

*Induſtria.*

Induſtria perſonæ, quando cenſeatur electa, pag.262.col.1.q.26.ar.1.

*Infamis,infamatus.*

Infamati,qui teneantur ſe purgare,pag. 155. col.1.q.14.
Infamis eſt qui ſuis culpis ad ordines non poteſt promoueri, pagina. 192. columna.2.

Infir-

# Materiarum.


*Inferior.*

Inferior à Papa non potest contrauenire priuilegijs regularium sub pœna excommunicationis,& alijs pœnis,pag.76.col.2.

*Infirmus.*

Infirmorum est habenda cura & infirmum se asserentē in religionibus creditur.pag.443 col. .in fin.

Infirmitas corporis aliquando ex peccato, pag.453.ar.4.q.47.

*Inhabilis.*

Inhabilis ad officia si eligatur tenetur renunciare,pag.139.col.2.

Inhabiles existentes in possessione officij omnia per eos facta quousque tolerātur valēt, ibidem.

*Iniustum.*

Iniusta statuta an in foro exteriori obligent, pag.663.col.1.

Iniustum statutum omnino inualidum, pag. 664.col.1.

Iniustum statutum duplex,ibi.

Iniustum statutum non obligat in foro conscientiæ,dummodo non immineat scandalum,ibid.

*Ioannes.*

Ioannis Baptistę ordinis militaris origo,pag. 29.col.1.

Ioannis Baptistæ milites nihil proprij habēt, ibi.col.2.

Ioannis Baptistæ priores,commendatores,ad ministratores tantum,ibi.

Ioannis Baptistæ milites ob votum castitatis quæ sortiantur,ibi.

Ioannis Baptistæ primus Archimagister,ibidem.

Ioannis Baptistæ militum habitus niger cum Cruce alba,ibi.

Ioannis Baptistæ milites dicuntur Ioannitæ, & hospitalarij Hierosolymitani,ibi.

Ioannis Baptistæ milites nunc Maltenses,seu Militenses,ibi.

Ioannis Baptistæ militum priuilegia confirmauit Gregorius Decimustertius,ibi.pag. 30.col.1.in prin.

*Inquisitor.*

Inquisitores fidei possunt procedere contra confessores in confessionibus mulieres ad peccandum solicitantes,pag.557.col.2.q. 59.ar.3.

*Irregularis,irregularitas.*

Vide verbo homicidium.

Irregularis,suspensus,& interdictus,& excōmunicatus differunt,pag.234.col.1.

Irregularis verus,& interpretatiuus à solo Papa dispensatur,ibi.in fin.col.

Irregularis, quoad minores, quando dispensetur ab Episcopo, ibidem.pagin.235.column.1.

Irregularis ex irregularitate similitudinaria dispensatur ab Episcopo, vel prælato, ibidem.

Irregularis,vt quis fiat ex vera bigamia quæ requirantur,ibid.

Irregularis ex bigamia, vt sit indispensabilis, quædam circunstantiæ,ibi.

Irregularis, ex corporis vitiatione quis sit, vt prelatus cum eo dispenset,vel non,pag. 236.col.1.

Irregularibus generalis dat dispensationem nisi in casibus certis,pag.236.col.1.

Irregularis ex lepra, vel morbo caduco non nisi à Papa dispensatur,ibid.

Quid si iste iam sit promotus,an tunc prælatus,cum eo possit dispensare,quoad executionem,ibid.

Irregularis ex iuris infamia à solo Papa dispē satur,pag.237.col.2.

Irregularis ex animæ defectu, quis,pag. 238. col.1.q.24.ar.7.

Irregularis ex defectu animæ non potest dispensari à prælato,ibid.quid dicendum,si iā sit promotus,ibi.

Irregularis ex furore nec à Papa dispensari potest,ibi.

Irregularis, quis dicitur ex fidei defectu, ibidem.

Irregularis ex eo,quia nouiter conuersus nō dispensatur à prælatis,ibi.col.2.

Irregularis,quia nouitius in fide, si iam in ea habeat decem annos, ordinari potest, ibi.

Irregulares filij hæreticorum,vsque ad quam generationem censentur,ibid.

Irregularis ex eo,quia neophitus dispēsari potest ab Episcopo cum qualitate de qua,ibid.

Irregularis dicitur ex defectu scientiæ,ibid.in fin.col.

Irregularis ex dicto defectu dispensatur à prelatis,ibid.

Irregularis ex homicidio voluntario quis,ibidem.

Irregularis ex homicidio voluntario iusto an dispensari ab Episcopi,ibi.col.2.


Irregu

Irregulares retinent omnia,quę à iure expreſſe non tolluntur,pag.250.col.1

*Irregularitas.*

Irregularitas, & ingratitudo tollitur per ingreſſum religionis,pag.109.col.1.

Irregularitas non ſolum per profeſsionem, ſed per educationem religionis tollitur,ibi. ar.4.col.2.ad fin.

Irregularitas non eſt cenſura,pag.191.col.2.

Irregularitas quid ſit, pag.234.col.1.

Irregularitas incurritur in caſibus expreſsis, ibid.

Irregularitas in quinq; partes diuiſa,ibid.

Irregularitas vera & interpretatiua, & ſimili tudinaria quæ,ibi.col.2.ar.2.

Irregularitas ex defectu oculi ſiniſtri à ſolo Papa,pag.236.col.1.

Irregularitas inducitur ex infamia,quæ naſcitur ex delicti notorietate,pag.237. artic.6 column.2.

Irregularitas ex defectu lenitatis, quæ pagin. 240.col.1.ar.9.

Irregularitas non incurritur ex ſola ſanguinis effuſione,pag.246. col.1.

*Inſipiens.*

Inſipientis conſilium non contemnendum, pag.314.col.1.q.30.ar.16.

*Inſtrumentum.*

Inſtrumento, quod narrat ſolennitatem ſeruatam creditur,pag.279.col.1.q.27.art.2.

*Intellectus.*

Intellectui practico & ſpeculatiuo duo actus, pag.465.col.2.

*Inſtitutio.*

Inſtitutio confratrię corrigiatorum D.Auguſtini,& eius priuilegia,pag.543.col.1.

*Interdictus, interdictum.*

Interdictus peccat audiendo diuina,pag.187 col.2.art.14.q.24.

Interdictum, & ſuſpenſio differunt quoad inducendum peccatum,ibidem.

Interdictum,& ſuſpenſio, quoad inducēdam irregularitatem æquiparantur,ibi.

*Iubileus.*

Iubileus,vel Bulla habens hęc verba,concedimus peccatorum remiſsionem, quomodo intelligenda,pag.201.col.2.

Iubilei tempore facta confeſsio nulla, & confeſsis reſeruatis in ea vtrum quis poſtea teneatur ad eorum confeſsionem, pag.212. column.1.quæſt.21.artic.7.

*Iudæus.*

Iudæi & Græci non fit diſtinctio ſecundum Apoſtolum, quantum ad regenerationem baptiſmalem,pag.125.columnn.2.q. 14.artic.1.

Iudęi,& Greci diſtintionem,quoad eccleſiaſticos honores ſolus Papa poteſt facere,ibid.

Iudæorum filij,& hæreticorum, vſq; ad quartā generationem quorum genitores vtriuſque ſexus hæretici,ſunt cōdemnati, vel eorum corpora concremata,non poſſunt introire in ordinem Minorum,pag. 125.col. 1.q.14.ar.1.

Quid circa dicta fecerit Siſtus.5.ibid.

Iudæorū filij ex conſtitutione Pauli IIII.excluſi apud Minoritas vſq; ad quartā generationē illos tantum cōprehendunt quorū parētes perfidi fuerūt concremati,pag.127 col.1.& 2.ibid.& vide pag.128.col.2.

Circa dicta generalis Minorum dedit reſponſa ad quatuor dubia de quibus, pagin.127. col.2.& 128.col.1.

Iudæi conuerſi ad fidem Chriſti ſi poſtea ad Iudaiſmum iuere ſunt hæretici,pagin.129. colum.1.

Iudæorum qui nunquam receperunt fidem deſcendentes ſi ipſi fidem in baptiſmo receperunt non dedignantur ab eccleſia,ibi.

Iudæorum deſcendentes ſi fidem in baptiſmo receperunt à iure ad dignitates eccleſię recipiuntur, ibi.

Iudæorū filij qui fidē in baptiſmo, receperūt differunt multum à filijs hæreticorum, vide verbo conſtitutio,& verbo conuerſus.

*Iudex.*

Iudex actione iniuriarum agit aduerſus ponē tem friuolam appellationem,pag.65.col.2

Iudex delegatus in cauſa priuilegiorum fratrum Minorum poteſt procedere poſtpoſita quacunq; appellatione, niſi facta inhibitione, vel alias Papa commiſerit appellationem,ibid.

Iudex cui cauſa appellationis remota admittitur ea pendente non dicitur innouare,ibi.

Iudex ſecularis per cenſuras ab eccleſia compellitur ad præſtandum officium ſuum,pa. 66.col.2.ar.14.q.8.

Iudex ſecularis,quando eius auxilium implo ratur ab eccleſiaſtico an poſsit petere proceſſum,ibidem.

Iudex eccleſiaſticus & ſecularis ſi contendāt ſuper iuriſdictione de eo cognoſcit eccleſiaſticus,ibi.pag.67.col.1.

Iudices generales dari non possunt attento iure canonico, pag. 619. art. 1. quæst. 65. col. 1 & 2.
Iudices ordinarij regularium sunt ipsorum prælati, pag. 636. col. 1. q. 65. ar. 13. & pag. 220. col. 2. ibid.
Iudices seculares non sunt competentes monachis ex eo, quod non fecerint iuxta legem regni describi animalia, pag. 640. columna. 2.
Iudices tres Madritij sunt, quibus competit cognitio inter ordines militares, & Episcopos, pag. 353. col. 2. q. 36. ar. 5.

*Iuramentum.*

Iuramenta an confessores de ordine Minorum possint commutare, & in eis dispensare. pag. 614. col. 1. q. 63. ar. 1.
Iuramenta votiua an commutare, vel dispensare, ibi.
Iuramentum, & votum diuerso modo obligant, ibid.
Iuramentum votiuum, & iuratum votum differunt, ibid.

*Iurisdictio.*

Iurisdictio competit Abbatibus & alijs prælatis iure humano papali, pag. 151. colu. 1. & 152. col. 1.
Iurisdictio manans ex concessione perpetua est ordinaria, pag. 58. col. 2. q. 17. ar. 11.
Iurisdictio, quã regulares habent in nouicios est ordinaria, ibi. col. 2. & pag. 159
Iurisdictio, & arbitrium differunt, pag. 159. col. 2.
Iurisdictio, quæ priorum ordinum militariũ in suis prioratibus, pag. 354. col. 2.

*Ius.*

Iuris canonici diuisio, pag. 32. column. 1. q. 6. art. 2.
Iuri diuino, vt aliquid tribuatur quæ requirãtur, pag. 223. col. 2.
Iure diuino immediatè nõ tribuitur potestas principum, ibi.
Iuri diuino immediatè tribuitur potestas, quę est penes Remp. ibid.
Iuris diuini propriè sunt omnia præcepta sacramentorum & fidei vtraq; immediatione, ibid.
Iuris diuini dispositione bigami sint ne inhabiles, pag. 224. col. 1.
Iure diuino ex vtraque immediatione competit Episcopis iurisdictio, ibid.
Ius tertij à principe non tollitur, pag. 38. col. 1. q. 6. ar. 9. & pag. 354. col. 1.
Ius humanum bona fide transgrediens non peccat mortaliter, pag. 321. col. 1.

L.

*Laicus frater.*

Laicus frater ad clericatum absque prælati licentia promotus priuatur ob omni honore clericali, pag. 391. col. 2. q. 42. art. 19.
Laici nec de licentia prouincialiũ apud Minoritas ad ordines sacros promouentur nec cũ licentia cõmissarij generalis, pa. 392. ibi.
Laici in Regno Portugaliæ immobilia ecclesiasticis prohibẽtur alienare, an talis constitutio valeat, pag. 651. column. 1. 66. art. 4.

*Laus.*

Laus ordinis Minorum, pa. 26. col. 1. q. 4 ar. 1.

*Legatus.*

Legatus à latere non committit causam appellatione remota, pag. 65. colu. 2. quæst. 8. art. 13.
Legati Sedis Apostolicæ, quibus crucis prædicatio, possunt subdelegare, pag. 225. co. 1

*Legitimatus.*

Legitimatus per subsequens matrimonium dicitur ille, cuius mater concubina ducta fuit tempore mortis patris pag. 105. col. 2. q. 13. ar. 1.
Legitimatus fit & si tali tempore pater sit ita senex vt non possit generare, ibi.
Legitimatio est latè interpretanda, pag. 115. col. 1. q. 13, ar. 1.
Legitimatus dicitur simpliciter habilitatus, ibid.
Legitimandi potestas à Principe data est fauorabilis, secus dispensandi, ibi. col. 2.
Legitimatus per religionis professionem potest vicarius esse absque dispensatione, pa. 118. col. 1.

*Legitimus.*

Legitimi censentur expositi, pag. 105. coul. 2.

*Lex.*

Vide verbo clericus aliqua, & verbo consuetudo, & verbo statutum.
Lege veteri institutum religionis fuit designatum, pag. 1. col. 1.
Lege noua institutum religionis ab ipso filio Dei effluxit, pag. 1. col. 1.
Legis intentio generalis, pag. 36. col. 2.
Legum conditores qui, pag. 37. col. 1.
Legem non recipientes sine aliqua iusta causa peccãt, pag. 39. col. 1. q. 6. ar. 10.
Legis obligatio à Principe sciente amittitur per duos

# Index


per duos,vel tres actus in contrarium,pag. 40.col.1.q.6.ar.12.

Lex non tollitur per nõ vsum si casus de quo agitur intra decennium non venit,pag.40. col.2.q.6.ar.12.

Lex positiua obligat ad peccatum si habeat verba præceptiua & constet de mente legislatoris,pag.41.col.1.ibid.

Legislatoris mens an velit ad peccatum obligare ex quibus colligatur,ibi.col.1.ad fin.

Legem esse præceptiuam, & sufficientem ad obligandum transgressores ad peccatum quæ,ibid.col.2.

Legis materia,& si verba præceptiua non habeat sufficit vt obliget ad peccatum, pag. 41.col.2.ad fin.q.6.ar.13.

Leges loquentes per verba consultiua non obligant ad peccatum,pag.41.col.1.ibi.

Legi consilij se astringentes per votum contraueniens peccat,item si cõtemnat,ibi.

Lex continens consilij reuerentiam obligat ad peccatum,& consilij reuerẽtia quæ, ibidem.

Lex licèt non habeat verba præceptiua continens tamen in se pœnas obligat ad peccatum,col.1.ibi.

Lex pœnam corporalem ponens obligat ad peccatum,ibi.

Lex vt obliget ad peccatum, quæ requirat, ibid.col.1.in fin.& col.2.in prin.

Lex ponens taxam,& iubens tempore penuriæ ne triticum asportetur extra regnũ ad peccatum obligat,pag.42.col.2.q.6.ar.14.

Lex pœnalis an obliget in foro conscientiæ, pag.43.col.1.q.6.ar.15.

Legum pœnalium transgressores ante latam sententiam pœnas ipsas subire non tenentur,pag,43.col.1.q.6.ar.16.

Legũ pœnalũ trãsgressores,quæ inducũt pœnas ipso iure ante sentẽtiã non tenẽtur,ibi.

Legibus pœnę impositę in multiplici sunt differentia,ibi.col.2.in prin.

Lex aliquid iubens sub pœna ipso iure requirit perfectum factum.ibi.col.2.in fin.

Legis pœnalis transgressor ante sententiam non subit pœnam,pag.44.col.1.in prin.q. 6.ar.16.

Leges priuantes ab officijs, à bonis ipso iure intelliguntur supposita declaratione criminis,ibi.

Lex pœnalis priuãs ipso iure beneficio,& officio non intelligitur in foro interiori,ibid.

Lex quomodo sit fauorabilis vel odiosa maxima doctorũ cõtentio,pag.95.col.1.per tot.

Lex quæ pœnam infligit odiosa,ibi.colum.2.

Lex benefaciens fauorabilis,ibid.

Lex correctoria stricte interpretanda,ibid.in fin.col.

Lex intelligi debet, vt quanto minus corrigat ius commune,ibi.

Lex si non distinguit,nec homo,pag. 97. col. 2.in medio.

Lex non includit id,de quo legislator non cogitauit,ibi.

Lex intelligitur secundum subiectam materiam,ibi.col.2.in fi.

Lex debet interpretari secundum verborum proprietatem,ibi.pa.98.col.1.

Lex pœnalis non admittit argumentum à simili,ibi.

Lex quæ pendet ex ratione ex simili extendi tur,ibi.in fin col.

Lex quæ ex voluntate statuentis pendet non extenditur ex simili,ibi.

Leges omnes cum Epicheia seruandæ sunt, epicheia quid sit,pag.183.column.1.q.20. art.1.

Lex non seruatur quando in casu particulari fit contra bonum ab ipsa lege intẽtum,ibi.

Lex ecclesię, nec Dei obligat ad vix ex se possibile,& nimis difficile,ibi in fin.col.

Lex Dei quomodo intelligenda,ibi.col.2.

Leges reuocatoriæ priuilegiorum & gratiarũ non habent vim ante promulgationẽ siue in prouincia,siue in diæcesi,pag.215.col.2 q.21.ar.10.

Legislator quando dicatur propriè definire, pag.270.col.1.

Lex humana suos trãsgressores ex quibus capitibus obliget ad peccatum,pa.271.col.2.

Lex de nouo posita an deroget priuilegia in corporata in iure communi,pag.550. col.2

Leges ciuiles,& ecclesiasticæ in duplici differentia,pag.551.col.1.

Lex generalis non tollit legem specialem, ibidem.

Leges contrariæ quæ,pag.552.col.2.

Lex vnde dicta,pag.645.column.1.quæst. 66 art.1.

Legis finis proximus,quis,pag.646. colum.1 ibidem.

Legis promulgatio est de ipsius substantia, ibi.col.2.

Leges ciuilesclausæ in corpore iuris canone deficiẽte obtinent in foro ecclesiæ,pag.646 col.2.q.66.ar.2.

Leges odiosæ quæ,ibid.

Leges extra corpus iuris,quæcunque sint nõ obti

obtinent in foro Ecclesiæ nisi ex speciali approbatione,pa.647.col.1.ibid.
Lex ciuilis generalis, quomodo clericum liget,pag.648.col.1.ibid.
Leges ciuiles circa iudicij determinatoria nō ligant clericos,ibid.
Leges ciuiles clericos comprehendunt in eis in quibus ipsis priuilegium,ibid.col.2
Legum ciuilium pœnæ nunquā clericum ligant,pag.648.col.2.ibid.
Legum transgressores Ecclesiastici ad quarū obseruationem, vt ciues tenentur non sunt deferendi ad iudicem secularem, pag.649. col.1.ibidem.
Lex Portugaliæ quæ inhibet laicos Ecclesiasticis vendere immobilia est irrita,contra libertatem Ecclesiasticam,pa.652.col.1.ibi.
Leges in quadruplici differentia,pag.653.colum.1.q.67.art.1.
Lex pœnalis quæ.ibid.
Lex exorbitans quæ ibid.
Lex correctoria quæ.ibid.
Lex limitatoria quæ.ibid.
Legis mens differt ab eius ratione, pag.654. col.1.ibid.
Legis mens quæ,ibid.
Legis ratio quæ.ibid.
Legis ratio non inducit sufficientē mentis cōiecturam ad legis extensionem, ibid.col.2.
Legis iustitia non arguitur solum ex fine bono,ibid.col.2.
Legis rationis identitas an sit sufficiens ad extensionem,ibid.in fin col.2.
Legis verba in dubio apprie, & vere interpretanda nisi materia subiecta contrarium.pagina.655.col.1.ibid.
Legis extensio duplex.ibid.
Legis extensio ex mente, quomodo fiat.ibi.
Legis extensio fit, quando alias nō facta lex iniusta redderetur,ibid.in fin.col.
Lex omnis extenditur ex identitate rationis, quoad omnes casus, quod quomodo intelligendum,pag.655.col.2.
Lex extensibilis ad omnia quæ ex eius mēte ibid.
Legis correctio nimis perniciosa, & quando admittenda.ibid.
Legis ratione correcta censetur & ipsa lex. ibid.in fin.col.
Lex pœnalis de clericis loquens an ad quamcunque personam regularem extendatur. pag.655.col.1.
Lex pœnalis circa vnum ordinem mendicātium an extendatur ad aliud, ibid.
Lex pœnalis extenditur, quando id suadet mens legislatoris,pag.656.col.2.q.67.ar.2.
Lex pœnalis in benignioré partem interpretanda,quomodo intelligendum, ibid.
Lex exorbitans quando extendi,ibid.
Lex,quæ dictat, quod quæ à iure communi exorbitant non trahuntur ad consequentias,quomodo intelligenda,ibid.
Lex quando nunquam sit extendenda, pag. 657.col.1.ibid.
Lex correctoria extendi non potest ad casum iure non parificatum,pag.657.col.1. quæst.67.art.2.
Lex pœnalis extenditur ad casum similē nō parificatum, & hoc quomodo intelligendum.ibid.col.2.
Lex fundata in præsumptione non obligat in conscientia data veritate in contrarium, pag.658.col.2.q.67.art.3.
Lex non est dabilis si deuiat à rectitudine rationis, pagina 660. colum. 1. quæstio. 67. artic.4.
Lex si deficiat in casu particulari non proinde desinit esse lex,ibid.col.2.
Lex iusta vtrum deficiat in casibus, in quibus à sua deficit ratione,ibid.
Lex naturalis,& Euangelica non obligant in casu particulari si ratio cesset in eo pa.661 colum.1.ibid.
Lex si deficiat in ratione,& ex eo aliquid fiat contra bonum commune ipsius deficit dispositio,ibidem.
Lex quando cesset contrarie,ibid.col.2,
Lex quando cesset negatiue,ibid.
Lex positiua non est seruanda cum periculo mortis nisi quis ad id ratione officij obligatur,ibid.
Lex non est seruanda subito imminente periculo,ibid.
Lex non est frangenda eo quod cesset in particulari,pag.662.col.1.
Lex quando admittat epycheiam,ibid.
Lex facta in capitulo confirmata authoritate sedis Apostolicæ, contraria constitutione Papa inconsulto reuocari potest, pag. 667.col.2.ibid.
Lex publica priuatorum pactis non tollitur. ibid.
Leges capitulares, possunt declarari à generalibus, pag.668. columna.2. quæst. 68. artic.6.
Legis Imperialis,& Canonicæ differentia, pagina.673.col.2.q.69.art.4.
Lex canonica licet cōsuetudine reuocari possit non

si tnon tamẽ ſtatuto regulari.pa.673.col.2.
Lex ſuperioris excauſa non præuiſa ab inferiori tolli poteſt,quod eſt notandum.pag. 674.q. 69.art.4.col.1.vide alia verbo,conſtitutiones.

*Libertas.*

Libertas eccleſiaſtica quando violetur.pag. 650.col.1.q.66.art.30.
Libertas eccleſiaſtica monachorum regulatur à clericis.ibi.
Libertas eccleſiaſtica læditur, ſi eccleſiaſtici refectionem pontium cogantur.pag.651. colum.1.ibi.

*Licentia.*

Licentia non poteſt dari monachis portandi habitum ſubtus in abſcondito.pag.301. col.1.q 30.art.2.
Licentia ſibi ipſi poteſt quis dare in his quæ non ſunt iuriſdictionis,ſed tantum ſuperioritatis.pag.433.col.2.q.45.art.7.
Licentia Epiſcopi requiritur in ſcriptis, vt quis ingredi poſsit intra ſepta monialium. pag.434.col.1.q.46.art.1.
Licentia dicta non indigent infantes. ibi.
Licentia dicta neceſſaria eſt fatuis.ibi.
Licentiæ multę conceſſæ ad ingredienda monaſteria monialium reuocatæ proponuntur.pag.450.col.1.art.1.q.47.
Licentia in ſcriptis neceſſaria non ad ingredienda monaſteria monialium, ſed ad egrediẽdum.pag.460.col.1.q.49.art.12.
Licentia à minoribus & à parochis,vt Sacramentum Euchariſtiæ miniſtretur, poteſt concedi clericis ab Epiſcopo non approbatis.pag.525.col.1.q.56.art.7.

M.

*Magiſter.*

Magiſtri ordinum tam in temporalibus,quã ſpiritualibus præſunt.pag.351. col.2.

*Mala.*

Mala multa oriuntur ex electionibus temporalibus factis in ordinibus. pag.146.col.2.

*Manus.*

Manus violentas imponens in clericum ipſo facto eſt excommunicatus,nec in hoc aliqua in contrarium conſuetudo valet.pag. 55.col.1.q.8.art.5.

*Mare magnum.*

Mare magnum quid importet.pag.46.col.2. q.2.art.4.
Mare magnum quomodo à pontificibus cõpilatum.ibi.
Mare magnum habet familia Minorum à diuerſis Summis Pontificibus.ibi.
Mare magnum fratrum prædicatorum à quibus.ibi.
Mare magnum Auguſtinenſium,quis. ibid.
Mare magnum Carmelitarum,quis.ibi.
Mare magnum Minimorum quis fecerit.ibi.

*Maſculinum.*

Maſculinum non comprehendit fœmininũ in odioſis.pag.451.col.2.q.47.art.3.

*Matrimonium.*

Matrimonium Clandeſtinum ante legitimã Concilij Tridentini promulgationem valebat.pag.34.col.2.
Matrimonium contrahens poſt votum non poteſt petere debitum.pa.612.col.2.q.63. art.2.

*Mater.*

Matres in monaſterijs ad inuiſendas filias nõ poſſunt introire nec prælati in tali ingreſſu diſpenſare.pag.446.art.9.

*Medicus.*

Medicus non poteſt ſuis infirmis applicare medicinas, quin prius medicus ſpiritualis vocetur.pag.153.col.1.q.47. art.3.
Medico ſupradicta negligenti à Pio V.infamia eſt impoſita,& ipſum ab officio expulit.ibi.

*Membra.*

Membra ordinis Seraphici patris. pag.26. col.1.ad medium.

*Mendicantes.*

Mendicantes an abſoluere poſsint à caſibus quos Epiſcopus ſibi reſeruat de nouo.pag. 576.col.1.q.67.art.2.
Mendicantes fruuntur facultatibus conceſſis ſocietati Ieſu. pagi.506.col. 1.q.55.articulo.17.
Mendicantes in foro conſcientiæ poſſunt diſpenſare ſemel in vita à confeſſario à ſuperiore deputato ſuper irregularitate quacunque occaſione contracta.pag.609.col. 2.q.62.art.12.

Mendicantes inter se non parificantur per viam regulæ,pag.656.col.1.q.67.art.2.
Mendicantium idem finis, diuersum tamen exercitium,ibid.

*Mens.*

Mens legis expressa, vel tacita anteponenda verbis,pag.130.col.1.

*Miles.*

Milites D.Iacobi,& alij similes religiosi sunt pag.5.col.1.in medio.
Milites in sua professione promittentes castitatem cõiugalem non simpliciter sunt religiosi, sed secũdũ quid,p.9.co.1.post med.
Milites supradicti vocantur à Summis Pontificibus professi ordinum militarium,causa propter quod,ibid.
Militis priuilegio gaudet, qui non militat si militiæ labores patiatur,pag.369.col.1.

*Minister.*

Minister,& alij prælati Minorũ aliquid statuentes præter regulam in nullo peccant, nisi casu, quo tale præceptum fuerit contra præceptum diuinum, aut humanum, pag.84.col.2.
Ministri Minorum in omnes moniales sibi subditas habent autoritatem Apostolicã specialem,pag.156.col.2.q.17.art.8.
Ministri prouinciales in moniales eandẽ potestatẽ habent quam habebat protector, ibidem.pag.157.col.2.
Ministri prouinciales ingredi non possunt in monasteria monialiũ, nec alios licentiare nisi in casibus expressis, ibid.
Ministri prouinciales possunt constituere visitatores ad visitandas moniales, ibid. art. 10.col.2.

*Minores.*

Minores contra maiores nihil possunt, pag. 71.col.1.quæst.9.art.2.
Minores fratres ex speciali instituto subditi sunt Ecclesiæ Romanæ,pag.103.col.2.
Minores vigintiquinque annis in religionibus an possint esse discreti, vel diffinitores,pag.145.col.1.quæst.15.art.2.
At maiores viginti possunt habere dignitates,& personatus,ibid.
Minores vigintiquinque annis dummodo habeant ordinem sacrum discreti, & diffinitores possunt esse in capitulo,ibid.co.2.
Minores fratres possunt in diebus ieiunij oua & lacticinia manducare, & cruciata frui,pag.214.col.1.
Minores fratres triticum, & alia superabundantia possunt recipere, vt per syndicum permutentur,pag.266.col.2.q.26.art.4.
Minorũ regula non omnia obligatoria quæ continet obligant sub voto,pag.267.col.2.quæst.26.artic.5.
Minores male quæsita ipsorum dispensationi relicta sibi possunt applicare, pag.358.col.2.q.38.art.1.
Minoribus,quid sit concessum, quando monasteria transferunt,pag.364.col.2.artic.5.ibidem.
Minores fratres rogati à prælatis pro visitatione monialium an monasteria ingredi, pag.458.col.2.q.47.art.8.
Minores habent priuilegium,vt omnibus fidelibus sacramentum Eucharistiæ etiam die resurrectionis possint dare sine parrochi licentia,pag.519.col.1.q.56.art.3.
Minores possunt ministrare sacramentũ Eucharistiæ mercatoribus, & alijs transeuntibus,& alijs quibuscunq;.ibid.col.2.
Minores suis familiaribus Eucharistiæ sacramentum possunt ex indulto ministrare, pag.533.col.1.art.14.ibid.col.1.
Minores quomodo cruciatam possint accipere,&alias lucrari generales indulgẽtias. pag.66.col.2.q.62.art.11.
Minores virtute concessionum Leonis Decimi possunt absolui plenarie ab omnibus censuris,& casibus reseruatis,imò & à culpa,& pœna,pag.607.colum.1.quæstio.62. artic.12.

*Missa.*

Missa necessario in altari lapideo consecrato,pag.294.col.1.quæst.28.art.1.
Missa solum in altari per Episcopum consecrato dici potest,ibid.
Missæ definitio, pag.394.colum.1, quæst. 43.artic.1.ibid.
Missa vnde dicta,ibid.
Missa quando dici,ibid.
Missam Minores ex licentia Generalis possunt celebrare vna hora ante auroram,ibidem,columna 2.& hoc quomodo intelligendum,ibid.
Missa ante meridiem,& inchoanda, & perficienda ex magis communi, pag.394.col. 2.q.43.artic.2.
Missa quando post meridiem possit inchoari,ibid.pag.395.col.1.
Missam Episcopus iter faciens ante auroram dicere potest,pag.395.col.2.q.93.artic.3.

nota 2

Missam ante auroram dicere possunt Minores ex dispensatione prouincialium. pag. 396.col. 1.ibi.
Missa an possit dici etiam matutino non recitato.ibi.
Missas Minores vbicunq; dicere possunt in altari portatili.ibi.col.2.art.4.
Quid circa hoc in presbyteris Societatis Iesu pag.397.col.1.
Missam dicens extra ecclesiam ad id ordinatam an peccet mortaliter.ibi.
Missę celebrandæ circa locum,tempus & modum priuilegia regularibus concessa, an sint per concilium Tridentinum abrogata.pag.398.col.2.q.43.art.5.
Missam religiosi non dicant in cameris secularium.pag.399.col.1.art.5.ibi.
Missa Episcopus an possit dispensare,vt dicatur in aliquo loco non destinato ad diuinum cultum ex necessitate,& an id etiam religionis prælatis.ibi.art.6.
Missa in oratorijs celebrari potest ex dispensatione ordinariorum.pag.399.col.2.art.6
Missas audientes absque contemptu parochi in monasterijs Mendicantium diebus festiuis satisfaciunt præcepto.pag.400.col.1. q.43.art.7.
Idem patribus è Societate Iesu.ibi.col.2.
Missa votiua quibuscunque diebus dici potest,excepto duplici.pag.401.col.2.q.43. & hoc quando fieri,& quomodo ibi.
Missa commẽdata vnius festiuitatis non alia à Minoribus dici possit. pag.402.col.1.q. 43.art.9.
Missæ solennia ex missali reformato non alterantur. ibi.
Missa quæ possint celebrari cum commemorationibus defuncti.pag.403.col.1.
Missa, quæ continentur.pag.403.col.1.
Habent multas indulgentias.
Missa festiua de congruitate diebus festiuis audienda.pag.403.col.2.
Missam festiuitatis non dicentes diebus festiuis,an excusentur à peccato.ibi.
Missam,quod quis singulis diebus tenetur dicere,quomodo intelligendum. ibi.
Missa Beatæ Marię sabbato dici,licet alias sit festum,item Missa defunctorum.pag.404. q.43.art.11.
Missa potest esse principalis votiua, vel de defunctis,quando officium est de feria,secus si duplex.ibi.
Quid circa hoc de licentia superiorum.ibi.
Missę duę in aduentu,& quadragesima sunt dicendæ in ecclesijs collegiatis vna de feria altera de sancto,pag.404.col.2.q.43. ar.12
Hæc obligatio cessat in monasterijs ex ratione,de qua ibi.
Missa pro re graui quando fiat.pag.402.col.1
Missam cum Symbolo Apostolorum Minores in festis sui ordinis Sanctorum dicere possunt.pag.407.col.2.q.43.ar.15.
Missa de beata Maria singulis sabbatis ex cõsuetudine in ordine Minorum solenni dici potest cum Symbolo Apostolorum.ibi. pag.408.col.1.
Missa vna religiosi possint ne pluribus pitantijs satisfacere,& hoc quomodo intelligendum per plures conclusiones.pag.408.colum. 1.q.43.art.16.

## *Misericordia.*

Misericordiæ illustris confratria in Regno Lusitaniæ,quis autor pag.23.col.2.art.12. q.3.

## *Miserabilis.*

Miserabiles personæ,quæ dicantur.pag.620 col.1.q.65.art.3.

## *Mobilia.*

Mobilia,qua forma sint alienanda in societate Iesu.pag.285.col.2.in fine.
Mobilia pretiosa immobilibus æquiparantur.pag.294.col.1.in fine.

## *Monachus.*

Monachi non exempti prelato impedito ad Episcopum possunt recurrere ad absolutionem petendam,circa vero exemptos quid hoc casu dicendum pag.204.col.1.q.20.articulo.29,
Monachus nec fugitiuus,nec Apostata dicitur qui grauatus confugit ad superiorem sine licentia.pag.307.col.1.art.3.
Monachum fugitiuum prælatus tenetur perquirere, si de eius correctione sit spes,alias non.pag.303.col.1.art.5.
Monachus fugitiuus vbicunq;fuerit potest à prelato apprehendi pag.303.col.2.art.6
Quid circa hoc dicendum in monachis Minoribus.ibi.
Leonis X.circa hoc indultum notabile. pag. 304. col. 1.ibi.
Monachi ordinis Cistertiensis ad Carthusiẽsium sine licentia prelatorum non possunt transire.ibi. col.2.
Monachi Sancti Benedicti in Lusitania dicto priui-

priuilegio renunciarunt,ibidem.
Monachum fugitiuum recipiens pœna excommunicationis afficitur,pag.305.col.1, quæſt.30.art.8.
Idem circa fautores, & ſimiles, ibid.
Monachum dictum recipiens tanquam affinem,vel conſanguineum,vel amicum non incidit in dictam pœnam,ibid.col.2.
Monachi fugitiui, & apoſtatæ, quomodo à prælatis ſint recipiendi,pag.306.col.1.artic.9.
Monachi, quidquid acquirunt ſuo monaſterio acquirunt,pag.306.col.2.q.30. art. 10.
Monachus Minorita de obſeruantia nihil monaſterio acquirit,ibid.
Monachus dictus ſi in Apoſtaſia aliqua acquiſiuit, quid à prælatis de eis bonis faciendum,ibid.
Monachi non poſſunt eſſe compatres pag. 322.col.1.quæſt.31.art.1.
Monachus in Eccleſia collegiata an poſsit promoueri ad beneficium ſimplex, vel curatum, pag.334.col.1.q.31.art.1.
Monachus an ad præpoſiturã eligi Eccleſiæ collegiatę,& quomodo,pa.334.col.1.ibid. artic.4.
Monachus beneficiũ nullũ, nec Papatus poteſt acceptare abſq; licentia capituli, vel reformatoris generalis,pag.335.col.1.
Monachus incorporatus in beneficio à Papa non indiget licentia prælati, quod intellige,vt ibid.
Monachi non diſpenſantur ad officium ſæculare curatum,ibid.col.2.
Monachi Minores,aut prædicatores,ſi obtinuerunt diſpẽſationem ad beneficia Eccleſiaſtica,quid faciendum,ibidem.
Monachus,qui factus eſt rector alicuius Eccleſiæ ſæcularis an teneatur ad ſtatuta ſui ordinis,pag.335.col.2.q.34.art.6.
Monachus dictus habitum ſemper ferre debet,ibid.
Quid circa hoc dicendum attento Concilio Tridentino,pag.336.col.1.
Monachus tranſlatus ad Epiſcopatũ, vel beneficium,quærit Eccleſiæ vel beneficio, & deſinit eſſe ſub obedientia prælati,pa.336. col.1.art.7.
Quid dicendum ſi fuerit tranſlatus ad beneficium regulare ſui ordinis non ſubiectum illi pleno iure.ibid.
Monachus tranſlatus ad Eccleſiam regularẽ ipſo iure monaſterio ſubiectam, dum modo non ſit ad nutum, à prælato ſuo nõ poteſt ad clauſtrum reuocari,pag.336.col.2. quæſt.34.art.7.
Monachus à prælato ad receptionem alicuius beneficij ſæcularis con cogitur. pagin. 336.col.2.art.8.
Monachus à prælato tantum poteſt cogi ad illa beneficia quæ pertinent ad regulã, & ad ſuum monaſterium. ibid.
Monachus à prælato cogi non poteſt, vt accipiat beneficium regulare, quod nõ ſit illius monaſterij in quo ipſe,imo nec regulare alterius religionis,ibid.
Monachus poteſt cogi à prælato ad recipiẽdum beneficium per monachos illius religionis regi conſuetum,ibid.
Monachi,& Mendicantes ex ſpeciali indulto in partibus Indiarum extra monaſteria parochi eſſe poſſunt,pa.338.co.1.q.35.ar.1.
Monachus cõſanguineam monialem coram Abbatiſſa breuiter & cõpendioſe loquatur,pag.428.col.1.
Monachis à clauſtro exitus non prohibetur, pag.473.col.2.quæſt.50.art.1.
Monachi ſi ex contemptu frangant clauſuram peccant mortaliter.ibid.
Monachi ſine licentia exeuntes ad alium ſuperiorem,quãdo mortaliter peccant, pag. 474.col.1.q 50.art.2.

## *Monaſterium.*

Monaſteria ędificata prælati nõ poſſunt deſerere,nec mutare abſq; Papæ licentia pagina.230.col.2.q.23.art.6.
Monaſteria dicta, quomodo poſsint deſerere,ibidem.
Monaſteria de nouo erigi non poſſunt à prelatis abſq; autoritate Papæ,& etiã Epiſcopi conſenſu, pag.231.col.1.ibidem.
Quid circa hoc hodie ex indultis, ibid.
Monaſterij tranſlatio fieri debet de Epiſcopi licentia, pagina.232. columna prima. ibidem.
Monaſteria duo virorum,& mulierum in ſimul prohibentur,pag.427.col.2. art.2.
Monaſteriorũ frequentia ex quibus colligatur. ibi.
Monaſteriorũ frequentia, quæ damnabilis. ibid. pag.428.col.1.
Monaſterijs monialium, quæ ſit licita acceſſio,pag.430.colum.2.
Monaſteriorum monialium acceſſus cum licentia prælati,quando dicatur,ibid.
Monaſterijs dictis acceſſus, vt fieri poſsit, quæ cauſa iuſta dicatur,ibid.in fin.colum.

# Index


Monasterijs dictis accedēs sine licētia quod peccatum incurrat,ibidem.

Monasteria monialium possunt accedere cū licentia proprij prælati licet inferioris, pa. 432.col.2.q.45.art.6.

Quid dicendū in fratre hospite,pag.433.columna 1.

Monasteria monialiū possunt prælati per se ipsos accedere,qui habent potestatem subditos licentiandi,pag.433.colum. 1. art. 7. ibidem.

Monasterij nomine, quoad prohibitionem ingressus,quæ contineantur,pag.434.col. 2.in princip.q.46.art.1.

Monasterium monialium, quando ingredi cum licentia,pag.434.col.1.art. 2.ibid.

Monasteria dicta,quando ingredi cum licentia Episcopi vel prælati,pag.435. col. 1. q. 46.art.2.

Monasteria dicta ingredi non possunt cum Abbatissæ vel alterius superioris monialium licentia,ibid.

Monasterijs dictis, vt fiat licitus ingressus in casibus repentinis consilia, pag. 435. colum.2.ibid.

Monasteria ingrediendi facultas Minoribus à solo Papa,pag.435. colum. 2. quæst.46. art. 3.

Monasteria dicta ingrediendi facultatē quis secularibus dare potest,ibid.

Monasteria dicta ingrediendi facultas concedi solita à generalibus, & prouincialibus quæ consuetudo,pag.436.col.2. ibid.

Monasteria Sanctæ Claræ non possunt ingredi cum licentia Episcopi sic intellecto Trident.pag.437.col.1.

Monasteria monialium,vt ingrediantur, vltra licentiam, causa moralis necessaria, pag.437.col.1.quæst.46.ar.4.

Monasteria monialium cum Minori causa possunt ingredi à fœminis,quam à maribus,pag.438.col.1.ibid.

Monasteria ingredi electores Abbatissarum possunt ad electionem, ex causa publica, vel priuata,pag.438.colum.2. quæstio.46. artic.5.

Quid in alijs inferioribus si habent superiores in hoc casu dicendum, pag. 439.col.1. ibidem.

Monasteria monialium conceptionis, quomodo cum suo comitatu generosa valeat ingredi,pag.439.artic.6.col.1.

Monasteria dicta,causa educationis an puellę minores.12.ingredi,ibi.

Monasterijs monialium an licitum sit habere ancillas sæculares inseruientes, pag.430 col.1.quæst.46.art.7.

Quid in monialibus Diuæ Claræ, ibid.

Quid dicendum dato,quod nunc possunt recipere conuersas professas ad huiusmodi monasteria,ibid.col.2.

Monasterium ingredi possunt sæculares mulieres ob magnam monialium infirmitatem,pag.441.col.2.ibid.

Vide ibidem multos casus notabiles, in quibus ingrediendi facultas datur.

Monasterium ingredi potest ancilla particularis ad inseruiendum vetulæ infirmæ ipsius expensis,pag.442,col.2. art. 8.

Monasterijs tertij ordinis, vel militiarum licitum est recipere puellas nobiles ad educationem,pag.dicta.ibid.col.2.

In monasterijs monialium puellis nobilibus receptis, quis ordo teneri, quæ regula circa puellas seruari, Vide ex declarationibus Cardinalium positis,pag. 444. colum.1. & 2. & pag.445. col. 1.

Monasterio possunt recipi habitu sæculari puellæ à parentibus ad religionem destinatæ ex declarationibus Cardinalium,pagina 446.ibidem.

Monasteria ingredientes monialium, ex inuincibili ignorantia an incurrant pœnas à Concilio Tridentino, pag. 449. col. 2. q. 47.artic.2.

Monasteria monialium ingredientes ducti ignorantia iusta vel quasi excusantur à peccato in simul, & excommunicatione, pag. 450. columna. 1. quæstione. 47. artic. 2.

Monasteria monialium casus, in quibus ingredi licite possint, pag. 452. col. 1.quæst. 47. art. 4.

Monasterium ingredi potest sacerdos ad sacrum dicendum vt infirma monialis communicet,pag.454.col.2.

Monasterium sacerdoti an liceat ingredi ad faciendum Eucharistiæ renouationem existentis intra chorum,pag.455.colum.1.q. 47.art.4.

Monasteriū,vt possit ingredi, qui casus sint necessarij non pertinēt ad Abbatissam,sed ad superiorem iudicare,pag.457. col. 2. q. 47.artic.6.

Monasteria monialium Sanctæ Claræ Cardinales Romanæ Ecclesiæ non possunt ingredi, pagina. 457. colum. 2. quæst. 47. art.6.


Mona-

Monasteria Sanctæ Claræ licet generali ministro ingredi ad celebrandam electionem vel prædicandum cum comitatu, artic. 7. ibidem.
Monasteria monialium pro Kalenda prædicanda nemo de licentia prælatorum ingredi, ibidem col. 2. art. 9.
Monasteria ingredientes cum licentia finito negocio statim exire tenentur, pa. 452. col. 2. q. 49.

## *Moniales.*

Vide verbo concessio aliqua.
Monialium Sanctæ Claræ, & ordinis Prædicatorum portas ingrediens ipso facto excommunicatur, nec in hoc consuetudo ali quid potest, pag. 55. col. 1. q. 8. art. 5.
Moniales ad vnguem seruare tenētur statuta in capitulis prouincialibus, pag. 83. q. 10. art. 7.
Moniales Sanctæ Claræ, tam primæ, quam secundæ regulæ per se nullos visitatores, aut confessores habere possunt, ibid. pagina. 84.
Moniales Sanctæ Clarę, & Tertiariæ gaudēt priuilegijs fratrum Minorum, pag. 123. colum. 1. art. 22. q. 12.
Moniales Sanctæ Claræ semel possunt ex ordine Minorum eligere confessorem, cuius potestas est generalis, pag. 197. col. 1.
Moniales Sanctæ Claræ, & prædicatorū gaudēt immunitatibus fratribus concessis, ibi.
Monialibus Sanctæ Claræ datum est, vt quater in anno possint confessorem eligere, qui ipsas plenissime absoluat, ibidem.
Monialibus dicti confessores possunt impartiri suæ sanctitatis benedictionem, ibidem. colum. 2.
Moniales dictæ, qua forma sint absoluendæ ibidem.
Monialium seruitrices, vt gaudeāt priuilegijs circa plenissimam absolutionem debēt esse eiusdem regulæ professæ, ibidem. pag. 198. col. 2. art. 24.
Monialium seruitricibus extra claustra habi tantibus prohibitum est intrare claustra. ibid.
Monialium confessores super seruitrices extra monasterium habitantes nullā habent iurisdictionem, ibid.
Monialium seruitrices, quas conuersas appellamus professæ, vel nō professæ extra claustra viuentes omnibus priuilegijs gaudent seruitricium intra viuentium, ibid.
Istæ tamen intra claustra intrare non possunt istę profiteri possunt si quadragesimū annum habeant. ibid.
Istas possunt habere moniales & admittere vrgente necessitate. ibid.
Moniales tenētur ad diuini officij recitationem, pag. 392. col. 1. q. 42. art. 20.
Moniales, & fratres Minores possunt recitare officium Sanctorum sui ordinis, pagin. 393. col. 1. quæst. 42. art. 21
Moniales, & fratres an dicto priuilegio possint renunciare, distingue, prout ibid.
Moniales conuersæ, an ad clausuram, habitum, & professionem teneantur, pag. 423. col. 2. & pag. 424. col. 1. quæst. 43. art. 4.
Moniales conuersæ extra septa monasterij, quomodo viuere possint, pag. 424. col. 1.
Moniales conuersæ hodie esse possunt, & quæ pag. 425. col. 1.
Moniales de choro Diuæ Claræ vere moniales, cum tribus votis, & quarto de clausura, ibidem.
Moniales seruitiales duo vota, scilicet, castitatis, & obedientiæ emittunt. ibid.
Moniales conuersæ eadem vota faciunt, quæ cęteræ vere religiosæ, ibid. in fin col.
Monialiū monasterijs omnis accessus prohibitus, ibidem.
Moniales, quomodo cum suis prælatis loqui. ibidem.
Monialium monasteria frequentantes regulares sine Episcopi licentia excommunicati excommunicatione Episcopo reseruata, & hoc quomodo intelligēdum, pag. 428. colum. 1.
Monialis Romæ, nec scribi, nec loqui die, vel nocte potest absque licentia vicarij Papæ, & protectoris religionis sub pœnis, de quibus, ibidem. columna 2. quæst. 45. artic. 3.
Monialibus monachi non possunt scribere sub excōmunicatione, ibidem. Vide multa de monialibus verbo, monasterium.
Moniales Diuæ Claræ, quot ancillas inseruientes ex indulto habere possint, pagin. 441. colum. 1.
Moniales tertij ordinis, vel militiarum necessitate pro seruitio possunt recipere ancillas cum qualitate de qua. pag. 443. col. 2. art. 9.
Monialium confessor ingrediens ad cōfitendam infirmam, quam custodiam debeat habere, pag. 453. colum. 1. q. 47 artic. 3.
Moniales non possunt egredi clausuram.

pag.465. quæſt. 49. art. 1.
Monales debent foris à perſonis deputatis claudi,ibid.
Moniales portã ad Eccleſiã habere non poſſunt,ibidem.col.2.
Moniales portã,quæ eſt extra clauſuram nõ poſſunt per ſe claudere,ibid.
Moniales Sanctæ Claræ maiorem obligationem reliquis habent ad clauſuram, pa.466 col.1.q.49.art.1.
Moniales Sãctæ Claræ ex caſu in ineuitabili poſſunt egredi,pag.466.col.2.ibid.
Monialium egreſſus à monaſterio licet ex cauſa infirmitatis debet eſſe difficilis diſpenſationis,pag.467.col.1.ibid.
Monialibus, quæ clauſuram non vouerunt in caſibus aliquibus ad egreſſum licita eſt diſpenſatio,pag.467.col.2.q.49.art. 2.
Moniales ex quibus infirmitabus poſsint exire,pag.468.col.1.ibid.
Moniales in caſibus expreſsis in indulto, & ſimilibus poſſunt egredi,ibid.col. 2.
Moniales infirmæ ex morbo epidemiæ egredi,qui morbus quę comprehendat,pa.470 colum. 1.
Moniales ratione reformationis monaſterij vel ædificationis poſsint egredi, ibidem.
Moniales poſſunt egredi correctionis cauſa pag.471.col.1.ibid.
Moniales poſſunt egredi caſu diſpendij maximi euitandi,ibid.
Monialis poteſt exire propter totalem monaſterij mutationẽ,ibid.
Monialis,vt egrediatur à monaſterio, quorũ conſenſum requirere tenetur,pag.472.col.1.quæſt.49.artic. 6.
Moniales licentiantes extra caſus conceſſos varias pœnas incurrunt,pag.472.colum.1. quæſt.49 art.7.
Monialium egreſſarum receptrices, quibus pœnis afficiantur,pag.472.col.2.ibid.
Monialium receptrices, quãdo excuſentur à pœna excommunicationis,ibid.
Moniales conceptionis an gaudeant Mendicantium priuilegijs,pag.503.col.1.
Moniales poſſunt concedere in ſuis monaſterijs miniſtrari à ſacerdote ſæculari Euchariſtiæ ſacramentum. q.56.col.2.pag. 526.artic. 9.
Moniales Diuæ Claræ quater in anno poſſunt à ſuperioribus, ſiue cõfeſſoribus abſolui ab omnibus peccatis ſuis qualitercunque commiſsis, pag. 604. colum. 1. quæſt. 62.art. 10.
Moniales dictę in omnibus feſtiuitatibus dominicis,& Beatæ Virginis, ac omnium ſanctorum ordinis, & Sancti patris noſtri Franciſci poſſunt abſolui plenarie, ibidem. colum.2.
Idem priuilegium ſororibus Beatæ Mariæ Virginis, ſub regimine Minorum, pag. eadem.
Moniali Diaconiſſæ tantum competit dicere homilias,pag.616.quæſt.64.art.1.
Moniales Tertiariæ an gaudeant priuilegijs fratrum Minorum,pag.502.art.14. q.55. colum. 1. Vide multa verbo, clauſura.

## *Morbus.*

Morborum diuerſas naturas,pag.469.col.1. quæſt.49.art.4.
Morbus endemius quid ſit,ibid.
Morbus vocatus bocium ex quo generetur. ibidem.
Morbus lateralis ex Aquilone. ibid.
Morbus epidemus quis,ibid.col 2.
Morbus peſtilens exquo ſic dictus, ibi.
Morbus communis,quis.ibid.
Morbus ſporadis,quis.ibid.
Morbus endimius,quis.ibid.
Morbus ſporaridis ex quo naſcatur, ibid.
Morbus peſtilens an alicui morbo particulari applicetur,ibidem.
Morbus vulgaris,quis,& cuius effectus,ibid.
Morbus peſtilens ſub quibus ſignis appareat,ibi in fin.col.
Morbus peſtis, quæ particulariter debeat habere,pag.470.col.1.
Morbus epidemus,quæ generet.ibid.
Morbus febris malignæ,quis,& effectus, ibi.

## *Mors.*

Mortis violentæ periculo dato indici à ſuperiore monialibus clauſura non poteſt, pagin.466.col.2.
Mortis articulus quomodo intelligendus,pagin.603.col.1.quæſt.62.art.7.
Mortis articulo plenarie abſolutus à reſeruatis conualeſcens ea iterum non tenetur prælato confiteri.ibid.art.8.

## *Mulier.*

Mulier ſecundum Apoſtolum eſt iuriſdictionis incapax, pagina 121. colum. 2. quæſt. 13.artic.20.
Mulier in Eccleſia taceat ex præcepto diuino, pagina 144. colum. 1. quæſtio. 15. artic.1.

Mulieres ad monasteria virorum accedere non possunt.pag.427.art.1.q.45.col.1.& 461.col.1.q.48.art.1.
Mulieres inhonestę non sunt ferendę in monasterijs.pag.445.col.2.
Mulieres Reginæ,Princesæ, & omnes de prole Regia cum suo comitatu dicta monasteria ingredi possunt.ibid.pag.461.col.1.
Mulieres in monasterium admittentes aliquos ex animi simplicitate non incidunt in excommunicationem. pag. 462. col. 1. art. 1.q.48.
Mulierum ingrediendi monasteria monialiũ prohibitio solum extenditur ad illas quibus licentia est reuocata.pag.462.col.2.q. 48.art.2.
Mulieribus in monasteria,& clausstra virorũ nõ prohibeturingressus ad audiendas missas,& processiones publicas.pag. 463.col. 1.q.48.art.3.
In hoc vitandę sunt processiones extraordinarię. ibi.vide aliqua verbo canonicus, & verb.clerici.

*Mutilatio.*

Mutilatio membri ad hoc, vt ex ea inducatur irregularitas quæ sit.pag.243.col.1.
Mutilatio digiti non est membri.ibi col.2.

N.

*Naturalis.*

Naturalis quis dicatur.pag.105.col.2.
Naturales filij de iure canonico omnes illi qui nascuntur ex eis inter quos nullũ erat matrimonij impedimentum.ibi.ad fin.col.

*Nefandum.*

Nefandũ cõmittentes remanẽt priuati omni officio,& beneficio, & curię seculari tradũtur.pag.315.col.2.q.30.art.18.
Nefandum punitur non solum ex actu, sed ex affectu.ibid.
Nefando assuefacti incorrigibiles reputantur.pag.316.col.1.ibi.

*Negotia.*

Negotij grauitas ex quibus colligatur. pag. 416.col.2.

*Necessitas.*

Necessitas duplex considerabilis. pag. 437. col.2.in fin.q.46.art.4.
Necessitas moralis,& metaphysica differunt pag.438.col.1.

*Negatio.*

Negatio facit rem dubiã.pagina.332.colu.1. quæst.65.art.13.
Non obstãtia generalis posita in bullis quomodo intelligendapag. 76. col. 1.in principio.q.9.art.7.

*Nothus.*

Nothus quis.pag. 76.col.1.

*Notorium.*

Notorium quid. pag.246.col.2.
Notorium,quomodo probetur.pa. 626. col. 2.in fin.q.65.ar.11.

*Nouitius.*

Nouitij si propter ingressum absoluantur à censuris postea non profiteantur reincidunt.pag.109.col.2.
Nouitij possunt ordinari intrantes.ibid.
Nouitiæ moniales possunt absolui plenariè tam à suis confessoribus,quam à confessore ab ordinario approbato.q.20.ar.23.pa. 198.col.1.
Nouitius à reseruatis in religione à confessore seculari possunt absolui sine licentia superioris.pag.216.col.1.q.21.art.11.
Nouitij ante professionem non sunt vere religiosi.ibid.
Nouitij solum ad probandum admissi.ibid.
Nouitius peccans pœna carceris digna non potest carcerari nisi volens.ibi.col.2.
Nouitius, quoad fauores religiosus,quoad odia non.ibi.
Nouitij virtute cruciatæ possunt eligere confessorem sine licentia.ibi.in fin.col.
Nouitius durante anno probationis percipit redditum sui beneficij.pag.357. col. 1.
Quid hoc casu dicendum in nouicio minorũ de obseruantia.ibid.col.2.
Nouitius, quomodo valide suo beneficio possit renunciare.pag.358.col.1.ibi.
Nouicius an gaudeat indulgentijs professorum.pag.369.col.1.q.39.art.4.

*Nuptæ.*

Nuptarum receptio in monasterium, quo ordine fieri.pag.445.col.1.
Nuptæ,quæ habent adulterij suspicionem in monasterio non tenendæ ex declarationibus Cardinalium.ibid.col.2.

*Oblatio.*

Oblatio curiæ spirituali legitimat. pag.110. col.1.q.13.art.5.

Oblationes pertinent ad ipsius Ecclesiæ rectorem, pag. 356. quæst. 36. artic. 7. col. 1.
Oblatio, & decima differunt, ibid.

*Officium.*

Officium diffinitoriatus, quid importet, pa. 110. col. 2. quæst. 13. art. 18.
Officia, quæ inter regulares habeant delegatam, vel ordinariam iurisdictionem, pagin. 121. col. 2. quæst. 16. art. 20.
Officium ordinis, quid sit pa. 232. col. 2. q. 18. artic. 9.
Officium generalis commissarij, & prouincialis Minorũ quanto tempore duret pagina. 234. col. 1. q. 41. art. 1.
Officij defunctorũ obligatio, quomodo astringat Ecclesiasticos, pag. 388. col. 2. q. 42. art. 14.
Officium Beatæ Mariæ septem Psalmos, & canticum graduale an teneantur recitare Ecclesiastici, ibid.
Officium Beatæ Mariæ Virginis an in choro sit recitandum sicut ante breuiarium reformatum, pag. 389. col. 1. art. 15.
Officium corporis Christi quintis ferijs, occurrenti sancto simplici Minores possint recitare, ibid. col. 2.
Officium diuinum data occupatione potest anteponi, & postponi ex causa hoc in minoribus, pag. 390. col. 2. art. 18. ibid.
Officium diuinum, à quibuscunque recitandum horis debitis, pag. 391. col. 1.
Circa hoc Angeli cum Eremita documentũ. ibidem.
Officij diuini recitatio potius anteponenda, quam postponenda, pag. 391. col. 1. art. 8.
De officio diuino, multa habes verbo, Diuinum officium.

*Oleum.*

Oleum Sanctũ tripliciter considerabile, pag. 325. col. 2. q. 31. artic. 5.
Oleum infirmorum annuatim consecrandũ in die Cœnæ Domini, ibidem.
Oleo veteri fieri baptismum, peccatum est mortale, ibid.
Oleum vetus non debet comburi, nisi post nouum chrisma adductum, ibid.
Oleo veteri paruulorum baptisma conficitur nouo nondum adducto, ibi. in fin. col.

*Ordo.*

Vide verbo, Religio. & verbo, Congregatio.
Ordo militiæ Sancti Iacobi à quo fuerit approbatus, pag. 10. col. 1. q. 1. art. 6.
Ordo Calatrauæ, & Alcantarę religiosus est, ibid. in fin. col. 2.
Ordo Seruorum Beatæ Mariæ, ordo Minimorum, Ordo Societatis Iesu inter Mendicantes, pag. 11. col. 1. quæst. 2. art. 1.
Ordo Prædicatorum à Sanctissimo Patriarcha Dominico orta, pag. 12. col. 1. quæst. 2. artic. 2.
Ordo dictus diuisus est in conuentuales, & obseruantes, ibid. col. 1.
Ordo Beati Francisci ab ipso Seraphico patre ortus, pag. 12. col. 2. quæst. 2. ar. 3.
Ordinis Minorum multitudo tempore Calixti III. Papæ sexaginta millia oblata, pag. 13. col. 1. ibid.
Ordinis fratrum Minorum multiplex diuisio, ibidem.
Ordinis fratrum Minorum pulchritudo in varietate consistens. ibidem.
Ordo monialium Sanctæ Claræ institutus à Beato Francisco patre, ibidem. col. 2.
Ordo Eremitarum Diui Augustini ab ipso patre, postea reparatus ab alijs, pag. 15. col. 1. q. 2. art. 4.
Ordo dictus diuisus est in conuentuales, & obseruantes, ibid. col. 1.
Ordo Carmelitarum ortus in Oriente, nomen vnde, primus fundator quis, pag. 15. colum. 1. ibidem.
Ordo iste diuisus est in conuentuales, & obseruantes, ibidem. col. 2.
Ordinis istius in regnis Hispaniæ quidã sunt primitiuam regulam obseruantes, pag. 16. col. 1. ibid.
Ordo Seruorum Beatæ Mariæ à quibus Institutus, à quibus confirmatus, ibid. col. 2.
Ordo iste diuisus in conuentuales, & obseruantes, ibid.
Ordo Minimorum, à quo fundatus, quot re regulas habeat à quibus approbatus, pag. 17. col. 1.
Ordo Sancti Hieronymi Iesuatorum à quo fundatus, à quo confirmatus, pag. 17. col. 1. quæst. 2. art. 8.
Ordo Sancti Benedicti primus fuit monachorum à Sancto Benedicto in Occidenti, & Diuo Basilio in Orienti, pag. 20. col. 1. quæst. 3. art. 2.
Ordinis istius rami multi. ibid.
Ordo Cistercienſium à quo inchoauerit, à quo illustratus, sub cuius regula, pag. 20. col. 2. in fine. quæst. 3. art. 5.
Ordinis istius moniales à Gregorio XIII. exemptæ

exempta sunt ab eo, & ordinario subiectæ.pag.21.col.1.in prin.
Ordo Celestinorum à quo ortus,à quo confirmatus.pag.21.col.1.q.3.art.7.
Ordo Carthusiensium à quo ortus,pag.21. col.2.ibi.
Ordo fratrum Crucigerorum à quo ortus. pag.22.col.2.ibi.
Ordinis istius fratres semper præ manibus Crucem gestant.ibi.
Ordo iste à Pio V. approbatus.ibi. pag.23. col.1.
Ordo Humiliatorum à Pio V.fuerit extinctus.ibi.
Ordo Minorum institutus ad similitudinem Ecclesiæ Romanæ.pag. 103.col.1.q.12.articulo.5.
Ordo Diui Hieronymi excludit descendentes à Iudæis, & Sarracenis intra quartum gradum.pag.143.col.1.q.14.ar.14.
Ordini Diui Hieronymi in Hispania datus fuit à Pio V.ordo castigandi suos monachos ex delictis grauibus & grauissimis. pag.312.col.1.q.30.art.14.
Ordines Mendicantes communicant in priuilegijs:varias bullas habes.pag.487.col.1 q.55.art.1.
Ordo Minimorum gaudet Mendicantium priuilegijs.pag.489.col.2.q. 55.ar.2.
Ordini seruorum Beatæ Mariæ an priuilegia Mendicantium.pag.490.col. 1. artic. 3.ibi.
Ordo Iesuatorum S. Hieronymi an communicet in priuilegijs cum Mendicantibus. ibi.art.4.
Ordinis S.Benedicti quę sit communicatio. pag.491.col.2.q.55.
Ordinis Cistertiensis priuilegiorum communicatio,pag.493.col.2.art.7.ibi.
Ordinis dicti priuilegia quæ sunt contra Concilium Tridentinum, & an talia sint confirmata.ibi.pag.495.col.2.
Ordo Cartusiensium, quam priuilegiorum habeat communicationem.pa.496.col. 1.articulo.8.
Ordo S.Hieronymi in Hispania quam communicationem.pag.496.col. 2.art.9.vide multa verbo, communicatio, & verbo, congregatio,& verbo,religio.

### *Ordinare, Ordines sacri.*

Ordinandi ab Episcopis fratres per dimissorias suorũ Prouincialiũ, debent ordinari nullo præuio examine.pa.165.col.1.& 2.
Ordinari possunt religiosi, etsi deficiant in lingua Latina, si bene legant, & cantent. pag.239.col.1.q.24.art.7.
Ordinatio religiosi quibus præcedentibus fieri debet.ibi.
Ordines religiosis ab Episcopis dantur per testimonium prælati.ibi.
Ordines omnes ad altaris ministerium destinantur.pag.245.col.1.q.24.art.11.

### *Ordinarius.*

Ordinarij appellatione qui contineantur ad intellectum multorum locorum in Concilio Tridentino.pag.398.col.2.

### *Ordinaria.*

Ordinaria iurisdictio,quæ.pag. 158.col.2.
Ordinariam iurisdictionem habent regulares in nouitios.ibi.

### *Ordinatio.*

Ordinatio in bonum commune triplex. pagi.645.col.2.q.65.art.1.

### *Opinio.*

Opinio,vel dicitur suppositiua,vel diffinitiua,& an inter ista detur differentia. pag. 659.col.1.q.67.art.3.
Opinio diffinitiua,quæ.ibi.
Opinio suppositiua,quæ.ibi.

## P.

### *Pactum*

Pacta facta de licitis à prioribus Prædicatorum,& guardianis absque generali,& prouinciali,an sint seruanda, & de hoc vide pag.283.col.2-q.27.art.2.
Pacta à Minoribus, & Prædicatoribus quomodo valida,& quid de alijs.pag.370.col. 1.q.39.art.9.

### *Papa.*

Papa,quod habeat infallibilem potestatem approbandi nouam religionem,quomodo intelligatur.pag.5.col.1.q.1.art.
Papa potest irritare omnes contractus àtempore legis datæ Romæ.pag.34.col.2. post medium.q.6.art.5.
Papa potest cogere subditos ad legum obseruationem.pag.35.col.1.art.6.ibi.
Papa aliquem nominans Episcopum statim

talis

talis manet licet talis sine bullis non sit recipiendus, pag. 47. col. 1. in fin. quæst. 7. art. 5.
Papa Sistus IIII. & alij confirmarunt omnia priuilegia Minorum, pag. 48. col. 2. q. 8. artic. 1.
Papa committens alicui prælato, vt beneficia conferat, quibus voluerit, differt ab ea commissione qua committitur vt beneficia conferat Petro, & de ratione differentiæ, pag. 70. col. 2. q. 9. art. 1.
Papa mortuo non expirat indulgentia ab eo data. ibid.
Papa in fauorem animarum & piæ causæ potest priuilegium concedere cum paruo tertij præiudicio, pag. 177. col. 1. ibid.
Papa, si monacho conferat prioratū non potest alij ad præceptum abbatis renūciare, pag. 227. col. 2.
Papa concedēs, vt possit absolui clerici percussor in quibusdam casibus, idem videtur concedere in similibus, pag. 248. col. 1.
Papa potest facere ex causa vt monachus professus exeat de religione, & matrimonium contrahat, pag. 254. colum. 2. quæst. 25. artic. 2.
Papa dispensare non potest in iure diuino contento in præceptis Dei, & sacramentorum: secus in iure diuino ex suppositione pag. 255. col. 1. ibidem.
Papa dispensare potest cum equitibus ordinum militarium, vt contrahant matrimonium, ibid. art. 3.
Papa propter baptismum fit dominus voluntatis hominis Christiani, quantum ad finem spiritualem, pag. 256. col. 2. quæst. 25. artic. 5.
Papa potest sicut instituere religiosorum regulam, ita & declarare, pag. 260. col. 2. q. 26. art. 1.
Papa potestatem habet ad relaxationem votorum, & iuramentorum ex causa, & quæ sit iusta. pag. 409. col. 2. q. 43. art. 16.
Papæ potestas circa temporalia quæ, ibid.
Papa licentiam potest concedere, vt sine curati licentia religiosi sacramenta possint ministrare pag. 517. col. 1. quæst. 56. art. 2.
Papæ duplex potestas, pag. 527. col. 1. q. 56. artic. 12.
Papa spiritualium dispositionum legationē sæcularibus potest committere, ibid. col. 2.
Papa pro nouo orbe Reges Hispaniæ potest facere delegatos, ibidem.
Papæ in omnes Christianos immediate potest, pag. 575. col. 1. quæst. 61. art. 1.
Papa potest confessarijs concedere facultatem absoluendi à reseruatis Episcopis, ipsis inuitis, pag. 875. col. 1. q. 62. art. 1.
Papa potest restringere, & limitare multa iuri naturali, & diuino competentia quoad spiritualia, quid vero in Rege, quoad temporalia, ibid.
Papa causas Ecclesiasticorum ad iudicium seculare spectantes auocare potest, & alteri terminandas committere, pag. 627. col. 2. quæst. 65. art. 1.
Papa potest facere, vt laici coram Ecclesiasti co propter negligentiam iudicum sæcularium conueniantur, pag. 634. col. 1. & 2. q. 65. art. 13.

## *Parrochus.*

Parrochi nomine, qui veniant, pag. 338. col. 2. quæst. 35 art. 1.
Parrochus, quæ possit, & quæ non. pag. 339. columna. 1.
Parrochi officium in quibus locis in partibus Indiarū fratres Minores possint exercere, & de cuius licentia, ibid.
Parrochus alienus non potest coniungere sponsas alienæ parrochiæ, ibid. col. 2.
Parrochi officium à fratribus in partibus Indiarum non exercetur absque licentia in capitulo prouinciali, pag. 341. colum. 2. q. 35. artic. 3.
Parrochi dictum officium potest etiam à diffinitorio elargiri, pag. 342. col. 2.
Parrochiali seculari monachus ab Episcopo de licentia sui Abbatis potest præfici, imò & eo inuito, ibid. col. 2. art. 5.
Parrochi officium in Indijs fratres nunquā receperunt vt curatum, ibid.
Parrochi fratres, ad quæ teneantur, pag. 343 col. 1. ibid.
Parrochus si subdito dat licentiā generalem, vt possit sacramentum Eucharistiæ recipere ab alijs in licentia comprehendūtur religiosi, pag. 514. col. 2.
Parrochialis, vere dicitur plebanus, pag. 516. col. 1. ibid.
Parrochiani totius diœcesis vel Episcopi. ibidem.
Parrochianus primus, & verus in terris totius Ecclesiæ, & omnium prouinciarum, & cuiuslibet parrochiæ in particulari, est Papa. pag. 516. col. 1. in fin.

## *Participatio.*

Participatio, quoad vim meriti, & quoad vim satisfa-

satisfactionis differunt,pag.318.colum.1. quæst.33.art.2.

*Participium.*

Participiū ex bonis aliorum operibus, quoad alios,quid operetur,ibid.

*Pascha.*

Pascha resurrectionis, in aliquibus priuilegijs,quomodo interpretetur,pag.520. col. 1.& 2.

*Peccator.*

Peccator potest mereri primam gratiam nō absolute, sed cum adiumento de congruo, pag.10.col.2.q.1.art.6. in fin.

*Peccatum*

Peccatum mortale non obligamur confiteri, quando ex eius confessione explicita imminet probabile periculum spirituale, aut corporale alicuius,pag.183.col.2.q.20.artic.11.

Peccatum in contemptum clauium, quid sit ibid.pag.189.col.2.

Peccatum cum cōfidentia priuilegij quid sit, pag.190 col.2. prope fin. ibid.

Peccatum reseruatum,vt cesset sufficit,quod superior tantum de illo habeat cognitionem,pag.211.col.2.art.7.ibid.

Peccatum reseruatum oblitum facta reseruatorum confessione vtrum teneatur quis ad confitendum.ibid.

Peccatum in diuinis literis sæpe pœnam ipsius significat,pag.537.col.2.

Peccatorum remissionem concessam in bulla, quid significet,ibid.

*Pœnitens.*

Pœnitentibus quid importet satisfactio pœnæ,pag.175.col.2.

Pœnitens,qui veretur periculum ex confessione facta prælato,si prælatus noluerit dare licentiam,vt cum alio confiteatur potest cum contritione in necessitate licite celebrare,pag.209.col.2.

Pœnitenti isti,quis ordo sit dandus,ibid.

Quid dicendum, si peccata habeant annexā excommunicationem,ibid.

Pœnitens de iure diuino tenetur facere confessionem integram,& confiteri reseruata, quanuis confessor non habeat potestatem absoluendi,pag.210.col.2.q.21.art.5.

Pœnitēs à cōfessario inferiori absolutus directe à mortalibus,& indirectè a reseruatis, an recipiat vnum verum sacerdem,in fin.col.

*Pœnitentiarius.*

Pœnitentiarij Papæ circa absolutionem à reseruatis,quomodo versentur,pa.211.col.2.

*Pœna.*

Pœnæ satisfactio, quid in pœnitentibus operetur,pag.175.col.2.

Pœna legis nec minui,nec augeri à iudice, pagina.36.col.2.in princip.

Pœnæ occupantium bona regularium, pag. 365.col.1.

Pœna ingredientium monasteria monialiū excōmunicatio Papę reseruatę. p.447.co.1

Pœnas dictas patiuntur ingrediētes licentia Episcopi si licētia sit sine causa,p.448.co.1.

Pœnam dictā incurrūt moniales admittētes intrantes cū licētia,sine causa,ibi.co.1.& 2.

Pœna imposita à lege præsumēte non comprehendit illum,in quo dolus cessat, pag. 449.col.2.

Pœna temporalis exoluēda pro peccato soluitur per indulgentias,pag.588.col.2.

*Perdita.*

Perdita res si nō inueniatur dominus, pauperibus an applicari pag.361.co.2.q.31. ar.4.

Perditæ rei dominiū spectat ad inuentorē domino non inuento,si sine dolo inuenit, pa. 362.col.1.ibid.

Perditarum rerū ius est fratribus ordinis de la Merced,& Sāctissimæ Trinitatis,in quibus locus est præuentioni,ibid.

Perdita dictis pertinent tantum in foro exteriori,ibid.col.1.& 2.

*Peregrinantes.*

Peregrinātes in die paschatis an possint accipere Eucharistiæ sacramentum à religiosis,pag.524.col.1.

*Pietas.*

Pietas potius,quam seueritas,pag.443.col.1.

*Potestas.*

Potestatis ciuilis imperium à quibus concessa,pag.151.colum.1.q.17.artic.1.

Potestas Ecclesiastica à Deo immediate Petro,& successoribus,ibid.col.2.

Potestas prælatorū regularium restringi potest à Papa,pag.154.col.2.

Potestas iurisdictionis competens prælatis est dependens,pag.156.col.1.art.7.ibid.

Potestas prælatis data est ordine Hierarchico,ibid.

Potestas Prouincialium in moniales est ordinaria,

n. 4,pag.158.col.2.art.10.q.17.
Potestas tam ordinis, quã iurisdictionis Episcopis à Deo competit,pag.223.colu. 1. q. 22.art.10.
Idem in prælatis religionum,ibid.
Potestas monarchica quare non obtinuerit in regimine Ecclesiastico,& regulari,pagina.179.quæst.27.artic.2.
Potestas data ad dispensandum cum adulterino extenditur ad adulterinum simul, & incestuosum,pag.324.col.2.q.31.artic.4.
Potestas Papæ circa temporalia quæ pag. 409.col.2.q.43.art.16.

*Præcepta.*

Præcepta regularia Minorum,quando obligent ad peccatum,pag.271.col. 2.
Præcepta regularia Minorum ex qua ratione obligent ad peccatũ,ibid.pa.172.col.1.
Præcepta Minorum demptis tribus, dempto tamen contemptu non obligant ad peccatum,ibid.
Præcepta leuia quę,pag.274.col.1
Præcepta frequentia quæ.ibid.

*Prædicare.*

Prædicare competit parrochis ex officio, pagina.338.col.2.

*Præfectus.*

Præfecti religionum in reseruatis ipsis non concessis nihil possunt,pa.156.col.1.

*Prælati.*

Prælati dubia spectantia ad totam communitatem interpretantur,pag.92.col.1.
Prælati per sententiam possunt declarare an pœna incursa,ibid.col.2.in med.
Prælati declaratio est optima ad scrupulos tollendos,ibid pag.93.col.1
Prælatus debet compati subditorum infirmitatibus,ibid.
Prælati regulares possunt tollere à subditis & limitare vsum priuilegiorum, pag.70. col.2.q.9.art.3.
Prælati regulares possunt cum religiosis illegitimis dispensare ad beneficia simplicia, vel curata,pag.116.colum.2.ibid.
Prælati regulares possunt dispensare cũ subditis & familiaribus illegitimis ad beneficium simplex vel curatum,pag.124.col. 1. artic.23.ibid.
Prælati sine capitulo possunt dispensare cũ dictis familiaribus,ibid.col.1.art.24.
Prelati D.Hieronymi dispensare nõ possunt cũ dictis familiaribus si fuerint filij clericorum, qui dicta beneficia incommendã habuerunt.ibidem.
Prælati locales tenentur cõsulere sui ordinis constitutiones,& consuetudines, ibidem. pag.154.col.2.
Prælatis localibus, quæ inhibeant constitutiones,ibid.
Prælatos regulares tollere nullus potest. ibi.
Prælatorum regulariũ potestas restringi potest à Papa,ibid.
Prælatis potestas iurisdictionis competens est dependens,ibid.pag.156.col.1.art.7.
Prælatis est data potestas ordine Hierarchiæ,ibid.
Prælati maiores potestatem Minorum sine iusta causa nequeunt restringere,ibid.
Prælati Minorum gubernare tenentur moniales conceptionis,pag.158.col.1.
Prælatis Minorum subsunt omnia monasteria etiam de nouo erigenda conceptionis, nec ab eorũ potestate possunt eximi absq; sedis Apostolicæ autoritate,ibi.in fin. col.
Prælati subditis aliquid cõmittentes possunt iuste tollere,ibid.pag.159.art.11.
Prælati habent facultatem declarandi priuilegia,ibid.
Prælati regularium possunt cõcedere dimissorias,pag.163.col.2.art.5.ibid.
Prælati regulares habent potestatem absoluendi suos subditos à reseruatis siue ante, siue post ingressum commissis cũ moderamine,de quo pag.172.col.2.q.20.art. 1.
Prælati absoluere suos subditos ab excõmunicatione iuris non possunt iure cõmuni nisi in casu percussionis.pag.174.col. 2.
Prælati attentis suis priuilegijs possunt suos subditos absoluere à quacunque excommunicatione iuris,ibid.
¶Hoc possunt Prælati Minorũ,Prælati Prædicatorum,Prælati Carmelitæ,idem generalibus ordinis Mẽdicantium, & Vicarijs eorum concessum.
Prælati Cistercij virtute specialis indulti suos subditos ab omni irregularitate possunt purgare,ibid.pag.193.col.1. art. 20.
Prælati supradicti virtute prædicti indulti possunt suos subditos habilitare, quoad omnia, quæ ad ordines impedimẽto sunt, ibid.col.2.
Prælati generales non habẽtes autoritatem Apostolicam vsum priuilegiorum à subditis non tollunt,pag.71.col.1.
Prælati Minorũ ex indulto speciali possunt absoluere suos fratres ab omni irregularitate,

tate,& alio quocunque impedimento excepti tribus casibus de quibus,pag.194. col. 1.quæst.20.art.20.
Ista habilitas intelligatur, quoad officia ordinis,ibid.
Pœnitentia istis quæ iniungenda.ibid.
Prelati Minorum suos nouicios,ab omni excõmunicatione, & irregularitate possunt absoluere,pag.193.col.1.art.21.ibid.
Prelatus,si alicui subdito concedat facultatẽ eligendi confessorem, non censetur communicata illi potestas, vt à reseruatis, ibid. pag.202.col.2.
Et de modo quo etiam reseruata committũtur,ibid.pag.203.col.1.
Prælati sibi eligere possunt,quos velint confessores,ibidem.col. 2.
Et qui isti prælati intelligantur,ibid.
Prælatus si iuste subdito deneget absolutionem à reseruatis inferior regularis eũ non potest absoluere, secus si iniuste, aut timetur aliud periculum,tunc, quid dicendum pag.204.col.2.art. 30. ibi.
Prælatus quicunq; potest sibi reseruare casus suorum subditorum,ibid.
Prælati an potestatem habeãt in actibus mere interioribus,ibid.
Prælati regulares possunt reseruare casus, & hoc non extenditur ad Guardianos, ibid. pag.207.col.1.art.2.
Prælati dicta nunc non possunt, nisi in capitulis,pag.207.col.2.in fin.
Prælati quomodo prohibere possunt subditis ne indulgentias episcoporũ acceptent, pag.220.col.2.q.22.art.7.
Prælati regulares circa interstitiorum dispositionem aliquid possunt,ibid.
Prælati non possunt dispensare in lege superioris,pag.122.col.2 art.8.ibid.
Prælati regulares , qui dispensandi potestatem habent eam subdelegare nisi in quibusdam casibus,pag.225.col.1.q.22.ar.11.
Prælati non habent potestatẽ eximendi subditũ à potestate sui Guardiani, nec Guardianum à potestate prouincialis,pag.227. col.1.quæst.23.art.1.
Prælati generales non habent potestatem faciendi prædicatorem generalem sine licentia ordinariorum prælatorum,ibid.
Prælati Societatis Iesu suos subditos compellunt, ire ad Indias ad conuersionem infidelium,pag.228.col.1.
Prælati subditum suum inauditum in aliqua prouincia incorporatum non possunt in suam antiquam mittere,ibid,pa.227.co.1.
Prælati regulares prouincias de nouo erigere,nec diuidere erectas possunt sine Papa ibid.pag.232.col.1.
Prælati regulares non possunt dispensare vt vnus habeat plures guardianatus,ibid.colum.1.
Prælatus qui ex priuilegio potest dispensare,potest etiam ipso cessante eius vicarius vel superior ex ratione de qua pag. 246. .col.1.q.24.art.12.
Prælati ordinis Minorum, & Prædicatorum dispensare possunt cum homicida casuali siue occulto, siue publico , ibidem. pagin. 247.colum.1.
Prælati dispensant cum homicida propter defensionem excedẽtem moderamen. ibi.
Prælati possunt dispensare cum subditis irregularibus ex eo,quia irretiti censura celebrarunt,ibid.pag.247.col. 2.
Prælati regulares, quo iure suorum subditorum vota irritent,pag.256.col.2.ad fin.
Prælati sub obedientia, & anathemate obligare possunt ad ea tantum quæ in regula, non verò vltra,pag.271.col. 1.
Prælati subditorum merita possunt alijs cõcedere quoad vim satisfactionis,ibidem.
Prælati communicantes merita subditorum alijs quoad vim satisfactoriã debent id specialiter applicare,ibid ad fin.col.
Prælati possunt opera subditorum alijs applicare,quoad merendum,pag 329. col.1. quæst.33.art.3.
Prælatus per literas suas, quid cõcedat ex operibus suorũ subditorũ,ibi.pa.329.art.4.
Prælatus in his potestatẽ solũ in superabundantibus communicabilibus habet, ibid.
Prælatus applicando bona subditorum opera non vtitur claue iurisdictionis,pag.330. col.2.quæst.33 art.7.
Prælati regulares in partibus Indiarum an possint exercere episcopalem iurisdictionem.pa.339.col.1.ibid.
Prælati militiarum circa suos habent iurisdictionem ordinariam,pag.352.col.1.
Prælatorũ pœna si cogant hæredes ad quartæ funeralis solutionem , pag. 370. col.2. quæst.39.art.9.
Prælatus subditum dupliciter obligat, pag. 411.col.2.q.43 art.16.
Prælatis suis regulares quomodo obedire teneantur,pag.412.col.1.
Prælati condere possunt præcepta quibus sui subditi regãtur,pa.412.co.1. q.44.ar.1.

# Index


**Prælatus ordinarius** quis sit & à quibus eligi.pag.475.col.2.q.51.art.3.

Prælatorum accusatio non facile admittitur, pag.477.col.2.in princ.

¶ Vide multa verbo, Abbates, & verbo, Commissarius, & verbo, Custos, Præscribere, & Præscriptio.

Præscribi non potest obedientia Ecclesiastica, pag.227.col.2.

Præscribi potest obedientia sæcularis, ibid.

Præscriptio contra bona regularia sexagenaria, pag.54.colum.1.

Præscriptio non datur sine titulo, & bona fide, pag.349.colum.1.

Præscriptio contra Ecclesiam ad minus quadragenalis, ibid.in fin.col.

Præscriptio quomodo iure communi sine titulo & bona fide, pag.350.col.1.

Præscriptio contra regularia bona requirit centum annos, ibid.col.2.in princip.

*Priuilegium.*

Priuilegiorum ordinibus concessorum diuisio, pag.30.col.2.q.6.

Priuilegium quasi lex priuata, pag.45.col.1.

Priuilegium quod sit ius commune concedens ibid.col.2.

Priuilegium in quantum gratia quid significet, ibidem.

Priuilegium multiplex, ibid.col.2.

Priuilegium concessum ratione loci, vel personæ quando perpetuum, ibid.

Priuilegium concessum ratione certi loci ad alios non extenditur, pag.46.columna.1. in princip.ibi.

Priuilegium aliud generale, aliud vero speciale, ibidem.

Priuilegium nullam patitur extensionem etiam ex identitate, ibid.

Priuilegij appellatio comprehendit immemorialem consuetudinem, ibid.art.3.

Priuilegium an requirat de essentia scripturam, pag.47.col.1.quæst.7.art.5.

Priuilegium scriptura requirit ad probationem, ibid.

Priuilegia à Summis Pontificibus confirmata sunt Minoribus etiam data viuæ vocis oraculo, quoad forum conscientiæ etiam contra Concilij Tridentini decreta, ibid.

Priuilegia omnia facta ordinibus Mendicantibus, siue communicantibus, siue in forma breuis, siue supplicationis, perinde habentur acsi sigillo, pag.47.col.2. quæst.7. artic.5.

Priuilegium, quod non respicit tertij præiudicium solam scientiam priuilegiati requirit, ibid.art.6.col.2.

Priuilegium, quod statim liget ignorantes, quomodo intelligendum, ibid.

Priuilegium bullatum, ne quis ab ordinario possit excommunicari suos operatur effectus, quanuis ignoretur. pa.48. colum.1. ibid.

Priuilegium supradictum, quod suos habeat effectus ignorātiæ tempore quomodo sit intelligendum, ibid.

Priuilegia omnia, quæ non aduersantur Cōcilio Tridentino per dictum concilium regularibus confirmantur, pa.50. col.2. in fin.quæst.8.art.1.

Priuilegium an per non vsum, vel vsum contrarium tollatur, pa.53.col.2.q.8.art.2.

Priuilegium personæ priuatæ concessum per vnicam contrauentionem tollitur, ibid.

¶ Ista vnica contrauentio, quomodo intelligatur, ibidem.

Priuilegium habens exemptionē à muneribus, si voluntarie decurionatum accipiat in alijs etiam officijs sibi præiudicat, ibid.

Priuilegio concesso cōmunitati non fit præiudicium si ab vno renuncietur, ibid.

Priuilegia ordinum Mendicantiū non amittuntur, nisi data præscriptione sexagenali, pa.54.col.1.q.8.art.2.

Priuilegia ordinis S.Benedicti Vallisoleti nō præscribuntur nisi dicto spacio, pa.53.col.1.ibidem.

Priuilegia sunt iura & actiones, ibid.

Priuilegij confirmatio, cū clausula, quatenus sunt in vsu, quomodo intelligatur, col.1. post medium.ibid.

Priuilegiorum innouatio nouum ius non tribuit, ibid.col.2.

Priuilegiorum confirmatio cum clausula, nō obstantibus reuocationibus Apostolicis, quid operetur.ibid.col.2.post med.

Priuilegiū perditum per non vsum, quoad religionē, cui directe est concessum, nō amittitur, quoad alias ipso participantes per cōmunicationem, pa.57.col.1.q.8.art.4.

Priuilegium concessum per communicationem perinde habetur, acsi esset specialiter concessum, ibid.col.1.in fin.

Priuilegij vt currat præscriptio requirit scientiam priuilegiati, & voluntatem illo non vti. ibidem.

Priuilegium pluribus concessum licet vnus, vel

vel alter non vtantur non preiudicat alijs vtentibus,ibid.col.2.in fin.
Priuilegium ipso facto pœnam imponēs per contrariam consuetudinem non tollitur, pag.58.col.1.art.5.ibi.
Priuilegia contra Concilium Tridentinum il la non valent de quibus Gregorius Decimustertius in confirmatione priuilegiorū, pag.56.col.1.q.8.ar.6.
Circa quæ vide intellectum Concilij Tridentini sess.25.de regularibus,cap. 22. ibidem. & col. 2. latius vbi multa Tridentini loca ad rem exponuntur.
Priuilegia inserta in corpore iuris non derogantur sub generali derogatione,ibid.pag. 60.col.1.
Priuilegia enumerantur quæ derogantur per Concilium Tridentinum,pag.60. & 61.q. 8.ar.7.de quibus in tertio indice.
Priuilegia fratrum Minorum etiam si sint cō tra Conciliū Tridentinum in foro conscie tiæ sunt confirmata,pa.63.col.1.q.8.art.9.
Priuilegia Minorum sunt confirmata etiam in foro exteriori, quæ sunt reuocata per Concilium Lateranense,pag.64.col.1.q.8. art.10.
Priuilegium Papæ, & eius rescripta,an expirent eo mortuo, pag.70.col.1.q.8.ar. 10.
Priuilegium tollitur priuilegio contrario de priore mentionem faciente,pag.72. col.1. in princ.
Priuilegium secundum, vt valeat debet facere mentionem clausulæ derogatoriæ, ibid. col.1.circa finem.
Priuilegium secundum habens legis formam tollit primum licèt de clausula mentionem non faciat,ibid.col.2.in princ.
Priuilegium secundum speciale derogat primo generali si primum, ius tātum ad rem, ibidem.
Priuilegia duo specialia,vel generalia semper secundum tollit primum,dummodo vtrūque in corpore iuris,ibi.col.2.
Priuilegium primum inclusum in iure secundum vero non quomodo derogantur,ibid. col.2.quid communis circa hoc, pag.75. col.1.
Priuilegium valet licèt non faciat mentionem de iure contra quod emanat,ibid.pag. 73.colu.1.
Priuilegia duo non clausa in corpore iuris siue ab vno siue à diuersis impetrentur secundum non tollit primum,ibid.col.2.
Priuilegium ad tempus tempore elapso finitur,pag.73.col.2.circa fin.
Priuilegium concessum ex certa causa ea cessante cessat,ibid.
Priuilegium consistens in facto tollitur per non vsum decem annorum,ibi.pag.74.columna.1.
Idem, &si Ciuitati sit concessum,vt,ibid.
Priuilegium concessum ad voluntatem alicuius liberam est perpetuum.ibid.
Priuilegium concessum ad voluntatem simplicem est perpetuum secus vero ad voluntatem conditionalem,ibidem.colum.1.circa med.
Priuilegium conditionale quod, ibid.
Priuilegium in non faciendo non facta protestatione tollitur vnico actu, ibid.pag.74. col.1.in fin.
Priuilegio suo, quando quis dicatur directè contrauenire,vel indirectè,ibidem.col.2.in prin.
Priuilegij habentis actum momentaneum vel successiuum differentia,ibid.
Priuilegium non censetur renunciatum ex actu contrario si aliud coniecturetur, ibid.
Priuilegia tempore necessitatis non vigent, pag.77.col.1.in fin.q.9.ar.8.
Priuilegia concessa ad instar non censentur sublata sublatis illis ad quorum similitudinem,ibid.col.2.
Priuilegium regularium si regulariter non viuant an amittatur ,ibid.ar.10.
Priuilegia mulieribus ob prolem habent locum in sterili,pag.78.columna.1.circa fin, ibidem.
Priuilegio suo non vtitur priuilegiatus aduersus pariter priuilegiatum , ibidem. artic.12.
Priuilegio suo aduersus pariter priuilegiatū vtitur priuilegiatus quando est reus,ibid, col.2.vbi plura.
Priuilegium est concessum à Philippo Rege Hispaniarum fatribus Minorum ne cogantur hospites recipere,ibid.
Priuilegia religionis prælati possunt interpretari , pag.91.col.2.q.11.ar.5.
Priuilegia fundata in causa fauorabili extenduntur,pag.92.col.1.
Priuilegia regularium dubia in ipsorum fauorem interpretantur,pagina.97.columna.2. q.11.ar.6.
Priuilegium aut continet dispensationem contra ius aut solummodo tollit scrupulos , pagina. 102.columna. 1. quæstio.11. artic.9.

# Index


Priuilegium iuris dispensatiuum stricte,ibid.
Priuilegiatus ad ordines simpliciter per dispensationē intelligitur de minoribus, ibid.
Priuilegiatus tempore interdicti ad audienda diuina non intelligatur priuilegiatus ad communionem recipiendam, ibidem.in fine.col.
Priuilegium continens dispensationem aduersus ius priuatum ample interpretatur, ibid.col.2.
Priuilegium ad dispensandum absoluendum latè,ibid.
Priuilegium concessum viris censetur. & fœminis si ipsius sint capaces,pag.123. col.1. q.13.ar.22.
Priuilegium concessum minoribus, vt quilibet Episcopus possit eorum Ecclesias consecrare,& alia intelligitur de Episcopi dicœcesani licentia,pagin.169.column.2.q.19. .ar.4.
Priuilegium quod quis possit absoluere ab excomunicatione an extendatur ad suspensionem interdicti: item quod quis à suspensione an intelligatur ab interdicto, ibi. col.2.in fin.
Quid si dicatur à quacunque censura Ecclesiastica,ibid.pag.174.col.1.
Priuilegium ordinibus Minorum, & prædicatorum concessum, vt possint dispensare in irregularitatibus nisi sint ex homicidio voluntario quomodo ista exceptio sit intelligenda,pagina.241.columna.1.quæs. 24.ar.8.
Priuilegium reale quod sit, pagina.262.columna.2.
Priuilegium minoribus concessum vt possint cōmutare legata quomodo intelligendum pag.286.ar.5.col.2.q.27.
Priuilegium idem concessum ordini D. Hieronymi,pag.287.col.1.
Priuilegium concessum ordini militiæ de Alcantara, vt ipsius conseruatores possint omnes alienationes illius ordinis male factas reuocare quomodo intelligendum, pag.193.col.2.q.27.ar.12.
Priuilegium Carmelitarum circa altarium consecrationem quod, pagina. 295.col.1. artic.1.
Priuilegium concessum aliquibus de celebrando in altari portatili est abrogatū volentibus Episcopis,pagina.296.col.2.q.28. artic.3.
Priuilegium in dubio censetur personale, pa. 315.col.1.q.30.ar.15.
Priuilegium impetratum à Papa circa Indorum gubernationem quomodo debeat practicari,pag.341.col.1.ibid.
Priuilegium concessum vni monasterio toti congregationi communicatur, pag.350. col.2.in prin.
Priuilegio fruens notorio si citetur ab ordinario non tenetur respondere,pagin. 352. col.1.
Priuilegium exemptionis datum religiosis multipliciter potest intelligi, pag.517.col. 1.q.56.ar.2.
Priuilegium concessum mulieribus propter liberos gaudet illa quę ex accidenti nō procreat,pag.531.col.2.
Priuilegium in dubio reale,pag.532.col.1.
Priuilegium concessum ad instar quanuis primum limitetur,vel extendatur ad instar concessum esse semper in primis terminis, pag,576.col.2.q.61.ar.2.&.577.col.1.
Priuilegium aliud concessum in foro cōscientiæ,aliud in foro pœnitentiæ,pag.586.col. 2.ar.10.
Priuilegia habentia clausulam,quatenus sunt in vsu quomodo intelligenda & circa varias clausulas positas in priuilegijs vide multa verbo clausula.
Priuilegiorum contradictorum multa habes verbo contradictor.
Priuilegia concessa regularibus confessarijs ad absoluendum sunt realia.pa.591.col.2. q.61.ar.14.
Priuilegij an sit realis vel personalis cognitio pag.592.col.1.
Priuilegia fratrum mendicantium in generali reuocatione nunquā suspensa intelliguntur,pag.593.col.2.ibid.
Priuilegiorum innouatio quid operetur,pag. 506.col.2.in fin.
Priuilegiorum communicatio comprehendat ne concessa alicui loco speciali. pagina. 508.col.1.
Priuilegium ne concessum cuidā monasterio particulari ex ordine D. Hieronymi an extendatur ad alia monasteria eiusdem ordinis, ibid.column.2.
Priuilegio multis concesso si vnus vtatur alio non vtenti non vsus illius vtentibus non officit,pag.509.col.2.
Priuilegia vt per nō vsum præscribantur quę sint necessaria,ibid.
Priuilegiorum communicatio in ordinibus mendicantium quomodo fiat,pag.510.col. 1.q.55.ar.20.


Priuile-

Priuilegium circa festiuitates sanctorum ordinis minorum communicatur sanctorum ordinum prædicatorum,& è conuerso,pag.511. col.1.
Priuilegia communicantes illis vtūtur contra illos quorum contemplatione participat,pa. 511.col.1.q.55.ar.21.
Priuilegiati independenter veluti seruitores,& alij similes non vtuntur priuilegijs contra illos à quibus habent,ibid.
Priuilegijs, quibus iurisdictio episcopalis perturbatur,priuātur familiares, & ordinum seruitores,ibid.pag.512.col.1.
Priuilegijs ordinis mendicantium repugnantibus an ipsi mendicantes possint vti,pag.512. col.1.q.55.arti.22.

## *Princeps.*

Principis mens in dubio talis qualis de iure,pa. 60.col.1.in fin.
Principis concessio facta nomine dignitatis non expirat,secus si nomine personæ,ibid
Princeps reuocans, quod fecit, & si motu proprio circunuentus præsumitur,pag.71.col.2 in medio.q.9.ar.3.
Princeps suas leges potest mutare pro temporum qualitate,ibid
Princeps priuilegiū à se datum potest mutare sine causa,ibidem.pag.72.colum.1.circa medium.
Princeps hæres institutus si acceptet hæreditatem obligatur ad onera, pag.666.col.1.

## *Prior.*

Priorum ordinis prędicatorum autoritas æqui paratur autoritati prouincialium.pag.154. colum.1.
Priores quidam conuentuales Hispanię,& Lombardię possunt facere absolutiones & dispēsationes,pagin.173.columna.1.quæstio.20. artic.2.
Priori nō succedit supprior in his quæ iure speciali,pag.246.col.1.q.24.ar.8
Prior claustralis quis, pag.332.col.1.
Priores ordinum militiarum in suis prioratibus quam habent iurisdictionem,pag.354.col.2. q.36.ar.6.
Dicti priores an possint dare suis subditis reuerendas,ibid.

## *Primas.*

Primas differt à Patriarcha, pagina. 103. colum.1.

## *Probatio.*

Probatio semiplena quando sufficiens sit ad impediendum actum qui est in fieri,pag.155.columna.1.

## *Procurator.*

Procuratoris Romani in ordine Minorum vnde origo, pagina.480.columna.2.
Procuratoris dicti institutio pertinet ad generalem,ibid.pag.481.
Procuratoris istius qualis potestas,ibid.
Procurator iste erat in capella Domini Papæ. ibidem.
Procurator iste triennalis,ibid.

## *Professio.*

Professionem in religione non sequitur ius sanguinis.pag.334.col.1.

## *Prorogatio.*

Prorogatione finita excommunicatus reincidit,pagina.582.columna.2.in princip.quæst. 61.ar.2.

## *Prouincialis.*

Prouinciales regulares in capitulo possunt priuilegia declarare, aut limitare, pagina.711. col.1.
Prouincialium potestas ad modum potestatis Archiepiscopi,pag.103.col.1.
Prouinciales quidam regulares approbationi perpetuæ suorum confessariorum non possunt renunciare,pagina.563.columna.2.quæstio.59.art.9.

## *Prouisio.*

Prouisio facta alicui in Ecclesia Cathedrali est irrita si prouisus ignoret idioma illius loci vbi est prouisus, pagina. 336. columna.2.

## Q.

## *Quarta funeralis.*

Quarta funeralis non soluitur à minoribus parrochialibus, pag.56.col.1.in principio & pa. 367.col.1.&.2.

Quarta funeralis attenta declaratione Pij quinti ad Cõcilium Tridentinũ & in simul Cardinalium à quibus nunc debita, pag. 367. col. 1. ibidem.
Quarta dicta solum debita ex his quæ corpus defuncti concomitantur, pagin. 368. colu. 1. q. 39. ar. 2.
Quarta Ecclesiæ parrochiali qua nam ratione debita, ibidem. articulo. 3. columna. 2.
Ad quartam funeralem & plus aliud possunt religiosi consuetudine obligari, pag. 672. col. 2. & pag. 673. col. 1. & 2
Vide alia verbo canonica portio.

R.

*Reformatio.*

Reformatio fratrum de obseruantia à fratribus conuentualibus exiuit, pag. 13. colu. 1. in medio. q. 2. ar. 3.
Reformati ordinis D. Augustini, & D. Benedicti à quibus, pag. 28. col. 1.
Reformatio circa istos ordines alia facta & ratio, ibid.
Reformatio religionum à Tridentino facta ad primum initium, circa quæ obtineat, pagina. 280. col. 1. q. 27. ar. 2.

*Regula.*

Regula vna est D. Patris Francisci, & vnus pastor, sed multiformi gratia Dei multiplicata pag. 14. col. 1. & 1.
Regulæ quindecim ex quibus legum notitia & canonum, & bullarum, & rescriptorum indagatur, pag. 93. col. 1. q. 11. per totam quæstionem.
Regula minorum quæ vtitur verbo teneantur obligat ad mortale, pag. 98. col. 2. q. 11. articulo. 7.
Regulæ contemptus, quando fiat propriè, pag. 262 col. 1. q. 26. ar. 1.
Regulæ obseruator perfectus, quis dicatur vide late. pag. 263. col. 1. q. 26. ar. 2.
Regula B. Patris Francisci dum habet, quod regulæ nihil addant, vel diminuant religiosi, nec alij, quomodo intelligenda, pag. 265. col. 2. q. 26. ar. 2.
Regula B. Patris Francisci circa obseruantes tribus diuisa classibus, pagina. 264. columna. 1. ibidem.
In quibus releuentur, ibid.
Regulæ dicuntur quæcunque ad illam directè, vel indirectè pertinent, pag. 412, col. 1. q. 44. artic. 1.

*Regularis.*

Vide verbo religiosus.
Regularis propria autoritate non potest procurare priuilegiũ nec valet impetratum contra statuta regularium, pag. 82. col. 2. ar. 5
Regularium prælatorum varię species, pagina. 102. col. 2. ar. 5. q. 11.
Regulares obseruantiæ quæ sint, pag. 258. col. 2. q. 26.
Regulares prælati in dictis obseruantijs possunt dispensare, ibi. pag. 229. col. 1.
Regularis obseruantia triplex, ibidem. column. 2.
Regulares prælati dispẽsant cum subditis in obseruãtijs regularibus quę non sunt de substantia religionis licèt obligent ad culpam, ibid. col. 2.
Quid circa hoc possint regulares prælati in ordine Minorum, pag. 260. col. 1.
Regulares tenentur scire præcepta regularia suæ religionis, pag. 263. artic. 2. quæstio. 26. colum. 2.
Regulares fratres minores in Pij Quinti concessione in quibus non releuentur, pag. 265. co. 1. ar. 3.
Et in quibus releuentur, ibid.
Regulares prælati minorum in quatuor tantũ præceptis possunt dispensare, pag. 265. col. 2 q. 26. ar. 3.
Regularis habens parrochiale petens à Papa aliam sibi commendari, & Papa concedat an teneatur dimittere primã, pag. 337. col. 2. q. 34. art. 9.
Regulari ab ordinario beneficium seculare cõmendari non potest & hoc quomodo intelligendum, ibid.
Regulares multiplices sunt, pagina. 552. colum. 1.
Regulares per Episcopum approbati possunt audire confessiones etiam contradicẽte parrocho, pag. 569. col. 2. ar. 4.
Regularis approbatus ab ordinario ad cõfessiones secularium & clericus secularis differunt pag. 570. col. 1. q. 60. ar. 4.
Regulares minores facultatem habent absoluẽdi omnes fideles ex indulto, ibid. col. 3. art. 6.
Regulares confessores possunt vti sua vniuersali potestate circa confessiones audiendas etiam extra sua monasteria, pagina. 573. col. 1. q. 60. ar. 7.
Regulares à Papa habent iurisdictionem, vt directe absoluant, pagina. 573. columna. 2. articulo. 8.

Regularibus confessi iterum parrochis non tenentur confiteri,ibid.
Regulares confiteri & absoluere à reseruatis possunt extra monasteria,pag.580.col.2. q.61.ar.4.
Regulares confessores possunt suos fratres seruitores semel in vita,& in morte iterum plenariè absoluere,pag.599.col.2.q.61.ar.6
Regularis infirmus,qui non confessus fuit, & postea loquelam amisit vel incidit in dementiam potest absolui plenarie ab omnibus. pagina. 603. columna. 1.quæstio.62. artic.6.
De his vide verbo, absoluere & verbo confessor.

*Rex.*

Reges possunt literarum apostolicarum executionē impedire,hoc tamen cum temperamento,pa.37.col.2.q.6.art.8.
Reges in dicta suspensione cauere debent à dolo, alias sunt excommunicati,ibid.co.2. ad finem.
Reges Hispaniarum in partibus Indiarū possunt sine episcoporum licentia ministros assignare,pag.340.col.1.artic.2
Reges dicti duplici via in dictis partibus,possunt prouidere de ministris,ibid. col.2.
Rege non prouidente tunc Episcopis competit ministrorum prouisio,ibid.
Regū assignatio in istis partibus quid operetur,pag.341.col.2.q.35.ar.2.
Regis potestas duplex in Hispania,pag.527. col.1.q.56.ar.12.
Reges se in spiritualibus intromittentes incidunt in bullam cœnæ,ibid.col.2.
Reges portant gladium secundum apostolum,ibid.
Reges à Papa possunt, vt patroni Ecclesiæ defensores assumi,ibid.

*Regimen.*

Regimen spirituale in veritate consistit,pag. 264.col.1.

*Religio,religiosus.*

Religionis institutum etiam in lege veteri, pag.1.col.1.
Religionis institutū lege gratiæ ab ipso Dei filio,ibid.col.2.
Religionis norma attenta lege noua ex quo loco euangelij patet,ibid.
Religio,quomodo inceperit tempore apostolorum,ibid.
Religio sacra societatis Iesu ex indulto habet professionem reuocabilem ex parte prælatorum,ibid.pag.5.col.2.
Religionis Sanctissimæ Trinitatis vbi exordium,pag.23.col.1.
Religio ista in Portugalia ordinauit confratriam nobilissimam misericordiæ, pag.13. col.2.
Religio minorum est corpus viuum,pag.26. col.2.q.4.ar.1.
Religio ista per spacium viginti annorum maxime fuit propagata; quid inde vide,pagina.dicta col.2.
Religionis ingressus triplex, pag.109.col.2. q.13.ar.4.
Religiones à Christo Domino institutæ,pag. 152.col.2.q.17.ar.2.

*Religiosus.*

Religiosus & monachus cum autoritate Papæ possunt habere proprium,pag.4.col.2. in med.q.1.ar.4.
Religiosi sunt personæ Societatis Iesu, ibidem.
Religiosus de licentia prælati habere potest beneficium curatum, pag.116.columna.2. q.13.ar.8.
Religiosus talis licet sit dispensatus quoad ea quæ religionis, quod tamen attinet ad beneficium seculare indiget dispensatione noua,ibid.
Religiosi minores,& moniales D. Claræ possunt gaudere indulgentijs cruciatæ,pagin. 213.col.2.q.21.ar.10.
Idem in religiosis ordinis prædicatorum,pa. 214.col.1.
Religiosi dicti de licentia prælati possunt habere dictas bullas,ibid.
Religiosi minores an procurare pecuniā pro habenda bulla cruciatæ,ibid.
Religiosi minores possunt in diebus ieiunij oua, & lacticinia manducare & cruciatis frui. ibid.
Religiosi minores virtute cruciatæ non possunt eligere confessores,pag. 215.col.1.
Religiosi bona emphiteutica, & feudalia habere possunt,pagina.359.columna.2.quæstio.38.ar.2.
Religiosus Ecclesiæ seculari perpetuò præfectus morē illius Ecclesiæ tenetur seruare circa recitationem officij diuini,secus alias, pagina. 390.columna.2. quæstio.42.articulo.17.
Fallit hoc in religiosis ordinis prædicatorum vt,ibidem.

Religiosi fidelibus an possint ministrare sacramentum Eucharistiæ,pagin.513.arti.1. q.56.col.2.
Religiosi vere fratres è societate Iesu ex multis locis concilij,pag.514.col.1.
Religiosi de licentia summi Pontificis in vniuersali Ecclesia, de licentia Episcopi in sua diœcesi, parochi in sua parrochia possunt fidelibus sacramenta ministrare, pag.116. col.2.q.56.ar.4.
Religiosis an licitum Eucharistię sacramentũ fidelibus ministrare in mortis periculo absque metu excommunicationis, pag.513. col.1.ar.4.
Religiosus in articulo mortis deficiẽte Parrocho an possit communicare infirmos,pagina.524, columna.1. quæstio.56. articulo.5.
Religiosi qui in nouo orbe fidelibus sacramenta ministrant non incidunt in pœnam excommunicationis, pag.527.colum.1.q. 56.ar.12.
Religiosi singulis mensibus tenentur confiteri & sacrosanctã Eucharistiam sumere,pa. 595.col.1.q.62.ar.1.
Religiosi aliqui an teneantur ad venialium confessionem.ibi.
Religiosi itinerantes alijs religiosis non possunt regulariter confiteri, pag.597.col.1. ibidem.
Vide alia verbo absoluere, & verbo Regulares.

### *Respublica.*

Respublica politica non solum iure scripto, sed consuetudinario regitur,pag.98.col.2. q.11.ar.7.

### *Reuocatio.*

Reuocatio constitutionis potest à Papa suppleri,pag.35.col.2.q.6.ar.7.
Reuocatis in genere priuilegijs non censentur reuocata priuilegia ordinibus concessa,pag.76.col.1.q.9.ar.4.

## S.

### *Sagita.*

Sagitã immittens in clericum si actum errauit non remanet excommunicatus,pag.43 col.2.in fin.q.6.ar.16.

### *Sacerdos.*

Sacerdos simplex in articulo mortis potest absoluere ab excommunicatione; quid si talis sacerdos hoc ignorans talem faceret absolutionem,pag.199.col.2.q.20.art.25.
Sacerdos simplex tatum absoluit à venialibus pag.211.col.1.q.22.ar.5.

### *Sacramentum.*

Sacramentum Eucharistiæ in Ecclesia interiori moniales ex indulto habere possunt,pa. 455.col.1.

### *Sacrilegus.*

Sacrilegi filij qui,pag.106.col.1.

### *Salarium.*

Salarium quod deputatur seruientibus ecclesijs,regularibus vnitis,pag.346.col.1.

### *Scandalum.*

Scandalum graue quod operatur,& præceptum de vitando scandalo vnde ortum,& quam potens,pag.209.q.21.ar.4.
Scandalum graue quale sit considerandum ad hoc vt negata à prælato licentia possit excommunicatus cum contritione accedere ad celebrandum,ibi.

### *Scholasticus.*

Scholastici Salmanticenses non studentes non fruuntur Eugeniana, pag.77.col.2.in fin.art.10.

### *Seculares.*

Secularis iudex potest deterrere clericum cũ armis inuentum,pag.430,col.2.

### *Sententia.*

Sententia lata in regio concilio vt Episcopus procedat contra fratres ordinum in defectibus curatus nulla,pag.353.col.1.

### *Septima.*

Septimæ Hispaniæ quæ,pag.353.col.1.q.36 artic.5.

### *Sepultura.*

Sepulturæ electio in aliquo monasterio mendicantium valet etiam nullo parrochiali Ecclesiæ relicto, pag.369.col.2.q.39.ar.6.

### *Simoniacus.*

Simoniacus realis tam publicus,quam occul-

tus est ipso iure suspensus,pag. 185. col. 1. art. 13.ibid.
Simoniaci pœna,ibid.
Simoniacum in mala ordinum promotione solus Papa absoluit,ibi.pag. 186.col.2.

*Simbolum.*

Simboli illa verba,credo sanctorum communionem explicantur,pag.328.col.2. q.35. artic.2.

*Sindicus.*

Sindicus minorum quæ facere possit,pa.289 col.1.q.27.art.6.
Sindicus minorum non habet facultatem successionis ab intestato,ibi.
Sindici an possint facultatem concedere fratribus benemeritis cum licentia generalium, aliqua suis consanguineis donandi, ibid.col.1.circa fin.

*Societas Iesu.*

Societatis Iesu institutionibus non licèt contradicere, pagina. 7. columna. 1. quæst. 1. art. 5
Societatis dictæ,quis primus fundator,pa.17 col.1.& pag.18.col.1.
Societatis Iesu superior habet potestatem cõcedendi licentiam subditis vtendi bullis, & Iubileis, pagina. 71.columna. 1. quæst. 2. art.2.
Societatis personæ non possunt cruciatę,nec alijs indulgentijs absque sui superioris autoritate idem in minoribus,pagina.606.colum.2.art. 11. q. 62. & vide verbo religiosus, vbi, quæ quoad ipsas pertinent circa Cruciatam.

*Solennitas.*

Solennitas extrinseca quæ,pag.279.col. 1.q. 27.ar.2.

*Spurius.*

Spurij multi viri præclarissimi,pag.109.co.1 art.3.
Spurij à canonibus notati aliquibus inhabilitatibus,ibid.
Spurij religionem profitentes possunt sacris initiari,ibid.

*Statutum.*

Vide aliqua verbo constitutio, & verbo iustum,& verbo lex.
Statutum ab statuendo dictum,ipsius definitio ponitur,pagin.79.column.2..10.arti.1.
Statutum generale potest fieri à capitulo generali,quoad totum ordinem, prouinciale vero,quoad solam prouinciam, ibid.
Statutum ab Ecclesia cathedrali non fit absque Episcopo,ibid.
Statutum potest valere, vt statutum, vel vt præceptum,ibid.
Statutum, quod valet,vt tale durat, quousq; reuocetur,ibi.
Statutum factum à capitulo sede vacante, durat creato Episcopo,si non reuocetur, ibidem.
Statutum Sinodale,vel prouinciale statuens, ne aliqui matrimonium contrahant contra ius canonicum non tenet,pag.81.col.1. q.10.ar.3.
Statutum aliquos excludens ab ingressu religionis summa autoritate papæ fieri debet, ibid.col.2.
Statutum iniquum non est statutum,ibi.
Statuta obligantia ad pœnam,& non ad culpam,quomodo intelligantur,pag.83.col.1 ibi.ar.6.
Statuta obligantia ad pœnam ea non satisfacta non remanet culpa,ibi.col.2.
Statutum quo obligantur monachi confiteri in fine anni generaliter suis prælatis inualidum,pag.596.col.1.
Statutum solum involuntate statuentium cõsistens non valet,pag.163.col.1.
Statuta regularia quædam valent vt lex, alia vt præcepta,ibid.
Statuta iniusta vtrum in foro conscientiæ valeant,pag.664.col.1.
Statuta ex quibus causis iniusta, ibidem.colum.2.
Statuta religionum an generales teneantur seruare,pag.665.col.1.
Statuta prouinciæ quomodo hospites obligent.pag.666.col.1.

*Subditus.*

Subditi non nisi ratione perfectionis in omnibus prælatis obedire tenentur ex obligatione in illis quæ directè aut indirecte ad regularem obseruantiam. pag. 215. col.1. q.21.artic.10.

*Subornatio.*

Subornatio in electionibus crimen grauissimum de quo circa dispensationē,pag.252. col.1.q.24.ar.17.

Subornantes in electionibus intra sex menses grauissime puniuntur,ibi.

*Summus Pontifex.*

Summus Pontifex est supremus prælatus in Ecclesia Dei, & ipsi omnes de iure diuino tenentur obedire,pag.154.colum. 2.q.17. art.7.

Summus Pontifex potest sibi reseruare ea, quæ sibi visum expedire,ibidem.pag. 156. column.1.

Summus Pontifex in Episcoporum confirmatione,quicquid facit, tanquam instrumentum Christi facit,pag.224.col.1.quæst.22 artic.10.

*Superior.*

Superior qui absoluit à reseruatis tenetur integralem confessionem audire,pagin.211. col.1.ar.6.

*Suspensio.*

Suspensio in executione rescriptorum quomodo fieri possit,pag.35.column. 2.q.35. artic.7.

Suspensio à diuinis, quid sit, pagin. 187.column.1.

Suspensio ab Ecclesiæ ingressu quid importet,ibidem.

Suspensionis effectus,qualis, ibid. column.1. in fin.

Suspensio à diuinis, quæ non inducit irregularitatem non inducit peccatum, ibidem. colum.2.

Suspensionis definitio,ibidem. pagin.187.colum.2.

Suspensio à diuinis non prohibet, quæcunque diuina,sed illa tantum quæ officij specialis sunt,ibi.

Suspensus à diuinis de quibus propriè, pag. 188.col.1.ibid.

Suspensio dicta,vt pariat irregularitatem quo modo intelligitur,ibi.

T.

*Theologus,Theologia.*

Theologi præferuntur canonistis in his, quæ ad forum animæ,pag.91.col.1.quæstio.11 art.4.

Theologus vt præferatur canonistæ debet esse instructus in canonum,& legum peritia, ibidem.

Theologiæ ancilla est philosophia,ibid.

*Thesaurus.*

Thesaurus Ecclesiæ, quoad indulgentias ex quibus colligatur,pag.330.colum.1.q.33. art.5.

Thesaurus indulgentiarum ad quid congregetur ab Ecclesia, ibidem. Vide verbo indulgentia.

*Templarij.*

Templariorum ordinis fundator,pag. 28.columnn.2.

Templariorum vita,ibi.

Templariorum prima professio,ibi.

Templarij nouem annis in habitu seculari, ibid.

Templarij ex mandato Honorij Papæ habitum assumpserunt,pag.29.col.1.

Templarij tempore Eugenij Papæ maximè excreuerunt,ibi.

Templarij fuerunt extincti,ibi.

*Tempus.*

Tempus quo durat generalis officium procuratoris,commissarij,prouincialis in ordine Minorum,pag.147.col.2.q.16.ar.2.

Tempus,quo durat officium Abbatissæ,pag. 148.col 1.

Tempus Abbatum ordinis Cistercienſis, & an valeat in eis reelectio,ibid.

*Tertiariæ.*

Tertiariæ an ad clausuram teneantur, pagin. 421.col.1.

V.

*Venditio.*

Venditionis appellatione,quæ contineantur pag.281.col.1.q.27.art.2.

Venditio prohibita ratione personæ, vel ratione modi,vel formæ differt, ibid.

*Verba.*

Verba non aliter, non alio modo, non alias, inducunt conditionem,pag. 118. col. 2.q. 13.ar.14.

Verba,censuerunt,existimauerunt importât viri boni arbitrium,ibid.pag.119. colum.1 artic.15.

Verba,licet regulariter referantur ad tempus præsens,id tamen quomodo sit intelligendum,ibi.pag.178.col.1.

Verbum debet solum importat honestatem, pa.272.col.1.in fi.& col.2.in prin.

Verbum, præcipio an ex natura sua obligationem,& quomodo intelligendum.ibidē. col.2.in fine.

Verbum de consilio, quid operetur, pag. 314 col. 1. q. 30. ar. 16.
Verba consensus, & consilium differunt, pag. 314. col. 1. q. 30. ar. 16.
Verbum, restituere, quid importet, pag. 418. col. 2. q. 44. ar. 2.
Verbum inuenire, quid importet ex intētione proferentis, pag. 429. col. 1.
Verbum toties, quoties prolatum à Papa demonstrat discretum, & prudentem vsum, pag. 464. col. 1. q. 48. ar. 3.

*Velum.*

Velum nigrum monialium, quotuplex est, pag. 616. col. 1. q. 64. ar. 1.

*Vicarius.*

Vicarius in ordine Minorum, vt potiatur Guardianorum indultis ille tantum est, qui in capitulo ad regimen eligitur in carentia Guardiani, pag. 168. col. 1. q. 19. ar. 2.

*Vidua.*

Viduarum receptio in monasterio, quo ordine fieri, pag. 445. col. 2.

*Vigilia.*

Vigilia Sanctorum quādo excludit Sanctum simplex, facienda commemoratio Sācti est in laudibus, pa. 390. col. 1. q. 42. ar. 16.

*Virgo, virginitas.*

Virgines quæ consecrādæ sint, pag. 616. col. 2. q. 64. ar. 1.
Virgines quis consecrare possit, & dare velum, & quæ sit forma consecrationis, ibid. art. 2.
Virgo, quæ publice, vel secreto pollutione secuta suam amisit virginitatem, non velari, nec consecrari, ibid. pag. 617. articul. 3. col. 1.
Virgo, quæ per vim, vel dormiens corrupta est non debet consecrari, ibid.
Virgo, quæ virginitatem amisit per pollutionem voluntariam in secreto an teneatur peccatum suum extra confessionem apperire, ibid. in fine, col. 1. & 2.
Virginitas est duplex, pag. 617. col. 1.
Virginitas materialis duplex, ibid.
Virginitas mentalis quomodo perdatur, ibi.
Virginitate mentali amissa fit recuperatio, ibidem.
Virginitate materiali semel amissa non datur recuperatio, ibid.
Virginitas non dicitur per vim amissa, ibid.
Virginitas ad hoc vt nō dicatur per vim amissa quæ concurrere, ibid.

*Vnio.*

Vniones beneficiorum ordinibus quando factæ censeantur quassatę, pag. 332. colum. 1. q. 34. ar. 1.
Vniones factæ Ecclesijs de beneficijs secularibus per illicita pacta, à Iulio II. confirmata, ibidem.

*Violentia.*

Violentia manifesta quando dicatur fieri ad hoc vt detur conseruator, pag. 628. col. 1.

*Vitium.*

Vitia corporis multipliciter considerantur, pag. 235. column. 2. in fine. quæstio. 24. articul. 3.

*Votum.*

Voti solennitas tempore Apostolorum obū brata, pag. 1. col. 2.
Votum religionis ad hoc vt solenne sit requirit professionem factam in potentis profitentem incorporare, pag. 2. column. 2. q. 1. artic. 2.
Votum religionis, vt solēne requiritur, quod quis voueat certam regulam, pag. 2. col. 2. q. 1. art. 2.
Votum religionis, vt sit solenne debet fieri in aliqua religione à Sede Apostolica approbata, pag. 2. q. 1. ar. 2.
Votum castitatis simplex aliquando dirimit matrimonium, quod quando sit, pagin. 5. col. 2. q. 1. ar. 4.
Votum simplex castitatis, quando operetur traditionem, ibi. pag. 6. col. 1.
Votum religiosorum, vt matrimonium nullum efficiant, quando fuerit introductum, pag. 51. col. 2. in fin. & pag. 6. in prin. col. 1.
Votum professionis, cum cognitione regulæ fieri debet, alias peccatur mortaliter à vouēte, pag. 219. col. 2. q. 22. ar. 5.
Votum speciale quod faciunt patres, è Societate Iesu de obediendo Papæ, fit etiam à cęteris religiosis, vt religiosi sunt, pa. 220. col. 2. q. 22. ar. 6.
Vota tria monachi substantialia sunt iuris diuini, pag. 254. q. 25. art. 1.
Votum solenne religionis non irritat ex diuina institutione matrimonium contractum ab eo, qui fuit monachus, ibidem.
Votis tribus substātialibus si votum adijcias in eo potest per prælatos dispensari. pag. 255. col. 2. q. 25. art. 4.
Vota libera quæ sint, & quæ prælati possunt in eis, ibid. ad fin. col.

# Index


Votum circa transitum ad arctiorem religionem possunt prælati dispensare, non vero irritare, ibi. pag. 256. col. 1.

Vota, vt irritentur non requirunt causam, sicut requirit eorum dispensatio, pagin. 257 col. 1. ar. 5.

Votum illius, qui vouit ordinē Cartusiensem intrare, potest cum causa dispensari à prælato ordinis Mendicantium, pag. 257. col. 1 q. 25. ar. 6.

Vota monialium irritando Abbatissa sine causa non peccat, pag. 258. col. 1.

Vota omnia solennia, & mixta, & realia cessant per professionem factam in aliqua religione approbata, pag. 258. colum. 1. q. 25 art. 8.

Vota nouitiorum prælati possunt commutare, ibid. col. 2.

Voti solennis, & præcepti maxima differentia, pag. 267. col. 1. & 2. ar. 5.

Voti obedientia, quis dicatur reus, ibid.

Votum ne sit illa promissio solennis de regula omni tempore vitæ seruanda, ibi. col. 2. in fin.

Votum paupertatis emittens, an ex concessu Papæ possit habere proprium, pagin. 268. colum. 1.

Votum faciens seruandi regulam, quid proprie promittat, pag. 268. col. 2. in medio.

Votorum trium solennium promissio, quæ in se contineat implicite, pag. 269. colum. 1 ibidem.

Votorum trium solennium promissio, quomodo obliget ad præceptorum obseruantiam, ibid. colu. 2. in medio. & pag. 280. columna 2.

Vota stulta apud Deum nullius sunt valoris pag. 460. colum. 1.

Voto castitatis astrictus si contrahat matrimonium ad petendum debitum dispensari potest ab Episcopo, & à patribus minoribus ad id per prouinciales deputatis, pag. 612. col. 1. q. 63. ar. 2.

Voto castitatis emisso post contractum matrimonium solus Episcopus dispensat, vt coniux petat debitum, ibid.

Vota quæ confessores minores possunt dispensare, pag. 613. col. 1. q. 63. ar. 3.

Vota quæ confessores minoritæ possunt cōmutare, pag. 613. col. 2. ar. 4. ibid.

Votiua iuramenta confessores minorum an possint dispensare, pag. 614. ar. 5. colum. 1. quæst. 63.

Vota aliqua sunt reseruata Sedi Apostolicæ in quibus Episcopi dispensant ex modo de quo, pag. 614. ar. 6. ibid.

Vota Episcopo reseruata iure communi dispensant confessores regulares, secus dicendum de votis reseruatis iure speciali ex iure speciali, col. 2. ibi.

Vota pœnalia castitatis ab Episcopo, & non à confessoribus regularibus possunt dispensari & commutari, pag. 615. colum. 1. q. 63. art. 7.

Votorum dictorum pœna potest à dictis cōfessoribus ante transgressionem votorum dispensari & commutari, ibidem.

Votis fratres tenentur promittentes seruare castitatem, ibi.

Vota castitatis & continentiæ ex deuotione facta sunt Papæ reseruata, ibid.


## *Vxor.*


Vxor in foro animæ non potest donare sine licentia mariti, pagina. 291. columna. 2.


# FINIS.

SALMANTICÆ

Excudebat Ioannes Ferdinandus,

---

M. D. XCVIII.



N 19.
16
165
8.144